
Librorum
Francisci Petrarche
impressorum annotatio.
1501
VENICE
1501

THE
JOHNS
HOPKINS
UNIVERSITY
LIBRARY
Founded
1876

Societatis Jesu Monachij 1606.

Libꝛorum Franciſci Petrarche Impꝛeſſorum Annotatio.

De ignorantia ſuiipſius ⁊ multoꝝ. Liber.I.
De ocio religioſoꝝ. Liber.I.
Itinerarium.
Pꝛopoſitum factum corã rege vngarie.
De vita ſolitaria. Libꝛi.II.
De Remedijs utriuſqꝫ foꝛtune. Libꝛi.II.
Libꝛi quem ſecretum ſiue de conflictu curarum ſuarum inſcripſit: Colloquium trium dieruꝫ.
De uera ſapientia. Dialogi.II.
De rebus memorandis. Libꝛi.IIII.
Contra medicum obiurgantẽ: Inuectiuaꝝ Libꝛi.IIII.
Epiſtolaruꝫ de rebus familiaribus. Libꝛi.VIII.
Ad quoſdam ex illuſtribus antiquis quaſi ſui ꝯtẽporanei forent. Ep̃le.V.
Epiſtolarum ſine titulo. Liber.I.
Ad Karolum quartum Romanorum regem. Ep̃la.I.
Septem pſalmi penitẽtiales.
Inuectiua contra Gallum.
Epitoma Illuſtrium virorum ad Franciſcum de Carrharia.
Eiuſdem Epitomatis: poſt obitum Franciſci Petrarche: Loꝛbardi de ſiricho Supplementum.
Beneuenuti de Rõbaldis Libellus qui Auguſtalis dicitur.

PG 1438
.A1
1901

MAY 30 1939
FROM THE [illegible] OF [illegible] FRANK

¶ Epiſtola Frācíſci Petrarche Poete Laureati: Ad Donatum Apeninigenam: grāmaticum cu m preſentatione operis.

Abes en amice iam tandem expectatū pro
b miſſūq̃ libꝛū paruū de materia igēti mea
ſcilicet ac multorū ignorātia. quam ſi inge
nij in incude ſtudij malleo extendere licuiſſet: cre-
de mihi in cameli ſarcinam excreuiſſet. Nam que
latioꝛ loquēdi area? quis campus ingētioꝛ: q̃ȝ hu-
mane tractatus ignorantie: ⁊ pꝛeſertim mee? Ita
ꝟo hunc leges: ut me ante focum hibernis nocti-
bus fabulantem audire ſoles: ⁊ qua impetus fert
uagantem. Liber quidem dicitur. colloquium eſt.
Nil de libꝛo habet pꝛeter nomen. non molem: non
oꝛdinem: non ſtilum: non deniq̃ grauitateȝ. ut qui
curſim in itinere appꝛopante conſcriptus ſit. Sed
ideo libꝛum appellare mos fuit: ut paruo te mune
re magno ſed nomine pꝛomererer: ⁊ fiſus licet no
ſtra tibi omnia placere: tamen ita te fallere cogi-
taui. Eſt ⁊ inter amicos hic fallendi uſus: pauxil-
lum pomorum uel exiguum obſonium miſſuri: ua
ſe argenteo incluſum: candido linteo obuoluimus
nec plus nempe quod mittitur: nec melius: ſed ac-
cipienti gratius: honeſtius fit mittenti. Sic ⁊ ego
rem paruam: pulchꝛo uelamine honeſtaui: Cūq̃
epiſtolam poſſem dicere: libꝛum dixi. qui tibi non
idcirco vilioꝛ fuerit: ꝙ lituris ⁊ additionibus plu-
rimis intertextus: ⁊ pleno vndiq̃ margine circū-
fertus eſt. Et ſi enim oculis demptum aliquid ſit
decoris: animo tamē tantundem gratie additū vi
deri debet: ꝙ hinc uel maxime te mihi familiariſſi
mum intelligis: cui ſic ſcribam: ut additiones ac li
turas ceu totidem ſigna familiaritatis ac dilectio-
nis aſpicias. Nec pꝛeterea dubitare poſſis meum
eſſe: qui ⁊ manu mea tibi olim notiſſima ſcriptus:
⁊ quaſi de induſtria tot cicatricibus defoꝛmatus
ad te ueniat. Memorans tale aliquid de Nerone
ſcripſiſſe Suetonium Tranquillum. Uenere in-
quit in manus meas pugillares: libelliq̃ cum qui
buſdam notiſſimis ꝟſibus ipſius cirographo ſcri
ptis: ut facile appareret non tranſlatos aut dictan
tē aliquo exceptos: ſed plane quaſi a cogitāte atq̃
generante exaratos: Ita multa ⁊ deleta ⁊ iducta
⁊ ſuperſcripta inerant. Et hec quidem ille. Nil ti-
bi nunc aliud ſuȝ ſcripturus. Uiue mei memoꝛ ⁊
uale. Pataui. Idibus Ianuarijs: mei doloris in
lectulo. Hora noctis. xj.ª

¶ Frācíſci Petrarche poete laureati: de ſuiipſius ⁊ multoꝝ ignorātia Liber icipit Ad Donatū Apeninigenā grāmaticū.

Unq̃ ne igiť quieſcemus? Sē-
per conflictabitur hic calamus?
Nulle nobis erunt ferie? quoti-
die amicorum laudibus: quoti
n die emulorum ingenijs reſpon-
dendum erit? Nec inuidiaȝ aut
latebꝛe excluſerint: aut tempꝰ ex
tinxerit? Nec quietem mihi om
niuȝ ferme pꝛo quibꝰ humanū laborat atq̃ extuat
genus: rerum fuga peperit? nec uacationē deniq̃
iam deuexa: ac defeſſa etas attulerit? O uenenuȝ
pertinax. que me pꝛidē reipu. excuſaſſet: nondū ex
cuſat inuidie. cūq̃ illa cui multū debeo me abſol-
uat: hec cui nil debeo me moleſtat. Olim fateoꝛ ſti
li tempus erat amicioris: ⁊ naturam meam ſem-
per ⁊ etatem iam tranquillioꝛ decebat oratio. Da
te ueniam amici. ⁊ tu lectoꝛ quiſquis es parce oro.
Tuq̃ añ alios Donate optie cui hec loquoꝛ igno-
ſcito. Loqui opoꝛtet. nō qꝛ id melius: ſed qꝛ cōtra
rium difficile. Et ſi enim ratio ſilentium ſuadeat:
digna niſi falloꝛ indignatio ⁊ iuſtus doloꝛ uerba
extoꝛquent. Auidiſſimus pacis in bellum cogoꝛ.
Rurſus ecce inuiti trudimur. Rurſus ad cenſori-
um agimur tribunal. Mirum: neſcio an inuide
amicitie an amice dixerim inuidie. Quid non po-
tes liuoꝛ impꝛobe? ſi amicos etiam flammare ani-
mos potes? Multa experto: hoc mali genus in-
experto hactenus: nūc pꝛimum mihi mea ſoꝛs obi
cit omnium grauiſſimum, peſſimumq̃. Nam cum
hoſtibus: congreſſus ſepe pꝛoſperi: dulcis ut qui-
buſdam placet ita eſt dulcis: pꝛofecto victoria. cū
amicis decertanti ⁊ vincere ⁊ vinci miſerum. Mi
hi ꝟo neq̃ cuȝ amicis modo: neq̃ cū hoſtibus: ſed
cum inuidia belluȝ eſt. Non nouus hoſtis: licet in
ſolitum pugne genus. Pharetrata fere quidem in
acie deſcendit. ſagittis aggreditur: e longinquo fe
rit. Hec boni habet: ceca eſt ⁊ ut facile declinetur ſi
ꝓuiſa ſit: ⁊ ſine delectu iaciēs ſepe ſuos vulneret.
¶ Hoc mihi nūc mōſtrū ſalua amicitia transfigē-
dū anceps ſane negociū. e duobꝰ inuicē ſe cōplexiſ
illeſo altero: alterū cōfodere. Tenes puto memo-
ria: ut apud Alexādriā Ceſar inopino marte circū
fluus: Ptholomeū regē ſecū in oēs belli caſus tra
hit: ne ſine illo pereat. que res ſibi non exigua eua
dēdi ut crediť cauſa fuit. ꝙ illū ſcilicet mactare: ſi-
mulq̃ hūc ſeruare difficile cēſuiſſet: qui illū oderāt
hūc amabant. Nec id puto excidit: ut die illo quo
perſarū regnū Hoꝛtanis viri pꝛudētis igenio: ⁊ ſe
ptē virorū foꝛtiū virtute ſeruili tyrānide liberatuȝ
eſt. Gophyrus vnꝰ ex ꝯiuratiſ fuſco in loco tyrāno
rū alterū amplexus: ſocios ut uel per ſuuȝ coꝛpus
illū feriāt hoꝛtať: ne ꝑcendo ſibi: ille foꝛſan euade-
ret. Et mihi nūc igiť ſcā clamat amicitia: ut uľ per
ſuum latus ſtili acie: impiū feriā liuorē: quem ipſa
nō egs amplexibus ſinu fouet. Durū inter res taȝ
iūctas: tātis in tenebꝛis diſcernē. Nitar tamē ut ſi
cut nūc Gophyro icolumi hoſtis occubuit. ſic ꝯfu
tato nūc ⁊ perempta acri inuidia: dulcis amicitia
ſalua ſit. que ſi uera eſt: ad qꝺ neceſſaria uera ē vir
tus: ubi non aliter fieri poſſit: extincta inuidia ledi
mauult: q̃ȝ illa ſupſtite ſupꝛaq̃ ſe regnāte nō ledi.
¶ Sȝ iā tādē ipam rē aggrediar: mox ut loq cepe
ro: ⁊ ni falloꝛ anteq̃ȝ ceperim notā tibi nō aliter q̃ȝ
mihi eoq̃ foꝛtaſſe notioreȝ: quo amici fame q̃ȝ pꝛo
pꝛie ſtudioſioꝛ eſt amicꝰ. Et facilįꝰ quidē ⁊ honeſti
us iraſcimur: ſi quid in amicos dictum fuerit: q̃ȝ ſi
in nos. Itaq̃ multi ſua ſpꝛeuē ꝯuitia: atq̃ hic lau
dati ſunt. Amici nemo trāquillus iniurias uel ſpe-
ctare potuit uel audire. Neq̃ enim par animi ma
gnitudo eſt alienis ac ꝓpꝛijs offenſionibꝰ non mo-
ueri. Quō aūt ignotū tibi eē poteſt: quod ut mihi
notū eſſet tu feciſti. de quo me ſpernēte ac ridente
doluiſti? Nota igitur tibi loquar: non ut amplius
innoteſcant: ſed ut ſcias quo aduerſus inuidiaȝ ſiȝ
animo: ⁊ eodem eſſe incipias: nec grauius alienuȝ
vulnus q̃ȝ pꝛopꝛium ingemiſcas. Deniq̃ ut agno-
ſcas quibus contra illam armis utoꝛ: qualiter lon-

go uſu atqꝫ acri ſtudio: ⁊ aduerſus oblatrantium
murmur obſurdui: ⁊ aduerſus liuidos dentes ob
durui: ⁊ preſentis quidem textus hiſtorie hic eſt.
Eniunt ad me de more: amici illi quatuor:
v quorum nominibus nec tu eges: gnarus
omniū. nec in amicos q̄ꝫuis vnum aliquid
non amice agētes: nominatiꝫ dici lex inuiolabilis
finit amicitie. Ueniūt auteꝫ bini ⁊ bini: ut illos ſeu
morum paritas: ſeu caſus aliquis conglutinat. nō
nunq̄ꝫ vero ſimul omnes. Et ueniunt mira ſuauita-
te: letis frōtibus dulcibuſqꝫ colloquijs: nec ſiꝫ du-
bius pijs intentionibus. niſi ꝙ neſcio quibꝰ rimu
lis in illas meliori hoſpite dignas animas: infelix
liuor obrepſit. Incredibile negociū: ueruꝫ licet: at
qꝫ utinam non tam uerum. quē non ſaluum modo
ſed felicem cupiunt: quem non ſolum amant: uerū
etiam colunt: viſitant: uenerantur. Cui non tantuꝫ
mites ſed obſequioſi ac liberales eſſe omni ſtudio
nitunt. O natura humana ⁊ patentibus ⁊ abditis
plena langoribus: eidē illi inuidēt. Quid? Neſcio
fateor: ⁊ inquirens ſtupeo. Nō opes certe. quibꝰ
me tantū ſinguli ſuperant: quanto delphinus Bal
lena britānica maior: ut ait ille: quaſ preterea ⁊ ma
iores optāt mihi ⁊ mediocres. eaſqꝫ non proprias
ſed cōmunicabiles. non ſuperbas ſed humillimas
ſine iactantia ſine faſtu nec ulla prorſus inuidia di
gnas norunt. Non amicos: quorū mihi parteꝫ ma
ximaꝫ mors abſtulit: quoſqꝫ ut reliqua omnia: par
tiri libens cum amicis ſoleo. Non formam corpo-
ris: que ſiqua vnq̄ꝫ fuit: cuncta vincentibus annis
euanuit. ⁊ q̄ꝫuis huic etati ſatis adhuc deo largiē
te ac ſeruāte habilis. At certe inuidioſa iam pridē
eſſe deſijt. Et ſi qualis vnq̄ꝫ fuit adhuc eſſet: an uel
hodie poſſem uel tunc poterā obliuiſci. Uel poeti-
cum illud quod puerulus hauſeram. forma bonuꝫ
fragile eſt. uel illō Salomonis in eo libro quo par
uulū docet. Fallax gratia ⁊ uana eſt pulchritudo.
Quomodo igitur inuiderent mihi quod non hēo
quod dum habui ipſe contempſeriꝫ: quodqꝫ ſi red
deretur: nunc uel maxime cognita ⁊ experta eius
inſtabilitate contemnerem? Non deniqꝫ ſcientiaꝫ
aut eloquentiam: quarum primam penitus nullaꝫ
mihi eſſe confirmant. Altera ſiqua eſſet apud illos
hoc moderno philoſophico more contemnitur: ⁊
quaſi litteratis viris indigna reſpuitur? Sic iā ſo-
la philoſophantis infantia ⁊ perplexa balbuties:
initens ſupercilio atqꝫ oſcitans ut Cicero uocat ſa
pientia in honore eſt. Nec redit ad memoriam
Plato. Plato eloquentiſſimus hominū. nec ut ſileam ce-
teros dulcis ac ſuauis ſed ab hijs ſcaber factꝰ Ari
Ariſ. ſtoteles. Sic a ſuo deſiſtunt ſeu deerrant duce: ut
eloquentiam quam ille philoſophie ornamentum
ingens ratꝰ: ei ſtuduit adiungere: Iſocratis ut per
hibent oratoris gloria permotus. Hanc iſti impe-
dimentum probrumqꝫ exiſtiment. Ultimo non vir
tutē ipaꝫ opportunā haud dubie: inuidioſiſſimāqꝫ
rerum omnium: ſed ut illis ut puto vilē: eo ꝙ nec
tumida nec elata eſt. Hāc mihi ergo uere optarē. ſꝫ
profecto concorditer ac libēter tribuūt. Et cui par-
ua negauerint: muneris inſtar exigui quod eſt ma
ximum largiuntur. virum bonum: immo optimuꝫ
dicunt. qui o utinam non malus: utinamqꝫ nō peſ
ſimus in iudicio dei ſim. Eundem tamen illittera
tum prorſus ⁊ idiotam ferunt. Cuius aliquando
contrarium iudicio litteratorum hominum diffini
tum eſt: q̄ꝫ ueraciter non laboro. Neqꝫ eniꝫ magni
facio quod mihi eripitur. modo quod conceditur
ueruꝫ eſſet. Cupidiſſime cuꝫ hijs fratribꝰ meis no-
ſtre parentis ac gratie celeſtis hereditatē ſic parti
rer. ut ipſi qdeꝫ litterati omnes: ego autem bonus
eſſem. litterarum vero uel nihil uel non niſi q̄ꝫtum
quotidianis dei laudibus opportunum eſt: nouiſ-
ſem. Sed heu uereor: ne ⁊ humile me fruſtretur
uotum ⁊ ſuperba illos opinio. Ipſi autem mitem
bonis moribus: ⁊ multa me aſſerunt amicitiarum
fide. in quo quidem ultimo niſi ego fallor: non fal-
luntur. Ceterum ea eſt cauſa cur me in amicis ha-
beant. nō ingenium ullum: non induſtria: non do-
ctrina: non ſtudium honeſtarum artium: aut ſpes
ueri ex me vnq̄ꝫ audiendi diſcendiqꝫ. Ita plane eo
reditum quod de Ambroſio ſuo narrat Auguſti- Augꝰ.
nus. Amare inquit eum cepi non tanq̄ꝫ doctorem
ueri: ſed tanq̄ꝫ hominem benignuꝫ in me. Seu qō
de Epicuro ſentit Cicero. cuius cum multis in lo- Cicero
cis: mores atqꝫ animum probet: ubiqꝫ damnat in-
genium: ac doctrinā reſpuit. Quibus ad hunc mo
dum ſeſe habentibus: quid mihi inuideant dubita
ri poteſt: Cum inuidere aliquid non ſit dubium.
Neqꝫ eniꝫ bñ diſſimulant: nec interiꝰ pulſas ſtimu
lis linguas frenant. quod in hominibus alioquin
non incōpoſitis nec inſulſis: quid niſi euidens paſ
ſionis indomite ſignuꝫ eſt? Qꝫ ſi inuident ut faciūt
nec qō iuideāt eſt: aliud utiqꝫ latēs virꝰ per ſe ipſū
pādit. vnū eniꝫ hoc inane inuidēt quātulūcūqꝫ eſt
nomen: ⁊ hanc famam que viuenti maior forſitan
q̄ꝫ pro meritis aut pro communi more obtigit: qui
perraro viuos celebrat. In hoc illi obliquos defi-
xere oculos: quo ⁊ nunc ⁊ ſepe utinam caruiſſem.
Crebrius enim damno id memini mihi fuiſſe: q̄ꝫ
uſui. Cunqꝫ non paucos mihi fecerit amicos: ho-
ſtes fecit inumeros. Et ita mihi accidit: ut hijſ qui
inſigni caſſide viribus haud magnis in pugnā eūt
quibus nil aliud Chimere fulgor preſtat: niſi ut a
pluribus feriantur. Hec mihi oliꝫ peſtis perq̄ꝫ fa-
miliaris viridioribus annis fuit. nunq̄ꝫ vero mole-
ſtior: q̄ꝫ que nunc exarſit. ꝙ ⁊ ego delicatior ineun
dis bellis iuuenilibus ac talibus ſubeundis oneri
bus. ⁊ illa vnde nec uereor nec uerebar: ⁊ quando
uel meis moribus victa uel euo iam conſumpta eſ
ſe debuerat: inopina renaſcit. ¶ Sed progredior
Cogitant ſe magnos. ⁊ ſunt plane omnes diuites
que nunc vna mortalibus magnitudo eſt. Sentiūt
etſi in hoc multi ſeſe fallant: nullum ſibi nomē par
tum: nullum ſi rite preſagiunt ſperatuꝫ. Has inter
curas anxij tabeſcunt. ⁊ quāta vis mali eſt. Rabi
di uelut canes: in amicos quoqꝫ linguas exerunt
dentes acuunt: vulnerantqꝫ quos diligunt. Que
nam hec cecitas? Quis nā furor? Nonne enim ſic
etiam pentheum furens mater lacerat: ⁊ hercules
paruos natos? Amant iſti me ⁊ mea omnia: preter
vnum: nomen: quod mutare non renuo: ut Therſi
tes dicar aut Cherilus. uel ſiquid aliud malunt: ſi
uel ſic obtineam ne qua ſit penitus tā honeſti amo-
ris exceptio. ¶ Eo vero acrius urūtur: ⁊ ceco eſtu-
ant incendio: ꝙ ⁊ ipſi ſtudioſi omnes ⁊ lucubrato-
res magni ſunt: Ita tamen ut primus litteras nul-
las ſciat. nota tibi loquor omnia. ſecūdus paucas.
tertius non multas. quartus vero non paucas fa-
teor: ſed perplexas adeo tamqꝫ incompoſitas ⁊ ut
ait Cicero: tanta leuitate ⁊ iactatiōe: ut fortaſſe me

lius fuerit nullas noſce. Sunt enim littere multis
inſtrumẽta demẽtie: Cunctis fere ſuperbie: niſi ꝙ
raro in aliquam bonã ⁊ bene inſtitutã aiam icide-
rũt. Multa ille igitur de beluis deq; auibus ac pi
ſcibus: quot leo pilos in uertice: quot plumas ac-
cipiter in cauda: quot polipus ſpiris naufragum
liget. Ut aduerſi coeũt elephãtes bieniumq; uteꝝ
tumẽt ut docile viuaxq; animal: ⁊ humano pꝛoxi
mum ingenio: ⁊ ad ſecundi tertijq; finem ſeculi vi
uendo perueniens: ut phenix aromatico igne ꝯſu-
mitur uſtuſq; renaſcitur. ut Echinus quouis impe
tu actam pꝛoram frenat: cum fluctibus erutus nil
poſſit. ut uenatoꝛ ſpeculo Tygrez ludit: Arinaphꝰ
griphen ferro impetit: Cete nautam tergo fallunt.
ut infoꝛmis urſe partus. mule rarus. vipere vnicꝰ.
Iſq; ifelix. ut ceci talpe. ſurde apes. ut poſtremo
ſuperiorẽ mãdibulam oium ſolus aiantium croco
drilus mouet. Que quidẽ uel magna ex parte fal-
ſa ſunt: quod in multis horum ſimilibus ubi in no
ſtrum oꝛbem delata ſunt patuit: uel certe ipſis au-
ctoribus icomperta. ſed pꝛopter abſentiaz uel cre-
dita pꝛomptius uel ficta licẽtius. Que deniq; q̃z-
uis uera eſſẽt: nihil penitꝰ ad beatã vitaz. Nã quid
oro naturas beluarum ⁊ uolucrum ⁊ piſcium ⁊ ſer
pẽtum noſce pꝛofuerit: ⁊ naturam hoium ad quid
nati ſumus: vnde ⁊ quo pergimus uel neſcire uel
ſpernere. ¶ Hec ⁊ alia huiuſmodi aduerſus hos
ſcribas: nõ moſayca utiq; nec chꝛiſtiana: ſed ariſto
telica ut ſibi vidẽtur in lege doctiſſimos: cum ſepe
liberius agerem q̃z ſoliti ſint audire: idq; foꝛtaſſis
incautius ut qui inter amicos loquens nihil inde
periculi pꝛouiderem. Mirari illi pꝛimũ: poſt iraſci
⁊ quoniã ꝯtra ſuam hereſim ac paternas leges di
ci iſta ſentirent: collegerunt ⁊ iſti conſilium: ut me
quem pꝛofecto diligũt: ſed ut famam meaz quam
oderunt ignorãtie crimine ꝯdemnarẽt. Uocaſſent
utinam ⁊ alios. Fuiſſet foꝛſitan in cõſilio dicende
ſentẽtie ꝯtradictum. Ipſi ṽo ut concoꝛs eẽt ⁊ vna-
nimis ſentẽtia: ſoli q̃tuoꝛ cõuenere. Ibi de abſen-
te atq; indefenſo multa ⁊ uaria: non ꝙ uarie aia-
ti eſſent: cum vnum omnes ſentirẽt vnumq; dictu
ri eſſent. Contra ſe tamẽ ſuumq; iudiciũ: peritoruz
more iudicũ arguẽtes: ut uelut contradictionum
anguſtijs eliquata ⁊ expꝛeſſa ueritate coloratiꝰ dif
finirẽt. ¶ Dixerũt pꝛimo famã publicã pꝛo me ſta
re: ſed parum fidei merita reſpõderunt. nec mẽtiti
ſunt: eo ꝙ vulgus rariſſime ueruz cernat. Dixerũt
deinde maximorũ atq; doctiſſimorũ hominũ ami
citias: quibus oꝛnatã ꝙ in dño glorier vitã egi: eo
rũ ſentẽtie obſtare. quin ⁊ regũ familiaritates plu
rimorũ noiatim Roberti ſiculi regis: qui me iuue-
nem quoq; crebꝛo ⁊ claro ſciẽtie atq; igenij teſti-
monio honeſtaſſet. Reſpõderũt ⁊ hic plane mẽti-
ta eſt iniquitas: ⁊ nõ dico iniquitas ſed uanitas ſi-
bi regem ipſuz lr̃atum magna etiã fama: ſed nulla
fuiſſe notitia. Reliquos q̃zuis doctos: In me ta-
men nõ ſat pſpicaci fuiſſe iudicio. ſeu amoꝛ ille: ſeu
icurioſitas fuiſſet. Illud ſibi p̃terea obiecere: ꝙ ro
manos põtifices tres ꝓximos pꝛo ſe quẽq; certa-
tim me ad ſue familiaritatis iſignem gradum: ne
quicq̃z licet euocaſſe. ⁊ hunc ipſum qui nũc p̃ſidet
urbanum de me bene loqui ſolitũ: mitiſſimiſq; me
litteris viſitaſſe. Iã iſuper ⁊ Romanum hunc p̃n-
cipem: neq; eniz alius etate hac legitimus p̃nceps
fuit: me iter familiares caros nũerare: meq; ad ſe

multa quotidie pꝛecum vi ⁊ nuncijs repetitis atq;
epiſtolis ſolitum uocare: late notũ nulliq; dubium
eſt. Ex qbꝰ aliqd mihi nõnulliꝰ p̃cij argumentũ q̃ri
ſẽtiũt. Sed ⁊ hũc obiectũ diſſoluẽtes: ⁊ põtifices
uel ſecutos famã aberraſſe cuz ceteris uel moribꝰ
nõ ſcia iductos ut id agerẽt aſſeruere: ⁊ p̃ncipẽ ſtu
dio geſtarũ reꝝ atq; hiſtorijs motũ: quaꝝ mihi ali
quã notitiã nõ negãt. Ad hec obſtare ſibi dixerũt
eloquentiã: quã ego mediuſfidius nõ agnoſco. Ip
ſi aũt pſuaſorẽ ſatis efficacẽ phibẽt. ꝙ ⁊ ſi rhetori
ci ſiue oratoriſ offĩm ſit appoſite dicẽ ad pſuadẽdũ
finis pſuadere dictiõe multis tñ idoctis contigiſſe
aiũt. quodq; eſt artis tribuũt foꝛtune: vulgatũq; il
lud afferũt: multũ eloquẽtie: parũ ſapiẽtie. nec ad
uertũt diffinitionẽ Catonianã illam oratoris huic Cato
calũnie aduerſãtẽ. Obſtare demũ ⁊ ſcribẽdi ſtilũ
quẽ nõ ſolũ vituperare: ſed partius laudare ueriti
elegãtẽ ꝓꝛſus ⁊ rarũ: ſed abſq; ulla ſciẽtia faſſi ſũt
Sed q̃liter hoc fieri poſſit: nõ itelligo nec itellige-
re illoſ reoꝛ. Et puto ſi ad ſe redeãt: dictũq; recogi
tẽt: tã facilis pudebit ineptie. Si enim pꝛimũ uerũ
eſſet: quod ego rurſuz nec fateoꝛ nec opinoꝛ: ſc̃ðm
falſum eſſe nõ dubitẽ. Nã quo pacto oium ignaro
ſtilus excellens ſit: qui eis nihil ignorãtibꝰ nullus
eſt? Ita ne foꝛtuita omnia ſuſpicãtes: locũ non lin-
quimus rõni. ¶ Quid aũt vis ſeu qd reris? Expe
ctas credo iudicũ ſniaz. Oibus igiť ad examẽ du
ctis: neſcio quẽ deũ: qm̃ nec deus uolẽs iniqtatez:
nec deus inuidie aut ignorantie ullus eſt: quã ge-
minã ueri nubẽ dixerim añ oculos hñtes: bꝛeuem
diffinitiuã hãc tulere ſniam. ſ. me ſine lr̃is virũ bo-
nũ. O utinã ueri nihil vnq̃z pꝛeter hoc vnũ dixerit
aut dicturi ſint. Et o alme ſalutiferq; ieſu uere lit-
teraruz oium ⁊ ingenij deus: ac largitoꝛ uere rex
gl'ie ac ṽtutũ dñe: te nũc flexis aie genubꝰ ſupplex
oro ut ſi mihi nõ amplius vis largiri: hec ſaltẽ poꝛ
tio mea ſit: ut vir bonus ſim. qð niſi te ualde amẽ:
pieq; colã: eſſe nõ poſſum. Ad hoc enim nõ ad lr̃aſ
natus ſum: que ſi ſole obuenerit: iflãt dirruũtq; nõ
edificãt. fulgida vincula: laborioſũq; negociuz: ac
ſonorũ põdus aie. Tu ſcis dñe corã quo oẽ deſide
riũ atq; oẽ ſuſpiriũ meuz eſt: ꝙ ex lr̃is qñ hijs ſo-
bꝛie uſus ſuz: nihil amplius q̃ſiui: q̃z ut bonus fie-
rem: nõ ꝙ id lr̃as: aut q̃zuis id polliceret Ariſtote-
les ⁊ multiq; alij oio: aliquẽ niſi te vnũ facere poſ
ſe cõfiderẽ: ſi ꝙ per lr̃as quo tẽdebã iter: honeſtiꝰ
ac certiꝰ ſim l'q; iucũdiuſ extimarẽ te duce nõ alio
Tu ſis inq̃z ſcrutatoꝛ renũ ⁊ medullarũ ita eſſe ut
dico. Nunq̃z tã iuuenis: nunq̃z tã glorie cupidus
fui ꝙ iterdum me fuiſſe nõ ificioꝛ: quin maluerim
bonus eſſe q̃z doctus. Optaui: utrũq; fateoꝛ: ut in
finita eſt ⁊ inexplebilis humana cupiditas donec
in te ſiſtat: ſupꝛa quez quo ſe erigat nõ eſt. ¶ Duo
opabtã. Sed qm̃ alterũ eripiť ſeu negať gratiã iu
dicibus meis habeo: qui e duobus mihi optimuz
reliquerunt. modo ne id quoq; mentiti ſint: Et ut
mihi pꝛeriperent quod uolebant: quod nõ erat de
derũt: quo iacturam ipſe ſolarer meaz: ſed inani ſo
latio morem in me muliebꝛis inuidie ſecuti. Que
ſi queritur de vicine foꝛma: bonam illam ⁊ bene
moratam dicit: omnes deniq; titulos falſos licet
illi cedit: vnum ⁊ foꝛtaſſe uerum ut eripiat foꝛmo-
ſe nomen. ¶ At tu deus meus ſcientiarum domi-
ne: extra quem non eſt alius: quẽ ⁊ Ariſtoteli ⁊ phi
loſophis quibuſlibet ac poetis ⁊ quicunq; multi-

plicant loqui ſublimia glorianteſ:quem deniqꝫ lit
teris ⁊ doctrinis ⁊ omnino rebus omnibus prefer
re debeo ⁊ uolo: Tu mihi qđ illi falſuꝫ tribuũt:vi
ri boni nomẽ tribuere uerꝫ potes ⁊ ut uelis precor.
Neqꝫ tam nomen bonum quod vnguentis pcioſiſ
prefert Salomon ꝙ rem ipſam poſco ut ſim bon⁹
ut te amẽ amariqꝫ merear abſte. Nemo eniꝫ ſic ſu
is amatoribus vicem reddit.ut te cogitem:tibi ob
ſequar:in te ſperem:de te loquar. Recedãt uetera
de ore meo: ⁊ tibi preparentur cogitationes mee.
uere enim arcus fortiũ ſuperatus eſt: ⁊ infirmi ac
cincti ſunt robore. Feliciorqꝫ eſt multo vnus ex pu
ſillis iſtis qui in te credũt:ꝙ Platoꝙ:Ariſtoteles
ꝙ Uarro:ꝙ Cicero:qui ſuis omnibus cum litte
ris te non norunt. ⁊ admoti iunctiqꝫ tibi qui petra
es abſorti ſunt iudices eorum: ⁊ litterata ignoran
tia patefacta eſt. ¶ Littere igitur ſint:uel horꝫ qui
illas mihi auferunt:uel quia horum niſi fallor eſſe
non poſſunt:ſint quorumcunqꝫ potuerint. Horum
autem ſit ſuarum opinio rerum ingens ⁊ Ariſtote
les nudum nomen:quod hijs quinqꝫ ſillabis mul
tos delectat ignaros: Inſuper ⁊ inane gaudium ⁊
elatio fundamenti inops ac ruine proxima:omniſ
qꝫ quem inſcij ⁊ inflati de ſuis erroribus fructum
uana ⁊ facili credulitate percipiũt. Mea vͦo ſit hu
militas ⁊ ignorantie proprie fragilitatiſqꝫ notitia:
Et nullius niſi mundi ⁊ mei ⁊ inſolentie contẽnen
tiuꝫ me cõtemptus:De me diffidentia:de te ſpeſ.
Poſtremo portio mea deus: ⁊ quam mihi nõ iui
dent virtuſ illitterata. Ridebunt plane ſi hec audi
ant: ⁊ dicent me ut aniculam quamlibet ſine litte
ris pie loqui. Hijs enim litterarum typo tumidis
nil pietate vilius:qua ueris ſapientibus ac ſobrie
litteratis nihil eſt charius:quibus ſcribitur: Pie
tas eſt ſapientia:meiſqꝫ ſermonibuſ magis ac ma
gis in ſententia firmabuntur:ut ſine litteris bonus
ſim.

q Uid vͦo nunc dicimus:Donate fidiſſime?
Te alloquor:quem magis horum liuoris
aculeus:ꝙ meipſum cui infligebatur pu
pugit.quid inꝙ amice agimuſ? An equiores iudi
ces prouocamus? An ſilemus: ⁊ ſilentio ſententiã
confirmamus? Hoc ſatius:immo ut ſcias ꝙ nihil
obluctor ne decimus expectandus dies ſit: nunc
qualiumcunqꝫ ſententijs iudicum acquieſco: te
qꝫ ⁊ reliquos quos res tangit:qui de me contra
rias ſententias tuleratis obſecro:ut ⁊ uos mecuꝫ
pariter manum detis: ⁊ uobis patientibus horuꝫ
iudicium uerum ſit. Uerum utinam in eo quod
mihi tribuunt: Nam in eo quod eripiunt ultro fa
teor:immo profiteor uerum eſſe: Et ſi iudices ido
neos plane negem:niſi forte eo iure niti uelint: ꝙ
iſtorum deus Ariſtoteles ait. Unuſquiſqꝫ bene iu
dicat que cognoſcit ⁊ eoruꝫ bonus eſt iudex. Me
lius nempe cognoſci nihil poſſe videatur: ꝙ quo
abũdat ipſe qui iudicat:ut ſcilicet hoc obtentu poſ
ſint ignorantiſſimi homines de ignorantia iudica
re. Non eſt autem ita. Et de ignorantia enim ⁊ de
ſapientia: ⁊ de re qualibet: ſapientis eſt iudicium
in eo inꝙ ſapientis de quo iudicat. Neqꝫ vͦo ut de
muſica muſici:de grammatica grammatici:ſic de
ignorantia ignorantes iudicant. ¶ Sunt quibus
abundare inopia ſumma eſt: ⁊ que melius a quo li
bet iudicentur: ꝙ ab eo qui maxime hijs abun
dat. Deformitatem nemo minuſ intelligit ꝙ defor
mis: cui cum illa familiaritas iam contracta eſt:
ut que formoſi oculos vulneraret:hanc iſte non vi
deat. Eadem ratio reliquorum omnium defectuũ.
Nemo peius iudicat de ignorantia ꝙ ignorans.
Non hoc dico:ut declinem forum: ſed ut pudeat
ſiquis eſt pudor iudicaſſe qui neſciunt. Ego enim
de hac re non modo ſententiam amicabilis ample
ctor inuidie:ſed hoſtilis odij: ⁊ ad ſummam: quiſ
quis ignarum me pronũciat mecum ſentit. Nam
⁊ ego ipſe recogitans ꝙ multa mihi deſint: ad id
quo ſciendi auida mens ſuſpirat:ignorantiaꝫ meã
dolens ac tacitus recognoſco. Sed me interiꝫ:dũ
preſentis exilij finis adeſt:quo noſtra hec imperfe
ctio terminetur: qua ex parte nunc ſcimus nature
communis extimatione conſolor: Idqꝫ omnib⁹ bo
nis ac modeſtis ingenijs euenire arbitror: ut agno
ſcant ſe pariter ac ſolentur.hijs etiam quib⁹ ingẽs
obtigit ſcientia:ſꝫ humane ſciẽtie morem loquor:
que in ſe ſemper exigua pro anguſtijs quib⁹ excipi
tur: ⁊ collata alijs igẽs ſit. Alioquin ꝙtulũ queſo
eſt:ꝙtũcũqꝫ eſt:quod noſce vni ingenio datuꝫ eſt.
Immo ꝙ nihil eſt ſcire hominiſ qſqs ſit:ſi nõ dicã
ſciẽtie dei:ſed ſuiipſius ignorantie comparet. Et
hãc ſui cognitionẽ ac ꝓprie iperfectionis extima
tionẽ:ſuiqꝫ ipſius quam dixi cõſolationẽ:hijs ma
xime qui pluſ ſciũt pluſqꝫ itelligũt ineſſe auguror.
Felices errore ſuo iudices mei: qui huiuſcemodi
conſolatione nõ indigẽt.felices inꝙ nõ ſciẽtia: ſed
errore ⁊ ignorãtia arrogãti:qui ſibi ad angelicam
ſciẽtiã nil deeſſe autumant:cũ ad humanã procul
dubio deſint multa omnib⁹: ⁊ multis oia. ¶ Sed
ad me reuertor: ⁊ heu amice:quid non mali affert
vita longior? Cui vnꝙ tam firma proſperitas fuit
ut non quãdoqꝫ uariauerit: ⁊ quaſi viuendo ſenue
rit? Seneſcũt homines.ſeneſcũt fortune.ſeneſcũt Oia ſe-
fame hoiuꝫ.ſeneſcũt deniqꝫ humana omnia.quod neſcunt.
qꝫ aliquando nõ credidi:ad extremuꝫ animi ſene
ſcũt ꝙuis imortales:uerũqꝫ ſit illud cordubẽſis.
Longius euum deſtruit ingẽtes animos. Non ꝙ
animi ſenium mors ſequať:ſed diſceſſus a corpore
reſolutioqꝫ illa quaꝫ cernimus ⁊ que vulgo mors
dicitur: ⁊ eſt mors corporis profecto: non animi.
Senuit ecce:refrixit ardor meus. Nũc experior ſe
nex:quod iuuenis inexpertus ⁊ paſtoriũ canẽs di
xi. Quid viuere lõgũ fert homini? Quo eniꝫ ante
hos nõ multo annos hec tuliſſem animo? quib⁹ ni
ſibus obſtitiſſem? Crede mihi bellum graue inter
ignorantiã ⁊ ignorantiã fuiſſet. Nunc ſenem inua
dere eo turpius quo tutius tollo manũ: ⁊ mea illo
rũ cedit ignorãtie. Certe ego ꝙ preſagiẽs quid mi
hi reſtaret:nunꝙ ſine cõpaſſione quadaꝫ Laberij
hiſtoriam legi:qui cum vitam omnem honeſta mi
litia exegiſſet:ſexagenarius ad extremuꝫ Iulij ce
ſaris blãditijs ac precibus que de ore principũ ar
mate prodeũt:ꝓductuſ in ſcenã de romano equite
fact⁹ eſt mimus:quã iniuriã ipſe quidẽ nõ tacit⁹ tu
lit:immo multis iterqꝫ alia hijs queſtus eſt vͤbis.
Ergo bis tricenis annis actis:ſine nota eques Ro
manus lare egreſſus meo:domũ reuertar mimuſ
qꝫ.nimirũ hoc die vno plus vixi mihi ꝙ viuẽdum
fuit. Ego quidẽ:gloriari licet apđ te:lřatus nunꝙ
uerere:ſed aliquando creditus:domo puer egreſ
ſus mea:nec uel ſenex rediẽs totũ pene tp̄s in ſtu
dijs triui. Raro vnꝙ ſane mihi dies preterijt: qn
aut legerẽ: aut ſcriberem:aut de litteris cogitareꝫ

aut legentes audirem: aut tacitus ſciſcitarer. ne-
qꝫ viros tm̃: ſed ⁊ urbes doctas adij: ut doctioꝛ in
de melioꝛqꝫ reuerterer. Montempeſulanum p̃mo
qꝫ per annos pueritie ꝓpinquioꝛ eẽm illi loco mox
Bononiã poſt Tholoſam ⁊ Pariſius patauiũqꝫ ⁊
Neapolim ubi tũc florebat: ſcio me multorum au
res pungere: ille regũ ⁊ philoſophorum noſtri eui
maximus Robertus: non doctrine q̃ʒ regni gloria
inferioꝛ: quem mei iudices ut infamiam tanto cuʒ
rege communem: pene mihi arbitrer glorioſam:
q̃ʒ q̃ʒ ⁊ cum alijs utriqꝫ noſtrum poſſit eſſe commu
nis etate ⁊ fama maioribus de quo in fine dicturꝰ
Rob ſum. ¶ Ceterum de hoc rege: ⁊ oꝛbis totus ⁊ ue-
tꝰ rex ritas in contraria fuere ſententia. Ego autem iuue
nis ſenem illum non ut regem colui: Reges enim
paſſim plurimi: ſed ut rarum ingenij miraculũ ue-
rendũqꝫ ſacrarium litterarum. Ego illi ⁊ foꝛtuna
⁊ annis tanto impar: quod adhuc multis eſt no-
tuʒ: in illa urbe pꝛeſertim familiariſſime carus fui
non meritis meis ullis aut meorum: neqꝫ militari
bus aut aulicis artibꝰ que mihi penitus nulle erãt
ſed ingenio ut aiebat ac litteris. Aut ipſe igitur iu
dex malus: aut ego cuſtos peſſimus: qui ſtudendo
ſemper ⁊ laborando dedicerim. ¶ Maximã pꝛe-
terea atqꝫ optimam ſtudijs vite partem illa in cu-
ria quam romanam neſcio cur dicebãt: leuã Rho
dani ad ripam: ubi quinquaginta uel eo amplius
egit annos: atqꝫ vñ nuper hoc ipſo anno utinã irre
ditura digrediens ductu ⁊ auſpicijs ſancti ſi perſe
uerauerit Urbani quinti: almam urbẽʒ ⁊ ſacratiſſi
mam Petri ſedeʒ utinã permãſura repetijt. Nec
pꝛocul inde tranſalpino in Elicone meo ubi ſoꝛgia
oritur rex fontium: conſumpſi. quarũ in altera om
nium ferme noſtri oꝛbis litteratorum hominuʒ cõ
uentus aſſiduus pꝛeſto fuit: in altero ſolitudo ⁊ ſi-
lentium ⁊ quies meditantibus aptiſſima. Itaqꝫ il-
luc ſtudendo: ⁊ nunc ſcholas nũc magiſtros adeũ
do nunc amicis que didiceram aut ſcripſeram re-
citando: hic uagando ⁊ cogitando ⁊ licet peccatoꝛ
ſepe etiam orando: ac mecũ ſemper: raroqꝫ niſi de
ſtudijs liberalibus conferendo: omne meum tem-
pus in litteris actũ eſt. Mille interea doctis ac ꝓ-
batis ſenibus ⁊ notitiam ⁊ in gratiam ueni: quos
ſi pergam numerare: commemoratio quidem dul
cis: ſed cathalogus haud q̃ʒ q̃ʒ bꝛeuis euaſerit.
¶ His ſane omnibus: uel ſolam uel pꝛecipuã hãc
ob cauſam placui: qꝫ litterati famaʒ ſtudioſis in ur
bibuſ adoleſcens habui quaʒ nunc ſeni in nautica
ciuitate quatuoꝛ iuuenes per ſententiam eripiunt.
Ita ⁊ mihi ut Laberio accidit: poſt ſexageſimũ an
num meo de ſtatu excidi. non ut ille ſaltem minus
quod artificium vnum licet: ⁊ ingenioſum tamen
querit artificem ⁊ ſuum inter mechanica locum te
net: ſed quod eſt ultimum ignorans. Sic res eunt
huc ⁊ ſtudia ⁊ labores noſtri noſtreqꝫ vigilie per-
uenere: ut qui iuuenis doctus a quibuſdaʒ dici ſo
leo: pꝛofundiore iudicio ſenex idiota reperioꝛ. Do
lendum foꝛſitan: ſed ferendum: foꝛſitan nec dolen
duʒ. ferendũ ſane ut reliqua omnia que hominibꝰ
accidunt: damnum: pauperies: laboꝛ: doloꝛ: tediũ:
moꝛs: exilium: infamia: que ſi falſa eſt: ſpernenda
eſt: nam ⁊ contradictores inueniet: ⁊ eundo defici
et: Si uera autem recuſanda nõ eſt: ut nec alia cul
pis hoium inuẽta ſupplicia. Equidem ſi ſciẽtie ue
rum decus mihi uerbis eripitur: ridebo. at ſi falſũ
nõ feraʒ modo ſed gaudebo: non meis ſarcinis ex-
cuſſus ⁊ indebite fame laborioſa cuſtodia libera-
tus. Melius cum pꝛedone agitur: dũ iniuſtis ſpo
lijs exuitur: q̃ʒ duʒ impune furto utitur iniuſti poſ
ſeſſoris excluſoꝛ iniuſtus eſſe poteſt. at excluſio uti
qꝫ iuſta eſt. ¶ Quod ad me attinet ut dixi: non iu-
ſtam modo ſententiam ſed iniuſtam pꝛobo: nec iu-
dicem quemlibet nec raptoreʒ renuo. Operoſa ac
difficilis res eſt fama ⁊ pꝛecipue litterarum. Om-
nes in eam vigiles atqꝫ armati ſunt: etiam qui ſpe
rare illaʒ nequeunt habentibus nituntur eripere.
habendus calamus ſemper in manibꝰ: intento ani
mo erectiſqꝫ auribus ſemper in acie ſtandum erit.
Quiſquis quocunqꝫ pꝛopoſito me his curis atqꝫ
hoc faſce liberauerint: aſſertori meo gr̃am habeo:
⁊ ſeu uerum ſeu falſum: certe laborioſuʒ ac ſollici-
tum litterati nomen: quietis atqꝫ ocij auidus libẽſ
pono: memorans illud annei. Magno impẽdio tẽ-
porum magna alienarum aurium moleſtia: lauda Anneꝰ
tio hec conſtat. O hominem litteratũ: ſcimus hoc
titulo ruſticiore contenti. O virum bonum cõſilio
tuo ſto. Pꝛeceptoꝛ morum optime: titulo ruſticio-
re ut tu ais: ut ego arbitroꝛ: meliore ac ſãctiore at-
qꝫ ob eam rem etiam nobiliore contentus ſũ: quan
do pꝛeſertim mihi hunc mei iudices relinquũt. Il-
lud tamen metuo ut dicebã: ne hic ipſe titulus fal
lens ſit. Nitoꝛ tamen ut ſit uerus. Neqꝫ hinc deſi
nam: nec laſſaboꝛ uſqꝫ ad extremos alitus nouiſſi-
mumqꝫ ſingultum. ⁊ ſi quod idem alibi dixiſti ut
ſim bonus: opus eſt uelle ſiue hoc ꝑficit: bene erit
ſiue inchoat: ⁊ pars eſt bonitatis uelle bonum fie-
ri pꝛo ea ſaltem parte titulũ uerũ ſpero.

r Edeo ad cenſores meos. de quibus ⁊ mul
ta dixi. ⁊ ut nil te lateat nunc etiam aliquid
eſt dicenduʒ. Neqꝫ enim ut illitteratus ſic
⁊ amens ac ſtupidus dici uelim. Littere eniʒ ſũt
aduentitia oꝛnamẽta. Ratio aũt inſita ipſiuſqꝫ ho
minis pars eſt non ergo ut illis ita ⁊ hac nõ me pu
deat caruiſſe. Neqꝫ ꝟo hec defuit qua illorum tẽ-
diculas declinarem. Circumueniri eoruʒ artibus
non facile potuiſſem. Mea ip̃e puritate. ⁊ uelo ho
neſtiſſimo fidelis ut rebar amicitie obuolutꝰ ſum.
Fidenteʒ fallere: perfacile eſt. ¶ Dixi ⁊ repeto ad Fidẽ fal
viſendum me ut multi alij illius pulcherrime ma- lere eſt
ximeqꝫ urbis ciues ſoliti uenire: bini ſepius ⁊ inter facile.
dum ſimul omnes. Ego autem letari: ⁊ quaſi toti
dem angelos excipere: oblitus rerum omnium ni-
ſi illorum qui totum animum occupabãt ⁊ miris ſe
renabant modis. Ibi ꝯfeſtim ut inter amicos mul
ta ⁊ diuerſa colloqa. Mihi aũt nihil cure eſſe: qua-
liter ſeu quid dicerem: ſeu omnino aliud q̃ʒ ut leta
frons letioꝛqꝫ animus eſſet talium hoſpitum aduẽ
tu. Ita ut interdum gaudio in ſilentiuʒ cogerer. in
terdum reuerentia quadam ne ꝯcurſu ut fit loquẽ-
di auidos impedirem: ⁊ nunc nihil: nunc vulgaria
loquerer. Nihil enim in amicitijs comere didici.
nihil diſſimulare. nihil fingere: ſed in ligua atqꝫ in
fronte animuʒ habere: neqꝫ aliter cũ amicis q̃ʒ me
cum ipſe loq omnia: quo ut ait Cicero nihil eſt dul
cius. Quid enim oſtentare amicis eloquentiã aut
ſcientiam opus eſt? qui animuʒ qui affectus qui in
genium ipſum vident: niſi foꝛte aliquid non tẽtan
di ſed diſcendi gratia queſierint. ubi tamẽ nec oſtẽ
tatio ulla nec oꝛnatꝰ exigerit ſed fidelis ut reliquo
rum omnium ſic ſcientie participatio: exceptionis

expers ⁊ inuidie. Itaqꝫ ſepe miroꝛ Ceſarem augu
ſtum tantum pꝛincipem: tantam rem exigue rei cu
ram: inter tot maximarum rerum curas alias ſu-
ſcipere potuiſſe: ut non modo ad populuꝫ aut ſena
tum ſeu ad milites: ſed cum uxore etiam atqꝫ ami
cis: nil niſi deliberate ⁊ crebꝛo in ſcriptis loquere-
tur. Fecit hoc foꝛſitan: nequid ſuperuacuū ⁊ inſul
ſum caſu aliquo ſibi excideret: quo celeſtis oratio
repꝛehendi poſſet aut ſperni. Licuerit hoc illi ſum
mo de culmine ſubditoſ ſcriptis uelut oraculis al
loquenti. Mihi autem ſermo uagus inter amicos
inelaborateqꝫ ſentētie. Ualeat eloquentia: ſi tā iu-
gi ſtudio querenda eſt. Indiſertꝰ mali eſſe: qꝫ ſolli-
citus ſemper ac triſtis. ¶ Hoc pꝛopoſito: cuꝫ ſepe
inter charos ac familiares uti ſolitus mee ꝑſertim
facultatis conſcios: tum pꝛecipue nuper uſus iter
hos noſtros: amica fiducia in hoſtilem calumniaꝫ
inaduertens incidi. Nihil enim accurate: nihil an-
xie: ut quodqꝫ in animum: utqꝫ ad os pꝛimum ue-
niſſet: pꝛius erumpere. Illi ex compoſito circūfu-
ſi: ſingula trutinare: quicquid dicerem ſic excipe-
re tanqꝫ nec melius ad me quicqꝫ nec id ipſum cō
ptiꝰ dici poſſet. Id ſemel idqꝫ iterū atqꝫ iteꝝ cū fe-
ciſſent: in ſententiā quaꝫ uerā optabant facile con
firmati ſunt. Nil nēpe facilius: qꝫ perſuadere uo-
lentibus iamqꝫ credentibꝰ eo illi fidentius ut igna
rum aliqui credo: inſuper quod tunc minime ſuſpi
cabar ⁊ inſcitiam redire. Sic incautus vnus pluri
um inſidijs circumuentus ignorantium gregibuſ
ignorans miſceoꝛ. ¶ Solebāt illi uel Ariſtotelicū problema: uel de animalibus aliquid in mediū ia- Aꝛ.
ctare. Ego auteꝫ uel tacere uel iocari uel oꝛdiri ali
ud. Interdumqꝫ ſubridens querere: quonam mo-
do id ſcire potuiſſet Ariſtoteles: cuius ⁊ ratio nul-
la eſſet ⁊ experimentum impoſſibile. Stupere il-
li ⁊ taciti ſubiraſci ⁊ blaſphemum uelut aſpicere.
Cui ad fidem reruꝫ aliud qꝫ viri illius auctoritas
quereret: ut iam plane de philoſophis ⁊ ſapientie
ſtudioſis amatoribꝰ: Ariſſotelici ſeu uerius pytha
gorici facti ſimꝰ: renouato illo more ridiculo: quo
querere aliud non licebat: niſi an ille dixiſſet. Ille
auteꝫ erat Pythagoras ut ait Cicero. Ego vō ma
gnum quendam virum ac multiſcium Ariſtoteleꝫ
ſed fuiſſe hominem: ⁊ idcirco aliqua immo ⁊ mul-
ta neſcire potuiſſe arbitroꝛ: plus dicam ſi per iſtos
liceat non tam mihi amicos qꝫ ſectarū. Credo her
cle nec dubito illum: non in rebus tantum paruis
quarum paruus ⁊ minime periculoſus eſt erroꝛ:
ſed in maximis ⁊ ſpectantibus ad ſalutis ſummaꝫ
aberraſſe tota ut aiunt via. Et licet multa Ethicoꝝ
in pꝛincipio ⁊ in fine de felicitate tractauerit: Au-
debo dicere clamēt ut libuerint cenſores mei: ue-
ram illum felicitatē ſic penitus ignoraſſe: ut in eiꝰ
cogitatione nō dico ſubtilioꝛ ſed felicioꝛ fuerit uel
quelibet anus pia uel piſcatoꝛ paſtoꝛ ue fidelis ul'
agricola. Quo magis miroꝛ quoſdam noſtrorum
tractatum illuꝫ Ariſtotelicuꝫ ſic miratos: quaſi ne
phas cenſuerint: idqꝫ ſcriptis quoqꝫ teſtati ſint: de
felicitate aliquid poſt illum loqui. Cuꝫ mihi tamē
audacter foꝛſan dixerim hoc: ſed ni falloꝛ uere: ut
ſolē noctua: ſic ille felicitatē hoc eſt lucem eiꝰ ac ra-
dios ſed non ipſam vidiſſe videatur: nempe qui illā
non ſuis in finibus nec ſolidis in rebus edificiū ue
lut excelſum pꝛocul in hoſtico tremulaqꝫ in ſede fū
dauerit: illam uero non intellexerit ſiue intellectaꝫ
neglexerit: ſine quibus pꝛoꝛſus eſſe felicitas nō po
teſt: fidem ſcilicet atqꝫ immoꝛtalitatem: quas ab il
lo uel non intellectas uel neglectas dixiſſe iaꝫ me
penitet: alterum enim tm̄ dicere debui: non intelle
cte erant: nec nouerat illas ille: nec noſſe potuerat
aut ſperare. Nondū eniꝫ uera lux terris illuxerat
que illuminat omnem hominem uenienteꝫ in hūc
mūdū. Fingebant ſibi ille ⁊ reliqui: quod optabāt
⁊ quod naturaliter optant: cuiuſqꝫ contrariuꝫ op-
tare poteſt nemo: felicitateꝫ dico: qꝫ qꝫ uerbis oꝛna
tam: abſentem uelut amicam canentes: non vide-
bant: gaudebātqꝫ de nihilo pꝛoꝛſus quaſi ſomnio
beati. Uere autē miſeri vicineqꝫ moꝛtis tonitruo
ad miſeriam excitandi: apertiſqꝫ oculis conſpectu
ri que nam eſſet illa felicitaſ de qua ſomniando tra
ctauerant. Que quidem ne quis ex me dici omnia
atqꝫ ideo nimis temerarie dici putet: tertiumdeci- Augꝰ
mum de ciuitate Auguſtini libꝛū legat. ubi de hoc
ipſo ꝯtraqꝫ philoſophos qui fecerunt ſibi: ſuo utoꝛ
uerbo ſicut eoruꝫ cuiqꝫ placuit: vitas beatas ſuas
multa grauiter atqꝫ acriter diſputata repiet. Hoc
fateoꝛ dixi ſepe ⁊ dicam quoad loqui potero: quia
uerum me dixiſſe ac dicturum eſſe confido. ſi hoc
ſacrilegum opinantur: violate me religionis accu-
ſent: ſed Hieronymum ſimul nō curanteꝫ quid di
cat Ariſtoteles ſed quid Chꝛiſtus. Ego cōtra illos
ſi diuerſuꝫ ſentiunt impios ſacrilegoſqꝫ non dubi-
tem. pꝛiuſqꝫ vitam ⁊ quicquid charuꝫ habeo deuſ
abſtulerit: qꝫ ſniam hanc piam ueram ſalutiferaꝫ:
aut qꝫ amore Ariſtotelis Chꝛiſtum negē. ¶ Sint
plane philoſophi. ſint ariſtotelici. cuꝫ pꝛoculdubio
neutruꝫ ſint. ſed ut ſint utrunqꝫ. neqꝫ eni clara hec
nomina illis iuideo: qbus falſis etiā tumēt. Non
mihi inuideant humile uerumqꝫ chꝛiſtiani nomen
⁊ catholici. Sed quid peto: quod ultro facere illoſ
⁊ facturos eſſe ſcio. Non quidem nobis hec inui-
dent: ſed contemnunt tanqꝫ ſimplicia ⁊ abiecta: in
genijſqꝫ ſuis imparia ⁊ indigna. Secreta igiť natu
re atqꝫ altiora illis archana dei que nos humili fi-
de ſuſcipimus: hij ſuperba iactātia nituť eripere
nec attingunt nec appꝛopiant quideꝫ: ſed attingē-
re ⁊ pugno celum ſtringere inſani extimant. ⁊ per
inde eſt eis ac ſi ſtringerent ꝓpꝛia opinione ꝯten-
tis ⁊ errore gaudētibꝰ neqꝫ illos ab iſania retrahit
nō dico ne rei ipſiꝰ ipoſſibilitas ad romanos apo
ſtolicis uerbis expꝛeſſa. Quis enim cognouit ſen-
ſum dn̄i? aut quis ꝯſiliarius eius fuit? Uel illō Ec
cleſiaſticū ac celeſte ꝯſiliū. Altiora te ne queſieris:
⁊ foꝛtiora te ne ſcrutatꝰ fueris: ſed que ꝓcepit deꝰ
tibi illa cogita ſemper ⁊ in pluribꝰ operibus eiꝰ nō
fueris curioſus. non eſt enim tibi neceſſarium ea
que abſcondita ſunt videre. Non hoc dico. ex quo
enim ſperauerit quicqd celitus: immo ut dicā qō
eſt: quicquid catholice dictum ſciunt: at ſaltem ⁊
Democriti nō ineptus iocus. Quod eſt inquit añ
pedes nemo ſpectat: celi ſcrutanť plagas. ⁊ face- Demo-
tiſſima illa Ciceronis irriſio temerarie diſputātiū critus.
nullaqꝫ de re dubitantium: tanqꝫ modo deorum Cicero.
ex concilio deſcendnetes quid ibi agatur oculis
ſuis aſpexerint auribuſqꝫ perceperint. Uel illud
antiquius atqꝫ acrius apud Homerum. Iuppiter Home-
non moꝛtalem hominem: non eſt communi grege rus.
deum aliquem: ſed Iunonem illam ſuam coniugē
ac ſororem reginamqꝫ deuꝫ: graui comminatione
deterrens: ne ſecretum ſuum intimum auderet in-

quirere aut ſciri poſſe p̄ſumeret. ¶ Sed ad Ariſto
telem reuertamur cuius ſplendore lippos atqꝫ in-
firmos pꝛeſtringente oculos: multi iam erroris in
foueas lapſi ſunt. Scio enim vnitateꝫ pꝛincipatus
poſuiſſe: quam iam ante poſuerat Homerus. Sic
enim ait: q̄ꝫtum nobis in latinum ſoluta oratione
trãſlatuꝫ eſt. Non bonũ multitudo numinũ: vnus
dominus ſit: vnus Imperatoꝛ. Iſta auteꝫ plurali-
tas pꝛincipatuum non bona: vnus ergo pꝛinceps.
Sed ille humanum: hic diuinũ. Ille grecoꝝ: Iſte
omnium pꝛincipatuum. ille atridem: iſte deũ p̄nci
pē ſtatuebat: eouſqꝫ ueri ſibi fulgoꝛ illuſtrauit ani
mum: quis hic pꝛinceps qualis ue ⁊ q̄ꝫtus neſciſ-
ſe eum: ⁊ qui multa de numinibꝰ curioſe admoduꝫ
diſputaſſet: vnum hoc ⁊ maximum non vidiſſe cre
diderim: quod viderunt multi litteraruꝫ neſcij: iu
bentqꝫ luce non altera uerum aliter illuſtrãte. Id-
qꝫ amici iſti mei ita eſſe non vident: cecos ego illoſ
planeqꝫ exoculatos eſſe video. ⁊ ſic omnibus vi-
deri quibus oculi ſani ſint non magis heſitauerim
q̄ꝫ ſmaragdum viridem: niuem candidam: coꝛuuꝫ
nigrum. Utqꝫ audaciam meam equanimius Ari-
ſtotelici noſtri ferant: non de vno tantum ita ſētio
⁊ ſi vnum nominem lego q̄ꝫuis ignorans: ⁊ anteq̄ꝫ
iſti noſtram ignorantiaꝫ depꝛehendiſſent intellige
re aliquid videbar. Lego inq̄ꝫ ſed viridioribus an
nis attentius legebam. Adhuc tamen poetarum ⁊
philoſophorum libꝛos lego. Qui Ciceronis ante
Cicero. alios cuius appꝛime ⁊ igenio ⁊ ſtilo ſemp̱ ab ado-
loſcentia delectatus ſum. Inuenio eloquentie plu
rimum ⁊ uerborum elegantium vim maximaꝫ: ꝙ
ad deos ipſos de quorum ille natura nominatiꝫ li
bꝛos edidit: quodqꝫ omnino ad religioneꝫ ſpectat
quo deſertius dicitur: eo mihi inanioꝛ eſt fabella.
deoqꝫ tacitus mecũ gratias ago: qui hoc mihi ſeu
iners ſeu modeſtum dedit ingeniũ: animumqꝫ nõ
uagum: neqꝫ altiora ſe querenteꝫ neqꝫ hijs ſcrutã
dis curioſum: que queſita difficilia: peſtifera ſint
inuentu. Sed quo plura ꝯtra chꝛiſti fidem dici au
dio ⁊ chꝛiſtum magis amem: ⁊ in chꝛiſti fide ſim
firmioꝛ. Ita nempe mihi accidit: ut ſiquis in pa-
tris amore tepentioꝛ de illo audiat obloquentes
amoꝛqꝫ qui ſopitus videbatᷣ: ilico inardeſcit. Ita
enim eueniat neceſſe eſt ſi uerus eſt filiꝰ. Sepe me
Chꝛiſtũ ipſum teſtoꝛ: de chꝛiſtiano chꝛiſtianiſſimũ
hereticorum fecere blaſphemie. Pagani enim illi
ueteres etſi multa de dijs fabulētur: non blaſphe-
mant tamen: quia ueri dei notitiaꝫ nullam habēt.
Neqꝫ enim chꝛiſti nomen audierunt. Fides autē
ex auditu eſt. ⁊ q̄ꝫuis in omnem terram exiuerit
ſonus eorum ⁊ in fines oꝛbis terre uerba eoꝝ: apo
ſtolorum tamen uerbis ac doctrinis toto oꝛbe ſo-
nantibus: illi iã moꝛtui ac ſepulti erant: miſeri ma
gis q̄ꝫ culpabiles: quorum aures quibus haurire
fidem ſalutiferam potuiſſent: inuida iam tellus ob
ſtruxerat. Inter cũctos tamē potentiſſime illi tres
libꝛi Ciceronis: quos de natura deoruꝫ inſcriptoſ
ſupꝛa memini: ſepe me excitant. ubiqꝫ ſcilicet tãtũ
illud ingenium de dijs agens: ipſos ſepe deos irri
det ac deſpicit: non quidem ſerio foꝛte ſupplicium
timens quod ante aduentum ſancti ſpiritus ipſi
etiam apoſtoli timuerunt: ſed hijs quibus abun-
dat iocis efficaciſſimis. quibus clarum fiat intelli
gentibus: de eo ipſo quod tractanduꝫ aſſumpſerat
quid ſentiret ut ſoꝛteꝫ ſuã ſepe interlegendũ miſe
ratus ipſe mecum tacitus dolēſqꝫ ſuſpirem: ꝙ ue-
rum deum vir ille non nouerit. paucis autem ante
chꝛiſti oꝛtum annis obierat: oculoſqꝫ moꝛs clauſe-
rat: heu quibus e pꝛoximo noctis erratice ac tene-
bꝛaruꝫ finis ⁊ ueritatis initiũ uereqꝫ lucis aurora
⁊ iuſtitie ſol inſtabat. Qui tamē Cicero ipſe ſuis
in libꝛis quos inumeroſ ſcripſit: ⁊ ſi erroꝝ toꝛrēte
vulgariũ lapſus ſepe deos nominet ⁊ ſepe illos tñ
deridet ut dixi. ⁊ iam inde a iuuētute ſua libꝛos in
uentionum ſcribens: dixerat eos qui philoſophie
dent operam non arbitrari deos eſſe. Nempe deũ
noſſe: non deos: ea demum uera ⁊ ſumma philo-
ſophia eſt. ita dico ſi cognitiōi pietas ⁊ fidelis cul
tus acceſſerit. Idem quoqꝫ iam ſenioꝛ hijs ipſis in
libꝛis quos de dijs non de deo ſcribit: ubi ſeſe col-
ligit: q̄ꝫtis ingenij alis attollitur. ut interdum non
paganum philoſophum ſed apoſtolum loqui pu-
tes. quale eſt illud in pꝛimo conrra Uelleium Epi
curee ſententie defenſorem. Eos inquit vitupera-
bas: qui ex operibus magnificis atqꝫ pꝛeclaris cũ
ipſum mundum: cum eius membꝛa: celuꝫ: terras:
maria: cunqꝫ eorum inſignia ſolem ⁊ lunam ſtellaſ
qꝫ vidiſſent: Cunqꝫ temporum maturitates muta
tiones viciſſitudineſqꝫ cognouiſſēt: ſuſpicati ſũt ali
quam eſſe excellentem pꝛeſtantemqꝫ naturaꝫ: que
hoc effeciſſet moueret regeret gubernaret. In ſecũ
do autem. Quid inqͭ poteſt eſſe tam apertuꝫ: tãqꝫ
perſpicuum celum ſi aſpeximus celeſtiaqꝫ cõtem-
plati ſimus: q̄ꝫ eſſe aliquod numen pꝛeſtantiſſime
mentis: quo hec regantur. Et eodem in libꝛo. Cri-
ſippus quideꝫ inquit q̄ꝫq̄ꝫ eſt acerrimo ingenio: ta
men ea dicit ut ab ipſa natura didiciſſe nõ ut ipſe
reperiſſe videatur. Si enim inquit eſt aliquid in re
rum natura: quod hominis menſ ⁊ ratio: quod vis
quod poteſtas humana efficere non poſſit: eſt cer-
te id quod effecit homine melius. Atqui res cele-
ſtes: omneſqꝫ hee quaruꝫ eſt oꝛdo ſempiternus ab
homine confici non poſſunt. Eſt igitur id quo illa
conficiuntur: homine melius. Id autem quid po-
tius dixerim q̄ꝫ deum. Deinde paucis interiectis.
ꝙ ſi omneſ inquit mũdi partes ita conſtitute ſunt:
ut neqꝫ ad uſum meliores: neqꝫ ad ſpeciē pulchꝛio
res effici potuerint: videamus utrum ea foꝛtuita
ſint an eo ſtatu quo coherere nullo modo potue-
rint: niſi ſenſu moderante diuinaqꝫ pꝛouidētia. Si
igitur meliora ſunt que natura q̄ꝫ que arte perfecta
ſunt: Nec ars efficit quicq̄ꝫ ſine ratione: nec natu-
ra quidē rationis expers eſt habenda. Non igitur
conuenit ſignũ aut tabellaꝫ pictam cum aſpexeris
ſcire adhibitam eſſe artē. Cunqꝫ pꝛocul curſum na
uigij videris non dubitare quin id ratione atqꝫ ar
te moueatur. Aut cum ſolarium uel deſcriptũ: aut
ex aqua contemplari intelligere declarari horas:
arte non caſu mundum qui ⁊ has ipſas artes ⁊ ea
rum artifices ⁊ cuncta complectatur conſilij ⁊ ra-
tionis expertem putare: ꝙ ſi in ſcythiam aut in bꝛi
tãniam ſperam aliquis tulerit hanc quaꝫ nuper fa
miliaris noſter effecit poſſidonius. Cuius ſingule Poſſi-
conuerſiones idē efficiunt in ſole ⁊ luna ⁊ in quin- donius
qꝫ ſtellis errãtibus: quod efficitur in celo, ſingulis fecit ſpe
diebus ⁊ noctibus: quis in illa barbarie dubitet: ram.
quin ea ſpera ſit perfecta ratione. Hij autem dubi
tant de mundo: ex quo oriuntur ⁊ fiunt omnia ca-
ſu: ne ſit ipſe effectus aut neceſſitate aliqua aut ra-
tione ac mente diuina. Archimenidem arbitrãtur

plus ualuiſſe in imitandis ſpere conuerſionibus:
q̃; naturam in efficiendis:preſertim cū multis par
tibus ſint illa perfecta q̃; hec ſimulata ſolertius.
¶ Hec ut audis apud Tullium ſcripta ſunt. quib⁹
dictis: rudem mox paſtorem illum ſumit ab Ac-
tio Poeta ⁊ ad propoſitum ſuum trahit. Nauim
nunq̃; antea ſibi viſam: illa; ſcilicet quā in Colchō
uehebantur argonaute: procul e monte cernente;
atq; attonitum nouitate miraculi pauentemq;: ⁊
multa ſecum opinantem: montem aut ſaxum: ter-
re viſceribus eruptum ac uentis impulſum pela-
go rapi aut atros turbines conglobatos fluctuu;
concurſu aut tale aliquid: viſis inde iuuenib⁹ quo-
rum ope atq; opera nauigium agebatur: ⁊ cantu
nautico audito: herouumq; vultibus conſpectis:
ad ſe reuerſum ⁊ errore ac ſtupore depoſito: quid
nam rei eſſet intelligere incipientem. Poſt que ſta
Cice. ti; infert Cicero. Ergo inquit ut hic primo aſpectu
inane quiddam ſenſuq; uacuum ſe putat cernere:
poſt autem ſignis certioribus quale ſit illud de
quo dubitauerat incipit ſuſpicari: Sic philoſophi
debuerunt ſi forte eos primus aſpectus mundi cō
turbauerat. Poſtea cum vidiſſent motus eius infi
nitos ⁊ equabiles: omneſq; ratis ordinib⁹ modera
ta immutabiliq; conſtantia: intelligere ineſſe ali-
quem non ſolum habitatorem in hac celeſti ac di-
uina domo: ſed etiam rectorem ac moderatorem:
⁊ tanq̃; architectu; tanti operis tantiq; muneris.
Quod ipſum alio loco pene hiiſdem uerbis poſu
it tuſculanarum queſtionum libro primo. Hec in-
quit ⁊ alia innumerabilia cum cernimus: poſſu-
mus ne dubitare quin hijs preſit aliquis uel effe-
ctor ſi hec nata ſunt ut Platoni videtur: uel ſi ſem-
per fuerint ut Ariſtoteli placet: moderator tanti
operis ⁊ muneris? ¶ Uides ut ubiq; vnum deu;
gubernatore; ac factorem rerū oium: non philoſo
phica tantum: ſed quaſi theologica circumlocutio
ne deſcribit. Itaq; magis hoc probo q̃; quod in
ipſo nature deorum libro ſequitur: auctore quide;
Ariſtotele: q̃;uis nanq; ſententia vna ſit ibi tamen
mentio eſt deorum: quorum nomen in omni ueri-
tatis inquiſitione ſuſpectum eſt. Sic enim ait pre-
clare ergo Ariſtoteles. Si eſſet inquit qui ſub ter-
ra ſemper habitaſſet bonis ⁊ illuſtribus domici-
lijs que eſſent ornata ſignis atq; picturis: inſtru-
ctaq; rebus hijs omnibus quibus abundant hij
qui beati putantur: nec tamen exiſſet ſuper terra;.
Accepiſſet autem fama ⁊ auditione: eſſe quodda;
numen ⁊ vim deoru;. Deinde aliquo tempore pa-
tefactis terre faucibus: ex illis abditis ſedib⁹ eua-
dere in hec loca que nos colimus atq; exire potu-
iſſet: cu; repente terrā ⁊ maria celumq; vidiſſet nu
bium magnitudinem ⁊ pulchritudinem uentorū-
q; vim cognouiſſet: aſpexiſſetq; ſole; eiuſq; magni
tudinem ⁊ decorem: quem tamē per efficientiam
cognouiſſet: ꝙ is diem efficeret toto celo luce dif-
fuſa: Cum autem terram nox opacaſſet: tum ce-
lum totum cerneret aſtris diſtinctum ⁊ ornatum:
luneq; luminum uarietatem tum creſcentis tum ſe
neſcentis: eorumq; omnium ortus ⁊ occaſus: utq;
mihi omni eternitate ratos immutabileſq; curſus
que cum videret: profecto ⁊ eſſe deos: ⁊ hec tanta
deorum opera eſſe arbitraretur. Atq; hec quide;
ille Ariſtoteles ſcilicet cuius exemplum quod pe-
regrinum nimis ⁊ ab experientia ſemotum videre
tur: factam ⁊ non fictam rem memorieq; proximā
in medio deducit. Idem Cicero. Et nos autem in- Cicero.
quit tenebras cogitemuſ tantas: quante quonda;
eruptione ethncorum ignium finitimas regiones
obſcuraſſe dicuntur ut per biduum nemo hominē
homo agnoſceret. Cum autem die tertio ſol illuxiſ
ſet: ut reuixiſſe ſibi viderentur. ꝙ ſi hoc idem exter
nis contingeret: ut ſubito lucem aſpiceremus: que
nam ſpecies celi videretur? Sed aſſiduitate quo-
tidiana: ⁊ conſuetudine oculoru; aſſueſcunt animi
neq; admirantur: neq; requirunt rationes earum
rerum quas ſepe vidēt: perinde quaſi nouitas ma
gna q̃; magnitudo rerum debeat ad exquirendas
cauſas excitare. Quis enim hunc hominem dixe-
rit: qui cum tam celi motus certos: ta; ratos aſtro
rum ordines: tanq̃; inter ſe nomina connexa ⁊ ap-
ta viderit: neq; in hijs nullam ineſſe ratione; eaq;
caſu fieri dicat. que quanto cōſilio gerantur: nullo
officio aſſequi poſſumus? An cum machinatione
quadam moueri aliquid videmus: ut ſperam: ut
horas: ut aliud per multa non dubitamus quin il
la opera ſint rationis? Cum autem impetum celi
admirabili cum celeritate moueri uertiq; videa-
mus: conſtantiſſime conficientem viciſſitudines
anniuerſarias cum ſalute rerū omniu; dubitamuſ
quin ea non ſolum ratione fiant: ſed etiam excellen
ti quadam diuinaq; ratione? Licet enim ia; remo
ta ſubtilitate diſputandi oculis quodammodo cō
templari pulchritudinem earum rerum quas diui
na prouidentia dicimus conſtitutas. ¶ Audis
amice quod predixeram non quaſi philoſophum
loquentem: ſed apoſtolum. Quid enim aliud tibi
ſonare videntur hec omnia ⁊ ſingula: q̃; apoſtoli-
cum illud ad Romanos? Deus enim manifeſtauit
illis. Inuiſibilia enim ipſius a creatura mūdi per
ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ſem-
piterna quoq; eiuſ virt⁹ ac diuinitas: Ita ut ſint in
excuſabiles. q: cum cognouiſſent deum: nō ut deū
glorificauerunt aut gratias egerunt: ſed euanue
runt in cogitationibus ſuis. Quid queſo aliud ſi
bi vult Cicero totiens repetēdo mundum: diuina
prouidentia conſtitutum: diuina etiam prouiden
tia gubernari: idq; uelut manu lingue oculis ho-
minum ingerendo: niſi ut auctore ac factore reru;
cognito: puderet viros ingenioſos a fonte uere fe-
licitatis auerſos per opinionum deuia: uanis atq;
aridis cogitatibus circumuolui. ¶ Poſſes aute;
admirari niſi me noſſes: ꝙ a Cicerone vix diuellor Cicero.
ſic me illud delectat ingenium. Ecce nunc reru; ſti
liq; dulcedine quadam non iſolita raptus quo nō
ſoleo: ut alieno mea iferciar opuſcula: patiētiā nō
tā tuam q̃; lectoris imploro. Equidem: dum hēre
meum aliquid viſus eram de proprio ueſtiebar:
mercator inops litterarum ab hijs quatuor ſcien-
tie fameq; predonibus ſpoliatus: cum mihi iā pro
prium nihil ſit: ſi aliena mendicem: importunitatē
atq; impudentiam paupertas excuſat. Et q̃; pu-
tas magna animi paupertas ignorantia eſt? Et
qua nulla maior preter vitium. Sed ne tres illos
libros in libellum hunc vnicum coanguſtem: Cice
ronianum nihil hodie amplius tranſcribam: q̃;uiſ
⁊ ſepe alibi: ⁊ hic preſertim plurima ſtudioſe ope-
rioſiſſima diſputatione perſtrinxerit: ad hūc ipſu;

finē:ut ex his oībus que videmꝰ eſſe deū ⁊ factorē
⁊ rectorem omnium cogitemus. Hec eniꝫ fere diſ
putationis illius ſumma eſt: ut celeſtibus ac terre
ſtribus pene cunctis expoſitis: celi ſcilicet ſperis
ac ſyderibus: tum ſtabilitate ac fecunditate terra-
rum: maris ac fluuium opportunitatibus tempo-
rumque uarietatibus ac uentorum. Herbis quo-
qꝫ ⁊ plantis ⁊ arboribus atqꝫ animantibus mi-
ris uolucrum ⁊ quadrupedum piſcium naturis:
deqꝫ hijs omnibus commoditate multiplici ci-
bo labore uectura remedioqꝫ morborum: uenatu
qꝫ ⁊ aucupio: ⁊ architectura ⁊ nauigatione ⁊ ar-
tibꝰ innumeris: omnibuſqꝫ uel ingenio uel natura
inuentis. Deniqꝫ corporum ac ſenſuum ⁊ mem-
brorum compage ac diſpoſitione mirabili: ad ulti-
mum ratione ⁊ induſtria. in quorum explicatio-
ne curioſe admodum ac facunde uerſatur: Sic ut
neſciam: an ſcriptorum aliquis tam anxie vnquā
tamqꝫ acriter iſta tractauerit. Semper vna ſit con
cluſio. oīa quecūqꝫ cernimus oculis uel ꝑcipimus
ītellectu: pro ſalute hoīuꝫ ⁊ diuinitꝰ facta eſſe ⁊ di-
uina ꝓuidētia ac conſilio gubernari. Jmmo ēt ad
indiuiduā cōdeſcendēs: Cū quatuordecim niſi fal
lor īſignes romanos duces noīaſſet: addidit quoꝫ
neminē niſi adiuuāte deo talem fuiſſe credēdū eſt.
Et poſt pauca. Nemo inqt vir magnꝰ ſine aliquo
afflatu diuino vnq̄ꝫ fuit. quem afflatū qd aliud: q̄ꝫ
ſpūm ſanctum homo purus intelligat? Jtaqꝫ pre-
ter eloquentiam: que nulli hominuꝫ par fuit: quid
hic in ſententia tractator quicunqꝫ catholicus im-
mutaret. ¶ Quid nunc igitur? Ciceronem ne ideo
catholicū inſeram. Uellem poſſe ⁊ o utinam lice- Cicero
ret. utinam qui tale illi ingenium dedit: ⁊ ſeipſum catholi-
cognoſcendum prebuiſſet ut querendum prebuit. cus oſtē
Etſi enim uerus deus nec noſtrarum laudum nec dit: lꝫ ca
mortalis eloquij egens ſit: Haberemus tamē nūc tholicis
in templis ut arbitror dei noſtri: non quideꝫ uerio īſeri nō
ra nec ſanctiora: id enim fieri non poteſt nec ſpera- debeat
ri debet: at forſan dulciora ⁊ ſonantiora preconia.
Uerum abſit. ut vno aut altero bene dicto totum
quicquid eſt ingenij vnius amplectar. Nam phi-
loſophos non ex ſingulis uocibus ſpectandos: ſed
ex perpetuitate atqꝫ conſtantia ab eodem ipſo Ci-
cerone immo a ratione inſita didici. Quis tam ru
dis ut non quandoqꝫ gratum aliquid dicat? An id
v̄o ſatis eſt? Sepe vna uox ad tempus multam
tegit ignorantiam. Sepe ſplendor oculorum aut
flaua ceſaries: fedas corporū mendas uelat. Qui
totum tuto vult laudare: totum oportet ut videat
totum examinet: totum libret. Fieri poteſt: ut iu-
xta illud quod delectat aliud lateat quod tantun-
dem uel multo etiam magis offendat. Ecce idem
Cicero ibidem: ubi multa pergrauiter diſſeruit ⁊ Cicero
pietati ſimillima: mox ad deos ſuos ut ad uomi-
tum redit expeditiſqꝫ nominibus ac qualitatibus
ſingulorum: nec iam de vnius dei ſed de deorum
prouidentia acturus: Audi queſo quid interſerat.
Quos deos ⁊ uenerari inquit ⁊ colere debemus.
Cultus autem deorum eſt optimus: Jdēqꝫ caſtiſ-
ſimus pleniſſimuſqꝫ pietatis: ut eos ſemꝑ pura in
tegra ⁊ incorrupta: ⁊ mēte ⁊ uoce ueneremur. Heu
mi Cicero quid ais? tam cito dei vnius ⁊ tuiipſius
obliuiſceris. Ubi excellentem illam preſtantem
qꝫ naturam numenqꝫ illud preſtantiſſime mentis.

ubi meliorem deum homine: atqꝫ eorum que hu-
mana uel ratione uel potentia fieri nequeunt: cele
ſtium ſcilicet? Huius ne quem cernimus ſempiter
ni ordinis effectorem. Ubi illum deniqꝫ celeſtis
ac diuine domus habitatorem: inſuper ⁊ rectorem
ac moderatorem ⁊ tanq̄ꝫ architectum tanti operis
reliquiſti? Et quaſi e domo illa ſyderea quaꝫ grata
ſibi confeſſione prebueras depuliſti: dum tam fe-
dos tam indignos ei comites dares aſpernanti at
qꝫ ore prophetico proclamanti. Uidete ꝙ ego ſim
ſolus ⁊ non eſt alius deus preter me. Qui ſunt igi
tur hij noui recenteſqꝫ ⁊ īfames dij: quos in domū
domini conaris intrudere? Sunt ne hi de quibus
propheta alter ait. Omnes dij gentium demonia:
dominus autem celos fecit. Tu mihi nunc de hoc
celorum rerumqꝫ omniū factore ⁊ creatore loque
baris: meritoqꝫ pij auditoris aures atqꝫ animum
delectabas. Sic repente illum creaturis rebelli-
bus atqꝫ imundis ſpiritibus miſcuiſti? Euertiſti
vno v̄bo omnia que ſapienter ac ſobrie dixiſſe vide
baris. ſed quid dixi vno uerbo: immo cōpluribus.
Sepe enim: immo paſſim eodem quaſi dormitās
ueſtigio nutante relaberis: ⁊ quos modo deos ir-
riſeras uenerаris: quin ⁊ ſolem ⁊ lunā ⁊ ſtellas: ⁊
poſtremo palpabilem hunc mundū ipm quē vide-
mus: queꝫ tangimus: quem calcamus: ſenſu predi
tum: animantem: ⁊ quo nihil eſt ſtultius deum fa
cis. Jdqꝫ licet non tu tibi ſed Balbo tribuas apud
te loquenti: quod ipſum achademice fuerit caute-
le: in fine tamen libri illius Balbi diſputationē nō
auſus ne in achademie legem pecces ueriorem di
cere: ueriſimiliorem dixiſti. ut quicquid ille diſpu
tauerat approbando tuum feciſſe videaris. Uere
autem tuum ſit: ꝙ platonicum ſecutus morem al-
teri tribuere: tuaſqꝫ ſententias proferre: ficto alteri
us ore malueris. q̄ꝫ q̄ꝫ ſane quodam loco dicti ope
ris deum vnum plurinomium balbus idem affer
re videatur. quo uelut error clypeo uti ſolent ſtoici
ad excuſandas inſanias deoruꝫ turbe: quaſi diuer
ſis uocabulis non niſi rem vnicaꝫ deſignari uelint
⁊ intelligi. ut ſit ſcilicet exempli gratia deus vnus.
Jſqꝫ in terra Ceres dictus: Neptunus in pelago:
in ethere Juppiter: in igne Uulcanus. Tamē hec
excuſatio ⁊ ueritatis obumbratio q̄ꝫ ſit friuola qs
non videt? Qui ut reliqua ſileam apud ſcriptores
gentium preeminentiam inter ſe deorum diſcordi
aſqꝫ ⁊ bella ſacrorumqꝫ diuerſitatem viderit. De
us eniꝫ uerꝰ niſi vnus eſſe non poteſt: neqꝫ ſe maior Deꝰ vnꝰ
neqꝫ ſe minor alicubi: cuꝫ ſemper ⁊ ubiqꝫ idē ipſe
ſit: neqꝫ aliqn̄ ſecum diſcors eſſe pōt aut fuiſſe: ne-
qꝫ nunc. Qui non tauro: ſed vno ſemper laudis ⁊
iuſtitie ⁊ contribulati ſpiritus ac lachrymarum ſa
crificio delectatur. vnus ille in celo ⁊ in terra: vna
illi utrobiqꝫ ſubſtantia vnuꝫ nomen. Jlla quoqꝫ di
uerſoria ac fictionum ſubterfugia: ꝙ videntes phi
loſophi que de Joue dicerent: deo non conuenire:
duos Joues: vnum naturaleꝫ: alterum fabuloſum
ut Lactantius ait: ſeu potius tres Joues: ut ait Lactāti
Cicero numerant hij qui theologi nominantur us
deorum inq̄ꝫ Theologi non vnius dei: quantas vi-
res habeant: ⁊ quanti extimāda ſint ꝑcij: ne nimis
a propoſito deerrem: apud ipm Lactantium For
mianum qui queret inueniet inſtitutionum ſuaruꝫ
libro primo. ¶ Nam illud piget etiam attigiſſe: ꝙ

ſoleſ qnqꝫ totidēqꝫ mercurios:totidēqꝫ Dionyſioſ
totidemqꝫ Mineruas:q̃tuor vo Uulcanos:qua-
tuor Apollines : quatuor Ueneres:tres Eſculapi-
os:tres cupidines : tres dianas dicunt : ſex Her-
cules ut Cicero ait : at ut Uarro tres ⁊ quadra-
ginta.neqꝫ illos pudet ⁊ ea dicere que nos pude-
at audire ne dicā credere. Rogo enim. Quis has
non ſtomachet̃ ieptias?quis has ferat ambages?
omnia non errorum modo:ſed ſic inaniuz ſomnio
rum plena vndiqꝫ ac referta ſunt:ut miſerear inter
dum atqꝫ indigner nobile illud eloquiuz in his po
ſitum ⁊ conſumptum curis . ¶ Nam de reliquis
ut libet. At que circulatio?quis hic ludus?quenaꝫ
hee fabelle?quinqꝫ ſoles facere:cuꝫ ab eo ꝙ ſolus
luceat ſolem dici uelint: ⁊ cū plures non fuiſſe qui
dem vnq̃ꝫ:ſed oculorum vitio fortaſſis aut animo
rum conſternatione iuſte eſſe:nonnunq̃ꝫ inter pro-
digia numeratum ſit?pace ueterum ſit dictum Ci
ceronis ante alios. Nec ſcribēda hec fuiſſe cenſeo
nec legēda cenſerē:qbus cōſcribēdis ille vir tant⁹
īcubuit niſi ut lecte ⁊ cognite deoꝝ nuge:uere diui
nitatꝭ ⁊ vni⁹ dei amorē ⁊ contēptus ſupſtitionis ex-
terne:nr̃e religionis reuerētiā legentiū animis ex-
citarent. Nullo enim clarius modo vnaqueqꝫ res
q̃ꝫ cōtrario admota cognoſcitur. Nil magis ama-
bilem lucem facit:q̃ꝫ odium tenebrarum . ¶ Que
ſi de Cicerone meo dixi quem in multis miror:qd
de alijs me dicturum ſperas? Scripſerunt multa
multi ſubtiliter.quidā etiam grauiter:dulciter elo
quenter. Sed in hijs quaſi uenenum in melle mi-
ſcuerunt:quedam falſa ridiculoſa pericula de qui-
bus nunc agere longum nimis ⁊ impertinens. Ne
qꝫ enim in omnibus ea mihi excuſatio fuerit : que
fuit in Cicerone. Non ſic omnes alliciunt .quibus
⁊ ſi materia alta ſit : non eſt eloquij par dulcedo.
Sepe cantus idem pro uarietate canentium nunc
delectabilis nunc moleſtus fuit. ⁊ eādem Muſicā
longe uariam uox oſtendit. Ne tamē res egeat ex
emplo: Pythagorā ſummi virum ingenij fuiſſe qs
non nouit ? eius tamen eſt nota illa metempſico-
ſis:quam in caput non dicaꝫ philoſophi ſed homi
nis ſcandere potuiſſe ſupra fidem ſtupeo. Scandit
tamen: ⁊ a magno ingenio profecta:magna etiam
ut perhibent infecit ingenia. Dicerem hic aliquid
ſi audereꝫ:quod quia non audeo:audētior pro me
dicet Lactantius Formianus:qui in libris inſtitu
tionuꝫ:hunc ipſum de quo loquimur Pythagoraꝫ
uanum ſenem ⁊ ineptum:hominemqꝫ leuiſſimum
deridende uanitatis:appellare non ueritus.totuꝫ
hoc fabuloſum ⁊ inane mendacium : atqꝫ illud in
primis:ꝙ ſe in priore vita Euphorbiuꝫ fuiſſe men
tituſ eſt:generoſa ſtili atqꝫ animi libertate deſpicit
ac refellit. Hoc eſt autem vnum illud electiſſimum
inter pythagorica dogmata:quibus ille vir adue-
na apud methapontinos credulos ubi diem obijt:
tantum meruit nomen:ut domus eius pro templo
ipſe pro deo cultus atqꝫ habitus ſit . Et q̃ꝫuis hec
ipſe non ſcripſerit:nihil enim ſcripſiſſe traditur. di
xit tamen: ⁊ poſt eum ſcripſere alij. ¶ Quis atho
moruꝫ turbas:concurſuſqꝫ fortuitos nō audiuit?
Ex quibus in vnum coeuntibus:celum ⁊ terraꝫ ⁊
vniuerſa conſtare vult Democritus:ſecutuſqꝫ De-
mocritum Epicurus.qui ne quid penitus deeſſet
inſanie:mundos innumerabiles poſuere.quod cū
audiſſet:ſuſpiraſſe fertur Alexāder macedo:ꝙ nō
dum vnum ex innumeris ſubegiſſet. Uani uaſtiqꝫ
animi ſuſpirium. Certe hij duo philoſophice here
ſis huius auctores:milleſimam nondum partem
mundi huius agnouerant:dum mundos innume
rabiles ſomniabant. I nunc : ⁊ non ſolum doctos
ſed ſobrios etiam ac diſcretos:quodqꝫ eſt euiden-
tiſſimum ocioſos nega:quibus uacauerit talia co-
gitare. ¶ Quid de alijs dicam:qui non mundorū
innumerabilitatem : infirmitatēqꝫ locorum ut hij
proximi ſed mundi huius eternitatem aſtruunt.in
quam ſententiaꝫ preter Platonem ac platonicos:
philoſophi fere omnes ⁊ cum illis mei quoqꝫ iudi
ces ut philoſophi potius q̃ꝫ chriſtiani videātur in-
clinant. Et ut illuꝫ famoſiſſimum ſiue infamē Per Perſi⁹
ſij uerſiculum defendant. Signi de nihilo nihil in
nihilum nil poſſe reuerti.non modo mundi fabri-
cam Platonis in Thimeo:ſed moſaycam geneſim
fidemqꝫ catholicaꝫ totumqꝫ chriſti dogma ſanctiſ-
ſimum ac ſaluberrimū ⁊ celeſti rore melliſluum op
pugnare non metuant:niſi humano magiſ q̃ꝫ diui
no ſupplicio terreātur.quo ceſſante ſubmotiſqꝫ ar
bitris:oppugnant ueritatem ⁊ pietatem:clanculū
in angulis irridentes chriſtum: Atqꝫ Ariſtotelem
quem non intelligunt adorantes meqꝫ:ideo ꝙ cuꝫ
eis genua non incuruo:accuſant:qd̕ eſt fidei igno-
rantie tribuentes. Fidem enim ipſam incuſare ue
riti:ſectatores fidei inſectantur obtuſoſqꝫ ⁊ igna-
ros dicunt : Neqꝫ quid alij ſciant:aut quid neſci-
ant:ſed in quo ſecum ſentiant aut diſſentiant atten
dunt.omniſqꝫ diſſenſio apud illos ignorantia eſt:
Cuꝫ ab errantibus diſſentire ſumma ſit ſapientia.
Ita autem propoſito inſiſtunt.ut quoniam ex nihi
lo fieri aliquid impoſſibile ſit:natura:deo ipſi ipo-
tentiam hanc aſcribant. Ceci ac ſurdi qui non ſal-
tem naturalium philoſophorum antiquiſſimuꝫ au
diant Pythagoram. Solius hanc dei forte virtu-
tem ac potentiam aſſerentem:ut quod natura effi-
cere nequeat:deus facile poſſit:ut qui ſit omni vir-
tute ac poteſtate potentior atqꝫ preſtantior ⁊ a quo
natura ipſa vires mutuetur. Non miror ſi chriſtū:
ſi apoſtolos:ſi doctores catholicos non audiunt:
quos contemnunt. Hunc philoſophum nō audire
uel ſpnere illos miror. Sed nec nō legiſſe hoc:ſed
tātos aliorum iudices phas eſt ſuſpicari.que ſi ta
men forſitan non legerunt: Legant ſiqs eſt pudor
apud Calcidium in Thimeum Platonis ſecundo Calcidi
commentario. Sed ne quicq̃ꝫ moneo.omne quod us
ad pietatem tendit a quocunqꝫ dictum pari temeri
tate atqꝫ impietate deſpiciunt. ⁊ ut docti videātur
inſaniunt quod ancille humili negatuꝫ ſit:omnipo
tenti quoqꝫ domino uetitum opinantes . Quin-
etiam quod in horuꝫ tumultibus aduertere potui
ſti.ubi ad diſputationem publicam uentum eſt:qa
errores ſuos eructare non audent:proteſtari ſolēt
ſe in preſens ſequeſtrata ac ſepoſita fide diſſerere:
quod quid oro eſt aliud:q̃ꝫ reiecta ueritate uerum
querere: ⁊ quaſi ſole derelicto in profundiſſimos ⁊
opacos terre inhiatus introire:ut illic in tenebris
lumē inueniant : quo nihil amētius fingi pōt. Ipſi
aūt ne nil agē illoſ putes:ſeu qd agāt ignorare qd̕
aperta profeſſione non audent : proteſtatione clan
deſtina fidē negāt:nūc ſerijs ſophiſticiſqꝫ blaſphe
mijs:nūc ludicris ⁊ male ſalſis ⁊ olentibus iocis

atqꝫ impijs. Atqui magno audientium aſſenſu q̄d
Cice ro ipſum Ciceronem loquens Balbus. Mala inquit
⁊ impia conſuetudo eſt contra deos diſputandi:
Siue ex animo id: ſiue ex ſimulatione loquebat̃:
ut deoruꝫ cultoꝛ pie q̃ꝫq̃ꝫ pietas illa impia eſſet ac
peſtifera. Q̃ꝫ ergo mala q̃ꝫqꝫ impia cõſuetudo: ue-
ri dei cultoribus videri debet: contra deum ſuuꝫ:
Hoc eſt contra vnum uerum viuum celi deum diſ
putandi quocunqꝫ pꝛopoſito. Nam ſi ex animo ſi
at ſcelus ingens ⁊ impietas: ſi ludendo autem: in-
eptiſſimus ludus ⁊ cenſoria dign⁹ eſt nota. ¶ Nõ
hoc tamen aſpiciunt iudices mei: quorum in iudi-
cio nõ ignorans adeo viderer: niſi chꝛiſtian⁹ eẽm.
Quomodo enim chꝛiſtianus homo litterat⁹ vide
retur: hijs qui idiotam chꝛiſtum magiſtrum ⁊ do
minũ noſtruꝫ dicũt? Non facile rudis magiſtri di
ſcipulus eruditus fiet ab illius ueſtigijs nõ diuer
tens. Cupide igitur ⁊ audacter ⁊ impoꝛtune cõtra
pꝛeceptorem cõtraqꝫ diſcipulos eius clamãt: imo
latrant ⁊ inſultant. Inqꝫ eo maxime gloriantur: ſi
confuſuꝫ aliquid ac perplexũ dixerint nec ſibi nec
alijs intellectum. Nam quis pꝛecoꝛ intelligat nec
intelligentem ſe. Nec audiunt Ceſarem Auguſtũ
inter multa animi ingenijqꝫ bona diſertiſſimũ pꝛĩ-
cipem: qui ut de illo ſcribitur genus eloquendi ſe-
cutus eſt elegans ⁊ temperatuꝫ: pꝛecipuamqꝫ cu-
ram duxit ſenſum animi q̃ꝫ apertiſſime expꝛimere
⁊ amicos irriſit uerba inſolita ⁊ obſcura captan-
tes: ⁊ hoſtem increpuit ut inſanum ea ſcribentem
que mirentur potius audientes q̃ꝫ intelligant. Ue
re ergo miri homines qui hinc doctrine gloriam
aucupentur: vnde apud doctos ignorantie meren
tur infamiam. Summum enim ingenij ⁊ ſcientie
argumentum claritas. Naꝫ quod clare quis intel
ligit clare eloqui poteſt: quodqꝫ intus in animo
ſuo habet: auditoris in animuꝫ tranſfundere. Ita
uere fit ꝙ in his dilectus nec intellectus Ariſtote
les ait in pꝛimo Methaphiſice. Scientis ſignum
poſſe docere: q̃ꝫuis hoc ipſum artificio non uacet.
Quia ut ait Cicero ſecundo de legibuſ. Non ſolũ
ſcire aliquid artis eſt: ſed quedã ars eſt ẽt docẽdi.
At ars hec nimiꝝ intellect⁹ ac ſcientie claritate fun
data eſt. Et ſi enim ars huiuſmodi pꝛeter ſcientiaꝫ
exigatur: ad expꝛimendum ſcilicet impꝛimendũqꝫ
animi conceptus: nulla ars tamẽ de obſcuro inge-
nio: claram pꝛomet orationem. Amici autem no-
ſtri nos luce gaudentes neqꝫ ſecuꝫ in tenebꝛis pal
pitantes: quaſi noſtre ſcientie diffiſos ⁊ ob id om
nium ignaros: quia non de omnibus per compita
diſputamus: ex alto deſpiciunt tumentes inaudi-
tis ambagibus: ſibiqꝫ pꝛecipue hinc placentes: ꝙ
cum nihil ſciant: pꝛofiteri omnia ⁊ clamare de om
nibus didicerunt. Neqꝫ illos hinc retrahit pudoꝛ
ullus aut modeſtia ⁊ conſcientia latitãtis inſcitie.
neqꝫ non dicam ille publij mimus. Nimium alter
cando ueritas amittitur. Sed illud Salomonis
autenticum. uerba ſunt plurima: multaqꝫ in diſpu
tando habentia uanitatem. Aut illud apoſtoli. Si
quis autem videtur contẽtioſus eſſe: non talem cõ
ſuetudinem non habemus: neqꝫ eccleſia dei. Atqꝫ
illud eiuſdẽ. Uidete ne quis uos decipiat per phi
loſophiam ⁊ inanem fallaciam: ſm traditioneꝫ ho
minum: ſm elementa mundi: ⁊ non ſm chꝛiſtum.
¶ Quid eſt autem hoc quod loquoꝛ: aut quomo-
do paulo vnq̃ꝫ crediturus ſpereꝫ? an non ipſe chꝛi
ſti diſcipulus? quo magiſtro gratioꝛ: eo iſtis in-
uiſioꝛ contemptioꝛqꝫ. Quis autem odioſo vnq̃ꝫ
pꝛebuit conſultori? non ſi amicus: non ſi ipſe fre-
num ſtringat Ariſtoteles: quieſcent: tantus eſt im
petus: tanta animi temeritas: tantus timoꝛ: tanta
philoſophia nominis ⁊ tam uana iactantia: tanta
deniqꝫ opinionum peruicacia ⁊ peregrinorũ dog
matum uentoſeqꝫ diſputationis impꝛobitas. Cu-
ius illud ſupꝛapoſitum inter multa damnabile: ꝙ
coeternum deo munduꝫ uolunt: ubi pꝛophanas il
las cantiunculas graui non ſine ſtomaco ſolit⁹ ſuꝫ
audire: quas hij noſtri in triuijs paſſim: apud Ci-
ceroneꝫ ꝟo Uelleius Epicuri partiũ defenſoꝛ que
rit hijs uerbis. Quibus eniꝫ inquit oculis animi:
intueri potuit Plato fabꝛicam illam tanti operis:
qua conſtrui a deo fabꝛicariqꝫ mundum facit? po-
teſt utcunqꝫ hec interrogatio tollerari: niſi ꝙ iam
querendo reſponſum eſt. quibus hec oculis vidit
Plato: nempe animi: quibus inuiſibilia cernũtur:
⁊ quibus ipſe ut philoſophus fretus acerrimus at
qꝫ clariſſimus multa vidit: q̃ꝫuis ad hanc viſioneꝫ
noſtri pꝛopius acceſſerunt non viſu quideꝫ ſed lu
mine clariore. At quod ſequitur quis ferat. Que
mollitio inquit: que ferramẽta: qui uectes: que ma
chine: qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Quem
admodum autem obẽdire ⁊ parere uoluntati ar-
chitecti aer ignis aqua terra potuerũt? queſtio dif
fidentis ⁊ irreligioſi animi. Ita eniꝫ quaſi de ligna
rio aut ferrario fabꝛo querit non de illo de quo ſcri
ptum eſt. Ipſe dixit ⁊ facta ſunt. Dixit autẽ nõ uer
bo uocali: ne laboraſſe uel iubendo ſõnient ut mul
ta ſunt ſoliti: ſed per uerbum internum ſibiqꝫ coe-
ternum quod erat in pꝛincipio apud deum: deus
uerus de deo uero cõſubſtantialis patri per queꝫ
facta ſunt omnis. Hic pꝛofecto munduꝫ fecit ex ni
hilo: uel ſi ut philoſophi quidaꝫ uolunt ex infoꝛmi
materia quã hylem graij: quidam alij ſiluã uocãt:
factus eſt mundus. Hec ipſa ut ait Auguſtinus: fa
cta eſt de omnino nihilo. Fecit inq̃ꝫ deus igit̃ mũ-
dum uerbo illo quod Epicurus ⁊ ſui noſſe non po
terant: noſtri ꝟo philoſophi non dignantur. Eoqꝫ
ſunt pꝛiſcis illis inexcuſabiliores. Poteſt etiã lux
in tenebꝛis nõ videre. qui in luce apertis oculis nõ
videt: plane eſt cecus. At quod apud ipſum Cice-
ronem in pꝛoceſſum queritur. quomodo qui mun
dum natum ſeu factum introduxerit is eum dixe-
rit fore ſempiternum: haud iniuſte quidem quera-
tur. Nos autem ⁊ pꝛincipium habuiſſe ⁊ fineꝫ ha
biturum mundum dicimus. Illa que ſequitur ua-
na magis: ſed vulgaris eſt queſtio. Sciſcitoꝛ inq̄t:
cur mundi edificatores repente exciti: ante inume
rabilia ſecula doꝛmierunt. Qui hec interrogãt: nõ
attendunt: ſi ante centũ millia: uel quia id qđ apđ
Tullium ſcriptuꝫ eſt: babylonios quadringẽta ſep
tuaginta annorum millia numerare: ante hec oĩa:
ſeu plura multo millia factus eſſet hic munduſ: id
ipm̃ ſimiliter queri poſſe. Cur nõ ꝑus cuꝫ mille an
norum millia infinito collata: nihil amplius q̃ꝫ toti
dem dieſ ſint dicente pſalmigrapho: quoniã mille
anni ante oculos tuos tanq̃ꝫ dies externa que pꝛe
terijt: uel multo ẽt minus: ſeu uerius: nil penitus.
vnius enim diei uel vnius hore ad mille annos ſi-
ue ad millemillia annorum: ſicut vnius exigue ſtil
le leui imbꝛe delapſe: ad oẽm oceanũ cũctaqꝫ ma-
ria. per quẽ minima quidem: aliqua tamen eſt cõ-

paratio ⁊ nonnulla pꝛopoꝛtio. At multoruʒ ⁊ quot
cunqꝫ uolueris millium annorum: uſqꝫ duʒ nume
ro nomen deſit: ad eternitatem ipſam: pꝛoꝛſus nul
la. Illa enim ſupꝛa mundum : hinc maxima ⁊ hinc
parua: utrinqꝫ certe finita ſunt. Hec autem contra:
hinc infinita licet maxima que illis admota nō exi
gua extimanda eſſe. ſed nulla aut ille vir magnus
Auguſtinus: qui de hoc ipſo ualidiſſime diſputat
Aug⁹ libꝛo. xij. ciuitatis dei. Et hec eſt illa perplexitas
que philoſophos coegit eternitatem mundi po-
nere : ne tam diu ocioſus fuiſſe videatur deus : q̃
multoꝝ ſententiam paucis uerbis ſtringere Theo
Macrobius doſius Macrobius ſecundo commentario in ſex
tum Ciceroniane reipublice. Munduʒ quidem in
quit fuiſſe ſemper philoſophia auctoꝛ eſt. condito
re quideʒ deo: ſed nō ex tempore. Siquidem tem
pus ante mundum eſſe non potuit cum nihil aliud
tempora niſi curſus ſolis efficiat. Que tamen apđ
ipſum Ciceronem his uerbis eliditur. Non enim
ſi mundus nullus erat: ſecula non erant. Secula
nunc dico: non ea que dierum noctiumqꝫ numero
anni curſibus conficiuntur. Naʒ fateoꝛ ea ſine mū
di conuerſione effici non potuiſſe. Sed fuit quedā
ab infinito tempore eternitas: quam nulla tempo-
ruʒ circumſcriptio metiebatur. Spatio tamē qua
lis ea fuerit intelligi poteſt : ꝙ ne in cogitationem
quidem cadit ut fuerit aliquod tempus cum nul-
lum eſſet. que uerba pene ad contextum idem Au
guſtinus interſerit. Addunt ſane ingenioſi magis
homines q̃ pij: Ad eternitatem ipſam de qua di-
ctum eſt: mutationes reruʒ uarias: ex incendijs ac
diluuijs terrarum mundo inuectas: quibus ⁊ tem
poralis ⁊ quodammodo nouus videatur: cuʒ eter
nus ſit. Quo in genere toto: ut iam tandem ſero li
cet vnde diſceſſi redeam. Euectus enim ſum reruʒ
ꝯ Ari. coherentium cathena maxime vitandus Ariſtote
les : non ꝙ plus errorum ſed ꝙ plus auctoritatis
habet ac ſequaciuʒ. ¶ Fatebuntur foꝛſitan ſeu ue
ro ſeu uerecundia coacti: diuina non ſatis ariſtote
lem vidiſſe: neqꝫ eterna : ꝙ a puro ingenio ſemota
ſint. Sed humanorum atqꝫ pꝛetereuntiū nihil nō
peruidiſſe contendent. Ita eo reuertimur ꝙ con-
tra hunc ipſum philoſophum diſputans Macro-
bius: ſiue ioco ſiue ſerio. Videtur ait mihi vir tan-
tus nihil ignorare potuiſſe. Mihi autem pꝛoꝛſus
contrarium videtur. Neqꝫ ulli hominuʒ humano
ſtudio eorum omnium ſcientiam fuiſſe conceſſaʒ.
Hinc laceroꝛ: ⁊ q̃uis alia ſit inuidie radix: hec ta-
men cauſa pꝛetenditur: ꝙ Ariſtotelem non adoro.
ſed alium quem adorem habeo: qui mihi non ina-
nes rerum fallentium ac friuolas coniecturas: ad
nil utiles: nulli ſubnixas fundamento: ſed ſuiipſi-
us notitiam pollicetur. quam ſi pꝛeſtat: Ceteraruʒ
ab eodem conditarum rerum : ⁊ acceſſio ſuper-
uacua ⁊ appꝛehenſio facilis ⁊ inquiſitio ridiculo
ſa videbitur. Hunc igitur habeo de quo ſperem.
hunc habeo quem adorem: quem pie utinam ⁊ iu
dices mei colant. Quod ſi faciunt: ſciunt philoſo-
phos multa mentitos: eos dico qui philoſophi di
cūtur. Veri enim philoſophi uera omnia loqui ſo-
lent. Horum tamē ex numero nec Ariſtoteles nec
Plato eſt: quem ex omni pꝛiſca illa philoſophorū
acie ad uerum ꝓpius acceſſiſſe noſtri dixere philo
ſophi. Iſti v̍o ut diximus ſic amore ſolius nomi-
nis capti ſūt: ut ſecus aliquid q̃ ille de re qualibet
loqui ſacrilegio dent. Hinc maximum noſtre igno
rantie argumentuʒ habent: ꝙ neſcio qui aliter de
virtute: neqꝫ ſat ariſtotelice dixerim. En crucibus
dignum crimen. perfacile fieri poteſt: ut nō diuer
ſum modo aliquid: ſed aduerſum dixerim: nec ma
le ilico dixerim: nullius aditus iurare in uerba ma
giſtri: ut de ſe loquens Flacc⁹ ait. Illud quoqꝫ poſ Flacc⁹
ſibile eſt: ut idem licet aliter dixerim: atqꝫ hijs om
nia iudicantibus ſed non omnia intelligētibus di-
cere aliud viſus ſim. Magna enim pars ignoran
tium ut ligno naufragus uerbis heret : neqꝫ rem
vnā bene aliter atqꝫ aliter dici putat : tanta uel in-
tellectus uel ſermonis quo conceptus expꝛimitur
inopia eſt. Equideʒ fateoꝛ: me ſtilo viri illius qua
lis eſt nobis: non admodum delectari: q̃uis eum
in ſermone pꝛopꝛio ⁊ ducem ⁊ copioſum ⁊ oꝛna-
tum fuiſſe grecis teſtibus ⁊ Tullio auctore didice
rim: anteq̃ ignorantie ſententia condēnarer. Sed
interpꝛetum ruditate uel inuidia ad nos durus ſca
berqꝫ peruenit. ut nec ad plenū mulcere aures poſ
ſit: nec herere memorie. quo fit ut interduʒ Ariſto
telis menteʒ non illius ſed ſuis uerbis expꝛimere
⁊ audienti gratius ⁊ pꝛomptius ſit loquēti. ¶ Ne
qꝫ illud diſſimulo quod ſepe cum amicis dixi: nūc
ut ſcribam cogoꝛ non ignarus magnum mihi hinc
fame periculum inſtare: magnumqꝫ ⁊ nouum eius
que mihi obijcitur ignorantie argumentum. Scri
bam tamen. nec iudicia hoīum uereboꝛ. Audiant
me licebit omnes qui uſq̃ ſunt ariſtotelici. Scis
q̃ facile ſolū hunc peregrinū ⁊ exiguū conſpuēt li
bellum. Eſt enim in conuitia pꝛonum genus. Sed
de hoc libellus ipſe viderit quo ſe linteo detergat.
mō me ne conſpuāt ſat eſt mihi. Audiant ariſtoteli
ci inq̃ omnes. Et quoniam grecia noſtris ſermoni
bus ſurda eſt: audiant quos italia oīs ⁊ gallia ⁊ cō
tentioſa pariſeos ac ſtrepidulus ſtraminuʒ vicus
habet. Oēs morales niſi falloꝛ Ariſtotelis libꝛos
legi: quoſdam etiam audiui: ⁊ anteq̃ hec tanta de
tegeretur ignorātia intelligere aliquid viſus erā:
doctioꝛqꝫ hijs foꝛſitan nōnunq̃. Sed non qua de
cuit melioꝛ factus ad me redij: ⁊ ſepe mecuʒ ⁊ quā
doqꝫ cum alijs queſtus ſum: Illud rebus non im-
pleri: ꝙ in pꝛimo ethicorum philoſophus idem ip
ſe pꝛefatus eſt. eam ſcilicet philoſophie partem di
xi: non ut ſciamus ſed ut boni fiamus. Video nem
pe virtutem ab illo egregie diffiniri ⁊ diſtingui: tra
ctariqꝫ acriter : ⁊ que cuiqꝫ ſunt pꝛopꝛia ſeu vitio
ſeu virtuti. que cum didici ſcio pluſculū q̃ ſciebā.
Idem tamen eſt animus qui fuerat: uoluntaſqꝫ ea
dem. Idē ego. Aliud eſt eniʒ ſcire: atqꝫ aliud ama-
re: aliud intelligere: atqꝫ aliud uelle. Docet ille nō
inficioꝛ quid eſt virtus. At ſtimulos: at uerborum
faces quibus ad amorē virtutis vitijqꝫ odiū mēs
urgetur atqꝫ incenditur: Lectio illa uel non habet
uel pauciſſimos habet quos qui querit: apud no-
ſtros pꝛecipue Ciceronem atqꝫ anneum inueniet.
⁊ quod quis foꝛte mirabitur apud Flaccum poe-
tam quidem ſtilo hyſpiduʒ ſed ſententijs periucū
dum. Quid ꝓfuerit aut noſſe quid eſt virtus: ſi co
gnita nō ametur? aut quid peccati notitia utilis: ſi
cognitū nō hoꝛretur? imo hercle ſi uolūtas pꝛaua
ſit pōt virtutum difficultas ⁊ vitiorum illecebꝛoſa
facilitas: ubi innotuerit: in peiorem partem pigrū
nutantemqꝫ aīum impellere. Neqꝫ eſt mirari. ſi in
excitandis atqꝫ in erigendis ad virtutem animis

ſit partioꝛ:qui parentem philoſophie huiꝰ Socra
tem circa moralia negociātem:ut v̄bo eiꝰ utar:irri
ſerit. Et ſiquid Ciceroni credimus contempſerit.
Q̄uis cum ille non minus:noſtri autem quod ne-
mo neſcit expertꝰ acutiſſimos atqꝫ ardentiſſimos
orationis aculeos pꝛecoꝛdijs admonent infligunt
qꝫ:quibus ⁊ ſegnes impelluntur ⁊ algentes incen
duntur: ⁊ ſopiti excitantur: ⁊ inualidi firmantur:
⁊ ſtrati eriguntur: ⁊ humi herentes inhoneſtiſſi-
mos cogitatus ⁊ honeſta deſideria attollūtur. ita
ut terrena iam ſoꝛdeant: ⁊ conſpecta vitia:ingens
ſui odium:virtus internis ſpectata oculis: foꝛma
qꝫ ⁊ tanq̄ꝫ honeſti viſa facies ut vult Plato mi-
ros ſapientie:miros ſui pariat amores. Que licet
pꝛeter chꝛiſti doctrinam atqꝫ auxilium omnino fie
ri non poſſe non ſim neſcius: neqꝫ ſapientem neqꝫ
virtuoſum neqꝫ bonum aliquem euadere:niſi lar-
go hauſtu non de fabuloſo illo pegaſeo qui eſt in-
ter conuexa parnaſi:ſed de uero illo ⁊ vnico ⁊ ha
bente in celo ſcatebꝛas fonte potauerit aque ſalien
tis in vitam eternam:quam qui guſtat ampliꝰ non
ſitit. Ad hec tamen ipſa pergentibus:illi ipſi quoſ
dicebam multum conferunt multumqꝫ adiuuant.
ꝙ ⁊ de multis eorum libꝛiſ multi ſentiunt: ⁊ de Ci
ceronis hoꝛteſio nominatim:in ſe expertus grate
admodum pꝛofitetur Auguſtinus. Et ſi enim non
ſit in virtute finis noſter: vbi eum philoſophi po-
ſuere. Eſt tamen per virtutes iter rectum:eo ubi fi
nis eſt noſter:per v̄tutes inq̄ꝫ nō tm̄ cognatas ſed
dilectas. Hij ſunt ergo ueri philoſophi morales ⁊
virtutum optimi magiſtri:quoruꝫ pꝛima ⁊ ultima
intentio eſt bonum facere auditoreꝫ ⁊ lectorē. qui
qꝫ non ſoluꝫ docent qd eſt virtus aut vitium: pꝛe-
clarumqꝫ illud hoc fuſcū nomē auribus inſtrepūt:
ſed rei optime amorē ſtudiūqꝫ peſſimoqꝫ rei odiū
fugamqꝫ pectoribus inſerunt. Tutius eſt uolunta
ti bone ac pie:q̄ꝫ capaci ⁊ claro intellectui operam
dare. Uoluntatis ſiquidem obiectum ut ſapien-
tibus placet eſt bonitas. obiectum intellectus eſt
ueritas. Satius eſt autem bonum uelle:q̄ꝫ uerum
noſſe. Illud enim merito nunq̄ꝫ caret. hoc ſepe eti-
am culpaꝫ habet. excuſationem non habet. Itaqꝫ
longe errant qui in cognoſcenda ueritate nō in adi
piſcenda: ⁊ multo maxime qui in cognoſcēdo non
amando deo tempus ponit. Nam ⁊ cognoſci ad
plenum deus in hac vita nullo poteſt modo. ama-
ri auteꝫ poteſt pie atqꝫ ardenter. ⁊ utiqꝫ amoꝛ ille
felix ſemper. Cognitio v̄o nonnunq̄ꝫ miſera:qua-
lis eſt demonum qui cognitum apud inferos con-
tremiſcunt. Et q̄ꝫq̄ꝫ pꝛoꝛſus incognita nō amētur:
ſatis eſt tamen deum eatenus. quibus ultra nō da
tur ac virtutem noſce. ut ſciamus illum omnis bo-
ni fontem luciđiſſimum:ſapidiſſimuꝫ:ameniſſimū
inexhauſtum a quo ⁊ per quem ⁊ in quo ſumus qc
quid ſumus boni: Hanc poſt deuꝫ rerum optimā:
quo cognito totis illū pꝛecoꝛdijs ac medullis pꝛo
pter ſe: Hanc autem pꝛopter illum amemus ⁊ co-
lamus vite illum vnicum auctorem:vite hanc pꝛe
cipuum oꝛnamentū. Que cum ita ſint:non eſt foꝛ-
ſitan his philoſophis noſtris: ⁊ ſi non ſint greci de
virtute p̄ſertim credere:ut iudices mei putant re-
pꝛehenſibile. Et ſiquidem uel hos ipſos uel meuꝫ
foꝛte iudicium ſecutus dixi aliquid. Q̄uis Ariſto-
teles aliter:aut aliŏ dixerit. nō ideo apud egores
coꝝ iudices ſim īfamis. Notus eniꝫ mos Ariſto-

telicus in thimeo Platonis ⁊ Calcidio expꝛeſſus.
Hic inquit ſuo quodaꝫ more:pleni perfectiqꝫ dog
matis electio quod viſum ſit: cetera faſtidioſa in
curia negligit. Si ab illo igitur faſtiditum aut ne-
glectum aliquid dixi uel non foꝛſitan cogitatum:
fieri enim poteſt:nec humane diſſonum eſt nature:
Q̄uis ſi hos ſequimur nec conſonum viri fame.
Si hec dixi quicquid eſt:neqꝫ eniꝫ ſatis quid ſit il
lud noui:neqꝫ hij ſatis ingenue ueris me certiſqꝫ
criminibus impetunt ſed ſuſpitionibꝰ ac ſuſurris.
hec ne ſufficiens cauſa eſt:qua fluctibus ſic demer
gar ignorantie:ut in vno errans:in quo ipſo poſſū
his errantibus non erraſſe:factus ſim omnium re
us: ⁊ in omnibus ſemper errare:nilqꝫ omnium ſci
re damnandus ſim? Quid ergo dicat aliquis: An
⁊ tu contra Ariſtotelem mutis? contra Ariſtotelē
nihil. ſed pꝛo ueritate aliquid quam licet ignoranſ
amo: ⁊ contra ſtultos Ariſtotelicos:multa quoti-
die in ſingulis uerbis Ariſtotelem inculcantes:ſo
lo ſibi nomine cognituꝫ:uſqꝫ ad ipſius ut auguroꝛ
audientiumqꝫ faſtidium: ⁊ ſermones eius contra
rectos ad obliquum ſenſum temerarie detoꝛquen
tes. Nemo v̄o me amantioꝛ:nemo reuerētioꝛ illu-
ſtrium virorum: ⁊ quod ait Naſo:quotqꝫ aderāt [Naſo]
uates rebar adeſſe deos. Ad philoſophos ⁊ maxi
me ad theologos ueros traho. Ipſum v̄o Ariſtote
lem:niſi maximum quendam virū ſcirem non hoc
dicerem. Scio maximum:ſed ut dixi hominem.
Scio in libꝛis eiꝰ multa diſci poſſe ſed ⁊ extra ſciri
aliqd poſſe credo. Et anteq̄ꝫ Ariſtoteles ſcriberet:
anteq̄ꝫ diſceret:anteq̄ꝫ naſceretur:multa aliquos
ſciſſe non dubito. Homerum: Heſioduꝫ: Pithago
ram: Anaxagoram: Democritum: Diogeneꝫ: So
lonem: Socratem: ⁊ philoſophie pꝛincipem Pla
tonem. ¶ Et quis inquient pꝛincipatum hūc Pla [De ſcīa]
toni tribuit. ut pꝛo me reſpondeam:non ego ſed ue [Platōiſ]
ritas ut aiunt: Et ſi non appꝛehenſa:viſa tamen illi
pꝛopiuſqꝫ adita q̄ꝫ ceteris dehinc magni tribuunt
auctores. Cicero pꝛimum ⁊ Uirgilius:nō hic qui
dem nominando ſed ſequendo. Plinius pꝛeterea
⁊ Plotinꝰ: Apuleius: Macrobius: Poꝛphyrius:
Cenſorinus: Joſephus. ⁊ ex noſtris Ambꝛoſius
Auguſtinus ⁊ Hieronymus:multiqꝫ alij. quod fa
cile pꝛobaretur:niſi omnibus notum eſſet. Et quiſ
non tribuit niſi inſanum ⁊ clamoſum ſcolaſticorū
vulgus? Nam ꝙ Auerrois omnibus Ariſtoteleꝫ
pꝛefert:eo ſpectat ꝙ illius libꝛos exponendos aſ-
ſumpſerat: ⁊ quodammodo ſuos fecerat. qui q̄ꝫq̄ꝫ
multa laude digni ſint:ſuſpectus tamen eſt lauda
toꝛ. Ad antiquuꝫ nempe pꝛouerbiū res redit:mer
catores omnes ſuam mercē ſolitos laudare: Sūt
qui nihil per ſeipſos ſcribere audeant: ⁊ ſcriben-
di auidi alienorum expoſitores operum fiāt:ac ue
lut architectonice inſcij parietes dealbare ſuum
opus faciant: ⁊ hinc laudeꝫ querāt:quam nec per
ſe ſperāt poſſe aſſequi:nec per alios niſi illos in pꝛi
mis ⁊ illoꝝ libꝛos hoc eſt ſubiectū cui incubuere
laudauerint:animoſe idipſum ⁊ immodice ac mul
ta ſemper hyperbole. ¶ Quanta v̄o ſit multitudo
aliena dicta exponentium:an aliena uaſtantium.
hac pꝛeſertim tempeſtate ſententiarum liber ante
alios mille tales paſſus opifices: clara ſi loqui
poſſit: ⁊ querula uoce teſtabitur. Et quis vnq̄ꝫ cō-
mentatoꝛ: non aſſumptum ceu pꝛopꝛium lauda-
uit opuſ? Immo eo ſemper uberius:quo alienum

urbanitas:ſuuʒ opꝰ laudare uanitas atqꝫ ſuperbia eſt. Linquo eos qui tota ſibi delegere uolumina: quoꝝ vnus eſt aut primꝰ Auerrois. Certe Macrobius non tm̄ licet expoſitoꝛ ſed ſcriptoꝛ egregius: cum tamen Ciceroniane reipublice non libꝛos quidem ſi vnius libꝛi partem exponendam decerpſiſſet:expoſitionis in fine quid addiderit notum eſt. Uere inquit ꝓnunciãdum eſt:nihil hoc ope perfectius:quo vniuerſe philoſophie cõtinet̃ itegritas. Finge hunc nõ de libꝛi parte:ſed de totis pħoruʒ oiuʒ libꝛis loqui: Pluribꝰ qdem v̉bis:nõ plus aūt dicẽ potuiſſet.ſiqdem nihil itegritati põt:niſi ſupfluuʒ accidere. Quid v̉o philoſophoꝝ libꝛis oibꝰ qui uel ſcripti uel ſcribẽdi ſūt:cõtineri amplꝰ põt q̄ꝫ philoſophie integritas:ſi tñ hec ipſa uel oibus cõtineri potuit aut poterit libꝛis: ⁊ nõ aliqd deeſt p̄mis: ⁊ nouiſſimo defuturū eſt. ¶ Sed hec hactenus. Scio ut dixi:durū me fame ſcopuluʒ adiſſe: tantoꝝ nõ modo mẽtione philoſophoꝝ ſed comparatione ꝓpoſita:ſtiluʒ tñ obiecta:nec reiecta excuſet ignorantia:audaces facere ſolita ⁊ loq̄ceſ. Metus amittẽde glorie aut nois minuẽdi frenare ſolitus oratores:amicoꝝ mihi demit̃ ſentẽtia. Quid metuam queſo? nõ poteſt ꝑdi:nec mihi iam minui qd̄ amiſſuʒ eſt.qcquid dixero aut id erit qd̄ amici mei iudicãt:aut plus aliqd:minus nihilo nihil eſt. ¶ Q̄ñ ergo q̊libet flatu pulſus huc pꝛodij:emergam ut potero: ⁊ id dicam qd̄ me ſepe ⁊ interdum magnis queſitoribus rñdiſſe memoꝛ ſum. Siqdẽ de Platone ⁊ Ariſtotele ſi querat̃ qs nã maioꝛ clarioꝛqꝫ vir fuerit:non mihi tanta eſt ignorantia: ⁊ ſi multã iudiceſ mei tribuãt:ut tãta de re auſiʒ p̄cipitare ſniam:que de rebꝰ licet paruis continenda ac libꝛãda eſt. Neqꝫ v̉o me fugit:q̄ꝫta ſepe de doctis hoibus iter doctos cõcertatio ſit exoꝛta. De Cicerone ac Demoſthene. Deqꝫ ipſo itidem Cicerone ac Uirgilio. De Uirgilio inſup atqꝫ Homero. De Saluſtio ac Thucidide:deniqꝫ de Platone ipſo ⁊ cõdiſcipulo eiꝰ Xenophõte.deqꝫ alijs mltis quoꝝ oium ſi idago difficilis atqꝫ extimatio anceps eſt Inter Platonem atqꝫ Ariſtotelẽ qs ſedẽs iudiciaria auctoritate ꝓnūciet. At ſi querit̃ uter ſit laudatioꝛ: icūctanter expediã inter hos referre quantū ego arbitroꝛ:qd̄ iter duos:quorum alterū p̄ncipeſ ꝓcereſqꝫ:alterū vniuerſa plebs laudet. A maioribus Plato. Ariſtoteles laudat̃ a plꝛibꝰ. A magnis ⁊ a multis imo ab oibꝰ dignus uterqꝫ laudari. Eo enim ambo nãlibꝰ atqꝫ humanis in rebꝰ ꝑuenerūt: quo moꝛtali igenio ac ſtudio ꝑueniri põt. In diuinis altius aſcendit Plato ⁊ platonici. q̄ꝫq̄ꝫ neuter ꝑuenire potuerit quo tẽdebat.ſed ut dixi ꝓpiuſ uenit Plato. De quo nulluſ chꝛianoꝝ ⁊ in p̄miſ auguſtini libꝛoruʒ fidelis lectoꝛ heſitauerit. qd̄ nec greci q̄ꝫuis hodie lr̃aruʒ neſcij diſſimulãt:maioꝝ per ueſtigia Platonẽ diuinū Ariſtotelẽ demoniū nūcupãtes. ¶ Neqꝫ me rurſum fallit:quãta in libꝛis ſuis in Platonẽ Ariſtoteleſ diſputare ſit ſolitꝰ. qd̄ q̄ꝫ honeſte ⁊ q̄ꝫ pꝛocul a ſuſpitione iuidie faciat: q̄ꝫuis alicubi amicū Platonẽ:ſed amicitiorẽ aſſerat v̉itatẽ:ipſe viderit:ſimulqꝫ hoc ſibi dictū audiat. Facile eſt cū moꝛtuo litigare.quẽ tñ multi viri maximi poſt obitū defenderūt: Noiatim in ydeis cõtra q̊s ualide oẽs igenij ſui neruos ille acerrimus diſputatoꝛ itẽderat. Notiſſima Auguſtini ipſiꝰ ac ſecura defenſio eſt. cui piū quoqꝫ lectorẽ:non minus aſcenſuruʒ rear q̄ꝫ uel Ariſtoteli uel Platoni. Unum icidẽter hic dixerim:ut errorẽ meoꝝ iudicuʒ hijſqꝫ ſilīum refellã:qui vulgi ueſtigijs iſiſtentes opinari ſolẽt: ⁊ iſolẽter nec minus ignoranter obicẽ:multa ſcripſiſſe Ariſtotelẽ. Neqꝫ hic errant. Multa eni ſcripſit ꝓculdubio:plura ẽt q̄ꝫ cogitẽt: quoꝝ aliq̄ nõdū hꝫat lingua latina. At Platonem pꝛoꝛſum illis ⁊ icognitū ⁊ iuiſum:nil ſcripſiſſe aſſerūt p̄ter vnū atqꝫ alteꝝ libellum. qd̄ non dicerẽt:ſi tã docti eẽnt: q̄ꝫ me p̄dicãt idoctuʒ. Nec lr̃atꝰ ego: nec grecꝰ:ſexdeciʒ ul̃ eo amplius Platonis libꝛos domi habeo:quoꝝ neſcio an ullū iſti vnq̄ꝫ nomen audierint. Stupebūt ergo ſi hec audiant. Si non credūt:ueniãt ⁊ videant. Bibliotheca nr̃a tuis in manibꝰ relicta:nõ illitterata qdẽ illa q̄ꝫuis illitterati hoiſ:neqꝫ illis ignota eſt quã totiẽs me tẽptãtes igreſſi ſunt. Semel igrediant̃ ⁊ Platonẽ tẽtaturi: an ⁊ ipſe ſine lr̃is ſit famoſus. Inuenient ſic eſſe ut dico:meqꝫ lʒ ignarū:nõ mendacẽ tñ ut arbitroꝛ fatebuntur.neqꝫ grecos tm̄:ſed in latinū uerſos aliquot nunq̄ꝫ al̃s viſos aſpiciẽt litteratiſſimi homines de qualitate quidẽ opum iure illi ſuo iudicẽt. De numero aūt nec iudicare aliter q̄ꝫ dico:nec litigare litigioſiſſimi hoies audebūt. Et quota ea ps libꝛoꝝ eſt Platonis:quoꝝ ego hijs oculis multos vidi pꝛecipue apud Calabꝛū Barlaam modernū graye ſpecimẽ Sophie:qui me latinarū inſcium: docere grecas litteras adoꝛtꝰ foꝛſitan pꝛofeciſſet: niſi mihi illuʒ inuidiſſet moꝛs:honeſtiſqꝫ pꝛincipijs obſtitiſſet:ut ſolita eſt.

Jmis iã poſt ignorãtiaʒ meã uagoꝛ: ⁊ aio
n ⁊ calamo nimis indulgeo. Redeūduʒ eſt.

Hee ſunt igit̃ amice atqꝫ haruʒ ſil̃es cauſe que me amico:ſed iniquo mirū dictu meoꝝ iudicio ſodaliū obiecere.quarū ut ĩtelligo nulla potentioꝛ: q̄ꝫ q lʒ peccatoꝛ:certe chꝛiſtianꝰ ſum. Etſi eniʒ foꝛſitan audire poſſim:qd̄ obiectum ſibi Hieronymus refert.mẽtiris:ciceronianus es nõ chꝛiſtianꝰ Ubi enim theſaurus tuus:ibi ⁊ coꝛ tuū. Rñdebo: ⁊ theſaurū meū incoꝛruptibile ⁊ ſupꝛemaʒ coꝛdis mei parteʒ apud chꝛiſtū eſſe.ſed ꝓpter ĩfirmitates ac ſarcinas vite moꝛtalis:q̄s necduʒ ferre ſed enumerare difficile eſt:nõ poſſum fateoꝛ ut uellẽ ſic inferiores partes aie in qbus eſt iraſcibilis ⁊ cõcupiſcibilis appetitus attollere:qn adhuc terris inhereant ⁊ quotiens quanto niſu humo illas auellere meſtus ⁊ idignãs retẽtauerim. Et qꝛ nõ ſucceſſit: quid hinc patiar:ſolus ipſe quẽ teſtoꝛ ⁊ quẽ inuoco chꝛiſtus nouit qui foꝛtaſſe miſerebit̃ ut ſalubꝛẽ conatū adiuuet ĩbecillis anime: ⁊ peccati mole obrute ac depꝛeſſe. Interiʒ nõ nego multis me curis uanis ac noxijs deditū. Sed in hijs non numero Ciceronem:quẽ mihi nunq̄ꝫ nocuiſſe ſepe etiã pꝛofuiſſe cognoui:quod dictum ex me nemo mirabitur Auguſtinum ſi audierit de ſe ſimilia pꝛofitentem:de quo me ſupꝛa ꝓxime:ſed alibi pluribꝰ egiſſe memini. Ideoqꝫ nunc vnum hoc dixiſſe contentus ſim. Non diſſimulo equidem me Ciceronis ingenio ⁊ eloquentia delectari: qbus ut inumeros ſileam. Hieronymum ipſum uſqꝫ adeo delectatum video:ut nec viſione illa terribili:nec Ruphini iurgijs ſic ſtilum inde dimouerit: quin Ciceronianū aliquid redoleret quod ipſemet ſentiens de hoc ipſo alibi ſe excuſat. Nec v̉o Cicero fideliter ac modeſte lectus aut illi nocuit: aut cuiqꝫ alteri

cum ad eloquentiā cunctis:ad vitaʒ multis ualde
ꝓfuerit:noiatim ut diximꝰ Auguſtino:qui ex egy
pto egreſſurus:egyptioꝝ auro ⁊ argento ſinum ſi
bi gremiūꝫ cōpleuit.ac tātus pugil eccl'ie:tātus
ꝓpugnator fidei futurus:ante diu q̄ʒ in aciem de
ſcederet:ſeſe armis hoſtium circūfulſit.Ubi ergo
de hijs:de eloquētia ꝑſertim queriſ:Ciceronē fa
teor me mirari inter:imo ante oēs qui ſcripſerunt
vnq̄ʒ q̄libet in gente.nec tn̄ ut mirari:ſic ⁊ imitari:
cū potius in ꝯtrium laborē:ne cuiuſq̄ʒ ſcilicet imi
tator ſim nimius:fieri metuens quod in alijs non
ꝓbo.Si mirari aūt Ciceronem:hoc eſt Ciceronia
num eſſe:Ciceronianꝰ ſum. Miror enim nēpe.gn
ēt nō mirātes illū miror.Siqua hec ignoratie no
ua confeſſio videri poteſt:hoc ſum aio fateor:hoc
ſtupore. At ubi de religione:idem de ſūma uerita
te:⁊ de uera felicitate:deꝫ eterna ſalute cogitan
dum incidit aut loquēdum:nō Ciceronianus cer
te aut Platonicꝰ:ſed chriſtianus ſum.quippe cuʒ
certꝰ mihi videar:ꝙ Cicero ipſe chriſtianꝰ fuiſſet:
ſi uel chriſtum videre uel chriſti doctrinam ꝑcipe
potuiſſet.De Platone eni nulla dubitatio eſt apō
ipſuʒ Auguſtinum:ſi aut hoc tp̄e reuiuiſceret:aut
dum vixit hec futura prenoſceret:quin chriſtianꝰ
fieret:quod feciſſe ſua etate pleroſꝫ Platonicos
refert idem:quorū ipſe de numero credendus eſt.
Stante hoc fundamento:quid chriſtiano dogma
ti Ciceronianum obſtet eloquiuʒ:aut quid noceat
ciceronianos libros attingere cuʒ libros heretico
rum legiſſe non noceat:imo expediat:dicente apo
ſtolo.Oportet hereſes eſſe.ut ⁊ qui probati ſunt
manifeſti fiant in uobis.Ceterum multum hac in
parte plus fidei apud me habiturus fuerit prius
quiſꝫ catholicus q̄ʒuis indoctꝰ:q̄ʒ Plato ipſe uel
Cicero.Hec ſunt igitur argumenta ualidiora no
ſtre ignorantie:que uera eſſe gaudeo hercle:utꝫ
in dies ueriora ſint cupio. Profecto enim de quo
mihi cum magnis viris liquido conuenit:ſi quen
cunꝫ philoſophum q̄ʒtūcunꝫ famoſuʒ:ſi deniꝫ
deū ſuum Ariſtotelē reuixiſſe:⁊ chriſtianum factū
audiant:ruditatis ⁊ inſcitie arguēt.⁊ quē ante ſuſ
pexerint ſuperbi deſpicient ignorātes:tanta penu
ria tantumꝫ odium ueri eſt.quaſi dedicerit:eo ip
ſo ꝙ ad ſapientiaʒ dei patris a caliginoſa ⁊ loqua
ci mundi huius ignorantia ſit cōuerſus. Neꝫ mi
hi dubium eſt:quin Uictorinus dum rhetoricam
docuit:clariſſimus habitus:ita ut in romano foro
ſtatuam meritus accepiſſet.Ilico ut chriſtuʒ ⁊ ue
racem fidem clara ⁊ ſalutifera uoce confeſſus eſt:
ab illis ſuperbis demoniocolis quoruʒ offenſe me
tu aliquandiu conuerſionem diſtuliſſe eum in con
feſſionibus ſuis Auguſtinus refert:hebes ac deli
rantiſſimus haberetur.Quod de ipſo etiam Au
guſtino eo magis ſuſpicor:quo ⁊ ipſe vir clarior fu
it clariorꝫ conuerſio:⁊ q̄ʒto fidelibus utilior gra
tiorꝫ:tanto chriſti ⁊ eccleſie ſue hoſtibus inuiſior
Auguſtini cōuerſio mestiorꝫ.quando apud Mediolanum in eiſdem
confeſſionibus idem ipſe commeminit magiſterio
rhetorice depoſito:ſub illo fideliſſimo ac ſanctiſſi
mo precone ueritatis Ambroſio:ſcientiam celeſtē
atꝫ iter ſalutis arripuit.⁊ de Ciceronis expoſito
re factus eſt predicator chriſti.De quo quid ſemel
audierim narrabo:ut intelligas quantus hic mor
bus q̄ʒ peſtifer:q̄ʒ profundus ſit.Audiui viruʒ ma
gni nominis:dum de Auguſtino placitum ſibi ne

ſcio quid dixiſſem cum ſuſpirio reſpondentē. Heu
q̄ʒ dolendum:ꝙ ingenium tale fabellis inanibus
irretitum fuit.Cui ego. O te miſerum qui hec di
cis:miſerrimumꝫ ſi ſentias.Cōtra ille ſubridēs.
Immo vͦo ſtultū te inquit ſi ſic credis ut loqueris:
Sed melius de te ſpero.Quid de me autem ſpe
raret:niſi ut contemptor pietatis in ſilentio ſecum
eſſem. Proh ſuperum atꝫ hominum fidem. Sic
iam nemo igitur litteratus horum iudicio eſſe po
teſt:niſi ſit idem hereticus ⁊ inſanus:ſuperꝫ om
nia importunus ⁊ procax.qui per vicos ac plate
as urbiuʒ:de quadrupedibus ac beluis diſputās:
bipes ipſe ſit belua.Quid autem miri:ſi delirum
non modo ignarum iudicant me amici mei:cū de
hoc ꝓculdubio ſint grege:qui pietateʒ quolibet in
genio cultā ſpernunt:⁊ religioneʒ diffidentie aſcri
bunt.neꝫ ingenioſum putant.neꝫ ſatiſ doctuʒ lo
qui audeat in Ariſtotelem ſolū mutus aliquid cō
tra fidem catholicam diſputare.quam quo quiſꝫ
animoſius oppugnare ꝑſumpſerit:expugnari enī
nullo poteſt ingenio nulla vi:eo ingenioſior apud
iſtos doctiorꝫ.quo fidentius fidelius ue defende
rit:eo habetur obtuſior atꝫ indoctior ⁊ ignoran
tie conſciētia:fidei uelum aſſumpſiſſe quo ſe conte
gat atꝫ inuoluat creditur prorſus.quaſi non diſ
cordes ac trepide fabelle ⁊ nugelle inanes ac ua
cue ſint illorum:nec ſciētia certa de ambiguis aut
ignotis:ſed opiniones uage ⁊ libere ⁊ incerte.Ue
re autem fidei notitia ⁊ altiſſima ⁊ certiſſima ⁊ po
ſtremo feliciſſima ſit ſcientiarum omnium:qua de
ſerta relique omnes non vie:ſed deuia.non termi
ni ſed ruine.non ſcientie:ſed errores ſunt. Hijs ta
men iſti animis:hijſꝫ ſunt iudicijs:ut neſciā. An
non ſolum duo illi de quibus ſupra dictuʒ eſt:uel
ſiqui ſunt ſil'es:ſed ſupremus omnium Paulus ip
ſe non dico ceperit diſplicere iudeis:quibus ante
placuerat.quod Hieronymus epiſtolaʒ eiꝰ ad Ga
lathas exponens ait:ſed omnino ⁊ phariſeis ⁊ pō
tificibus inſanire viſus olim ſit:ꝙ de lupo agnus:
ꝙ de ꝑſecutore chriſtiani nominis:factus eēt apo
ſtolus chriſti.Et hijs noſtris etiam videatur. Poſ
ſum ergo ignorantiam mihi obiectam:poſſim ⁊ ſi
obiciatur inſaniam magnis comitibꝰ conſolari.⁊
ſic facio.quin interdum ⁊ delector ⁊ gaudeo:ho
neſtis ex cauſis:non ignorantie tm̄:ſed amentie re
us eſſe. ¶ Ceterū de me letꝰ:de amicis doleo. Et
ſi enim alie iudicio pretendantur cauſe ⁊ forſitan
leuiores:hee quidem ſcelere ⁊ impietate non ua
cant:Illis mortifere ⁊ infames:mihi etiaʒ glorio
ſe:ut pro hijs cauſis non ſolum fama:ſed vita in
ſuper ſpoliari ſi res tulerit equiſſimo ſim paſſurus
animo.Illud angit in primis:ꝙ ueriſſima omniuʒ
uel vnica uel inter tantas eminens obliqui cauſa
iudicij:liuor eſt:qui multos ſemper:ſed nullos vn
q̄ʒ ſanos ac lucidos infecit oculos:coegitꝫ falſuʒ
cernere.Res ſtupenda ⁊ noua:neꝫ mihi vnq̄ʒ ha
ctenus audita:nunc quod nolim in meo capite ex
perta ⁊ cognita:amicis inuidiam ineſſe pectoribꝰ:
Amicis nunq̄ʒ:ſi nō plena ac ꝑfecta amicitia:que
eſt ita amicum ut ſe amare. Amant iſti me:ſed nō
toto pectore:dicam melius:toto amant pectore:
ſed non totum me.Uitam certe ⁊ corpuſꝫ ⁊ ani
mam:⁊ quicquid habeo preter famam:eamꝫ dū
taxat litterarum.Horum ego uel omnium uel ſin
guloꝝ in manibuſ fidenter nilꝫ heſitās poſueriʒ.

Neqꝫ hec exceptio aut odij:aut amicitie lenitioris
ſed inuidie eſt ut dixi etiam in amicitijs habitātis:
uel ſi hoc auditu durum eſt : ⁊ hoc quoqꝫ melius
aliter eſt dicendum:ut non liuoris ſit exceptio ſed
doloris. Dolent foꝛſitan:imo dolent:utiqꝫ apō do
ctos apud quos mihi uere ne an falſo litterati ho-
minis partū nomen audiunt:ſe nec litteratos eſſe
nec cognitos. Hinc ereptum mihi cupiunt qō non
habēt:neqꝫ ſi ſapiunt ſperant. Magna uotoꝝ cōfli
ctatio rerūqꝫ diſcoꝛdia:cui bonum omne uel maxi
mū uelis:eidem nolle uel minimū. nō tam puto qꝛ
mihi id eſſe:q̄ꝫ ꝙ ſibi doleāt deeſſe. Querūt neqꝫ
id fateoꝛ iniuſte:in amicitia pares eſſe. ⁊ id agunt
qm̄ clari oēs eſſe non poſſumus:quod facilius cen
ſent:ſumus oium obſcuri. Eſt nō inficioꝛ in amicis
paritas pulcherrima. ubi eniꝫ inſignitis pars vna
pꝛepōderat:non bene videntur amicoꝝ animi q̄ſi
impares inuenti ſub amicitie iugum mitti. Ueruꝫ
ea paritas amoris ac fidei eſſe debet foꝛtunaruꝫ ⁊
Amici ꝑfecti — glorie non ita. Idqꝫ ut ignotos ſileaꝫ Herculis ac
Philotete:Theſei ac Perithoi:Achillis ⁊ patro
cli:Scipionis ⁊ Lelij ꝓbat imparitas. Ipſi tamen
ut libet viderint:quo animo erga meuꝫ nomen fue
rint:qui erga me ni falloꝛ haud dubie ſūt optimo.

e — So autem amice:ne quid neſcias ⁊ ut no-
ris : vnde ⁊ quo aio tibi hec ſcribo. Inter
padi uertices parua in naui ſedeo. Ne mi-
reris:ſi uel manus ſcribentis uel orō fluctuat. per
aduerſum hūc ingētem amnem tota cum ignoran
tia mea nauigo. cuius olim in ripis mlta ſcripſi iu
uenis multaqꝫ meditatꝰ ſum:que illoꝝ tempoꝝ ſe-
nibus ꝓbarent̄:pꝛius q̄ꝫ hij iuuenes ſenilem igno-
rātiam depꝛehēdiſſent. O ſoꝛs hoium inſtabilis.
Padus ipſe quodāmodo mihi cōpati viſus eſt:
q̄ſi ſtudij noſtri memoꝛ ⁊ ueterum cōſcius curarū.
ꝙ quem iuueneꝫ (ſi ſine ſupbia dici pōt) glorioſuꝫ
vidit:ſenē cernat ingloriuꝫ. fameqꝫ ꝑfulgidis exu
tum ueſtibus:meqꝫ retro aſſidue ad ius meum ab
iniquis iudicibus repoſcendum:magno impetu ⁊
toto gurgite reimpellit. Uerū ego laborioſam mi
hi ⁊ quibus minime ſuſpicabar inuidioſam fame
ſarcinam peroſus: ⁊ litium fugitans ⁊ contēptus
ſpꝛetoꝛ:exuuias meas raptoribꝰ charis liquo. Ha
beāt ſibi me cedēte:ſi ut pecunia ſic ⁊ fama:dū ha
bēti eripit̄ ad raptorē tranſit. hēant ſibi uel ſcienti-
am:uel huic apud ſtultos parē:ſcientie opinionē.
Ego uel utraqꝫ uel ꝑfecto altera hoc eſt opinione
ſcientie nudus:eo felicioꝛ foꝛtaſſis ⁊ ditioꝛ nudita
te humili:q̄ꝫ ſupbis illi ſpolijs ⁊ ut arbitroꝛ nō ſu
is. Uado igitur letus claro ⁊ graui faſce depoſito:
⁊ obſtantem padū remis uelis ac funibꝰ ſupoꝛ tici
num repetens ſtudioſam ⁊ antiquā urbeꝫ. ubi non
modo ueſtimētum fame uetꝰ:inter nautas perdi-
tum inueniā ſi ea cura ſit:ſed carere illo ⁊ ſi ualde
cupiam nequibo. Ego aūt nitar ſemp ⁊ optabo il
litteratus dici:dū vir bonus aut nō malus ſim : ut
no qui fecit celum ⁊ terram. ¶ Solent bellorū du
ces ſuos milites in pericula mittere:ut eorum vir-
tutē atqꝫ animos agnoſcant. At non ita noſter dux
quippe qui nos ante omne ſeculum nouit.ſed ideo
nos exercet:ut nobis noti ſimus. Ne ut ceci ⁊ igra
ti nobis tribuamꝰ que illius ſunt. Pꝛeclare Mar-
Tulliꝰ cus Tullius quodam loco. O dij inquit immoꝛta
les:nobis enim tribuam que ueſtra ſunt. Quid re
ligioſius/quid gratius:aut quid omnino modeſti
us.modo non deos iſte: ſed domini conſiliorum
ſuorū ⁊ rerumqꝫ geſtarum fateretur auctorem ꝙ
foꝛtaſſe faceret:ſi inueniſſet a ſe ſcriptum non con-
uenire philoſopho dicere deos eſſe. Sed vnum fa
bꝛicatorem mundi deum. Sed ea mihi de illius in
genio ſpes eſt:ut etſi uel metu aliquo uel abuſu lin
gua ſeu calamus vulgarium toꝛrente raperetur ⁊
errorum animus tamen inſolido permaneret.pꝛe-
ſertim qui pꝛeter naturale autem acumen ⁊ inſitā
rationem qua inuiſibilia dei per ea que facta ſunt
conſpiciuntur.ſempiterna quoqꝫ virtus eius ac di
uinitas ⁊ vnum fabꝛicatorem mundi deum a Pla
tone ⁊ a diſcipulo eius Ariſtotele:vnum pꝛincipē
ineuntibus didiciſſet. Q; ſi ille diuini muneris re-
cognoſcit ⁊ pꝛedicat coniurationem cantilene de-
pꝛehenſam vindicatam ⁊ oppꝛeſſam coniuratio-
nem fateoꝛ grauem atqꝫ peſtiferam ⁊ a domeſtico
quidem ſed moꝛtali ⁊ viſibili hoſte cōflatā. Quid
chꝛiſtianus dicet homo cuius in moꝛtem hinc do-
meſticus ⁊ moꝛtalis ⁊ viſibilis:hinc inuiſibilis ⁊
immoꝛtalis hoſtis accingitur:quando ut ait Am-
Ambꝛo bꝛoſius:iter vite occulta demonum infeſtatio: ue-
ſius lut latronum obſidet multitudo: quibus per om-
nes vias ſupplantatores inuiſi animarum laque-
os tendunt:innumerabilium moꝛtibus expaueſcē
dos. Et apoſtolus Paulus. Non eſt nobis collu-
Aplꝰs ctatio aduerſus carnem ⁊ ſanguinem. ſed aduer-
ſus mundi rectores tenebꝛarum haruꝫ ⁊c̃. Et Au
guſtinus in eo libꝛo quē ſepe hodie in teſtimoniuꝫ Augꝰ
accerſo:loquenti enim de ocio religioſo. Quid op
poꝛtunius q̃ꝫ uere religionis liber aſtipuletur? om
nis inquit hominum dominatus in homines aut
dominantium aut ſeruientium moꝛte finitur. Ser
uitus autem ſub angelorum malorum ſupbia per
ipſum tempus quod eſt poſt moꝛtem magis metu
enda eſt. Illud etiam cuius cognoſcere facile eſt ꝙ
ſub homine dominante liberas cogitationes ha-
bere conceſſum eſt. Illos autem dominos in ipſis
mētibus foꝛmidamus. Hos igitur non dominos
ſed tyrannos ſuperbioſiſſimos in ipſam mentis ar
cem ſcandentes a pꝛopugnaculis arcere atqꝫ horū
noſtre que carnis coniurationem ſub nube tranſi-
torie uoluptatis abdicande uoluptatis abditaꝫ de
pꝛehendere:vitare:compꝛimere.nonne magnificū
diuine gratie donum ſit:ut cui contigerit. O cice-
ronianam illam uocem ſuam merito faciat. O de- Cicero
us immoꝛtalis:tibi enim tribuam que tua ſunt. Et nis ſnia
quod ſequitur dicat. Nec v̄o poſſum meo tamen i-
genio dare ut tot res tantas tam uarias tam repē-
tinas in iſta turbulentiſſima tempeſtate mea ſpon-
te deſpexerim:tamen pꝛofecto animum meuꝫ con
ſeruande anime cupiditate intēdiſti. Tu me ab om
nibus ceteris cogitationibus ad vnam eius ſolam
contuliſti. Tu deniqꝫ in tantis tenebꝛis erroris ⁊
inſcientie clariſſimum lumen pꝛetuliſti menti mee.
Hec Ciceroniana pꝛo re pauciſſimis ⁊ immutatis
in uſus noſtros ſic uertere libuit ut anime ſalutem
⁊ de inuiſibili hoſte ⁊ doctore cognoſcere tali eti
am teſte diſcamus:in hac ſententia:in hac ſpe igi-
tur fratres ſtate.ſicut enim multa commiſimus q̄-
bus moꝛs haud dubie debebatur:niſi diuina cle-
mentia ſuccurriſſet: ſic nihil eſt quod non peccare
potueramus:niſi nos a tantis malis diuina pꝛoui
dentia pꝛeſeruaſſet.utrūqꝫ pariter dei munus. Et Dei mu
non egrotaſſe ⁊ egritudine liberatum eſſe: ⁊ miſe- nus
rum non fuiſſe ⁊ miſericoꝛdiam nō meruiſſe. Quo
rum nempe utrum ſit maius dubitari poteſt. Mi-
hi quidem pꝛimum videtur integrius. Secunduꝫ
v̄o ipſa contrariorum collatione conſpectius:peri-
culiqꝫ memoria gratius. ¶ In hac reuerentia ⁊ ſo
bꝛia diuini operis recogitatione conſiſtite. Bona
omnia illuc referte:vnde ſunt omnia. Talibꝰ enim
opinionibuſ circūſeptos certum habeo inuadi poſ
ſe:ſed non oppꝛimi. In hac autem vita tam ardua:
tam anguſta:tam uepꝛicoſa:tam lubꝛica:tot obici-
bus interrupta:tot obſeſſa latrunculis:tuta cautio
eſt:ſuſpecta ſecuritas: ⁊ que non ſpiritales tm̄ pꝛo
fectus impediat:ſed etiam temporales. Q; enim
queſo iſta ſecuritas eſt:cui dum tranquillioꝛ ſtabi-
lioꝛqꝫ videbitur:ſubito metus interuenit:impꝛoui-
ſa calamitas:moꝛs inopina. Cum enim dixerint:
pax ⁊ ſecuritas:tunc repentinus eis ſuperueniet
interitus. Igitur non doꝛmiamus inquit ſicut ce-
teri doꝛmierunt. Sed vigilemus ⁊ ſobꝛij ſimus.
utiqꝫ nouerat quid periculorum ſecuritas ſecum
uehat. Nam quis dinumeret:quot non dicam ho
mines:ſed potentiſſimos populos illa peſſūdedit.
¶ Unico argumento:eodemqꝫ clariſſimo conten-
tus ero:finite reuocem uos parumper ad exempla
gentilium. Romanos gentium certe dominos ⁊
terrene ciuitatis abſqꝫ emulo pꝛincipes Carthagi-
nenſium metus virtutibus ſemper claros perpe-
tuoqꝫ deterſo exercitio ſeruabat armorum pericu-

lorumqꝫ frequentia. Eoſdem rubigine vitiorum
obſcurauit / parta inde cum ſecuritate ſegnities.
Quod preuidiſſe ac prenunciaſſe dicitur / iſte vir
qui igitur tunc ⁊ in ciuitate habebatur optimus /
⁊ hac in re ipſa qua ſapientie famam habet / Cato
ne ſapientior eſt inuentus: cuius ſententie alioruꝫ
quoqꝫ illuſtrium conciuium dicta conueniunt Ap-
pij Claudij ⁊ Quinti Marcelli. Nec fefellit ho-
rum quiſqꝫ: ſiquidem rei bellice diſciplina ⁊ im-
perij gloria: quas metus ⁊ negocium ⁊ labor in
ſuo vigore tenuerunt / euerterunt ſecuritas ocium
⁊ quies. Ne illud pregrauiter a poeta Satyri-
co dictum ſit. Nunc patimur longe pacis mala.
ſeuior armis luxuria: incubuit: victumqꝫ ulciſci-
tur orbem. ¶ Uobis quoqꝫ: ueſtroqꝫ cetui fortaſſe
non expedit omnimoda pace frui: ne vna cum pa
ce pacis comites ſecuritas inconſulta ⁊ delicati ac
molles affectus: deniqꝫ luxus ⁊ vitia reuertan-
tur. ¶ Nec eſt uobis optandum ꝙ diu hec fragi-
lis vite militia protenditur / aduerſario caruiſſe:
ne ſimul ⁊ virtutum exercitio careatis ⁊ premio.
vnde dictum fuit Apoſtolo. Sufficit tibi gratia
mea. dum rogaret / ut ab eo diſcederet ſtimulus
carnis. Et addita ratio. Nam virtus in infirmita-
te perficitur. ¶ Mane ⁊ uos gratiam petite. ⁊ cum
eodem apoſtolo in infirmitate ueſtra virtutis per-
fectrice gloriamini ut in uobis Chriſti virtus in-
habitet. Optate bellum: non quidem propter ſe:
ſed propter Chriſti gloriam ⁊ eternam pacem.
¶ In hoc ſane temporali bello ſempiterne pacis
preuio patientie longanimitatis ⁊ fidei clypeo uos
armate. Nihil erit aduerſario formidandum. Nū
q̃ꝫ tamen deſinet / tanq̃ꝫ leo rugiens lupuſqꝫ fame
licus circum ouilia ueſtra uerſari. Obijciet ille
uobis in fide ſcrupulos quibus pedes ad ſalutem
properantes vulneret: tardet impediat. Audite re
gem noſtrum proclamantem: Si mihi non credi-
tis / operibus credite. Proinde ſi Chriſto non cre-
ditur: cui credetur? An ſaxis? An ebori? An li-
gno muto exanimi os habenti nec loquenti? ma-
nus: nec palpanti? pedes: nec ambulanti? aures
nec audienti? nares: nec odoranti? oculos: nec vi-
Yſaias denti? Cui ergo ſimilem feciſtis deum dicit Yſa
ias? Aut quam imaginem ponetur ei? Nunquid
ſculptile conflabit faber? aut artifex auro forma-
bit? uel illud. aut forte preſecurius precioſiori ma
terie argento aut auro credere. quia ſcilicet ſimu-
lacra gentium argentum ⁊ aurum / opera manu-
um hominum: quibus ſimiles fiant qui faciunt ea:
⁊ omnes qui confidunt in eis. Noſtra tamen eta-
te tam multos eis credere cernimus. Colitur ta-
men argentum ⁊ aurum tanto cultu / quanto nec
Chriſtus ipſe colitur. Et ſepe viuus deus inanima
ti metalli deſiderio atqꝫ admiratione contemni-
tur. Non tamen adhuc aurum ⁊ argentum deus
eſſe creditur. ¶ Sed an forſitan pagano ritu reli-
gioſius inſanitur: an melius herculi creditur furi
oſo an Marti homicide. an Ioui adultero ⁊ ince-
ſto. an Mercurio proditori. Et ſi enim uerum ſit
quod propheta ille maximus ait. Omnes dij gen
tium demonia: tamen illud ſubintelligi oportere
arbitror uel homines demonijs ſeruientes: atqꝫ
ſimillimi. ¶ Quod apud eorum quoqꝫ cultores

ſuarumqꝫ ſcriptores rerum facile vigilans lector
inueniet. Apud noſtros v̇o non dubium eſt qui-
dem. atqꝫ in primis Lactantium Firmianum qui Lactan
omnem deorum ſcenam turpeſqꝫ latebras ſcele- tius
lerum aperiens: totam rei ſeriem qui fuerint: quid
egerint: qui mores / que vita / qui exitus / que ſe-
pulchra / operoſiſſima diſputatione complectitur /
in eo libro quo inſtitutiones uere fidei tractare ad
ortus. utinam tam noſtra affirmare potuiſſet (ut
Hieronymi uerbo utar) q̃ꝫ facile aliena deſtruxit.
Quod v̇o ſi Chriſtus conſtanti fide mundum cre-
ditur: expectabitur ne meſſias? ſeu uerius utiqꝫ
uenturus expectabitur antichriſtus: qui ut hoſtis
reſiſtendi animo: non ut dominus obſequendi pro
poſito expectandus eſt. Meſſias enim uerus do
minus iam uenit. Ipſe eſt Chriſtus ille qui exiuit
a patre. ubi in principio erat uerbum: ⁊ uerbum
erat apud deum ⁊ deus erat uerbum. Per quem
ſcilicet omnia facta ſunt diſſimulata tantiſper di-
uinitatis maieſtate: deſcendens ſub ſeruili habi-
tu: uerbum caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis.
Quid igitur ſeminant iudei: aut quis tantus ⁊
tam latens ſopor: miſerorum oculos oppreſſit: ut
ſperare ⁊ expectare malint q̃ꝫ habere per quam
ſalui fiant. Nam ut ait Auguſtinus. Quid ad- Aug⁹
huc expectant alium Chriſtum: cum hoc prophe
ta tam legunt ⁊ impletum vident: ꝙ impleri non
potuerit niſi per Chriſtum. Nos ergo fratres /
hunc tenentes / creatorem / redemptorem / ſaluato-
rem optimum ⁊ nobiſcum familiariter conuerſa-
tum: abſit ut alium expectemus preter eum ip-
ſum ad iudicium reuerſurum. Q̄ꝫ ſecundum eius
aduentum leti utinam ⁊ intrepidi videamus. Illi
autem preſenti gaudio per iuſtitiam atqꝫ inſolen-
tiam ſe preliantes futuri ſpe inani: ⁊ ſtultiſſima
expectatione ſe torqueant. Quoniam nempe ſex
etatum nulla longior hac que modo agitur: cuius
initium Chriſti ponimus ab aduentu: Quid igi
tur preſtolantur inſani / neſcio queꝫ ſue gentis eſſe
uenturum: qui iampridem ſuis ſedibus auulſi ⁊
toto terrarum orbe diſperſi nec ad aliud reſerua-
ti: niſi ⁊ ad ſui ludibrium ⁊ ad teſtimonium eius
quem crucifixerant Ieſu Chriſti inuidum ualent:
aut uolunt intelligere impletum in eis omne quod
in pſalmo legunt ex ipſius perſona Dauitico ore
prophetatum. Reſuſcita me ⁊ retribuam eis poſt
eiuſdem reſurrectionem ſtrati diuino iudicio toti-
ens attricti teſtantur: hiſtorie vulgate teſtaꝝ euer-
ſa hieruſalem. Cuius quanta fuerit ruina ut omit
tam fedam famem ⁊ obtentu famis incredibilia:
⁊ horrenda facinora que locus iſte non capit: ip-
ſe ceſorum numerus iudicio eſt. qui quoniam om
nem ſimilitudinem excedit ueri: apud illius tem-
poris hiſtoricos ⁊ precipue Ioſephum virum nō
mediocris auctoritatis: qui ei bello interfuit que Ioſe
ratur. Quorum malorum omnium: quod cuiq̃ꝫ phus
pio dubium eſſe non debet: quid aliud cauſe fu-
it q̃ꝫ iſta gentis impietas ⁊ magnitudo in Chri-
ſtum principium omnis cladis ab hac ſtulta ⁊ in
digna expectatione profectum eſt. Quod Chri-
ſtus ipſe ſimilem perituramqꝫ urbem miſeratus /
predixiſſe legitur adiecta cauſa: eo ꝙ non cogno
uiſſet tempus uocationis ſue. ꝙ profecto cogniti-

onis neceſſarie defectus expectationis ſuperua-
cue cauſa fuit. Res non omnibus foꝛſan nota.
Nec tamen ideo minus uera. Cuius certe Tran-
quillus curioſiſſimus reruꝫ ſcriptoꝛ meminit. Per
crebuerat enim inquit oriente toto leta ⁊ conſtans
opinio eſſe in factis: ut eo tempore iudea perfe-
cti rerum potirentur. Licet iſte autem ut paga-
nus homo ⁊ ſuſpectioni apud noſtros ſuo iure fa
cti nomen uſurpet ⁊ uaticinium in Ueſpaſiani pͥn
cipatu dicere uelit impletum: qui in iudea bellum
gerens ad imperium eſt aſſumptus. Uere tamen
ea nobis expectatio meſſie credenda eſt. que iam
ante per ipſum Chꝛiſti tempus impleta erat. Id
ceci coram poſitum non videntes: quod iam tran
ſierat expectabant: ſicut ⁊ nunc hodieqꝫ expe-
ctant: ⁊ uſqꝫ in finem ut credimus expectabunt:
Sed tunc ea fiducia elati eludente eos dei ſapi-
entia quam ipſi crudeliter ⁊ irreuerenter eluſerant
⁊ ligno crucis affixerant quaſi iam futuri rerum
domini Romanum excutere uoluerunt iugum ce
Ueſpa ſo pꝛopoſito ⁊ legato Syrie fugato. Que rebel-
ſian᷒ ꝓ- lio materiam pꝛebuit Romanis traiciendi in aſi-
fect᷒ ꝯ am ⁊ Hieroſolymam obſidendi: duce belli Ue-
iudeos ſpaſiano: qui ſecum in arma pꝛimogenitum ſuum
duxit: cuius tandem conſilio ac virtute urbs euer
ſa funditus: ac dedeleta gens eſt. Et de iudeis
quidem hactenus. ¶ Quid deinceps: an dolo-
Mabo ſas Mahometi fabulas. an philoſophorum diſ-
metus ſonas ⁊ inextricabiles ambages: ac temerarij vir
Auer- tus Auerrois: ac uenenata conuitia: ⁊ ſputa ad
rois celum putrido ore tranſmiſſa. An foꝛte potius de
ne ſacrilegia Fotini: uel Manichei nu-
gas: uel Arrij blaſphemias audiamus. Que ſi
omnia pꝛocul abſunt a pectoribus ſanis: ſi neqꝫ
miſerabilis paganorum erroꝛ: ⁊ obſtinata iudeo
rum cecitas: neqꝫ odibilis ſarracenorum furoꝛ tan
gunt animos aut delectant: aut ullam penitus
ſpem oſtendunt: quid circumſpicimus: quid agi-
mus: aut quem inter huius vite naufragia poꝛ-
tum petimus: pꝛeter Chꝛiſtum in quo quiſquis
ſpei ſue anchoram iecit: uarijs q̃ꝫq̃ꝫ perſecutio-
num pꝛocellis ⁊ expoſitum fluctuare: ⁊ laborare
quidem poteſt: mergi nequit: aut perire orante
iſto ſimul ac iubente ne deficiat fides ueſtra. Ni-
hil impoſſibile deo eſt. In me eſt omnis impoſſi
bilitas aſſurgendi tanta peccatorum mole obru-
to. Saluare ille potens eſt: ego ſaluari nequeo.
Quantalibet enim clementia dei ſit: certe iuſtiti-
am ratio excludit. Et q̃ꝫuis immenſa miſericoꝛ-
dia ad menſuram mee miſerie redigenda eſt. Naꝫ
nec actus agentium circa patiens indiſpoſitum
operantur: ut phiſicis placet. Et cum aridam ſti
pulam tenuis fauilla ſuccendat: aque vis uali-
dum extinguit incendium. Hec ⁊ quecunqꝫ ſimi
lia obuerſantur animis ſiquidem ſalutarem me-
tum diſcuſſo toꝛpore afferunt: quedam tacita ue-
lut angelorum nos amantium conſilia eſtimanda
ſunt: ſui ſpem omnem fiduciamqꝫ afferunt. Com
menta nitentur hoſtilia: ⁊ ancipites ad ruinam
vie. Quo enim ſequacem animam ducunt niſi ad
deſperationem malorum omnium extremum? Ni
hil ꝟo uos terreat. Nam nec diuina potentia ul-
lis nature terminis circumſcribitur. Neqꝫ ſolum
in hijs que diſpoſita ſunt vim pꝛopꝛie actionis ex Dei mi-
ercet. Sed que indiſpoſita ſunt diſponit. Et mi- ſicōdia
ſericoꝛdia dei miſeriam longe tranſcendit huma-
nam. Juſtitiamqꝫ etſi non extinguit: tamen tem-
perat ac frenat. Male de deo ſentit. male de po-
tentia ⁊ miſericoꝛdia dei opinatur: quiſquis ⁊ mi
ſereri illum uelle penitentium: ⁊ tantum miſere-
ri poſſe iudicat quantum ſe peccare: cum pecca-
tum hominis quantumcunqꝫ ſit: finitum certe ſit:
infinita dei bonitas: infinita potentia. Itaqꝫ ſal-
ua ſpe salubꝛi: ſalua ſunt omnia: ubi illam abiece
ris actum eſt. Gubernaculo carens: anime nauigi
um in huius vite pelago: rerum fluctibus ⁊ ten-
tationum flatibus agitur. Nuſq̃ꝫ poꝛtus quo ſpes
dirigebat. Nuſq̃ꝫ celum quod ſpes oſtendebat:
ſed vndiqꝫ pontus: ut ait Maro. Undiqꝫ nau-
fragium ⁊ ꝓcelle. ¶ Hec igitur ſumma ſit. Spem
tenete. Nemo illam uobis extoꝛquebit. Et ſi ma
gna ſint ualde que ſperamus: magna ſunt nobis.
deo nihil eſt magnum. ante queqꝫ tanq̃ꝫ nihilum
ſubſtantia noſtra. Et cuius ante oculos mille an-
ni tanq̃ꝫ dies heſterna que pꝛeterijt. Magna ſunt
fateoꝛ immo quidem immenſa: ſi humanis meri
tis equentur. Ad largitorem attollite mentes pu
ſilla omnia: nec poſſibilia modo. Sed facilia vi-
debuntur. Nam quid eſt oro quod nutare ſpem
⁊ titubare animos cogit? Digni nobis ſupplicio
videbimur: miſericoꝛdia indigni ⁊ utrobiqꝫ non
fallimur. Noſtrum enim erat affligi. Illius eſt
miſereri. Et dignum eſt ut indignitatem noſtram
dignitas eius abſoꝛbeat. Quod pꝛofecto non fie-
ret: ſi peccatum hominis poſſet dei miſericoꝛdi-
am impedire. Eſto igitur ut nos odio digniſſi-
mus ille manſuetudine ⁊ miſericoꝛdia dignus eſt.
dignus eſt parcere. dignus nihil odiſſe omnium
que fecit. dignus ullum perdere omnium quos
tradidit ſibi pater. ¶ Iſta uolentibus erga ge-
nus humanum dei opera ineffabilis: cum cun-
cta mirabilia ⁊ plena gratie videantur. nihil im-
poſſibile videbitur: nihil incredibile. ¶ Stante
hoc ſcilicet fundamento: omnipotentiſſimum at-
qꝫ optimum deum eſſe: ut nil tam magnificum co
gitari queat quod iſte non poſſit. Nil tam benefi
cum quod non uelit. Supꝛa hoc fundamentum:
quicquid fides extruxerit: ſolidum ſtabit ⁊ hoſti
libus omnino cuniculis atqꝫ arietibus inconcuſ-
ſum. Quicquid iſte ſuggeſſerit: omnis illius im-
petus ac vis pꝛomptis ac facilibus retundetur
obiectibus. Hijs in fidem receptis omnia plana
ſunt. Ueniſſe deum inter homines. Partu virgi Chis.
neo editum: ⁊ habitaſſe in nobis: docuiſſe viam
vite: crucifixum: paſſum: moꝛtuum: deſcendiſſe
ad inferos: tartarum ſpoliaſſe: ſurrexiſſe a moꝛ-
tuis: aſcendiſſe ad celos: ad iudicium expectari.
magna ſunt fateoꝛ: ſed quid horum omnium im
poſſibile deo eſt? Q, ſi omnia potuit: quid eſt
quod noluerit: omniumqꝫ que ad creature ſue ſa

lutem: pertinere cognoſceret. Aut quid non po-
tuit Chriſtus dei filius deus uerus implere quod
Yſaias preſcire ⁊ prenunciare potuit. ¶ Yſaias dei fa-
mulus / purus homo. Nec Yſaias modo / nec
Sibilla prophete alij: Sed Sibilla / ut aduentum dei
omnis conditio teſtaretur. Iſte enim ait. Ecce
virgo concipiet ⁊ pariet filium. Quid iudei co-
gitent: quid expectent: miror. hec legentes pu-
det / puto mutare ſententiam: ⁊ at qui miſeris li
bera uoce denuncio. Impletum Yſaie oraculum
in Maria. nec iam aut amplius parituram. Mit
to alia huius ⁊ ceterorum ſacra preconia de Chri
ſto que ⁊ attexere longum erat ⁊ minime neceſ-
ſarium: ꝙ ⁊ nimis multa: ⁊ nimis omnibus no-
Sibilla ta ſunt. ¶ Sibilla autem Erithrea quid de chri
de chro ſto predixerit audiamus. Siquidem de Ceſare
Auguſto loquens ſub cuius imperio naſciturus
de virgine Chriſtus erat. inde inquit. Thaurus
pacificus leui mugitu: mundi climata ſub tribu-
Pro- to concludet. Ecce iam ut euangelice concordat
bie de hiſtorie: ubi traditur exiſſe edictum a Ceſare au
hio ꝫ guſto ut deſcriberetur vniuerſus orbis. De ad-
ibillam uentu autem domini breuiter primo uates eadem
attingit hijs uerbis. Cuius inquit diebus agnus
celeſtis ueniet. Nec multo poſt ad ipſum latius
exequitur. In ultima inquit etate humiliabitur
deus ⁊ humiliabitur proles diuina. Iungetur hu
manitati deitas. Iacebit in feno tanq̄ agnus: in
puellari officio educabitur deus ⁊ homo. Non
intelligo quibus uerbis illud clarius euangeli-
ſta qui vidiſſet exprimere potuiſſet q̄ inſtincta di
uino ſpiritu mulier: inſtinctu ſacre mentis expreſ
ſit. ¶ Quin ⁊ Ioannis precurſoris originem pre
habuit. Signa inquit precedent apud apellas.
Mulier uetuſtiſſima precium capiet. Deinde ip-
ſius domini progreſſum atq; exitum ſic comple-
xa eſt. Elegit ſibi inquit ex piſcatoribus ⁊ deie-
ctis numerum duodenarium vnumq; diabolum.
Non in gladio bello ne eneadum urbem regeſq;
ſubijciet: ſed in hamo piſcantis. In deiectione ⁊
pauperie ſuperabit diuitias: ſuperbiamq; con-
culcabit: Morte propria mortuos ſuſcitabit. Et
cum mactabitur / viuet ⁊ regnabit ⁊ conſumabun
tur hec omnia: fietq; regeneratio. ultimo bonos
iudicabit ⁊ malos. ¶ Multa deinceps exequitur
quantum datur intelligi de euangeliſtis. de Pau
lo apoſtolo. Ad poſtremum de quibuſdam quo-
q; religionibus claris / que in eccleſia hijs die-
bus nouiſſimis ſunt exorte. ¶ Mihi ad preſens
que ad ipſius Chriſti perſonam attinent: attigiſ-
ſe ſuffecerit. Que omnia eo ordine quo predicta
erant impleta conſpicimus. preter ultimum ſcili-
cet iudicium: quod de re certi. de tempore dubij
expectamus. Et hec quidem uaticinia quia non
adeo vulgata videbantur: curioſius inſerui. Que
Eutheree proculdubio ſibille ſunt: ut que ex il-
lius libro ad contextum elicui: que ſequuntur ut
ſibille fuiſſe conuenit: ſic cuius incertum eſt: cum
ſibillas Uarro numeraret ſtudioſiſſimus atq; do
Sibille ctiſſimus latinorum que a Lactantio ſparſim po

ſita inſtitutionum eius libro primo. Ab Augu-
ſtino autem recollecta: is ciuitatis dei diſponun
tur hoc ordine. In manus inquit infidelium po-
ſtea ueniet. Dabunt autem deo alapas mani-
bus inceſtis: ⁊ impurato ore expuent uenena-
tos ſputos. Dabit uero ad uerbera ſimplex ſan-
ctumq; dorſum. Et colaphos accipiens tacebit.
Ne quis agnoſcat ꝙ uerbum uel vnde uenit ut
inferis locatur: ⁊ corona ſpinea coronetur. Ad
cibum autem fel: ⁊ ad ſancta acetum dederunt in
hoſpitalitatis hūc monſtrabūt menſam. Ipſa eniꝫ
incipiens / tuum deuꝫ non intellexiſti: ludētes mor
talium mentibus: ſed ſpinis coronaſti / ⁊ horriduꝫ
miſcuiſti. Templi vͦ uelum ſcindet: ⁊ medio die
uox erit: tenebroſa trib^{9} horis nimis. Et morte mo
rietur tribus diebuſ ſomno ſuſcepto. Et tunc ab in
feris egreſſus ad lucem ueniet primus reſurrectio
nis principio reuocatus oſtēſo. ¶ Hec uaticinia ſi-
billina cuiuſuis ſibille ſint: antiqua eſſe comper-
tum eſt. ſiue fuerint Erithree: longe antiquiſſi-
ma eſſe quis dubitet. Quippe cum eam qui ſe-
rius locant Romulo regnante circa urbis condi
te etatem. Alij autem multo ante Troiam belli
uaticinatam fuiſſe temporibus tradant. Qua eta
te ipſam cymeam ſibillam floruiſſe / ulla videtur
eſſe dubitatio. ¶ Hec ſiquis acriter animum in
tendat non minus euangelica q̄ prophetica: hoc
eſt non uaticinia magis q̄ hiſtorie videantur ꝙ
eorum euidentiſſima claritas facit ut quaſi de pre
terito dici putes / qui mos quoq; propheticus.
Quod ut de pluribus probem: ſatis a Grego-
rio probatum: vnum uerbum Sibillinum Daui
tico conſonum annotabo. Ubi enim ille ait. Et
dederunt in eſcam meam fel ⁊ in ſiti ⁊c. Ita quid
audiuiſtis: nempe tam ſimile: ut vno ore locuti
videantur: qui haud dubie vno ſpiritu loqueban
tur. ¶ Et hec quidem ac mille alia de Chriſto
ante carnalem eius originem dicta erant: ⁊ cir-
ca ipſum tempus originis repetita ſunt. quibus
uero ⁊ eterno dei filio temporalis fides homi-
num quereretur. ꝙ non modo per prophetas ⁊
electos ſuos: ſed per alienigenas ſiue ſanctos:
qualis eſt Iob. ſiue etiam infideles actum eſt:
quid diceremus ignorantes. ¶ Huc etenim ⁊
⁊ iſta trahi poſſunt que Uirgilius in buccolicis Uirgi^{9}
de alio loquens ait. Iam redit ⁊ virgo redeunt
ſaturnia regna. Iam noua progenies celo demit
titur alto. Et in eneide de Auguſti imperio agens
ſub quo Chriſtum natum ſupra diximus ait. Hu
ius in aduentu iam nunc ⁊ caſpia regna. Reſpon
ſis horrent diuum: ⁊ meotida tellus. Et gemi-
ni turbant tepida hoſtia nili. Que quidem reli-
gioſus ⁊ pius lector q̄uis de Ceſare dicta: ad
celeſtem potius trahet imperatorem: cuius ad-
uentum toto orbe ſigna preceſſerant. Que audi
ens poeta neq; altius aſpirans: ad imperatoris
Romani quo nil maius nouerat reflexit aductuꝫ.
Cuius ſi uera lux oculis affulſiſſet: haud dubie ad
alium reflexiſſet. Nobis vͦ iam gratias illi qui
uſqueadeo immeritos nos dilexit. hec omnia ſi-

ne ullis externis teſtibus/clara ſunt: ⁊ ita ſe ocu-
lis fidelium diuine lucis radij infundunt: ut ne-
mo tam cecus ſit/qui non iuſtitie ſolem Chriſtum
mente proſpiciat. Et q̃uis ab ipſa ueritate uerißi-
me dictum ſit. Beati oculi qui vident que uos vi-
detis. ¶ Ego tamen hanc ipſam in terra luminis
claritatem qua poſt Chriſti reditum ad celos / ⁊
nunc uſqꝫ ad finem ſeculi deuote anime non carne
is oculis ſed ſpiritus acie Chriſtum vident:illi cor
poree viſioni quadam ex parte non imparem de-
monſtrabo. Ualde quidem fateor. Nam quis ne-
get felices oculos quibus in carne Chriſtus appa
ruit: Q̃ꝫ predulce enim ſpectaculum videre noſtra
carne noſtraqꝫ anima ueſtitum deum. Audire uer
ba:inceſſum aſpicere:notare actus inter homines
conuerſantis. Quem ſtupent angeli:quem adorãt
cuius paſcuntur intuitu:cuius imperio gloriantur
Grande prorſus ⁊ mirificum ſpectaculum poſſe di
cere. Ecce hic homo eſt quem audio:quem tango:
quem video. Homo inq̃ꝫ mortalis:uerus inq̃ꝫ ho-
mo: ⁊ cui preter peccatum ortuſqꝫ munditiam de
noſtra humanitate nihil deſit. Et rurſus ecce hic
idem deus non terras inhabitans: ⁊ terrenas pa-
tiens erumnas:paupertatem:famem:frigus:eſtũ:
dolores animi ⁊ corporis:tandem paſſurus ⁊ cru
cem:ſed in illa mortem moriendo victurus. Ecce
ut carneis pedibus terram premit qui celum crea
uit ac terram. Et homo natus eſt in ea: ⁊ ipſe fun-
dauit eam altißimus. Uidere ad ſupplicium duci
qui ſolem lunamqꝫ ⁊ ſtellas ſuis in terraꝫ vijs age
ret. Spectare in patibulo pendentem ⁊ languiduꝫ
vix ferentem caput. qui tamen maxime celum ac
terras ⁊ maria ſuo regeret ac ſuſtentaret imperio:
uſqueadeo ut terras tremor quateret ⁊ celum tene
broſus pallor inuolueret ad nutum ſui creatoris:
orbe turbato eaqꝫ omnia pro noſtra ſalute credere
magna hec ⁊ deuotis inuidioſa animis. ¶ Sed
eſt aliquid quod nobis lꝫ extremis mortalium con
tigiſſe felicius videatur. Quis igitur non miretur
ſe familiaritate contemni:aut quiſ in quo ferat ani
mo idem ſibi accidere quod Chriſto ille equidem
a multis ſtupendum dictu:familiaritate ſacratißi-
ma contemptus fuit:quia inter eos natus atqꝫ uer
ſatus erat:quos ſaluare poterat ⁊ uolebat. ab eiſ-
dem fabri filius ⁊ comeſtor carnium: ⁊ demoniuꝫ
habens blaſphemus ⁊ ſeductor dici meruit. Qđ
Nemo ſine honore ꝓpħa niſi i patria ſua — aduertẽs ipſe ait. Nemo propheta ſine honore ni-
ſi in patria ſua. uerum hec ab infidelibus eſt paſſus
dicat aliquis fatebor. Sed ⁊ fidelium fidem titu-
baſſe: ⁊ ipſa etiam apoſtolorum corda ſaluatoris
morte turbata comperimus. Et Thome duritiam
ꝓfuturã:poſteris legimuſ. Que ſi adhuc viuo uel
rediuiuo iam Chriſto fidelibus contingere potue-
runt:quid mirentur Chriſto ad celum vnde uene-
rat iam ingreſſo ⁊ ab oculis hominum amoto illas
tam multas blaſphemias. Quibus a noſtris:pre-
cipue ab Auguſtino ſtudioſe grauiterqꝫ reſponſuꝫ
Porphyrius — eſt. Ita ut acuti vir ingenij Porphyrius preſtrin-
gente oculos:pura ueritatis luce cõuictus ſit. Qđ
de eo dicas ꝙ non hominis ſed dei cuiuſpiam ut
aiunt. uere autem demonis ore confictum fertur.
Cum videret enim Chriſti nomẽ dolorem atqꝫ tor
mentum ſuum in orbe terrarum ante expectatum

celi ⁊ ueram fidem martyrum ſupplicijs aſſidue
roborari. non auſus que in oculis omnium erant
preſentia negare. de futuro uaticinari miris cepit
ambagibus. Sed neqꝫ tunc equidem in Chriſtum
loqui auſus Petrum apoſtolum maleficijs atqꝫ ar
tibus magicis Chriſtiane fidei fundamentum ſta-
tuiſſe ait. Non tamen niſi trecentis ⁊ ſexaginta du
raturum annis atqꝫ illis exactis e ueſtigio ruitu-
ram. Quo mendacio quid ſibi uoluerit:non video
niſi uel mentiendi moreꝫ non deſerere:uel in quod
magis inclinor:miſeras animas in dubium addu-
cere: ⁊ ab exorte lucis radijs aduerſas in preteri-
tarum tenebrarum reuocare caliginem. Ita ṽo nu-
gator ⁊ falſus ille ſpiritus ⁊ quicunqꝫ eſſet Chri-
ſtum non amore ſpontaneo: ſed coacta reuerentia
excuſans: Petrum virum innocentißimum ac ſim
plicem piſcatorem magis reum facit. Et infert:qđ
nullo coarguente falſum pateat dictis cum magi-
cis artibus laboribus ac periculis multis atqꝫ ad
ultimum ignominioſa ⁊ truci etiam morte ſua que
ſiuiſſe famam altercatoqꝫ ſtudio effeciſſe quod iaꝫ
ſupra diximus. non ut ipſe:ſed ut Chriſtus: ⁊ non
niſi breui tempore haberetur deuſ. Ubi efficacißi
ma mihi videtur Auguſtini percunctatio. Si eniꝫ
inquit Petrus maleficus fecit ut Chriſtum ſic dili
geret mundus: quid fecit innocens Chriſtus ut
eum ſic diligeret Petrus: Nec minus efficax an-
nexa reſponſio eſt. Reſpondeant inquit igitur ſibi:
⁊ poſſunt intelligant:in illa ſuperna gratia factum
eſſe:ut propter eternam vitam Chriſtum diligeret
mundus:qua gratia factum eſt/ ⁊ propter eternaꝫ
vitam ab illo accipiendam: ⁊ uſqꝫ ad tempora no-
ſtra mortem pro illo patiendam Chriſtum dilige-
ret Petrus. ¶ Me ṽo non tam reliqua tacitum ſe-
qui iuuat:q̃ꝫ ſuper hijſ ipſis exclamare. O rationa
bilis anima:o diuina vis ingenij cui neqꝫ lux ad de
tegendas hoſtium fraudes:neqꝫ robur ad firman-
das amicorum mentes deſit:cuius ⁊ interrogatio
⁊ reſponſio talis eſt qualis ⁊ fidei pugilem: ⁊ ue-
ritatis athletam decet. Itaqꝫ ſatis reor illum ſigni
ferum ciuitatis dei:in cuius libris hec ait. ſepe con
ſilijs ſuis exercitum hoſtium terruiſſe eorumqꝫ co
gitatus impios a menibus repuliſſe eccleſie pace
uel reddita uel ſeruata. Quod tum ſepe alibi: ta-
men precipue in hoc hoſtili calumnia notum fecit.
Ubi demoniacum commentum quo interminabi-
lis Chriſti fides ad tam exigui temporis metam
redigi videbatur. infregit ſupputatione temporuꝫ
falſum docens quod ille predixerat. Et ſua etate
qua librum ſeu maxime locum illum ſcriberet pre-
terijſſe. iam prefixum chriſtiane durationi termi-
num. Et ſi rite recolo octo preterea ⁊ triginta an-
norum ſpatium effluxiſſe. Eoqꝫ potißimum tem-
pore quo caſurum penitus Chriſti nomen crede-
batur:idola propter ipſum Chriſti nomen apud ca
put africe Carthaginem fuiſſe ſubuerſa. atqꝫ ita
dum maxime ruina ſperaretur:tum ⁊ ſolidatum ſi
dei fundamentum ⁊ culmen eccleſie ſpolijs hoſti-
libus exornatum. Et iſte quidem pie argute fideli
ter more ſed ſuo ſacrilegium deprehendit menda-
ciumqꝫ detexit. ¶ Ceterum forſan nimis exili-
ter probatum videri poterit animis ad credenduꝫ
tardioribus: ſuggerente tunc etiam demone non

ideo falſum omnino uaticinium videri:ꝙ parum-
per erratum eſſet in tempore. hoc eſt igitur quod
dicebam in quo felicius nobiſcum agi. ¶ De quo
mihi video: aſſerturus Chꝛiſtum in carne non vi-
dimus eo modo quo apoſtolis eſt viſus.ꝗ̃uis euȝ
in operibus mirabilium ſuoruȝ ſi non oculos clau
dimus: aſſidue videamus. ¶ Sed videamus
utiqꝫ indicantem atqꝫ firmatam fidem quam il-
li ſepe tremulam viderunt. Uidimus longe late-
qꝫ vulgatum Chꝛiſti cultum: ⁊ ꝗ̃ꝗ̃ ſegnitie ſecoꝛ
diaqꝫ noſtra Chꝛiſto nihil nobis multa decreue-
rint: multo tamen adhuc latius ꝗ̃ tūc reſonat chꝛi-
ſti laus. Miramur imperia regeſqꝫ perſecutores
olim Chꝛiſtiane religionis: nunc in Chꝛiſti nomi-
ne ⁊ in crucis obpꝛobꝛio gloriantes. Ruſticos cer
nimus iam de fide certiores ꝗ̃ tunc eſſet apoſto-
lus Thomas. nec locum clauorum nec vulnera re
quirentes. Multos ſcimus pꝛo Chꝛiſto intrepide
moꝛtuos ⁊ paratos mori. Et non ſolum vnius ſo-
lum hoſtiarie uocibus: ſed omnium tyrannorū mi
nis atqꝫ toꝛmentis immobili patientia victam im-
piorum rabiem. Carnificum duritiem fatigatam:
intellectum pudorem iudicibus. Et repente de toꝛ
toribus martyres euaſiſſe. Non ꝙ nos peccatoreſ
apoſtolis ut apoſtolicis viris aut omnino etatē no
ſtram illi conferaȝ. Sed ꝙ (niſi falloꝛ) ad nos quo
qꝫ diuine munus gratie perueniſſe video: eodeȝ ip
ſo largiente: qui dat omnibus affluenter nec impꝛo
perat. quiqꝫ operarios hore vndecime non pꝛiori-
bus tm̄ equat: ſed in exhibitione diem mercedis:
ab eis incipiens de nouiſſimis pꝛimos facit. Quā
uis enim dei filius ut iudex puniat: miſeretur ut pa
ter. Plus multo paterne clementie retinens: ꝗ̃ iu-
diciarij rigoris. Qꝫ ſi non ita eſſet: iamduduȝ nihil
reliqui ſupereſſet in quo puniremur. Tanto enim
eſt maioꝛ vis ꝗ̃ egrotantis. Et ſaucie humane na-
ture vigoꝛ: niſi eam qui condidit adiuuaret. Cuius
uel gratie magnitudinem uel conſilij altitudinem
ſuper filios hominum quis ne dicam humanis v̓-
bis explicet. ſed humana mente concipiat? Nem-
pe ad diuinum munus metiendum: diuino auxilio
eſt opus. Et dei gratiam agnoſcere: gratia dei eſt.
Non eſt hominis per ſeipſum celeſte myſterium
ſcrutari. quia tamen ⁊ ceci ⁊ claudi lȝ in tenebꝛas
feſſi rectam ſemitam palpitantes querunt. ¶ Lo-
quar pauca de hijs quorum ſcientiam quero ma-
gis ꝗ̃ pꝛofiteoꝛ. En fragilitas noſtra ante oculos
noſtros ſemper. Nihil agimus quod non humane
nos conditionis admoueat atqꝫ miſerie. De qua ta
men integros ediderunt libꝛos. tractatus alij exi-
Plini⁹ mios. De qua Plinius ſecundus. vij. naturalis hi
ſtorie bꝛeuiter attigit. Sed ſtilo excellenti ac flori-
Aug⁹ da ubertate fert ſententiarum. De qua ⁊ Auguſti-
Cicero nus latius agit in libꝛo de ciuitate dei. Unde Cice
ro ante omnes libꝛum ſue conſolationis impleue-
rat. De qua mihi quoqꝫ nonnunꝗ̃ fuit impetus lo
qui aliquid: ⁊ uagantem calamum in hos fines im
mittere: niſi quia ⁊ nimis magna ⁊ nimis nota reſ
viſa eſt. Qꝫ etiam multa ſe offerrent: ut vnde oꝛdi-
rer aut quid potiſſimum dicereȝ incertus nunꝗ̃ ſa
tis explicare poſſem tantam arbitrarer. Et ſuper-
uacuum videretur quicquid ea de re dictum eſſet:
…ō de ⁊ de qua non dici nihil poſſet ab homine. ¶ Hoc
…oiſ mi vnum itaqꝫ commemoraſſe ſatis eſſe. Nil miſeriuſ
…ria homine: nil debilius: nil pauperius: ⁊ aduentitie

opis egentius: ꝗ̃uis indigentiam: imbecillitatem:
⁊ miſeriam hanc: vnde ſimus: ⁊ quid ſimus: ⁊ ne
futuri ſimus: quibus ue trāſmittimur. Unde quo
pergimus: niſi nos fallimus ⁊ ſine libꝛis ⁊ ſine cu
iuſqꝫ admonitione ſcimus experti: neqꝫ dum non
meminimus horum poſſumus obliuiſci. Cōtra v̓o
diuine nature omnipotentiſſimam maieſtatem nō
tam ſcimus ꝗ̃ opinamur ⁊ contemplamur inuiſi-
bilia dei per ea que facta ſunt intellecta conſpicien
tes. Attoniti ⁊ ueluti luce ſolis luce moꝛtales vin-
cente oculos. Hoc vnum ſcimus non ꝙ nihil ſcim⁹
ut paruȝ intellectui ſuo fidens ſit Socrates. Sed
hoc certe rem eſſe ineffabilem ⁊ incompꝛehenſibi
lem ac noſtris ingenijs inacceſſam: hoꝛroꝛ ſtupoꝛ-
qꝫ ferat animum noſtrum ſimul humilitatem/ ⁊ il-
lius altitudinem contemplantis. Illud quod ne cō
templari quidem ad plenum poſſumus ex quo fa-
ctum eſt quis anteꝗ̃ fieret cogitaſſet: quo ſcilicet:
ꝗ̃ potenti ⁊ ꝗ̃ miſericoꝛdi remedio huic tante mi
ſerie ſit conſultum lippi ⁊ inualidi adhuc tante lu
cis aciem ferre non poſſumus ⁊ in ipſum lumen
quod amamus figere oculos non audemus. Tali
tamen felices impotentia quibus plus gratie colla
tum eſt: non dico ꝗ̃ mereamur aut mereri ualea-
mus: quorum omne meritum in pꝛimo parente ꝗ̃-
ſi viroꝛ arboris in radice aruit: nō dico ꝗ̃ pꝛo quo
dignas grates ſaltem uerbo perſoluere. Sed plus
intelligere uel tenuiter ſuſpicari. ¶ Gaude igitur
humana natura de extremis miſerijs facta felicioꝛ
ꝗ̃ toto capere poſſis ingenio. intendite queſo huc
ingenia litterata. Audite Plato. Ariſtoteles. Py
thagoras. Non hic ridiculus ille circuitus anima
rum ⁊ uana metempſicoſis. Sed maius quod-
dam uere ſalutis archanum latet. Audi Uarro ſtu
dioſiſſime hominum abditarumqꝫ rerum queſitoꝛ
ardentiſſime. Non hic tuorum turba ⁊ fallacie de
orum. ſed vnius dei ueritas pietaſqꝫ deſcribitur.
Adeſte Cicero atqꝫ Demoſthenes. Non forenſis
ſed celeſtis cauſa agitur. Quid hic igeniū? Quid
facundia uera poſſit: experiemini. Et uos Homere
ac Uirgili adeſtote animis. Non hic greci reges:
aut romani imperatores ⁊ duces. neqꝫ falſus iſte
ſuperi regnatoꝛ olympi iuppiter. Sed regnatoꝛ ce
li uerus dicitur Chꝛiſtus: Cogitate inter celum ⁊
terras quanta diſtantia eſt. Et ubi diu fruſtra: iam
tandem utiliter laborare animis ut terra ſalua ſit:
neceſſario illam iūgi quibus id artibus fiet. ¶ Hic
ueſtrum acumen. hic ueſtram intelligentiam requi
ro. Nunꝗ̃ reoꝛ talia cogitaſtis. Cogitate modo: ⁊
intendite: excitate animos: ingenia ſubleuate. Pu
to autem cum ualde ſurrexerint: mox ad deſtina-
tam peruenire nequeuntia: ⁊ laborate indaginis
feſſa ſubſident. Multa de nubibus. de imbꝛibus.
de fluminibus. de uentiſ. de glacie. de niue. de tem
peſtate. de grandine. Multa de animalium natu-
ris. de potentijs herbarum. de qualitatibus rerū.
Multa deniqꝫ de tumore pelagi. de tremore terra
rum. de motu celi ac ſtellarum. diſputata acriter ac
tractata ſubtiliter reliquiſtis. At quibus modis ce
lum terre iungeretur atqꝫ vniretur. Unum hoc ex
omnibus non vidiſtis. Magnum ⁊ foꝛſan ⁊ pꝛoꝛ-
ſus impoſſibile. contraqꝫ nature leges videatur:
tam magna tamqꝫ diſtantia iungere. Aut qui ma-
ius quiddam multo diſtantius eſt: quod moue-
ri opoꝛtet ⁊ inclinari ut terra ſoluetur. ¶ Inter

Homo

celuꝫ nēpe ⁊ terram diſtantia ingens fateoꝛ:ſed fi-
nita eſt. Inter deum ⁊ hominem infinita. Homo
quidem terra eſt:vnde nomen accepit. de terra oꝛ-
tus in terra viuens:in terrā reuerſurus. Deus au-
tem non celum ſed celi conditoꝛ:tantum celo quan
tum terra altioꝛ. Utrobiqꝫ tantundem pꝛeſens ⁊
tantūdem diſtans. Et ſi enim celum terra nobiliuſ
non negetur. idem tamē utriuſqꝫ creatoꝛ ac rectoꝛ
deus qui fecit celuꝫ ⁊ terram maria ⁊ omnia que
in eis ſunt. Et localis ſpatij nō capax:ex equo om
nem ſuam regit:ac ſupeminet creaturaꝫ. ¶ Quid
igitur fiet:uos interrogo doctiſſimi homines:que
multa curioſius quoqꝫ q̄ꝫ opoꝛtuit libꝛis ac memo
rie mandantes:vnum quod ⁊ maximum erat ⁊ ſū
me ſalutiferum atqꝫ appꝛime neceſſariuꝫ ſiluiſtis.
In quibuſdam ſane codicibus ueſtriſ pꝛedicari de
um ⁊ eius uerbum ⁊ multa que circa ſummum ſi
dei uerticem: ⁊ coeternam patris filij perſonam
euangelicis apicibus conueniant. Auguſtino te-
ſtante notum eſt ꝙ ſcilicet in pꝛincipio erat uerbuꝫ
⁊ uerbum erat apud deum ⁊ deus erat uerbum.
Quodqꝫ omnia per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ipō fa
ctum eſt nihil. Oꝫ autem qualiter uerbum illud ca
ro factum ſit. qualiter terre motū habitauit in no-
bis:hoc doctus Plato neſciuit ut ait Hieronymꝰ.
hoc Demoſthenes eloquens ignorauit:Quorum
pꝛimus dixiſſe fertur. nullus deus miſcetur homi
nibus. Atqui uel falſum hoc populo dixiſti. uel fal
ſo tibi ſententie huius inuidia data eſt. ¶ Quan-
to melius hac in parte Seneca. Ait enim deus ad
homines uenit. Nulla ſine deo mēs bona eſt. Cer
te deus noſter ad nos uenit ut ad eum nos iremꝰ.
Idemqꝫ deus noſter hominibus mixtus eſt quan
do habitu inuentus ut homo:habitauit in nobis.
Profecto enim quod non tm̄ Plato negans ſed ⁊
Seneca confitens ignorabat. quodqꝫ pꝛſus igno-
tum erat homini:niſi cui foꝛte diuinitas reuelaſſet
immota lege diuina conſilij ab eterno attollenda
erat humanitas:inclinanda diuinitas:utrūqꝫ pa-
riter factum: ⁊ salubꝛis celebꝛata coniunctio eſt:ſi
ne qua egra ſemper ⁊ languens humanitas iacuiſ
ſet. Neutrum abſqꝫ altero potuit fieri. aut per ali-
um fieri q̄ꝫ per eum qui inclinat celos ſuos ⁊ de-
ſcendit: qui reſpicit terram ⁊ facit eam tremere.
Per illum itaqꝫ nec per alium factum eſt. O in-
enarrabile ſacramentum. Nam quo altius huma-
nitas attolli poterat:q̄ꝫ ut homo ex anima rationa
li. ⁊ humana carne ſubſiſtens homo moꝛtalis caſi-
bus pꝛo talibus neceſſitatibus noſtris obnoxij. Et
ut paucis abſoluam:uerus ac perfectus homo: ⁊
a uerbo filio dei. patriqꝫ conſubſtantiali ⁊ coeter-
no in deum:atqꝫ in vnitatem perſone ineffabiliter
aſſumptus. duas in ſe naturas. Mira rerum pꝛoꝛ-
ſus imperium aggregatione coniungeret. Quo in
q̄ꝫ homo poterat altius aſcendere:q̄ꝫ ut homo de-
us erat. Ex diuerſo quo non magis depꝛimi incli-
nariqꝫ diuinitas poterat:q̄ꝫ ut perſecutiones:iniu
rias terrores ⁊ mala noſtra pꝛeter peccatum. om-
nia paſſurum moꝛtale coꝛpuſqꝫ indueret:cum quo
uſqꝫ ad ultimas contumelias ad uerbera ad paſſi
onem ac moꝛtem. moꝛtem autem crucis pꝛo ſalu-
te aſſumpta hominis humiliata deſcenderet. Que
qꝫ tam magna tamqꝫ ſupꝛa intellectum erant ut ea
capere ingenia dura ⁊ ſuperba non poſſent. Quip
pe qui non ingenio ſed fide capiuntur fecerunt ſibi

hereſes innumeras. Et in pꝛimis duas quarum al
tera Chꝛiſtum deum tm̄ ⁊ non hominem. Altera
hominem ⁊ non deum decepti contendunt. Cete-
rum utriuſqꝫ durities ut reliquarum omnium ue-
re fidei malleis concuſſa fidelibus cautionem:ſuis
actoribus interitum ſempiternum peperit. Iamqꝫ
a deo pꝛouulgata eſt ueritas:ut aliquando fore vi
rus moꝛtiferi dogmatis latere aut fallere catholi-
cum guſtuꝫ queat. Omnia paſſim in oculis atqꝫ in
manibuſ ſunt:fruſtra iam pijs foribus obuerſatur
circulatoꝛ hereticus. fruſtra inuiſibilis hoſtis ac-
cingitur. Pateſcunt doli omnes: arteſqꝫ omnes
tranſlucent. paſtoꝛ hunc hoꝛridus:hunc feriat mi-
les:durus foſſoꝛ:iſomnis mercatoꝛ:nauta uagus:
deniqꝫ hunc fidelis ſpernet anicula. Et ſi enim ex-
plicite fidei articulos defenſionemqꝫ non nouerit:
aſſuete tamen aures pie ueris dogmatibus ⁊ op-
plete diuinorum atqꝫ celeſtium fragore tonitruo-
rum contra omne ſacrilegum ⁊ ſimplicitate con-
feſſionis ⁊ fidei firmitate uallātur. ¶ Sed deinde
victus temporis malitiam ambiguumqꝫ ſucceſſuꝫ
dicet. Eſto ſit deus Chꝛiſtus:quis illi obediet:qs
implebit imperij tam dura? Si ſaluari homines
uellet:aut plus virium daret:aut leuiora pꝛecipe-
ret. Rurſum. Et quis conſilium dei nouit:cum ſe-
pe homines lateant humana cōſilia? Quis ſcit an
idcirco pꝛecipiat ut excitet:ideo minetur ut terreat
ut impleti memoꝛ in iudicio ſit pꝛecepti futurus ⁊
memoꝛ neglecti. ¶ Contra hanc impiam atqꝫ falſi
loquam ſuggeſtionem fratres mei clamemus ſin-
guli. Clamemus omnes ad dominum ⁊ exaudiet
nos. ⁊ introibit in aures eius iuſtus clamoꝛ. Di-
cat quiſqꝫ maximo anime niſu poteſt: ⁊ uocem la-
chꝛymis ſi datur aſpergatur frangatqꝫ ſuſpirijs.
Nulla melodia deo ſuauioꝛ eſt. Uult iſte amari.
vult de ſe ſperari. vult cum gemitibus orari. Dicat
autem quiſqꝫ. Domine libera animam meam a la-
bijs iniquis ⁊ a lingua doloſa. Spiritus quidem
carnem ⁊ oſſa non habet. linguam uocemqꝫ non
habet:Quibus igitur inſtrumentis loquitur: O
utinam deforent ⁊ inſtrumenta periculiſqꝫ noſtris
illius exarmatione ſuccurſum eſſet. Quod foꝛtaſ-
ſe ideo non fit:ut aduerſus hunc hoſtem noſtra mi
litia quo laborioſioꝛ eo clarioꝛ ſit acceptioꝛqꝫ duci
noſtro. ¶ Loquitur ille multa intus in anima que
quiſqꝫ ueſtruꝫ tacitus:non ſine graui exercitio ſuo
fert. Ualde autem pꝛouidendi cauendiqꝫ ſunt ho-
ſtes quos intra muros ut ita dixerim:ita familiari
bus inſidijs inqꝫ intimis anime penetralibus ex-
peritura habet:tum interdum ⁊ linguas ⁊ uocem
⁊ quas ore dicat aliquis. Nempe linguas impio-
rum hominū:uocem vulgi. ſiquidem e tot linguis
vna totius populi uox eſt. laudat uoluptatem vir-
tutem deſpicit Chꝛiſti viam. uel ambiguam uel in-
acceſſibilem ſaltem dicit. Raros ueritas teſtis ha-
bet. Inter hec viuimus ⁊ hanc temporum parti-
culam cum lecti ſumus: hijs moribus non uten-
dum dico:ſed reſiſtendum. quod nobis miſeris q-
bus adhuc intus ſeculi fluctus anceps nauigatio
agitur:laborioſum longeqꝫ difficile dixerim. Naꝫ
⁊ eſtu rapimur rerum temporaliuꝫ. Nec plus ocij
obtigit:q̄ꝫ quod nobis peccatorum ⁊ occupatio-
num noſtrarum intermiſſione permittitur. Uobis
uero iam poꝛtus tuta tenentibus circunſpectio pꝛ-
uiſioqꝫ facilioꝛ multo eſt. Abſcidiſtis eqdem mūdi

nodos.negociorum laqueos:vincula rerum.Nu-
di ⁊ liberi multis e tempeſtatibus enataſtis:ubi
quieſcere liceat ⁊ uacare.Itaqꝫ ad illud eximium
ſalutis ſtudium cui vni neglectis omnibus alijs in
tenditis:neceſſario ocio abundātes.hoc tamē ma
gno lꝫ paucis cognito dei dono utimini parce:ſo-
brie:ſollicite.Ne qua uobis ex ocio:ut fit tumultu
oſioꝛ occupatio renaſcatur.Ocio etenim eſt opus.
Non reſoluto inherti atqꝫ eneruante animos.ſed
ſtrenuo.⁊ quod maxime ueſtrum eſt religioſo ⁊
pio.¶ Hoc ergo fratres agite.hoc ad ſalutem tra
mite pergite.Nullus rectioꝛ:nullus tutioꝛ.Atqꝫ
ideo totiens hoc a uobis hodie poſtulo:ut uace-
tis.ubi enim Hieronymiana tranſlatio hunc uaca
te:uetuſtioꝛ habebat.ocium agite.cui inherēs Au
Aug. guſtinus ait.Unum certe querimus quo nihil eſt
ſimplicius.ergo ſimplicitate coꝛdis queramus il-
lum.Agite inquit ⁊ agnoſcetis quia ego ſum do-
minus:non ocium deſidie:ſed ocium cogitationis
ut a locis ac temporibus uacet.O pꝛofunduꝫ ⁊ ſa
lubꝛe conſilium fratres:quod ut ad liquidum itel-
ligeretur adiecit.hec enim fantaſmata tumoris ⁊
uolubilitatis conſtantem vnitatem videre non ſi-
nunt.Loca offerunt quod amemus.tempora ſur-
ripiunt quod amamus.⁊ relinquunt in animo tur
bas fantaſmatum:quibus in aliud atqꝫ aliud cu-
piditas incitatur.Ita fit inquietus ⁊ criminoſus
animus.Et fruſtra tenere in quibus tenetur exop
tans.Uocatur ergo ad ocium.i.ut iſta non diligat
que diligi ſine labore nō poſſunt.hec iſte vir ⁊ pie-
tate magnus ⁊ litteris.¶ Ego autem fratres ad
hoc ocium uoco:hoc poſtulo:hoc hoꝛtoꝛ:hoc obſe
cro.Agite ocium ⁊ uacate.Ambo enim pꝛecia im-
mo equidem vnum ſunt ſicut ⁊ que ſequunt̄ agno
ſcetis.quia ego ſum dominus ⁊ videbitis qꝛ ego
ſum deus.Dulcis via felix terminus.¶ Uacate ⁊
videte ocium agere ⁊ agnoſcere.Et non modo per
bꝛeuiſſimum laborem ad longeuam requiem ꝙ ip
ſum peroptabile erat.Sed qđ immenſum gratie
eſt:per temporale gaudium ad eterna conſcende-
re.In hoc culmen ſcandite:vnde aſcēdendi altius
eſt vie.Et in huius ocij arte conſtitite.hinc nullo
ſtrepitu auribus.nullo puluere rerum tranſeuntiū
obſtante oculis:omnes hoſtis dolos tendiculaſqꝫ
pꝛoſpicite.Quis ut dixi enim illi gratias qui nos
omnem ueritatem docuit:iam eouſqꝫ perfectum:
uel ſuapte natura:uel conſuetudine in naturaꝫ uer
ſa:vnde inſtitute mentes atqꝫ aureſ ultro reſpuere
didicerint.quicquid aperte uero diſſonū vo eſt:il-
lud tamen occultius diabolicum murmur ex ore
impij cauendum qui apparenter melioꝛ.ſed deteri
oꝛ exiſtenter Chꝛiſtum laudādo impedire cogitet
ueſtrum iter quo ad Chꝛiſtum peruenitur.¶ Iſte
quidem aget hoc modo ſanctum fateoꝛ quicquid
Chꝛiſtus iubet.ſed implere pꝛecepta dei ſupꝛa ho
minem eſt.Itaqꝫ ſi in rerum humanarum executi
one laboramus uſqꝫadeo ut ſepe nos cepto impa-
res agnoſcamus:atqꝫ ideo meliore cōſilio deſiſta-
mus:quid de diuinis eſt ſperandum.Linquamuſ
ergo illa angelis:quorum excellentiſſimi etiā ſub
pondere coꝛruerunt.Celeſtia ſane celicole:nos hu
manū tractemus.⁊ foꝛtaſſe conſultius fuerit non
ingredi iter hoc arduum pꝛeruptumqꝫ:q̄ꝫ medio
calle deſiſtere.Et hoc ſaltem vita dum adeſt frui:
q̄ꝫ ſpem incerti certuꝫ pꝛodere.Ueniet alter eo pe-
riculoſioꝛ quo pꝛoximioꝛ:uera qui ⁊ rectas Chꝛi-
ſti ſemitas ⁊ ſancta iuſſa fatebitur.Et has per vi-
as ⁊ hec poſſibilia non negabit.Sed difficultatē
rerum noſtramqꝫ molliciem multoqꝫ maxime no
ſtre etatis decus deſperatis ac perditis moribus
nihil a quoq̄ꝫ ſatis:ne dicam nimium dici poteſt v
bis exaggerans feruenti pꝛopoſito quoddam dif-
fidentie frigus aſpexerit.Aut foꝛte facilia p̄dicās
differenda concludet.Poſſe enim cum libuerit im
pleri:dādam quoqꝫ partem temporis huic vite cu
ius muneribus haud dubie ſit aptioꝛ virens etas
cetera ſenibus committenda ꝙ maturioribus op-
poꝛtunum conſilijs ſit.Attamen maxime de alte-
ra vita cogitandum:dum huius finis in ꝓximo eſt
Eo pꝛeſertim ꝙ in omnibus rebꝰ ſit oꝛdo pulcher
rimus.Et cum ſemel abſceſſeris turpis ad iſta ſit
reditus.Non minus deo placuiſſe qui penitenti-
am egerunt:q̄ꝫ qui ſic vixerunt:ut eo remedio non
egerent.Horum ac ſimilium ſuaſores non deerūt
uel ſermones hominum uel taciti cogitatꝰ.Quod
ſibi contingere poſſe quis non miretur:cum cōtin-
gerit Auguſtino.Quod ex confeſſionibus ſuis cō
ſtat.Et iam contigiſſet Antonio tam duri pꝛopoſi-
ti ⁊ tam ſolide virtutis ac fidei viro.quod Anaſta
ſij teſtimonio notum eſt.vnde dicit.Uos autē fra-
tres eodē quo Antonius orationis clypeo hec ho-
ſtis tela repellite.Siquidem diaboli telum eſt qc-
quid loquitur impiorum os.Multa igitur tela ia-
culantur.multas etenim linguas habet ſeu totidē
armenta:quibus hoſtilia uenenata contoꝛqueat.
Nec linguas modo:⁊ oculos ⁊ aures ⁊ manꝰ ha-
bet ⁊ bꝛachia ⁊ pedes.deniqꝫ ſicut iuſti anima ſe-
des eſt chꝛiſti:ſic impij anima ſedes eſt diaboli.Et
ſicut anime:ſic ⁊ in anima pꝛeſidenti totuꝫ coꝛpus
obtemperat.Inde igitur ſuadente illo talia qđ de-
tur aut quid apponatur uobis ad linguaꝫ doloſaꝫ
Si hoc queritis reſpōdetur uobis per pꝛophetas
Sagitte potentis acute:cum carbonibus deſola-
torijs.O ingentis mali remedium oppoꝛtunū at-
qꝫ efficax.quo genere ſermonis alibi utitur ꝓphe-
ta idem.Sicut ſagitte in manu potentis:ita filij ex
cuſſorum.¶ Unde nō immerito hic queri ſolet qs
hic potens:que ſint hee ſagitte:qui ſint hij carbo-
nes.Et certe nemo potens:niſi cum dictum eſt.
Scio quia omnia potes:⁊ nulla te latet cogitatio.
Et ab alio quodam.Multum ualere tibi ſoli ſuper
erat ſemꝑ ⁊ virtuti bꝛachij tui quis reſiſtet?Quo
niam tanq̄ꝫ momentum ſtatere:ſic ante te eſt oꝛbis
terrarum.Et tanq̄ꝫ gutta roris antelucani que de-
ſcendit in terram.Sed miſereris omnium quoni-
am omnia potes.Hic eſt fratres ſolus uerus po-
tens.Nam quis queſo alius potens:aut quantula
noſtra potētia eſt:ſeu uera noſtra fragilitas:in hoc
pꝛeanguſto terre habitabili angulo:ſiue ut pꝛopꝛie
dicam puncto:qui ſi terra ad vniuerſum puncti ra
tionem obtinet:puncti punctus eſſe depꝛehēditur
In quo quidem omnino digni moꝛtales genus la
borioſum anxium ſollicitum:tanto mori motu:tot
qꝫ paludibus obruto:tot deſertis inhoſpito ⁊ in-
culto amnibus montibuſqꝫ diſtincto:tot regnis ac
imperijs ſciſſo:tot bellis ac diſcoꝛdijs ingeto.quo
tam iugibus curis tam longo labore bꝛeuiqꝫ tem-
pore poſſidendo:non ſecus ac perpetuo ſuperbi-
mus.cuius fugitiua felicitas q̄ꝫuis inſano ful-
gore pꝛeſtringente oculos aliquid eſſe videatur.

quid tamen uere ſit multis expimentis. Sed nul-
lo clarius ꝙ̄ morte cognoſcitur. ¶ Sagittas v̇o
quas alias opinemur: niſi apoſtolos ⁊ nuncios:
quos potens iſte de quo loquimur in medio ſuo-
rum hoſtium iaculatus eſt: ſeu uerba vite ⁊ te-
ſtimonia euangelij late ſparſa ſiue per illos: ſiue
per ipſum regum ac populorum infixa pectori-
bus. Non doloribus aſperi: ſed pre dulcis amo-
ris cauterio vulnere. De quibus ipſe non ſemel:
ſed iterum ⁊ iterum gloriabūdus ⁊ exultās dicit.
In nomine dn̄i q2 ultus ſum in eos. Uere igit̄ po-
tens ⁊ paucis ſagittis orbem domuit: ſeqꝫ de tot
aduerſarijs ulciſcēs: tot animas duci hoſtium eri-
puit. Uere acute ſagitte que facili iactu duriſſimis
adheſere precordijs. ¶ Carbones v̇o deſolatorios
ſeu uaſtatores. utrūqꝫ enim in antiquis codicibus
lectum eſt: quid aliud putem/ niſi ardentes ⁊ igni-
tas animas eorum qui uos in hoc ſancto ꝓpoſito
p̄ceſſerūt. Sepe cui uerba non ꝓderant: exēpla ꝓ-
fuere. Puduitqꝫ non ſequi: cui nō credere non pu-
debat. Tāto uehemētior aculeus eſt actuum ꝙ̄ v̇
borum. ¶ Aduerſus igit̄ linguam doloſam ne an
cipiti cuſpide tenerum cor trāſfigat: duo hec ſtrata
remedia ſunt. Sagitte potētis acute. Si iſte forte
non ſufficiat: carbones deſolatorij. ¶ Dicaꝫ aliqd
ne res careat exēplo. In primis meditare tu quiſ-
quis in hoc ſtatu es: ꝙ̄ doloſa lingua circūſtrepit.
Qꝫ potens eſt qui tibi hūc aīum dedit. Qꝫ facile il-
li ſit qđ inſpirauit fouere: perficere qđ incepit. Au-
dis illam ueris falſa miſcētem: ne ſi falſa ſint oia:
pariter reſpuant̄. ¶ Dicet caue ne ꝙ̄ timeas: ne cui
te ſubmittas. Nil libertate meliꝰ: liber eſto. Quid *Libertas*
uano terrore: qd humili ſeruitute deijceris? Rn̄de
bis p̄muꝫ ore Moſayco: deinde per ſeipſam viua
v̇itas: ut dn̄m deum tuum adores ⁊ illi ſoli ſerui-
as. Nec tm̄modo viri: ſed ⁊ mulier vidua deuꝫ al
loquens: tibi ſeruiat inqt omnis creatura tua. Pro
pheta autem rex ⁊ reges ⁊ oia ſeruite dn̄o cui ſer
uiēdum eſt nunc in timore nūc in letitia denunciat
Illi igit̄ ⁊ ego ſeruiam letus ac metuēs: cui ſic ſer-
uiēs liber ero. immo v̇o cui ſeruiēs regnabo. ¶ Di
Cap̄. I. Eſt de miſeria occupati: ac felicitate ſolitarij: in ſomno ⁊ ſurrectione eorum.
Cap̄. II. Eſt de miſero occupato: ⁊ felice ſolitario cū diei iam lux aduenit.
Cap̄. III. Eſt de miſeria occupati: ac felicitate ſolitarij cum pꝛandij tempus īſtat.
Cap̄. IIII. Eſt de miſeria occupati: ac felicitate ſolitarij cum finitum eſt pꝛandium.
Cap̄. V. Eſt de exercitijs miſeri occupati: ⁊ felicis ſolitarij cum meridies adeſt.
Cap̄. VI. Eſt de miſeria occupati: ac felicitate ſolitarij cum abeunte ſole ueſper accedit.
Cap̄. VII. Eſt de miſero occupato: ⁊ felice ſolitario cum redeunte nocte cenandum eſt.
Cap̄. VIII. Eſt de miſeria occupati: ac felicitate ſolitarij dum eundum eſt cubitum.
¶ Tractatꝰ tertiꝰ eſt de diuerſitate ꝯditionū ipſoꝝ occupatoꝝ ⁊ piſoꝛmiter ſolitarioꝝ. Et hēt. iiij. capl'a
Cap̄. I. Eſt de tractatoꝝ epilogo: ac trāſitu ad miſeriam illoꝝ qui alienis negocijs occupantur.
Cap̄. II. Oſtēdit ꝙ q̄; q̄; fere oīs occupatus ſit miſer ſint tñ aliq l; pauciſſimi q laudabil'r occupentur.
Cap̄. III. Eſt de laude tranqlle ſerenitatis animi que largiť in ſolitudine cōſtitutis: Et quomō aīus nō poſſit in diuerſas res eſſe intentus.
Cap̄. IIII. Declarat quomō ex ꝑiculo paſtoru; diſci poſſit vitam ſollicitā minus eē tutā: Et ꝙ ea rōne auctoꝛ ipſe vitam elegerit ſolitariam.
¶ Tractatus q̄rtus docet: que expediāt eis qui vitā ſolitariā ingredi ſtatuerūt. Et habet. x. capl'a.
Cap̄. I. Pꝛobat ꝙ vita ſolitaria ꝑcipue lr̄arum ignaris grauioꝛ moꝛte: ⁊ moꝛtē allatura videatur.
Cap̄. II. Docet ꝙ q̄; q̄; optimū eēt ut in iuuētute qſq; ſibi aliqd recte vite genus apꝑhēderet: tñ ſiqs hoc iuuenis neglexerit: ꝯſultū ſit ut ſaltē ſenex h̄ faciat
Ca. III. tradit q̄ i oꝛdie mutādeq; vite tenēda ſit via.
Cap̄. IIII. Eſt de commendatione ſolitudinis.
Cap̄. V. Eſt de quadruplici diſtinctione virtutum a Plotino inducta ⁊ a Macrobio coꝛroborata.
Cap̄. VI. Eſt de delectatione ac dulcedine vite ſolitarie ⁊ ſpiritali pugna ſolitariorum.
Cap̄. VII. Cōmemorat q̄tū ſit ſolatium quātaue iucūditas pꝛo bꝛeui ſolitudine hoium ꝑpetuam ſperare frequentiam angelorum.
Cap̄. VIII. Docet ꝙ habentes uerum teſtem Chꝛiſtum: teſte imaginario non egeamus.
Cap̄. IX. Eſt de libertate ſolitarij ⁊ ſtudio mentali.
Cap̄. X. Oſtēdit quomō quarūdam artium inuctoribus diuini honores attributi ſint.
¶ Tractatꝰ qntꝰ ē de vite ſolitarie ipugtoribꝰ: qbuſdā q; doctris ac ꝯſolatōibꝰ ſolitarioꝝ. Et hēt. v. capl'a
Cap̄. I. Induč rōnes qbꝰ aliq vitā ſolitariā repꝛhēdūt
Cap̄. II. Affirmat ſiluas: loca virētia ⁊ amnes plurimum conferre ſolitarijs.
Cap̄. III. Interpꝛetatur uerba Senece quibus ſolitudinem impugnare videtur.
Cap̄. IIII. Docet ꝙ ijs quibꝰ oppoꝛtuna eſt ſolitudo nō eſt ſuadēdu; ut amicitie iura contēnāt: ⁊ ꝙ turbas non amicos fugiant.
Cap̄. V. Eſt de ſingulari gaudio ſolitarioru; in dimiſſione temporalium.
¶ Tractatus ſextus eſt: De ignorātia: erroribꝰ ⁊ ſtultitia habitatoꝝ urbiū ac ꝑſeruatione ſolitarioꝝ ab iſtis: eorūdēq; libertate. Et habet. vj. capitula.
Cap̄. I. Eſt de tedio ac ſtultitia occupatorum ⁊ urbium habitatorum.
Cap̄. II. Eſt de errore quorūdam ſenum occupatoꝝ ⁊ urbium habitatorum.
Cap̄. III. Eſt de uoluptuoſa imitatione vulgarium: ⁊ uarietate habituū eoꝝ qui urbes inhabitant.
Cap̄. IIII. Eſt de quibuſdam cauſis erroꝝ ⁊ temporis amiſſione habitatorum urbium.
Cap̄. V. Declarat quomō iucūditas vite ſolitarie pꝛeſeruet ab iſtis malis ⁊ tedijs.
Cap̄. VI. Docet ꝙ ſolitarius debeat regere animum ſuum ſicut reges regna.

¶ Clariſſimi viri Frāciſci Petrarche Florentini poete laureati: in opus ſuum de vita ſolitaria ad Philippū Cauallicenſem epiſcopum. Pꝛologus.

P Aucos hoies noui: qbꝰ opuſculoꝝ meorū tāta dignatio tātuſq; ſit amoꝛ: q̄; tꝰ tibi fidētiſſime: nō videť eē: ſed ē: dixeri: Nā neq; de ſincero ⁊ niueo candore tui pectoris fictū fucatūue aliqd ſuſpicoꝛ: neq; fictionē ſi q̄ eſſet: tādiu tegi potuiſſe arbitroꝛ. Ut eni imoꝛtalis ē v̄itas: ſic fictio ⁊ mēdacium nō durāt. Simulata ilico pateſcūt: ⁊ magno ſtudio cōpta ceſaries uēto turbať exiguo: ⁊ opoſe licet impꝛſſus fucꝰ leui ſudore diluiť: ⁊ argutū quoq; mēdaciū uero cedit: corāq; pꝛeſſius intuēte diaphanū ē: optū oē detegiť: abeūt vmbꝛe: natiuuſq; rebꝰ coloꝛ manet: ⁊ latē diutiꝰ magnꝰ eſt laboꝛ: Nemo ſb aqs diu viuit: erūpat op;: ⁊ frontē quā celabat apiat. His argumētis iducoꝛ ut credā qō ualde cupio. Sumus aūt faciles ad credēdū qō delectat: Poſſe tibi res meas pꝛ optie placē: q̄ ut paucis placeant elaboro: qñ ut vides ſepe res nouas tracto: duraſq; ⁊ rigidas ꝑegriaſq; ſñias: ⁊ ab oia moderātis vulgi ſenſibꝰ atq; auribꝰ abhoꝛrentes. Si idoctis ğ nonplaceo: nihil eſt qō q̄rar: hēo qō optaui: bonā de ingenio meo ſpem: Sin v̄o doctis quoq; nō ꝓboꝛ: eſt fateoꝛ qō doleā: nō qō mirer. Nā qs ego: aut qd eſt vñ mihi in tāta ꝑſertim uarietate iudicioꝝ iterblādiar aut arrogē: quod nec Marco Tullio ꝑclara illa celeſtiq; facūdia ꝯtigiſſe ſcio? Cuius liber de optimo gñe dicēdi: deus bone: q̄le q̄; q; ex alto ſūptū opꝰ: qō idē i epl'is idignā

ter attigit: Marco Bꝛuto: ad quē ⁊ cuiꝰ ꝑcibꝰ ſcri-
ptꝰ erat: erudito viro lꝫ ⁊ amico ſcribētis nō ꝓbat̄.
Ut grauiora ꝑtereā: que ab illuſtribꝰ qdē lōge tñ i-
paribꝰ oratoribꝰ: tātꝰ ille vir patit̄: Aſinio utroqꝫ ⁊
Caluo: qui eloquētie ꝑncipi libertate nimia iſultāt
⁊ que ceteri moꝛtaliū mirant̄ uenerāturqꝫ: ꝯdēnāt.
Quis recuſet igit̄ ſtili crimē ſibi cōe cū Tullio? Oꝛ
q̄ꝫ mihi qdē apō te nullus talis eſt metꝰ: ut ſane ꝓ
ber ego ſeu placeā tibi: nō meriti mei eſt: ſed uel in
genioꝝ ſilr̄itudo foꝛte aliq̄: uel qō potiꝰ credo ⁊ ꝓ-
piꝰ uero eſt: fac̄ hoc ſingularis qdā ⁊ eximiꝰ amoꝛ
tuꝰ: nō ꝑuus hoſtis recti iudicij. Quis eniꝫ ualde
amās rite iudicat? Si cernē rectū ⁊ diſcernē poſ-
ſet amoꝛ: cecū cur finxiſſet antiq̄tas? At nō ut cecꝰ:
ſic ⁊ mutꝰ: ſed ꝑſuaſoꝝ optimꝰ: oſtēdit alijs qō nō
videt: ſepe etiā qō nō eſt. Magna pr̄is idulgentia
nil ſibi nō ꝑmittit: ꝑcit filij defectibꝰ: ſepe etiā dele
ctat̄ utcūqꝫ eſt. Si qdē in hoc erras: gaudeo: neqꝫ
hūc errorē excidē tibi vnq̄ꝫ poſſe uelim: gl̄ioſū mi
hi: tibi delectabile: dānoſuꝫ nulli. Sin foꝛtaſſe non
erras: qō opto qdē potiꝰ q̄ꝫ ſpo: qd ni magis magiſ
qꝫ gaudeā ac gratuler: ⁊ ipſe mihi tali ſim charioꝛ
ꝓbatioꝛqꝫ iudicio? In dubijs nōne iniquꝰ ocij mei
diſtributoꝛ fueri: niſi rōnē hēam illiꝰ: quē ꝑmū ſtili
C atqꝫ igenij miratorē hēo? Pꝛofecto aūt magnꝰ te-
ſtis Cato ille ſenioꝛ: nō minꝰ ocij q̄ꝫ negocij rōnem
claris atqꝫ magnis igenijs hn̄dā eē in ꝑmoꝛdio ſu-
arū ſcripſit originū. Qō dictū cū multis placuiſſe
videā doctis viris: tñ ꝑcipue Cicero nr̄ amplectit̄
magnificūqꝫ ſibi ſemꝑ ac ꝑclarū viſum eē: in ea q̄
Plantiū defendit orōne teſtat̄. Id mihi quoqꝫ ſi
uel ꝓ igenij mediocritate ul̄ ꝓ nō mediocri gl̄ie cu
piditate: ſi tñ hāc nōdū freno ai ac rōne ꝑdomui:
ꝓuidēdū eſt qd ꝑmū ꝑſtare nitar: niſi ut ſicut ego
a negocijs: ſic ab ocio mō ꝓcul abſit iertia. Et ſiqd
foꝛte māſurū ſcripſero: his potiſſimū iſcribā: quoꝝ
gl̄ie q̄dā uelut ꝑticipatiōe clareſcē tenebꝛiſqꝫ reſi-
ſtē ualeā: q̄s mihi tēpoꝝ fuſca ꝓfūditas ⁊ noiuꝫ cō
ſūptrix illuſtriū obliuioſa poſteritas itētāt. Quid
D v̄ſāti aio ſepe eqdē tuū nomē occurrit: ⁊ uſqꝫ adeo
fulgidū i ſe: atqꝫ ita de me meritū: ut ſeu ꝑclara ſeu
mihi chara cōplectar: ꝑteriri ſine graui q̄dā nō poſ
ſit iniuria: Accedit qō ex more iſtitutoqꝫ meo ue-
teri nūc in rure tuo poſitꝰ: ut frugū ceteri: ſic ego ti
bi decimas ocij debē videoꝛ ꝑmitiaſqꝫ vigiliaruꝫ.
Itaqꝫ quot annis plus minuſue ꝓ igenij ubertate
uel ſterilitate annua ꝑſoluē aliqd eſt aius: quo ue-
lut vnꝰ e colonis tuis: his ſaltē fructibꝰ quos agel-
lus meꝰ fert: agnoſcē itelligar bonā fidē. Et ſi ꝓbe
norim nil ſilētio tutiꝰ: his qbꝰ obtrectātiū linguas
euadē cura eſt: qō ipſe mecū reputās: ſepe aiuꝫ fa-
teoꝛ: ſepe calamū freno: ſepe multa pauēs moneo:
neu me ꝓdāt obſecro: neue ultro nō ſtili tm̄: ſed qō
ꝑgraue eſt: moꝛū quoqꝫ nr̄oꝝ chirographū ꝯ̄ nos
ꝓmāt: foꝛte etiā ad abſentes ac poſteros ꝑuēturū.
Qualis eni ſmo fuerit: talis vita cēſebit̄: qm̄ reruꝫ
ſublatis iudicijs: ſola uerboꝝ ſuꝑeſſūt argumēta.
Quid multa? Perſuaſiſſem foꝛſitā ut ⁊ ſibi ⁊ mi-
hi ⁊ fame nr̄e ꝑcerēt: niſi qꝛ ut aiūt: iā neqꝫ res ite
gra neqꝫ ſilētio liberū eſt latē. Iā noſcimur: legim̄:
iudicamur: Iāqꝫ hoiuꝫ uoces euadēdi celādiqꝫ in
geniū nulla ſpes: ⁊ ſeu ꝓdeūtibꝰ in publicū: ſeu do
E mi ſedētibꝰ apparēdū eſt. ¶ Quid v̄o nūc ꝑus ex
me ſpes: q̄ꝫ qō ⁊ in ore ⁊ in coꝛde ſemꝑ hūi: ⁊ ipē
q mō ſb oculis eſt locꝰ hoꝛtat̄: ſolitarie ſcilicet ocio

ſeqꝫ vite ꝑconiū: quā cū ſepe olim ſolus: tū ꝑcipue
nuꝑ mecū bꝛeui qdē: nec niſi dierū qndecim ſpatio
deguſtaſti? Mecū inq̄ꝫ: Quis eni ego aſſidue tecū
ecm: tu tñ huc nō niſi mei cā te ueniſſe: neqꝫ niſi ꝓ-
pter me manē: ſepe tā rebꝰ ipſis q̄ꝫ ſmone ꝓfeſſus
oñdiſti: qui mecū tuꝰ eſt mos: quāta ſit in exeq̄dis
iparibꝰ vis amoris. Quāobrē ꝑſuadē tibi ꝑfacilē
fuerit: qō tacito me noſcis exptꝰ. Idē ſi ꝓbare vul
go uelim: fruſtra nitar: nec vulgo tātū iſcio: ſed ml̄
tiſ quoqꝫ qui ſibi lr̄atiſſimi vident̄ foꝛtaſſe etiā nec
fallunt̄. Sed copia lr̄arū nō ſemꝑ modeſtū pectuſ F
ihitat: ⁊ ſepe iter linguā ⁊ aiuꝫ: iter doctrinā ⁊ vi
tā ꝯcertatio magna eſt. De his aūt loquoꝛ: q lr̄is i-
pediti ⁊ onerati potiꝰ q̄ꝫ oꝛnati: rē pulcherrimā ſci
re turpiſſimis moribꝰ miſcuerūt: tanta ai uanitate:
ut ſcholas nunq̄ꝫ vidiſſe ml̄to meliꝰ fuerit: qui hoc
vnū ibi didicerūt: ſuꝑbie ⁊ lr̄arū fiducia naniores
eē cūctis hoibꝰ: qui qeturū libēter Ariſtotelē uenti
lātes per cōpita: cuneatim vulgo mirāte ꝑtereunt
qꝫ vicis atqꝫ poꝛticibꝰ effuſi numerāt turres: eq̊ſ
qꝫ ⁊ q̄drigas: qui plateas ⁊ menia metiunt̄: femi-
neoqꝫ ibiātes oꝛnatui: quo nihil eſt fugaciꝰ: nihil
ianiꝰ: obſtupeſcūt: neqꝫ ſolū in viuis: ſed ⁊ in mar-
moreis herēt imaginibꝰ: ⁊ ceu collocuturi ſbſiſtūt
attoniti occurſibꝰ: ſtatuarū q̄qꝫ nouiſſima ꝑs inſa-
nie eſt: turbis ⁊ ſtrepitu delectant̄. Hi ſūt q q̄ſi tri-
tā uenalēqꝫ ſupellectilē tota urbe circūferūt: ſtulti-
tiā lr̄atā: Hi ſunt ſolitudinis inimici: ſed ⁊ ꝓꝑe do
mus hoſtes: quos ꝑmo mane digreſſos: ad iuiſuꝫ
limē ueſꝑa vix tādē reuehit: Hi ſūt qbꝰ in ꝓuerbiū G
uenit: Bella res eſt gētes vidē: cū hoibꝰ cōuerſari.
Meliꝰ eqdē vidē rupes ac nemora: v̄ſari cuꝫ urſis
ac tigribꝰ. Neqꝫ eni vile tm̄mō fedūqꝫ: Sed qō in
uitꝰ dico: qōqꝫ utinā nō tā late notū expiētia feciſ-
ſet aſſidueqꝫ faceret: ꝑnitioſum quoqꝫ ⁊ uariū ⁊ i
fidū ⁊ anceps ⁊ ferox ⁊ cruētū aial eſt hō: niſi qō
rarū dei munꝰ eſt: humanitatē iduē feritatēqꝫ de-
ponere: deniqꝫ niſi de hoie vir eē didicerit. Qō ſi
hos ipſos iterroges: cur tā cupide cū alijs ſemper
ſint: ſi uerū loq uolēt: nil aliud rn̄debūt: niſi qꝛ ſecū
eē nō pn̄t: De quo ſuo loco plura foꝛtaſſe dicturus
ſim: hoc vnū mō dixerim: Alte radicatos errores
nō facile v̄bis extirpari: Et ne qcq̄ꝫ ſuaderi aliqd:
qbꝰ ꝑſuaderi nunq̄ꝫ poſſit: neqꝫ eni ꝑdē v̄ba leue eē
ſilētij auidis: Itaqꝫ deſināt opiniōibꝰ ueris obſtre
pere. Naꝫ neqꝫ me talibꝰ loq: neqꝫ magnifacē: qm̄
iſta ſuꝑcilio lecturi ſint: que utiqꝫ nō ſibi ſed longe
alijs igenijs ſcripta ſunt. Et hec qdē illis: Tibi v̄o H
pr̄ amabilis: ut dixi: ꝑſuaſore ſollicito nō eſt opus:
cui ꝑſuadē ꝯ̄riū poſſet nemo: cuiqꝫ iā ꝑdē ꝯuulſis
erroribꝰ: ſnie ueriores medullis ac ꝑcoꝛdijs iheſe-
rūt. Et tñ ut rē certā loquēdo: nō certiorē tibi: ſed
clariorē faciā: amatorē vite huiꝰ Chꝛiſtū iuocans:
ac paucoꝝ dū id explicē dierū iducias petens: ab
alijs maioribꝰ ⁊ antiqoribꝰ curis meis: que me ob
ſidēt atqꝫ circūſonāt: ꝯceptū opꝰ aggrediar. Tu cū
tuis par ut fedus ieas q̄ſo: ⁊ maximis iterim rebꝰ
abſtractū mihi aium accōmodes: Nō ſemꝑ exq̄ſi-
tiſſima delectāt: ſed iterdū ut diuitibꝰ ciboꝝ: ſic ſa-
pientibꝰ ſtudioꝝ viciſſitudo gratiſſima eſt. Adeſto
igit̄: audies qd mihi de toto hoc ſolitario vite gn̄e
cogitāti videri ſoleat: pauca qdē ex multis: ſed i q-
bus ꝑuo uelut in ſpeculo totū animi mei hitū: to-
tam frōtē ſerene tranq̄lleqꝫ mētis aſpicias.

¶ Franciſci Petrarche Clariſſimi poete laureati: de vita ſolitaria ad Philippum Cauallicenſem epi-
ſcopum: Liber primus de multiplici differentia in
ter vitam habitatorum urbium ⁊ ſolitarioruꝫ: pre
eminentiaqꝫ vite ſolitarie: Feliciter incipit.

¶ Tractatus primus prohemialis: p̄mittens quedam ad intelligentiam eoꝝ que ſequuntur conferentia.

¶ Quid neceſſarium ſit illis qui quietem habere cu
piunt. Capitulum. I.

A Redo ego ge
nerosum aīum: p̄ter deum
ubi finis eſt nr̄: p̄ter ſeipſuꝫ
⁊ archanas curas ſuas: aut
p̄ter aliquem multa ſil'itu-
dine ſibi ꝯiūctū: aīuꝫ nuſq̄ꝫ
acq̄eſcē. Et ſi eniꝫ uoluptaſ
tenaciſſimo viſco illita: ⁊
blādis ac dulcibus plena ſit laqueis: fortes tn̄ cir-
ca terram alas detinere diutiuſ nō pōt. Atqui ſiue
deum ſiue noſipſos ⁊ honeſta ſtudia: q̄bus utrūqꝫ
cōſeq̄mur: ſiue cōformē nobis querimus aīum: a
turbis hoīum urbiūqꝫ turbinibus q̄ꝫ lōgiſſime re-
cedendum eſt. Id ſic eē ut dico: illi ipſi etiam forte
non negēt qui cōcurſu populi mulcent̄: ac murmu-
re ſi mō ita obruti dep̄ſſiqꝫ falſis opinionibus nō
ſunt: q̄n interdum ad ſeipſos redeāt: ſeqꝫ ad excel-
ſam ueri ſemitam uel reptādo cōuertāt. Q̄d utinā
nō tam multis accideret: ⁊ vt agri multarūqꝫ rerū
vilium: ſic ſaltem excolēdi animi mortalibꝰ cura fo
ret. Ut enim pinguis ager ſentibus: ſic humanus
aīus abūdat erroribus: q̄bus niſi diligenter euulſi
erūt: niſi uterqꝫ iugi ſtudio ac labore purgabit̄: utri
uſqꝫ ſil'r in ipſo flore fructus extinguit̄. Sed nō ca
B nimus ſurdis: De his ergo alij ut libet: q̄ꝫq̄ꝫ facile
ꝯſenſuros uero eruditoꝝ aīos atqꝫ ora confidam.
Q̄d ſi oēs negēt: tu mihi ſaltem nō negabis: nēpe
qui negātem p̄mus argueres. Sic eueniet: ut ⁊ tu
in v̄bis meis tuam ſniam agnoſcas: ⁊ ego ſup̄maꝫ
metham cuiuſlibet eloq̄tēis attigiſſe videar: au-
ditoris aīum mouiſſe quo uolui: Idqꝫ nullo nego-
cio. Tūc enim ſuadēti magnus eſt labor: q̄n in ſuā
ſniam trahere nitit̄ aīum reluctāteꝫ. Cōtra: q̄d dif
ficile hēt ōro in illius aures uētura: qui q̄d audit ſe
cum cōferēs: nō exēpli imaginem: nō auctoritatis
pōdus: nō rōnis aculeuꝫ ut credat: nihil deniqꝫ ni
ſi ſuiipſius teſtimoniuꝫ querit: ⁊ tacitꝰ dicit: ita eſt.

¶ De q̄buſdam qui de vite ſolitarie laudibus ſcripſe
rūt: ⁊ quē auctor in hoc ope uelit imitari. Cap. II.

A Cio q̄dem ſanctos quoſdam viros multa
hinc ſcripſiſſe: Noīatim v̄o magnꝰ ille Ba
ſilius: librum paruum de ſolitarie vite lau
dibus inſcripſit: de quo p̄ter tituluꝫ nihil teneo. Et
q̄ illum in q̄buſdam uetuſtiſſimis codicibus: ſic in
terdum Petri damiani opuſculis inſertuꝫ vidi: ut
dubium me fecerit an Baſilij eēt an Petri. In hoc
aūt tractatu magna ex parte ſolius exp̄iētie duca-
tum habui: nec alium ducem querēs: nec oblatum
admiſſurus: liberiore q̄dem greſſu: q̄ꝫq̄ꝫ fortaſſis i
cautiuſ ſequor aīum meum q̄ꝫ aliena ueſtigia. Plu
ra ergo audies ab his qui vel plura ſunt exp̄ti: vel
ab exp̄tis acceperunt: A me nūc audies q̄d occurrit B
ex t̄pe. Neqꝫ enim magno ſtudio incubui: neqꝫ id
neceſſe ratus ſuꝫ: aut al's haud defuturam ueritus
māām: de re uberrima ſcribēti: q̄d ad ſup̄ficiem ſal
tem eius attinet: ſepe mihi hactenus agitata mul-
timode familiariterqꝫ notiſſima. Non excuſſi li-
bros igit̄: neqꝫ magnop̄e ſtilum comp̄ſi: ſciēs me il
lum alloqui cui uel implexus placeo: Sed ſentēti-
is ueris atqꝫ coībus ⁊ ſermone domeſtico conten
tus: partim e medio vite huius: partim ex alterius
recēti memoria que legis elicui: Quoꝝ te añ alios
ꝛeſtem uoco: nō diſſimulās inter multa: q̄bus ual-
de me uolētem cogis: ut te diligam: Illud eē nō ul
timum q̄ amore ſolitudinis: ⁊ huic cōiūcto liber-
tatis ſtudio: vicinam tibi nūc ⁊ p̄pe cōtiguam ro-
manam quam uocāt curiam fugis: ubi nō medio-
crem forte hodie ſortireris gradum: ſi quātum ſoli
tudo tibi ſemp̄ angelica: tātum tumultus ille tarta
reus placuiſſet.

¶ De mō tractādi māām huius op̄is: ac diſtātia inter
vitam ſolitariam ⁊ vitam in frequentia hominum
occupatam. Cap. III.

A Iſus aūt ſum mihi facillime felicitatem ſo
litudinis oſtēſurus: ſi ſimul frequētie dolo
res miſeriaſqꝫ mōſtrauero: p̄currēs actus
hoīum: quos uel hec vita pacificos atqꝫ tranq̄llos
uel illa turbidos atqꝫ ſollicitos ⁊ anhelantes hēt.
Unum enim eſt his oībus fundamētum: hāc vitā
leto ocio: illam triſti negocio incūbere. Q̄d ſi quā-
do forte cōuulſum caſus aliq̄s: aut nāe fortuneqꝫ
vis oſtēderit: q̄ꝫuis id p̄rarum ⁊ uelut inter portē-
ta numerādum ſit: tn̄ ſi accidat mutare ſniam non
pudebit: ⁊ iucūdam ocioſamqꝫ frequētiam ſolitu-
dini meſte ac ſollicite p̄ferre nō metuaꝫ. Neqꝫ enī
ſolitudinis ſolum nomē: ſed que in ſolitudine bo-
na ſunt laudo. Nec me tam uacui receſſus ⁊ ſilēti-
um delectāt: q̄ꝫ que in his habitant ocium ⁊ liber-
tas. Neqꝫ adeo inhumanus ſum ut hoīes oderim
quos edicto celeſti diligē iubeor ut meipſum: ſed
peccata hoīum: ⁊ in primis mea: atqꝫ in ppl'is hitā
tes curas ⁊ ſollicitudines meſtas odi. De q̄bus oī
bꝰ (ni fallor) ſignificātius aget̄: ſi non q̄cq̄d ad hāc
aut ad illam p̄tem dici poſſe videbit̄: ſeorſum expli
cuero: Sed utrūqꝫ miſcuero: nūc hoc: nūc illud at
tingēs: ut viciſſim huc illuc flectat̄ aīus: ⁊ alterno
uelut oculoꝝ flexu: ad leuam dextrāqꝫ reſpiciēſ: fa
cile iudicet: q̄d inter res diuerſiſſimas iuxta ſe po-
ſitas interſit. Cōſulto aūt amariora p̄miſi: quo dul
ciora ſubnecterem: ⁊ ſuauior guſtꝰ extremus: ubi
nam deſinēdum eēt: ipſum aīum admoneret.

¶ Tractatꝰ ſecūdus executiuus: De miſerijs hoīs occupati ⁊ infelicis h̄itatoris urbiū ac felicitate ſolitarij: ex actibꝰ utriuſqꝫ.

¶ De miſeria occupati: ac felicitate ſolitarij: in ſom-
no ⁊ ſurrectione eorum. Cap. I.

Ed q̄d opus eſt multis? Agamus ipſam
rem: ⁊ q̄d p̄mittimus p̄ſoluamus: Du-
os hoīes ꝯrijs moribus: quos tibi de-
ſcribam: ante tue mētis oculos pone. Et
q̄d in illis vides: in cunctis exiſtima.

Urgit occupatus infelix habitator urbiuꝫ De mi-
nocte media: ſomno uel ſuis curis uel cliē ſeria oc
tium uocibus interrupto. Sepe etiaꝫ lucis cupati

metu:ſepe nocturnis viſis exterritus:mox infelici
ſcāno corp⁹ applicat:aium mēdacijs:in illis eſt to
tus:ſeu ille mercib⁹ p̄cium facē:ſeu ſocium:ſeu pu-
pillum fallere:ſeu vicini ꝯiugem pudicitia armatā
expugnare blādicijs:ſeu litigio iniuſto iuſtitie ue-
lum fando p̄tēdere:ſeu deniq; publici p̄uatiq; ali-
qd corrumpe meditat̄:Nūc ira p̄ceps:nūc ardens
deſiderio:nūc deſpatione gelat⁹.Ita peſſimus ar-
tifex ante lucem diurni telam negocij orditur:qua
ſeſe atq; alios inuoluat.

de felicitate ſolitarij

s Urgit ſolitarius atq; ocioſuſ felix:modica
gete recreat⁹:ſomnoq; breui:nō fracto ſed
expleto:⁊ interdum pnoctātis philomene
cantibus exprect⁹:thoroq; vix dum leniter excuſ-
ſus:pulſiſq; corpib⁹:qetis horis pſallē icipiēs:ia-
nitorē labioꝝ ſuoꝝ:ut egreſſuris ide matutiniſ lau
dib⁹ apiat deuotus expoſcit:⁊ cordis ſui dñm in
adiutorium ſuum uocat:nihilq; iam virib⁹ ſuis fi-
dēs:⁊ iminētium cōſcius:metuēſq; diſcriminum:
ut feſtinet obſecrat:Nullis texēdis fraudibus itē-
tus:ſed dei gl'iam ⁊ ſanctoꝝ laudes:nō indies tā-
tum:ſed in horas:⁊ indefeſſo lingue famulatu:⁊
pio mētis obſeqo repetēs:nequādo forſitā igrato
aio diuinoꝝ munerum memoria euaneſcat.Et ſe-
pe interea(mirum dictu)ſecuri timoris ac trepide
ſpei plenus:memorq; p̄teriti ac futuri ꝓuidēs:letō
dolore ⁊ felicib⁹ lachrymis abūdat.Quem ſtatū
nulla uoluptas occupatoꝝ:nulle vnq̄; urbane deli
tie:nulli regnoꝝ faſtus equerint.Inde ſuſpiciens
celum ac ſtellas:⁊ illic habitātem dñm deum ſuū
tota mēte ſuſpirās:⁊ p̄riam cogitās:de exilij ſui lo
co ꝓtinus ad honeſte cuiſpiam iucūdeq; lectionis
ſtudium ꝯuertit̄:Atq; ita cibis paſt⁹ ameniſſimis:
multa cū pace animi uēture lucis initium p̄ſtolat̄.

¶De miſero occupato:⁊ felice ſolitario cum diei iā
lux aduenit. Cap.II.

d Iuerſis uotis expectata lux adeſt.¶Ille
uel hoſtib⁹ uel amicis limē obſeſſum hēt:ſa
lutat̄:poſcit̄:attrahit̄:trudit̄:arguit̄:lacera
tur.¶Huic uacuū limē ⁊ libertas in limine:ma-
nēdi ſcilicet eūdiq; quocūq; fert aius.¶Uadit il-
le meſtus in forum plenus querelarū:plenuſq; ne-
gociorum:⁊ imitis diei primordium alitibus au-
ſpicat̄.¶Uadit iſte alacer in vicinā ſiluā:plenus
ocij:plenuſq; ſilētij:⁊ cum gaudio fauſtū limen ſe-
rene lucis igredit̄.¶Ille ut ad potētum ſupba pa
lacia:ſiue ad formidata iudicum ſubſellia uētū eſt
ueris falſa pmiſcēs:aut iuſticiam p̄mit iſontis:aut
nocētis rei paſcit audaciam:aut ꝓrſus aliqd ul' in
ꝓprium dedecus uel in alienam pniciem molitur:
mordēte aium ꝯſciētia:ſepe metu etiam v̄ba rūpen
te:⁊ ſepe uera pro mēdacijs:v̄ba pro v̄bis referēs
plenuſq; ruboris aut palloris:ſeq; viciſſim increpi
tās ꝙ nō potius deſerti famem:q̄; diſerti famā cō
cupierit:⁊ arator q̄; orator eē maluerit.Raptim ī
fecto negocio domum redit:⁊ turpib⁹ latebris nō
B magis hoſtium q̄; cliētium ſuoꝝ ſe furat̄ aſpectib⁹
¶Iſte ubi p̄mum floreum ſedile:ſalubrēq; nactus
collem ꝯſtitit:iubare iāq; ſolis exorto:in diurnas
dei laudes:pio letus ore ꝓrūpēs:eoq; ſuauius ſi
deuotis forte ſuſpirijs lene murmur ꝓni gurgitis
aut dulces auium cōcināt querele:inocētiam imp̄-
mis lingue frenum litis neſcium:viſus tegmen ua
nitatibus obiectū:puritatem cordis:uecordie ab
ſentiam:⁊ domitricem carnis abſtinētiam dep̄ca
tur.Nec multo poſt:tertijs in laudibus:tertiā in
trinitate pſonam ueneraf̄:⁊ ſancti ſpūs poſcit ad-
uētum:linguam quoq; ⁊ mētem cōfeſſione pſonā
tem ſalutifera:⁊ charitatem celico igne flāmātem
ac ꝓximos accēſuram.Que ſi deuote poſtulat:iā
habet multum hoc mētis ardore q̄; quolibet auri
ſeu gēmarum ſplēdore felicior.Inde aūt pedeten-
tim ſua relegās ueſtigia:ſcādēte iam in altum:⁊ q
mane nouum illuſtrauerat:meridiem accedēte ſo-
lis radio:nil potius q̄; extingui flāmas litiū:quas
certatim flatu ⁊ fomentis alter ſuſcitat:⁊ quo ille
cupide perurit̄:hic oēm malarum cupidinum calo
rem noxium auferri flagitat.Deniq; qd̄ vnum poe
ta Satyricus ſine piculo poſci docet:In corpe ſa-
no mētem ſanam orat.Quis horū oro hactenus
horas ſuas expendit honeſtius?

¶De miſeria occupati:ac felicitate ſolitarij cum prā
dij tempus inſtat. Cap.III.

A de miſeria occupati

u Enit prādij tēpus:Ille ſub ingēti ⁊ ruinā
minitāte aula componit̄ puluinaribus ob
rutus ſepultuſq;:reboant uarijs tecta cla-
moribus.Circūſtāt canes aulici mureſq; domeſti
ci:Certatim adulatoꝝ circūfuſa acies obſequit̄:⁊
corroſoꝝ turba familiarium cōfuſo ſtrepitu mēſā
inſtruit.Uerrit̄ putre ſolum ⁊ fedo puluere cūcta
cōplet̄.Uolat atrijs argētum auro infectum:⁊ po
cula cauis gēmis exp̄ſſa.Scānum ſerico ueſtitur:
oſtro paries:terra tapetibus:dum ſeruoꝝ nuda in
terim cohors tremit.Inſtructa acie dat̄ tandem li-
tuo ſignum pugne.Cogne duces aule ducibus cō
currūt:Ingēs fragor exorit̄:Cōuehunt̄ terra ma-
riq; cōquiſite epule:⁊ viua priſcis calcata conſuli-
bus.Ardent rutilo in auro nr̄e graieq; vindemie:
vno in ſcypho gnoſos ⁊ meroe:ueſuuius phaler-
nuſq; miſcent̄:ſurrhentiniq; colles ⁊ calabri.Nec
ſatis eſt niſi bacchus auſonius uel hybleo melle ul'
eoe ſucco medicatus arūdinis bacciſq; nigrātib⁹
odoratus nām arte mutauerit.Parte alia par di-
B uerſi generis pōpa ꝯſpicit̄:Fere horribiles:piſces
incogniti:uolucres inaudite pulucre p̄cioſo oblite
⁊ oblite ueteris patrie:quedam uoce teſtātes ori-
ginem nomēq; iam ſolū de phaſide retinētes.Fu
māt ipſis edētibus ſtupēda fercula:⁊ omē coquo
rum paſſa ludibrium:que ſiqs ualde.l; eſuriēs cer-
nat:q̄; fede quātoq; ſint coagulata lenocinio:ſolo
ſpectaculo ſatur abſcedat.Ita mixta videbit inui-
cēq; certātia nr̄a exteris:marina terreſtribus:ni-
gra cādidis:acria dulcibus:hirſuta pēnatis:man-
ſueta ferocibus:⁊ quaſi Ouidianum chaos illud
antiquum renouatum atq; in anguſtias ſit coactū
nō ſolum corpe in vno:ſed in vna parapſide.Frigi
da pugnabūt calidis:humētia ſiccis:mollia cū du
ris:ſine pōdere hñtia pōdus.Sub hac tāta collu-
C uie diuerſarum ſimul ⁊ aduerſarū rerum:ſub tot
croceis atq; atris liuētibuſq; pulmētis:ſuſpectum
nō imerito uenenum ſedulus p̄guſtator explorat:
qn ⁊ aduerſus cecas iſidias aliud remedij genus
inuētum eſt:Inter vina dapeſq; liuida ſerpētū cor
nua ꝓminēt:aureis inſita ſolerter arbuſtulis:⁊ q̄ſi
uoluptaria ex arte contra mortem miſeri mira res
ipſa mors excubat.Ille aut ſedet obducta fronte:
grauibus oculis:ſupcilio vmbroſo:rugoſa nare:ge
niſq; pallētibus:egre viſcoſa labra diglutinās:vix
caput attollēs fulgoribuſq; ⁊ odoribus attonitus
ubi ſit neſcit:ueſp̄tina tumens crapula:⁊ matutini

negocij cōfuſus euectu:futuriſq; in fallacijs inten-
tus:quo ſe uertat aut qđ agat:ſudet: olet: ructat:
oſcitat:ſingula moꝛſitās:vniuerſa faſtidiens.

D De felicitate ſoli tarij.

Iſte vō uel paucis uel vno uel nullo famu-
lo cōtentus:heſterno ſobꝛius uegetuſq; ie
iunio.modeſto ſub lare mūdam mēſaȝ:nul
la re magis q̄ ſua pñtia exoꝛnat:pꝛo tumultu reg-
em:pꝛo ſtrepitu ſiletium habet:pꝛo multitudine ſe
ipſum:Ipſe ſibi comes:ipſe ſibi fabulatoꝛ ac cōui-
ua eſt:Nec metuit ſolus eſſe dum ſecū eſt:pꝛo au
leis nudus paries ex agreſti cemēto:ꝓ ſolio ebur
neo quercus eſt ſibi uel fagus pura uel abies.Ce-
lum ſpectare nō aurum:terram amat calcare non
purpuram.Fidicen gratus ⁊ aſſidenti cōſurgenti
q; dulciſſimus cantus eſt bñdictio ⁊ gr̄aruȝ actio.
Uillicus ſi res poſcat:pincerna: coquus ⁊ uerna
eſt:qcqđ is appoſuit:hic eq̄nimitate ⁊ modeſtia ꝓ
cioſum facit.Cibum oēm pegrinis ſiluis aut litto
ribus aduectum:oēm potum ligurum atq; picen-
tium collibus expꝛeſſuȝ dicas.Ea frons eſt:iſq; ani-
mus utētis:ſic in deum:inq; hoīes gratus:ſic cō-
munibus inemptiſq; letus dapibus: nō tātum ut
Maroneus ille ſeniculus regum opes equat aio:
E ſed trāſcēdit.Nulli penitus inuidet:nullum odit:
ſoꝛte cōtētus ſua:⁊ foꝛtune iniurijs inacceſſus:ni-
hil metuit:nihil cupit.Scit nō ſpargi uenena ficti
libus:Scit vite hoīuȝ pauca ſufficere:⁊ ſummas
ueraſq; diuitias nil optare:ſummuȝ impium nil ti
mere:letum agit atq; tranqllum euuȝ:placidas no
ctes:ocioſos dies ⁊ ſecura cōuiuia.It liber:ſedet
intrepidus:nullas ſtruit aut cauet iſidias:Scit ſe
amari ⁊ nō ſua:Scit moꝛtem ſuam nulli utilem:
nulli dānoſam vitam.Neq; multum intereſſe arbi
traꝛ q̄diu:ſed q̄ bñ viuat:Nec ubi aut qñ moꝛiaꝛ
magni extimat:ſed qliter.In id vnum ſummo ſtu-
dio intētus:ut bñ actam vite fabulaȝ pulchꝛo fine
concludat.

¶De miſeria occupati:ac felicitate ſolitarij cuȝ fini-
tum eſt pꝛandium. Cap.IIII.

A Abiꝛ ſenſim dies ⁊ fugiūt hoꝛe:ac iaȝ pꝛā
dio finis eſt:Turbāt illum familiaris exer-
citus hoſteſq; collaterales ⁊ ruina menſa-
rum ⁊ hoīum uaſoꝛūq; colliſio:Et ebꝛioꝝ iocis te
cta mugiūt ⁊ querimonijs fameſcētum.Dēt enim
nō ultimum hoc malum mēſa diuituȝ:iniquiſſima
eſt.Itaq; hic fames:hic nauſea: temperies nuſq̄:
Aule qđem inſuauis odoꝛ:inamenus coloꝛ:iter in
certum:ſolum omne ſalſamētis effuſis late oliduȝ
cruētūq;.Idem ⁊ vino lubꝛicum ⁊ fumo nubiluȝ
⁊ ſpumis hoꝛridum ⁊ aſpergine tepidum ⁊ adipe
tabidum ⁊ oſſibus albicās ⁊ ſanguine rutilū.De-
niq;:ut uerbo utar Ambꝛoſij:nō coquinam:ſed car-
nificinam dicas.Et lȝ ut maioribus placet:a parā-
do pꝛādium quaſi parādium dictum ſit: qđ bella-
toꝛes ad ꝑlium paret:non parari tñ aliqđ ſed fieri
uereq; ꝑlium ibi geſtum putes eē non pꝛādiū.Ita
dux ſaucius ac tremēs:ita mero ꝑcuſſi omēs nutā
teſq; abeūt:mēſa pꝛo acie fuerit:pꝛo blādo ⁊ falla
ci hoſte uoluptas:cubilia pꝛo ſepulchꝛis:conſcien
tia pꝛo inferno.

B At huic nr̄o diuerſa oīa:Angeloꝝ aula con-
uiuijs q̄ hoīum aptioꝛ:odoꝛ coloꝛq; opti-
mus:index moꝝ teſtiſq; modeſtie:Menſa
pacifica:luxus ac tumultus neſcia:gule domitrix:
expers imūditie:ubi gaudia inhabitēt:vnde uolu
ptas feda exulet:ubi ſit regina ſobꝛietas.Cubile
caſtum ⁊ qetum:cōſciētia paradiſus.¶Surgit il
le igiꝛ uel ebꝛius uel idignus:Iſte trāquillus ⁊ ſo
bꝛius.¶Ille de moꝛbo dubius ac pauēs:Iſte fru
galitatis ſibicōſcius oīumq; qbus humanum coꝛ
pus ſubiacet ſecurus.¶Ille uel iraſciꝛ uel ludit:
Hic utrūq; declinās deo gr̄as agit.¶Tota debic
illi dies inter luxuriam ſomnūq; ⁊ curas anxias
⁊ dura negocia dilabiꝛ:Huic inter laudes dei ⁊ li
beralia ſtudia ⁊ nouarum inuētionem reruȝ ac ue
terum memoriam ⁊ neceſſariam qetem ⁊ honeſta
ſolatia nihil aut modicum perit.

¶De exercitijs miſeri occupati:⁊ felicis ſolitarij cū
meridies adeſt. Cap.V.

A Iam celi medium ſol tenet:qñ ille eſtuat:an
giꝛ:accelerat:oīa fallaciarum machinamē
ta cōgeminat:ne qđ ei per ſegnitiem illa lu
ce depereat:ne ue ullus toꝛpoꝛ mali cōſilij fecūdā
aiam optatis fruſtreꝛ effectibus:ut latētes doli an
te crepuſculum erūpant:Eſt enim hoc fere malis
conatibus adiūctum:ut ꝑcipites etiam ſint: Iniq̄
mēs impatiēs eſt moꝛe:quicqđ optauerit differri
uel momēto tp̄is egre fert.Neq; ſoli auaritie con
uenit illud ſatyricum: Diues qui fieri vult ⁊ cito
vult fieri:habet hoc cōmune cupiditas indiuiſūq;
cum ſoꝛoribus ſuis ira ⁊ libidine:Que patre con
ceptuq; tartareo edite:cōfuſionem ⁊ ꝑcipitium ⁊
hoꝛrorem ⁊ nām ꝓpꝛie originis nō dediſcūt.He
ſunt enim furie:quas nō imerito Acherōtis ac no
ctis filias poete dixerūt:q; ignorātie tenebꝛas pe
nitētieq; mām ſecum ferāt.Et he qdem inferni vn
de oꝛtas ꝓhibēt:necnō ⁊ ciuitatum incole occupa
toꝛūq; pediſſeque ſtimulis ſemꝑ ardētibus:cecuȝ
atq; trāſuerſum aīum exagitāt:ut qđ peſſimum in
ſtituit:ꝑmum expleat:ne qđ foꝛte cūctando reſipi-
ſcētie ſaneq; mētis obrepat.Nulli eqdem vitio fre
num placet:⁊ ut honeſtati grauitas atq; maturi-
tas:ſic conſilijs inhoneſtis incōſulta ſemper ami-
ca celeritas.

B Contra aūt hic nr̄:nil ꝑꝑropere:ſed fugien-
tis tp̄is curſum vidēs:⁊ cupiens illic eſſe
ubi ſine fluxu tempoꝝ ac ſine metu moꝛtis:
degiꝛ:Iterum uerſus in ꝑces:non vnius tñ lucis
ſed totius eui claram ueſpam ⁊ nunq̄ occidentis
vite gl'iam:eāq; non ſuo merito: ſed ſacre Chꝛiſti
moꝛtis poſcit in ꝑmium:ſciēs plus eē q̄ qđ homi-
ni debeaꝛ:niſi tp̄alis illa moꝛs peccatum habētis
tāte eēt efficacie:ut de natura moꝛtalibus peccato
q; iam moꝛtuis facere poſſet eternos.Nec ita mul
to poſt:labētem celo diem ſeq; ſimul collabētē hu-
mi:cogitās:tetrāq; caliginem illabētem terris ꝓ-
uidēs:ſupni luminis poſcit auxiliū.Et ſeu ne mēs
ſuorum criminum pꝛeſſa pōderibus celo exulet:cū
lachꝛymis ꝑcaꝛ:ſeu fidei puram lucem:ſeu mentiſ
aduſte refrigerium:abſterſionem ſoꝛdide:eliſe ſu-
ſtētaculuȝ:litigioſe pacem flagitat:matutinoq; lau
dum carmini ueſptinas ꝑces:⁊ laudes de iexhau-
ſto pietatis fonte continuat.

¶De miſeria occupati:ac felicitate ſolitarij cum ab-
eunte ſole ueſper accedit. Cap.VI.

A Cogiꝛ ille iterū abeūte iam ſole:tecto egre-
di:urbem luſtrare:cenum terere:cōcurſare
obuijs:ſudare:laborare:anhelare:eſtuare:
Cūq; in omnes ſeſe foꝛmas fraudum uerterit:oēs
laqueos ingenijq; nodos explicuerit:ſero tandem

feſſus rediēs: ⁊ multum de artificio ſuo queſtus: bone fame pureqꝫ conſcientie nihil oino auri forte aliquid: plurimum ſceleris atqꝫ odij domū refert.

B i Ste uel apricum fontem uel herboſam ripam: uel equoreuꝫ littus adit: gaudens diem illum ſine dedecore tranſiuiſſe: ⁊ lucis ante terminum: aduerſus ſecuture noctis pericula doloſqꝫ ⁊ inſidias ac rabiem leonino more rugiētis aduerſarij: vigilem ſobrietatem atqꝫ orōnis ⁊ fidei clypeum: aduerſus ſomnia pollutionemqꝫ ⁊ nocturna fantaſmata: excubare ſibi ſolitam clemētiam ſui creatoris implorat: atqꝫ in manus eius cōmēdato ſpiritu: ⁊ angelis ſuis ad habitaculi proprij cuſtodiam inuocatis: ſeſe in domum ſuam recipit: ut nihil iniuſti queſtus: ſic nil male cupidinis multum vͦo decore laudis referēs: multumqꝫ quotidie in melius mutati animi. ¶ Ad ſummam totis ille diebꝰ viuos ſpoliat: Hic pro defūctis orat. ¶ Ille matrum ac virginum pudicitiam attentat: Hic virginem matrem officioſiſſime ueneratur. ¶ Deniqꝫ ille martyres facit: Hic celebrat. ¶ Ille ſanctos perſequitur: Hic honorat.

¶ De miſero occupato: ⁊ felice ſolitario cum redeūte nocte cenandum eſt. Cap. VII.

A e Ece redit nox: Ille redit ad crapulam: pōpa ingens: ante retroqꝫ longum agmē. Uiui hois funus putes: Precedūt funeralia ⁊ tibie: ne quid deſit exequijs: Et ſumptuoſiſſimū cadauer: perfuſum charis odoribus: rurſus inter puluinaria ſepelitur: ad hec tepidū: ad hec ſpirās: Inde grauem cenam indigeſto ſuperaddens prandio: uenture luci nauſeam parat: ⁊ alteri prandio precludit iter. ¶ Iſte uel ſe cenaſſe perſuadet ſibi: uel ita cenat: ut Platonicum illud reprobet: Nullo modo mihi placet: inquit bis in die ſaturū fieri.

¶ De miſeria occupati: ac felicitate ſolitarij duꝫ eundem eſt cubitum. Cap. VIII.

A p Oſt hec multum diſſimili habitu corporis ⁊ animi cubitum uadunt. Ille plenus curis: plenus epulis: plenus mero: plenꝰ metu: plenus inuidia: deiectus: repulſus: ſuperbia elatus: merore contractus: ira tumidus: impar ſibi: impos animi: obſeſſus ſatellitibus: obſeruatꝰ emulis: pulſatus clamoribus: ſollicitatus litteris: interpellatus nuncijs: ſuſpenſus fama: rumoribus territus: ſtupefactus augurijs: eluſus mendacijs: feſſus querimonijs. Et ne noctu quidē litibus immunis: par vita demonibꝰ: odioſus preterea vicinis: grauis ciuibꝰ: uel formidatus uel irriſus ſuis: ſuſpectus omnibus: fidus nulli: diu in ſomnis: purpureo inuoluitur grabato: omneſqꝫ libidinum ſpecies expertus ⁊ ad fruendum preſentibus: ſollicitato iſelici corpuſculo ad abſentes: uago animo trāſmiſſo: vix tandem victus ſomnum oculis admittit. Sed vigilant cure: vigilat mens anxia: quam urit ignis inextinguibilis: ⁊ immortalis conſcientie uermis rodit. Tum diurna negocia: deceptos clientes: oppreſſos pauperes: pulſos finibus agricolas: ſtupratas virgines: circūſcriptos pupillos: ſpoliatas viduas: afflictos necatoſqꝫ inoxios. Cū qꝫ his omnibus ultrices ſceleruꝫ furias videt: Sepe itaqꝫ dormiens exclamat: ſepe cōqueritur: ⁊ ſepe metu ſubito ſomnus abrumpitur.

B i Ste autem plenus honeſto gaudio: plenꝰ ſancta ſpe: plenus amore pio: non furiali ut Niſus: ſed ut Petrus chriſti plenus cōſcientie integritate: ſecuritate hominuꝫ: dei metu: nociturι cibi ⁊ inutilium uacuus curarum: ſolus: tacitus: tranquillus: angelo ſimillimus: deo charus: formidabilis nemini: cunctis amabilis: cubiculuꝫ ſomno non impudicitijs idoneum ingreſſus: dulcem ⁊ imperturbatam excipit quietem: ⁊ ſi quid conſopitus videt: Plerunqꝫ ſimilia vigilantis operibus ſunt ſomnia dormientis: ⁊ hac etiā vite parte felicior: meliores aſpicit viſiones. Neqꝫ ſolum letiore animo: ſed ſaniore etiam corpore membrorumqꝫ miniſterio promptiore utitur. Cōſtat enim animi virtutes precipueqꝫ modeſtiam ſanitati multum conferre corporee: ⁊ frequenter qui plus corpori ſeruiunt plus obeſſe.

¶ Tractatus tertius: De diuerſitate conditionum ipſorum occūpatorum: ⁊ pariformiter ſolitariorum.

¶ De tractatorum epilogo ac tranſitu ad miſeriaꝫ illoꝝ qui alienis negocijs occupant̄. Cap. I.

A e Npater vnius occupati: ⁊ vniꝰ ocioſi hominis: vnuꝫ diem ante oculos tuos poſui: omnium hominum dierūqꝫ omniuꝫ vna ratio eſt: niſi ꝙ quotidie illius labor: tanto amarior: tātoqꝫ huius quies eſt dulcior: quāto ualidior fit tractu temporis habitus animorum: quantoqꝫ per temporales motus acceditur ad eternitatis ſtatum: ⁊ viuēdo proximior efficitur. Illi quidem ſine fine labor: huic requies. Niſi forte felicior eſt illorum conditio: qui alienis negocijs occupantur. Alieni nutus arbitrio regunt̄: ⁊ qd agere illos oporteat: in aliena fronte cōdiſcunt: Oīa illis aliena ſunt: alienū limē: alienū tectū: alienus ſomnus: alienus cibus: ⁊ quod eſt maximum aliena mens: aliena frons: non ſuo iudicio flent ⁊ ridēt: ſed abiectis proprijs: alienos induunt affectus: deniqꝫ alienum tractant: alienum cogitant: alieno viuunt. De his poeta nobi- B liſſimus loquebatur ubi ait: Penetrant aulas ⁊ limina regum. Hos alter mordacius atqꝫ liberius notabat in Satyra illa qua curialem vitam arguit ⁊ eum qui ſumma bona putet aliena viuere quadra. Equidem inter hos: ⁊ perpetuis dominoruꝫ ac regum carceribus addictos: quid iterſit: neſcio niſi ꝙ illi ferreis: iſti aureis cōpedibus vincti ſunt Speciosior catena: par ſuitꝰ: maior culpa. Sponte etenim ſua faciunt ad quod alij vi cogunt̄. Ego vͦo iſtos: ut ſententiam meam breuibus abſoluam: occupatorum omnium extremos ac uere miſerrimos miſerorum uoco: quibus nec breuiſſimo ſaltem premio malarum artium uti licuit: vixere alieno imperio: ſuo periculo morituri: ⁊ alijs laborando peccauerunt: ſibi felices ſi ſine culpa ⁊ ſine premio laboraſſent. Nunc crimen dūtaxat eſt proprium: que ex crimine uenit fallax licet ⁊ fugitiua delectatio aliena eſt. Atqui dure dicimus conditionis agricolam: qui cum labore ſerit arborem cuius

C fructum nunq̃ ſit viſurus. Quis enim ait Apoſto
lus: plantat vineam ⁊ de fructu eius nō edit? Qui
tamen ſortem ſuam conſolari poteſt: eo ꝙ alteri ſal
tem ſeculo profuturus ſit. Itaqꝫ non modo dubi-
tans quod agit ad ſe non pertinere: ſed ſciens etiaꝫ
non omittet: Interrogantiqꝫ cui ferat: qđ eſt apud
Ciceronem: dijs ſit immortalibus reſpōſurus: ſeu
rectius immortali deo: Quanto miſeriores qui ſe
runt vnde ipſi penas ſolas: alij vō penales uolupta
D tes legant? Qui quod inutiliter agunt: ſibi: alijs:
imputare nō poſſunt: Non etati ſue cui ſepenume-
ro laborando preceptam ſibi libertatem eripiunt:
Non poſteritati cui ſeruitium parant: Non deo
quem offendunt ut hominibus placeant. Deniqꝫ
non his ipſis quibus placendo nocuerunt: quibuſ
qꝫ perpetua morte ſua breuem peccandi: hoc eſt in
eternum quoqꝫ moriendi licentiam pepererunt: ce
ci nimium dementeſqꝫ: aduerſiſqꝫ ſyderibus in lu-
cem: immo in tenebras proiecti: qui cum alte alios
extulerint: ipſi continuo iacuere: ab eiſdeꝫ illis: qđ
ſepe iam vidimus forſitan opprimendi. Interim
cum multa alijs queſierint: multa cupidinum in-
ſtrumenta conflauerint: tantorum ſemper commo
dis caruere facinorum: hanc vnam ferialis indu-
ſtrie gloriam conſecuti: principum auaritias: do-
minorūqꝫ libidines cōſilioꝝ ſuorum pauiſſe ſucceſ
E ſibus. Quid vis amplius dicam? Non equidem
minus mordax noſtrorum mihi q̃ Cretenſium vi
deri ſolet imprecatio. Cum enim ſono uerborum
neutra terribilis ſit: ſubeſt virus utriqꝫ mortiferū:
Illi hoſtibus ſuis optant ut mala conſuetudine de
lectentur: noſtri autem ut occupati atqꝫ ſolliciti eſ-
ſe nunq̃ deſinant. Quo ſi profundius: non uerba:
ſed ipſaꝫ rem inſpicias: quid triſtius dici poſſit vix
inuenio. De his occupatis loquor: quos vide-
mus: ⁊ quorum plena eſt vita vulgaris. Alij eniꝫ
nulli uel tam rari ſunt: ut nuſq̃ appareant. Ubi
ſane ueritas queritur: ficta phantaſmata loqui pi
get.

¶ Qꝫ q̃q̃ fere omnis occupatus ſit miſer: ſint ta-
men aliqui lꝫ pauciſſimi qui laudabiliter occupen
tur. Cap. II.

A Itaqꝫ ut iam tandem ſemel expediam: pa-
rum abeſt quin meo certe iudicio: omnis
occupatus miſer: occupatuſqꝫ ſub alio bis
miſer: ꝙ ⁊ miſeriam ſuam habet: ⁊ ipſo miſerie fru
ctu caret. Non ꝙ ignorem fuiſſe ⁊ fortaſſis eē oc-
cupatiſſimos quoſdam ſimulqꝫ ſanctiſſimos viroſ
qui ſeipſos ⁊ ſecum Chriſto deuias animas addu
cerent. Quod ubi accidit: ingens fateor ⁊ inexti-
mabile bonum eſt: ac geminata felicitas: duplici
de qua multa diximus obiecta miſerie. Quid eni
felicius: quid aut homie dignius aut ſimilius deo
B eſt: q̃ ſeruare ⁊ adiuuare q̃plurimos? Quod qui
poteſt ⁊ non facit: preclarum mihi quidem huma-
nitatis officium abieciſſe: ⁊ ob eam rem hominis
nomen ac naturam amiſiſſe videbitur. Itaqꝫ ubi
hoc poſſe datum ſit: deſiderium proprium utilita
ti publice ſponte ſubijciam: deſertaqꝫ ſolitudine:
vnde mihi ſoli obſequebar: ultro repetam vnde uti
lis mundo ſim: Ciceronis noſtri iudicium ſequēs
Magis eſt enim inquit ſm naturam pro omnibus
gentibus ſi fieri poſſit conſeruandis aut iuuandis
maximos labores moleſtiaſqꝫ ſuſcipere: imitan-
tes Herculem illum: quem hominum fama bene
ficiorum memor in conſilio celeſtiuꝫ collocauit: q̃
viuere in ſolitudine: non modo ſine ullis moleſti-
is: ſed etiam in maximis uoluptatibus: abundan
tem omnibus copijs: ut excellas etiam pulchritu
dine ⁊ viribus: quo circa optimo quiſqꝫ ſplendi-
diſſimoqꝫ ingenio longe illam vitam huic antepo-
nit. Hec Cicero. Cui ſic ſe rebus habentibus ha-
C ud coactus aſſentior. Sed de his omnibus iudici
um meuꝫ habe: pauciſſimis quidem inſtantijs: vni
uerſale uerum dogma non quatitur. Multi ſunt
qui occupationes in commune utiles: ⁊ ſanctio-
nes ſolitudine qualibet profitentur: Scio. Sed
quot queſo te vidimus qui quod profitebantur im
pleuerint? Sunt fortaſſe aliqui: ſunt plurimi: oſtē
de mihi vnum ⁊ ſilebo. Non inficior doctos quoſ
dam ⁊ facundos viros: ⁊ qui multa ſubtiliter ad
uerſus hec diſputent. Ceterum non de ingenio:
ſed de moribus eſt queſtio; Ambiunt ciuitates:
declamant in populis: multa de vitijs: multa de vͦ
tutibus loquūtur: Uix temperare mihi potui: quo
minus vnum Satyrici dentis morſum huic loco
ualde: niſi fallor: congruentem interponereꝫ: Sed
cogitans ad quem mihi ſermo eſt: ſtilo potius ali-
quid q̃ uerecundie ſubtrahendum credidi. Mul-
D ta quidem inquies loquuntur utiliter: audiui: ⁊ ſe
pe alijs proſunt: credo. Sed non ſtatim ſanus eſt
medicus: qui conſilio egrum iuuat; quin eodem ſe
pe morbo quo multos liberauerat interijt. Uerba
ſtudio elaborata atqꝫ arte compoſita pro multorū
ſalute non reſpuo: ⁊ quicūqꝫ ſit opifex utile opus
amplector. Uerum hec nobis non rhetorice ſcho-
la ſed vite eſt: nec inanem lingue gloriam: ſed ſoli-
dam quietem mentis intendimus. Neqꝫ mihi ex-
cidit Seneca; cum dixiſſet: Omnia impedimenta
dimitte ⁊ uaca bone menti: ꝯfeſtim addidiſſe: Ne
mo ad illam peruenit occupatus. Quam ego non
preſtare qdem ſolitudinem: ſed conſeruare ⁊ pluri
mum adiuuare contendo. Nam nec illud eiuſdem
auctoris oblitus ſum: Non multum inquit ad trā
quillitatem locus confert: ut ſit ita: ſine dubio ta-
men confert aliquid. Quod niſi ſic eſſet: cur idem
dixiſſet alibi: Non tm̄ corpori ſed etiam moribus
ſalubrem locum eligere debemus. Et idem alibi:
Conſpectum quoqꝫ ⁊ viciniam fori procul fugiā.
Nam ut loca grauia etiam firmiſſimam ualitudi-
nem tendant: ita bone quoqꝫ menti necduꝫ adhuc
perfecte ⁊ conualeſcenti; ſunt aliqua parum ſalu-
bria. Unde ergo hec morum mentiſqꝫ ſalubritas
ac diſcrimen ſi nihil eſſet in locis? Eſt in locis ali-
quid pace Senece dixerim; Eſt multum: ſed non
totum fateor: illud quidem ut ſibi videtur in ani-
mo eſt. Nam ſic ait: Animus eſt qui ſibi commen-
dat omnia. Id enimuero ſuo more recte dicit̃. Un
de autem animo lumen ueri: equitaſqꝫ iudicij? Ali
unde proculdubio.

¶ De laude tranquille ſerenitatis animi: que largi-
tur in ſolitudine conſtitutis: Et quomodo animus
non poſſit in diuerſas res eſſe intentus. Cap. III.

I Taqꝫ quod de locis dixi: de animo repe-

tam: Eſſe in illo aliquid multum: eſſe totum minime: ſed in eo tantum qui opportunitatem locis tribuit animo rationem. Magna enim ⁊ diuina quedam res eſt: animi tranquilla ſerenitas: ⁊ que non alterius donum ſit q̃ȝ ſolius dei: ſed q̃ȝ ſepius ille largiri ſoleat in ſolitudine conſtitutis. Quod utrūqꝫ pro breuitate temporis: uel ratione uel contrariorum collatione monſtratuȝ eſt: ⁊ mox exemplis illuſtribus aſtruetur. Quod ſi forte datum ſit ut aliquis ueri capax: non ad linguam ſed ad cordium cuiuſpiam quos credulum vulgus ſtupet penitus aurem cordis admoueat: puto ſine contētione fatebitur: ꝙ conſcientiaȝ nudam ingenue cōfitentem audierit: felicitatem non uerbis ſonantibus ſed rebus tacitis ⁊ ueritate intima: non externis plauſibus aut fallaciſſima hominum opinione conſtare. Multa quidem illic audiet: multum his contraria que in pulpitis cum populo mirabatur: ⁊ intelliget quod inter cutim ⁊ precordia interſit. Et nimirum hec animi natura eſt: ut in vnam rem
B uehementer intētus: multas negligat. Hinc eſt ut eloquentie ſtudioſi: ſepe ſint ad actum tardiores: ⁊ qui res magnas agunt: ſunt incultiores eloquio Sic ⁊ modeſtie cultores uoluptatem fugiunt: ⁊ quibus uoluptas in precio eſt: modeſtiam aſpernantur: Sic ⁊ quos augende rei familiaris ſtudium tenet: ſepe rempublicam atqꝫ amicitias contemnunt ⁊ illiberalius vitam ducunt. At qui liberalitati animuȝ applicant: quiqꝫ reipublice curam habent: ſepe videas rei domeſtice negligentes. Non poteſt uentus idem ex equo placere his quorum nauigatio contrarios fines ſpectat. Que idcirco dixerim: ne mireris ſi in eo quoqꝫ quod nunc agimus idem cernas: ⁊ ſi ſollicita vita ſtrepitum amat: multiloquio delectatur: Contemplatio autem omnis amica ſilentio eſt: queqꝫ ſe finibus ſuis tenet: Et viceuerſa illa ſilentium odit: hec ſtrepitum.

¶ Quomodo ex periculo paſtorum diſci poſſit vitā ſollicitam minus eſſe tutaȝ: Et ꝙ ea ratione auctor ipſe vitam elegerit ſolitariam. Cap.IIII.

A q Ue nam ṽo tutior via eſt: hoc eſt pater qḋ hodierno colloquio ueſtigamus. Dic igitur mihi ex hiſipſis quorum mentio nobis oborta eſt: quotiens putas paſtorem officio periiſſe: quotiens ouem ⁊ dum uagam alligat in laqueum incidiſſe: ⁊ dum profugam ſequitur corruiſſe? Quotiens credis aut medicum bene ualentem: dum egros circumit egritudinem contraxiſſe: aut buſtarium dum mortuos ſepelit: cauſam mortis contagio repperiſſe? Nemo ṽo fallatur quaſi minora ſint animorum contagia: q̃ȝ corporum: Maiora ſunt: grauius ledunt: altius deſcendunt: ſerpuntqꝫ latentius. Multis inquiunt prodeſſe meritorium: multis ſubueniſſe: laudabile: quis negat? Sed ordinate charitatis initium ſcimus. Crede autem mihi: non eſt parue fiducie polliceri opem decertantibus: conſilium dubijs: lumen cecis: letitiam meſtis: ſecuritatem metuentibus: ſpem deiectis: ſalutem egris: requiem feſſis: refrigerium afflictis: monſtrare iter errantibus: ſubiectare humeros cadentibus: dare dexteram proſtratis. Magna quidem ſunt hec ſi fiant: parua ſi promittantur. Neqꝫ enim magne q̃ȝ parue rei promiſſio: ſed exhibitio eſt maior. Uerum ego non tam alijs legem pono: q̃ȝ legem tibi mee mentis expono: quaȝ qui probat teneat: cui non placet abijciat: ⁊ relicta nobis ſolitudine: ſollicitudines ſuas ſibi habeat: contēptorqꝫ ruris noſtri: viuat contentus in urbibus. ¶ Optarem fateor talis eſſe qui prodeſſe poſ- B ſem q̃ȝ plurimis: uel ut ait Naſo: totiqꝫ ſalutifer orbi: Sed primum paucorum hominum: proximum Chriſti ſolius eſt proprium. Et profecto quiſquis in tuto eſt: ut uel tantiſper diuerſum ſentientibus condeſcendaȝ: peccat in legem nature: niſi quibus poteſt laborantibus opem fert. Mihi qui adhuc magno naufragio laboro: ſufficit illius opem implorare: qui ſolus potens eſt preſtare quod poſcitur. Cuperem magna: ſed modicis contentabor: Uellem cum omnibus ſaluus eſſe: ſi minus: cum multis. Ultimo quid expectas ut dicam: mihi ſi non pereo ſatis eſt: multuȝ eſt abunde feliciter: Et heu q̃ȝ uereor ne qui forſan ex his: qui ſe cuſtodeſ infirmarum ouium dici uolunt: lupi ſint: ſanaſqꝫ dilanient.

¶ Tractatus quartus: Que expediant eis qui vitam ſolitariam ingredi ſtatuerunt.

¶ Q vita ſolitaria precipue litterarum ignaris grauior morte: ⁊ mortem allatura videat. Cap.I.

A a T ne diutius me cōſideratione nō mea implicem: de ſe illi: nos de nobis: libret vnuſquiſqꝫ quid preferat Impoſſibile eſt enim ⁊ ſi vnuȝ omnes finem ultimuȝ intendamus: ut vnam omnibus vite viam expediat ſequi. Qua in re cuiqꝫ acriter cogitandum erit: qualem eum natura: qualem ipſe ſe fecerit. Sunt eniȝ quibus ſolitaria vita morte grauior ſit: ⁊ mortem allatura videatur: quod precipue litterarum ignaris euenire ſolet: Quibus ſi confabulator deſit: quid ſecum: quidue cum libris loqui ualeant nō habent. Itaqꝫ muti ſunt: Equidem ſolitudo ſine litteris exilium eſt: carcer: eculeus. Adhibe litteras: patria eſt: libertas: delectatio. Nam de ocio quidem illud Ciceronis notum: Quid dulcius ocio litterato? Contraqꝫ: non minus illud Senece vulgatum: Ocium ſine litteris mors eſt: ⁊ viui homi- B nis ſepultura. Et ſi plane norim duo iſta tam dulcia philoſophorum diuerticula: ſolitudinem atqꝫ ocium: ut incipiens dixi: interdum litteratis etiam hominibus permoleſta: In promptu tamen eſt ratio. His enim hoc accidit qui uel uoluptate aliqua compediti: carcerem ſuum amant: uel vulgi commercia ⁊ vulgari negocio victum querunt: uel ad lubricos honorum gradus populoruȝ uētoſis ſuffragijs aſpirant: Et quibus (que ingens his temporibus turba eſt) littere non animi lux atqꝫ oblectatio vite ſunt: ſed inſtrumenta diuitiarum. Ad quas hodie diſcendas: magno rei familiaris impendio: ſed multo maxima lucri ſpe pueri a parentibus: nō q̄ſi ad liberale gymnaſiū: ſed uelut ad vile mercimoniū deſtinant: ut mirari nemo hēat eos

uenaliter ⁊ auare litteris uti:quas ut uenderent
queſierunt:E quibus improba ſpe:non ſibi cente
C ſimum fenus:ſed milleſimum ſtatuerũt:Que om-
nia diligenter in vite electione tractanda eſſent:
Neq; enim tales in ſolitudinem uoco:neq; ſi ue-
niant admitto libens.Q; multos igitur excludam:
hinc vides.Nam quid piſcis longe ab aquis: qd
hi procul ab urbibus acturi?Quod illi olim mol-
li ⁊ effeminato cauſidico ſepe dixi:qui hec loca nõ
quietis amore quã non nouerat:non appetitu ocij
quod oderat:ſed neſcio quo nam imitandi ſtudio
frequentare ceperat:incertũ an ſibiipſi moleſtior
an mihi.Uerum ille confeſtim tedio locorum ⁊
urbanorum deſiderio uoluptatum victus abijt.
Quod niſi ſic euenturum animo preuidiſſem: ul-
tro ipſe ceſſiſſem locis:tam nulla rerum opinionũ-
ue proportio erat:q̃uis amicum ille ſe diceret: ⁊
eſſemus eiſdem ſtudijs a pueritia uerſati: ſed ut
res docuit:ſtudiorum finibus longe diſparibus.
Redeo autem ad inceptum.

C Q; q̃q̃ optimum eſſet ut in iuuentute quiſq; ſibi
aliquid recte vite genus apprehenderet: tamen ſi
quis iuuenis neglexerit:conſultum eſt ut ſaltem ſe
nex hoc faciat.

Caꝑ.II.

A Optimum quidem eſſet:niſi conſilij inopia
iugis adoleſcentie comes obſtaret:ut ab in
eunte etate circa vnum aliqd vite genꝰ ap-
prehendendum vnuſquiſq; noſtrum accuratiſſime
cogitaret:nec ab illo calle quem ſemel elegiſſet:ni
ſi magnis ex cauſis aut graui neceſſitate diuerte-
ret.Qd initio pubertatis feciſſe Herculem auctor
Xenophon ille Socraticus teſtis eſt Cicero.Sed
qꝛ id non facimus:neq; enim noſtro iudicio pleri-
q; viuimus:ſed vulgi:atq; adeo per deuia rapta-
mur: ⁊ quaſi per tenebras alienis ueſtigijs inſiſtẽ
tes:ſepe periculoſas ⁊ inexplicabiles igredimur
vias: ⁊ eo uſq; prouehimur:ut ante ſimus neſcio
quid:q̃ quid eſſe uelimus:circumſpicere atq; exa
minare permiſſum ſit.Idcirco quam ſibi perſonaz
uel natura uel fortuna uel error aliquis impoſuit:
ſi iuuenis non potuit:quiſq; ſecuz ſenex cogitet: ⁊
quod ſolet errans viator:ante ueſperam q̃tum li-
cet ſaluti ſue conſulat:vnum ſciens:naturam totaz
B haud facile poſſe conuelli:Cui autem in ingreſſu
vie huius quando ut dixi ſcintilla noſtri conſilij
nulla erat:celeſte aliquod lumen affulſit:ut uel ſe-
curum uel periculi minoris: ⁊ facile remediabile
iter arriperet:habet vnde ſemꝑ deo gratias agat.
At cui ſiniſterior ſors fuit:plus negocij eſt:poſtq̃
tamen aperire oculos cepit ⁊ q̃ dubium iter agat
intelligere:omni ſtudio incumbat adoleſcentie de-
uium ⁊ errores uel in ſenectute corrigere:memi-
neritq; Terentiani ſenis in Adelphis:qui mutan
de ſub extremum vite:conſultor idoneus:ſimul ⁊
delectabit ⁊ proderit.Difficile negocium impri-
mis:ſed ⁊ imprimis utile ⁊ nequaq̃ impoſſibile.
qui malint doꝛmire: q̃ non doꝛmire: cuꝫ ois illius
uoluptatis finis ſit non eſurire ac ſitire ⁊ non deſi
derare cõcubitum: ⁊ non eſſe fatigato coꝛꝑe. Nec
longe poſt: Qui ſitire inqt ⁊ eſurire uolũt ⁊ in li-
bidinem ardeſcere ⁊ defatigari ut libẽter edant
⁊ bibãt ⁊ cõcubãt ⁊ doꝛmiãt: nõ dixit amãt miſe
riam ⁊ dolorem: Nemo eſt enim tam auerſus a ſa
lute ut doloris ⁊ miſerie nomẽ amet: ſed amãt in
quit indigẽtiam: que eſt initium ſummoꝝ dolorũ.
Cõſtat autem: ſicut effectus in cauſis: ſic in amore
cauſarum amorem effectuum ꝯtineri. Itaqꝫ ꝯclu-
dẽs terribiliter: Perficietur ergo inqt in eis quod
amãt: ut eis ibi ſit ploratus ⁊ ſtridoꝛ dẽtiũ. Uides
ut ex cauſa effectum elicit: qꝛ amarũt idigẽtiaꝫ mi
ſeriã ꝯſequẽtur. Multa ibi p̃terea diuine in hanc
ſniam diſſeruit. Res eſt auteꝫ vulgi ipſius ꝯfeſſio
ne notiſſima. Itaqꝫ ꝙ ait: Inueniri qui hoc malint
dicere poſſumus: inueniri iam paucos qui aliud
uelint: ꝙ ⁊ ſi oculos paulo altius attollere nitun-
tur: vulgari fumo ac puluere excecati nequeũt: ne
ue ad meliora uocãtib⁹ aurẽ p̃ſtẽt: ſtrepitus ac po
pulariuꝫ errorum fragoꝛ ipedit. Ita pars magna
moꝛtaliũ ſe uolẽs ſeu coacta beluarũ moribus pꝛo
curua in terram ⁊ coꝛꝑi obſequẽs: animi negligẽs:
ſine virtutis illecebꝛa: ſine ulla notitia ſuimet ſpi-
ritum trahit iglorium atqꝫ anxiũ: Quãuis enim
natura melioꝛ iterdum purgat ac uellicet ⁊ admo
neat ſui: obſtãt tamen ipedimẽta que dixi: Hic vi-
te odiuꝫ: hinc tedij radix: hinc illa ingetudo animi
qua nil peius patitur moꝛtalis homo dum viuit.
Quid igitur miri eſt ſi horum actus ⁊ cõſilia flu
ctuãt: ſi qcqd iceperint non delectat? Non eſt eniꝫ C
quod uolebãt cum nil penitus certi uelint. Certũ
⁊ ſemper vnum uelle ſapiẽtis eſt ſignũ: Uotorum
icõſtãtia ſũmum ſtultitie argumẽtum eſt. Nõ de-
ſinã tibi Senecam iculcare id orãti: queꝫ poꝛtum
petat: nullus ſuus uẽtus eſt. Itaqꝫ ſimul eunt: re-
deũt: ⁊ utrũqꝫ cum tedio. Uidiſti aliquãdo ut ſe
raptim loco moueãt: ut gregatim ꝓdeãt: ut repẽte
diſſentiãt. Cũ vnus hac ire cupiat: alius illac: quo
modo enim iter multos cõueniãt: cum ſecum quiſ
qꝫ diſſideat uſqꝫ adeo: Libet enim imorari: ut quẽ
pauloante videris nõ agnoſcas: ⁊ quem nũc noſſe
videare: poſt paululum percõtari opoꝛteat cuias
ſit. Ita nũc leti: nũc triſtes ſunt: nũc humiles: nunc
elati: nũc ſenio graues ſũt ⁊ imobiles: nũc puerili
leuitate uolubiles: ut illa iam parium colluſio ⁊ te
meraria ire collectio: poſitioqꝫ ⁊ mutatio in horas:
que infantibus Flaccus attribuit: pꝛopꝛia ⁊ pecu-
liaria ſenum ſint: Quorum inſtabilitas eo damno
ſioꝛ: quo liberioꝛ ⁊ monitores aſpernatur ⁊ aucto
ritate ſe cõtegit ⁊ exẽplo nocet. Et ſi enim cuiuſqꝫ

natura ſuis vitijs abũdet: magna tamen pars malorum ex emulatione quadã imitãdiqꝫ libidine nata eſt: Nã quis vnqꝫ imitatoꝛ ſui ducis errore cõtentus fuit? Trãſcẽdere delectamur ⁊ cõſpici: ⁊ quos ſeq̃bamur poſt terga relinquere. D Dedit hoc ꝓceptum (fateoꝛ) eloquentie ſtudioſis Quintilianus: ut imitatoꝛ quiſqꝫ contendere ꝙ ſequi malit: ea ſcilicet rõne: qꝛ foꝛſitan quem trãſire nititur: ⁊ ſi non trãſierit equabit. Eum vͦo inquit nemo põt equare: cuius ueſtigijs ſibi utiqꝫ iſiſtẽdum putat: Neceſſe eſt enĩ ſemper ſit poſterioꝛ qui ſequitur: Ad hoc quod plerũqꝫ facilius eſt inquit plus facere ꝙ idem. Alias quoqꝫ cauſas affert dicti huius: que ut illic cognitu pulcherrime: ita hic relata ſuperuacue ſint. Ceterum quod utiliter in oratoria: hoc eſt bene oꝛnateqꝫ loquendi arte pꝛecipitur: ad artem male turpiterqꝫ viuendi damnabiliter eſt tranſlatum: ⁊ quod ille iuſſit impleuimus: contẽdimus equauimus vicimus: Iã de ſequacibus duces ſumus: Venient qui nos ſequant̃ ⁊ ſupent: ut vna eademqꝫ res uarie ſit pꝛopoſita: erat imitatio: dicta ꝯtẽtio. In utraqꝫ tibi Quintiliane paruim⁹: ueꝝ alio fine ꝓpoſito. Tu vͦboꝝ claritatẽ imitãdã dicis: nos actuum tenebꝛas imitamur: Inqꝫ hoc vnũ ſtudiũ: ⁊ feruẽs ille conat⁹ noſter ĩpẽdit̃: atqꝫ utinã tam cito boni imitatores (ſi qui ſunt) duces ſuos equẽt: ꝙ cito mali vicũt ſuos. Quod ad nos attinet: datum de orõnis virtute ꝯſiliũ peſſimo artis additamẽto: morum vitijs applicãtes: relicta nobis a pr̃ibus magno cum fenore ad poſteros errorum exẽpla trãſmittimus. Et miramur auctum ĩſanie cumulum: cui oẽs adijciũt: detrahit nemo. Potius mirer ſiqd iam ad amẽtie ſũmã deſit: tot in vnũ vndiqꝫ coeũtib⁹ ĩgenijs: tãtoqꝫ ſtudio magiſtroꝝ. Et ꝙuis actuũ viteqꝫ ꝑiculoſioꝛ ſit imitatio ubi maxima ſcilicet res agitur: tamen etiam in minimis furoꝛ iſte uerſatur.

De uoluptuoſa imitatione vulgarium ⁊ uarietate habituum eoꝝ qui urbes ĩhabitãt. Cap. III.

A Vnde enim hec hituũ atqꝫ ĩceſſuum ĩdies mira ſimul ac ridẽda uarietas: ⁊ nunc pedes contegẽs: nũc pudẽda nudãs ueſtis: nũc terram tergẽtes: nũc cubitũ artãtes manice: nũc mãmillas ꝯterẽs: nũc ſub ĩguina fluẽs ꝣona? Unde illa muſici modulaminis non ſine graui diſcrimine rerum publicarum: ut Platoni videtur? Poſtremo vnde iſta uel ſtili uel quotidiani etiam ſermonis tam crebꝛa mutatio? Nimirũ has odioſas ⁊ iamenas nugas: nihil magis ꝙ ꝓceps ⁊ ĩpoꝛtuna nec ſuis vnqꝫ ꝯtẽta finib⁹ ĩuexit imitatio: ĩuectaſqꝫ aluit auxitqꝫ. Quõ enĩ fieri põt ut viuẽdi tenoꝛ idẽ maneat his qui nõ ſe virtuti: nõ ſuo indicio: nõ amicoꝝ ꝯſilijs regẽdos: ſed emulatiõi: ſed aliene demẽtie ſtultorũqꝫ furoribus ſe uoluẽdos tradũt. Deniqꝫ qui nãm ꝓpꝛiam ſic exuũt: patrios mores abijciũt: nihil niſi ꝑegrinũ atqꝫ aduẽticiũ uenerãtur: totiẽs mutẽtur opoꝛtet: quotiẽs aliqd occurrerit quod mirentur. Nullus itaqꝫ mutãdi: qꝛ nullus imitãdi modus. Cũcta illis aliẽa placẽt: ſua oĩa diſplicẽt: qdlibet eſſe malint ꝙ quod ſunt: Idqꝫ vnum hercle nõ ĩmerito: ſi non animi leuitate ſed graui aliqua ſuarum rerum eſtimatiõe contingeret: vnus apud Senecam imitatoꝛ Saluſtij Arũcius ridetur: Sed mihi crede: vicus oĩs Arũcium ſuum: imo vͦo arũcios mltos hẽt: non vͦborũ modo: ſed rerum ſimias. Quo hitu: quo ſermone quo aio deniqꝫ quẽ ſe eſſe uelit nemo determiat: ⁊ ob eam cãm qſqꝫ diſſimilis ſui eſt: ueſtigijs ſenũ delirãtium ĩgreſſa: nimium docilis iuuẽtus: magno ſpiritu ad ſuꝑmum ſtultitie acumẽ euaſit: pꝛimos ſecũdis: ac ſecũdos tertijs: atqꝫ ita deinceps facile vincẽtibus. Sic per manus traditus ⁊ inter manus auctus furoꝛ: ꝙtus ad nouiſſimos ꝑuẽturus ſit: metiri aio difficile eſt: Quãuis ⁊ illud foꝛſan eſt uerum: iam ad extrema ꝑuẽtũ eſſe: ⁊ in nobis eſſe cõpletum: quod ante tot ſecula dictũ erat: Omne in ꝓcipiti vitiũ ſtetit: ut ſine ruina nullus ulterioꝛ ſit ꝓgreſſus. Et foꝛte licẽti⁹ ĩſtitiſſe videar huic loco ꝙ ſat eſt: B Quõ ſi cui nota ſit moleſtiaꝝ mearũ ꝓma ⁊ maxia ex hũani gñis: atqꝫ ĩpꝛimis Italie cõmiſeratiõe ꝓueniẽs: vnde olim vͦtutum exẽplaria petebãtur: quã heu nũc video ꝑegrinorum rituũ imitatiõe coꝛruptam: ⁊ domitarum a ſe gentium: ut quõdam ſpolijs: ſic nũc erroribus exũdãtem: foꝛtaſſe mirabitur tm̃ me dolorẽ tã bꝛeuibus abſoꝛbuiſſe gemitibus: Nã qs tacitum ferat hoc neſcio vnde oriẽs rerum nr̃arum ĩdignũ ⁊ turpe faſtidiũ: vnde turpioꝛ admiratio ⁊ cuius ĩdignioꝛ naſcitur externarum? At nõ ſic maiores nr̃i: quorum dici utinam poſteri mereremur ſua illis placere poterãt ⁊ placebãt. Non rheni uallem: non danubij fluẽta luſtrabãt ad congrendas has ĩſanias qbus Italicum decus in obſcenam barbariẽ: degenerare cõpellerẽt: ſed ĩperij dilatãdi ſtudio q̃rẽdeqꝫ glorie peregrinabantur: ſignis erectis ⁊ armatis exercitibus: non defoꝛmitatem patrij habitus: ſed triumphos ⁊ clara cognomina relaturi. Nec tamen uſqꝫ adeo ſuis delectabantur ut cuncta paſſim aliena contemnerent: Amabant quicqd uſqꝫ uera laude dignum erat eque apᷓd hoſtes atqꝫ amicos: eque apud alienigenas ac vicinos: Sicubi virtus: ſicubi morum ſplendoꝛ: ſicubi belli: ſicubi pacis artes: ſicubi lingue uel ingenij ſuppellex oꝛnatioꝛ aut opulentioꝛ doctrina: cupide ſuam in domum conuehebant: nulla omnium ſpolia opimiora cẽſentes. C Nec vͦo fallebat eſtimatio: nulle enim ꝑfecto diuitie certiores ꝙ que animo poſſidentur. Sicubi autem turpe aliquid: uel caſtigare uel ſpernere ſtudium erat. Noſtra vͦo glorioſa poſteritas magnum ſe aliquid aſſecutam credit: ſiquis adoleſcens ⁊ quod magis ſtomatoꝛ: ſiquis ſenex: uel ignoti aduene turpe ſagum: uel ſtipẽdiarij militis ridiculam togam ſumpſit: aut eo pꝛofectus eſt vnde pubetenus abſciſſa ueſte domum redeat: ſeu inſigni aliquo ludibꝛio defoꝛmatus: ⁊ tale aliquid paſſus liber: quale Dauid in ſuis ſeruis ultus eſt: tam grauiter ⁊ quale nunc eſſet ſi reſurgat inſani auus imitatoris ⁊ miſereatur ⁊ ſtupeat in nepote. Que quidem omnia non aliter ꝙ ſi ad me dedecoris aut glorie ſumma pertineat: iam pꝛidẽ neſcio cur meſtos intueoꝛ: Et poſtꝙ obſeruare pꝛimum cepi: mirum in modũ fateoꝛ: animo ſuſpenſus expecto quis nam uarietatum modus: aut ubi res deſinat: hic ſum ⁊ mallem etate qualibet natus eſſe. Et ſi enim nulli euo querelarũ cauſa defuerit: ⁊ ſi tempus talium inuentoꝛ ⁊ cooperatoꝛ non bonus ut ait Ariſtoteles: ſed malus iam dudum hec poꝛtenta decoxerit: nondum tamen

D ea conſumatoꝛ peſſimus tempus excuderat. Cer-
te pꝛimi illi quod omnes audiuimus maiores no-
ſtri virtutem ⁊ gloriam mercabantur: que repoſi-
ta eſt illis in memoria hominū ſempiterna: Nos
quod omnes videmus obpꝛobꝛium immoꝛtale: ⁊
meras ineptias nundinamur: quod ſepe: nam ne-
mini ⁊ uerbo ⁊ litteris queſtus ſum ne quicꝗ: ta
men incubuit nobis ira dei ⁊ iuſta nos ultio perſe
quitur: ſic ſe leſus omnipotens: ſic ſe dominus oꝛ-
bis ulciſcitur. Jlle de ingratis ſeruis: iſte de ſuper
bis dominis ſupplicium ſumit: Exclamare: quo ꝓ
gitis ah miſeri quo uos ultima rapit inſania? Co-
hibete gradum: ſubſiſtite ⁊ videte quo ruitis: de-
ſeruiſtis patrum ueſtigia ut ambuletis vias hoſti
um: ⁊ quos armis viciſtis: eorum erroribus victi
eſtis. Repetite mores patrum: alienos finite: non
ut honeſtius tm̄ ſed ut letius viuatis: ⁊ aliquādo
diſcatis vnum uelle de quo non quorūcunqꝫ libi-
dini: ſed rationi inſite iudicium tribuatis. Hec di-
cerem ⁊ quicquid in rem pꝛeſentez indignatio do
loꝛqꝫ dictarent niſi obtoꝛpuiſſe animos actumqꝫ
de rebus noſtris crederem.

¶ De quibuſdam cauſis errorum ⁊ temporis amiſ-
ſione habitatorū urbium. Cap. IIII.

A Nempe qui alijs iter rectum oſtendere ſole
bamus: nunc quod exitio pꝛoximum eſt ce
ci cecis ducibus per abrupta rapimur alie
noqꝫ circumuoluimur exemplo quid uelimus ne-
ſcij: Nam ut ceptum exequar: totum hoc malum
ſeu noſtrum pꝛopꝛium: ſeu potius omnium gen-
tium commune ignoratio finis facit. Neſciunt in-
cōſulti homines quid agant: Jdeo quicquid agūt,
mox ut ceperint uergit in nauſeam. Non agenda
enim agunt: ſed quid agant querunt: ⁊ in denſiſ
ſimis fruticetis difficultatum cauſas ac negocia
aucupantur. Hinc ille diſcurſus ſine termino: hinc
medio calle diſcoꝛdie ⁊ ante exitum damnata ꝓn
cipia ⁊ expleti nihil. Querunt quomodo diez fal-
lant: ⁊ quaſi parum ſol ad occaſum pꝛoperet inge
nio curſum iuuant: Et ꝗꝫ cōmunis illa vox talium
pellamus hanc diem agamus aliquid ut interim
dies hec tranſeat. Atqui frenanda dies erat nō ur
genda: Sed longa nimiuz illis dies multūqꝫ nox
B longioꝛ. Poſtremo longa ad faſtidium vita eſt nec
tantum hyeme eſtatem: eſtate hyemem: ſed mane
ueſperam: ſero autem auroram expoſcunt uotis
utranqꝫ cūz uenerit contempturi: Jmpletur in eis
ad litteram: quod ſcriptum eſt: Sicut ceruus deſi
derat vmbꝛam: ⁊ ſicut mercenarius pꝛeſtolatur fi
nem operis ſui: ſic ⁊ ego habui menſes uacuos: ⁊
noctes laborioſas enumeraui mihi: Si doꝛmiero
dicam: quando conſurgā: ⁊ rurſus expectabo ueſ
peram ⁊ replebоꝛ doloribus uſqꝫ ad tenebꝛas.
Quod inops afflictuſqꝫ Job dicebat: hoc ualitu
dine pꝛoſpera: diuites noſtri dicunt: queruntur re
plenturqꝫ doloribus expectando: ⁊ cum reruz na
tura perpetuo litigantes: ſegnes horas icrepitāt:
pigra momenta pꝛecipitant: cum ut dixi freno nō
calcaribus res egeat: ſi modo frenum ulla arte ra-
pidiſſimū tempus exciperet. Jſti autem puto moꝛ
tem quam pꝛe omnibus timent iam adeſſe: vitāqꝫ
quam pꝛe omnibus optant abijſſe iam uellent: tan
to niſu fugam temporis impellunt: quam exitij
multis cauſam fuiſſe certiſſimum eſt: qui futurorū
anxij ⁊ pꝛeſentia ſemper exoſi viuendi tedio ma-
nu moꝛtem arceſſere ſunt coacti.

¶ Quomodo iucunditas vite ſolitarie pꝛeſeruet ab
iſtis malis ⁊ tedijs. Cap. V.

Quid autem hec tam multa ad id vnum de A
quo agimus foꝛſan iterroges: Nempe ab
his malis ⁊ ab huiuſcemodi tedio pꝛeſer
uat ſolitarie vite iucūditas: Lete pꝛeſentibus utitꝰ
futura eq̄nimiter expectat: nō pēdet in craſtinum:
nihil in poſterum diē differt quod hodie fieri poſ
ſit aut debeat. Nec immerito. Quid enim ſtultiꝰ
ꝗꝫ futuri deſiderio: aut ſpe quod alienuz eſt ⁊ mil
le caſibus ſubiacet: pꝛeſens: quod vnum tuum eſt
certumqꝫ negligere? Nunꝗꝫ pendere deſinet qui
in craſtinum pendebit: Nullus enim dies pꝛeter
ultimum craſtino carebit: nullus pꝛeter pꝛimū nō
alicuius diei craſtinus fuit. Que res vite nr̄e ma-
lum: quo vix ulluz maius intulit viuēdi ſpe nunꝗꝫ
viuere: ⁊ more canis ociorem ſe leporem inſequē
tis ſemper inanes auras moꝛſibus captare: nunꝗꝫ
appꝛehendere quod intendas. Si quidem dies
craſtinus ubi aduenerit: iaz craſtinus eſſe deſierit:
Ecce iam uel craſtinus alter apparet: uel idem ille
clam pꝛogreſſus: ⁊ ſi enim dies alter eſt: uterqꝫ ta
men eſt craſtinus. Jllum ſequimur: ille ſemper iu-
xta: ſemper tamen ante eſt ⁊ vicinitate nos fallit:
⁊ cum ad eum uenerimus: ipꝛouiſus elabitur: ſic
iterum atqꝫ iterum e faucibus noſtris ereptus ⁊
ſemper ante nos fugiens: nunꝗꝫ conſecuturos ad
ſequendum incitat: Jta interim nihil fit eorū que
hodie fieri poſſent: Solitario cui quid agere uelit B
iam pꝛouiſum eſt: cui non modo de partibus ſed
de tota etate ſemel eſt conſtitutum: non dies aut
nox longioꝛ: ſepe vͦo bꝛeuioꝛ eſt ꝗꝫ uellet: dum ho
neſtis in rebus occupatum deſerit: ⁊ ante ſuſcepti
finem operis lux finitur. Nouit tamen ⁊ diei no-
ctem ⁊ nocti diem addere: ⁊ ubi res exegerit utrā
qꝫ miſcere: Alioquin utriuſqꝫ partitus officia: ⁊
id omnibus modis agens: ne datum tempus cui
neqꝫ ſtimulos addere vult neqꝫ frenū poteſt: inu
tiliter effluat. Jn hoc omne conſilium: omne ſtudi-
uz ponit: hic ſe totis animi viribus excitat. Demū
hec illi curarum omnium ſumma eſt: omnem mali
tiam: omnem moleſtiam: omnem tedij ſenſum de
mens: hodiernum diem hodie viuit: craſtinum ſi
dabitur cras victurus. Jllius interea ſpe ſuam rē
agere non omittit: ſciens illum multos fallere ſoli
tum ⁊ multa mentiri: huic potius fidem habet: qꝺ
enim ille pollicetur: hic pꝛeſtat. Et tanta eſt cecitaſ
moꝛtalium: ut ſpem ꝗꝫ rem ipſam cupidius ample
ctant̄: Nouit pꝛeterea quis habitusꝰ: quis ſermo: C
qui mores iuuentam: qui ſenectam deceant. His
animum coaptat: nulla mutatio eſt niſi quam etas
ipſa ſuaſerit: Quippe non aſſunt quos imitari ue-
lit: quibuſue ducibus inſaniat. Ad naturam reſpi-
cit: hanc ut ducem: ut parentem ſequitur: A qua
non ueriſimile eſt: ut ait Cicero: cum cetere parteſ
etatis bene deſcripte ſint: extremum actum tanꝗꝫ
ab inerti poeta eſſe neglectuz. Scio hominem: nō
dicam ut Paulus: ſed hominem in coꝛpore uerū
⁊ in ſolitudine conſtitutum: agreſti victu ⁊ ſtudijſ
contentum ſuis cui ⁊ ſi multa deſint ad felicez vi-
tam: hoc non exiguum ſolitudinis munus adeſt:
ꝙ ſine concurſu hominum ⁊ ſine tedio: ſine ullis

angoribus : totus illi annus lete ac tranqlle quaſi
vnus dies agit̃: Cū iſti interiʒ delicati urbani iter
vina ⁊ epulas:inter roſas ⁊ vnguēta : iter cantus
⁊ ſpectacula:baccho madidi:ſomno marcidi:rerū
feſſi:vndiqꝫ tedio ſimul ⁊ uoluptatibꝰ defluentes
diē vnū anno iudicent eſſe lōgiorē: ⁊ vix paucas
horas poſſint ſine murmure faſtidioqꝫ traducere.

Q2 ſolitarius debeat regere animum ſicut boni re
ges regna. Cap.VI.

A h Actenus hec que pꝛo tempore cuius mihi
ingens penuria eſt:partim viſa uel audita
cōmemini:partim ex viſis auditiſqꝫ conij-
cio: ⁊ de altioribus quideʒ ut peccatoꝛ trepide:de
cōmunibꝰ ut expertus audacius: Quod mihi cō-
uerſatio hec ⁊ libertatis ſtudiū notuſqꝫ litteraruʒ
ac ſolitudinis amoꝛ pꝛeſtant: Quibus iam tādem
finis eſto ſi vnū addidero:ſolere pꝛouinciarū pꝛe-
ſides rectoreſqꝫ urbium:ubi pꝛimum fines ſue di-
tionis ingreſſi ſunt:edicto denūciare maleficis ut
abſiſtant. Qui mos adoleſcente me per Italiā fre
quens erat:an ſit adhuc neſcio: Nam ⁊ inde nunc
abſum: ⁊ ubiqꝫ terrarum cuncta paulatim in dete
rius cedunt : omnes boni mores bꝛeuis eui ſunt :
mali autē imoꝛtales. Videbamꝰ paſſim ſub pꝛeſi-
dibus nouis:manifeſtā ex urbibus circūſcriptorū
furū ⁊ lenonū fugam : Q2q̄ꝫ ſi ad antiqua reſpici-
mus aliquāto uetuſtioꝛ illa ꝯſuetudo eſt: q̄ oppoꝛ
tune admoduʒ uſus fertur clariſſimus ille dux in
exercitu Numantino:quē ſuperiorū ducum ſecoꝛ
dia licentiaqꝫ militū coꝛruptuʒ:acerrimo coꝛrexit
imperio:quādo ex caſtris coquos ⁊ lenones: ⁊ in
ſtitorum magnam aciē: ceteraqꝫ id genus fomen-
ta libidinū:cū duobꝰ ſcoꝛtoruʒ milibus que luxu-
riari ⁊ fugere ſolitū exercitū ſequebantur:eodem
illo die quo pꝛimū caſtra contigerat vna pꝛeconis
denunciatione ſubmouit: Que res multū pꝛecla-
re illi ⁊ quaſi iam deſperate victorie contuliſſe cre
B ditur. Secuti ſunt alij clari duces: ſed clariſſimuʒ
nominaſſe ſuffecerit: Nobis ut ad rem ueniaʒ:qui
non urbes:non regna:non exercitus:ſed noſtri pe-
ctoris ſtatū regendū coꝛrigendūqꝫ ſuſcepimꝰ:par
na quedā videatur obueniſſe pꝛouincia. Verum
ubi ad compꝛimendos motus rebellantis animi
rationis imperiū acceſſerit : tum pꝛimū intelligit̃
q̄ꝫ graue bellū difficiliſqꝫ pꝛouincia eſt ſeipſuʒ re-
gere. Quid igitur hic agendum? Nempe ſi me ro
ges ꝙ pꝛeſides duceſqꝫ ſolitos dixi : manus illis
foꝛte negocium numero quidē fatear : Illis enim
magnorum populoruʒ aut exercituum:nobis vni
us anime cura cōmiſſa eſt:periculo autem negeʒ :
Quid eſt periculoſius q̄ꝫ perire: q̄ꝫuis ſolus pere
as : cum quibuſdam potius mali ſolatium videri
ſoleat perijſſe cum multis? Itaqꝫ nobis quoqꝫ pel
lenda flagitia:noſtris e finibus fugande libidines
compꝛimenda licentia:caſtiganda mollities:erigē
dus ad meliora animꝰ: Et quod eleganter ait Flac
cus: Scelerū ſi bene penitet : eradenda cupidinis
pꝛaue ſunt elementa: ⁊ tenere nimis mentes a ſu-
perioribus foꝛmande ſtudijs. Alij regant urbem
populi:alij militū exercitum: ⁊ nobis urbs animi
noſtri eſt noſtrarū exercitus curarū:bellis ciuilibꝰ
C ⁊ externis quatimur: An putamus ullam inquie-
tiorem eſſe rēpublicā q̄ꝫ humani ſtatus animi eſt?
An credimꝰ leuiores nobis hic hoſtes eſſe q̄ꝫ apō
Numantiā Scipioni? Ille vnam urbem ⁊ vnum
populum oppugnabat:nos aduerſus mūduʒ:car
nem ac demonia certamus. Quales hi tibi viden
tur hoſtes q̄ꝫ cōcoꝛdes:q̄ꝫ ſolliciti:q̄ꝫ feroces? Ve
nit ille dux:ut dictum eſt:ad exercitū coꝛruptum:
victis fugatiſqꝫ ducibus ſucceſſit : Quid nos:nū-
quid non ſatis in languidum coꝛruptumqꝫ urbem
uenimus: ⁊ exemplis ignauie refertū : non aliene
tm̄:ſed ⁊ noſtre? Quot cadētes audiuimꝰ ? quot
pꝛoſtratos vidimus? quotiens ipſi cecidimꝰ? quot
cadendi periculis ſubiacemus? Omnia circū ple-
na terroribus:noſtri molles ⁊ eneruati affectꝰ: ho
ſtes multi ⁊ indomiti:ingens paratūqꝫ diſcrimen
nullus ſomno locus aut inertie. Si ſalutem : ſi vi-
ctoriam optamus:utamur exemplo victorioſi du
cis:quando ⁊ nos rerū noſtrarū duces ſumus: ⁊
periculi paritas parē exigit cautionem. Quid lo-
quoꝛ:imo quidem ⁊ periculū nobis maius ⁊ pꝛe
mium. Illi enim aliena tantum vitia : nobis pꝛo-
poſitū eſt ⁊ noſtra coꝛrigere. Ille moꝛtalis aliquā
doqꝫ periture patrie ſtatū ſibi vō temporaleʒ glo-
riam pꝛocurabat:nos imoꝛtalis anime ſalutem ⁊
eternā vitā. Q2obrē ſi maiora minoribus: ⁊ ſi alie D
nis noſtra pꝛeponimus : ſūma diligētia quecunqꝫ
officiūt huic pꝛopoſito pꝛopellamꝰ. Et quomodo
iquies hoc fiet? Tu ne vitia in exiliū pelles: quod
nec leges vnq̄ꝫ potuere nec reges? Tu ne nouis ar
tibus res inenodabiles ut abſoluas deſperatū ad
hoc tempus iter aggrediere: luxū diuitibꝰ : furta
ſeruis:lamēta pauperibus:iuidiā plebi:nobilitati
ſuperbiā:fraudē curie:uoluptateʒ foro : diſcoꝛdiā
multitudini:auaritiā fere oibus extoꝛquere ? Vel
lē poſſe:ſed non ſpero: ⁊ facilius fateoꝛ omne ſul-
phur ex etne viſceribꝰ: omne cenū e cunctis palu-
dibus egeri poſſe: q̄ꝫ mala hec:hos ſceleruʒ ardo-
res :has moruʒ ſoꝛdes ex urbium ſentina:ubi ta-
lium peſſima merciū ſedes eſt: Inter quas infelici
ter felix:licet ingenium coaleſcat : ⁊ vnde felicius
ſit abeſſe. Quid ergo? Ad meuʒ illud familare cō-
ſilium recurro : ut peſtes quas fugare non poſſu-
mus fugiamus: In quā rē vnicū ſolitarie vite poꝛ-
tum ac pꝛofugium ſcio:de quo tam multa diſerui:
ut iam uerear ne faſtidio tibi ſim : neue ipſis urbi-
bus ſolitudo tibi loquatioꝛ videatur.

Franciſci Petrarche Clariſſimi Poete Laureati
De vita ſolitaria Liber pꝛimus explicit.

Tractatuū ac capitulorum ſecūndi libꝛi eiuſdem Franciſci Petrarche:de vita ſolitaria collecta:oꝛdiata enumeratiua Annotatio.

Tractatus pꝛimus vnicum continēs capitulum ſuc
cincta enumeratione pꝛeterit notiſſima exempla
ſanctorum atqꝫ clarorum virorum qui ſua pꝛeſen-
tia ſolitudinē illuſtrarunt.
Tractatus ſecundus: Eſt de quibuſdam exēplis mi
nus tritis patrum ueteris teſtamenti qui ſolitudi
nem coluerunt.
Cap.I. Tranſit per epilogationē pꝛeteritorū exem-
plorum ad exem pla minus trita.
Cap.II. Eſt de ſolitudine parentis humani generis
Adam.
Cap.III. Eſt de cultu ſolitudinis Abꝛahe.
Cap.IIII. Eſt de ſolitudine Iſaac.

Cap̄.V.Eſt de ſolitudine Jacob.
Cap̄.VI.Eſt de ſolitudine Moyſi.
Cap̄.VII.Eſt de ſolitudine Helie.
Cap̄.VIII.Eſt de ſolitudine Hieremie.
Cap̄.IX.Eſt de cōmēdatione vite ſolitarie.
Tractatus tertius:Eſt de exemplis multorū ſanctorum patrum noui teſtamēti vitam ſolitariā agētiū
Cap̄.I.Eſt de ſolitudine ſancti Silueſtri pape.
Cap̄.II.Eſt de ſolitudine ſancti Ambꝛoſij.
Cap̄.III.Incidētalr oñdit:ꝙ nullū virꝰ adeo peſtiferū ſit ꝛ vite ſolitarie ꝯriū:ſicut muliebꝛe pſortiuꝫ.
Cap̄.IIII. Eſt de ſolitudine ſancti Martini.
Cap̄.V.Eſt de ſolitudine ſancti Auguſtini.
Cap̄.VI.Eſt de ſancto Hieronymo mirifico ſolitudinis ueneratore.
Cap̄.VII.Eſt de ſancta Paula quibuſdamq̄ alijs matronis deuotiſſimis ſolitarie vite cultricibus.
Cap̄.VIII.Eſt de ſcō Gregorio pp̄ ſolitudiſ amatoꝛ
Cap̄.IX.Eſt de ſancto Benedicto ſingulari ac deuotiſſimo ſolitudinis habitatore.
Cap̄.X.Eſt de ſolitudine ſancti Florentij.
Cap̄.XI.Eſt de ſolitudine ſancti Franciſci.
Cap̄.XII.Incidētaliter triplicē diſtinguit ſolitudinē
Cap̄.XIII.Eſt de ſolitudine ſancti Remigij.
Cap̄.XIIII.Eſt de ſolitudine beati Bernardi.
Cap̄.XV.Eſt de ſolitudine Carlomani.
Cap̄.XVI.Eſt de ſolitudine Romualdi.
Cap̄.XVII.Eſt de ſolitudine Petri Damiani.
Cap̄.XVIII.Eſt de ſolitudine Celeſtini pape qui petrus ante papatū dictus fuit.
Tractatus Quartus digrediendo querulatur ꝛ deflet amiſſionē terre ſancte negligētiamq̄: toꝛporē ꝛ ignauiā pncipū atq̄ pontificū noſtrorum.
Cap̄.I.Eſt de Petro heremita pcipuo ſolitudis cultore:occaſione cuiꝰ cōmemorate qrele itroducunt
Cap̄.II.Repꝛehendit reges ꝛ pꝛincipes noſtros: q ſomno:uoluptatibus:turpibus lucris:ſubditoruꝫ ſpoliationibus ac ceteris vitijs incumbunt: ꝛ nullus eoꝝ terre ſancte diſpendio mouetur.
Cap̄.III.Romanos ceſarē ꝛ pontificeꝫ accuſat: germanos ꝛ grecos adijciendo.
Cap̄.IIII.Inſinuat qualiter fides catholica fuerit olim quaſi per vniuerſum oꝛbem dilatata:ſed nūc negligentia ſuperiorū multū minorata.
Cap̄.V. Eſt de excellenti virtute antiquorū Romanorum in comparatione Regū modernorum.
Cap̄.VI.Comparat pꝛincipes noſtros Mahumeto
Cap̄.VII.Eſt de deteſtatione catholicorum pꝛincipum eo ꝙ pꝛecipuam curam patrie negligunt.
Cap̄.VIII.Dicit ꝙ non pꝛo omni ſed pꝛo qua patria ſit merito pugnandum.
Tractatus quintus eſt regreſſiuus ad alia altioraq̄ ſolitariorum exempla.
Cap̄.I.Eſt de ſolitudine ſanctiſſimi Joannis baptiſte atq̄ beate Marie Magdalene que ex hoc ſoꝛori pꝛefertur.
Cap̄.II.Eſt de ſolitudine Jeſu chꝛiſti domini ꝛ ſaluatoris noſtri.
Cap̄.III.Ex epilogatione dictorum vitam ſolitariā commendat.
Cap̄.IIII.Eſt de Dauid rege qbuſdamq̄ patriarchis ſolitarie vite cultoribus.
Tractatus ſextus:Eſt de exemplis quorūdā a chꝛiana religione alienoꝝ:qui vitā ſolitariaꝫ ſectati ſūt.
Cap̄.I.Eſt de vita:moribus ac ritu Bꝛachmanoruꝫ ꝛ ſolitudine famoſi viri Calani.
Cap̄.II. Eſt de quodā ſolitario apud Indos.
Cap̄.III. Eſt de ſolitarijs trans aqlonē monteſq̄ ripheos ac gētē hypboreā ꝛ ceteras inſulas exñtes
Tractatꝰ ſeptimus Eſt de exēplis philoſophoruꝫ ac poetarū:quibus vita ſolitaria placuit.
Cap̄.I.Dicit de qbus philoſophis ꝛ poetis auctoꝛ dicere uelit cū cōmemoratione clarorum philoſophorum ad ſolitudinem confugientium.
Cap̄.II.Eſt de antiqoribus poetis ſolitudinē eligētibus:cum repꝛehenſiua exceptione Ouidij Naſonis ꝛ eorū quos uel ipſe aut quē illi ſequuntur.
Tractatꝰ octauus: Eſt de exēplis Oratorū vitam ſolitariam amantium.
Cap̄.I.Eſt de ſolitudine Senece coꝛdubenſis ciuis ac ſenatorij Romani.
Cap̄.II.Eſt de ſolitudine Tullij Ciceronis.
Cap̄.III.Eſt de ſolitudine Demoſthenis.
Cap̄.IIII.Eſt de Anaxagora alijſq̄ clariſſimis viris vitam ſolitariam amantibus.
Tractatus nonus:Eſt de exemplis Imperatorū ac bellorū ducibus:qbus ſolitudines placuerunt.
Cap̄.I.Eſt de Julio atq̄ Auguſto ceſaribus:qui ſolitudinē optabant ꝛ amabant.
Cap̄.II.Eſt de Diocletiano atq̄ Antonio pio:vitam ſolitariam colentibus.
Cap̄.III.Eſt de ſolitudine Nume pompilij ſecundi Imperatoris Romani.
Cap̄.IIII.Eſt de Romulo:Achille atq̄ hercule qui ſolitudinem diligebant.
Cap̄.V. Eſt de Scipionibus Africanis ſingularibꝰ ſolitudinis amatoribꝰ: tractationeq̄ illius uerbi magnifici ab altero eorum pꝛolati: Nunq̄ ſe minus ocioſum q̄ cum ocioſus: nec minus ſolum q̄ cum ſolus eſſet:Cum repꝛehenſione Ambꝛoſij:dictum illud ad ꝓphetas transferentis.
Cap̄.VI.Ex ſententia dicti ſuperioris Africani declarat de q̄li ſolitudie q̄ue ocio auctoꝛ loq itēdat.
Tractatus decimus:Eſt exhoꝛtatiuus eius ad queꝫ auctoꝛ ſcribit ut vitā ſolitariā amplectatur remouenſq̄ impedimenta ac repellens argumenta eorum qui huic vite aduerſant: cum pꝛeclara ſolitudinis cōmendatione.
Cap̄.I.Tam ob virtutes eius ad quem ſcribit:q̄ ob comites quos illi ad ſolitarie vite ſolatiuꝫ foꝛs dedit:ad ſolitudinē ſuadet.
Cap̄.II. Eſt de illis que ſolitarius ſemper debeat conſiderare: ꝛ de loco habitationis eiuſdem.
Cap̄.III.Docet ꝙ qui deo ſeruire uelit:ſiue artibus bonis ingenium extollere:ſiue aliqd aliud boni facere:fugiat nedū opē ferre alijs videaꝛ:ipē obꝛuatur:Et quod in alio repꝛehendat ipſe ne cōmittat.
Cap̄.IIII.Declarat ꝙ non debeamus amplas opes expetere.
Cap̄.V.Affirmat anxiā vitā atq̄ in craſtinū ꝓminētē nō eſſe vitā ſed vite meditationē:Et ꝙ auaritia ſit vincēda: ꝛ iter ad ueras diuitias condiſcenda.
Cap̄.VI.Eſt de remedijs contra pigruꝫ pꝛogreſſuꝫ ad ſolitudinem.
Cap̄.VII.Eſt de repulſione argumētoꝝ illorum qui vite ſolitarie aduerſantur.
Cap̄.VIII.Eſt de hoꝛtatione ad ſolitudinē:Et ꝙ urbes relinquendi ſint occupatis in ſeculo.
Cap̄.IX.Eſt de pꝛeclara ſolitudinis cōmendatione.

Finis

¶ Franciſci Petrarche Clariſſimi poete Laureati: De vita ſolitaria ad Philippuꝫ Caualliceńſem epiſcopuꝫ: Liber ſecundus multis ac uarijs exemplis vitam ſolitariorum approbãs ⁊ extollens: atqꝫ ad illam capeſſendam ſuadens ⁊ exhoꝛtãs.

¶ Tractatus pꝛimus vnicum continens capitulum: ſuccincta enumeratione pꝛeteriens notiſſima exẽpla ſanctorum atqꝫ clarorum virorum qui ſua pꝛeſentia ſolitudinem illuſtrarunt.

A Entio tamen adhuc aliquid deeſſe ⁊ video nũc etiam quid expectes: rem ſuapte nature ualidã: exemplis armari longa eſt hiſtoria qui philoſophi aut poete quo ſeſe altius attollerent: pꝛimum pedem in ſolitudine poſuerunt: Nã de ſanctis ⁊ vulgatioꝛ
⁊ notioꝛ ⁊ longioꝛ qui urbes ſpontaneo dãnãtes
exilio ſacra ſui pꝛeſentia ſolitudinem illuſtrarunt:
De quibꝰ ſi exactius loqui uelim: non poſſum non
inculcare notiſſima. Etenim hac in parte quid ico
gnitum eſt tibi: illud ne expectaueris: ut tranſcri-
bam tibi: quas uocant patrũ vitas: Quẽ libri titu
lum ſumpſiſſe noſtroſ a Marco Uarrone arbitroꝛ
qui ⁊ ipſe de vitis patrũ ſcripſerat: ſed alio quodã
modo nõ tam iñflãmandiſ deuotione animis qꝫ no
titie rerũ ſtudens: Non dicã qua in ſpelunca ſexa
gita annos latuit Dorotheus: Ut pater Amon cõ
iuge dimiſſa: que ſecũ cõtinẽtia virginali diu vixe
rat: ſolus reliquum vite tempus in deſerto Nitrie
mõtis habitans nouiſſime felicẽ deo animã reddi
dit: quã comitantibus ⁊ gaudẽtibus angelis ad
celum euntẽ tredecim inde ſpatio dierũ ſemotus
B Antoniꝰ vidit. Non referã qualẽ eodẽ in mõte vi-
tam duxerit: aut Pambo ille qui cautis in reſpon
ſionibus a nõnullis ſcriptoribꝰ: ipſi quoqꝫ nõ tñ
Antonio comparatur: ſed pꝛeferẽ: Aut diſcipulus
eius vnus ex multis Amonius: quẽ dñ ſtudiuꝫ ac
notitia litterarũ ſacrarũ clarũ faceret: pꝛoptereaqꝫ
per vim in epiſcopũ peteref: fugere aliter non ua-
lens captũqꝫ ſe cernẽs ne ſolitudine pꝛiuaretur au
rẽ ſibi pꝛeſecuit: ſic ſaltẽ pontificio futurꝰ inhabiliſ
cũ nec ea qdem arte pꝛoficeret: minatus urgentibꝰ
ſi perſtarent: linguã ſe pꝛopter quã ea ſibi impoꝛtu
nitas fieret abſciſſurũ. Non loquar felices ſolitu-
dines utriuſqꝫ Macharij: in quibus mirabilium
patratores opeꝝ: alter ad nonageſimũ: alter ad cẽ
teſimũ vite annũ uenit. Non attingã q̈liter Moy
ſes quidam ethiops de latrone factus eſt pꝛeſby-
ter ſolitarius chꝛiſti ſeruus. Qualiter Arſenius e
ſenatore glorioſo: maximus ⁊ chꝛiſti amatoꝛ ⁊ ſui
met contemptoꝛ euaſerit: Ad quem eſt illa uox ce-
leſtis: Fuge homines ⁊ ſaluaberis. Et illa: Arſeni
fuge: tace: ⁊ quieſce. Qualiter Paulus ſimplex:
cognomẽ nactus ex moribus: dum conuictum fu-
giens uxoris adultere: ſolitudinẽ petijſſet in tantã
familiaritatẽ chꝛiſtiqꝫ gratiam uenit: ut ſpirituuꝫ
pꝛincipẽ impurorũ quem a ſe pelli non poſſe Anto
nius fateref: ille de obſeſſo pectore puriſſima qdẽ
C ⁊ efficaciſſima pꝛece depelleret. Nõ exponã quaſ
tentationes coꝛporis atqꝫ animi ſolitarij ſenes vi
cerint Pachomius ac Stephanus. Non inqui-
ram quo cõſilio Paphnucius tres dei amicos ex
urbibus ad deſerta perduxit quaſi ad tutiorem ⁊
deo pꝛopinquiorem locũ. Qua virtutis admira-
tione monachorũ turmas in ſolitudinẽ traxit Hel
pidius. Qua charitate Serapion bis ſe hominuꝫ
ſeruũ fecit: ut dñoſ ſuos peccati ſeruitio liberaret.
Non narrabo pietatẽ diaconi Effren: Pioris con
ſtantiã: ſudores Adolij: miſericoꝛdẽ Innocentij ſe
ueritatẽ: Euagrij induſtriã ac labores. Nõ ſcruta
boꝛ qua in ſolitudine Malchus immitis dñi gre-
gem pauit: Quo in ſpecu ſimulata cũ coniuge la-
tuit: ⁊ leena pꝛo trepidis decertante furorem heri
perſequẽtis euaſit. Non oſtendam qua Joannes D
egyptius virtute claruit q̃ꝫtaqꝫ pꝛeſcientia futuro
rum: A quo tã longe poſito Theodoſius impera-
toꝛ anceps animi reſpõſa depoſceret: ⁊ conſilio ſo
litarij pauperis armatus pia ſed maxima ⁊ incre
dibilia bella conficeret: A quo alter quoqꝫ licet in-
ferioꝛ dux Romanus graui ethiopũ incurſu infi-
nitaqꝫ multitudine atqꝫ aliquot infauſtis congreſ-
ſibus exterritus cum pꝛeliũ decertaret ⁊ in eo ſta-
tu nõ per internuncios: ſed pꝛeſens ipſe viruꝫ dei
pꝛo cõſilio adijſſet: ad ſpeꝫ certe victorie erectꝰ: pꝛe
fixa etiam pugne die: quodqꝫ ⁊ victoꝛ hoſtiles pꝛe
das ageret: ⁊ ſuorũ res pꝛereptas ab hoſte reue-
heret ⁊ imperatoris ſui gratiã mereretur: Juit iaꝫ
ſecurus pugnauit: ſtrauit hoſtẽ: ſpolia retulit: grãꝫ
eſt adeptus. Cui viro tã ſancto: tanqꝫ futuri pſcio:
ſi quid de pñtibus ⁊ expertis creditur: accipe qd
hic idẽ de ſolitudine ſenſerit: Nequid eniꝫ me pꝛo
poſito fauẽtem immutaſſe quiſqꝫ credat: ipſa eius
uerba ſubſcripſi: ab his relata qui ex ore loquẽtis
acceperãt: Multũ inqt pdeſt ſecretioꝛ habitatio ⁊
ſolitaria cõuerſatio. Et iterũ: Ad effugienda peri-
cula inquit uel lapſuꝫ ⁊ cõquirẽdã dei gratiã atqꝫ
ipſius diuinitatis euidentiorẽ notitiã capiendaꝫ:
plurimũ pdeſt ſecretioꝛ cõuerſatio ⁊ heremi inte
rioris habitatio: utqꝫ qđ uerbo docebat: facto pꝛo
baſſe eum ſcias. Ipſe Hieronymus hoꝝ que inſe-
rui uerboꝝ ſcriptoꝛ: hunc Joannẽ inquit vidimus
in Thebaidis partibus in heremo: que adiacet ci
uitati Ligo: in rupe quadam mõtiſ ardui cõmanẽ
tẽ. Aſcenſus ad eũ difficilis: aditus monaſterij eiꝰ
obſtructꝰ ⁊ clauſus ita ut a q̈dragesimo etatis an
no uſqꝫ ad nonageſimũ quẽ tũc gerebat: cum eum
vidimus: monaſteriũ eiuſ nulluſ intrauerit: Adue
nientibus v̈o per feneſtram ſe videndum pbebat.
Non deſcribam habitaculuꝫ Helie monachi ppe E
cunctis mirabilius: ut deſertũ hoꝛrendũ: ut ſolitu
do uaſtiſſima ⁊ nullis equãda ſermonibus: ut ſpe
lunca ſcrupea: ut aſper ad illã ⁊ anguſtus trames
quiqꝫ uel ſuſpenſos pedes lederet: uel itẽtoſ adeũ
tiuꝫ oculos fruſtraretur: ut illic coꝛpore tremuluſ:
ſed animo conſtans: ſenex ex centum ac decem an
nis quos habebat etatis: totos ſeptuaginta tran-
ſegerat. Cogitabis autem per teipſum q̃ꝫtus ⁊ hic
ſolitarie vite magiſter eſſe potuerit: qui tantum in
eo ſtudio tanqꝫ continuum tempus exigiſſet: cum
noſtri homines ambitionem ⁊ auaritie ſtudium:
ne dicam popinas urbium ac tabernas ⁊ lupana-
ria reliquiſſe uel triduo grande ſupplicium opinẽ
tur. Non in medium traham Eutythianum illum
circa Olympum bithynie degentem ⁊ celeſti gra
tia ⁊ terreni pꝛincipis amicitie inſignẽ. Nõ Theo

nem mitem ac modeſtū hominē ⁊ iuramēti exper
tem ⁊ mendacij inſciū : ⁊ triginta annorum iugi
F ſilentio in ſumma omniū fere litterarū eruditione
mirabilē. Non thebaidis icolā Apollinē: qui qua
draginta annis in intima ſolitudine abditus : nec
ſic latuit miraculorū fulgore tandem ꝓdit⁹. Non
Beniamin ſenem hydropicū morbo clarum: ⁊ cū
interim egrotantes ſibi adductos eximie curaret
de ſua enormi licet egritudine non curantē: ſolan
tēq; alios atq; orantem: ut pro anima orarent ſua
nō pro corpore: addito v̓bo illo memorabili: Cor
pus enī hoc aiebat: ⁊ dū ſanū eſſet nihil mihi pro
fuit. Non Epiphaniū quem famoſum prius here
micolā ſolitudo epiſcopum Cypro dedit . Nō ſeu
Aphratē inopem ac pānoſum ſeniculū: quē pietas
fideiq; çelus e ſpeluncis in urbes medias eduxit :
imperatori impio reſponſurū premordaciter atq;
acriter. Seu Iſaac monachū: illius impietatē di
uini cōminatione iudicij retundētē. Seu Mace
doniū iugi ſilueſtris habitatorē: virū infinite ſim
plicitatis atq; cōſtantie ad frenandū pij quidē ſed
irati principis impetū: montis e uertice deſcendē
tē. Nō Accepſenā ſexaginta annis in cella recon
ditū: ſemper tacitū: nulli viſum . Nō Ceumatium
aut Didymū ambos cecos illuſtres: ⁊ uidentium
ac piorū omne munus implētes. Alterū v̓o inſup
⁊ litteris clarum. Non deniq; inumerabiles alioſ
G quoꝝ uel nomia nō capiūt libri. Poſtremo ut ſum
ma etiā q̄ peruulgata erant omiſiſſe me noueris:
nō inſiſtam eloqui ut adhuc inhoſpitā ac pene ſo
lis heremum notam feris: orientalium atq; orien
tiū monachoꝝ princeps Antonius penetrauit: ut
crebreſcente fama nominis ⁊ ad gratiam ſanitatū
turbis egrorum confluentibus tedio affect⁹: ⁊ me
tuens ne tāta illa celebritas: aut ſibi inanis glorie
aut alicui erroris ⁊ falſe cuiuſpiā de ſe opinionis
materia eſſe poſſet: dū paucis panibus pro viatico
aſſumptis: ad ripā fluminis ſederet fugā cogitās:
uox ad eū de celo fctā eſt. Que nā v̓o uox. Illa for
ſitan: Fuge ſolitudinē: urbes cole : locus hic tedij.
Ille gaudij locus ⁊ getis: Alexādriā pete. In pa
triam tuam redi: ⁊ non potius illa uox fuit: Si ge
ſcere cupis Antoni: uade nūc ad interi⁹ deſertū ?
Cui mox obtemperās oblato diuinitus viarū du
ce ꝓfectus eſt: ut in deſerto manēs ⁊ ſemꝑ in acie
armatus omnes demonū vicit inſultus: ut philoſo
phia mūdiq; ſapiētia tumidū nomē ab humili ⁊ il
litterato ſeniculo ualidiſſimiſ atq; clariſſimis rōni
bus confutata atq; cōculcata eſt : Ut eū Romani
imperatores miraculo fame eius illecti familiari
bus ad illū epiſtolis quaſi patrē uenerati: ⁊ ꝙ re
ſponſo dignati eſſent uehemētiſſime ſunt gauiſi: ut
tot iam ſpiritalibus bellis victor: tot īuiſibiliū ho
ſtiū exercitibus triūphatis: Cū ad nonageſimū vi
te annū ꝑueniſſet ⁊ nullo uſpiam apparēte hoiū:
ſe iam ſolū heremicolā cogitaret: multo uetuſtiorē
atq; remotiorē ſolitudinis incolā alterius: Paulū
Thebeum querere admonit⁹ reuelatione noctur
na claruit: queſiuit : īuenit horrificis in itinere pri
mū monſtris inuētis: ut congreſſis tandem ⁊ poſt
longū ſilentium collocutis: ad ripā fontis exigui
⁊ ueteriſ vmbrā palme ſecretiſſima in ſpelūca miſ
ſus e celo panis vnus : duobus chriſti fortiſſimis
ueteranis: multo ieiunio exhauſtis abunde ſuffe
cerit. Deniq; ut paucis poſt diebus meſtus animi
multiſq; cum fletibus hoſpes Paulū ſepeliuit in
effodienda humo leonum vnguibuſ inſueto pieta
tis officio adiutus . Ad ſummā: qualiter in deſer
tis latitans ⁊ intantum omnis glorie fugitans: ut
ſepulturā quoq; ſuam uellet abſconditam: ne qua
uel gelidū cinerē mundani fauoris aura cōtinge
ret: adeo nobilitatus ⁊ glorioſus effect⁹ eſt ut chri
ſtus homūculum ſuum egyptiace ſolitudinis late
bris abditum: ⁊ ut ipſius Athanaſij heredis atq;
hiſtorici ſui v̓bis utar: alio pene orbe cellatū Afri
ce: Hiſpanie: Gallie: Italie: Illyrico: Ipſi etiā que
urbiū caput eſt Rome: ut in exordio ꝓmiſerat: de
monſtrarit. Nō exequar ut in ſolitudinē quoq; fu H
git Hilarion Antonij virtutū nobiliſ emuluſ fama
viri primū mox bimēſtri obſeruatione vite ei⁹ ac
monitis preſentiq; ɔcitus exemplo: ubi ab adole
ſcentia in ſeniū perſeuerās: brume primū ⁊ eſtatis
intēperiem anguſto tuguriolo: poſt aūt cella nihil
anguſtiore: neq; tam domus q̄ ſepulchri ſpeciem
habente ſubmonit: ut inde dū ad viri nomē turbis
coeuntibus: ⁊ ſolitudine vna: multarū urbiū inge
ta negocijs fugam meditaretur: re cognita decem
⁊ eo amplius hominum milia iter eius impedie
re. Quo dolore cū inedia cōſumptus pene eēt: po
pulo patiente ſed dolente ⁊ proſequente: tandem
abijt in ꝓfundiſſimas ſolitudines ⁊ ad Antonij lo
cum qui pauloante tanto uacuuſ habitatore remā
ſerat: ꝑueniens: atq; ibi diſcipulis eius inuentis :
auditu flebile: piū dictu auidiſſime cūcta pergrēs
hortulū eius ⁊ lectulū vnde ad celū felix ille ɔde
ſcenderat inuiſit: Atq; in eo dulci q̄dam tanti viri
memoria procubuit: ipſū recēti uelut Antonij ac
cubitu calentē ſepe complectēs atq; deoſculans :
quodq; non tam lectione q̄ opinione fretus addi
derim: alienū ſtratum ſuis lachrymis rigās: ut in
de alias atq; alias ſolitudines petēs ꝙ exoptatā
ſibi inuidēs quietē: ſemper eū ſua fama precurre
ret. Interdum etiam ad barbaras nationes clam
decreuerit proficiſci: ubi nec intellectus nec cogni
tus reſpiraret: ut eadē fama nominis eū perſequē
te: primo quidē in Siciliā nauigarit: Inde in Dal
maciā: Poſtremo autem in Cyprū inſulā ſuis mo
ribus longe diſſimilem: cuius tamē vna rupes du
ro viri ꝓpoſito cōueniret ubi locum nactus terri
bilem ualde: ut ſcriptoris preconiſq; ſui Hierony
mi uerbum ponā: ac ſemotum ſubſtitit. Et ut cun
ctis eum ne furtim dilaberet̄ obſeruantib⁹ ꝙ vno
in loco diu illum nō poſſe ſubſiſtere: publice ꝑſua
ſum erat ibidē laborū vite finē habuit: quē in ter
ris imitatus fuerat ad celos ſecutus Antonium.

❡ Tractatus ſecundus: De quibuſdā exē plis minus tritis patrum ueteris teſtamē ti: qui ſolitudinem coluerunt.

❡ De tranſitu per epilogationem preteritorum exē plorū ad exempla minus trita. Cap.I.

b
His igitur breui admodum ⁊ ſuccin A
cta commemoratiōe preteritiſ: ut ſic
dicam: atq; ſepoſitis ⁊ reliquis ſilen
tio obrutis : quotquot ſunt id genus
q̄bus ſola heremus celum fuit in ter

ris: q̄ copioſa ⁊ amena ⁊ uaria ⁊ penetrabilis atqꝫ ignea lectio eſt: ⁊ que preciose materie filum habens ac magnis texta ingenijs natura pariter atqꝫ arte delectet: aliquot exempla minus trita per ſecretiores ſcripturarum receſſus ſparſa recolligaꝫ.

De ſolitudine parentis humani generis Adam. Cap. II.

A e Tut a primis ordiar: Adam publicus ille parens generis humani: q̄diu ſolus fuit nemo felicior: mox ut comitatus: nemo miſerior. Solus ſtetit: comitatus ruit. Solus beate ciuis patrie: comitatus infelicis exilij peregrinus Solus in requie ⁊ gaudio: comitatus in laborib⁹ ⁊ doloribus multis. Deniqꝫ ſolus immortalis fuerat: iunge ſociam: mortalis efficitur. Jam tūc clarum ⁊ inſigne preſagium quid de ſocietate feminea ſperare poſteritas deberet.

De Cultu ſolitudinis Abrabe. Cap. III.

A ſ Ed ne in limine hereā: magnus ille multarumqꝫ gentium pater Abraham non in palatijs iterqꝫ delitias urbanas: ſed in tabernaculis inqꝫ conuallibus collocutorem deum meruit: ⁊ pmiſſa illa magnifica: que iugiter in nobis extremis utinamqꝫ non peſſimis hominum implētur. Jdem non in aula cortinis obſita ⁊ villis iſtrata criſpantibus: ſed in ſolo herbido ⁊ agreſti: utqꝫ Geneſeos textus habet: in conualle ut Joſephus: ad ilicem mambre ſedebat: quando dignus eſt habitus dei angelos habere conuiuas. Ne ue quid forte aliud q̄ꝫ quod uerba ſonant ſuſpicemur: non equidem ſub auratis laquearibus tectorum ſed ſub quercus vmbra glandifere: rurale conuiuium
B celebratum eſt. Et ille certe ſanctiſſimus atqꝫ omni diuino fauore digniſſimus vir: fuit tāte obediētie: ut dum dei iuſſis obſequitur vnigenito filio nō parceret: ut reliqua laudum eius ſileam: de qb⁹ dicēdi tempus forte aliud: alterqꝫ locus opportunior dabitur. Ex quibus omnibus minime mirū ſit: ſi talem virum artius eſt amplexa diuinitas. Jllō magnum ꝙ ſuo merito ancilla eius egyptia fugiens ab angelo reuocata: ⁊ iterum in extremis poſita atqꝫ deſperans rurſus ab angelo recreata eſt. Et ut ad propoſitum ſpectet: alterum iuxta fonteꝫ aque: alterum ſubter vnam arborem: utrunqꝫ certe in ſolitudine geſtum eſt: ut ne id mirum ſit ifantem ſuum quem fuge comitem geſtabat: in ſolitudine ſeruatum celeſtiſqꝫ beneficij memorem: ⁊ ipſum poſt ſolitarium euaſiſſe.

De ſolitudine Jſaac. Cap. IIII.

A q Uid hoc patre ſatus Jſaac: qn̄ ſibi de terra longinqua fecunda uxor aduecta eſt: qd putas agebat? Erat forſan in foro: perorabat cauſas: exercebat iudicia: emebat aliquid: aut uendebat: dabat mutuū uel poſcebat uel datū exigebat acceptūqꝫ ſoluebat? Nihil horum omnino. Quid igitur? Deambulabat inquit eo tēpore per viam que ducit ad puteū: cuius nomen eſt viuentis ⁊ videntis. Uere autem viuens ⁊ videns: hoc eſt in eternum viuens ⁊ videns omnia. Nō ſol ut Ouidius ⁊ Apuleius dixerunt: ſed creator ſolis ⁊ ſyderum rerumqꝫ omnium omnipotens deus: apud quem puteus: ſiue ut pſalmiſta loquit. Fōs vite eſt: quo nō dormiendo nec per inuia gradiēdo ſed per viam deambulando peruenitur. Et ſequitur: Habitabat enim in terra auſtrali: ⁊ egreſſus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die: Ubi ſimiliter nihil eſt quod myſterio uacare putem. Habitabat enim in terra auſtrali terra humili ⁊ deuexa ⁊ clara ⁊ etherei ſolis vicinitate preferuida. Et egreſſus erat: Unde reris niſi extra corporis ſui domū? egreſſus inq̄ꝫ extra ſeipſum: ⁊ miſerie mortalis ergaſtuluꝫ: nō ad infame ocium ſed ad meditandum. Nam que oro alia hominis vita eſt: aut quid aliud agēs ab animalibus brutis differt? Preclare Cicero docto viro iquit viuere: eſt cogitare. Jn hanc rem: non urbem aliquā: non theatrum: ſed agrum locum prorſus idoneum: inſup ⁊ inclinate diei cōmodiſſimum tempus elegerat. Nullus enim locus: nulla pars etatis aptior meditanti q̄ꝫ ⁊ agreſtis ſolitudo: ⁊ iuuenili feruore preterito relictiſqꝫ: ut ita dixerim: meridianis horis a tergo placatioris vite tranqllitas iaꝫ uergētis ad ueſperam.

De Solitudine Jacob. Cap. V.

q Uid huius etiam natus magniqꝫ nepos Abrae patriarcharum maximus Jacob: quando ſcalam illam celotenus erectam ⁊ aſcendentes deſcendenteſqꝫ angelos ⁊ innixū ſcale dominum vidit? Ubi fuiſſe illum opinamur: q̄ꝫ magna in urbe q̄ꝫ pulchra i domo: q̄ꝫ locuplete cubiculo? Erat ille non modo procul ab urbibus: ſed etiam procul domo: Ut enim ipſius Joſephi uerba non muteꝫ: propter odium prouincialiuꝫ apud nullum quidem ſuccedere uoluit: ſed ſub diuo iacebat: caput ſuum lapidibus ſubditis ſupponens. A
Eidem gemina coniuge: ⁊ natorum turba ſeruiſqꝫ ⁊ ancillis: omnigenumqꝫ greguꝫ poſſeſſione aucto: in patriam remeanti occurſus affuit angelorum. Sed ubi nam queſo? Nunquid in urbibus quieſcenti? Non uerum cepto itinere abeunti: quo nondum peracto eideꝫ luctator ille nocturnus nomen vnde nouum ſibi inditum clarum manſit in poſteris: non in urbis amphitheatro: neqꝫ inter turbas hominum: ſed cuꝫ remanſiſſet ſolus in trāſitu torrentis apparuit. B

De ſolitudine Moyſi. Cap. VI.

v Bi erat ille familiariſſimus deo vir Moyſes: quando legem colloquiūqꝫ dei: quando ſalutem populi memorabilemqꝫ victoriam: abſens ſolus ⁊ ſolis precum armis obtinuit? Nempe non in aliqua ciuitatuꝫ Syrie uel egypti: ſed in ſiluis ⁊ altiſſimi montis in uertice. Jn A

ſolitudine erat dum aquas amariſſimas coegit li
gni vnius immiſſione dulceſcere: dum prodigia il
la fecit que vix perlegere ne dicam recenſere ſuffi-
cimus. Idem certe immenſo exercitui in quo tam
multi iniuſti atqꝫ in deum ⁊ in homines ingrati
erant non de ſolio aureo: ſed de ſolitudine horri-
da prouidit: ⁊ in ſumma inopia miram neceſſaria
rum rerum abundantiam procurauit: quãdo in ca
ſtris conturnices ortigias affatim celo lapſas po-
pulus legit eſuriens: ⁊ de rupe pcuſſa dulcis aque
copiam ſitiens bibit: quando diuinum illum atqꝫ
incredibilem: ⁊ neqꝫ cupiditati neqꝫ parſimonie
ſubiacentem cibum: non quidem in urbibus nec e
foro cupidinario petitum: ſed celitus deſtinatum
B quadraginta annis habuit in deſerto. Uides ut ſo
litudo diuinis beneficijs atqꝫ colloquijs ⁊ angeli
cis ſit amica congreſſibus. Quo minus miror ut
preclare vite viri illius: ſic ⁊ glorioſe morti ſolitu
dinem deputatam: duꝫ ex hominibus migraturo:
quod fratri eius iam antea acciderat: loquens de
us: non in hanc aut illaꝫ urbem: ſed aſcende in mõ
tem inquit ⁊ morere. Qđ nobis in omni vite mor
tiſqꝫ cõſilio niſi fallor ſummopere trutinandũ eſt.

De ſolitudine Helie. Cap. VII.

A Uid ſingula replicem? Plena exemplorũ
q ſunt omnia. Ubi erat Helias quando cla-
rioribus portentis emicuit? quando popu
lis intra urbes fame pereuntibus illum iuſſu dei
in ſolitudine latitantẽ corui pauere ſolliciti? Quã
do e ſummo carmeli montis pronus humi trien-
nem ſiccitatem terras ac populos affligentem in-
ſperato imbre leniuit? Quando octingẽtos ⁊ qn-
quaginta falſos prophetas in eodem monte car-
meli: deo iudice: ſacrificio teſte: ſuperatos in torrẽ
te Cyſon populo fauente mactauit: Quam ob cau
ſam irate regine minis ac furori cedens: cuꝫ deſer
ti latebram petijſſet ſub vmbra iuniperi conſopitũ
excitauit angelus ⁊ ut manducaret admonuit: nõ
magni precij cibum: ſed tante virtutis ut in fortitu
dine illius quadraginta dierum iter ac totideꝫ no
ctium ieiunando perficeret. Quo peracto inde ut
in ſpelunca manens dominico viſitatus alloquio
reges inungere mittitur ac prophetas: ut in cacu
mine montis ſedens imperat inopinabili fiducia
ut ignis e celo deſcendat ſuper quinquagenarios
regios ⁊ paretur ſtatim: ut ſciſſo amne tactu pallij
iordanem ſicco pede pertranſit ſolitarium ſanctũ
virum uenerantibus elementis. Ubi inqꝫ erat He
B lias duꝫ hec ageret? Profecto in ſolitudine: vnde
tandem ad celum flammante uehiculo raptus eſt.
Ubi erat Heliſeus quando geminum rapti ducis
conſecutus eſt ſpiritum? quando ferruꝫ contra na
turam ⁊ conſuetudinem ſuam natans flenti reſti-
tuit amico? quando tribus regibus: totidemqꝫ re
gijs exercitib⁹: ne periret ſiti repleto ſine ullis im-
bribus torrente ſubuenit? Priora quidem ad ior-
danis ripam: tertiuꝫ in deſerto idumee cõtigit. Il
lud queſiſſe ſuperuacuum: ubi erat duꝫ pallio ma-
giſtri diuiſis aquis per arentem iordanis alueum
ſolus tranſijt qui tranſierat comitatus? Ubi erant
deniqꝫ tot prophete: quando tam certis: ⁊ tã pre-
ſagis viſionibus illuſtrati ſunt? De quibus ſingil-
latim nunc agere longum eſt. Neqꝫ ſoli prophete:
ſed filij etiam prophetarum: quos monachos ut
Hieronymus ait in ueteri legimus teſtamẽto edi-
ficabant ſibi caſulas prope fluenta iordanis: ⁊ tur
bis ⁊ urbibus derelictis polenta ⁊ herbis agre-
ſtibus victitabant.

De ſolitudine Hieremie. Cap. VIII.

Pſe quidem Hieremias ſilentio ſupprimẽ A
i dus non videtur: qui uerbo etiam huic vi
te teſtimonium manifeſtum prebuit: ubi
ait: Bonum eſt cum ſilentio preſtolari ſalutare do
mini. Bonum eſt viro cũ portauerit iugum ab ado
leſcentia ſua. Et quaſi hec niſi in ſolitudine fieri nõ
poſſe diffiniens: cum hec dixiſſet: adiecit: Sede-
bit ſolitarius ⁊ tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe. En
audio felicem patientiam expectantis: audio liber
tate qualibet meliorem dominici iugi tolerantiã:
audio eleuationem animi: audio quietem ſeſſionis
⁊ non ſemel ſed in principio poſitum ⁊ in fine ſilẽ-
tium: cuncta tamen audio intra vnam ſolitudineꝫ
contineri.

De cõmendatione vite ſolitarie: icidẽs Cap. IX.

Uere vita pacifica celeſtiqꝫ ſimillima. O A
o vita melior ſuper vitas: vita laborum ua-
cua bonorumqꝫ tantorum capax: ubi expe
ctatur ſalus: ſuaue iugum domini portatur: tace-
tur ⁊ ſedetur ⁊ ſedendo conſurgitur. Uita ſaluta
ris: hominibus formidabilis: ⁊ inuiſa demonib⁹:
quod niſi ita eſſet: haud qꝫqꝫ id vite genus ingreſ-
ſos tam multis ⁊ tam uarijs temptationum gene
ribus infeſtarent. Uita reformatrix anime: repara
trix morum: innouatrix affectuuꝫ: lotrix ſordium:
purgatrix ſcelerum: conſiliatrix dei ⁊ hominum:
ruinarum innumerabilium inſtauratrix. Uita con
temptrix corporum: cultrix ingeniorum: modera-
trix precipitum: torpentium excitatrix appetituũ:
genitrix nobilium: alma virtutum nutrix: vitioruꝫ
domitrix peremptrixqꝫ: paleſtra luctantium: are-
na currentium: campus pugnantiuꝫ: arcus trium
phantium: bibliotheca legentium: cella meditan-
tium: penetrale orantium: mons contemplantiuꝫ:
Et quid dicam niſi ſimul omnia: vita felix ⁊ ad om
ne bonum opus aptiſſima: vita philoſophica: poe-
tica: ſancta: prophetica: Uita non immerito ſingu
laris dicta: ⁊ ſi dicere audeaꝫ: quod ſentio: vita tã
ſingularis ut ea ſola uera vita ſit: reliquis omnib⁹
conueniat quod ait Cicero: ⁊ Ciceronem ſecutus
Auguſtinus: ꝙ hec noſtra que dicitur vita mors
eſt. Uita demum niſi expertis incognita: ⁊ ut ha- B
benti peramabilis: ſic ſuperoptabilis non haben-
ti. Quod non ignorabat Hieremias ideꝫ: quo du
ce ad hec eiuſdeꝫ vite preconia premiſſis accumu
landa peruenimus: dum in illa calamitate publi-
ca: pias ſimul lachrymas: ⁊ lachrymis opportunã
ſolitudinem exoptabat: Quis dabit inquit capiti
meo aquam: ⁊ oculis meis fontem lachrymaruꝫ?
Scienſqꝫ fontẽ hunc non in urbibus aut in turbis
nitidum ſcaturire: ſubſecutus adiunxit: Quis da
bit mihi in ſolitudine diuerſoꝝ viatoꝝ? Cogitatu

tandem ſibi redditus ac liber abſcederet:quaſi nō
humerū blando oneri:ſed collū diris ſecuribꝰ ſub
duxiſſet:utqꝫ eius in vultu neſcio quid angelicum
reluceret.Nec immerito:Norat enim quid repe-
teret:nec quid dimitteret ignorabat.Certe a labo-
ribus ad requiē:ab inſanis diſceptationibus ad di
uina colloquia remeabat:Linquebat urbem:ibat
animo:⁊ niſi ſucceſſoris faſtus obſtaret:pedibus
ibat in montem hiſpidum fateor ac preruptum:ſꝫ
vnde ſibi planum iter eſſet ad ſupos:Cum quo uti
nā vixiſſemus.Quod idcirco p̄cipue de hoc vno
inter tot ſolitarios optauerim:quia nuſq̄ꝫ rei opta
te propinquius uotū erat.Neqꝫ enim magno diſ-
iungimur interuallo:modicūqꝫ uel cūctandū illis:
uel nobis accelerandum fuit:ut iter hoc vite pari-
ter ageremus:qđ ille cū patribus noſtris egit.Et
q̄ꝫbreui ſpatio temporis:per omnē Jtalie tractum
uſqꝫ ad Alpes quot ab eodem inſtituti ordinis cō-
uentus ſacri:Jamqꝫ ut audio Alpes ipſas deuo-
tio propagata tranſcēdit:durat religioſa ſucceſſio:
durabitqꝫ:⁊ quos in ſolitudine genuit viuūt nati
cum in palatio geniti quoſqꝫ uel ad eccleſie cardi-
nem uel ad alios gradus extulit iam pridem om-
nes obierunt:tāto ſtabiliora ſunt ſacre ſolitudinis
fundamenta q̄ꝫ ſeculi.Jrrideant licet igitur qui vi
derunt:quibus pre fulgore auri ⁊ purpure ſquali-
dus opum ſpretor ⁊ paupertas ſancta ſordebat:
Nos hominem hunc miremur:interqꝫ rariſſimos
numeremus:damnūqꝫ uocemus non vidiſſe:cuiꝰ
viſio lucrum ingens:exemplumqꝫ clariſſimuꝫ pre
ſtare poterat:altioris vite confragoſa tentantibꝰ.
Ceterum preſens fama conſecratūqꝫ viri nomē:⁊
laudatoribus ſuis fauent ⁊ arguunt inſultantes.
Gratias autē deo:tam magnanimes facti ſumus:
ut hos duos petroſ emulis carituros:⁊ puſillani
mitatem huiuſcemodi ſine exemplo noſtri tempo-
ris futuram ſperemus.

Tractatus quartus digreſſiuus querulans ⁊ deflens amiſſionem terre ſancte:negligentiamqꝫ torporem ⁊ ignauiaꝫ p̄ncipū atqꝫ pontificum noſtrorum.

¶De petro heremita precipuo ſolitudinis cultore:
occaſione cuius commemorate querele introdu-
cuntur. Cap.I.

Sed ecce qđ non putabam:rurſum uo A
cor in Gallias:dumqꝫ inter ſolitarios
claros viros tranſeo:tertium quendā
Petrum ſe preteriri nō debere:uelut
a tergo uociferantem eminus audire
mihi videor cogorqꝫ ſubſiſtere.Js eſt Petrus he-
remita:qui olim in territorio Ambianēſi ſolitariā
vitam duxit:qualē ſane non latuit:dum enim indi-
gnari ⁊ iraſci iam Chriſtus inciperet:hereditateꝫ
propriam tamdiu ſuis ⁊ noſtris ab hoſtibus con-
culcari:non ulli regum chriſtianorū pingues ſom-
no in plumis purpuraqꝫ captantium:non Roma-
no pontifici Urbano : graui licet ornatoqꝫ viro:
occupato tamen:ſed Petro inopi ocioſo ſolitario
⁊ humiliore grabatulo quieſcenti:quid fieri uellet
aperuit.Primo quidem inſpirans:ut tranſmarine
peregrinationi ſe feſtinus accingeret preſenti miſe
riarum ſpectaculo pio ꝓmptior negocio futurus:
deinde dum quo iuſſus fuerat perueniſſet:⁊ Sy-
meonis qui tunc patriarcha Hieroſolymitanꝰ erat
ceterorūqꝫ fidelium miſerando ſeruitio:ac ſacrorū
triſti ludibrio locorū:concuſſus ac gemens:⁊ ora
tiones vigiliaſqꝫ nocturnas agens : tandem ſupra
nudum eccleſie pauimentum ſomno ſuccubuiſſet:
conſopito iterum Chriſtus apparuit:iubens ut ad
vindictā ſui nominis paſtores ac principes catho
licos excitaret.Tantam ꝟo legationē tanqꝫ ſupra B
vires ſuaſ:q̄ꝫ deuote ſuſceperit:q̄ꝫ īpigre:q̄ꝫqꝫ fide
liter executꝰ ſit:Chriſtoqꝫ pijs conatibꝰ aſpirate q̄ꝫ
uotiue ſucceſſerit:non eſt huius temporibus expo
nere : preſertim cum ⁊ ſtilo tolerabili ⁊ ſermo-
ne vulgari duobus non paruis uoluminibus ea
res in populis etiā nota ſit.Et ſi de hoc quoqꝫ ſcri
bentium uarie affectos animos videā:ſed ſequor
in dubijs quibus potius credendū cenſeo:⁊ quos
rerum non hoium ſtudio agi reor:Atqꝫ utinā qua
lis exitus:talis euentus:⁊ ut felix Chriſti ultio ſic
perpetua fuiſſet:neqꝫ peccatis hominum e tanto
victorie ſucceſſu ad antiquas miſerias reditū eēt:
eo fedius:quo iterum amiſiſſe qđ noſtrum erat:q̄ꝫ
non recuperaſſe deformius nobis hoſtibuſqꝫ for-
moſius:⁊ nobis ſpei mīoris illiſqꝫ maioris aduer
ſum nos uel cuſtodie in poſterum uel crudelitatis
occaſio eſt.Nunc ꝟo quid defleam:aut quid que-
rar preſepe:caluariam:buſti ſaxum:oliueti montē:
uallēqꝫ iudicij:⁊ reliqua dilecta ſingulariter chri-
ſti.loca:ubi homo factus eſt ⁊ in luceꝫ editus:ubi
natus uagijt : ubi infans reptauit:ubi puer luſit:
ubi vir docuit:ubi viuificum nobis ſpiritum exha
lauit:ubi exanimis iacuit ſurrexitqꝫ:vnde ad infe-
ros deſcēdit:vnde cōſcēdit ad ſuperos:ubi poſtre
mo viuoſ ac mortuoſ irretractabili ſnīa iudicabit:
Terrā maioribꝰ noſtris ꝓmiſſam:nobis ereptaꝫ:
nobis debitam ſi viri eſſemus:ſpei noſtre ſedē:ar-
rā patrie eterne nunc egyptiacuſ canis tenet.Heu
quid preter gemitum ⁊ querelas relictum eſt mi-
ſero:quando ⁊ noſtri reges nil niſi delitias:⁊ no-
ſtri pontifices nil niſi diuitias amant:Populi ꝟo
uel ſerui flent:uel inſaniūt liberi:⁊ omnes que ſua

ſunt querunt:que Chriſti autem nullus:cuius pe-
culiare patrimonium nobis ſpectantibus ocioſeqꝫ
ſedentibus laceratur? Quid loquor:aut quid om-
nium occupatiſſimos ocioſos uoco: Jmmo ꝟo dū
fremimus ⁊ meditamur inania:dum ceno uolui-
mur ac libidinibus exercemur ⁊ nitimur ꝓfugas
retinere:duꝫ nūmos pauperum numeramus atqꝫ
abdimus:dum ſuperuacuas ⁊ ineptas turres in
nouiſſima Babylone cōſtruimus ut celotenus ſcā-
dat ruitura ſuperbia:humillimam Chriſti ſedem
non eſt qui tueat̄ aut vindicet? Deniqꝫ dum fratri-
bus noſtris inſidiamur:impijs hoſtibus incuſtodi
tum ⁊ inerme latus obtulimus aditūqꝫ prebuim⁹
in thalamum regis noſtri:crimen ingens ⁊ noſtra
rum frontium pudor eternus:quibus Chriſti ue-
xillū impudenter affigimus:ut tā magnifice Chri
ſti iniurias ulciſcamur:quas ipſe nutu qdeꝫ poſſet
ulciſci: ⁊ fortaſſis ulciſcit̄ ſecretiore iuſtitia:ex alto
tamen interea proſpiciens fidem noſtram.

C De reprehenſione regum ⁊ principum noſtroruꝫ:
qui ſomno:uoluptatibus:turpibus lucris:ſubdito
rum ſpoliationibus ac ceteris vitijs incumbunt: ⁊
nullus eorum terre ſancte diſpendio mouetur.

Cap.II.

A n Os aūt ul' torpemus uel ardemus animo
rum eſtibus:ecce nunc ut inexpleta cupidi
ne ⁊ flāmante odio:de prophane ſeu bar-
barice telluris anguſtijs altercantur reges ⁊ ṗnci
pes terre: ⁊ eſto conueniant in vnuꝫ:quid inde pu-
blicum bonum ſperes? Nunqꝫ Herodes ⁊ Pila-
tus:niſi aduerſus dominum ⁊ aduerſus Chriſtuꝫ
eius atqꝫ illius iuſſu conuenient: Quieſcent forte
ſomnoqꝫ ⁊ uoluptatibus incumbent:turpia lucra
captabunt: ⁊ ſubiectos quos armati ſpoliāt:toga-
ti ſpoliabunt:dumqꝫ neceſſitas belli eſt licentia pa
cis erit. Coniugem ac ſobolem omnes diligent:de
um nullus ac proximum:par corporum cura erit
⁊ incurioſitas animarum. Aurum:gemmas pre-
cioſamqꝫ ſupellectilem aggregabunt:virtutuꝫ or-
namenta deſpicient:amabunt proprios agellos:
pro his pugnare ⁊ digladiari ⁊ perire nō metuēt:
nemo erit qui terre ſancte vniuerſali diſpendio mo
ueatur: Cur queſo niſi quia ueriſſimuꝫ eſt qꝺ dixi:
hec ſingulorum videntur eſſe:illa autem Chriſti?
Jta creatoris ac liberatoris noſtri gloriam ſpernē
tes:noſtram querimus. Hec redit in mentem:his
olim moribus celo cecidiſſe Luciferum:qbus nos
celum hodie ſperamus aſcendere. Qꝺ ſi ad credē
duꝫ uerbis es tardior:utiqꝫ rebus credes:que mē
tiri ut dicitur non ſolent: Circumſpice oro ⁊ ꝑcur-
re prouincias: ⁊ quere qd agatur apud nos: Gal-
B lus ⁊ Britannus litigant. Quinqꝫ iam luſtra uol-
uūtur:ex quo non Chriſtus ⁊ Maria:ſed Mars
⁊ Bellona inter illos reges regnant: Cunqꝫ iam
ferrum utrinqꝫ lenteſcat:nihil ferrei animi molliū
tur:necdum imber ſanguineus tantas iraruꝫ lenit
ardores. Jtaqꝫ tametſi qꝺ inopinabile apud nos:
apud auos ac proauos inauditum erat:hunc mo-
do longe noſtrorum regum maximum multo im-
par hoſtis in vincula traxerit:nec fortuna amplius
tanti regni pondus ferri potuerit: Nullus tamen
ideo rerum finis primogenito capti regis arma re
tentante. Unde ut vides nunc maxime bellum to-
nat:nunc ex integro regij coeūt exercitus: ⁊ Chri
ſto refundendus ſanguis inuidie conſecratur. Hi-
ſpanus ille maior heres: ⁊ per ignauiam ſinit itra
ſuos fines fratres prohpudor anguſto in ſcopulo
maieſtatem Chriſti nefarie blaſphemari. Hic ꝟo
qui littora noſtri maris incolit:nil preter aurū Ue
netorum:ac ſanguinem Januenſiuꝫ ſitit ⁊ cogitat
Auaritie imperio illorum ſatelles:horum hoſtis.
Ab illis auro vinctus:ab his ferro victus. Jlle au
tem extremus regū ſonoris ac refluis Oceani flu-
ctibus obſorduit:ut de tam longinquo ſuſpiria no
ſtra non audiat: ⁊ in occidēte ultimo ſepultus:qd
agat oriens non curat.

C De romanorum Ceſaris ⁊ pontificis accuſatiōe:
germanos ⁊ grecos adijciendo. Cap.III.

c Eſar hic noſter:rapto diademate:in Ger- A
maniam abijt:patrijs latebris ⁊ nomine
cōtentus imperij:cuius extrema membra
complectitur:caput ſpernens:quem recuperaturū
perdita ſperabamus:ſuum ſeruare non audet:nul
loqꝫ fugiens perſequente:ſponſe ſacros amplexus
⁊ pulchre faciē horret Jtalie:tanqꝫ ſub celo aliqd
ſit pulchrius. Arguit eum:fateor:illa callens ⁊ te-
meraria fides mea:que ſumma etiam perflare nō
metuit: Excuſat ſe ⁊ eccleſie iuraſſe:ſe iurat ne am
plius qꝫ vnum diem Rome ageret: O infamē diē:
O pudendum fedus: O ſuperi: En iuſiurandum.
En religio: En pietas: Romanus pontifex ita Ro
mam ſuam deſeruit:ut eam nolit ab alio frequenta
ri: ⁊ de hoc cum Romano imperatore paciſcitur.
Quid hic loquar:neſcio: ⁊ ſi ſcirem:tacere conſili-
um eſt: Unum eſt qꝺ me tacito res loquat̄: Quo-
niam qui habitatorem urbi eripit:aratorem ſi poſ-
ſet induceret:qꝺ qꝫ iuſte uelit viderit. Germania B
nil aliud ſtudet qꝫ ſtipendiarios latrones in reipu
blice exitium armare: ⁊ e ſuis nubibus in noſtras
terras iugem ferreum imbrem pluit:dignum non
inficior:quia uolentibus accidit. Jtalia ſuis ipſa ſe
iuribus conficit: ⁊ ſi quando reſpirat:auri amor:
Chriſti amore potentior animos occupat: ⁊ per
omnes terras ac maria diſtrahit. Grecia uel ſuis
erroribus uel noſtris auerſa ſuperbijs:ouile priſti
num ⁊ paſcua noſtra contemnit.

C Qualiter fides catholica fuerit olim quaſi per vni
uerſum mundum dilatata:ſed nunc negligentia ſu
periorum multum minorata. Cap.IIII.

i Am de regibus alijs ac terrarū dominis: A
deqꝫ pontificibus noſtris loqui:ſuperua-
cuus labor:vulgata ſunt omnia. Et hic qui
dem Europe ſtatus:piget hinc longius proficiſci:
Sed attingēda ſunt vulnera:que qꝫqꝫ procul a ca-
pite ⁊ vitalibus membris:ſitu tamen ⁊ longa ſe-
gnitie putruerunt. Auguſtinus quidem oriundus
ex Aphrica:in confeſſionibus ſuis: Homeri libruꝫ
ſibi difficilem dicit:qꝺ externis Uirgilij facilem:
qꝺ ſuis hoc eſt latinis litteris ſcriptus eſt: Atq nūc
Aphricam metire: ⁊ a Nili alueo:ad Atlanticum
oceanum:uolucri meditatione perambula: Puto
nullum ibi reperies:qui litteras noſtras norit aut
diligat:niſi peregrinus forte uel mercator uel ca-
ptiu⁹ ſit. Hieronymus ad Euandruꝫ ſcribēs:poſt
Gallias atqꝫ Britannias prouincias noſtri orbis
Aphricam ⁊ Perſidem ⁊ orientem ⁊ Indiā:om
nēqꝫ barbariem vnum Chriſtum adorare confir-
mat:vnam ſeruare regulam ueritatis: Jd qꝫ ueruꝫ
hodie ſit:ne dici quidem expedit. Sed ut recenti⁹
teſtimonium noſtri dedecoris attingam: Nonne

Gꝛegorius quodam loco gratulatur ⁊ exultat:ꝙ
ſua etate Aſia tota iam crederet? Nunc heu ut a le
ua Tanais uſqꝫ ad dexteram Nili ripam:per Eoi
littoris ampliſſimos flexus ambiendo peruenias:
⁊ quicquid illos longe diſtantes mundi terminos
noſtriqꝫ maris equoꝛ interiacet:ſiue terrarum ſiue
hominum excutias:ꝗ̃uis adhuc foꝛte ibi aliquis
ſit qui Chꝛiſti nomen in ore habeat:qui tamen ue-
ram Chꝛiſti fidem habeat in coꝛde:niſi ex eodem
B genere qui peregrinatiōe:merce uel carcere teneā
tur:nullus ut arbitroꝛ eſt ibi. Sed ut notiſſime ue-
ritati quartus nunc etiam teſtis accedat:Certe in
hanc ueram Chꝛiſti religionem ſuis temporibus
concoꝛdaſſe omnes eccleſias:non ſolum in Hiſpa-
nia ⁊ Bꝛitannia:ut incipiamus ab ultimis:necnō
Gallijs:Italia: Sardinia: Cypꝛo:Creta ⁊ Dal-
macijs cōſtitutas:ſed in Cappadocia etiā ⁊ My-
ſia ⁊ Macedonia: ⁊ vniuerſa ſimul Helladia: In
ſuper ⁊ vniuerſa Aphꝛica: Pāphylia: Lycia: Iſau
ria: ⁊ in omni Egypto: ⁊ Libya ⁊ Ponto:totoqꝫ
oriente:pꝛeter paucos Arrij ſectatores ad Ioui-
nianum Auguſtum miſſa:fidelis Athanaſij teſta-
tur epiſtola:non famam ſequētis:ſed comperta re-
ferentis: ⁊ ut ipſe ait:experimento ſententiam om
nium cognoſcentis: ⁊ litterarum pignus hominū
qꝫ notitiam habentis. Sin foꝛte pluribus teſtibꝰ
res eget:Ambꝛoſius ſecundo Uocationis omniū
gentium libꝛo: ⁊ poſt eū Auguſtinus ipſe in pſal-
mo quīto ⁊ nonageſimo:Chꝛiſtiane fidei latiores
ꝗ̃ Romani imperij fines ponūt:nec peruenire po
tuiſſe iugum populi ferro regnantis:quo regnan-
tis a ligno ꝑuenerit fides Chꝛiſti. Id ſi de uero im
perio loqui eos conſtat:non de iſto qđ iam nō im-
perium:ſed imago quedam ⁊ imperij vmbꝛa eſt:
utinam noſtris quoqꝫ temporibus uerū eſſet: Pꝛo
C fecto non tota inſaniret Aphꝛica:non Perſis:non
Syria:non Egyptus:non Aſia fere omnis:nō de-
niqꝫ qđ eſt grauius maxima pars Europe. Roma
no enim imperio illi antiquo:ut pꝛeclari teſtantur
auctores:nihil omnium defuit niſi modicum oriē-
tis: Nobis heu pꝛope omnia deſunt:niſi modicū
occidentis: Quibus cū per ſe ſingulis:tum ſimul
omnibus in hac ipſa querimonia:ꝗ̃ta inſit aucto-
ritas ac fides:neminem tam infidelem tanqꝫ hebe
tem puto eſſe qui non ſentiat. Quicquid tñ hi om-
nes dicunt: ⁊ plus aliquid pauciſſimis uerbis am
plectitur Auguſtinus libꝛo Uere religionis:haud
pꝛocul a pꝛincipio: Per omnes inquit terrarū par-
tes quas homines incolunt:ſacra chꝛiſtiana tradū
tur. Dictum bꝛeue:ſed flebile nobis: ⁊ quo facile
damni totiꝰ cumulum metiare: Oꝛ ꝗ̃ quid teſtimo
nijs ſingulorum nitoꝛ:eccleſiaſtice relegantur hi-
ſtorie:quot ibi ante annos mille catholicorum no-
mina pꝛeſulum:a ſeptentrione ultimo uel oriente
uel auſtro:ad roborandum vulgandumqꝫ ſacrum
Chꝛiſti dogma coeuntiū occurrent:ubi hodie nō
dicam nullus epiſcopus:ſed ne chꝛiſtianus quidē
D vir inhabitat. Et ut leuiora pꝛetereā ſileāqꝫ alias:
quibus idem pꝛincipium par exitus ipſa uenerabi
lis urbs Nicea:ubi apoſtolicum fidei fundamen-
tum ab illis ueri opificibus tot tā ſacris ſenibꝰ tan
ta rationum calce compactum atqꝫ uallatum eſt:
ſimul ⁊ tota Bithynia:cuius illa pars eſt:ab hoſti
bus fidei poſſidentur. Ita regimur:ea noſtris pꝛin
cipibus reipublice cura eſt:ſic aliena concupiſcimꝰ
ut noſtra perdamus. Sed in alijs quidē facile me
ipſum ſilentio aut obliuione conſoler:tibi quid di-
cam pꝛodita ac deſerta hieruſalem:hoc vulnꝰ aſſi
due recens in oculis ⁊ in fronte geſtamus:hoc te-
gi diſſimulariqꝫ nullatenus poteſt:aliquantoqꝫ fa-
cilius damni ſarcinam ferimus ꝗ̃ pudoris. Cete-
rum hec ſalutis ſpes:hoc ſtudium glorie:ſic calcā-
tur ſacra:membꝛiſqꝫ languentibus noſtrum caput
impune nunc ab Egyptiaco cane diſcerpitur: ⁊ in-
ſultant pedes impij ſanctuario Ieſu Chꝛiſti:eodē
ipſo ꝓpter noſtrū dedecuſ:uel ſuas iniurias patiē
te:uel ut dictū eſt foꝛſan occultius vindicante. Et
eſt in tot tam publicis malis quiſꝗ̃ qui ueterū Ro
manorum glorie detrahere: talibuſqꝫ mendacijs
ſuum os inquinare audeat. O nos pꝛoꝛſus indi-
gnos quibus tanto celi fauore tam nullis omnino
meritis ſit conſultum: O uere gratuita dei dona:
Hic enim quando ⁊ eſtu doloris ⁊ feruore animi
rapioꝛ: ⁊ audax doloꝛ: ⁊ indignatio loquax eſt: ⁊
opima materia querularum incidit.

¶ De excellenti virtute antiquorum Romanorum in comparatione regum modernorū. Cap. V.

Ic pater:libet equidem percunctari:ſi ho- A
d die Iulius Ceſar ab inferis remearet:ani-
mum illum potentiamqꝫ ſuam referens: ⁊
Rome:hoc eſt in patria ſua viuens:ut haud dubie
faceret:Chꝛiſti nomen agnoſceret:diutius ne paſ-
ſurum credimus ꝙ Egyptius latro: ⁊ Peluſiaci
tam mollis turba canopi:ut ait ille:non dicā Hie-
roſolymam ⁊ Iudeam ⁊ Syriam:ſed ipſam Egy
ptum atqꝫ Alexandriam poſſideret:dum meminiſ
ſet olim ſe:non tyrāno impio:ſed legitimo quidem
regi:regnum ſimul ⁊ coniugem ⁊ vitam abſtuliſ-
ſet:terraſqꝫ illas ut Cleopatre dono daret:ſuo pe
riculo domuiſſe. Non quero ꝗ̃ id iuſte egerit:ſed B
animi vim ⁊ acrimoniā illā miroꝛ ac neceſſariā tē
poribus noſtris dico:ꝗ̃ facile enim fid[illegible]is effectꝰ:
Chꝛiſto ſuum reſtitueret:a quo ſe ſpir[illegible]um accepiſ
ſe ⁊ eternam gloriam accepturum crederet:qui il
lud adulterij pꝛecium donauerat concubine. An ſi
Ceſar Auguſtus:ſi uterqꝫ Scipio Aphꝛicanus:ſi
magnus Pompeius:ut mille alios taceam:eiuſdē
chꝛiſtiane fidei ſacris initiati: ⁊ in eadem urbe re-
uiuiſcerent:pati poſſent:aut pꝛimus in Hiſpania:
quam multis ante ſeculis fluctuantē:nominis ſui
maieſtate compoſuit:aut ſecūdus in Aphꝛica:quā
tributariā alter fecit:alter euertit:aut tertius ſub
arcto ⁊ per orientem:ubi tot colla regum vinculis
innexuit:Chꝛiſti ſui nomen eſſe conceptui? Si eni
pꝛo terrena patria uere fidei luce carētes tanta ſūt
auſi:quid non auſuros Chꝛiſto duce feliciter cre-
diderim pꝛo eterna?

¶ Qualiter noſtri pꝛincipes comparantur Mahometho. Cap. VI.

Oſtri autem pꝛincipes ac duces elatiſſimi A
n hominum:in thalamo leonibus foꝛtiores:
in cāpo ceruis timidiores:ora virilia mu-
liebꝛibꝰ animis dehoneſtāt:ad nocturna bella ꝓm
ptiſſimi:imbelles ad reliqua: ⁊ ad nil aliud animo
ſi ꝗ̃ ad luxurie ſtudium virtutiſqꝫ odiū:quos imi-
tari nequiunt quoſqꝫ uel uenerari uel mirari ſaltē
taciti debuerant:inſectantur ac ſpernūt. Nihil au-
tem inſoliti eſt:ſi virtutis exempla virtutis hoſti-
bus ſunt moleſta: Aut ſi Mahomethi fautores:ut
in multis in hoc quoqꝫ ſecum ſentiunt. Ille quidē

ut ſcriptum teneo:Mecham ex urbibus ac Hiero
ſolymam benedicens:Romam ⁊ Antiochiam ma
ledixit.Et quoniam iuuat impietatum ſuarum co
gitando cauſas querere.In Mecha equidem ⁊
Roma nihil eſt quo mouear.Quid enim noui eſt:
ſi Mecham urbem:mechus ⁊ impurus homo di
lexit: pꝛophanum omnis impietatis habitacu-
lum:dignumqꝫ commaculati ⁊ inceſti ſui coꝛporiſ
hoſpitium:Ibi enim ſceleratius ⁊ infamis pꝛedo
ſepultus eſt:luporum coꝛuorumqꝫ viſceribus di-
gnioꝛ:Et iacet ille carnifex in medio gentis ſue:ſū
mo cultu ac reuerentia pꝛoꝛſus indigna:cum tamē
heu doloꝛ:Chꝛiſti tumulus irreuerenter ab hoſte
poſſeſſus:non ſine graui periculo ⁊ infami penſita
tione tributi:raro furtiꝫ a fidelibus adeatur.Rur
B ſum ꝓ o quid miri eſt ſi nefande ſuperſtitionis arti
fex:ſuis artibus infeſtam almam urbem aſperſam
ſacro ſanguine martyrum:eminentiſſimamqꝫ arcē
religionis ac fidei oderit:pꝛecipue metuens vnde
potiſſimum uenato dogmati ſuo poſſe ueriſimili-
ter excidium pꝛouenire:ſimul id recolens tot inde
ruinas ⁊ graues caſus:diuerſis iam temporibus
Perſis:Medis:Egyptijs ⁊ Chaldeis:ac maiori
bus ſuis Arabibus pꝛoueniſſe iuſtum pene odiuꝫ
ſibi conflauerant metus ⁊ doloꝛ:Miroꝛ magis ſi
non ⁊ Niliacas ſolitudines odio habuit:in quibꝰ
audierat Antonios atqꝫ Macharios tot miracu-
la:tot virtutes:ſolo Chꝛiſti nomine peregiſſe.Nec
dubito ⁊ illas odiſſe eum:magiſtrum uoluptatuꝫ:
⁊ totius obſcene libidinis incentorem.Illud ani-
mum tangit:vnde uel amoꝛ Hieroſolyme uel An-
tiochie odium.Sed inducoꝛ ut ſuſpicer ciuitatem
ubi aduerſarium eius Chꝛiſtum:aduerſarium pla
ne:quis foꝛte de ipſo pꝛopter maieſtatem ⁊ glori
am nominis eius palam obloqui non auderet:tot
contumelias:tot flagella:tam crudelem moꝛtē per
tuliſſe meminerat:⁊ gaudebat amaſſe illum quaſi
locum odij ſui in Chꝛiſtum inuidieqꝫ participem:
⁊ ſi amorem queꝫ ferino in coꝛde pepererat:Chꝛi
C ſti moꝛs:eiuſdem reſurrectio extinxiſſe debuerit:
Sed illam homo inſenſatus ⁊ impius ⁊ cecus re
gnandi cupidine nō videbat.Antiochiam ꝓ o odiſ
ſe:ꝙ illic pꝛimo cognomen chꝛiſtianitatis exoꝛtuꝫ
eſſet:qͦd apoſtolorū actus indicāt:⁊ Petrus apo-
ſtolus Chꝛiſti amicꝰ:⁊ chꝛiſtiane dux ac ſignifer
cohoꝛtis:illic pꝛimam pontificij cathedram cōſcē-
diſſet:quaſi harum altera quātū in ea fuit ⁊ Chꝛiſtū
⁊ chꝛi nomē oppꝛeſſit:altera Chꝛiſti ⁊ nomē ⁊ vi
carium celebꝛi ueneratione ſuſtulerit.Nullum ſa-
ne locum odioſiorem illi quā Bethleem fuiſſe con-
iecto:Tacuiſſe autem nomen illud hominem licet
indoctum:natiua tamen ingenij calliditate uerſu-
tum:ne nimis apertas odiorum cauſas expꝛimere
videretur.Hactenus gratum mihi ⁊ lectori nō in
gratum puto diuerticulum pꝛebuerim.

¶De deteſtatione catholicorum pꝛincipū eo ꝙ pꝛe-
A cipuam curam patrie negligant. Cap̄.VII.

Empus eſt ut vnde diſceſſimus reuerta-
t mur.Ego itaqꝫ meſtitie ſtimulis impulſuſ
qͦd ſolum potui candenti ⁊ ignita littera-
rum acie:indelibileꝫ hanc infamie notam populis
atqꝫ pꝛincipibus noſtris incuſſerim:qui tot inutili
bus:immo damnoſis ⁊ impijs curis impliciti:ho
neſtam hanc ⁊ debitam pꝛecipuamqꝫ curaꝫ patrie
negligunt:patrie inquā eterne noſtreqꝫ Hieruſaleꝫ:
non huius que in terris:ſed que ſurſum eſt in celis
matris noſtre:vnde nunc exulamus:cuius imagi-
nem hec impoꝛtat:que ſi per ſeipſam extimet:nec
patria eſt noſtra:⁊ meritum caſum paſſa ⁊ grauio
re odio digna eſt:quippe que deum ſuum qui ſub
ueſte humili eam ſaluare deſcenderat:multis licet
⁊ magnis de nube carnis miraculorum fulgoribꝰ
coruſcantem:auſu ſacrilego ⁊ cōſenſu nefario cru
cifixit.Ea quāuis impietas ſibi peſtilens:mūdo uti
lis foret:dum in crucem actum quaſi de loco altio
ri adorandum gentibus demonſtrauit.

¶Q ꝙ non pꝛo omni ſed pꝛo qua patria ſit merito pu-
gnandum. Cap̄.VIII.

On pꝛo patria qualibet audenda ſunt om-
n nia:quāquā qui auſi ſunt:multis ad celuꝫ lau- A
dibus efferātur.Laudatur ex noſtriſ Bꝛu
tus:laudatur Mutius:laudatur Curtius:laudan
tur Decij:Fabij:Coꝛnelij:ꝙ ſanguinē ſuuꝫ pꝛo pa
tria effuderint.Laudantur ⁊ exteri.Similis eniꝫ
virtus:non diſſimilē laudē meret.Codrū ac The-
miſtoclen Athene laudant.Lacedemon Leonidē:
Epaminūdā Thebe:Carthago Philenes fratres
Alieqꝫ urbes ciues alios:de quibus omnibꝰ ſi qd
ſentiā queris.Celeſtis amanda reſpublica eſt:quā
non tumultus tribunitij:non ceſſiones plebis:non
ſenatus inſolentia:non inuidia ſimultatum:nō bel
la ciuilia:non externa perturbant:pꝛo qua quiſquis
ſanguinem ſuuꝫ dedit:bonus ciuis ⁊ pꝛemij certꝰ
eſt.Non ꝙ ideo temporalem hanc terrenamqꝫ pa
triam deſerendam rear: pꝛo qua ſi res exigat pu-
gnare etiam iubemur:Sed ita demum:ſi iuſtitia
regitur ⁊ legibus equis viuit:qualem aliquo tem
pore fuiſſe rempublicam Romanorum:Saluſtiꝰ
ac Liuius multiqꝫ alij ſcripſere.De quo in pꝛimis
acritꝰ copioſeqꝫ diſputat Cicero in his libꝛis quos
de re publica ſcripſit:quibus facile conſentirem:
ut tunc etiam dum toti oꝛbi vim faceret: ⁊ violen-
tiſſima videretur iuſta eſſet:qͦd hiſipſis qui coge-
bantur expediret cogi:⁊ vnum idqꝫ non niſi opti-
mum ⁊ excellens rerum caput eſſe mūdo:licet gu
ſtu aſperum certe neceſſarium foret:niſi qͦd dicaꝫ
huic ſententie uehementer obſtaret: ꝙ ſcilicet ⁊
ſi inter homines iuſtitiam ſeruarent:cuiqꝫ ius ſu-
um tribuendo:⁊ illis Romanis artibus a poeta
deſcriptis:paci morē imponēdo:pcēdo ſubiectis
⁊ ſuperbos debellando:quāuis ut pꝛeclare ait Cice
ro idem alibi:Imperium populi Romani benefi-
cijs teneretur:nō iniurijs:bella aut pꝛo ſocijs:aut
de imperio gererent:exitus bellorū eſſent:aut mi-
tes aut neceſſarij regum:populorum:nationū:poꝛ
tus eſſet ⁊ refugium ſenatus.Noſtri autem magi
ſtratꝰ Imperatoreſqꝫ ex hac vna re maximā lau- B
dem capere ſtuderent:ſi pꝛouincias:ſi ſocios equi
tate ⁊ fide defendiſſent:eſſetqꝫ ueriſſimū qͦd illud
patrocinium oꝛbis terre uerius quā imperium pote
rat nominari:quāuis hec inquam ſic erga homines
ſumma iuſtitia ⁊ innocentia Romanorum illiꝰ tē-
poris acta conſenſerim:iniuſtos tamen in deū fuiſ
ſe non ambigitur:cui non leue aliquid:ſed ſeipſos
abſtulerant fugitiuorum more ſeruorum ſui furtū
domino facientes:quodqꝫ grauiſſimum furti ge-
nus cultum illi debitum eius hoſtibus exhibētes
que nimirum iniuſtitia multo eſt maioꝛ:quā ſi vici-
no fundus auitus aut mancipium raperetur.Qui
locꝰ ab Auguſtino in ſue celeſtis reipublice libꝛo

excuſſus curioſeqꝫ tractatus eſt. Quid ꝟo ſiquis naſcendo patriam nactus iniuſtam malis moribꝰ quales fere nũc omnes vides: num pꝛo tali ſanguinem fudiſſe laudabitur? Nihil minus quippe qui malis viris: impꝛobis ciuibus impunitatem publicam facinorum: pꝛopꝛia moꝛte queſierit: Hunc tu mihi laude dignum ac memoria q̃ꝫ multis ob hãc cauſam contigiſſe quidem legimus: hunc tu mihi per gloriam viuere dixeris: Ego ⁊ vite pꝛodigum ⁊ bis moꝛtuum dicam: qui ſimul coꝛpus atqꝫ animam: ſimul hanc vitam pꝛoiecerit ⁊ eternam. Cõ-
C tra autem ne longius uager: pꝛo celeſti hieruſalez pꝛo patria illa perpetua que beatum nobis ſpõdet habitaculum ſine fine: ſine labore: ſine ſollicitudine: ſine metu: ſine ulla deniqꝫ moleſtia: In qua nil turpe: nil impium: nil iniuſtum habitat: quid non uel audere uel aggredi iuſtuz eſſet: ſi quid pietatis aut iuſtitie eſſet in nobis? Jaz uere ut Petrus a patria: ſic ego longius ab incepto peregrinatus ſum: hoſqꝫ mihi animos vnius ſolitarij ſenis occurſus dedit: ut oꝛientale noſtrum obpꝛobꝛium: occidentis pꝛincipibus ac populis expꝛobꝛarem. Qua in re tam efficax utinam dextera mea ſit q̃ꝫ illius lingua fuit: qꝺ fruſtra me optare certe neſcio: uereoꝛ magis ne impoꝛtune nimium ⁊ audacter hec locutus videar inter illos quibus libertas animi temeritas: ⁊ ueritas furoꝛ: ⁊ admonitio omnis iniuria eſt: Utcunqꝫ res accepta erit: ego his uerbis ⁊ digreſſione hac leuatus graui ⁊ moleſto faſce querelarum ad ſuſcepte narrationis iter alacrioꝛ redeo.

Tractatus quintꝰ regreſſiuus ad alia altioraqꝫ ſoltiariorum exempla.

De ſolitudine ſanctiſſimi Joannis baptiſte: atqꝫ beate Marir magdalene: que ex hoc ſorori pꝛefertur. Cap. I.

A q Uid ꝟo nunc minoribus immorer: Jlle inter natos mulierũ maximus Joannes: ſanctus ab utero: quem e ſummo celi faſtigio uenturus ad terraz Chꝛiſtus: ut rex nuncium: ut pꝛeconez iudex: auroram dies ⁊ luciferũ ſol pꝛemiſit: non ſe tutum credidit niſi deſerti antra tene-
B ra etate ſubijſſet. Fecit idem Maria poſt peccatũ: non in populis longum conſpici aut habitare in palatijs elegit: ſed patriam fugiens in has terras uelut in oꝛbem alterum delata: perſeueranter latuit hic in finem: ⁊ pꝛo domo habuit nudam ⁊ concauam illam rupem quam vidiſſe te arbitroꝛ: Neqꝫ enim pꝛocul hinc abeſt ⁊ locus eſt ſacer quodam hoꝛrore uenerabilis: ac viſitari de longinquo etiã non indignus: ubi ⁊ ſepe me fuiſſe ⁊ tres olim noctes totidemqꝫ dies non ſine uoluptate alia q̃ꝫ que in urbibus capi ſolet: exegiſſe memini. Jllic dulcis ac felix Chꝛiſti hoſpita: non oꝛnaticũ ſeruitio puellarum: ſed obſequentium miniſterio angelorum viuens ac moriens uſa eſt. At nil tale fecit Martha ſoroꝛ: dicat aliquis: ⁊ tamen ſancta eſt? Non inficioꝛ id quidem: ſed certe multo ſanctioꝛ Maria que id fecit: Jure igitur ab illo ſummo ⁊ infallibili rerum extimatore de optime partis electione laudata eſt: ut ſi uerum eſt quod doctorum hominuz habet aſſertio: ſub duarum ſororum integumẽtoꝛ pꝛeter hiſtorie ueritatem duplicis etiam vite myſterium contineri: nullus dubio relinquatur locus quin contemplatiua ſollicite actuoſeqꝫ vite ⁊ chꝛiſti iudicio pꝛelata ſit: ⁊ electione pꝛeſertim Chꝛiſti fidelium pꝛeferenda.

De ſolitudine Jeſu Chꝛiſti domini ⁊ ſaluatoris noſtri. Cap. II.

A q Uis ergo miretur ſi peccatoꝛ tot circũſeſſus ab hoſtibus: tutas cupide fugit in latebꝛas: ⁊ imbecillitatis ſue memoꝛ: ⁊ tot exẽplis admonituſ nõ humanis tãtũ: ſed diuinis? Cũ enĩ ualida oĩa: tũ illꝺ ĩexpugnabł'e qꝺ ip̃e ſaluatõ fons oĩum ſalutariũ exẽplorũ: q̃; q̃ꝫ nec egẽs ſolitudinis: nec frequentie metuens: ut doctrinam tamẽ ſuam factis aſtrueret: in montem oraturus aſcendit: ſolus orauit. Jn ſolitudine ieiunauit. Jn ſolitudine tẽtãtẽ vicit aduerſariuz: Poſt in multitudine lz uolẽs ab aduerſarijs perimẽdus. Jn ſolitudine bis paruo conuiuio ⁊ pauculis panibus paucioribuſqꝫ piſciculis inextimabilem ac famelicam turbam pauit: cuz ſaturitate mirabili: tum ingenti miraculo fragmentorum. Jn ſolitudinem tanq̃ꝫ locũ cõſolationis ⁊ pacis: audita Joannis moꝛte ſe cõtulit. Deniqꝫ in loco cãpeſtri turbas docuit: Jn excelſo monte tranſfiguratus eſt: ubi ſupꝛa eum uox eterni patris intonuit. Jn monte etiam pernoctauit orans. Et rurſus in montem oraturus ac moriturus aſcendit: non contentus niſi parumper auulſus a ſuis: orationi pꝛope nouiſſime magis magiſqꝫ ſolitarium locum quereret: facto docens ut ⁊ nos artis in rebus ſolitudinem quereremus. Jdez
B ⁊ offerendum regni pondus reſpuẽs: ſolus in mõtem fugit: etiam nondum tempeſtiue moꝛtis periculum in ſolitudinem declinauit: ut nos ⁊ foꝛtune blanditias ⁊ minas in ſolitudinem fugere ⁊ ex alto contẽnere doceremur. Que ſi uera omnia: ſi teſtimonijs euãgelicis nota ſunt: dubitamus adhuc chꝛiſtiani homines quid nobiſ de ſolitudine ſentiendum ſit: de qua ita ſenſiſſe magiſtrum ⁊ ducem ⁊ dominum noſtrum ſcimus? Cuius ut dictuz eſt pꝛecurſoꝛ ab ipſo p̃moꝛdio in ſolitudine vitã egit: Cuius tot amici idem vite genus ⁊ pꝛius elegerãt ⁊ poſtmodum elegerunt: Cuius poſtremo mater virgo: deo grauida: confeſtim in montana pꝛexit: in ſolitudinem anteqꝫ naſceretur: ſacri uteri beatiſſimum pondus ferens: cui pꝛofectioni ſpiritũſanctum ducem fuiſſe fidelium nullus heſitauerit.

Ex epilogatione dictorum vitam ſolitariam commendans. Cap. III.

A b Js autem ⁊ ſi qua ſunt eiuſmodi: nã neqꝫ cuncta cõcludere uel neceſſarium fuit uel tam parua licuit papyro: ingens ⁊ ſolitudinis laus eſt: ⁊ ad imitandum ſtimulus exemplumqꝫ. Pꝛofecto enim quiſqꝫ hec audiet: ſi eadem aſpirat idem faciet: nec ad vnum terminum diuerſa feretur via: pꝛeſertim cum neqꝫ rectioꝛ neqꝫ compendioſioꝛ ulla ſit. Et nimiruz a populis ꝓpoſito atqꝫ opĩone diſtantes: haud abſonuz videri debet: ſi ut ſtudiorum: ſic locorum quoqꝫ diſtantia uel diſſimi

litudine ſeparemur:diuerſos animos diuerſi habi
tus decent diſtincteꝙ manſiones:plerūꝙ contra
ria infeliciter miſcentur:amanda nobis ⁊ in fami
liaritatem admittenda ſolitudo eſt. Idꝙ non ho
neſtatis tantum:ſed ſecuritatis cauſa:Ut enim ra
rus luxus in ſiluis:ſic in urbibꝰ perrara modeſtia
B eſt.Quiſnam ꝟo rationi aut virtuti locus eſſe po
teſt:ubi ⁊ exemplis ⁊ conſilijs malis eſt imperiū:
ubi opinionibus falſis occupata omnia:⁊ conſue
tudini datum regnum ac preſcriptus error:quaſi
quicquid delectat ⁊ deceat?Ubi non queritur qd
in re fit:ſed quid agi ſoleat aut quid plurimis vi
deatur:quo fallacius teſtimonium nullū eſt:Cre
de igitur mihi qſqs aut virtutē ſequeris:aut viti
um fugis:ut hanc teneas:neue ab illo tenearis:an
ceps tibi in populis eſt mora.Quid enim ibi vide
as niſi contentiones:adulteria:fraudes:iniurias:
furta:rapinas:homicidia? He te artes excipient
primo urbis in limine:he rerum imagines circū
uolabūt:hec exempla circumſtrepent:difficillimū
erit quin ⁊ ſi alius fueris quales cunctos inuene
ris:talis fias.

¶ De Dauid rege quibuſdamꝙ patriarchis ſolita
rie vite cultoribus. Cap.IIII.

A Eu tibi nunc forte ſpes melior blandiatur:
b quaſi uel aliud auditurus viſuruſue uel in
ter lubrica conſtantiore ueſtigio manſurus
ſis:innocentioris eui ⁊ altioris viri exemplo diſce
quid ſperes.Dauid certe rex erat ⁊ ſanctus ⁊ ſa
piens ⁊ propheta:⁊ tamen contriſtatus ⁊ contur
batꝰ ⁊ formidine mortis ⁊ timore ac tremore ob
rutus tenebriſꝙ contectus:qd aliud vidit niſi ini
quitatem ⁊ contradictionē in ciuitate:ut ſuis utar
uerbis:⁊ ſuper muros eius iniquitatem ⁊ laborē
in medio eius ⁊ iniuſtitiam:⁊ non deficientes de
plateis eius uſuraꝫ ⁊ doluꝫ?Propter qđ ipſe quo
ꝙ tātorū rector ac debitor populorum:pro ſalute
ꝓpria elōgauit fugiēs ⁊ māſit in ſolitudine:expe
ctās dn̄m qui eū a tēpeſtate animi ſaluū fecit.Nē
pe meminerat ſibi in ſolitudine diuinitus oblatū
regnū:ſeꝙ nō fratribꝰ tātū ſuis qui in ciuitate erāt
maioribus natu:ſed regi etiam Iſrael qui erat in
regia diuino iudicio prelatum:eumꝙ ipſum regeꝫ
ſibi implacabiliter aduerſantē:in ſolitudine ac ſpe
luncis bis in manus ſuas traditum ac dimiſſum:
tā manifeſtis indicijs innocentie ſue ut ora chla
mydis haſtaꝙ regia procul oſtenſis:immiteꝫ licet
animum beneficio victum flere compelleret:Re
putabat tamen inde ſecum ut bis in ſolitudine ma
B gni hoſtis:⁊ qua nulla clarior victoria bis animi
ſui victor:in Hieruſalem ꝟo victus libidine:indi
gnum maieſtate regis ſcelus:turpi adulterio de
generem fraudem ⁊ homicidium crudele coniun
xerat.Conferebat cuꝫ Iſaac ſolitudine:ſorteꝫ ſuā
urbanam cogitans:ut illi poſt diei medium medi
tandi gratia in agrum egreſſo ⁊ per viam deam
bulanti:felix caſtūꝙ coniugium:ſic ſibi poſt meri
dianum ſomnum uoluptuoſe deambulanti in ſo
lario regie domus:aliena coniugia fedandi uolun
tatem impiam ac ſuperbam ⁊ occaſionem peniten
dam ac miſeram contigiſſe.Iure ergo periculoſaꝫ
⁊ infauſtam urbem fugiens:tutam ac feliceꝫ in ſo
litudinem ꝓperabat.Quod ſi de chriſto dictum
accipimus:ut quidam uolunt:eo maius ad id de
quo agitur argumentum eſt:quo non modo Da
uid:ſed omnium maior eſt chriſtus.Non ſine cau
ſa equidem ut ſermonis illius extrema cuꝫ primis C
iungam:de ipſo Abraham ſcriptum opinari licet:
ꝙ eduxit eum dominus foras:⁊ ait illi:Suſpice
celum:Meo nanꝙ iudicio qui celum vult ſuſpice
re:quiꝙ celeſtia contemplari:educēdus eſt foras:
eo ꝙ in urbibus obiectu multaruꝫ ⁊ malarum re
rum mortalis obtunditur ac prepeditur obtuitus.
Ita dico educendus foras:ſed educēdus a domi
no:alioquin nuſꝙ̄ tutus piaculis noſtris in media
nos deſerta ſequentibus ⁊ maria alta tranantibꝰ:
Unde eſt ꝙ non ducem deuꝫ ſed concupiſcentias
ſuas ſecuti qdā in ſolitudine corruerūt.Nec igno
tum habeo ut Loth iuſtus in Sodomis in monte
peccauit:q̄ꝫq̄ꝫ enim qd fecerit ignorauit:ut ait Hie
ronymus:Et q̄ꝫq̄ꝫ uoluntas non ſit in crimine:ta
men error in culpa eſt:Hoc eſt ergo in quo excuſa
ri vir in ceteris iuſtus ⁊ integer non poſſit:ꝙ ita ſe
vino obrui paſſus eſt:ut uel ignorans probrum il
lud admitteret:quod cogitare ſciēs ac ſobrius hor
ruiſſet:Leuo pede igitur aſcendit in montem:me
lius forte manſurus in Segor quam imbecillitati
ſue ſedeꝫ ſponte delegerat.Sane clarior teſtatior
ꝙ res eſt:q̄ꝫ ut tot opem exemplorum flagitet:eos
qui celo inhiant:non ſonores urbium conuentus:
ſed tacitas ac tranquillas ſolitudines optare:ubi
deus illis aſſidue ſupra ierticeꝫ eſt:mundus atꝙ
humana ſub pedibus.

¶ Tractatus ſextus:De exemplis quorū dam a chriſtiana religione alienoruꝫ:qui vitam ſolitariam ſectati ſunt.

¶ De vita:moribus ac ritu Brachmanarū:⁊ ſolitu
dine famoſi viri Calani. Cap.I.

T Empus erat ut finem facerem: A
Nam ⁊ deſtinatꝰ operi modus
t excedítur:⁊ me alie uocant cu
re.Tu ꝟo iam nimium ſermone
hoc:ab officij maioris intentio
ne diſtraheris:Sed temperare
mihi nequeo:quo minꝰ aliquot
exempla ex alio genere hominum attingam:eoruꝫ
qui aliquam rarioris fame materiam ingenio mo
liuntur.Sileo autem Gymnoſophiſtas quos per
ultimas ⁊ vmbroſas Indie ſolitudines nudos:
quod ipſum nomen indicat:ac uagos philoſopha
ri ſolitos ferunt.Preterea Brachmanas:de qui
bus Ambroſij nomine prenotatus liber a nonnul
lis oſtenditur:qui trans Gangen in orientis extre
mo:ſaluberrimis auris ⁊ ſolitaria regione habi
tant:que q̄ꝫtum opinione aſſequor haud longe ſe
mota ab illis eſt locis ubi terreſtris paradiſus eſſe
creditur:⁊ ipſi per ſiluas uagi ⁊ nudi:quos dice
rem a Gymnoſophiſtis nec ſecta nec moribus dif
ferentes nec re ulla niſi loco forſan aut nomine:ni
ſi Bardaſanes vir Babylonius:⁊ ob id ſaltem vi B

cinitate plagarum fidem meritus: Gymnoſophi-
ſtas apud Jndos in duo dogmata diuiſiſſet:quo-
rum vnum appellat Bꝛachmanas:alterum Sa-
maricos. Cuius contra Iouinianuʒ meminit Hie
ronymus:ut appareat generis nomen eſſe Gym-
noſophiſtas:Bꝛachmanas ſpeciei:ꝙuis non me
lateat ex his que in pꝛohemio diuinarum ſcriptu-
rarum Hieronymus idem narrat:longe aliam ſen
tentiam naſci poſſe. Sed ne hic ſcrupulus ceptum
opus impediat:p̄teruehar ⁊ id potius ſequar qđ
B inſtitui. Eſt itaqꝫ Bꝛachmanarum gens:ut aiunt:
⁊ continentia ⁊ puritate mentis eximia ⁊ contem
ptu diuitiarū ⁊ graui multū uenerāda ſilētio: Jn
quo illis nō in fabellis anilibꝰ:ut multis: ſumma
auriuʒ uoluptas:id nō hoīum clamoꝛ: aut Sym-
phoniacū carmē obrūpit:ſʒ uel cantꝰ auiū uel hym
noruʒ ſonus:qđ vnū lingue exercitium habēt:om
ne illis deſiderium:omnis ſpes non niſi in futuri
ſeculi vita eſt: Cibus ex herbis aut arborum bac-
cis:ueſtis ex frondibꝰ ſi qua tamen eſt ueſtis: Po
ſtremo tectum ex ramis:lectus ex floribus:potus
ex fontibus: Horuʒ vnus Calanus ille fuit cuius
ad Alexandrum Macedonem fertur epiſtola:cui
etiam inſtantem vite exitum iocando pꝛedixit:cuʒ
ipſe ſuccenſa lignorum ſtrue more gentis ad uolū
tariam moꝛteʒ iret: Cuius ⁊ greci ⁊ noſtri ſcripto
res meminerunt. Uir apud nos famoſus:infamis
inter ſuos:qđ quaſi diſcipline ſeuerioris ⁊ moris
patrij deſertoꝛ:ad uerboſam grecie philoſophiam
⁊ delitioſam molliciē tranſfugiſſet: Jn quem acri-
ter quidem omnes:ſed acrius cunctis inuehitur il
le uenerabilioꝛ nudus ſenex Dādamus coetaneus
ſuus:ſed nec externis moribus nec dogmatibꝰ pe-
regrinis infectus: Cuius quoqꝫ epiſtolā neſcio ani
moſam magis an uerboſam:ad eundem regem in
aliorum ſcriptis inuenio. Nam Calani epiſtolam
quaʒ dixi:ne quis dubitet:ipſe Ambꝛoſius epiſto-
lis ſuis immiſcuit:huius ꝟo nō epiſtola:ſed cum
ipſo rege colloquium extat. Longum quidem ⁊
ab omni parte liberrimum:in eo libꝛo quē de Bꝛa
chmanarum vita ſuo nomine ſcriptum:ſupꝛa retu
li:qui licet non plene mihi redoleat Ambꝛoſij ſti-
lum:inter Ambꝛoſij tñ libꝛos medius eſt: ingenti
quodam ⁊ uenerabili ⁊ uetuſto uolumine libꝛorū
eius:qđ in Archiuo Ambꝛoſiane Mediolanēſis
eccleſie cuſtoditur. Oꝛtum ſane haud foꝛtuitis ſu-
ſpitionibus auguroꝛ:non Ambꝛoſij:ſed Palladij
B liber eſt. Quiſquis autem ſit Auctoꝛ:narrat certe
qđ auditu foꝛſitan non fuerit iniucundum:detuliſ
ſe illi regem munera:aurum:argentum:ueſtes:pa
nes:oleum. Jllum omnia pꝛeter ultimum contem
pſiſſe:ꝙ aurum ⁊ argentum diceret:uſqꝫ adeo nul
lius eſſe momenti:ut nedum viri animum capere:
ſed nec ullam quālibet circūuolitantium auicula-
rum ad canendum dulcius poſſent inducere. Ue-
ſtes nō ut ſuperuacuas modo reſpueret:ſed ut im
pedimentum libertatis ac vinculum abhoꝛreret.
Panem ignis quaſdam quaſi reliquias irrideret.
Sed ne ad vnum regalium munerum contēptoꝛ
exiſteret:ſumpſiſſe oleum refert: ⁊ mox magna li-
gnoruʒ congerie ſuccenſa:ſuperfudiſſe:flammaqꝫ
clariſſima erumpente:perbꝛeuiter quidē ut in om-
nibus omnipotenti deo gratias egiſſe:quaſi hoc
illi ſacrificij genus eſſet. Et de hoc quidem ſoli-
C tario ſene hactenus:de quo rurſum deqꝫ omni ri-
tu gentis illius:quid in totum pꝛonunciem igno-
ro. Nuditas nanqꝫ illa non placet:ꝙ talibet elemē
toruʒ clementia: Neqꝫ enim tantū frigoribus:ſed
pudori modeſti amictus honeſtate conſulit: Quā
uis ut ſcriptum eſt: Genitalia uelare ſoleant:cete-
ra nudi: Non placet icurioſitas beluina:ſomni ci-
biqꝫ ne dum extremuʒ curioſe vite fugimus:in cō
trarium relabamur: Placet hac in re ut in multis
Ciceroniana temperies: Adhibenda inquit eſt mū
dicia non odioſa:neqꝫ exquiſita nimis:tantūqꝫ fu-
giat agreſtem ⁊ inhumanam negligentiam: Eadē
ratio eſt habenda ueſtitus:in quo ſicut in pleriſqꝫ
rebus:mediocritas eſt optima: Hinc inquam mi-
hi vite modus placet: Sit ſomnus bꝛeuis:cibus le
uis:potus facilis:humilis toga:modo aliquid in-
ter habitum ac thorum menſamqꝫ hominis ⁊ pe-
cudis interſit. Non quero tectoruʒ diuites caſus:
atqꝫ aureas ruinas:non q̄ro celato argento ⁊ eſtu
antibus epulis graues menſas. Nō imemoꝛ adeo
mei ſum:ſed in omnibus modum quero:non pꝛohi
beo interdum humi diſcūbere aut ſopiri:ne fami-
liarem meum impꝛobaſſe videar:qui ait in epiſto-
lis: Cena bꝛeuis iuuat ⁊ pꝛope riuum ſomnus in
herba. Totū ꝟo ſub diuo tēpus agere:nō tā homi
nū ꝙ urſorū iudico:ꝙuis ille ſe celi pꝛo tecto ter-
rā totā pꝛo lecto habere glorietur:uerū hec in cō-
paratiōe grauioꝝ leuiſſima dixeris. Jlle puerſus
mos moꝛtis anticipāde:ut ꝙſi vita eorū nō ab alio
ꝙ ab eis ſit: e ſtatione coꝛporis iniuſſu dei abire
liceat:cum uelint qđ non ſolum fides chꝛiſti dete-
ſtatur:ſed philoſophoruʒ quoqꝫ clariſſimi. Ut ꝟo
dementie hoc:ſic illud impoꝛtune ſuperbie eſt:qđ
ſe peccatum non habere confirmant:ſeducentes ſe
⁊ mendacem facientes ſpiritūſanctum:qui per os
Joannis apoſtoli inſolentiam hanc retūdit:ad cō-
feſſionem ⁊ penitētiaʒ nos inuitās. Hec ſunt que D
me oſtendunt in hac ſecta. Et ſi neſcius non ſim:ſe
nem ipſum qui Alexandro in frontem multa cū li-
bertate reſtiterit: ⁊ mihi ſi adſit pꝛo ſua hereſi ma
gnifice reſponſurum. Ex diuerſo autem placet ille
contēptus mundi:qui iuſto maioꝛ eſſe nō pōt:pla
cet ſolitudo:placet libertas que nulli gētiū tāta eſt
placet ſilētiū:placet ociū:placet qes placet itēta co
gitatio placet itegritas atqꝫ ſecuritas:mō temeri
tas abſit:placet animorū equabilitas vnaqꝫ ſemꝑ
frons ⁊ nullius rei timoꝛ aut cupiditas:placet ſil-
ueſtris habitatio fontiſqꝫ vicinitas:quem ut in eo
libꝛo ſcriptum eſt:quaſi uber terre matris incoꝛru
ptum atqꝫ integrum in os ſuum mulgere conſueue
rat. Mouetqꝫ me fateoꝛ collocutio illa grauiſſima
cum Bꝛachmanorum omnium:tum pꝛecipue Dā
dami:de qua pauloante dicebam:cum Alexādro
habita: Jn qua non illi vni:ſed vniuerſo pꝛopemo
dum generi humano expꝛobꝛantur ſcelerum innu
merabilium acerui:nominatim inexplebilis auri
ſitis:inhumana feritas:odium omnium contēptuſ
qꝫ dei:puerilis diuitiarum admiratio:femineuſqꝫ
marium oꝛnatus:tumoꝛ animi:tremoꝛ moꝛtis:in
conſultus appetitus glorie:ad hec lingue lapſus:
multiloquium inane: ⁊ loquenti ſepe noxium:phi
loſophia omnis in uerbis:ſenſus in labijs:vite ſer
mo contrarius:inconſideratio actionum penitētie
pꝛoxima:infinita rerum indigentia per auaritiam
inuecta:affectuum inteſtina diſcoꝛdia: ⁊ exterioꝛ
membꝛorum multa rebellio:multa moruʒ peruer-

ſitas: atqꝫ ante alia cedis amor ac bellorum ſtu-
dium: domeſtici quoqꝫ victus enormitas: preceps
ebrietas: ⁊ gula ſui hoſtis ac pernities alumni: ridi-
cula ciboruꝫ conquiſitio: ⁊ in primis eſus carniũ:
ubi premordaciter nos non bobus equiſqꝫ uel cer
uis: ſed lupis ac leonibus pares dicit: atqꝫ arden-
tiore conuitio mortuorum etiam corporum ſepul-
chra viuẽtia. In hoc quoqꝫ te ſermõis diuerſoriuꝫ
chare animo meo pater non inuitus adduxerim:
qm̃ licet ut audiſti: nõ omnes Brachmanicos mo-
res probem: ſolitudinem tamen ac ſolitariam vitã
probo: de qua ſcribens: pretereundos non credidi
quos hac vita ſingulariter preqꝫ omnibus gloria-
ri ſolitos accepiſſem: Trãſeo tamen hinc uelut e re
gione ſuſpecta: ne diutius inſiſtens tam longinqa
in rebus ueris forte falſa permiſceam.

¶ De quodam ſolitario apud Indos. Cap. II.

A Uamuis nunc etiam dum hec ſcribo: non
q deſint aliqui ex noſtris: quib⁹ nulla natio
orbem luſtrare curioſior: qui aſſerãt apud
Indos eſſe hominem his moribus incredibili in-
nocentia ac doctrina: ad quem viſenduꝫ populi ac
reges Indorum plus ꝗꝫ dici poſſit humiliter atqꝫ
ſuppliciter accedant: Interceſſionẽ eius apud deũ
⁊ reſponſa in dubijs ac vite conſilia poſcentes: ⁊
quem per omnia prope diuinis uenerentur hono-
ribus. Cum ille grãdeuus: nudus: humi recubãſ:
nec ipſis aſſurgens regibus: vix motis labijs pau
ca reſpondeat: Cuius uoces pro oraculis excepte
magnum omnis caſus ſint ſolamen: ⁊ longiſſima-
B rum refrigerium viarum. Reges ipſos perhibẽt
quod cum his que feciſſe Alexãdrum legimus ſa-
tis conuenit cum ad eam quã is inhabitat ſiluam
uenerit: ſolitos ex equis deſilire: purpuream chla-
mydem exuere: diademata ⁊ anulos ⁊ armillas
⁊ ſceptra depõere: dimiſſiſqꝫ ſatellitib⁹: ſolos aut
cum pauciſſimis electis viris ad eum: non ſine ſtu
pore quodam ingredi: atqꝫ ad pedes eius procu-
buiſſe uel ſemel colloquioqꝫ dignatum eſſe: eterne
glorie haberi: Qđ penit⁹ fabuloſum ſuſpicari poſ
ſem: niſi Bardaſenes ille cuius paulo ſupra memi
ni: Hieronymuſqꝫ poſt eum dicerent: qđ ab his ni
ſi quia dicitur breuius non abhorret eſſe ibi hoſce
homines: ad quos cum rex uenerit adorare illos
ſolitus ſit: pacemqꝫ prouincie in illorum precibus
arbitratur ſitam. Qui ſi olim plures fuerant: qd
uetat vnum eſſe hodie? Multa preterea de his di-
ci poterant: que perſequi longum eſt.

¶ De ſolitarijs trans aquilonem monteſqꝫ Rhiphe-
os ac gentem Hyperboreaꝫ ⁊ ceteras inſulas exi
ſtentes. Cap. III.

A Ed qm̃ iuuat inter ſingulares ſolitudinis
ſ amicos: ſolitarias etiam: ut ita dicam: gen
tes attingere: longe alio mundi tractu trãs
Aquilonem monteſqꝫ Rhipheos: ubi exigẽte celi
ratione: non niſi vnam toto anno diem atqꝫ vnam
noctem ferunt: ⁊ utranqꝫ ſemeſtrem: Hyperboreã
gentem eſſe: iiſdem prope morib⁹ fama eſt: niſi qđ
de nuditate nihil credo propter immitius celum:
Eadem tamen uoluntarie mortis cõſuetudine peſ
ſima: ſed alio genere moriendi. Sicut enim Indi
in flammas eunt: ſic hi ubi: ut aiunt: non tediuꝫ: ſꝫ
ſatietas vite ⁊ deſiderium mortis inceſſerit: ſertis
ornati: letum uelut ad feſtum ac ſolenne pergentes
ſe in proximos fluct⁹ maris ab altiſſima rupe pre-
cipitãt: Hic percelebris vite finis: hoc ſepulchri ge
nus eximium. Gentem ſane in reliquis certe inno-
centiſſimam eſſe iuſtiſſimamqꝫ mortalium: ⁊ lon-
gioris ⁊ beatioris vite bellorum expertẽ: ac neſci-
am iurgiorum: ocioqꝫ ſemper pacifico fruentem: ⁊
inter lucos ac ſolitudines habitantem: Cuius gen
tis ⁊ Pomponi⁹ Melas in Coſmographie libris:
⁊ multi alij meminere. Addunt Plinius ſecũdus
⁊ Solinus curioſiſſimi talium ſcrutatores: gentis
alterius: ſed vicine ⁊ huic perſimilis mentionem: B
Arimpheos uocant: quibus ſedes nemora: alimẽ-
ta ſint bacce: Eam gentem ſeriam ⁊ clementem di
cunt: habitare autem ubi Rhipheorum montium
iuga deficiunt: genteꝫ ſacram haberi: cuius aucto-
ritas tanta ſit; ut inter tot ferociſſimas nationes:
non ipſi ſolum: ſed quicunqꝫ ad eos confugerint: qua
ſi ad templũ aliqđ ſalui inuiolatiqꝫ ſint: Apud hoſ
coma probrum: ſexus uterqꝫ tondetur. Hinc ad oc
caſum uerſus tranſeo philoſophos Galloruꝫ: quo
rum inter ſcriptores crebra mentio dryidas dixe-
re: ſolitos in ſpecubus ac remotis in ſaltibus doce
re nobiliſſimos gentis ſapientiam atqꝫ facundiam
⁊ naturas rerum ⁊ ſyderum motus ⁊ deoruꝫ ar-
cana: ⁊ immortalitatem animarum ⁊ alterius vi-
te ſtatum. Tranſeo Thilen ⁊ Hybernẽ: quaruꝫ al-
tera ſcribentium uarietate famoſiſſima ſed ignota
eſt: altera r̃o notiſſima. Cuius gentem: opuꝫ rerũ
qꝫ ciuilium contemptricem: Inſuper ⁊ agricultu-
re negligentem: paſcua ⁊ ſiluas incolere comper-
tum habeo. Cui pro delitijs ociũ: pro ſummis opi-
bus ſit libertas. Felicem gentem dicerẽ: niſi alia ſi
modo uera eſt infamia ⁊ moruꝫ malignitate retra
herer. Pretereo fortunatas inſulas: que extremo C
ſub occidẽte: ut nobis ⁊ viciniores ⁊ notiores: ſic
ꝗꝫ longiſſime uel ab Indis abſunt uel ab arcto ter
ra multorum: ſed in primis Flacci lyrico carmine
Nobilis cuius peruetuſta fama eſt ⁊ recens: Eo
ſiquidem ⁊ patrum memoria Ianuenſium arma-
ta claſſis penetrauit: Et nuper Clemens ſextus illi
patrie principem dedit: quem vidimus Hiſpano-
rum ⁊ Gallorum regum mixto ſanguine: genero-
ſum quendam virum: Qui meminiſti enim duꝫ eo
die corona ac ſceptro per urbem ſpectãdus incede
ret: repente tantus celo imber effluxit: atqꝫ ita do-
mum madidus redijt: ut omen eſſet incubuiſſe illi
uere pluuialis ⁊ aquoſe patrie principatum. Cui
quidem in dominio extra orbem ſito: qualiter ſuc-
ceſſerit non noui: Scio tamen ꝙ multa ſcribunt ⁊
feruntur propter que non plene fortunatarum co-
gnomini terrarum fortuna conueniat. Ceteruꝫ gẽ-
tem illam pre cunctis ferme mortalibus ſolitudi-
ne gaudere: moribus tamen incultam: adeoqꝫ nõ
abſimilem beluis: ut nature magis inſtinctu: ꝗꝫ ele
ctione ſic agentem: non tam ſolitarie viuere: ꝗꝫ in
ſolitudinibus errare: ſeu cum feris ſeu cum gre-
gibus ſuis dicas. Sed iam ſatis curioſitate hac
longe lateqꝫ diſiũctos mundi angulos pꝛagatus
ſum: Quorum omniuꝫ non apud me: qui lecta uel
audita refero: ſed apud auctores reruꝫ primarios
fides erit. Ego autem his decurſis ad clariora ⁊
nobis notiora progredior.

ſ v

¶ Tractatus ſeptimus: de exemplis philoſophorum ac poetarum: quibus vita ſolitaria placuit.

¶ De quibus philoſophis ⁊ poetis auctoꝛ dicere uelit: cum commemoratione clarorum philoſophorum ad ſolitudinem cõfugientium. Cap. I.

A Quid ergo philoſophi: qd poete? Philoſophos autem dico: nõ iſtos quos qui cathedrarios pꝛimum dixit: ille mihi ꝓpꝛium rei nomen īpoſuiſſe viſus eſt. In cathedris eni philoſophã-
tur: in actionibꝰ inſaniũt: pꝛecipiunt alijs: preceptiſqꝫ ſuis pꝛimi obſtant: pꝛimi legibus a ſe latis derogant: ⁊ ſigniferos ſe ꝓfeſſi: pꝛimi oꝛdines deſerũt: pꝛimi virtutis imperio rebellãt: Non hos igiẜ dico: ſed illos ueros: qui ſemper pauci: nũc neſcio an penitus nulli ſint: qui qđ ꝓfitentur exhibeant amorem ſtudiumqꝫ ſapientie. Rurſum ⁊ poetas intelligo: nõ hos quibus cõtexere uerſus ſit ſatis: ⁊ ut ait Flaccus: Verſus inopes rerum nugaſqꝫ canoras: quibus uſqꝫ ad faſtidiuʒ abũdamus: ſed eos: qui: ſi quid Ciceroni credimuſ: fuerũt ſemper ipſiſ quoqꝫ philoſophis rariores. Poetas inquã ueros quibus ingenium ſit: ut Flaccus ideʒ ait: ⁊ mens diuinioꝛ atqꝫ os magna ſonaturum: ⁊ qbus ex merito huius honoꝛ nominis debeatur. Hi tales uel philoſophi uel poete: qualem nec vnuʒ digito mõſtrare: ⁊ ſi multos poſſiʒ cogitatione mihi fingere: Si quos tamen uel noſtra habet etas uel poſteri-
B tas habitura eſt: nõne ⁊ urbes fugient: ⁊ ſolitudines ſectabunẜ? De his eniʒ qui fuerũt: cõſtat. Platonem interroga: credo Academiam ſuam multuʒ laudatis pꝛeferet Athenis. Interroga Plotinum inter philoſophie ꝓfeſſores: Cum Platone pꝛincipem: ut Macrobius ait: reſpondebit Campanum ſibi ocium de toto oꝛbe ſufficere: Cuius ⁊ ſi miſerabilis finis: tñ electio glorioſa eſt. Percunctare Pythagoram: dicet ſe non modo ſolitudines amenas: ſed uaſtas etiam ⁊ hoꝛrẽdas ⁊ ſepe laborioſiſſimas peregrinatiões: deſertis regionibꝰ: ueſtigãde ueritatis ſtudio q̃ſiuiſſe: Naʒ doctrine eius ac nois ſucceſſores Pythagoreos: uoluptatũ pꝛocellis expoſitam frequẽtiam declinãtes: in ſolitu-
C dine deſertiſqꝫ locis habitare ſolitos: teſte quoqꝫ Hieronymo certum eſt. Quere a Democrito: fatebitur ſe ſibi oculos eruiſſe: ut ⁊ videret uerum: ⁊ ueri hoſtem populum nõ videret. Sciſcitare Parmenidem ⁊ Atlanta: inuenies eos noia ꝓpꝛia his in qbꝰ habitarũt mõtibꝰ reliq̃ſſe. Ipſe Prometheus ſi ueritas reqꝛitur: nõ negabit hinc fuiſſe locuʒ fabule: qua in Caucaſo religatꝰ edaciſſimo vulturi rodẽdus exponiẜ: ꝙ magna cum intẽtiõe animi incũbẽs: totꝰ indagini reruʒ archanarum: que haud dubie ſtudioſum extenuat: mõtis illius ſolitudinẽ uſurpaſſet: Sepe locus igenio ſtimulos admouet: Ideo aptus ⁊ liber optãdus eſt his qui animũ rebus altis applicuere: quem in populis inumere uanitatum foꝛme depꝛimũt atqꝫ diſcerpunt: ⁊ mille vias per feneſtras igreſſura moꝛs iuenit. Quibus ratiõibus inuitatos multos philoſophorum: non modo frequẽtias urbium reliq̃ſſe: apud Hieronymum ipſum lego: q̃ſi ꝑmas ingetudinis ac laborũ ſedes: ſed hoꝛtulos etiam ſuburbanos quos ſuſpectos ſcilicet uel eorũ nimis culta mollities uel tu-
D multuoſarũ urbiuʒ vicinitas faciebat. Quãobreʒ ideʒ quoqꝫ de Socrate deqꝫ Ariſtotele atqꝫ alijs ut opiner multa me iducũt: niſi q̃: tũ foꝛte uel diſcipulorũ maieſtas ⁊ iperium: uel rerũ publicarum iuſſus aut neceſſitas uel caſus aliquis ſolitarijs utcunqꝫ uotis obſtitit. Iũgam tot ueteribꝰ recẽtiorẽ vnum: nec ualde ſemotũ ab etate nr̃a: q̃ꝫ recte neſcio: ſʒ apud quoſdã ut audio ſuſpecte fidei at ꝑfecto nõ humilis igenij: Petrũ illum cui Abaelardi cognomẽ eſt: qui ut in hiſtoria ſuaruʒ calamitatuʒ longa narratiõe idẽ ipſe meminit: Inuidie cedẽs: ſolitudinis Trecẽſis abdita penetrauit: ⁊ ſi nõ ſine magno vndiqꝫ ſtudioſorũ cõuentu: quos e multis urbibꝰ illi ſolitario diſcipulos doctrine celebꝛiſ fama cõtraxerat: ſine requie tñ optata: quã ſibi radicitus tenax liuoꝛ odiũqꝫ cõuulſerãt. Hinc ad antiquiora rerũ ſtudiorũqꝫ genus aliud redeũdũ: quibus idipſum quoqꝫ quod intendimus roboretur.

¶ De antiquioribus poetis ſolitudinem eligentibꝰ: cum repꝛehenſiua exceptione Ouidij Naſonis ⁊ eorũ quos uel ipſe aut quẽ illi ſequũtur. Cap. II.

A Quid loquar Homerũ poetarũ patrẽ: quãdo ſupiorũ Oꝛphei ſcilicet ⁊ Lini ⁊ Muſei: ſiue hos poetas: ſiue muſicos: ſiue pꝛopter artiũ cognationẽ: qđ qbuſdam placet: ⁊ muſicos credimꝰ ⁊ poetas: ad nos vix noia nuda ꝑuenĩũt: Hic ꝟo non tñ grecas ſolitudines: ſʒ Italicas ſic deſcripſit: ut que ipe nõ viderit: ſicut ait Cicero: cecus eni tradiẜ fuiſſe: nos ut viderem effecerit: utqꝫ illius igenij nõ poeſiʒ: ſʒ picturã quodãmodo videamꝰ. An putamꝰ id euʒ facere potuiſſe: niſi eadẽ loca ſollicite ante cecitatẽ: ac memoriter obſeruaſſet? Quid Virgiliũ noſtrũ loquar: qui fugiẽs urbẽ Romã: ubi ⁊ igenij laude ⁊ toto urbe regnãtis ꝑncipis amicitia florebat: ac ſolitariaʒ libertatẽ petẽs: moꝛtẽ qdẽ imaturaʒ obuiã habuit: que omnibꝰ eũ talibꝰ curis abſolueret? Ille tñ ſic cẽſebat ope ſolitudinis opus eſſe: ut diuinũ illđ ſuuʒ opus poſſet abſolui: latinis igenijs moꝛs iuuidit: nocitura ãplius niſi pietas mitiſſimi ⁊ litterarum
B amãtiſſimi ꝑncipis obſtitiſſet. Horatiꝰ Flaccus nõ iã ſibi regiã Romã placere palã ꝑdicat: ſʒ uacuuʒ Tybur: aut imbelle Tarẽtũ: qbꝰ in ꝟbis qd itelligi vult aliud q̃ꝫ ſolitudinẽ ⁊ q̃etẽ: utriuſqꝫ ꝯtrariũ exptꝰ Rome: cuiꝰ urbis tedia ex populi cõcurſatiõe naſcẽtia: ſic diligẽter enumerat: ut facile videas affectũ loq: Epiſtolarũ eius ultia eſt ad Florũ ſcripta: quẽ nõ ſemel iterrogat de re certa ut expꝛeſſioꝛ fiat. Ait eni: Rome ne poemata cenſes Scribere poſſe īter tot curas atqꝫ labores. Deinde aũt elegãti tediorũ narratiõe iterpoſita: Ironice cõcludẽs ait: I nũc ⁊ ꝟſus tecũ meditare canoros. Neqꝫ his cõtẽtꝰ: iterũ q̃rit: Tu me iter ſtrepitꝰ nocturnos atqꝫ diurnos Vis canere: ⁊ cõtacta ſeq ueſtigia uatũ. Necdũ ſatis eſt niſi rurſus iterroget: Hic ego rerꝫ fluctibꝰ in medijs ⁊ tẽpeſtatibꝰ urbis: Verba lyre motura ſonũ cõnectere digner. Ne ꝟo iratis ꝑcõtatiõibꝰ ironiciſqꝫ ſentẽtijs: ꝯtẽtũ credas: clare de populo nihil loq: bꝛeuẽ qdẽ ſʒ vniuerſaleʒ tibi dat regulã: que eſt ꝙ Scriptoꝝ choꝛꝰ ois amat nemꝰ ⁊ fugit urbes. Quẽ ſecutꝰ ego i epl'a q̃dã: eadẽqꝫ reſtrigẽs ad poetaſ dixi: Silua placet muſiſ: urbſ eſt inimica poetis. Idẽ Flaccuſ ⁊ Baiani ſinus tepore captus ⁊ ſiluas ſuas atqꝫ agellũ quoqꝫ focis habitatum: multis laudibus accumulans: amati-

ꝙ ruris aſpectum iter grauia ⁊ inuiſa negocia ſpi
rās: urbanam ꝓfecto damnat ac deſpicit ſtationē.
De hoc cum amico: de hoc ita cum villico ſeruoqꝫ
ſuo litigat: ut ex omnibꝰ his nulli ſit dubium quid
ſentiret. In quodaꝫ vͦo ſermone ſui domeſtici ocij
mentione facta. Hec eſt inquit Uita ſolutorum: mi
ſera ambitione grauiqꝫ. Quam quanti faceret: in
epiſtolis expreſſit. Hec enim inquit Ocia diuitijs
Arabum liberrima muto. Laudat igiť ſolitudineꝫ
ocium p̄fert magnis opibus: Atqꝫ ⁊ ocij eius opa
extāt: ⁊ ſolitudinis memoriam locus ſeruat: Cam
pus Horatij diciť: ⁊ tot poſſeſſoribus mutatis: ad
C huc famoſioris domini nomen tenet. Cui quidem
hoc in genere vir quempiam aduerſantem inueni-
re poſſe arbitror. Quippe cum fere nullis homini-
bus taꝫ uel neceſſaria uel amica ſolitudo ſit: preter
vnum Ouidium Naſonem: ſeu qui forte illum ſe-
quunť: uel quos ille ſequiť. Ille mihi qdem magni
vir ingenij videť: ſed laſciui ⁊ lubrici ⁊ ꝓrſus mu
lieroſi animi fuiſſe: quem ꝯuētus feminei delecta-
rēt: uſqꝫ adeo: ut in illis felicitatis ſue apicem ſum
mamqꝫ reponeret. Itaqꝫ amatoriam arteꝫ ſcribēs
inſanum opus ⁊ meritam: niſi fallor: exilij ſui cau-
ſam: nō mō urbem Romam ceu matronaruꝫ puel
larumqꝫ prefertilem querēdam docet: ab his qui
ad illam inſaniam preter naturalem ſtimulum: ar-
tis quoqꝫ cuiuſdam calcar adijciūt: ſed loca etiam
urbis ⁊ feſta diſtinguit: qbus uberior materia ſit
furori: ut ſileam notum illud īfame ⁊ relatu etiam
fedum: ex ore licet deſperati cuiuſlibet perditiqꝫ
hois qͦd eum ſtilo quoqꝫ nō puduit: ad ois eui no-
titiam preferre: quo. ſ. in actu uenereo reſolutuꝫ fe
licem diffinire: ⁊ in eo ſtatu morteꝫ laudare auſus
in quo maxime turpis ⁊ inutilis vita eſt: hanc ean
dem ſibi a dijs optat leti cauſaꝫ: ⁊ hoc utiqꝫ ut idē
ait: ſibi ſueqꝫ vite conueniens: in ſe vͦo miſerrimum
genus mortis ⁊ ipa ꝓculdubio peius morte. Qui
niſi his moribus ⁊ hoc animo fuiſſet: ⁊ clarius no
men haberet apud graues viros: ⁊ Ponticum il-
lud exilium atqꝫ Iſtri ſolitudines uel non adijſſet
uel equanimius toleraſſet. Sed ad rigidioris inge
nij exemplum tranſeo.

¶ Tractatus octauus: De exemplis Ora torum vitam ſolitariam amantium.

¶ De ſolitudine Senece Cordubenſis ciuis ac ſena
toris romani. Cap. I.

A Eneca ex ciue Cordubēſi Romanꝰ iā
ciuis ac ſenator: ⁊ rome clarior q̄ꝫ ſa-
lutis rō latēdiqꝫ ſecuritas poſtulabat
in qdā tragedia cū animi nō ꝑua dul
cedine ſolitudinē Corſicā recordať: ⁊
illā ocioſi exilij ignominiam p̄ñti occupate gl'ie ha
ud imerito aп̄ponit. Lege locū illum: itelliges ex
ꝯrioꝝ collatione gd tu quoqꝫ p̄ferēdū cenſeas. De
hoc p̄terea: gd eidē videreť: ſat cōſilium illud Lu-
cillo datū indicat: cuius ſupra memini. In hanc oi
no ſniam tam p̄ceps ut mihi etiā cui ſolitudo ſemꝑ
B placuit: ſolitudinis ꝯſiliū nō placeret. Et q̄ꝫq̄ꝫ viri
huius exitus in re dubiū eē nō ſinat: hēt tñ is quē
dixi locus tragicus etiā ſtuporē: ꝙ ille cui deſerta
in ſolitudine libertas integra: ⁊ imꝑturbatū phie
ſtudiū: in urbe aūt regia: ne vita qdē ab inclemētia
hoium ſalua fuit: caſum ipſe ſuū ⁊ ruinā grauē tā-
to aū p̄uiderit litteriſqꝫ mandauerit.

¶ De ſolitudine Tullij Ciceronis. Cap. II.

Num hoc in gñe Ciceroneꝫ video: non ſat A
V equo aio ferre ſolitudinē: qͦd cōtigiſſe arbi
tror: nō tam ideo qꝛ rē ipſam quā qꝛ rei cāꝫ
odiſſet: legū ac iuſtitie interitū: qͦd ipſe querelaruꝫ
ſuarū tenor indicat: accedit ꝙ p̄ter phiam oratorū
maximus: q̄dqꝫ nec ipſe diſſimulat: de hac ſtudio-
rū ꝑte p̄cipue gl'iam querēs: nuſq̄ꝫ ꝓfecto illam ni
ſi in turbis ⁊ magno in populo videbat. Itaqꝫ co-
rā Julio Ceſare Deiotarū regē defenſurus: queriť
ꝙ itra domeſticos parietes ⁊ nō corā populo Ro
mano cām illam agat. Eſt illud oratoribꝰ ſingula-
re ⁊ ꝓpriū: ut pro magnitudine igenij: magnis ur
bibꝰ ac populoꝝ frequentia delecteнť: ſolitudines
execrenť: iudiciorūqꝫ ſilētiū auerſenť atqꝫ oderint
Ut ergo minores alij ſuā qſqꝫ: ſic Cicero urbē Ro
mam: nō ſolū ut ſuā ꝑriam: eo ſibi chariorē: quo in
eam ꝯſeruādā atqꝫ ornādā cure plus ac laboris i-
pēderat: ſed ut patriā ingenio ſuo parē exoptabat.
In quo qdē teſte Seneca uterer: qui ſolam Cicerō
nis uocē uere viuā dicere: q̄ꝫq̄ꝫ id errore ſermonis
publici multis attribuať: ſolū Ciceronis ingeniuꝫ
romani populi impio par affirmare nō timuit: niſi
quolibet teſte uerацior: euidētiſſima rerū fides oñ-
deret fuiſſe: ut populo Romano impij ⁊ glorie: ſic
Ciceroni igenij ⁊ eloquētie monarchiā. Ceterum B
gd eidē lꝫ iuito Ciceroni ſolitudo illa cōtulerit nō-
tum eſt. Fecit enim magnū de ſūmo oratore philo-
ſophū: ex quo quātū ſtudijs latinis accreuerit: ne
mo ſtudioſus eſt qui neſciat. Certe idē de ſe loqns
cū dixiſſet: Nā ⁊ a republica forēſibuſqꝫ negocijs
armis ipijs viqꝫ ꝓhibiti: ociū ꝑſeqmur: ⁊ ob eam
cām urbe relicta: rura ꝑagrantes: ſepe ſoli ſumus.
Querelā ſuā tali fine ſolatꝰ eſt: Plura eni ingt bre
ui tꝑe euerſa: q̄ꝫ multis annis ſtante republica ſcri
pſimꝰ. Eqdē nec fefellit: Nā qs p̄clara ocia viri hu
ius: ⁊ ſolitudines gl'ioſas explicet atqꝫ eſtimet: Ar
pinatē: Cumanā: Pōpeianā: Formianā: Tuſcula-
nā? Ibi fundauit leges: ibi fallauit Academiaꝫ: ibi
armauit oratorē: ibi deſcripſit officia: ibi deoꝝ for
mas ac nāas pinxit: ibi diuiationē radicē erroꝝ mul
tipliciū cōuulſit: ibi bonoꝝ ac maloꝝ fines ſtatuit:
ibi ad phiam magnificētiſſime cohortatꝰ eſt: Quē
librū ad vite imitationē ⁊ ad ſtudiū ueri ducē fuiſ
ſe ſibi tātꝰ fidei nr̄e pugil Auguſtinꝰ igenue ꝓfiteť.
Poſtremo ne de multis agēs: poſt vnū amore ca- C
ptꝰ aberraſſe videar. Ibidē mortē ſpernē: dolorem
corꝑis patiētia vincē: egritudinē meſtitiāqꝫ animi
rōne depellē: extirpare morbos ⁊ morboꝝ cās: ⁊
qͦd maxime phiam totā: ut vͦbo eiꝰ utar: illuſtrat: v-
tutē ad bñ beateqꝫ viuēdū nullis adminiculis egē
ſed ſeſe eē ꝯtētā: docuit ꝯtra ſniaꝫ maximoꝝ hoiuꝫ
Et qͦd alij aride ieiuneqꝫ garriūt: id ille copioſiſſi-
me florētiſſimeqꝫ diſſeruit: ut ⁊ utilitati delectatio
⁊ maieſtati rerū: vͦboꝝ ſplēdor ac dignitas nō deeſ
ſent. Accēdit ergo viri illiꝰ igeniū ſolitudo: ⁊ qͦd mi
raberis odioſa: Quid putaſ factura eēt optata: aut
quātū putas optāda eſt: que uel nolētibus tantum
ꝓdeſt? Quodlibet tñ ipſe ſibi vite genus optaret.
Certe gd phis ſit optādū in eo libro quo ois gñis
hoium officia explicat: exequiť. Ait eniꝫ: Multos
tranqllitatem appetētes: dimiſſis publicis negoci
is ad ociū ꝓfugiſſe: ⁊ in his fuiſſe nobiliſſimos phi
loſophoꝝ lōgeqꝫ principes: necnō ⁊ quoſdā homi
nes ſeueros ⁊ graues: ferre populi mores ac prin-

cipum non ualentes:quorum aliquos in agris vi-
xiſſe ait:ſua re familiari delectatus:atqꝫ vnuꝫ idē-
qꝫ propoſitum habuiſſe quod reges : licet non iiſ-
dem artibus:ne cuius rei egentes:ne cui hominuꝫ
ſubiecti in libertate viuerent.Deinde collatione fa
D cta: ⁊ ſi actuoſam vitam reipublice fructuoſiorem
dicat:quod nos in parte etiam non negamus:ocio
ſam tamen ⁊ faciliorem ⁊ tutiorem ⁊ minus alijs
grauem aut moleſtam confitetur.Unde ⁊ eam cū
omnibus quib⁹ aliqua iuſta cauſa eſt:tuꝫ his pre-
cipue permittit qui excellunt ingenio ⁊ doctrina.
Quis Cicero idem primo vite huius impatiens
ut dixi : eandem multis tandem doloribus: ⁊ in
primis amantiſſime filie morte deiectus optauerit
⁊ ſibi Attico ſuo ſcribens.Nunc inquit omnia re-
ſpuo:nec quicq̄ꝫ habeo tolerabilius q̄ꝫ ſolitudinē.
Et iteruꝫ.Mihi inquit ſolitudo ⁊ receſſus prouin
cia eſt:ualde urbem fugio:multas ob cauſas.Iteꝫ
nec enim eſſe in turba poſſuꝫ.Et rurſus:Nihil hac
ſolitudine iucundius:in qua inquit careo omnium
colloquio cunqꝫ mane in ſiluam me obſtruſi den-
ſam ⁊ aſperam non exeo inde ante ueſperum.Qđ
uerbum quotiens lego:ſic aſſentior ut a meipſo nō
ab alio dictum putem:ita mihi ſepe idem accidit.
Demuꝫ ut iam Ciceroni ualedicā.Idem ipſe mox
dulci blandiens amico.Secundum te ait:nihil eſt
mihi amiciuſ ſolitudine.Et adiecit:In ea mihi om
nis ſermo eſt cuꝫ litteris.Non colligo ſingula.Ex
his enim vides ut amator ille urbis ⁊ fori: ⁊ ama
ta oderit : ⁊ litteratam ſolitudinem rebus omni-
bus anteponat.

De Solitudine Demoſthenis. Cap̄.III.

A q Ua in re vnanimē cum Cicerone Demo-
ſthenem fuiſſe auguror : ⁊ niſi forte aliqua
mutandi quoqꝫ ꝯſilij ratio inceſſerit:quod
non legi:idem ſenſiſſe illum ſemper quod hic no-
ſter aliquando ſenſerit.Nam ⁊ profeſſio eadem
amborum: ⁊ eſt ille leuiculus:quod Cicero idem
ait:qui delectaretur illo muliercularum ſuſurro ut
ſit a tergo iſſibilantiū.Hic eſt ille Demoſthenes ⁊
ſi conſtet eum oratoriam illam vim quam in urbi-
bus tam potenter exercuit : maxime in ſolitudine
didiciſſe.De quo Quintilianus.Idem inquit ille
tantus amator ſecreti Demoſthenes in littore in
quo ſe maximo cum ſono fluctus illideret : medi-
tans conſueſcebat concionum fremitus non expa-
B ueſcere.Nec te moueat quod ſupra dictuꝫ eſt:hūc
ipſum Demoſthenem locum tacitum atqꝫ vndiqꝫ
abditum eligere ſolitum:hic vndiſonum patentem
qꝫ:Ibi enim ingenium acuebat:hic uocem exerce-
bat:utrunqꝫ tamen in ſolitudine faciebat.Diſcebāt
ſoli quod in populis uenderent : meditabantur in
ſiluis:quod in urbibus oſtentarent : excuſabatqꝫ
profeſſio:quibus intentio vna eſſet uel loquendo
uel tacendo rem augere:quod de Cicerone nō me
mini:Demoſthenem conſtat:ꝙ in noctibus atticis
ſcriptuꝫ eſt:precium quoqꝫ ſilentij pepigiſſe:nobis
quibus uenale nihil penitus:nihil oſtentui eſſe de-
bet:ſed omnia ad ſalutem viteqꝫ legem tempora-
lis: ⁊ eterne ſpem in ſolitudine diſcenduꝫ eſt:quod
reſtat in ſolitudine exercendum:in ſolitudine viuē
dum:in ſolitudine moriendum.Quod cupio qui-
dem ualde: ⁊ ſi deus pie nos aſpicit ſpero etiam.

De Anaxagora alijſqꝫ clariſſimis viris vitam ſoli-tariam amantibus. Cap̄.IIII.

u T tamen ab oratoribus diuerſum ſemper A
ſenſiſſe philoſophos credam: ⁊ diuerſitas
morum facit: ⁊ omnino alius intentionum
finis.Illis enim plauſum populi captare animus:
horum labor:ni falſa profeſſio eſt:circa notitiaꝫ ſui
reflectendumqꝫ ad ſe animum: ⁊ circa contēptum
inanis glorie uerſatur.Nam qualem fuiſſe arbitra
mur Anaxagoram:uel qualem conſtantia illa ab-
ſtinentiaqꝫ ſua Xenocratem ſeueriſſimum philoſo
phorum:ut ait Cicero : uel zenonem Stoicorum
patrem:uel laborioſiſſimum ex omnibus Carnea-
dem?Cuius exactiſſimam illam ſtudioſe mentis
intentionem que ut legimus diſcumbētem ſepe ti-
bi fecit immemorem.An putamus uſqꝫ poſt nona
geſimum vite annum:tam fixam tanqꝫ continuam
inter tumultus ⁊ tedia hominum perueturam
fuiſſe: ⁊ non potius in ſolitudine ubi animum a ꝓ-
poſito nullus auerteret?Mihi quidem haud faci- B
le perſuaderetur: ⁊ ſi preter coniecturas nihil ha-
beam:aut horum cuiuſpiam : aut Chryſippi do-
mum:aut dolium Diogenis in plateis urbium fuiſ
ſe:cum ⁊ illum ſalutatio hominum: ⁊ hunc vmbra
etiam ſummi regis offenderet:niſi Hieronymus il
lorum propinquior etati:habitaſſe Diogenem di-
ceret in portarum ueſtibulis ⁊ porticibus ciuita-
tum.Quod non cuilibet crediturus:ut credam ſi-
bi ⁊ ſua cogit auctoritas:ac uaria ⁊ multiplex le-
ctio.Tale enim aliquid profecto non ſcriberet:niſi
apud idoneum legiſſet auctorem.Et de his quidē
ſatis eſt dictum.Ipſe autem Solon cuius inter il-
los ſeptem grecie ſapientes preclariſſimum eſt no-
men: ⁊ ſi primum legifer ſueqꝫ rei publice dux mo
deratorqꝫ etate:tamen ultima:ut Timeus indicat
Platonis: ⁊ alijs ſe ſtudijs dedit: ⁊ inter ſolitari-
os deputandus eſt:quando ⁊ patriam liquit legi-
bus ornatam ſuis: ⁊ cupiditate deſcendi ignotas
terras adijt peregrinatione delectatus egyptiaca.

Tractatus nonus:De exemplis Imperatorum ac belloruꝫ ducibus:quibus ſolitudines placuerunt.

De Julio atqꝫ Auguſto ceſaribus:qui ſolitudineꝫ optabant ⁊ amabant. Cap̄.I.

q Uis nam do mirabitur ſtudioſis ho- A
minibus ſolitudineſ placuiſſe:que qđ
admiratione non uacat:Imperatori-
bus ac bellorum ducibus placuerūt?
Tranſeo Julium Ceſarem : qui licet
admodum iuuenis dum e procellis forenſibus in
ocium Rhodium ſecedere decreuiſſet:atqꝫ ibi lit-
teris operam dare:prohibitus tamen tunc incurſi
bus piratarum: ⁊ poſtea hinc ciuilium:hinc exter-
noꝝ eſtibus bellorum:implere non potuit qđ opta
bat.Auguſtū Ceſarē penes quē potētie mortalis
⁊ humani faſtigij ſumma eſt : ⁊ ſi interdum habi-
tantem rure atqꝫ in ſiluis ſpatiari ſolitum inueniaꝫ
quia raram tamen:ut auguror:priuati ocij licenti-
am publici negocij moles dabat:ut ſolitarijs inſe-
ruiſſe non auſim:ſic ſolitarie vite miratoribus an-

nnmerare non uerear: Huius enim vite requiem
ſemper optauit. Quicquid cogitabat: quicquid lo
quebatur: in ocium deſinebat: hoc ſolamen preſen
tium laborum: hec preteritorum merces: hec uen-
turi temporis ſpes erat: Omnis huic ſtatui colla-
tus diuitiaruꝫ honos: omne onus imperij ſeu gra
B ue ſibi aliquid ac vile ſordebat. Deniqꝫ in ſumma
omnium que fortunatiſſimo homini cōtingere poſ
ſunt: bonoruꝫ copia defeſſus: in ſolo huius vite no-
mine reſpirabat. Cuius rei ⁊ ſcriptores aliqui me
minere: ⁊ que in manus meas uenit quedam eius
ad ſenatum epiſtola eſt teſtis. Quanta cum uolu-
ptate igitur eo peruenturuꝫ fuiſſe eſtimamus: quo
tam dulciter oculos mentis intenderat? Nec vͦo ſe
natuꝫ modo per litteras orauit: ut ſibi iam tādem
viuere patiente republica priuatamqꝫ ſenectutem
agere liceret: ſed aliquando etiaꝫ preſens ſenatu ⁊
magiſtratibus domum accitis rationarium impe-
rij tradidit: ut Tranquillus ait: Siue autem repu
tans ⁊ ſe priuatuꝫ non ſine periculo fore ⁊ rempu
blicam plurium arbitrio temere committi in reti-
nenda perſeuerauit: ut eidem placet hiſtorico: atqꝫ
ita proprie ſimul ⁊ publice ſaluti modeſtiſſima uo
ta habuit: Siue ut opinari licet: ſenatus ac populi
precibus id tribuit: quorum quod conſtat nemo ṗn
cipum fuit amantior: ſiue nullis omnino precibus
motum: nullo publico priuatoqꝫ metu ipſa eum re
ruꝫ natura turbabat: Ab altiſſimo eniꝫ fortune cul
mine cui mundi dominus ac rector inſederat: ad il
lud humile ſubmiſſumqꝫ deſiderium preruptus:
forte cogitanti animo deſcenſus videbatur: ⁊ ut di
ci ſolet quedam cerebri uertigo altitudinem tātam
metientis inceſſerat. Itaqꝫ ⁊ deliberans ⁊ circun
ſpiciēs herebat: nec vnq̄ꝫ niſi morte deſcēdit. Quo
circa lꝫ ut dictum eſt: inter ſolitarios atqꝫ ocio fru-
entes: nullus huic occupato magnoqꝫ principi lo-
cus eſſet: quia tamen boni huius quanta dulcedo
eſt: non alio clarius teſte cognoſcitur: non fuit iſta
tractantibus pretermittendus Ceſar: Qui cuꝫ oia
dare poſſet: hoc ſibi vnum dari optabat: Cūqꝫ om-
nibus preeſſet: ſolum hoc ſolio ſuo altius videbat.

De Diocletiano atqꝫ Antonio Pio vitam ſolitari- am colentibus. Cap. II.

A T quod Auguſtus optauerat: Diocletia-
e nus impleuit. Ille qui ṗmus ex noſtris im
peratoribus adorari ſe ut deum iuſſerat.
Quiqꝫ calciamentis ac ueſtibus inſerens margari
tas: ⁊ onuſtus gemmis incedens: habitum Ceſa-
reum ex romano atqꝫ humano Perſicum ſeu diui
num feciſſe videbatur: qui captiuis inſignibus an-
te currum actis: prelataqꝫ Parthorum preda: pau
loante triumpharat: Poſtq̄ꝫ frementis aule precio
ſeqꝫ ſarcine ac ſatellitum aciei ⁊ ſeruitutis publice
perteſum eſt: mutauit repente animum: ut ſolus ⁊
pauper ⁊ liber eſſe concupiſceret: interqꝫ fluctus
imperialium curarum: in portum vite humilioris:
quaſi gubernator nudus e magno naufragio ena-
taret. Et miramur Celeſtinum: cuꝫ tamen quod ꝓ-
pter eternam ſanctus ille vir fecit: tantus ille pec-
cator propter breuiſſimas ⁊ incertas ſenectutis re
liquias iam feciſſet: Qui quietis extreme deſide-
rio priuate fortune redditus: non ſibi mutate ſedē
vite Romam ſtatuit ne quis nouaꝫ requiem dimiſ
ſi funus aut odor imperij turbaret: ſed anteq̄ꝫ pa-
triam Salonas Dalmatie repetijt: Illic quoqꝫ nō
intra: ſed prope muros patrios in villa propa mo-
riens: quam idipſum precogitans forte conſtruxe-
rat: ut multum tranquillitatis ſenio additum: ſic ſu
premis honoribus nil detractum: per ſolitariaꝫ at
qꝫ humilem vitam ſenſit: Solus omniuꝫ priuatus
Eutropio atqꝫ Euſebio teſtibns: relatus in nume-
rum deorum. Sane quod poſt imperium Diocle- B
tianus fecit: id ante imperium Antonius Pius fe-
cerat: quem Iulius Capitolinus hiſtoricus omni
priuata vita in agris frequētiſſime vixiſſe: clarūqꝫ
locis omnibus fuiſſe commemorat.

De ſolitudine Nume Pompilij ſecundi imperato- ris romani. Cap. III.

Ed nimium propero: retrocedendum eſt: A
s omitto autem Quintios Curios Fabrici-
os Serrhanos: alioſqꝫ quorum magna ꝑs
vite in agris acta eſt. Hanc ego vitam iam inde ab
initio ⁊ ante initium Romane reipublice pruden-
tiſſimo ac optimo regum placuiſſe monſtrabo. Nu
ma Pompilius illius ordinis: ſi attendas nume-
rum ſecundus: ſi iuſtitiam primus peregrinus in-
ſperatum ad imperium accitus: cum ad ciuiliuꝫ ac
ſacrarum curam legum totum intendiſſet animum
ut ardentem ⁊ ferocia primi regis imbutuꝫ popu-
lum ingenio regeret leniretqꝫ: pro re ſepe ſolitariū
⁊ opacum locum: quem his oculis ipſe cōſpexi: qn
decim aut non multo amplius milibus paſſuuꝫ ab
urbe diſtantem: fertur petere ſolitus. Eſt illic arici
no ſub colle cauus ⁊ vmbroſus lapis: vnde perpe-
tuus fons emanat: circūmigrantibus ilicibus: dē-
ſum nemus altumqꝫ ſilentium. Ibi ergo leges ho-
minum ac cerimonias deorum: rex ea tempeſtate B
doctiſſimus inuenire: ſeu alibi forſan inuentis au-
ctoritatem dare: artem fecerat. Ibi diu tacitus ſo-
lus ſedens: atqꝫ inde poſt longuꝫ tempus ſolus ac
meditabundus egrediēs: ſcriptas leges efferebat
quibus adhuc rudis ⁊ inſolens ſed mox futurus
dominator gentium populus teneretur: q̄ꝫuis ut
nouos ⁊ idomitos animos religionis laqueo quo
dam ⁊ freno metus obſtringeret: imitatus: ut aiūt
Minois Cretenſium regis exemplum: ⁊ calidiſſi-
mo commento nocturnis ſe deorum congreſſibus
alloquioqꝫ frui ſimulans conſilio fidem quereret.
Quam fictionem vna cuꝫ ſacris a ſe reptis in mor
te dānauit: libris grecis latiniſqꝫ editis: per quos
utriuſqꝫ lingue doctoribus ut poterat indicaret: ſe
pro tempore ad auxilium ueri uel patrocinio falſi-
tatis uſum eſſe. Cum vͦo iam fundamentis ſuis le-
gum a ſe latarum auctoritas ſtaret: non placere ut
populus ſuperuacuis implicaretur errorib⁹: licet
neſcio an quia libros uere religionis aduerſus cre
deret: quam facto cauſam pretendiſſe dicitur: an in
quod pronior ſum: queſito colore: hoc uere autē ne
populus metu liber: iugum nobilitatis excuteret:
multis poſt ſeculis iuxta ſepulchrum regis inuen-
tos libros exurendos pretor romanus ſenatu con
ſentiente decreuerit: Quanta uel uanitate uel im-
pietate pretereo: Illud enim nunc innotuiſſe ſuffe-
cerit: multaruꝫ optimarum rerum ſolitudineꝫ fon-
tem eſſe: ex qua romanarum quoqꝫ legum fluxere
primordia.

¶ De romulo: achille atqꝫ hercule: qui ſolitudinē diligebant. Cap.IIII.

A a Rdentior atqꝫ acrior ſucceſſore ſuo romulus: ⁊ ipſe tamen in ſiluis inqꝫ paſtorali caſa tantis aſſuefecit animum rebus: ut ſummi imperij fundamento non niſi ſolitarius architector idoneus haberetur. Cogitatu arduum: ſolitudo omnium aſperrima: Regine urbium ⁊ materiam ⁊ nomen ⁊ aream prebuit ⁊ auctorem. Achillem in ſolitudine didiciſſe legimus: quod eū mox
B ⁊ urbibus aſie terribilem ⁊ grecie clarū fecit. Ipſe hercules in ſolitudine ſanum illud ꝯſilium vite cepit: cuius libro priore mentionem feci: quando uelut in biuio diu multumqꝫ heſitans: ad poſtremū ſpreta uoluptatis via: ſemitam virtutis arripuit: quam indefeſſe gradiens: non ad humane mō glorie uerticem: ſed ad opinionem diuinitatis euectꝰ eſt: quamlibet alte lateqꝫ ramos porrigat viri fama ſi radicem queras ad ſolitudinē erit animo recurrendum.

¶ De ſcipionibus africanis ſingularibus ſolitudinis amatoribus: tractationeqꝫ illius uerbiqꝫ magnifici ab altero eorum prolati: nunq̃ ſe minus ocioſum q̃ cum ocioſus: nec minus ſolū q̃ cum ſolus eſſet: cum reprehenſione Ambroſij: dictū illud ad prophetas transferentis. Cap.V.

A d Uos autem illos longe ducum maximos ubi dimittimus africanos? Uere duo fulmina belli: ut Maro ait: quod a quibuſdā de alijs intellectum miror. Quorū primus ex quo virilem togam ſumpſit: ut eſt apud Liuium: nullo die prius ullam publicam priuatamqꝫ rem egit q̃ in capitolium iret. Ingreſſuſqꝫ edem conſederet: ⁊ plerūqꝫ tempus ſolus in ſecretum ibi tereret: Hic mos per omnem vitam ſeruabatur. Ita vir ille vnicus: neqꝫ grecorū fabulis ac ſuperſtitionibus ſed romanis iudicijs celebratus: ⁊ ipſe quoqꝫ virtutis admiratione diuine ſtirpis opinionē ꝯſecutus: principia gerendarum rerum a religione poſcebat: religioni ſedem optimam ſolitudinem deputabat. Inde quicquid id eſſet aggredi conſuetus: pluſq̃ humana fiducia ⁊ proſperrimos ſibi ac ſuis ceptorū exitus polliceri: ita ut nunq̃ falleret. Ceterum ne tam iunctos ⁊ tam pares ſeparem: hos eoſdē duos ſuis quiqꝫ temporibus: ut virtutis: ſic ſolitudinis amatores fuiſſe nota res eſt. Et poſt ſudores bellicos: poſt victorias: poſt triumphos uel Literum uel Formias uel Caietam ſolitos commigrare: ibiqꝫ cum ſingulis amicis ſolos cōquieſcere. O
B preclarum ſpectaculum: quodqꝫ omnium regū pōpas ⁊ ſceptra tranſcēderet: cernere tales viros ſeruatores reipublice: liberatores ciuiū: defenſores Italie: domitores gentium: feliciter rebus geſtis dimiſſo in libertate ⁊ letitia populo victore: relictis rome ſtipatoribus laterum ſuorum: depoſito habitu triumphali: ac precupide reſtitutis inſignibus dignitatum: ſolos: ocioſos ⁊ humilium neſcios curarum: per colles ⁊ littora uagari ⁊ ſepe conchulas littoreoſqꝫ lapillos inter legere uarios: cādidulos ac nigellos. Deniqꝫ quod uerecūde admodum reuerenterqꝫ ſcriptum apud Ciceronē video. incredibiliter repueriſcere ſolitos: cum rus ab urbe tanq̃ e vinculis euolaſſent. Sed illam profecto ſolitudinem cogitationes pulcherrime ſequebātur: ⁊ in illo ocio ſemper grande aliquid gerebatur. Itaqꝫ Cicero ipſe: ubi ſuam luget: ibidē africani ſuperioris ſolitudinē admiratur: uocemqꝫ illius: ut ipſe ait: magnificam: ⁊ magno ac ſapiente viro dignā ponit: Catone coetaneo illius atqꝫ emulo teſte fretus: Nunq̃ ſe minus ocioſū q̃ cū ocioſus: nec minus ſolum q̃ cum ſolus eſſet. Cuius rei gloriam Ambroſius: mirum dictu: conciuiqꝫ ſuo tētat eripere: nec ubi vnq̃ romanum genus ciuilibus bellis uacet: ipſis in libris pugnant. Ecce enī C
Cicero officiorum tertio hanc africano laudem tribuit: Ambroſius in officijs ſuis: ubi cum in multis tum in nomine ac numero librorum Ciceronem ſequitur: ut aperte obuiet eodem libro eademqꝫ libri parte: hoc eſt in ipſo principio libri tertij: eam laudem Scipioni africano ereptā: ad prophetas domini Moyſen ⁊ Heliam atqꝫ Heliſeum: operoſa nititur diſputatione tranſferre: quos fuiſſe vult ante Africanum diu: ⁊ in ocio negocioſos: ⁊ in ſolitudine comitatos. Non obluctor Ambroſio: Nā ⁊ uera loqui illum ſcio: ⁊ ſi neſcirem: multo ille potentius q̃ Ciceronem Plato ipſa auctoritate me frangeret. Magna eſt enim apud me: nec immerito eius auctoritas: cuius ore loqui ſpiritum ſanctū credo. Quomodo ego Moyſen vnq̃ fuiſſe ſolum ſuſpicari auſim: qui non ipſe ſecum tm̄ quod ipſū ſapiētis doctiqꝫ viri eſt: ſed cum quo deus facie ad faciem loquebatur quaſi amicus cū amico? Quomodo ocioſum: qui tacitus ⁊ inermis ſedens ⁊ clamabat ad dominum: ⁊ uſqꝫ in celum audiebatur: alteriuſqꝫ vix auxilio feſſas manus attollēs vnus tot preualidas manus hoſtium vincebat: quod ſine eo armate non poterat legiones? Quomodo ſolum putem Heliam cum quo deus itidem ⁊ angeli loquebantur? Aut quomodo ocioſum: qui pluuie imperat: ⁊ mulieri hoſpite famis interitum metuenti indeficientem farine hydriam ⁊ inexhauſtū olei uaſculum uerbo facit: ingentiqꝫ niſu fidei defūctum illi filium viuum reddit? Quomodo ſolū dicam diſcipulum eius Heliſeum: qui pauenti hoſtē D
puero miniſtro inuiſibiles alijs auxiliares currus ⁊ equos atqꝫ acies oſtendit angelicas? Quomodo ocioſum qui filium hoſpite ſunamiti ex marito ſene pollicitus ⁊ dedit ⁊ reddidit: natum ſcilicet ⁊ primis annis extinctum ſuſcitans: ut puer vnus prophetice uel fidei uel potentie argumentum eēt? Quid magni autem ſi viuens ſuſcitat: qui ſolo contactu ſacri corporis mortuꝰ mortuos ſuſcitaſſe noſcitur? Quis preterea hūc eſtimet ocioſum: qui in ipſo ſedens ocio: conatus omnes abſentium ⁊ cogitatus atqꝫ conſilia hoſtium: quaſi preſens nouerat: ſuis cuncta denuncians? Quo cognito iuſſu regis Syrie toto circumuallatus exercitu: legiones obſidentium ſe lingue ſolius imperio in cecitatem captiuitatemqꝫ perductas: uerbo etiam liberauit. Imperioſi ocij ſunt hec ⁊ ſolitudinis prepotentis. Sed ſit ſane penes prophetas antiquior rerum gloria: quos uel etate uel merito primos conſtat: An ideo minor africani laus eſt ꝙ eum aliquis eodem in genere laudis anteceſſerit: preſertim cum ut mihi certus videor: nulla prorſus interueniente notitia: omnis ceſſet imitatio quam de rebus humanis laudū fameqꝫ particulam delibarare atqꝫ decerpere ſolitam non nego. Profecto autem quiſquis in partem rerū uenerit: dictū illud vnde poſt tātum interuallū ad hec prophe-

tarum nomina redij:quod ipſe mihi nō neget Am
broſius vnius eſt primum ac proprium Africani.

Ex ſententia dicti ſuperioris Africani declarans
de quali ſolitudine quoue ocio auctor loqui inten-
dat. Cap̄.VI.

A Uius dicti ſentētia:quid tot uelim uerbis
c admonet:Uolo ſolitudinem non ſolam oci
um:non iners nec inutile:ſed quod e ſolitu
dine proſit multis.Qui enim ocioſi prorſus lāgui
di ꝛ ſegnes ꝛ ſoli ſunt:eos meſtos ſemper miſeroſ
qꝫ conſentio:Quibus nec honeſti actus exerciti-
uꝫ nec nobilium ſtudiorum illuſtriumqꝫ nominuꝫ
poſſit eſſe commercium.Hec igitur ſumma eſt.Ad
mitto ad ocium:non hec uento mobiliora ſed man
ſura negocia:quorum finis eſt non labor:non que-
ſtus ꝛ dedecus ſed delectatio ꝛ virtus ꝛ gloria.
Corpori non animo ferias indico:ueto in ocio ige-
nium quieſcere:niſi ut aſſurgat ꝛ intermiſſione fe
cundius fiat:Solet enim ut aruis:ſic ingenijs iter
miſſio prodeſſe.Rurſus ꝛ generoſas curas in ſoli
tudinem non tantum recipio ſed arceſſo:quarum
comitatu nullus omnino facilior:nullus amenior
fingi poteſt:ꝛ ſine quo miſera vita eſt eque uel in
urbibus uel in ſiluis.Libros preterea diuerſi ge-
neris ꝛ ſimul per quos aut de quibus ſcripti ſunt
comites gratos ꝛ aſſiduos ꝛ promptos uel in pu
blicum prodire uel ad arculam redire cum iuſſeris
paratoſqꝫ ſemper uel tacere uel loqui:ꝛ eſſe domi
ꝛ communicari in nemora ꝛ peregrinari ꝛ ruſtica
ri ꝛ confabulari ꝛ iocari ꝛ hortari ꝛ ſolare ꝛ mo-
nere ꝛ arguere ꝛ conſulere ꝛ docere ſecreta rerū
monimenta geſtorum:vite regulam mortiſqꝫ cōtē-
ptum:modeſtiam in proſperis:fortitudineꝫ in ad-
B uerſis:equabilitatem in actionibus atqꝫ conſtanti
aꝫ.Comites letos:doctos:humiles ac facundos:
ſine tedio:ſine impendio:ſine querela:ſine murmu
re:ſine inuidia:ſine dolo:Inter que tot commoda:
nullo cibo interim:nullo potu ꝛ ueſte inopi ꝛ an-
guſta domus parte contentos:cum ipſi potius ho
ſtibus ſuis ineſtimabiles animi diuitias:amplas
domos:fulgidas ueſtes:ꝛ iocūda conuiuia ac ſua
uiſſimos cibos parent.Admitto ꝛ in ſolitudinem
amicos:dulce genus:de quo multa premiſimus:ſi
ne quibus truncam ac debilitatam vitam ꝛ quaſi
luminibus captam puto.Quotienſqꝫ ſub noctem:
ut aſſolet:fores noſtras amica manus impulit:Ac
mihi ſeu longum poſt tempus uenerit hoſpes:Si-
ue opum uacuo gratus conuiua per imbrem(Quos
mihi uerſiculos e profunda grati conuictus expe-
rientia:ꝛ ex ipſo nature gremio videtur Flaccus
elicuiſſe)Quotiens ergo tale aliquid ꝛ mihi acci-
dit hoſpes:ſed poſt longum tempus gratus conui
ua:ſed uacuo operum:ne me forte uel frequētibus
conuiuijs uel impedimentis operum delectari cre
das:tunc ego non alium inueniſſe:ſed meipm̄ quo-
dammodo geminatum cenſeo:Non penitus duo
ſunt quorum vnus eſt animus.Nouit amor e duo
bus vnum facere:Alioquin impoſſibilem rem iu-
beret Pythagoras:ut in amicitia ſcilicet vnus fiat
ex pluribus.Quod cum ita ſit:ſequitur ut quiſqꝫ
vnius:idem ꝛ duorum capax amicorum locus ſit
Nulla igitur ſolitudo tam profunda:nulla taꝫ par
ua domus:nullum tam obſtruſum limen:ut nō pa
teat amico.

Tractatus decimus:Exhortatiuus eius ad quem auctor ſcribit:ut vitam ſolitariaꝫ amplectetur remouenſqꝫ impedimenta ac repellens argumenta eorum qui huic vite aduerſantur:cum preclara ſolitudinis commendatione.

Tam ob virtutes eius ad quem ſcribit:qꝫ ob comi
tes quos illi ad ſolitarie vite ſolatium ſors dedit:
ad ſolitudinem ſuadens. Cap̄.I.

Ibi pater:ſi teipſum:ſi tua bona no A
ueris:nihil deeſt quod gratam ſoli
t tudinem ꝛ dulce ocium poſſit effi-
cere.Adeſt animus bonus ꝛ adeo
bene inſtitutus etate:non negligen
ter excultus multarumqꝫ artiuꝫ ac
rerum notitia inſtructus:animus humanorū actu
um dux ac rector:totiuſqꝫ vite noſtre gubernaculū
tenens:ut iam tali gubernatione nauigatio niſi fe-
lix eſſe non debeat:viros claros ꝛ inſignes qui fue
runt noſti:uellem dicere poſſe qui ſunt:ſed ut res
eunt vides.Si qui tamen uſpiam ſuperſunt:haud
ignoti nunc etiam ſunt tibi:cum quibus non potes
aliter animo uerſare quod genuſ tibi nō maria nec
montes eripient:cuꝫ quibus potes ꝛ corpore abū
das pluribus fortaſſe:qꝫ q̄ꝫ huiuſcemodi rei nunq̄ꝫ
magna copia fuit:nunc inopia ſumma eſt:ſed vnuꝫ
nomen honoris cauſa huic loco inſerendum credi-
di:Eorum quos tibi ad ſolitarie vite ſolatiuꝫ ſors
dedit:Pontius Samſonis eſt:qđ a te ſcđm orna-
mentum habet eccleſia tua.De hoc enim ut quem
a prima etate familiariſſime cognitum:nūc quoqꝫ
certius noſſe mihi videar:fidentius loquar.Huic
ego non temere:ſed e re natum Samſonis cogno-
men obtigiſſe crediderim:ꝙ quantus hebreus ille
corporeis:tantus iſte ſit animi viribus:humanita
te:prudentia:Ad hec ꝛ litterarum nō mediocri no B
titia:eaqꝫ morum ſuauitate:que facile ſi quid ha-
bet ſolitudo aſperum lenire queat.Illum ut facis:
tota mente complectere:Illum in ocij ſolitarij par
tem uoca:Niſi enim fallor augurio ſequetur uolēſ
ꝛ feſſus urbanarum rerum:fugam urbium nō hor
rebit.Sed o ubi Socratem noſtrum linquo?Fal-
lor ne?Hunc linquo eqdem:Nam cum reliqui co-
mites:ille pars noſtri eſt.Itaqꝫ cum ceteri euocan
di ſint:hunc nobis inſeparabilem amor p̄ſtat.No
ſti hominem quem ꝛ ſtabilis amicitie fides earum
ꝛ muſarum multa familiaritas clarum facit:Cum
quo ita gaudium viteqꝫ iucūditas aderit:ut conſi-
liuꝫ non abſit:Ita ut vis ingenij vigorqꝫ animi:ut
qui his nonnunqꝫ iungi ſolet:meſtitie nulla nubes
interueniat:ſed ea ſemper lete frōtis vniformitas:
quam in Socrate illo ſene ꝛ mirari ſolemus ꝛ lau
dare:In hoc ꝛ conſpicimus ꝛ amamus.Proinde
nec noſtruꝫ ſileo Guidonem:cuius animo nihil eſt
purius nihilqꝫ candidius:nihil ingenio acrius:ni-
hil iudicio grauius:nihil conuerſatione ſuauius:
Qui ſi nō ſeptimus ut cognomē eiꝰ ſpōdet:ſed qn-
tꝰ acceſſerit:nō itelligo qđ h̄ dulciꝰ comitatu.Qꝫq̄ꝫ
nec alij qdē deſint ꝛ uoto pares ꝛ ſtudio:niſi illos

nobis aut ſtat⁹ imparitas aut omnino difficultas quedam: ⁊ inenodabilis humanarum rerum per- C plexitas inuideret. Sed ⁊ hi ſatis multi ſunt ⁊ il- lis animo frui nec ipſa uetuerit fortuna. Hi igitur tales viri aderunt: ut neqꝫ ualitudo aſpera neqꝫ urgens occupatio neqꝫ commigrandi incidens neceſſitas ita nos diſtrahat: quin vnius noſtrum aſſidue tecum ſit. Et quid ſingula enumerem? Nihil deerit omnium uoluntas vna non deſit. Aſſunt quidem minime graues: ſed agiles expediteqꝫ diuitie. Siue ut aliter idem dicam: Adeſt pauptas non meſta nec ſordida: ſed honeſta ⁊ leta: etſi ueruꝫ fateri uolumus multis inuidioſa: Adeſt libroruꝫ bona copia legendi dulcis ardor intelligendi memorandiqꝫ facultas data celitus ⁊ ſtudio aucta peruigili. Quod ſequitur ſiluiſſem (Sic enim pudor hortabatur ni ſcirem pro utentis affectu precium rebus accedere) Et ipſe igitur adero: ⁊ mea quam diligis nunqꝫ aberit papyrus: noui aliquid afferēs indies: cuius eſtimationem tu mihi fateor ante alios inexplebili illo tuo legendi deſiderio geminaſſes: niſi quod a principio dixeram ⁊ uetus eſt uerbum: Judicio fauor officeret. Repeto enim quotiens illam: ne dicam alijs: ſed certe Platonicis ac D Ciceronianis codicibus pretuliſti: dum tibi bibliothece mee limen ingreſſo: qui ſepe non ut epiſcop⁹: ſed ut amicus facis legendiqꝫ auido: que nunqꝫ in te ſitis extinguitur. Ego diuina illa opera celeſtiuꝫ ingeniorum obtuliſſem: Tu autem manu obiecta frontem auertens tātum noſtra depoſceres. In qđ ne quid tuum ratione careat: inclinaſſe te potuit: ul' ueterum perfecta cognitio repetite lectionis iā nō egens: uel hinc noſtrorum amor: hinc nouitas: ⁊ ſi enim in ſcriptis uetuſtatis auctoritas maior: ⁊ illud Flacci uerum ſit: ꝙ meliora dies ut viua poemata reddit: habet tamen ⁊ nouitas gratiam ſuaꝫ ⁊ forte iuuat experiri quantum viuendo profecerim: Nil enim impigrius: nil experientius eſt amāte. Quicquid autem cauſe eſt: tuum fateor: hūc ardorem ipſe coram ſepe miratus ſum: ſepe abſens villici mei uerbis agnoui qui aſſīdue redeūteꝫ his me lamentis aggreditur: Cur neſcio quam papyrum: quam tu hanc inuiſeris domuꝫ ſolam petere ſoleas: abſtulerim. Rideo ⁊ miror uel patris affectionem uel cuſtodis fidem: uel villici puritatem. Itaqꝫ aliquando abiens: ⁊ cum ſene meo ludens: papyrum illi uacuam dedi: quaſi illa eſſet quā quesiſſes. Quo facto ſe illuſum reuertenti: iterum grauiter queſtus totaqꝫ demum res in iocos ⁊ in riſum deſijt.

¶ De illis que ſolitarius debeat ſemper deſiderare: ⁊ de loco habitationis eiuſdem. Cap. II.

A S Ed redeo ad ordinem. Adeſt ergo tibi preterea ſine quo vita: ne dicam felix: ſed ne vita qdem eſt: malarum rerum naturale odium ⁊ bonarum amor: virtutum cultus: bone fame pulchra cupiditas: honeſti ſtudium: contēptus ſuperuacui. Qđ ſi vnum e ſolitarie vite fundamētis dixero: uerum dixiſſe me dicam. Adeſt corpus laboribus obeūdis idoneum: nōdum fragile iā maturum. Adeſt etas adhuc virēs: ſed iam adoleſcentie malis explicita: que optima vite pars: nec expers actuum: nec cōſilij inops eſt: ⁊ ad magnas res audēdas aggrediēdaſqꝫ ſufficiens. Adeſt deniqꝫ patria: ubi ciuis ac pſul hinc amoris in populo: hinc reuerētie arcem tenes. Illud tibi natura pſtat: hoc dignitas: utrūqꝫ virtus ac merituꝫ. Eam quoqꝫ ſortitus es patriam: quam lꝫ epiſcopatus tuus ciuitatis appellatione nobilitet: ea tamen preter uetuſtatem ⁊ nomen de ciuitate nihil habet: non luxū: nō frequētiam: non tumultum: ſingula ad eam vitam de qua loquor aptiſſima. Cuius ego ſi rite cōputo annis circiter qnquaginta ante dn̄i aduentum Julio Ceſare Britāniam oppugnāte in autēticis ſcriptis: inter antiquas iam tunc urbes memoriam inuenio. Aſpectus loci talis eſt: ut non inelegāter idē B ipſe Socrates noſter: quotiēs illic ad te viſendum conuenimus dicere ſoleat: En ciuitas illa parua quidem ſed honeſta: quam Abagarus rex Jeſu ſaluatori obtuliſſe legitur in eccleſiaſticis hiſtorijs. Illius in medio tibi ſolitudinem facere ſi uelis potes: non eges ad hanc rem peregrinatione longinqua: ad quam multi eorum confugerunt quos ſupra cōmemoraui: ea locorum cōditio eſt: ut in patria tua inqꝫ tuorū gremio ſolitarius eſſe poſſis: haud ſpernenda quidem opportunitas: domi habes qđ multi trans maria queſiere. Si autem tibi nidus tuus ſordet: aut quid forte liberius petis: euolare licet in propinquum ramum: ⁊ ſupra vicinuꝫ fontē amenissima ⁊ quietiſſima ſtatione conſiſtere. Adeſt tibi tuus Sorgia rex fontiuꝫ: ad cuius tibi murmur hec ſcribo. Adeſt liberrimum gratiſſimūqꝫ perfugium clauſe uallis. Sic enim uocant incole: ſic uocari uoluit natura: quando illam circūductis collibus abdidit extra omne iter: omnemqꝫ concurſuꝫ: videriqꝫ niſi ab incolis non permiſit. Hic tu quoqꝫ quod rarum ⁊ liber ⁊ dominus ⁊ preſul ⁊ ſolitarius eſſe potes. Poteris ne tuum locum ſpernere: qui aduenis ⁊ reuerentiam inijcit ⁊ ſtuporem? Si C quis ſpecus inquit Seneca ſaxis penitus exeſis montem ſuſpenderit: non manu factis ſed naturalibus cauſis in tantam laxitatem excauatus: aium tuum quadam religionis ſuſpitione percutiet. Si hoc ueruꝫ eſt: ubi queſo religioſior uſqꝫ ſpecus? Et ſi quod ſequitur eſt uerum: Magnorum enim inquit fluminum capita ueneramur: ubi maior ueneratio? Flumina quidem maiora longe vie ſpatio ⁊ congeſtu aquarum multarum nouimus: fontē nullum. Rurſus ſi tertium eſt uerum: ſubita inquit ex abdito uaſti amnis eruptio aras habet: ubi oro di- D gnius are fuerint? Quas ego iam pridem Chriſtū teſtor: ſi qua uoto facultas affulſerit: illic in hortulo meo qui fontibus imminet ac rupibus ſubiacet: erigere meditor: non nymphis: ut Seneca ſentiebat: neqꝫ ullis fontiuꝫ fluminumqꝫ numinibus: ſed Marie cuius partus ineffabilis ⁊ fecunda virginitas: omneſqꝫ deorum aras ac templa ſubuertit. Aderit ipſa fortaſſis: ut quod diu iam ⁊ niſi fallor pie cupio: aliquando perficiam. Nunc ceptum ſequor: Poteris ne igitur tuum locum ſpernere quē alienigene uenerantur? Locum libertati ⁊ quieti ⁊ ocio ⁊ ſcientie ⁊ virtuti: ac ne in ſingulis immorer: ad ſummam omnibus quibus ſtudes amiciſſimum locum: ut cetera ſileam: tanto olim ⁊ tibi taꝫ E culto habitatore dignatū. Scis ꝙ ueranus tuus Chriſti ꝯfeſſor eximius: qui ſedē tuā nūc ſolito duriorē: neſcio quotus an̄ te tenuit: querēs locū pacis hic demum ſubſtitit pulſoqꝫ hinc dracone terribili

ſanctam ac ſolitariam vitam his duxit in locis. Cuius nomen inter famoſe ſolitudinis amicos:nõ preteritum ſed dilatum eſt:ut in extremo poſitum tenacius hereret memorie:non tam tue:vnde illud auelli cõmemoratio quotidiana nõ ſinit: ⁊ pſens ſemꝑ uana ſub oculis fidei tue teſtis in quã pcioſiſ ſancti viri reliquijs exequẽdã:oẽ tum ſtudiuꝫ:oẽs opes ut dici ſolet uẽtre fraudato:oẽ deniqꝫ qȝ tibi uſqꝫ erat argẽtum atqꝫ aurum virũ optime ꝯtuliſti qꝫ ceteroꝝ qui foꝛtaſſis hec legẽt. Hic eqdeꝫ habitauit ille dum vixit puſqꝫ ad ſtatum cure põtificalis inuitum ſpectata virtus attolleret:hic uelut in terra hoſtili:ſed a ſe ꝑdomita ac pacata ⁊ cultui hominum acqſita Chꝛiſto cuius auſpicijs ſignoqꝫ vicerat:Tropheum erexit titulo virginis genitricis inſigne tẽplum exiguum:ſed decorum ⁊ ualiduꝫ.
F Hũc ipſe mõtem ꝑuium fecit: ⁊ hãc montanam ꝑ duraqꝫ ſilicem ꝑforauit ſuis:ut aiũt:manibꝰ:opus feruoris atqꝫ ocij ingẽtis:hic in ripa cellam habuit:Chꝛiſto diues atqꝫ hoꝛtulo cõtẽtus ⁊ flumine. Poſtremo ꝓcul hinc moriẽs:huc referri:atqꝫ hic ſepeliri uoluit:ut noſti:tam claro ſtupendoqꝫ miraculo:ut qȝ oliꝫ in trãſitu maris rubꝛi viuẽtis moyſeos virga potuerat:hoc ſi qua fides in tranſitu fluminum ueram pallium poſſet extincti. Hec hactenus:Nam de reliqs ruris tui laudibus multa dici poſſunt:ſed ⁊ multa ſepe diximus: ⁊ hodierno colloquio dandus eſt finis.

¶ Qꝫ qui deo ſeruire uelit:ſiue artibus bonis ingenium excolere:ſiue aliqd aliud boni facere:fugiat nedum opem ferre alijs videaꝛ ipſe obruaꝛ:Et qȝ in alio repꝛehendat ipſe ne committat. Cap.III.

A s Iue itaqꝫ deo ſeruire uolumus:que vna libertas eſt atqꝫ vna felicitas:ſiue artibꝰ bonis ingenium excolere:qui ꝓrimus egregius laboꝛ eſt:ſiue aliqd meditãdo ⁊ ſcribẽdo nr̃i memoriam poſteris relinquere:atqꝫ ita dierum fugam ſiſtere ⁊ hoc bꝛeuiſſimum qdem vite tempus extẽdere:ſiue ſimul hec oĩa pſtare ꝓpoſituꝫ eſt nobis:fugiamus oro iam tãdem ⁊ id quãtulũcunqꝫ qȝ ſupeſt in ſolitudine trãſigamꝰ: omni ſtudio cauẽtes nedum opem ferre naufragis videmur: ipſi rerum humanarũ fluctibus obruamur:rerum humanaruꝫ ſcopulis allidamur. Deniqꝫ qȝ ꝓbamus id agamus:ne qui moꝛbus eſt publicus:quodqꝫ in alijs ſepe repꝛhẽdimus:cõmittamus: ⁊ iudicia ſermoneſqꝫ nr̃i ab actionibus diſcrepent.

¶ Qꝫ non debeamus amplas opes expetere:nõ eniꝫ adiuuant ſed impediunt. Cap.IIII.

A n Emo vͦo nos fallat: nemo nobis pſuadeat in hoc amplas opes expetẽdas: Nõ adiuuãt ſed impediũt:pꝛemũtqꝫ:nõ ſubleuant. Ad hãc vitam aſcẽſus eſt: Nemo in altum aſcenſurus ſuꝑuacuis ſpõte põderibus aut laqueis implicaꝛ: Nihil auro grauꝰ nihilqꝫ tenacius:id niſi quo ad neceſſitati ſubuenit:nec optãdum nec amãdum qdem. Ubi enim auaritie obſequiꝛ:nihil eſt qȝ ferẽtem magis incuruet ac deijciat ⁊ in terraꝫ cogat Neqꝫ id mirum:ſi a terra oꝛtum ad eãdem ſuo põdere ferꝛ. Non cõuenit aĩam celeſtis origenis terreſtrium cauernularum ſarcinis obꝛui:fecibus inqnari. Pꝛefert qdem ſplẽdorem ⁊ lenitatem ſenſibꝰ illudẽtem:animo aut affert tenebꝛas ⁊ ſpinas ⁊ tribulos curarum triſtium ac pungẽtium: ⁊ quo purgatius videꝛ:eȯ abditis malis infectiꝰ eſt. Nunqꝫ ſole ueniũt diuitie:multa ⁊ uaria mala ſecũ uehũt ⁊ innumeros labores cauſaſqꝫ diſcriminũ. Si mihi nõ ſatis eſt fidei:quere ab his quos felices uocãt: ⁊ adiura ut ueri nihil occultẽt:inuenies eoruꝫ vitam ſupplicijs plenam ſuis:ut quam mirabaris exhoꝛreas aut contẽnas: ⁊ intelligas huic vite ad quam te hoꝛtoꝛ:magnas diuitias nil ꝓdeſſe: ſepe aũt obeſſe qꝫ plurimum:ut nedum nõ tanto ſtudio cõquirẽde ſint:ſed abijciẽde potius ſi ultro adeẽnt donec ad eum quem natura ⁊ virtus ſtatuunt modum:more nautarum graui tẽpeſtate laborantiuꝫ: iactu dãnoqꝫ rerum ſalua puppe:ꝓuẽtum eẽt. Mi B
ra res nũc aĩum ſubit:ut te pater meqꝫ tecum rogẽ ⁊ obteſter:ut vnius pueri cõſilium vni datuꝫ ſeni duobus eẽ utile patiamur. Is puer Alcibiades fu C
it poſtea vir ⁊ foꝛma notus ⁊ ingenio alternantiſqꝫ foꝛtune clariſſimum exẽplum: Huic auunculus Pericles fuit:vir ⁊ ipſe raris annumerandus: In pmis elogo potẽs: ⁊ cui ad magnum impium fuerat lingua pꝛo gladio: Ad hũc ergo cum puer Alcibiades ex more ueniẽs:ſenem ſolito triſtiorem offendiſſet:motus ꝙ nõ ſolitis foꝛte blãditijs exceptus eẽt:ꝑconatus ferꝛ que cauſa triſtitie ſeu qd icidiſſet noui: ⁊ cum ſenex puerili reoꝛ ingenio delectatus:ueram rei cãm nõ celaſſet:dixiſſetqꝫ ſe immẽſam pecuniam expẽdiſſe in uſus reipublice: cuius impẽſe rõnem qualiter redderet nõ poſſet apȯ ſe cogitãdo reꝑire:Tum puer ſupꝛa etatem:Tu vͦo ingt cogita potius qliter nõ reddas. Callidum nẽpe cõſilium:uel ſi a ſene datum eẽt magnũqꝫ ⁊ euidẽs plenum pſagium etatis. Quo fretus auunculus:cõcitatoqꝫ externo bello ciuilem difficultatem reddẽde rõnis euaſit. Sed ad cõſilium reuertoꝛ: in quo laudare ſoleo:nõ facti iniuſtitiaꝫ: ſed acumen ingenij ⁊ celeritatem:hoc eſt illud pueri ſenile cõſilium:qȝ in uſos nr̃os uertere moneo: ſed in alios terminos añ uerſum. Ecce enim ueniẽt qui viã no- D
bis ad magnas diuitias oſtẽdãt:qȝ nihil eſt aliud qꝫ auaritiam docere: Peſtilẽs ſane ſchola ⁊ opoſa admodum difficiliſqꝫ doctrina multo vigiliarũ ac laboꝝ impẽdio diſcẽda: ⁊ uel effectu caritura uel nocitura ſucceſſibus. In his cogitationibus occupato aĩo dicamus:Cogita potius qualiter iſta nõ cupias:Ea enim utilioꝛ ⁊ certe facilioꝛ ars eſt:ad quam ſi adhuc lentus ⁊ indocilis eſt aĩus additis urgẽdus eſt ſtimulis:Oſtẽdamus ei pter mala diuitiarum de qbus ⁊ a nobis modo aliqd: ⁊ multa quotidie dicunꝛ a multis:eſſe artem hãc in manibus nr̃is:illam alteram in arbitrio foꝛtune. Spernere opes põt qſqꝫ:cõſequi nõ ita:ſcitũqꝫ eſt illud amici:Quare ingt potius a foꝛtuna impetrem ut det qꝫ a me ne petam? Itaqꝫ rem difficilem ⁊ euẽtus ambigui:puto pſtat intẽtatam linquere:que ⁊ ſi certe utilis foret:eſſet tñ intẽpeſtiua ⁊ ſera. Ecce enim ſudabimus:anhelabimus: toꝛquebimur ne deſint vite bꝛeuis ac fragilis alimẽta:que ut dixi: iam pꝛidem cumulate ⁊ uſqꝫ ad inuidiam ac delitias aſſunt:Uerum eſto:deſit aliqd:Quis eſt eniꝫ regum cui non aliqd deſit? Hic magno niſu aſſurgendum dicet aliquis:ut omnem pꝛoꝛſus indigentiam futuri dijs ſimiles:ꝓpellamus:que nec penitus pelli poteſt: ⁊ ad tẽpus pulſa redit acrioꝛ.

¶ Qꝫ anxia vita que in craſtinum pꝛominens non eſt vita:ſed vite meditatio:Et ꝙ auaritia ſit vincẽda: ⁊ iter ad ueras diuitias cõdiſcenda. Cap.V.

A Jcero qdem ad Germanum ſcribens:Q̃ð
c me inqt ſicut ſepe antea cohoꝛtaris ad am-
bitionem ⁊ laborem:faciam eqdez ſed qñ
viuemus.O bꝛeuis queſtio:ſed efficax:Hic vͦo qſ
quis erit hoꝛtatori nr̃o apte ne ſatis ⁊ grauius re-
ſpõderi põt:Placet amice qð ſuggeris ſi mõ poſſi
bile eſt:ſed quãdo viuere icipiemus.Oro te quos
ſcilicet nõ modo viuere ſed vixiſſe iaz deceat?Nã
hec ſemp̱ anxia atq; in craſtinum ꝓminẽs:non eſt
vita:ſed vite meditatio nunq̃ʒ foꝛte uenture:⁊ qð
cõſtat ambigue.Inter multa qdem hoc a plebeio
poeta nõ ignorabiliter dictum tenes:Crede mihi
nõ eſt ſapiẽtis dicere:Uiuam:Sera nimis vita eſt
craſtina:viue hodie.Eſt vͦo cõſilium illud Alcibia
dis late patẽs ⁊ ad multa vſabile:Ultio ſtimulat:
gula ſollicitat:ſuſpẽdit ambitio:incẽdit amoꝛ dif-
ficillima exequẽdo cõtẽnẽdoq; facillima.Hec ani
mum doceamus:ut anceps ⁊ p̱iculoſa ad nocẽdũ
via:itaq; ſepe dum ulciſci uolẽs iniuriam acerua-
bis:ut vilis gule ſeruitus ⁊ ſolliciti apparatus tur
piſſimus exitus:ut uẽtoſa ſemp̱ ambitio ſupplicã-
dum populo:quo nihil eſt durius:ut impꝛobus ſu
perbuſq; amoꝛ ſeruiẽdum mulierculis:quo nihil i
dignius viro foꝛti:ridẽdum inaniter lugẽdũq; : ⁊
ſepe nõ minus letis q̃ʒ meſtis euẽtibus:tãta uani
B tas rei eſt:hoꝝ oium vna eſt regula.Sigdem his
implẽdis cogitatio impedit̃:nunq̃ʒ deerunt meſti-
tie moꝛtales ⁊ maloꝝ cauſe:ut euadas hinc ⁊ ut le
tus ac liber ſis:contemptus ipſe p̃ſtabit.Hoc poti
us cogitãdum eſt igit̃ qualiter difficultates has ef
fugias:q̃ʒ qualiter explices:Uide in q̃ʒ virilez ſen-
tẽtiam:puerile dictum trahi põt.Sed omiſſis ali-
is:qð nũc vnum agit̃ auaritiam hoc artificio vin-
camus:neceſſarias nobis ad hoc ocium magnas
opes oſtẽtãtem:⁊ ſpernẽdo moꝛtalia frenandoq;
cupidines:⁊ nature modeſtiam eſtimãdo:compẽ
diarium iter ad ueras diuitias condiſcamus.Re
enim uera cum oibus ad virtutem nitẽtibus:tum
uel maxime ꝓpoſito noſtro inimica cupiditas eſt.
Nam nec finem habet ullum:⁊ cumulãdo ſupua-
cua:impedimẽtum querit huic vite:cui p̃ſidiũ pol
licet̃:quam nõ onuſtam ſed expeditam atq; agilez
C eſſe opoꝛtet.Nempe cum cõſtat multis qui omnia
poſſe videbant̃:ne hoc vnum poſſent:opum poten
tieq; magnitudinem obſtitiſſe.Tibi nil obſtat niſi
qð minime ſuſpicoꝛ:ipſe tibi obſtes:potes eqdez:
potes modo nõ ſingulos nodos ſoluere : q̃ʒ ſimul
oẽs amputare malueris:Aduerſus hydraz res eſt
nobis:nullus erit finis niſi repullulãtia capita in-
genio p̃cidamus herculeo.Ego ſolus eẽ non tãtuz
poſſum:ſed iam cepi facile p̱ſeueraturus:ſi tantus
mihi vie ſolitarie dux ⁊ comes acceſſerit.Nõ mo-
do enim mee qetis adiutoꝛ:ſed ut qð in animo eſt
quomõlibet enũciem:Ipſe qes mea:nec tm̃ ſolitu-
dinis ſolamen:ſed ipſe quodãmodo ſolitudo mea
eris:tũc uere plerũq; ſolitarius videboꝛ dum tecũ
ero.Preceſſi ego te:tẽtauiq; uadum:ſequere ſaltẽ
qui p̃cedere debuiſti.En quaſi dubio toꝛrente trãſ
miſſo ripa clamãs ad aduerſa ut intrepide trãſeas
edico:Nihil oino p̱iculi eſt:⁊ ubi pꝛimo pedes te
nui ſtrupea oia atq; ſuſpecta:hic amena oia ⁊ ſecu
ra denũcio.Si dubitas:ſi cũctaris ipſe retranſeo
⁊ ueſtigia retro obſeruata ſequoꝛ:ut Uirgili⁹ ait:
ut ſcilicet manu pꝛehẽſum ad hec te loca p̱ducam:
qbus cum aſſueueris:regum thalamos põtificũq;
aulas carceres ⁊ moleſtos laqueos ducas.

De remedijs ꝯ pigrũ ꝓgreſſũ ad ſolitudinẽ.C.VI

Uod ſi foꝛte oia que aios tenent abdicare A
q nõdum poſſumus.Jd enim vnũ eſt ex eoꝝ
gñe que pꝛius incipiũt hoies docere q̃ʒ di
ſcere:at ſaltem amicam nobis ſolitudinẽ faciamus
qð nullo uetãte p̱mittimus:inq; illam cum oibus
foꝛtunarum nr̃arum ſarcinulis cõmigremus:qbuſ
cum foꝛtiter carere poſſe cep̱imus:tñ demum ple-
na libertas erit ⁊ ſecurum gaudiũ.Interea ut res
ſunt:nuſq̃ʒ certe qetius victuri ſumus:Neq; enim
uel qꝛ diffidam tam obnixe ago uel tãto uerboruz
niſu qcq̃ʒ tibi durum aut graue ſuadeo:cum ⁊ alti
tudinem animi tui norim:⁊ ſiue huius ſiue artio-
ris vie clariſſimi tibiq; notiſſimi duces ſint.Nam
⁊ Martinus cui multum fidis:⁊ cui qð p̱egrinati
ones ſermoneſq; tui indicãt:inter Chꝛiſti amicos
amiciſſimũ te notaui:hũc vite modũ:ut ex ſupiori
bus liquet ipleuit:ſimul ⁊ ſolitarij regem amplex⁹
⁊ ep̃iſcopi dignitatẽ retinẽs:ut iure ſuo Genadius B
⁊ monachũ ⁊ ep̃m illum uocet.Nẽpe qui p̃us añ
baptiſmuz:qð difficilius eſt ipleſſet in adoleſcẽtia:
inq; ipſa militia utraq; religioſis aduerſa cõſilijs
ſic viuẽs:ut iam tũc ſicut in vita eius ſcriptum eſt:
nõ miles ſed monachus putaret̃.Et alter Menas
cui natalis idem qui Martino eſt:terrenaz celeſti
militia:nõ in urbe ſed i heremo p̱mutauit.Et huc
quoq; de iduſtria dilat⁹ Gregorius naſiançenus:
ut Hieronym⁹ teſtat̃:Immo ſe ep̃m in loco ſuo oꝛ
dinãs ruri vitã monachi exercuit:Cuius vite quã
tus illi ſemp̱ amoꝛ fuerit:hinc elicis:ꝙ iam añ ſub
recẽtem ex atheniẽſi auditorio digreſſum:Baſiliũ
Ceſariẽſem famoſum cõpatriotã ⁊ collegam:atq;
ut famaz ſecut⁹:Auguſtinus ait:etiã carne germa
num ſuũ e cathedra magiſterij detractum:ubi ille
rhetoricam florẽtiſſime docebat:iniecta manu ad
ſolitudinẽ ⁊ ad meliora ſtudia inſigni quadã amo
ris fiducia ⁊ auctoritate deduxerat.

De repulſione argumentoꝝ illorum qui vite ſolita
rie aduerſantur. Cap.VII.

Udio aũt e trãſuerſo qd aduerſus hec rur- A
a ſum obſtrepi ſoleat.Nam p̃mo de ſcriptu-
ris ſacris nobis facẽ nitunt̃ inuidiã.Ue ſo
li qꝛ cum ceciderit nõ habet ſubleuãtem ſe.Et me-
lius eſt duos ſimul eẽ q̃ʒ vnum:hñt enim emolimẽ
tum ſocietatis ſue.Et que ſunt id genus plurima.
Qð oino nõ dicerẽt ſi qd ego ſentiã ⁊ qd loqr attẽ
derẽt.Deinde Ariſtotelicũ illud obijciunt:ubi ait:
uel ꝙ nãliter ſociale aial eſt hõ:uel ꝙ qui alijs non
coicat:aut beſtia eſt aut deus:qſi ego uel odiũ idi-
cam uel ſocietatẽ oium hoium interdicam:uel an-
ceps ſit electio qd eẽ malim:an beſtia an deuſ:hoc
eſt beſtialis hõ an diuinus vir.Ciceronianuz p̃te-
rea illud nobiſ imurmurãt:ubi nõ a neceſſitate qð
qbuſdam viſum eẽt:ſed a nã ꝑfectam hoium ſocie
tatem:nõ ſemel deſeruiſſe ꝯtẽtus:rei huius argu-
mẽtum attulit optimum:quẽq; lʒ oibus copijs ſuf
fultum ⁊ ois neceſſitatis exp̱tem:tñ ⁊ ſolitudinez
fugiturum ⁊ ſocium ſtudij queſiturum.Quib⁹ ſa-
tis ut arbitroꝛ libꝛo ſup̱iore rñſum eſt:Nã nec ego B
niſi in hoc mihi plene cum Tullio ꝯueniret:ſolitu-
dinis ac ſtudij ſocium:immo uel ſocios ⁊ queren-
dos dicerem ⁊ colẽdos.Et hec igit̃ ⁊ que ad obui
andum nobis ſimilia trahi ſolent teneo : ⁊ deſerta
ſolitudine Aphꝛaten cuius ſupꝛa meminimus : ⁊

Julianum illum famoſiſſimū heremitā antiochiā:
⁊ famoſiorem Antonium Alexādriam urbeſqꝫ ali
as petijſſe nō ſum neſcius:uerum id non motu ꝓ
prio ſeu leui qualibet ex cauſa:ſed pro graui neceſ-
ſitate ſummoqꝫ fidei diſcrimine geſtum noui.Sic
enim ſcriptum eſt:Sciebāt illi ſacratiſſimi viri q̄d
tempori vnicuiqꝫ cōgrueret:⁊ quando eſſet opus
frui q̄ete:⁊ quādo neceſſarium ſolitudini ꝑponere
ciuitates.Jam id ꝓpe ridiculum qȯ ꝑmiſſis accu-
mulāt:quodqꝫ ꝑſenti mihi ſepius obiectum ſcio.
Quid eniꝫ fiet inq̄unt:ſi paſſim oībus perſuadere
C potueris qȯ intendis?aut quis tādem in urbibus
reſidebit?Uide ergo ne cōtra rempublicam loqua
ris.Quibus plane res ipſa reſpōdeat.Siquidem
omnes inde migrauerint:certam eſſe mutande ſen
tentie rōnem ſolitudines deſerendas:que iam ſoli
tudines non erunt:eoqꝫ ꝓtinus redeūdum:vnde
omnis tedij pater inges popelluſ abſceſſerit.Sed
bene habet:non hi ſunt hoīum mores:neqꝫ taꝫ pa
tulas vulgus aut tam faciles honeſtis conſilijs au
res prebet:paucis utinam ꝑſuaſerim.Nec v̇o par
eſt omnibus vnam vitam ⁊ ꝑſertim ſolitariam ſua
dere:nec ego loquor omnibus:ſed tibi:ſed mihi:⁊
his paucis q̄bus hec rara conueniunt.Nobis cer
te ſi nō vulgi uoces:ſed naturaꝫ noſtram ſeq̄mur:
nihil eſt aptius.

¶De hortatione ad ſolitudinem:Et ꝙ urbes relin-
A quendi ſint occupatis in ſeculo. Cap.VIII.

l Jnquamus urbem non redeūdi animo:ne
poſita ad aratrum manu reſpiciamus re-
tro:ſed ꝑcemur potius:ne vnq̄ꝫ ad ingratū
deqꝫ omnibus bonis male merituꝫ populuꝫ reuer
tamur.Qȯ feciſſe Lentulus tradit̄:is qui ſub ob-
tentu ꝑfectionis honeſte:eternum exilium elegit:
quem ut imitari uellemus:⁊ ſi non q̄etis amor ac
ſaltem turbe odium ꝑſuaſiſſe debuerat.Q̄ꝫq̄ꝫ non
deſit exēplum minus notum ſed deuotum magis
Chronij phenicis monachi:qui ſolitudinem igreſ
ſus orauit ne vnq̄ꝫ inde diſcederet:multaqꝫ ꝑſeue-
rantia ſibi ꝑſtitit ne irrite preces eēnt.Extirpande
ſollicitudinum cāe ſunt:frangēdiqꝫ qui nos tenent
vnci:rūpēduſqꝫ pons a tergo ne qua fuge uel redi-
tus ſpes ſupſit.Dicam enim tibi:nō qȯ Palladiuſ
exēploꝝ talium hiſtoricus dixiſſe ſibi Joānem ſcri
bit egyptium heremitam illum cuius ſupra mētio
eſt habita:Epiſcopus enim inq̄t es futurus:pluri-
mūqꝫ tribulationum habiturus es ac laboruꝫ.Si
igit̄ iſta vis fugere:noli relinquere ſolitudines no-
ſtras:Nullus enim te in deſertis degētē locis epi-
ſcopum faciet.Hec Palladio Joānes.Ego aūt ti-
bi de ep̄atu nihil.Jam enim es qui ille cauēduꝫ ꝑ-
monebat:nec iam tibi poſſibile eſt epiſcopū nō fuiſ
ſe:ad quem ſtatum an̄ annos matura te virtus ere
xit.Sed q̄d huic ꝓximum eſt dicam:Ep̄atus eniꝫ
tuus talis eſt:in quo ⁊ honore ſummis:in liberta-
te mediocribus atqꝫ infimis par ſis.Qȯ ſi maio-
ris epiſcopij pōdus times:ſolitudines nr̄as ama:
Et ſi laboꝝ imortalium nexibus vis abſolui:hanc
regem quere:Ut enim a militie labore rediens:ait
Romanus ille Cēturio:hic optime manebimꝰ:qȯ
ſi fortuitu ꝓlatum:ad oēm tāti impij tractuꝫ eſt:ex
B ꝓpoſito dictum nō ſpernat̄.Surge:ueni:propera
linquamus urbem mercatoribus:aduocatis:ꝓſe-
netis:feneratoribus:publicanis:tabellionibꝰ:me-
dicis:vnguētarijs:lanionibus:cocis:piſtoribꝰ atqꝫ
fartoribus:alchimiſtis:fullonibus:fabris:texto-
ribus:architectis:ſtatuarijs:pictoribꝰ:mimis:ſal
tatoribus:citharedis:circulatoribꝰ:lenonibus:fu
ribus:maleficis:adulteris:paraſitis:hoſpitibꝰ:cir
cūſcriptoribus ac ſcurris:edacibꝰ odorem fori vi-
gili nare captātibus:q̄bus ea felicitas vna eſt:illi i
hiāt:Nullus aūt nidor in mōtibus ⁊ ſolitis ac pla
citis caruiſſe ſupplicium.Sine illos:non ſunt nr̄i
generis:Permitte diuitibus nūmos ſuos nume-
rare:⁊ in hoc arithmetice ꝑſidio uti:nos diuitias
nr̄as:ſine ſtudio:ſine arte numerabimꝰ.Nihil eſt
qȯ illis inuideamus:niſi nūc etiam:qȯ abſit:pue-
ri ſimus:quos ficta adūbrata ſuſpēdāt.Demi pha
leras eq̄s uenalibus uetus eſt cautela.Nemo ſanꝰ
puellam deformem ꝙ bn̄ ueſtita eſſet in cōiugiuꝫ
optauit.Nos ſi phaleras:immo laruaſ his purpu
ratis felicibus detrahamus:clare videbimus eſſe
miſerrimos:Suas ſibi diuitias habeāt:ſuos mo-
res:ſuas uoluptates.Nēpe quas eternas uellēt di
uitie abibūt:⁊ quas manu retrahūt uoluptates fu
giēt:At q̄bus caruiſſe cupiēt mores ſtabūt ⁊ comi
tabunt̄ inuitos.Cūcta hec que illos vulgo mirabi
les oſtēdūt:momēto tp̄is euaneſcēt.Sub imperio
fortune viuūt:ſi illa pep̄cerit:morſ nō parcet.Qui
ꝑcioſiſſima rerum habēt:ſi tn̄ dicēdi ſunt habere q̄
bus ſeruiūt:ipſi mox a viliſſimis habebunt̄.Et a q̄
bus inges habebit diuitias ingratus heres ⁊ for-
ſan hoſtis inuiſus?Corpa uermes ⁊ upupe:Tarta
rus aīas:Nomē:obliuio ſempiterna.Cōtra q̄ꝫuis
pauper hic fuerit:Jn memoria eterna erit iuſtus.
Non nos igit̄ ad emulationem ꝓuocet falſa ꝓſpe C
ritas uera miſeria:ſequeſtrentur a nobis molles ⁊
eneruati diuites.Jllis therme:fornices:atria:po-
pine:nobis ſilue:mōtes:prata:fontes placeāt.Jlli
carnis deſideria ⁊ lucrum vndecūqꝫ ueniens:nos
ſtudia liberalia ⁊ honeſta ſectemur:⁊ ſiq̄d mecha
nicum miſcere iuuat:ſit agricultura uenatioqꝫ:Cui
q̄ꝫuis ineſſe clamoſum aliq̄d ⁊ nr̄o ꝓpoſito diſſo-
num videat̄:de uenatione uetuſqꝫ ſit uerbū:Jn ue
nādo multam uerboꝝ eſſe iacturam:uenationeꝫ tn̄
⁊ meditationi ⁊ ſtudijs opportunam:magnis q̄-
buſdam ingenijs viſam ſcio:ꝓpter ſolitudinem ſci
licet ⁊ nemorum latebras ſilētiūqꝫ retia ipſa ſeruā
tium.Qȯ tum maxime uerum fiet:dum ꝑter nu-
merum:hoc eſt nō uenator ſed ſpectator in ſiluam
eas abiturus ex cōmodo ſine ullo uenātium com-
meatu:ea forte uel clericis ꝑcipue inter ſiluas agē
tibus ꝑmiſſa licētia eſt:nec huius gn̄is interdicta
uenatio:rara q̄dem ⁊ modeſta ⁊ exercitio corpis
indulta nō luxui:queqꝫ illi cognate ſunt piſcatio au
cupiūqꝫ:he ſunt ruris artes.Deniqꝫ illi ſemp pēde
ant ac uoluant̄:nos ad petram preſſis ueſtigijs in
ſiſtamus.Jlli ſemp hereāt:nos aliq̄n̄ ꝓgrediamur
Jlli ſemp dubij cōſultēt:nos iam tandem ſalutare
cōſilium exequamur.Poſtremo illi mūdum fugiē
tem amplexētur teneātqꝫ ſi poſſint:nos dn̄ꝫ ⁊ que
ramus dum inueniri pōt:⁊ inuocemus dum ꝓpe
eſt:q̄n ⁊ duꝫ corpora nr̄a peregrinant̄ ab urbibus:
peregrinent̄ a corporibus animi:ꝑmittamus illos
ad celum cum tēpus aduenerit(qȯ philoſophi nō
ſperarunt)⁊ corporibus ſecuturi.

¶De preclara ſolitudinis commēdatione. Cap.IX.

N quo impetus calamuꝫ tulit:q̄ꝫ multa di A
e ximus de re parua:ut vulgus exiſtimat:ut
ego ſentio ꝑmaxima:⁊ mihi eq̄dem tam in

cūda:ut cum in hoc coꝛporeo carcere diu vinctum
me fuiſſe meminerim:vixiſſe nō amplius mihi vi-
dear niſi q̄diu ſolus ⁊ ocioſus vixi.Q̄ꝙ o ſi uſur
pare audeam p̄clarum illud ſingularis ⁊ egregij
ducis dictum:ne impoꝛtune detur inſolentie glori
andi par in tanta imparitate licentia:Ego quoqꝫ
non modo nunq̄ minus ocioſus q̄ cum ocioſus:
minus ue ſolus q̄ cuꝫ ſolus:ſed ſemper ocioſus ni
ſi dum ocioſus:ſemper ſolus niſi duꝫ ſolus fui.Et
ſi non ſim dubius:quod ſepe iam dixi:magno ſtre
pitu populum his omnibus occurſurum:Sed ue
ritas intrepida ⁊ inuicta eſt:Nec nanos hoꝛret
ſtrepitus:ut deſcriptoꝛ generoſi coꝛnipedis Ma-
ro ait:Illi ardua ceruix argutumqꝫ caput:Cuius
quidem non aſſertoꝛ adhuc magis audax q̄ ſollici
tus inquiſitoꝛ ſim.Ad quam lꝫ enim ſtudio ſemper
aſpirem:uereoꝛ tamen nequando mihi uel illius la
tebꝛe uel mee cure uel tarditas quedam obſtet in
genij:ut ſepe res querens opinionibus implicer.
B Hec ergo non diffinitoꝛ ſed ſcrutatoꝛ ueſtigatoꝛqꝫ
tractauerim:Nam ⁊ diffinire ſapientis eſt pꝛopꝛi
um:⁊ ego nec ſapiens nec pꝛoximus ſapiēti:ſed ut
Ciceronis uerbo utar:magnus ſum opinatoꝛ.Cō-
tra autem paucos quibus loquoꝛ:affuturos ſcio p̄-
ter numerum ſuperiores rebus omnibus atqꝫ vi-
ctores:Ego iam hinc iudicij tui arram teneo:ſatis
eſt quid alij iudicent:pꝛo ſe quiſqꝫ viderit dum ua
gas fluctuāteſqꝫ ſententias nulla neceſſitas ad ue-
rum cogit.Certe cuꝫ euenerit ineuitabilis dies:⁊
urgere animam hinc ceperit ineluctabilis moꝛtis
hora:quando non in poꝛticibus aut compitis po-
puli digito monſtratum eſſe:non regem aut ponti-
ficem fuiſſe:non pecunia:non gratia:nō delitijs af-
fluxiſſe:ſed caſte:ſed pie:ſed innocenter vixiſſe pꝛo
fuerit:Tunc ut ſpero fatebitur qui nunc negat trā-
C quillum hoc ſaltem fuiſſe conſilium.Itaqꝫ tantus
ardoꝛ:tantus materie amoꝛ eſt:ut cum multa dixe
rim plura ſe offerant:ſed ſtudio conſulendum eſt.
Putabam enim epiſtolam ſcribere:libꝛum ſcripſi
quem diuiſurus non fueram:quo ſcilicet ſolitarie
vite ſolitarius liber eſſet:niſi quia in mentem redi-
it eam me ſolitudinem laudaſſe:non que vnum eti-
am:ſed que turbas fugit:Simul illa me cogitatio
pꝛopoſito emouit:ut onuſtum feſſumqꝫ vie medio
lectorem partitio releuaret:Unum igitur in duos
ſecui.Dulce autem mihi fuit pꝛeter morem ueterū
quos in multis ſequi ſoleo his qualibuſcūqꝫ litte-
rulis meis ſepe ſacrum ⁊ glorioſum Chꝛiſti nomē
inſerere:quod ſi feciſſent pꝛiſci illi noſtrorum inge
niorum duces:⁊ eloquio humano vim ſcintillarū
celeſtium miſcuiſſent:Delectant fateoꝛ:ſed multo
amplius delectarent:Nunc mulcet eloquentie pꝛi
ma frons clara uerboꝝ luce:ſed ſentētiarum ueris
oꝛba luminibus:cum diu aures delinierit neqꝫ ge-
tat animum nec perducit ad illam ſupꝛemam ſtabi
lēqꝫ dulcedinem ac pacem intellectus:Ad quā qđ
inſenſati ⁊ ſuperbi hoīes contēnunt:niſi per ipſam
Chꝛiſti humilitatem,nō eſt aditus.Hec tibi autem
ſic affecto animo dictaui:ut omnis impulſaruꝫ uē-
to frondium fragoꝛ:⁊ oīs circa naſcētium ſonitus
aquarum hoc vnuꝫ dicere viderent̄:Bene ſuades
Recte conſulis:Uerum dicis.

¶ Franciſci Petrarche poete laureati:de vita ſolita-
ria:Secundus liber explicit.

¶ Inſignis ac plurimum cõſolatiui opis Frãciſci Petrarche poete atqꝫ oratoris Clariſſimi: de remedijs utriuſqꝫ fortune ad Azonẽ: duos libros dialogis ducentis qnq̄gintaq̄tuor diſtinctos ꝯtinẽtis: Dialogoꝝ libri p̄mi de remedijs ꝓſpe fortune: collecta: ordiata: enumerataqꝫ annotatio

De etate florida ⁊ ſpe vite lõgioris. Dialogꝰ p̄mꝰ.
De forma corporis eximia. Dia.ij.
De ualitudine proſpera. Dia.iij.
De ſanitate reſtituta. dia.iiij.
De viribus corporis. dia.v.
De uelocitate corporea: dia.vj.
De ingenio. dia.vij.
De memoria. dia.viij.
De eloquentia. dia.ix.
De virtute. dia.x.
De virtutis opinione. dia.xj.
De ſapientia. dia.xij.
De religione. die.xiij.
De libertate. dia.xiiij.
De patria glorioſa. dia.xv.
De origine generoſa. dia.xvj.
De origine fortunata. dia.xvij.
De lauto victu. dia.xviij.
De conuiuijs. dia.xix.
De ueſtitu cultuqꝫ corporis inſigni. dia.xx.
De ocio ⁊ quiete. dia.xxj.
De ſuaui odore. dia.xxij.
De cantu ⁊ dulcedine a muſica. dia.xxiij.
De choreis ⁊ tripudijs. dia.xxiiij.
De pile ludo. dia.xxv.
De ludo alee ⁊ calculorum. dia.xxvj.
De ludo tarillorum proſpero. dia.xxvij.
De hiſtrionum iocis. dia.xxviij.
De ludis paleſtricis. dia.xxix.
De uarijs ſpectaculis. dia.xxx.
De equis. dia.xxxj.
De uenatu ⁊ aucupio. dia.xxxij.
De numeroſo famulatu. dia.xxxiij.
De magnificentia edium. dia.xxxiiij.
De arcibus ualidis ⁊ munitis. dia.xxxv.
De ſupellectili precioſa. dia.xxxvj.
De gemmis ⁊ margaritis. dia.xxxvij.
De gemmarum poculis. dia.xxxviij.
De gemmarum ſignis. dia.xxxix.
De tabulis pictis. dia.xl.
De ſtatuis. dia.xlj.
De uaſis corinthijs. dia.xlij.
De librorum copia. dia.xliij.
De ſcriptorum fama. dia.xliiij.
De magiſterio. dia.xlv.
De uarijs titulis ſtudiorum. dia.xlvj.
De titulis negociorum. dia.xlvij.
De titulis bellorum: militia ⁊ ducatu. dia.xlviij.
De amicitijs regum. dia.xlix.
De amicorum abundantia. dia.l.
De amicis incognitis niſi per famam. dia.lj.
De amico vnico ⁊ fideli. dia.lij.
De diuitiarum copia. dia.liij.
De inuentione aurifodine. dia.liiij.
De inuentione theſauri. dia.lv.
De fenore. dia.lvj.
De agro fertili ⁊ exculto. dia.lvij.
De viridarijs. dia.lviij.
De gregibus ⁊ armentis. dia.lix.
De elephantibus ⁊ camelis. dia.lx.
De ſimijs ⁊ ludicribus animalibus. dia.lxj.
De pauõibꝰ: pullis: gallis: apibꝰ: ⁊ colũbis. di.lxij
De piſcinis. dia.lxiij.
De auiarijs auibuſqꝫ loq̈cibꝰ ⁊ canoris. dia.lxiiij.
De coniugij claritate. dia.lxv.
De formoſa uxore. dia.lxvj.
De uxore fecunda ⁊ facunda. dia.lxvij.
De optima dote. dia.lxviij.
De gratis amoribus. dia.lxix.
De ortu filiorum. dia.lxx.
De filio infante feſtiuo. dia.lxxj.
De inſigni natorum forma. dia.lxxij.
De filij fortitudine ac magnanimitate. dia.lxxiij.
De filie caſtitate. dia.lxxiiij.
De optimo genero. dia.lxxv.
De ſecundis nuptijs. dia.lxxvj.
De natorum coniugio. dia.lxxvij.
De nepotibus. dia.lxxviij.
De filijs adoptiuis ⁊ preuignis. dia.lxxix.
De excellẽti preceptore. dia.lxxx.
De inſigni diſcipulo. dia.lxxxj.
De patre bono. dia.lxxxij.
De matre amantiſſima. dia.lxxxiij.
De frībꝰ bõis pijſqꝫ ſororibꝰ ac formoſis. d.lxxxiiij
De bono domino. dia.lxxxv.
De ſerenitate aeris. dia.lxxxvj.
De proſpera nauigatione. dia.lxxxvij.
De uotiua portus apprehenſione. dia.lxxxviij.
De carceris exitu. dia.lxxxix.
De tranquillo ſtatu. dia.xc.
De potentia. dia.xcj. De gloria. dia.xcij.
De beneficijs in multos collatis. dia.xciij.
De amore populi. dia.xciiij.
De occupata tyrãnide. dia.xcv.
De regno ⁊ imperio. dia.xcvj.
De exercitu armato. dia.xcvij.
De claſſe inſtructa. dia.xcviij.
De machinis ⁊ baliſtis. dia.xcix.
De theſauro repoſito. dia.c.
De vindicta. dia.cj.
De ſpe vincendi. dia.cij.
De victoria. dia.ciij.
De inimici morte. dia.ciiij.
De ſpe pacis. dia.cv.
De pace ⁊ indutijs. dia.cvj.
De pontificatu. dia.cvij.
De felicitate. dia.cviij. De ſpe bona. dia.cix.
De hereditatis expectatione. dia.cx.
De alchimia. dia.cxj.
De promiſſis aruſpicum. dia.cxij.
De leto rumore. dia.cxiij.
De expectatione filij uel amici uel villici uel uxoris. dia.cxiiij.
De expectatione meliorum temporum. dia.cxv.
De ſperato principis aduentu. dia.cxvj.
De fame ſpe poſt obitum. dia.cxvij.
De gloria ex edificijs ſperata. dia.cxviij.
De ſperata gloria ex conuictu. dia.cxix.
De multiplici ſpe. dia.cxx.
De pace animi ſperata. dia.cxxj.
De ſpe vite eterne. dia.cxxij.

Finis. ff

¶ Franciſci Petrarche poete oratoriſqꝫ clariſſimi: in operis ſui de remedijs utriuſqꝫ fortune librum primum: quo de ꝓſpera diſputaꝛ fortuna: Epiſtolaris pꝛefatio.

A Cum res foꝛtunaſqꝫ hoīum cogito: incertoſqꝫ ⁊ ſubitos rerum motus: nihil ferme fragilius moꝛtalium vita: nihil ingetius iuenio. Ita cūctis aīantibus naturam miro remedij genere cōſuluiſſe video: ignorantia quadam ſui: nobis ſolis memoriam: intellectuȝ: ꝓuidētiaȝ: diuinas ac ꝑclaras animi noſtri dotes in ꝑnitiem ⁊ laborem uerſas. Tam ſupuacuis enim ſemper nec iutilibus modo: ſed dānoſis atqꝫ peſtiferis curis obnoxij ⁊ p̄ſenti toꝛquemur ⁊ p̄terito futuroqꝫ angimur: ut nil magis metuē videamur q̄ȝ ne quādo foꝛte parum miſeri ſimus: Tanto ſtudio miſeriarum cauſas ⁊ doloꝝ alimenta conquirimus: quibus vitam: que ſi rite agereꝛ feliciſſima pꝛoꝛſus ac iucūdiſſima rerum erat: miſerādum ac triſte negocium efficimus: cuius initium cecitas ⁊ obliuio poſſidet: ꝓgreſſum laboꝛ: doloꝛ exitum: erroꝛ omnia. Qꝫ ita eſſe q̄ſquis vite ſue curſum acri iudicio remetieꝛ: intelliget. Quem q̄etum queſo: quem tranq̄llum: quem non laborioſum magis atqꝫ anxium diem egimus? Qꝫ vnq̄ȝ tam ſecurum: aut tam letum mane vidimus: ut nō ante crepuſculum ſollicitudo meroꝛqꝫ ſurripet? Cuius mali ⁊ ſi ipſis in rebus multa inſit occaſio: niſi tñ nos fallat amoꝛ: nr̄i cauſa maioꝛ: ſiue ut igenue fateamur: culpa omnis in nobis eſt. Ut v̄o ſileam reliqua quibꝰ vndiqꝫ trudimur: qꝫ illud eſt bellum q̄ȝqꝫ ꝑpetuū qꝫ cuȝ foꝛtuna gerimus: cuius nos facere poterat

B virtus ſola victores: Nos ab illa uolētes ſciēteſqꝫ deſiuimuſ. Soli igiꝛ imbecilles exarmati nō equo marte cum implacabili hoſte cōgredimur: quos illa viciſſim ceu leue aliq̄d attollit ac deijcit ⁊ in gyrum rotat: ac de nobis ludit: vinci tolerabilius foret: nunc ludibꝛio etiam habemur. Id v̄o q̄d aliud q̄ȝ leuitas ac mollities nr̄a fecit: Idonei viſi ſumuſ qui pile in morem huc illuc tam facile iactaremur: aīalia eui bꝛeuiſſimi: ſollicitudinis infinite: quibus inſcijs: cui puppim littori: cui aīum cōſilio applicemus: pꝛo cōſilio interim ſit pēdere: ac p̄ter pꝛeſens malum ⁊ a tergo qꝫ doleat ⁊ ante oculos ſemper habere qꝫ terreat: Qꝫ p̄ter hoīem aīantium nulli accidit: q̄bus p̄ſītia euaſiſſe pleniſſimam ſecuritatē tribuit: Nobis ob ingenium ⁊ acumen animi ſemper quaſi cum Cerbero tricipiti hoſte luctāduȝ eſt: ut rōne caruiſſe ꝓpe melius in noſmetipſos: etherea nature p̄ſtantioris arma uertētibus huic malo obſtare ſubdifficile eſt: uetuſtate iam ⁊ cōſuetudine radicato. Enitēdum tamē in quam rem p̄ter generoſi animi conatum: cui nihil eſt arduum: nihil ī expugnabile: ⁊ ſapiētum hoīum crebꝛa colloquia: q̄ȝuis id genus iam rareſcat: ⁊ multo maxime iugis lectio ac ꝑuigil ſcriptorūqꝫ nobilium monumēta ꝓfuerūt: modo ſalubꝛibus monitis ꝯſenſus animi nō deſit: quem vnum in terris ſani cōſilij viuuȝ

C fontem aſſeuerare nō uerear. Qꝛobrem ſi uel plebeis ſcriptoribus pꝛo affectu nudo grām aliquando habitam ſcimus: ſiue pꝛo eo q̄ iter aperuiſſe ſequētibus viſi erāt: quāta: oro te: gratia claris ac pꝛobatis ſcriptoribus eſt habenda: qui multis ante nos ſeculis in terraȝ uerſi: diuinis ingenijs inſtitutiſqꝫ ſanctiſſimis nobiſcum viuūt: cohabitant: colloquūtur: Interqꝫ ꝑpetuos animorum fluctus: ceu totidem lucida ſydera ⁊ firmamento ueritatis affixa: ceu totidem ſuaues ac felices aure: totidem induſtres ac experti naute ⁊ poꝛtum nobis quietis oſtēdunt: ⁊ eo uolūtatum noſtraruȝ lenta carbaſa pꝛomouent: ⁊ fluitantis anime gubernaculum regunt quoad tantis pꝛocellis agitata conſilia tandem ſiſtat ac temperet? Hec eſt enim uera philoſophia: non que fallacibus alis attollitur ⁊ ſteriliū diſputationum uentoſa iactantia per inane circūuoluiꝛ: ſed que certis ⁊ modeſtis gradibus compēdio ad ſalutem pergit. In hoc te ſtudium hoꝛtari: amicuȝ foꝛte: ſed pꝛofecto neceſſariuȝ nō eſt. Natura te uarie lectionis multipliciſqꝫ notitie auidum fecerat: foꝛtuna que: ut aiunt: magne rerum partis imperium tenet: turbido quodam ac pꝛofundo negociorū

D ⁊ curarum pelago iactandum dedit. Ceterum nō ut legendi ocium: ſic noſcendi deſiderium eripuit: quo minus ſemꝑ litteratoꝝ hoīuȝ delectatus amicitia ⁊ cōuictu: ⁊ occupatiſſimis diebus ocioſas horas quotiens licuit furatus: quotidie inſtructioꝛ quotidie rerum memorabiliū doctioꝛ fieri uelles: Ubi illa qua nulli cedis memoria: ſepe te ꝓ libꝛis uti ſolitum: ipſe tibi ſum teſtis. In quod ſi ab ineūte etate pꝛonus eras: eo nunc putandus eſt pꝛonioꝛ: quo ſerotinus matutino viatore feruentioꝛ atqꝫ animo ſaltem ꝓmptioꝛ eſſe ſolet: quandoq̄deȝ hec vulgaris eſt querela: Creſcere iter dieqꝫ decreſcere: Quod utiqꝫ nobis in hoc vite tramite accidit: ad ueſperam pꝛopinquantibus: ⁊ vie multum ſuꝑ eſſe cernentibus. Non mihi igitur es hoꝛtandus ut facias quod ſemper auidiſſime feciſti: admonuiſſe ſuffecerit: ut intendas animum ne qua te hinc humanarum rerum cura dimoueat: que pleroſqꝫ moꝛtalium poſt egregios labores in ipſa conſumatione maximorum operuȝ auertit: Hoc adiecto: ut quia ſimul omnia uel legere uel audire ⁊ meminiſſe non potes: utiliſſimis quidem: ⁊ quoniam bꝛeuitas eſt amica memorie: bꝛeuiſſimis quoqꝫ te fulcias. Non q̄ ego ſuadeam operoſiora illa ⁊ maiora ſapientie conſulta negligere: quibus te in oꝛdinario: ut ita dicam: foꝛtune certamine tueare: ſed ut his interim bꝛeuibus ac pꝛeciſis ſententijs quaſi quibuſdam expeditis atqꝫ continuis armis: cōtra omnes inſultus omnemqꝫ repētinum impetū hinc

E illinc iugiter ſis inſtructus. Duplex enim nobis eſt duellum cum foꝛtuna: ⁊ utrobiqꝫ quodammodo par diſcrimen: Cuius non niſi partem vnicam vulgus nouit: eā ſcilicet que uocatur aduerſitas: Philoſophi ⁊ ſi utrāqꝫ nouerint: hanc tamen ipſam difficiliorem arbitrantur. Itaqꝫ notum illud Ariſtotelis in ethicis ſuo iure diffinientis: Difficilius eē triſtia ſuſtinere: q̄ȝ delectabilibus abſtinere. Quem ſecutus Seneca ad Lucilluȝ ſcribens: Maius eſt inq̄t difficilia perſtrigere: q̄ȝ leta moderari. Quid dicam? Auſim ne tantos inter viros hiſcere? Duruȝ quidem ⁊ temeritatis parata ſuſpitio nouo homini uetuſta tangenti. Hinc auctoritate igiꝛ: hinc etate permoueoꝛ: Sed alterius magni cuiuſdam ⁊ antiqui viri ſuccurrit auctoritas: Neqꝫ enim imperari poteſt: quin quale quidqꝫ videatur ei taleȝ quiſqꝫ de illo opinioneȝ habeat: Marci Bꝛuti uer

ba ſunt ſcribentis ad Atticum:quibus vix aliquid uerius dici reor. Quid enim de re qualibet iudicare poſſum niſi quod ſentio? Niſi forte compellar ut indicio iudicem alieno:quod qui facit:iam non ipſe iudicat ſed iudicata commemorat. Ego itaqꝫ reue
F renter tantorum hominum omniumqꝫ ſic ſentientium iudicia preteruectus:ſi de proprio loqui uelim: Scio quidem al's uarie de virtutibus diſputatum:neqꝫ ſemper difficilioribus principatuʒ dari:neqꝫ fortuito ultimum inter virtutes locum obtinuiſſe modeſtiam:ſiue eam temperantiam dici mauis: Quantum tamen ad id de quo agitur attinet: difficilius proſpere fortune regimẽ exiſtimo q̃ꝫ aduerſe:aliquantoqꝫ fateor apud me formidoloſior: ⁊ quod conſtat inſidioſior eſt fortuna blãda q̃ꝫ minax. Quod ut ſic opiner:non me ſcribentiuʒ fama: non uerborum laquei nodiqꝫ ſophiſmatum:ſed rerum experimenta viteqꝫ huius adigunt exempla: ⁊ magnum difficultatis argumentuʒ raritas: Nã qui damna:qui pauperiem:qui exilium:qui carcerem:qui ſupplicium:qui mortem ⁊ peiores morte graues morbos equo animo tulerint:multos vidi qui diuitias:qui honores:qui potentiam:nullum. Ita ſepenumero me ſpectante contra omnem aduerſe fortune violentiam inuictos ludo facili proſperior ſtrauit:humaniqꝫ robur animi quod mine non fregerãt:inflexere blanditie. Neſcio eniʒ quo mõ mox ut mitior ceperit eſſe fortuna:incipit mẽs emollita tumidior fieri ⁊ ſue ſortis obliuionem adiuncta proſperitate concipere. Neqꝫ de nihilo dictum eſt:iamqꝫ apud noſtros homines in prouerbium uenit:Magni laboris eſſe:ferre proſperitatem. Neqꝫ caſu Flaccus ait:Bene ferre magnam
G diſce fortunam:Difficilem nempe cenſebat artem que niſi ſtudio adhibito neſciretur. Ceterum Seneca ipſe fortune partem illam que ſibi difficilior viſa erat: ⁊ eſt haud dubie prima fronte rigidior: breui admodum ſermone perſtrinxerat. Is libellus paſſim in manibus eſt vulgi:Cui ego nil addere nil detrahere meditor:quod ⁊ magno ingenio conflatum opus noſtram dedignatur limam: ⁊ mihi meis rebus intento nec comere aliena nec carpere eſt animus. Sed quoniam ⁊ virtus ⁊ ueritas publice ſunt:neqꝫ ſtudium antiquitatis obeſſe debet poſteritatis induſtrie:cui excitande atqꝫ adiuuande noſcitur inſtitutum. De hocipſo loqui tecuʒ aliquid:quodqꝫ ille tunc Gallioni ſuo preſtitit: id Azoni meo nunc quantum hoc defeſſo iam ⁊ occupato ſemper ingenio dabitur preſtare propoſitum eſt mihi: Inſuper ⁊ partem alteraʒ ab illo ſeu obliuione ſeu iudicio pretermiſſam attingere. Utriqꝫ autem ſciens pauca permiſcui:non fortune cuiuſpiam:ſed virtutis aut vitij excellentie aut defectus: Quod ⁊ ſi extra propoſitum ipſa quidem effectu tamen haud diſſimili: ⁊ letos quoqꝫ meſtoſqꝫ animos factura viderẽtur: Quibus in rebus quo me geſſerim ingenio:tu cenſebis:occupationũ memor ac temporis:qui pauciſſimis diebus ceptum perfectumqꝫ opus admirãs videris. Ego ſolius fidei iudex ſum: Studui hercle non ut vnumquodqꝫ mihi ſpecioſius:ſed ut tibi atqꝫ alijs:ſi tamẽ alius q̃ſ q̃ꝫ hec attigerit:utilius viſum eſt conquirere. Deni
H qꝫ finis meus is qui ſemper in hoc genere ſtudiorꝫ fuit:non tam ſcribentis laus q̃ꝫ legentis utilitas:ſi qua ex me percipi aut ſperari poteſt:ad id maxime reſpexi:nc armariuʒ euoluere ad omnem hoſtis ſuſpitioneʒ ac ſtrepitum ſit neceſſe:quin mali omnis ⁊ nocentis boni:atqꝫ utriuſqꝫ fortune remediũ breue:ſed amica confectuʒ manu:quaſi duplicis morbi:ut non inefficax antidotum in exigua pixide oĩbus locis atqꝫ temporibus ad manum:ut aiunt: ⁊ in promptu habeas. Nam ut dixi utraqꝫ fortune facies metuenda:uerũtamen utraqꝫ toleranda eſt: ⁊ hec quidem freno indiget:illa ſolatio: hic animi elatio reprimenda:illic refouenda ac ſubleuãda fatigatio. Hanc ergo uarietatem cogitanti mihi:non
modo cuʒ de hoc uellem aliquid ſcribere:tu occurrebas dignus eo munere:quo uterqꝫ noſtrum communiter uteretur:ut ait Cicero:ſed etiam tu me ſolus ut ſcriberem excitabas:non quidem uerbo: ut qui ceptorum mihi conſcius ſis tantorum: ſed rebus ipſis: ⁊ in utrãqꝫ partem abundante materia multos in eculeo fortune habitos:multos in delitijs ſcimus:multos magno impetu rotatos:nec ſcãdentium deſunt exempla:nec ruentium:nec ſuʒ neſcius quoſdaʒ ex altiore faſtigio prolapſos. Quot Romani imperatores:quot externi reges uel hoſtium uel ſuorum manibus e ſummo ſolio detracti:vitam ſimul ⁊ imperiuʒ amiſere? An ne omnia a uetuſtate mutuemur: ⁊ exules nuper ⁊ captiuos ⁊ in acie ceſos ⁊ domi capite truncos:quodqꝫ durisſimum relatu eſt: ⁊ laqueo enectos fedeqꝫ laniatos reges nouimus? Tibi cui cor regiuʒ natura dederat:nec dedit regnum fortuna:nec abſtulit. At quem in ceteris illa tam uarie egerit:vix quod ſciam noſtra etas inueniet. Iam in primis ualitudine proſperrima ⁊ corporis viribus dudũ fretus:uſqꝫ ad ſtuporem omnium qui te norant:intra non multos annos ter deſperatus a medicis:ter vitaʒ ac ſalutem tuam in ſolo medici celeſtis auxilio poſuiſti: Sic ab illo tandem ſanitati redditus:ut penitus tuum illud priſtinum robur amiſeris: non inferiore miraculo dexteritatis eximie atqꝫ inſolite grauitatis:ut qui olim pene eripes fueris:nũc accliuis aut ſeruorum manibus equi tergo impoſitus:aut humeris nixus lentis terram paſſibus metiaris. Patria tua vno prope tempore te dominuʒ vidit atqꝫ exulem: Ita tamen ut nihil obſcurior exilio videre
re. Nulli fere noſtrorum hominum par principum K
fauor:nulli par fuit iniuria:ut cum pauloante certatim in amicitiam tuam niterentur. Ideʒ ipſi de nulla alia re concordes in tuum mox exitium quaſi cõmunicato conſilio conſpirarent. Et pars quideʒ tuum caput inſidijs peteret:auro prius ac gẽmis largifluiſqꝫ muneribus tot per annos propitie ac fauentis fortune: ⁊ que his omnibus grauior iactura eſt:amicis atqꝫ cliẽtibus:vniuerſaqꝫ familia duris quidem ſed diuerſis tormentorum ac mortiuʒ generibus ſpoliatum. Pars que clementior fuit:illud ingens patrimoniuʒ:terras:homines:domos oppida inuaderet:ut qui modo te viderant:mox e ſummis opibus ad inopiam redactum: ceu aliqđ fortune prodigium mirarentur. Amicorum:ut dixi:pars perijt. In ſuperſtitib[9] perijt fides:fugitqꝫ: quod aſſolet:cum proſperitate fauor hominum:ut dubitare poſſes an amicorum prius an fidei fleres
interitum. Acceſſit in medio rerum eſtu egritudo L
pene ultima: ⁊ tam morti proxima:ut quem viuere amplius non poſſe perſuaſum eſſet:extinctuʒ fama vulgaret. Et hic morbus:hec paupertas:hic la

borum cumulus:pulſum patria: procul domo: in
alienis terris ac laribus circumtonante bello ſemi
obſeſſum oppreſſerant:ne quid omnino interim ti
bi cum his amicis ſi quos aut virtus fecerat: aut
fortuna dimiſerat:ſeu colloquij:ſeu litterarū poſ
ſet eſſe commercium. Nihil omnium preter carce-
rem defuit ac mortem: q̄uis nec carcer defuerit:
dum fidiſſima coniunx: ⁊ pars tuorum viſcerum
nati omnes nateqꝫ ab hoſtibus capti eſſent: nullo
prorſus tibi relicto ſolatio tante prolis. Nec mors
quidem:dum ⁊ tu ſecum aſſidue luctareris: ⁊ vnꝰ
ex filijs iam tunc teneram ⁊ inſontem animam in
carcere poſuiſſet. Quid multa? Impletū in te vno
vidimus:quod de duobus ſūmis viris Caio Ma
rio:magnoqꝫ Pompeio legimus: quid boni ſcili-
cet ⁊ quid mali poſſit:haud vn̄q̄ꝫ leta triſtibus mi
ſcentem in te tuiſqꝫ pignoribus ſecretim explicuiſ-
ſe fortunam: Cuius olim cum blanditias non tam
inſolenter ut pleriqꝫ felicium:tum v̄o minas nuper
atqꝫ impetum:tam forti:tāqꝫ inuicto animo tuliſti
ut uel ob hoc vnum multis qui antea tuum nomē
oderant:te amandū mirandumqꝫ prebueris. Ha
bet enim hoc proprium virtus:ut in amorē ſui bo
nos erigat:in ſtuporem malos. Idqꝫ cum omnis v̄
tus habeat:tum precipue fortitudo:cuius inter for
tune turbines ac tenebras rerum terribiliū: ⁊ trā
quillitas gratior: ⁊ lux ipſa conſpectior eſt. Mihi
v̄o non ſolum ad antiquum tui amorem:quod im-
poſſibile factu rebar:multum noue beniuolētie ad
ieceris:ſed alio feſtinantem calamum ad hec non
ſuo tempore ſcribenda deflexeris: ut ⁊ in ſcriptis
meis animi tui vultum tuum uelut in ſpeculo con-
templeris: Et ſiquid ibi minus excultum apparue
rit:quod bona fide diſpliceat:ad hunc modum for
mes:atqꝫ ita te inſtituas: ut ſeu ſolitis: ſeu nouis
artibus:que innumerabiles ei ſunt tecum poſthac
fortuna uariauerit: nulla te ſpecies rerum turbet:
ſed paratus ad omnia:promptus ad ſingula: dul-
cia pariter ⁊ amara deſpicias: Fidentiſſime ab ad
uerſo Maronianum illud exclamans: Non ulla la
borum O virgo noua mi facies inopina ue ſurgit:
Omnia percepi: atqꝫ animo mecum ante peregi.
Nec me fallit:ut in corporibus hominū:ſic in ani
mis multiplici paſſione affectis:medicamenta uer
borum multis inefficacia viſum iri. Sed nec illud
quoqꝫ me preterit: ut inuiſibiles animorum mor-
bos:ſic inuiſibilia eſſe remedia falſis opinionibus
circumuenti:ueris ſententijs liberandi ſunt:ut qui
audiendo ceciderant: audiendo conſurgant. Ad
hec qui quod habuit egenti libens obtulit amico:
quantulumcūqꝫ eſt pleno amicitie functus eſt mu
nere: Animum enim ſpectat amicitia non rem que
parua lꝫ magni amoris inditium eſſe poteſt. Ego
quidem:ut magnificum quodqꝫ tibi opto:ſic quid
aptius hoc tempore largiar:non habeo. Quod ſi
ualidum ſenſeris:ipſa que precium rebus facit uti
litas cōmendabit. Sin inualidū: excuſabit amor
noſtri. Sic autem ad legendum uenies:quaſi qua
tuor ille famoſiores ⁊ cōſanguinee paſſiones ani
mi: Spes ſeu cupiditas ⁊ gaudium:metus ⁊ do-
lor:quas due ſorores equis partibus proſperitas
⁊ aduerſitas peperere:hinc illinc humano animo
inſultent: Que v̄o arci preſidet ratio:his omnibus
vna reſpondeat:clypeoqꝫ ⁊ galea:ſuiſqꝫ artibus ⁊
propria vi:ſed celeſti magis auxilio circumfremē-
tia hoſtium tela diſcutiat: Ea mihi de tuo ingenio
ſpes eſt:ut vnde victoria ſtet facile iudices. Nō te
diutius traham:ſed ut propoſitum meum noſcas:
index operis epiſtola premittenda erat: Quam ſi
aſcribendam duxeris:utrunqꝫ metiens videto:ne
longior prefatio libellum breuem non aliter q̄ꝫ pre
grande caput exiguum corpus premat: Nihil eſt
enim ſine menſura ac partium proportione formo
ſum.

Explicit Epiſtolaris prefatio.

¶ Franciſci Petrarche Poete oratoriſq; Clariſſimi: ↄſolatiui operis ſui ad Azonem de Remedijs utriuſq; fortune liber primus de Fortuna proſpera diſputans: feliciter incipit.

¶ De etate florida ⁊ ſpe vite longioris. Dialogus primus. ¶ Gaudium: Spes: ⁊ Ratio.

A Etas florida eſt: multum supereſt vite. ¶ Rõ. En prima mortalium uana ſpes que multa hominum milia ⁊ fefellit: ⁊ fallet. ¶ Gaudium ⁊ Spes. Florida eſt etas. ¶ Ratio. Inane gaudium ⁊ breue: flos iſte dum loquimur areſcit. ¶ Gaudium ⁊ Spes. Etas integra eſt. ¶ Rõ. Quis integrum uocet cui multum deeſt ⁊ quantulum ſit qd̓ reſtat incertuz eſt. ¶ Gau. ⁊ Spes. Atqui lex eſt certa viuendi. ¶ Ratio. Quis hanc legem tulit: aut quod iſtud legitimuz tempus eſt vite. Iniquiſſima v̓o lex: que nõ omnibus vna eſt: Immo tam uaria ut nihil incertius in hominũ vita: q̃ʒ ipſius vite modus ſit. ¶ Gau. ⁊ Spes. Eſt tamen ⁊ modus aliquis ⁊ vite metha quam ſapientes ſtatuerunt viri. ¶ Rõ. Metham vite ſtatuere: non qui accipit: ſed qui dat illam deus poteſt. Intelligo autem ſeptuageſimum: aut ſi natura potentior eſt: octogeſimum cogitatis annum: atq; ibi metham figitis: quo ꝓuectos maneat labor ⁊ dolor: niſi forte lõgius ſpem ꝓmouit is qui ait: Numerus diez hominum ut multum centũ anni: Quo q̃ʒ rari ueniãt: videmus: Sed ut ſit oiuz qd̓ paucoꝝ eſt: quãtulum tñ nunc etiam ſi id eſt? ¶ Gau. ⁊ Spes. Multum ſane: Eſt eniʒ

B iuuenum vita ſecurior: ⁊ a ſenectute remotior ⁊ a morte. ¶ Rõ. Falleris. Et ſi nil tutum hoi: illa tñ periculoſior vite ps: quaʒ ſecuritas nimia reddit icautã. Nil eſt alteri vicinius q̃ʒ mors vite: Cuʒ diſtãtiſſime videant̃: cõtigue ſunt. Semper illa p̄terlabit̃: Semp hec inſtat. Quocunq; fugieritis p̄ſto eſt ⁊ ceruicibus iminet. ¶ Gau. ⁊ Spes. Iuuẽta nunc ſalteʒ pñs eſt ⁊ ſenectus abſens. ¶ Rõ. Nihil mobilius iuuẽta: nihil inſidioſius ſenectute. Illa non ſtat mulcẽdoq; fugiẽs abit: iſta per tenebras atq; ſilẽtium pedetẽtim ſubiẽs improuidos ferit: ⁊ duʒ longinqua fingit̃: in foribus eſt. ¶ Gau. ⁊ Spes.

C Etas in aſcẽſu eſt. ¶ Rõ. Inſidioſiſſime rei fidis. Aſcẽſus iſte deſcẽſus eſt: vita breuis: tẽpus inſtabile: furtim nullo pedum ſtrepitu inter ſomnuʒ ⁊ iocos effluit: Et o ſi hec tẽpoꝝ celeritas viteq; breuitas: ut in fine: ſic in principio nota eẽt: Nũc intrantibus infinitum qddam: exeũtibus nihil ⁊ quot ſecula videbant̃: vix totidem ſunt momẽta. Sic tuʒ demum fraus noſcit̃ dum vitari neqt. Uñ eſt: ꝙ ſepe fruſtra huic cõſulit̃ etati: incredula ſimul ⁊ iexperta eſt: ⁊ cõtẽptrix alieni cõſilij: inops ſui. Itaq; iuueniles errores lʒ innumerabiles ⁊ imẽſos his ipſis tñ occultos ⁊ incognitos quoꝝ ſunt: nil melius q̃ʒ ſenectus detegit: ⁊ diſſimulãtium cõuiuentiumq; luminibus ingerit: nec p̓us qd̓ eſſe debuiſtis aduertitis: q̃ʒ qd̓ eẽ uoluiſtis effecti eſtis fieriq; iã aliud nõ poteſtis. Qd̓ ſiqs in tp̄e aut per ſemetipſum intelligere poſſet aut docẽti credere: ille mihi vnus ex milib⁹ p̄clarus ac felix ſurgeret adoleſcẽs nec tam multis anfractibus ageret vitã: cuius vnica: tuta ⁊ recta per virtutẽ via eſt. ¶ Gau. ⁊ Spes

D Etas indecerpta eſt. ¶ Rõ. Quomõ idecerpta eſt que ex quo eẽ cepit: aſſidue carpit̃: ⁊ que minutiſſimis portiũculis dum dat̃ eripit̃? Siqdem motu ꝑpetuo celum rotat: momẽta horas: hore diem rapiunt: Is alium diem trudit: iſq; alium: ⁊ nunq̃ʒ qeſ. Sic mẽſes p̄tereũt: ſic anni: ſic ⁊ etas currit ⁊ ꝓperat: ⁊ ut Cicero ait: uolat. Quodq; ait Maro: Celeres neq; cõmouet alas. Ita ceu naui iter agentibus nec ſentiẽtibus qui uehunt̃: ſepe nec cogitantibus finis adeſt. ¶ Gau. ⁊ Spes. Etas incipiẽs ab extremo ꝓcul abeſt. ¶ Rõ. Intra breuis vite ſpatium nihil eſt ꝓcul. ¶ Gau. ⁊ Spes. At nulla ps a fine diſtãtior q̃ʒ p̓ncipium. ¶ Rõ. Nulla qdem. Sed tũc recte diceret̃: qñ oẽs eqs ſpatijs viuerẽt: nũc pluribus vijs ⁊ ſepius p̓ma etas in morteʒ incidit: Quo fit ut plerunq; vicinior ſit extremo: qui remotior videbat̃. ¶ Gau. ⁊ Spes. Certe florentiſſima eſt etas. ¶ Rõ. Et ſi ad hoc pauci aium

E aduertãt: tñ ex quo loqui cepimus: mutatio aliq̃lis iceſſit: ⁊ modo per ſingulos ſillabarum tractus vite aliqd excidit: aliqd de caduco etatiſ flore ſubtrahit̃. Quid aũt queſo plus habet hic mollis ⁊ nitidus adoleſcẽs: q̃ʒ ille durus ⁊ ſquamoſus ſenex: p̄ter hũc quem loqmur etatis breuem ⁊ caducum: imo aſſidue cadẽtem florem? Ubi qd tam dulce: tã iucũdum nõ intelligo: cuʒ ſciat dicto citius ſe futurum qd̓ ille nũc eſt: uel ſi neſcit inſaniat: Niſi forte e duobus capitali ſimul ſupplicio addictis: ille felicior eſt hũdus qui nouiſſime iuſſus eſt dare colla ſecuribus: qui mihi quodãmõ ipſa dilatione miſerior videat̃: q̃ʒq̃ʒ nõ eſt par hoꝝ cõditio ⁊ illoꝝ: huic enim interuenire aliqd põt vñ collegе ſuppliciũ euadat ⁊ viuat. Iuueneʒ ſenio eripe ſola mors poteſt. Ad ſũmaʒ paruo tp̄is in ſpatio nõ ſtat magna felicitas: ⁊ ingẽtibus aıs breue nihil optabile eſt. Expgiſcimini cõſopiti: tempus eſt: caligãteſq; oculos apite. Aſſueſcite iam tãdem eterna cogitare ⁊ amare ⁊ optare: ſimul aũt pitura cõtẽnere. Condiſcite ab his ſpõte diſcedere que uobiſcum diu eſſe nõ pñt: ⁊ aio illa relinquere anteq̃ʒ relinquamini. ¶ Gau. ⁊ Spes. Etas eſt ſtabilis vireſq;. ¶ Rõ Mẽtiunt̃ qui neſcio quam etatem ſtabilem dicũt: Nil uolubilius tp̄e: tẽpus v̓o uehiculum eſt etatuʒ oium: hoc ſtabile fingitis? O uanitas: nihil eſt ſtabile: nunc maxime raperis.

¶ De forma corporis eximia. Dia. II. ¶ Gau.

F Forma corpis eximia eſt. ¶ Rõ. Nihilo firmior eſt illa q̃ʒ tẽpus: cum eo ueniẽs cuʒ eodem fugit. Siſte ſi potes tẽpus: poterit forſan ⁊ forma cõſiſtere. ¶ Gau. Forma corporis egregia eſt. ¶ Rõ. Fragili niteris fũdamẽto. Corpus ipſum vmbre in morem p̄terit: tu momẽtaneũ corpis accidẽs tibi mãſurum ſpõdes? Ruere queunt accidẽtia ſtãte ſubiecto: nequeũt illo ruẽte non ruere. Atqui cũctis ex q̃litatibus que mortali cuʒ corpe fugiũt: nulla uelocior q̃ʒ forma: que mox ut amenum floſculum oſtẽderit: ipſos iter oculos mirãtium atq; laudãtium euaneſcit: breuis hũc pruina pulſerit: leuis hũc aura decuſſerit: ſubito uł inimice manus vngue decerpit̃: uel p̄tereũtis morbi calce deprimit̃. Deniq; gl̓iare ⁊ exulta ut libet: uenit certe magnis paſſibus que te uelo tenui latẽteʒ detegat: Quãti eẽt forma viui hois mors oſtẽdit:

nec moꝛs ſola ſed ſenectus ⁊ paucoꝝ ſpatium an-
noꝝ:immo uel vnius lucis repētina febꝛicula.Po
ſtremo ut nihil externum incidat:per ſeſe ſtādo du
rādoqꝫ cōſumit̄ ⁊ in nihilum redit:neqꝫ tātū gau
dij ueniēs tulit:quātum fugiēs fert doloris. Hec
ni falloꝛ exꝑtus erat aliqñ foꝛmoſus ille Romanꝰ
ꝑnceps Domitianus qui amico ſcribēs:Scias in-
quit nec gratius qcq̄ꝫ decore nec bꝛeuiꝰ:q̄ꝫuis eti-
am ſi durabile ꝑpetuūqꝫ nāe donum eēt:nō intelli
go qd tātoꝑe expetēdum hēat iſte non ſolidus nec
in ipſo hoīe niſi ſuꝑficietenus fulgens decoꝛ:mul-
taqꝫ feda cōtegēs ⁊ hoꝛrēda leuiſſimoqꝫ cutis ob
tētu ſenſibus blādiēs ⁊ illudēs.Ueris igit̄ ac mā
ſuris bonis delectari ꝯuenit: nō falſis atqꝫ labēti-
B bꝰ.C Gau.Foꝛma coꝛꝑis elegātiſſima eſt.C Rō.
Habes uelum oculis:laqueum pedibꝰ:alis viſcū:
haud facile ſeu uera diſcernere:ſeu ꝟtutem ſeq po
teris:ſeu in altum euolare aīo:multos eni ad ho-
neſta ꝑgētes foꝛma detinuit detoꝛſitqꝫ ꝯtrariam
in ꝑte.C Gau.Foꝛma coꝛꝑis mira eſt.C Rō.Bñ
ais mira.Nam qd hac uanitate mirabiliꝰ?Quot
delectabilibus abſtinent foꝛmoſi iuuenes.Quos
ſuſcipiūt labores.Quāta ſibi iferūt ſupplicia ut
foꝛmoſiores nō ſint qdem ſed appareāt:vnius foꝛ
me ſtudio ⁊ ualitudis ⁊ uoluptatis imemores?
Q̄ꝫtum ꝟo inter cōmodum tēpꝰ effundit̄:quot ho-
neſta iterim:quot utilia:quot poſtremo neceſſaria
negligunt̄.Tuum igit̄ bꝛeue caducūqꝫ bonum ⁊
inane gaudium:ſine iuidia tibi habeto.Habes ho
ſtem tuum domi:qđqꝫ eſt peius delectabilem ac
blandum:habes raptorem gētis ac tēporis ꝑpe-
tuūqꝫ toꝛtorem: habes ⁊ materiam laboris uber
rimam:diſcriminum cāas:foꝛmēta libidinum: nec
minorem querendi odij q̄ꝫ amoris aditum.Fies
mulierculis foꝛſā amabilis: odioſus viris aut foꝛ
ma coꝛꝑea cōiugalis ʒelus accēdit̄.Nulla eni res
ardētiꝰ appetit̄ q̄ꝫ foꝛma:Nulla animum mouere
C potētioꝛ:atqꝫ ideo nulla ſuſpectioꝛ.C Gau.Foꝛ-
ma coꝛporis magna eſt.C Rō.Solet hec ſtultos
adoleſcētes quo nō expedit urgere:dum bono ſuo
ut libitum:ſic licitum frui putāt:neqꝫ qd deceat at
tēdūt:que ſepe iam multis acerbi ac turpis iteritꝰ
cauſa fuit.C Gau.Foꝛma coꝛꝑis rara eſt.C Rō.
At bꝛeuiſſimum tēpus erit qñ oris habitꝰ hic co-
loꝛqꝫ mutabit̄.Cadet flaua ceſaries: relīqe albe-
ſcēt:teneras genas ⁊ ſerenam frōtē ſquallētes ara
būt ruge:letas oclōꝝ faces ⁊ lucida ſydera meſta
teget nubes:leue dētium ebur ac cādidum ſcaber
ſitus obducet atqꝫ atteret ut nō colore tm̄:ſed te-
nore alio ſint:recta ceruix atqꝫ agiles humeri cur
ueſcēt:guttur lene criſpabit̄:aridas manꝰ ⁊ recur-
uos pedes ſuſpiceris tuos non fuiſſe.Quid mul-
ta?Ueniet dies quo te in ſpeculo nō agnoſcas: ⁊
hec oīa que obeſſe multum extimas:ne qd impꝛo
uiſis mōſtris attonitꝰ:nō ꝓdictum dicas:hic iam
tibi ſi viuis dicto citiꝰ euētura denūcio: q ſi mihi
nūc credis:tūc te partiꝰ miraberis trāſfoꝛmatum.
C Gau.Foꝛma iterim clara eſt.C Rō.Quid hic
D dicā bꝛeuius q̄ꝫ illđ Apuleij madaureñ.Expecta
pauliſꝑ ⁊ nō erit.C Gau.Foꝛma coꝛꝑis hactenus
excellēs eſt.C Rō.Q̄ꝫ mallem foꝛmā aīe excellen
tem.Eſt enim ⁊ ſua aīe pulchꝛitudo mlto ſuauioꝛ
certioꝛqꝫ q̄ꝫ coꝛꝑi: ⁊ ipſa quoqꝫ ſuis legibꝰ decore
oꝛdinis atqꝫ apta ſuarum ꝑtium diſpōne ſubſiſtēs
Illam optare:illi oꝑam ipēdere dignum erat:quā

nec dies lōga deterreret:nec moꝛbus extingueret:
nec moꝛs ipſa:Nūc caduca miramini.C Gau.Cer
te nūc ſaltem iſolita foꝛma eſt.C Rō.In hac ut in
alijs multis optāda mediocritas:Sin hac tali foꝛ
ma nec tibi placueris:nec niſi qua decet alijs placē
curaueris:uſuſqꝫ fueris caſte:ſobꝛie:modeſte:non
exigua tue laudis acceſſio eſt futura.C Gaudiuꝫ.
E Pꝛeclara facies animum honeſtat.C Rō.Immo
qdem expꝛobꝛat: ⁊ ſepiꝰ in ꝑiculum trahit.Quid
ꝟo attinet gloriari eo qđ neqꝫ tuum ſit neqꝫ diuti-
us ſeruare poſſis:qđ habuiſſe nulli: ꝑieciſſe mul-
tis glorioſum fuit.Mitto alios:ſpurinā non natu
ralis foꝛma nobilitat: ſed accerſita defoꝛmitas.
C Gau.Ut virtꝰ animi:coꝛꝑis foꝛme iūcta ſit ſtu-
deo.C Rō.Si id effeceris:tum demum ꝟe mihi
tūc vndiqꝫ foꝛtunatꝰ fueris foꝛmaqꝫ clarioꝛ vide-
bit̄ ⁊ virtꝰ gratioꝛ.Q̄ꝫuis eni errare ſibi viſum eē:
qui ait Gratioꝛ eſt pulchꝛo ueniēs e coꝛꝑe virtꝰ:
ſcribat Seneca:mihi tñ iure repꝛehēſus videret̄ ſi
dixiſſet maioꝛ aut ꝑfectioꝛ aut altioꝛ: nūc quia di-
cēdo gratioꝛ nō rem ipſaꝫ ſed ſpectātiū iudicia re-
ſpicit: nō mihi viſus eſt errare Uirgiliꝰ q hoc ait:
Et ad ſūmam ut nihil in ſe ſolidum habet foꝛmē
grā:nihil optabile:ſic ſi ultro obuenerit ꝟ tuti ad
dita neqꝫ utriuſqꝫ de pꝛecio erroꝛ ſit:hāc illius oꝛ
namētum dici patiar non inamenum viſui bꝛeue
tamen ac fragile:ſolaꝫ ꝟo pondus anime dixerim
atqꝫ infauſtum triſtis inſigne ludibꝛij.

C De Ualitudine pꝛoſpera. Dia.III. C Gau.
A Uid q ualitudo pꝛoſꝑa eſt.C Rō.Quic
q qd de foꝛma mō diximus:repetitum puta.
C Gau.Ualitudo coꝛꝑis firma ē.C Rō.
En ſenectꝰ ab aduerſo mille moꝛborum armata ge
neribꝰ:ꝯtra ualitudinem iterea uoluptas militat:
familiare certamē.C Gau.Ualitudo coꝛꝑis leta
eſt.C Rō.Incōſulta iucūditas queqꝫ negligētes
⁊ incautos facere ſoleat poſſeſſores ſuos: ⁊ ſepe
moꝛbos arceſſere quos ualitudini pꝛopꝛie diffidē
tis intentio declinaſſet.C Gau.Ualitudo coꝛꝑis
B bona eſt.C Rō.Bene utere:alioqui leue bonum:
quin ⁊ graue malum ſi ut ſolita eſt culpe cuiuſpiaꝫ
cā ſit:Multis periculoſa ⁊ peſtilēs ſanitas fuit:q
tutius egrotaſſēt.C Gau.Ualitudo coꝛꝑis optīa
eſt.C Rō.Res ꝑgrata multumqꝫ utilis ſeu coꝛꝑē
qd agēdum ſeu animo eſt:Sed ut quarundam ra
dicibꝰ herbarum ineſt vis ueneni:que dū aliarum
rerum imixtione purgata eſt: ſalubꝛe poculum ē
pluribꝰ fit qđ ex vno peſtiferum fuiſſet: ſic coꝛꝑea
ſanitas ne noxia ſit habēti nō aliter q̄ꝫ adiūcta ani
mi ꝓſpera ualitudine temptāda eſt.Nuſq̄ꝫ peius
ſano in coꝛpore eger animus habitat.

C De ſanitate reſtituta. Dialogus.IIII. C Gau.
A Onga egritudine liberatꝰ gaudeo.C Rō.
l Gratiorem fateoꝛ ſanitatem redditam q̄ꝫ
retētam.Ingratiſſimi moꝛtales bona ue-
ſtra vix aliter q̄ꝫ ꝑdēdo cognoſcitis: ⁊ ꝑdita ergo
uos cruciāt ⁊ recuꝑata letificāt.C Gau.Grauiſſi
ma febꝛis me deſtituit.C Rō.Grauiſſimas febꝛes
medici dicūt:que ipſis in oſſibꝰ ⁊ medullis eſtuāt:
quāto ille ſūt grauiores que in aīa intꝰ latēt:his te
B marie libatū uelꝫ.C Gau.Egritudo abijt.C Rō
Egritudo pñs ſepe ꝓfuit:dū debilitatis uiribꝰ coꝛ
poris aīe ſanitateꝫ peꝑit:Cōtra igit̄ ⁊ digreſſa no
cuit ⁊ aīe lumē iminuit: ⁊ coꝛꝑis auxit iſolētiam:
q̄ꝫuis mala:q̄ꝫuis peſſima egritudo videat̄: opta-

bile malum tamē qꝺ̄ mali remedium ſit maioris.
C Hau. Tādem egritudo lōgioꝛ finē hēt. C Rō.
O ſtultiſſime ſic tu reris moꝛtē effugiſſe: ad quam
curris aſſidue: Nūc ꝓpingoꝛ moꝛti es q̄ʒ dum illi
ꝯtiguus videbaris. Irremeabile uobis eſt iter ne-
qꝫ ulla eius in parte ſubſiſtit: neqꝫ diuerſoriuʒ: ne
qꝫ lētioꝛ uſqꝫ greſſus: ⁊ ſomnus: ⁊ vigilia: ⁊ laboꝛ
⁊ reges: ⁊ moꝛb9: ⁊ ſanitas eq ſūt gradus ad moꝛ
tem. C Hau. Ancipiti egritudine abſolutus ſum.
C Rō. Creditricem habes infallibilem: dilata di
es ſolutionis eſt: ſed non caſſa ratio: Habes egro-
tari iterum ⁊ mori.

A C De Uiribus Coꝛporis. Dialogus. V. C Hau.
Irium ſatis imo multum contigit. C Rō.
n Que de foꝛma ac ualitudie dicta ſūt rele-
ge: Similiū ſimilis diſciplina eſt. C Hau.
Multum eſt virium. C Rō. Uide neqd aggredia
re virium fiducia quo ibecillis appareas. C Hau.
Abūde eſt viriū. C Rō. Taurina glīa eſt. C Hau.
Plurimum eſt viriuʒ. C Rō. Pluſculū elephāti.
C Hau. Uirium nimiū eſt. C Rō. Facile credide
rim id qdeʒ: ſuperceſſus āt in vitiū uergit ſeu ipm
eſt vitiuʒ. C Hau. Nimis eſt viriū. C Rō. Nimie
tas hec ſi ad mediocritatem redeat bene erit: quid
ſi ad defectū trāſeat: qd ſi hoc robur fragilitas iſi
gnis excipiat: Crede mihi nulle tāte uſqꝫ coꝛpoꝝ
vires que uel labore in modico uel moꝛbo acri uel
cūcta vicēte ſenio nō frāgant: ifatigabili ⁊ iuicta
vis ai eſt. C Hau. Ingēs robur coꝛpis eſt. C Rō.
Nemo Milōe robuſtioꝛ: clariores multi. C Hau.
Uaſtū ⁊ ꝑualidū coꝛp9 eſt. C Rō. Preſtātiſſima
rerū vt9 mole coꝛpea nō eget in ais hitās. C Hau.
Nihil hiſ virib9 difficile. C Rō. Immo ipoſſibilia
ꝑmulta atqꝫ illō i primis: ut q in coꝛpe ſpē poſuit:
B in altū ſcādat. C Hau. Jam ſupra hoieʒ vires ſūt.
C Rō. Hac in re qui ſupioꝛ cūctis hoib9 euaſerit:
tn̄ aiantib9 iferioꝛ erit. C Hau. Nihil his viribus
metuēdū. C Rō. Immo nūc maxie. In magnam
eni viriū fiduciā magnis virib9 accigit foꝛtuna: ⁊
īterdū ex eq̄ cōgredi idignās ut oſtdat q̄ʒ fragile
aial eſt hō: dū ſibi ēt robuſtiſſim9 videt: gigāteos
viros leni ꝑlio ꝯfecit: Herculeʒ ab oib9 inuictū vis
latētis mali vicit: Milonē ipʒ cūctis celebratuʒ ⁊
cognitū paleſtris: arboꝛ vna detinuit lacerandūqꝫ
feris obtulit: Sic robur illō eximiū coꝛpis ſine ex
emplo fiſſe querc9 robori ipar iuētū eſt: Tu virib9
tuis fidis. C Hau. Uires imēſe ſuppetūt. C Rō.
Oē imenſum laborat mole ſui. C Hau. Uires in
C augmēto ſūt. C Rō. Natura ferme rerū oiuʒ hec
eſt: ut cū ad ſūmam peruenerit deſcēdāt: Idqꝫ nō
equo greſſu: Aſcēſus eni lētioꝛ ꝑceps. He quoqꝫ vi
res cum creſcere deſierit nō ꝯſiſtēt: ⁊ ꝑmo qdem
clāculū: poſt apti9 tādē ruēt. Oēs res moꝛtaliū ꝑ-
ter aiuʒ ſolū eque fugiūt: ſed nō eque oiuʒ fuge ue
ſtigia appent: niſi foꝛte min9 eūt aialia que ul' tene
bris ul' tacito repūt niſu ul' qm̄ id quoqꝫ tradit iti
D neris idiciū caudis ꝑmūt. C Hau. Coꝛpis mei vi
rib9 glīoꝛ. C Rō. Quid faceres tuis? Cogita vo
quātarū ipſe ſis viriū: Iſte eni nō tue ſūt ſed hoſ-
pitij: imo carceris tui vires: Uanū eſt aūt cum ipe
ſis fragilis foꝛti habitaculo: dicā melius: foꝛti ad
uerſario glīari. C Hau. Uirib9 meis letoꝛ. C Rō.
Quid hic dicā niſi Poeticum illud: Nō longum
letabere inque letitie locū ueniēt querele. Memi
niſti ut is ipſe tam ualidus queʒ his mō memora-

ui de ſuis viribus in ſenectute conqueritur.
C De Uelocitate coꝛporea. Dialogus. VI. C Hau. A
Ed ꝑnicitas multa eſt. C Rō. refert quo
f nam curſus intēdat: multos ſua uelocitas
in exitiū tulit. C Hau. Pernicitas mira ē.
C Rō. Currite moꝛtales ut libet: celi uelocitas
uos ꝑcurrit ⁊ ad ſeniuʒ ⁊ ad moꝛtē applicat. Illō
uobis curſum eripiet: motū illa. C Hau. Pernici-
citas ſūma ē. C Rō. Eo tēdit ubi deſinat. C Hau.
Pernicitas inaudita eſt. C Rō. Illo ꝓperat ubi
tarditaſ multa erit. C Hau. Pernicitas ifinita eſt. B
C Rō. Sit quāta libet ubi ſe exerceat nō habebit
ſiqdem pūcti vicem terra omnis obtinuit. C Hau
diuʒ. Pernicitas inextimabilis eſt. C Rō. Hec in
genij laus eſt: cui maria ⁊ celum ⁊ eternitas ⁊ na
ture ſpatia receſſuſqꝫ ⁊ arcana reruʒ oium patent.
Coꝛp9 pūcti momētiqꝫ ambitu circūſcriptuʒ: quo
ſua ꝑnicitas latura atqꝫ ubi depoſitura eſt. Nōne
eniʒ ut latiſſime pateat hoc ſpatium ſeu tēpoꝝ ſeu
locoꝝ: nihilominus quocūqꝫ ſeſe flexerit ad ſepul-
chruʒ currit? Ille ſaltē anguſtie ſine ullis aut aſtro
logicis cōiecturis aut geometricis demōſtrationi
bus note ſunt: ita eo currit ubi ꝓfecto nō curritur.
C Hau. Incredibilis mō mihi ꝑnicitas eſt. C Rō
Cum oēs hoies exceſſeris: lepuſculum nō eqbis.
C Hau. Pernicitas ſtupenda eſt. C Rō. Hec ple- C
roſqꝫ pendētibus ⁊ ꝑruptis locis comitata plano
calle deſtituit: quoſdam per ꝓpugnacula turrium:
per antēnas nauium: per cōfraga mōtium inocuē
uolitātes: poſt leui pedis offendiculo in via publi-
ca ꝓlapſos extinctoſqꝫ nouit etas nr̄a: Anceps eſt
cōtraqꝫ nām inſueta grauium coꝛpoꝝ hec leuitas
uolucrēqꝫ hoiem nō diu factura: Nam ⁊ ſi ioffen-
ſa ꝓceſſerit: feſſa tn̄ cito deſinet: breue robur hois:
breuioꝛ ꝑnicitas. C Haud. Ualde nūc agilis ſum.
C Rō. Et aſellus agilis iuuēta: ⁊ ſenio piger par-
dus. Spatio leuitas igraueſcit. Prima etas ſtimu
los habet: frenos ultima: qcqd es nō eris diu: ⁊ ſi
eſſe cupis cura ut ſis bonus: ſenium virtus ſola nō
metuit.

C De ingenio. Dia. VII. C Hau.
Ingenium uelox eſt. C Rō. Ad virtutes A
a utinam: alioqn quo uelocius eo ꝓpius rui
ne. C Hau. Ingenium expeditū eſt. C Rō
Si ⁊ bonis artib9 applicabile ꝑcioſa animi ſupel-
lex: ſi minus oneroſa: ꝑiculoſa: laborioſa. C Haud.
Ingenium ꝑacutum eſt. C Rō. Ingenij nō acumē
ſed eqbilitas atqꝫ ꝯſtātia ueram laudem atqꝫ ꝑpe-
tuam merent: quorūdam acumē tenui cuſpide frā-
git ꝑmoqꝫ molimine deficiet: ualidiſſima etiā ſi ad
ultimum extenuent ifirma ſunt: ſic robur oē tenui-
tas atterit. C Hau. Acutiſſimum ingenium eſt mi-
hi. C Rō. Nihil ſapie odioſius acumine nimio: ni B
hil vo philoſophāti moleſtius q̄ʒ ſophiſta: Ideo in
uiſam Palladi finxere ueteres araneam: cuius ſb-
tile op9 ac tenues tele ſunt ſed fragiles nulliqꝫ uſui
da libidini: ſomnus ueſter illorũ induſtrie ⁊ geſta
rum rerũ glorie collatus indicio eſt. ¶ Sau. Lau
tiſſimo fruoꝛ victu. ¶ Rõ. Si honeſtis etiam re-
bus frui uetitum: quantomagis inhoneſtis ac tur
pibus. Nec te pudet in eo qḋ ad caduci coꝛporis
ſeruitium ſpectat: immoꝛtalis anime fructum po-
nis Epicureum dogma: ſed infame oliꝫ reiectũqꝫ:

deniqꝫ cunctis ex uoluptatibus que corporeis ſen
ſibus obrepũt anime illas eſſe fediſſimas diffinitũ
eſt:que tactu guſtuqꝫ ſeſe ingerũt:qꝺ ille maxime
uobis cũ beluis ſint cõmunes:⁊ in beluinos mo
res ratiõale aĩal incurrũt:quo nihil abiectius hu-
F mana ſors patiť. ¶ Gau. Lautis ⁊ uarijs cibis de
lector. ¶ Rõ. Et delectare ⁊ fruere:ſi nil melius
noſti:ſi nil peiꝰ:pudeat more pecudis pabulo gau
dere:aut recõditorum ferculorum fieri ⁊ ſuũ do
lio munus eripere. Deniqꝫ ſic habeto non poſſe te
hãc quã probas vitam diu pati:faſtidio eſt vicina
ſatietas:ieiunium cibos cõdit. Nil niſi dulce ac ſa
pidum guſtat fames:Nil tam lautum qꝺ nõ nau-
ſea reddat inſipidũ ac ſordidum. Ipſi etiã qui de
lectationi huic intendũt:appetitu ⁊ raritate illam
acui fatenť:ut reliquas copia frequẽtiaqꝫ cõtundi
⁊ in nihilum ſepe ⁊ cõtrarium uerti. Ipſe demũ
ꝓfeſſor uoluptatis Epicurus:tenuem victum q̃ſi
vnicum ſue ꝓfeſſiõis auxiliũ ⁊ laudauit ⁊ coluit:
Qꝺcqꝫ ſobrietati ac modeſtie tribuũt honeſti viri:
hoc ille tribuit uoluptati. Ut quãlibet viuẽdi viã
eligas:diuerſis finibꝰ vnum callẽ cõuenire noue-
ris:vno victu utendum tenui ſemꝑ ac modico:niſi
quẽ honeſtis ex cauſis rata forte licẽtia ſꝫ illeſa ſo-
brietate laxauerit. Uictus hic ſiccos ⁊ ualidos ⁊
aſpectu placidos facit:⁊ odore corpis nec ſibi nec
alijs moleſto:Cõfer his madidos eſtuãtes tremu
los olẽtes:⁊ ut Ciceronis utar uerbis:cõfer ⁊ ſu-
dãtes ⁊ ructãtes:tũc videbis qd inter frugalitatẽ
interſit ⁊ crapulam. Et ſi nõ virtus:aſpectus ipſe
mõſtrabit:recta quonam uergat electio:ut vix ſit
quiſpiam tam gule ſeruus:qui acriter re diſcuſſa
nõ ſobrietatem longe illi preferẽdam fateatur. Si
hec ſpernis ut leuia:nunqd ⁊ morbos etiam hinc
naſcẽtes morteqꝫ contẽnes? Que licet per ſeipſaſ
magnis animis cõtẽnenda ſit naturaliter atqꝫ ho-
neſte ſeu certe nõ turpiter inuecta:ſic turpibus cau
ſis accerſita morte nil fedius nilqꝫ formidabilius.
An ꝟo nõ audis Eccleſiaſticum cõſultorem: Noli
auidus eſſe inquit in omni epulatiõe:⁊ nõ te effun
das ſuꝑ omnem eſcam. In multis enim eſcis erit
ĩfirmitas:⁊ auiditas appropinquabit uſqꝫ ad cho
leram. Propter crapulam multi perierũt:Qui au
G tem abſtinẽs eſt:adijciet vitã. ¶ Gau. Lautis ⁊
multiplicibus utor cibis. ¶ Rõ. Aſellum tuum ſi
nimis p̃ſſeris opprimes:ſi molliꝰ paueris:calcitra
bit:Uenter ꝟo depoſitarius male fidei eſt:non in
efficax conſilium videť ad oẽs:⁊ p̃ſertim gule ille
cebras comprimendas exitum contemplari.

A ¶ De conuiuijs. Dialogus. XIX. ¶ Gau.
Conuiuijs glorior. ¶ Rõ. Lautus victus
c uoluptatis:ꝯuiuia ſunt furoris. Quid eni
niſi põpaticus furor eſt? Multos diuites
a negocijs honeſtioribus fortaſſis abſtractos:ho-
norifico tedio vnum in locũ cogere:⁊ multos uẽ-
tres aut uacuos melius mãſuros:aut ſuo gratius
implendos arbitrio:exquiſitis ⁊ nociuis cibis in-
fartire:ubi ut vni morẽ geſſeris palato:multis te-
dio fueris atqꝫ faſtidio. Raro enim inter cõuiuas
conſenſus conuenit:uerumqꝫ deprehẽditur qꝺ ait
ille:Tres mihi conuiue prope diſſentire videntur:
Poſcẽtes uario multa diuerſa palato:Quid dem
quid nõ dem:quid des Flacce? Seu qd facias:ni
ſi ut penitus nihil des:Et hãc curã illis linquas:
quibus nulla cura altior eſt. Agãt qd libet:qui age

re niſi aliud ſciunt. Nam ſi tres diſcordãt:qd cen-
tum faciẽt aut mille? Uix ſine tacitis ſaltem abeũt
lamẽtis:Hoc male ſapuit:illud male oluit:hoc pre
ferendum fuit:illud gelidum:illud intempeſtiuũ:
hoc meſto oblatum:hoc irato vultu:Crudũ illud:
hoc lacerum:Ille famulus ſegnis:hic preceps:hic
ſurdaſter:hic contumax:hic clamore offendit:hic
ſilentio:ille illotis uaſis aquam tepidam:hic vinũ
molle porrexit. His querelis nõ tam aule q̃ꝫ vie re
ſonant ⁊ platee. Nec immerito:nam qd attinet iu
cundius domui ſue pranſuros precibus fatigare:
aut quorſũ ⁊ ſumptus inutilis ⁊ ſuperuacuus la
boratqꝫ vnum in atrium turba cõueniens:niſi ut
te vicinie oſtentes:⁊ quaſi de conuiuijs tuis pede
ſter agas uoluptariũ triumphum:Sic tubis cym-
bala concrepant:utqꝫ appareat pompe omnia tri-
bui:charitati nihil. Finge poſtridie vnum aliquẽ
cõuiuarum tãtulo egere quanti ſua cõſtitit parap-
ſis:nunq̃ꝫ id a cõuiuij domino impetrabit:nempe
nõ id illi preſtitum:ſed ſibi. Que q̃ꝫuis ita eſſe nõ
ſit dubium:ſolent tamen ubi ad menſam ebrij de-
ierant affirmãtqꝫ aliquid:percuſſis epulis:his fer
me uerbis uti:Per hãc inquiunt quam ſimul faci-
mus charitatem. Quibus rite reſpõdeať:Immo
ꝟo per hanc ebrietatem ⁊ hanc crapulam. Uera
enim charitas demum eſſet:ſi ieiuni ⁊ ſicci:que in
ueſtram pernitiem effunditis:in uſum pauperum
uerteretis:tunc charitatẽ nõ improprie iuraretis:
Nunc ad ueſtra cõuiuia faſtidioſi diuites cogun-
tur:famelici pauperes excluduntur:uobis ſcilicet
eſtimãtibus glorioſum claris hoſpitibus abunda-
re. Nec deeſt preter vulgus fontẽ omnis erroris
auctor inſignis. Eſt enim ut mihi videtur:ait Cice
ro:ualde decorum patere domos hominũ illuſtri-
um hoſpitibus illuſtribus. Plane vir egregie:qui
referre vicem ualeant:ſed egentibus clauſas eſſe.
Qua in re haud indigne forſitan notatũ a Lactã
tio Ciceronẽ nouimus:qui profecto illud melius
alibi:ſed eodem libro:Hoc maxime inquit officiũ
eſt:ut quiſqꝫ maxime opis indigeat:ita ei potiſſi-
mum opitulari. Qꝺ cõtra fit a pleriſqꝫ:A quo eni
plurimum ſperãt:etiam ſi ille his nõ eget:tamẽ ei
potiſſimum inſeruiũt. Bene nunc ais Cicero ⁊ ue
re:nam ⁊ ita fieri debet:⁊ a plurimis cõtrafit. Sꝫ
ut ad rem redeam:ſi querelis ac faſtidio cõuiuarũ
vis carere:cõuiuijs abſtine. Habent utcũqꝫ fortaſ
ſis qui conuiuio interfuere ꝙ arguãt:ꝙ grauẽtur:
qui hoc ipſum arguit ꝙ cõuiuio nõ interſit:nõ iã
ille conuiua eſt:ſed impudẽtiſſimus paraſitus:cu
ius lingua nõ pluris extimanda q̃ꝫ gula eſt:Que
non modo non metuenda eſt ſed optãda:nõnunq̃ꝫ
dicente Satyrico:Nam que comedia mimus:qs
melior plorãte gula? Tales aliqui apud Comicos
deſcribuntur:letiqꝫ riſum excitãt:quid niſi coram
auditi queãt facere? Hec deniqꝫ ſumma eſt:conui
ualẽ cẽſuram nõ conuiuando euaſeris:paraſiticos
morſus ac rabiem ridẽdo ⁊ cõtemnendo fugaue-
ris:nõ eſt alia ad quietẽ via. ¶ Gau. Cõuiuijs ua- B
co. ¶ Rõ. Pulchrum tibi ſtudium elegiſti. Quid
huic guſtui cõueniat:qd illi:qbus aut cõpeſcenda
fames ferculis:aut irritãda ſalſamẽtis: En ꝑclarã
utilẽqꝫ philoſophie ptẽ:qs p̃mꝰ:qs ſecũdus ⁊ qs
tertius ingratũ ſtomachum cibus premat:qs vini
fumꝰ cerebro gratiores nebulas effundat. ¶ Gau.
Cõuiuijs delector. ¶ Rõ. Sic accipiať:ut v̇bũ ſo-

nat: ⁊ ut ſenſerunt maiores noſtri:nominis huius
auctores nō modo non arguā ſed laudabo. Dul-
ce eſt enim ⁊ optabile ⁊ honeſtum amicis conui-
uere:ſed comeſationem conuiuiuꝫ appellatis tur-
piſſimeqꝫ rei pulcherrimum nomē imponitis:qua
ſi vo non poſſit cum amicis viui aliter q̄ꝫ come-
dendo ⁊ bibendo: ⁊ non melius cogitādo ⁊ loquē
do:cuꝫ ⁊ docto homini ⁊ erudito:ut ait Cicero ip
ſe:viuere ſit cogitare: ⁊ nil profecto ſit dulcius no
to ac fido colloquio amicorum. Nolite ergo reꝫ fe
dam pulchro uelo tegere:Trāſlucet enim ⁊ quod
cōuiuium dicitur:comeſatio eſſe cognoſcitur. Au-
dite potius apoſtolum Paulū clara uoce a malis
uos inter cetera a comeſationibus ⁊ ebrietatibus
dehortantem: ⁊ videte ne ad turpia nominū ſplen
C dore rapiamini. ¶ Gau. Conuiuia me delectant.
¶ Rō. Dic ꝙ eſt,comeſtiones:potationes:epula-
tiones:viſcerationes. Hec ſi delectat accipere vi-
lis tu:vilis rei debitor. At ſi dare:ſtultus tu:ſtulte
ſollicitudinis ſeruus es. ¶ Gau. Cōuiuijs gloriā
quero. ¶ Rō. Mos eſt ueſter querere ibi: ubi qđ
queritis nō eſt. ¶ Gau. Spero gloriaꝫ conuiuijs.
¶ Rō. Falſa eſt gloria:uerus error. Alexandrum
macedonē ꝯuiuijs indulſiſſe uſqꝫ ad funeſtā ebrie
tatem legimus: Luciū uerū uſqꝫ ad ꝓfluuiū amē-
tis impēſe flebilēqꝫ imperij iacturā. Quero alios
duos: Quē mihi ſanū principē:quē ſobriū regem
his intentum dabis? Nā philoſophos ac poetas
egregios memorare neceſſariū nō eſt:multoqꝫ mi
nus ſanctos viros: ⁊ omnino omnes grande ali-
quid piūue animo agitātes:qbus omnibus haud
D dubie tota ea res infamis ⁊ inuiſa eſt. ¶ Gau. Glo
ria mihi apud vulgus ⁊ multorum gratia ex cōui
uijs parta eſt. ¶ Rō. Uiliſſime mercis ingēs pre
cium:coquum fieri ut gule cōplaceas aliene. Cre-
do autem:ſunt quos gula urget:frenat inopia:his
nihil eſt gratius:q̄ꝫ aliena cura ⁊ impenſa freno il
lo abſolui:quodqꝫ per ſe nequeunt: per alios adi-
piſci. Qui hoc eis preſtant:clari apud illos duꝫ id
faciāt ⁊ famoſi ſunt. Finge deſinere:ſimul deſinēt
clari eſſe. Tandē ut ego quoqꝫ iā deſinā:hec ſūma
eſt: Conuiuarū cōditio delicata eſt ⁊ q̄rula lōgeqꝫ
difficilis: De paraſitis breuē accipe regulā:duꝫ il-
los affatim paueris rodent:arridebunt:plaudent
manibus:laudabunt virum optimū:liberalē deni
qꝫ patrie patrē dicent: Nihil ad ultimū grate adu
lationis omiſerint:de qua Satyricus loquēs adu
landi gentem prudentiſſimā ⁊ comedā nationē aſ
ſeruit: ⁊ reliqua pueris quoqꝫ notiſſima. Sin ali
quando ceſſaueris:ſiquidē ſponte auarum: ſordi-
dū miſerū diffamabunt. Sin inopia homunculuꝫ
non malū certe ſed ſtolidum ⁊ ineptū: teqꝫ tuāqꝫ
domum fugient ut ſcopulū: Tūc itelliges illud Flac
ci: Diffugiunt cadis cū fece ſiccatis amici: De his
quidem loquitur amicis. Ueri eniꝫ maxime in ad
uerſis herent: ⁊ illas domos auidius frequentāt
quas fortuna deſeruit. His ineptijs hiſqꝫ difficul
tatibus ut occurras in tempore ⁊ conuiuas tumi
dos ⁊ ſcurras arridos horūqꝫ omnium uoces ⁊
ſententias diſce contemnere: ⁊ ſic habeto nihil lo
ci recto eſſe iudicio ubi totum uoluptati tribuit nil
virtuti. Caducum deniqꝫ malis artibus partum
nomen:eamqꝫ vulgo que gloria dicitur:apud do-
ctos infamiam eſſe non gloriam.

¶ De ueſtitu cultuqꝫ corporis. Dial. XX. ¶ Gau.
T egregie ueſtior. ¶ Rō. que pura ſūt:nu A
a da videri amant. Mos eſt:feda coloribus
abdē. ¶ Gau. Exqſitiſſime iduor. ¶ Rō.
Pudebit cultus exterioris: quotiēs quid eo tega
tur cogitabis. Inſana enim ambitio eſt fimum te-
gē purpura. ¶ Gau. Mūdiſſime ueſtior. ¶ Rō.
Nō audiſti qđ ille vir fortiſſimus apud Criſpum
dicat. Mūditias mulieribꝰ: laborē viris ꝯuenire.
¶ Gau. Ueſtitus iſignis ac molliſ eſt. ¶ Rō. Su
perbie uexillū:niduſqꝫ luxurie. ¶ Gau. Ueſtiſ ſin B
gularis ac inſolita eſt. ¶ Rō. Nō obijciam tibi ſa
cros pauperes ſeminudos ⁊ rigidis atqꝫ hirſutis
togis hibernū frigus arcentes: Scio quidē ꝙ pec
catrix opulentia ſanctam ſpernit inopiam: Ille idē
ditiſſimus hominū: cuius altercatione retro ter-
tia memini:ueſte nō temere alia q̄ꝫ domeſtica uſuſ
eſt ab uxore ⁊ ſorore ⁊ filia neptibuſqꝫ confecta:
Nā ⁊ hoc quoqꝫ de illo ſcriptū eſt: Sic ille cūcto-
rū dn̄s:paucas quidē ſibiqꝫ iunctiſſimas feminas
fatigabat: Tu fortaſſis alioꝝ ſeruꝰ diſiūctiſſimas
fatigas gentes. Tibi nent:tibi pectunt:tibi texunt
Belge:tibi Perſe:tibi Sereſ:tibi Indi:tibi Tyriꝰ
murex natat: tibi fragrans bacca hiſpidis pendet
arbuſculis:tibi oues albicant Britānice: tibi In-
dica ſandix rubet: uterqꝫ tibi ſudat oceanus: Au-
guſto aūt uxor ⁊ filia ſororqꝫ cū neptibus: Eouſqꝫ
decreuit virtus creuitqꝫ ſuperbia: Sic contrario
delectatis:exempla modeſtie viluerunt. In victu
igitur ac ueſtitu multi optimo principum contem-
pto:poſt peſſimos abiere: Gaium dico ⁊ reliqnoſ
quorum neutri a tergo nec ciuilis vnq̄ꝫ nec virilis
nec Romanus certe nec humanus: ſed inſanus ⁊
nūc femineus nunc diuinꝰ:ab omni autē parte pro
fuſus atqꝫ monſtrificus cultus fuit. ¶ Gau. Exqſi
tiſſime induor. ¶ Rō. Operoſior ornatus ⁊ ſuſpi C
tione cure ingenris: formoſis forme gratiā immi-
nuit: ⁊ fulgore ſuo deformium mendax ꝓdit:ocu
loſqꝫ pretereuntiū ad ſpectandū excitat. Itaqꝫ nu
la re peius ſibi conſulit deformis homo:q̄ꝫ dū for
moſus vult videri. Ueſtis iſignior cultuſqꝫ corpo
ris qui ad formā querit:riſus mouet. ¶ Gau. Ele
ctiſſimis coloribus exornor. ¶ Rō. Natura rerū
humana arte nō vincitur: Sepe etiam quaſi indi-
gnans ſe tentari: quo maiore niſu preſumitur te-
giturqꝫ:eo magiſ ac magis attollitur eminetqꝫ:na
tiuā mortalis corpuſculi feditatē nec colores alte
rant nec odores: quin aut magis conſpectam effi-
ciunt aut ſuſpectam. ¶ Gau. Precioſis ac uarijs
ornamentis ambior. ¶ Rō. Pone in pheretro au
reo pallidū cadauer:gēmis illud oſtroqꝫ circunda
quo plus ornatꝰ: ⁊ plus erit horroris. Heu quod
loquor ad iniuriā trahas: origo nominis ingrēda
eſt. Si quidem a cadendo dicitur cadauer:cur nō
ut mortui:ſic viuentis recte dicitur? Nempe illud
cecidit:hoc caſurū eſt caditqꝫ ꝯtinue. ¶ Gau. No
uus ⁊ inſolitus cultus eſt mihi. ¶ Rō. Nō eſt lo
cus ut defleam utqꝫ exercer ludibria hec habituū
externorū quos nobis ab extremis mūdi finibus
furibūda preſens etas intulit: Sed dij homineſqꝫ
male oderint has beluas humana effigie: ferino
animo:lingua latina barbaricoue habitu compto
femineā ad mollitiē capillo:moribus ad aprinam
duriciē horridis atqꝫ incultis:hinc obſcena corpo
rum impudentiſſime detegentes: Illinc mentium
leuitatem uano uertice uolucrū plumis extantibꝰ

apertiſſime deſignantes. An vero tam vigiles magiſtri: an tã dociles diſcipuli plus odij mereantur in dubio eſt: quorũ ingenijs effectum vides: ut inter mimos duceſqꝫ: inter ſcorta ⁊ matronas ꝓpe iaz nil interſit aſpectu: Nec dũ ſiſtit: ſed indies ſerpẽs creſcit ⁊ uariatur inſania.

¶ De ocio ⁊ quiete. Dial. XXI.

A ¶ Gau. Ociũ quieſue a laboribus obtigit. ¶ Rõ. Duo humane vite bona gratiſſima niſi uſus imodicus mala illa grauiſſima fecerit qd multis fecit: ⁊ totidem corporis atqꝫ animi peſtes: tumorẽ corpori parientes animoqꝫ rubiginẽ. ¶ Gau. Ocio fruor iucũdiſſimo. ¶ Rõ. Utor dic. Nulla hic re fruendum: ſed utendũ multiſ habet doctrina ſalubrior. ¶ Gau. Delectabile ocium eſt mihi. ¶ Rõ. Refert multũ hoc ipſum ociũ qle ſit. Duas nẽpe ſpecies ocij diffiniunt. Operoſi alteram atqꝫ ipſa in requie laborantis ac circa honeſta ſtudia ſolliciti: quo nil eſt dulcius. Alteraz inertis ⁊ languidi ⁊ ſolam requiem complexi: quo nil fedius: nil ſimilius eſt ſepulchro. De primo igitur ſepe magna quedaz opera ⁊ mũdo utilia ⁊ ſuis auctoribus glorioſa ꝓueniunt. De ſecũdo autem nihil vnqꝫ niſi inglorius torpor ac marcidus. Primum illud rite philoſophantibus: hoc ſecunduz pigris uẽtri ſomnoqꝫ deditis peropportunuz ubi nullo interpellante edant licenter ac dormiant.

B ¶ Gau. Optata perfruor quiete. ¶ Rõ. Quies illa qua perfruendum erit nullum finem habitura: non eſt hic. Uide ergo qua gaudeas quiete. ¶ Gau. Quietem optataz repperi. ¶ Rõ. Quietem dicis: an accubitum vis dicere: an ſomnum quem mortis conſanguineum poete quidam: alij mortis imaginez dixere: utriqꝫ ꝓprie. ¶ Gau. Dormio ⁊ quieſco. ¶ Ratio. Atqui ⁊ euntes ſepe animo quieſcunt: ⁊ ſedentes iacenteſqꝫ animo laborant. Et ſomnus ipſe animalium quies dictus: ſuos habet abditos dolores viſionumqꝫ ac phantaſmatum turbidos tumultus atqꝫ horribiles: de quo deum familiariter alloquens ſanctus ⁊ afflictus vir ille queritur. ¶ Gau. Ocioſus in thalamo requieſco. ¶ Rõ. Uter queſo putas dulcius quieſceret: an Uacia ſuo in rure dormiens: an Scipio in Africa cum hoſtibus pugnans: Cato cum anguibus: Reguluſ cum utriſqꝫ? Nec quies ſine gaudio: nec ſine virtute uerum gaudium eſſe poteſt. ¶ Gau. Reiectis laboribus grato recreor ſopore. ¶ Rõ. Labor eſt materia virtutis ⁊ glorie: hunc qui reijcit illas reijcit. Contra: vitij: ⁊ infamie materies ſopor eſt nimius: qui multos ad perpetuũ ſoporẽ urget atqꝫ precipitat: Fouet ille libidinẽ: corpora pregrauat: eneruat animos: fuſcat ingenia: ſcientiaz minuit: memoriaz extinguit parit obliuionem. Non ſine cauſa inſomnes induſtrijqꝫ laudantur: Somno nõ laudatos cernimus ſed inflatos. Proinde: ut ſomnum quidam mortẽ dicunt: ſic vitam alij dixere vigiliam. Inter mortẽ vero ⁊ vitam: vide quid eligas: vigilandum certe quod ſapientibus placet ad hoc ſaltem ut longior vita ſit.

D ¶ Gau. Longo ⁊ minime iterrupto fruor ſomno. ¶ Rõ. Bene ſi non curis mordacibuſ: auaritia: ambitione: metu: merore aut amore impio. Male autẽ ſi non honeſti ſtudij cura cuiuſpiaz ſopor abrũpitur. Profecto populis ſtertẽtibus vigilant reges: ſopitoqꝫ duces vigilant exercitu: quod ⁊ res docet: ⁊ ilias probat Homerica. Nobilioribus animis cure vigiles impendent: ſed ſobrie ac ſalubres. Auguſtũ Ceſarem principum maximuz atqꝫ optimũ ſomni breuis accepimus: eiuſqꝫ etiaz crebrius iterrupti: Tu ꝯtrario gloriaris? ¶ Gau. Profunde dormio.

E ¶ Rõ. Et guloſi ⁊ libidinoſi ⁊ iracundi: brutis animantibus viuis tamẽ: ſomnolẽti ac ſopiti dumtaxat mortuis comparantur: Et qd ad illã partem tẽporis attinet nihil differre feliceſ a miſeris philoſophicã ſcis eſſe ſententiam. Iure igitur ut pars illa pro viribus euitanda: que ſolaz inter homines differentiam ſomnoruz linquit: ſic ſectanda cõtraria eſt nil difficultatis allatura uolentibus. Si pro leui eniz gloria aut lucro exiguo ⁊ bellatores ⁊ mercatores ⁊ naute totis ſub diuo noctibus peruigilant: Illi quidem inter hoſtiuz inſidias: hi quolibet hoſte peiores inter fluctuſ ac ſcopulos: Tu propter uerã gloriã lucrũqꝫ ingens inter dei laudes ac libellos tuos partem noctium vigilare nõ poteris? ¶ Gau. Uigilijs defeſſus ſõno totus icubui.

F ¶ Rõ ſic eſt. Non mutatis ſtiluz: Cũcta fere vno modo agitis: ⁊ que deus ipſe uel natura: uel ars aliqua uobis ad obſequium dedit: in ueſtrum dedecus damnũqꝫ ꝯuertitis: potum cibumqꝫ ad ebrietatẽ ⁊ crapulam: ocium ⁊ quietez ad ſomnolentiam ⁊ marcorẽ: ualitudinẽ ad uoluptates: formã corporis ad libidinem: robur ad iniurias: ingeniuz ad fraudes: ſcientiã ad ſuperbiã: eloquentiã ad diſcrimẽ: domiciliũ ac ueſtitum ad pompã inanẽqꝫ iactantiam: Opes ad auaritiam ⁊ luxum: prolẽ ⁊ coniugiũ ad metũ ⁊ ſollicitudinẽ immortalẽ. Ite nunc ſtupete ⁊ querimini de fortuna: ⁊ malis ueſtris ingemiſcite: de bonis mala facitis: deqꝫ celeſtibus donis cõpedes uobis ac laqueos ⁊ vincula anime conflatis.

G ¶ Gau. Sõno placido delector. ¶ Rõ. At non modo reges ⁊ duces ⁊ principes ⁊ philoſophi ⁊ poete: Inſuper ⁊ familiarum patres vigilant ac nocte conſurgũt quod ad ſanitatẽ atqꝫ economiam ⁊ philoſophiã utile ait Ariſtoteles: ſed fures etiaz ⁊ inſidiatores quodqꝫ eſt mirabilius: inſani etiã amatores: quos ſuarũ muliercularum memoria ⁊ deſideriũ excitat: Tu vero non virtutis amore ſomnũ oderis vitiis amicũ: utqꝫ eleganter ait Flaccus: Ut iugulent homines ſurgũt de nocte latrones: ut teipſum ſerues non expergiſceris? Pudeat ſemper tamen in uobis poſſe turpes cauſas ⁊ nil poſſe pulcherrimaſ.

H ¶ Gau. Nullo uſqꝫ interpellante totis noctibus quieſco. ¶ Rõ. Uidetur quidem Ariſtoteles: qd ſuperius attigi: ita vitam hominis partiri: ut dimidiam partem ſomno tribuat dimidiãqꝫ vigilie: dũ pro parte dimidia nõ differre ſtudioſi vitam ait a ſtulti vita: Et ſiquidẽ pro ſomno noctẽ pro vigilia diez vult intelligi: Recta fateor ac uera eſt diuiſio equis enim partibus tempus inter ſeſe diuidunt. At ſi ſic accipitur: equas ſpatio inter partes: differentia certe alia ingens eſt. Nulla enim acrior: nulla altior cogitatio qꝫ nocturna: nulla pars temporis ſtudentibus aptior. Si autem ſomnũ ipſuz dimidiã temporis partẽ dicit: mirabile dictũ eſt: ex ore tam ſtudioſi ⁊ tam docti hominis. Abſit eniz ab anima bene inſtituta ⁊ ſtudijs intẽta: dimidiũ temporis dormire: cum quartuz ſuffecerit quibuſdam: ⁊ tertium uoluptuoſis quoqꝫ ſufficiat. Noctu quidem ſurgere qualibet anni parte ꝯſiliũ eſt.

Abſit ut noctem nō hibernam modo: ſed eſtiuā to
tam dormiant: qui grande aliquid moliuntur. Ce
terum ſemel illam fregiſſe ſufficiet fortaſſis: quod-
qꝫ vigiliarum anticipatum erit: breui ſi res poſcat
meridiana viciſſitudine reſtaurari poteſt: Ac bru-
malis hore noctis ſepius rumpende: pſallendum:
ſtudendum: legendum: ſcribendum: cogitandum:
contemplandum: querendum: ingenio noui aliqd
ſemper: ⁊ quod ſtudio queſitum fuerit memoria
repetendum. Audiendus quoqꝫ eſt Hieronymus
ad Euſtochium ſcribēs: Noctibus bis terqꝫ ſur-
gēdum inquit: reuoluenda de ſcripturis que me-
moriter retinemꝰ. Deniqꝫ his ſtudijs fatigati ocu
li alterno ſopore recreādi: ⁊ breui quiete recreati
alterno exercitio fatigandi erunt: ne totis noctibꝰ
dormiendo culcitre incūbendo: ſepulta cadauera
videamini: motu crebro atqꝫ honeſto uos viuos ⁊
virtuti deditos comprobate.

A ¶ De ſuaui odore. Dialogus. XXII. ¶ Sau.

Uauibus delector odoribus. ¶ Rō. Hi
uel victui uel ueſtitui ſubſeruiunt: de qbus
quid ſentiam audiuiſti. ¶ Sau. Odoribꝰ
ſtudeo. ¶ Rō. Odorum alij gulam: alij libidineꝫ
irritant: Horum appetitus incontinentie notaꝫ ſu
bit: ⁊ preſertim uehemens. Alij propter ſeipſos ex
petuntur: Horū ſtudium non turpitudinis nempe
ſed uanitatis arguitur. Unde eſt ut muliebriū vn-
guentorum odor aut dapium: ꝙ florū turpior aut
pomorum ſit: eadem ratio eſt earum delectatio-
num que auribus oculiſqꝫ percipiuntur: Si vnꝙ
ethicis applicuiſti animum noſti hec: neqꝫ te nunc
doceo: ſed note ueritatis ad memoriaꝫ retraho: ut
huius generis oblectamenta videas uel feda eſſe
uel leuia. ¶ Sau. Odoribus operam do. ¶ Rō.
B Bone utinam fame: cuius odor bonus quoqꝫ dici
tur: maluſqꝫ maior multo latiuſqꝫ ſenſibilis ꝙ aro
matū ſi terantur: aut ſulphurū ſi cremētur. De his
odoribus nō nares ſed mens iudicat. ¶ Sau. Bo
nis odoribus delector. ¶ Rō. Si ſenſui pares ⁊
uoluptati inhias; ut dictum eſt: aut obſcenum aut
inane. Si ualitudinis curam geris: excuſabile mo
do condimentū rerum omniū modus adſit. Cōfor
tat enim tabeſcentem ſpirituꝫ odor leuis: Sed ad
omnia ualet illud comicum: Ne quid nimis. Eſt
autem ut in multis in hoc quoqꝫ naturarum uarie
tas infinita non ſolum inter hominem atqꝫ hoiem
ſed inter gentē etiam ac genteꝫ. Siquideꝫ uera fa-
ma eſt quāqꝫ magni non reſpuunt auctores: gens
que gangis fontem accolit omnis cibi expers ſo-
lo mali ſilueſtris odore alitur: peregre profecturi
nil niſi bonum illud malum ac vitale circūferunt:
tam fetoris impatientes: ut ſicut eos purus nutrit
ſic infectus odor iterimat. Delicata cōplexio: que
ſic viuat ⁊ pereat. Hinc gens omnis ad ortū ſolis
obuerſa celiqꝫ molitie delinita: ut ciborum negli-
gentior: ſic egentior atqꝫ appetētior eſt odoꝝ: ⁊ in-
de nimirū hec primū curioſitas uos inuaſit. Aſſy-
rij: Arabes ⁊ Sabei ueſtris armis edomiti ſuis
uos odoribus domuere: quibꝰ aliꝙdiu rigida pa-
trum ⁊ inuicta ſobrietas obſtitit: uſqꝫ adeo ut qn-
genteſimo ⁊ ſexageſimoquinto anno urbis cōdite
graui edicto a cenſoribus caueretur: neqꝫ in urbē
ipſam vnguenta externa conueheret: Non multo
aut poſt modernoꝝ vitijs ut aſſolet: ueteꝝ ſcita rū
pentibꝰ in ſenatuꝫ ipſum edicti talis auctorem vi-
ctrix laſciuia penetrauit. ¶ Sau. Libēter bñ oleo. C
¶ Rō. Peregrini odores atqꝫ omne artificiū be
ne olendi proprij naturalis nō boni odoris argu-
menta ⁊ latentium ſunt ſigna defectuum: Ob hoc
ipſum atqꝫ ob illam: nedū viro: ſed ne honeſta qui
dem femina dignam curam ſolita ſenſum viri for-
tis offendere. Meminiſti adoleſcentis illius: qui
dum ut erat vnguento illitus pro collata prefectu
ra Ueſpaſiano principi gratias acturus ante eum
ſtaret: ille hauſto mox odore ſubſtomachans acri
ſupercilio: uoce aſpera: Mallem inquit alium obo
leuiſſes: ſic increpitū ſine honore: inhibitis ſeu re-
ſciſſis iam conceſſe gratie litteris bene olidū dimi
ſit. Ita cum ſemper dedecori ſint odores huiuſmo
di: interdum etiam damno ſunt: maxime ubi mo-
rum grauis ac maſculus cenſor ſit. Quiqꝫ quibuſdā
fuere periculo: Nam ⁊ illud noſti: Ut Plātius ſe
natorij vir ordinis triumuirali proſcriptione metu
mortis Salernitanis latebris abditus: vnguenti
proditus odore: ſibi quidem pernitiem: pſcripto-
ribus aūt ſuis excuſationē ſeuitie queſiuit. Nā qs
nō iure ceſum diceret eū: qui eo tempore rei.p. tā
toqꝫ in ſuo priuato diſcrimine vnguēta etiam nūc
oleret? ¶ Sau. Artificioſis odoribꝰ aſſueui. ¶ Rō D
Deſueſce ſi conſiliū meum vis: Turpius eſt enim
artificioſis ꝙ ſimplicibus aſſueuiſſe. Omne quod
turpe eſt: quo artificioſius: eo fit turpius. Honeſta
tis ornamētū ars: inhoneſtatis eſt cumulus: Ad-
de qđ ⁊ fedius hodie ꝙ olim: Quis enim Roma
ut dixi: ⁊ quā grecorū Romā prope dixerim: La
cedemon: huic peſti ex Aſia uenienti: quaſi arma-
te hoſtium legioni ferreis moribus atqꝫ edictis
obſtiterint: ad extremum tamen mollis vnguento
rum ſimulqꝫ vitiorū acies fefellit: excubias in Eu
ropam tranſijt ⁊ fortiſſimas gentes vicit. Et quo-
niam ſingula proſequi longum eſt: ex vnius aſper
rimi atqꝫ laborioſiſſimi viri mollita duritie de reli
quis coniecturaꝫ facito. Siquidem in medio bel-
lorum eſtu: Ille inuictus ac barbarus cruento cuꝫ
exercitu vnctus eſt Hannibal: penetrabilia vnguē
ta: ſed penetrabiliora ſunt vitia. Itaqꝫ eneruati du
cis ac militum quorum tam ſtupenda primordia
fuerant: qualem decuit exitus fuit: Quo effectuꝫ
eſt: ut cum multum Africani ſemper uirtutibꝰ Hā
nibalis tamen vnguentis aliquid deberetis: expe
diebat illis ut ſicci eſſent: uobis ut vngerentur. Ex
illo ſane multis ſeculis ſic iſte mos inualuit: ut la-
bor ſtuporqꝫ ſit legere que de hac re in utriſqꝫ litte
ris ſcripta ſunt. Et quid pluribus morer? Uſqꝫ ad
illius pedes: quo nil altius vnguentuꝫ uenit ꝙ ip
ſe qui omnem molliciem animorum atqꝫ omnes il
lecebras uoluptatum extincturus aduenerat paſ-
ſus eſt: non vnguento quidem ſed pietate delecta
tus ac lachrymis offerentis. Iā vero pedetētiꝫ uſus
hic abijt: ut cū in multis etas ueſtra maiorū glorie
ipar ſit: in hoc excellere videatur ꝙ vnguentaria nō
eſt: ⁊ qui his capitur non cōmuni temporū ſed pro-
prio quodam animi vitio laborat. ¶ Sau. Bonis
odoribꝰ illicior ⁊ delector. ¶ Rō. Fieri nō poteſt E
quin que delectabilia ſunt natura ⁊ illiciant dum
preſentia ſint delectent. Sapiētis Hebrei dictum
eſt: Unguento ⁊ uarijs odoribus delectatur cor: ꝙ-
uis vnguento quidē nō tam mihi delectatio videa
tur ineſſe ꝙ faſtidium. Sed ut inſit odoribꝰ: meo
certe conſilio: ab ſentibus reſiſtendum contēptu ⁊

obliuione:pꝛeſentibus utenduʒ modice:neqꝫ ullū
his ſtudium impendendum:ne te uel tacitus ulti
marum viliumqꝫ rerum mancipiū fateare: Ne ue
hunc articulum longius traham inhoneſtis odori-
bus:ut rebus omnibus virilem effeminantibꝰ ani
mū uetitis ac ſecluſis: In religs Auguſtini ſniam
amplectoꝛ:de illecebꝛa odoꝝ ingt:nō ſatago nimiſ
cū abſunt nō regro:cū adſunt nō reſpuo:paratꝰ eis
ſemp carere. Idem fac:ne qn̄ bonis odoribus ma
le oleas:aut odioſis mūditijs odioſus ſis.

De Cantu ⁊ Dulcedine a Muſica. Dial. XXIII.

Gau.

A Cantu delectoꝛ ac fidibus. Rō. Ab quā
to melius lachꝛymis atqꝫ ſuſpirijs. Pꝛe-
ſtat enim flendo ad gaudium q̃ȝ gaudēdo
ad gemitum puenire. Gau. Cātibuſ ſoniſqꝫ per
mulceoꝛ. Rō. Et fere cantu fallūtur ⁊ uolucreſ
illud mirabilꝰ:muſica quoqꝫ dulcedine piſces tā-
gi: Nota tibi Arionis ac delphinis eſt fabella:taȝ
pꝛo uero habita ut ipſis annalibꝰ ſit iſerta. Multi
quidē ſcriptorū illuſtriū meminere miraculi:elegā
tius nemo q̃ȝ Herodotꝰ graie pater hiſtorie. Aſti-
pulantur imagines enee illic ubi e tāto periculo in
columis pꝛimuȝ terris appulſus eſt natātis piſcis
tergo inſidens fidicen: Ad hec ſirenes cantu falle
re creditū. Illud vō non creditum ſed compertum
ut quotidie blandis uerbis homo hominē fallit: ⁊
ad ſummā nihil ad fallendū uoce aptius. Gau.
Muſica ſuauitate diliniōꝛ. Rō. Et aranea: ut
aiunt:anteq̃ȝ moꝛdeat. ⁊ medicus linit anteq̃ȝ fe-
riat: ⁊ auceps: ⁊ mulier quē fallere vult delinit: ⁊
pꝛedo queȝ perimit: ⁊ polypus quē demergit am-
plectitur. Et quidā peſſimi hominū nunq̃ȝ terribi
liores ſunt q̃ȝ dū ſe geſtu ⁊ uoce leuiſſimos oſten
dunt:quod i pꝛimis de Domitiano pꝛincipe lectū
B eſt. Uix ulla eſt ſine ſuſpitione delinitio. Gau.
Cantu gaudeo ⁊ exaltoꝛ. Rō. Caue:naȝ ſcriptū
eſt: Extrema gaudij luctus occupat. Et rurſus:an
te ruinā exaltabit̄ ſpiritus. Gau. Cano dulciter.
Rō. Neſcis an ultimum. Ipſe pꝛedulciter moꝛ-
ti pꝛoximus oloꝛ canit. Plures eniȝ gaudio q̃ȝ tri-
ſtitia periere: Solito dulcius canentem inter ipſa
ſoni ſuſpiria expiraſſe recens fama eſt. Gau. Cā
tu ac tibijs delectoꝛ. Rō. Nō imerito quidem
Singuli enim dies te ⁊ hore ⁊ momēta ad ſepul-
chꝛū uehunt:quo cum cantu ferri ueſter etiaȝ nūc
mos eſt: Antiqui ⁊ tibijs efferebantur: Unde illō
Statij pampinij: Tibia cui teneros ſuetū pducē-
re manes: Tibi utraqꝫ funeris pōpa placet: Illuc
te licet ire non ſentias abſqꝫ ulla requie pperanti.
C Gau. Cantu moueoꝛ. Rō. At quid refert. Eſt
haud dubie in animis hominū generoſis maxime
potentiſſima muſica: Sed effectus ſupꝛa fidē ua-
rij: Utqꝫ omittā gbus res nō eget:hos ad letitiaȝ
inanē:hos ad ſanctuȝ ⁊ deuotū gaudiū piaſqꝫ nō
nunq̃ȝ lachꝛymas mouet. Que uarietas in diuer-
ſas ſententias magna traxit ingenia: Nēpe Atha-
naſius uanitates fugitans:canēdi uſuȝ in eccleſijſ
iterdixit: Ambꝛoſius pietatis exercitiū appetens
ut caneret̄ inſtituit: Auguſtinus utrūqꝫ ſe paſſū ⁊
D difficile hinc ſibi negociū dubietatis exoꝛtum iter
cōfeſſiones ſuas pie meminit. Gau. Delectat ca
nere. Rō. Gꝛaia olim delectatio: nūc ⁊ ueſtra.
Apud illos quidē cantus ac fidium ignarus qſqs
eſſet indoctus habebat̄:quod Themiſtocli Attico
grecoꝝ clariſſimo eo ꝙ lyram in epulis recuſaſſet
accidiſſe. Epaminundā vō Thebanū hāc foꝛtaſſis
infamiam declinātē:pꝛeclare fidibus ceciniſſe:au-
ctoꝛ eſt Cicero. Miruȝ ⁊ Socrates talis ſenex fi-
dibus operā dedit. Ne miremur Alcibiadem ab
auunculo Pericle tibie ſtudio traditū apud illos
honeſtiſſimo: ut inter liberales artes hanc quoqꝫ
condiſceret. Sed uerecundū pueri laudemus in-
geniū:qui cū ab inſigni tibicine ad idipſum accito
oblatas tibias ori applicuiſſet: ⁊ collecto ſpiritu
genas inflaſſet: animaduerſa defoꝛmitate vultus
erubuit:atqꝫ obiectas tibias aſpernatuſ fregit:me
ruitqꝫ licet tenera etas exēplo eſſe:ut totius popu
li conſenſu ex tunc Athenis tibiarū uſus obſoleſce
ret: Ad uos ſi non illud ardens muſice ſtudiū pue
nerit:omnium pꝛincipum mētes occupatuꝝ:occu
pauit tamen aliquoꝝ animos peſſimorū maxime.
Gaius qppe cātādi ſtudioſiſſimus ſaltandiqꝫ fuit.
Nero q̃ȝtum cythare ſtudio deditus fuerit: ⁊ quā
tam curam uocis habuerit: incredibile dictu eſt:
Id enim uere ſtultū penituſqꝫ ridiculū ꝙ nocte il-
la que ſibi vite ultima: mundo aūt reſpirandi uel
modicū pꝛima fuit inter q̃relas quas vicina moꝛſ
⁊ pꝛeſens metus doloꝛqꝫ dictabant: illud crebꝛiꝰ
atqꝫ miſerabilius defleuit:non ꝙ tantus pꝛincepſ
ſed ꝙ tantꝰ muſicus periret. Mitto alios:ad hāc
ueſtrā que nūc agitur etatē:licet paratioꝛ:uenit ta
men auriū uoluptas: qua caſte ac ſobꝛie delectari
humanitas quedā:capi aūt ⁊ molliter iuiſcari ua
nitas multa eſt. Gau. Suauibus uocuȝ modis
cū delectatione detineoꝛ. Rō. O ſi audires ſan E
ctorū ſuſpiria: O ſi hinc aures tuas dānatorū ge-
mitus ⁊ lamenta pꝛecellerent: Hinc beatoruȝ iu-
bilus ⁊ cantus angelici atqꝫ illa celeſtis harmo-
nia quam Pythagoras ponit: Ariſtoteles euertit
Cicero noſter iſtaurat:tibi autē pietas fideſqꝫ ſug
gerit:eſſe ibi ppetuas ac pꝛedulces uoces: ⁊ ſi nō
celorum ac celeſtium incolarū pꝛimā illam ⁊ eter-
nam cauſam ſine fine laudantium: Si hec inq̃ȝ om
nia tuis auribus inferrentur: q̃ȝ clare diſcerneres
quis concentus dulcioꝛ:quis ue ſalubꝛioꝛ: Nunc
ſurdo ſenſui ſoni iudiciū cōmittis:de quo hactenꝰ
parua quidem res nōnullis foꝛte videbit̄:magnoſ
tamē viros exercuit. Nec ſine cauſa diuini Plato
vir ingenij:muſicam arbitratus eſt ad ſtatum ſiue
coꝛrectionem morum reipublice pertinere.

De Choreis. Dial. XXIIII.

Gau.

Choreis gaudeo. Rō. Mirabar niſi fidi A
um cantꝰ ⁊ tibie choreas ſuſcitarent: ⁊ pꝛe
ſcripto de more uanitatē: uanitas ſequere
tur:uerū maioꝛ multoqꝫ defoꝛmioꝛ. Ex cātu eniȝ
dulcedo aliqua ⁊ ſepe utilis ac ſancta percipitur.
Ex choreis nihil vnq̃ȝ niſi libidinoſuȝ ac inane ſpe
ctaculū: honeſtis inuiſum oculis viro indignum.
Gau. Choreis cupide interſum. Rō. Coꝛpuſ
animū tegit ac detegit manuū iactatio:pes mobi-
lis:oculus uagus ac petulans tale aliquid arguūt
in animo eſſe qui nō cernit̄. Itaqꝫ caueudū ualde
eſt modeſtie cultoribus:nequid effeminatuȝ agāt
aut loquant̄. Occulti enim affectus ⁊ pectoruȝ la
tebꝛe:ſepe paruis indicijs pateſcūt. Motus:ſeſſio
accubitus:geſtus:riſus:inceſſus:ſermo ſigna ſunt
animi. Gau. Dulcedinem quandam ex choreis
capio. Rō. O dulcedo ridicula: Finge enim te
choream cernere neqꝫ tibicinē audire atqꝫ ita ſtul

tas mulierculas ⁊ viros mulierculis molliores
in ſilentio circumferri:redire:ineptire: quid queſo
vnq̄ꝫ abſurdius aut delyrantius vidiſti? Nūc mo-
tus inconditos lyre ſonus aut tibie:hoc eſt amen-
B tia vna aliam tegit. ¶ Gaud. Choreis delectoꝛ.
¶ Rō. Non tam ibi delectatio pꝛeſens eſt q̄ꝫ ſpe-
rate delectationis auſpicium. Ueneris pꝛeludiuꝫ
illud quidem ſono ſtupidas ac miſellas circundu
cere atqꝫ urgere ⁊ ſtringere ac ſpecie urbanitatis
attercre:libere ibi manus liberi oculi:libere uolāt
uoces:pedum ſtrepitus: ⁊ multorū cātus diſſoni:
⁊ tubarum clangoꝛ:concurſatio ⁊ puluis : ⁊ que
ſepe ludis additur:hoſtis pudicitie ⁊ amica ſcele-
rum:nox ipſa.Hec ſunt que timorem ac pudorem
pellunt:hi ſunt libidinum:hec laxamenta licentie.
Et hec eſt ne me falli facileꝫ putes:illa delectatio:
quā ſimpliciter ⁊ uelut inocue choreaꝝ appellatio
ne pꝛofitemini ⁊ ludi tegmine crimen obnubitis.
Et ſi enim ſolos inter viros : ſeu ſolas inter femi-
nas hec nonnunq̄ꝫ fiant:illic tamen ſeparatim ex-
ercentur:quid ue congreſſi iteruꝫ acturi ſint ſimul
diſcunt:ceu diſcipuli qui magiſtro abſente : q̄d eo
reuerſo loqui debeant meditantur. Tolle radicitꝰ
hanc ſpeciē ingenioſam atqꝫ impꝛobā:tolle libidi-
nem:ſuſtuleris ⁊ choream.Crede mihi cum Da-
uid rege:nemo ante dominū ſaltabit:ne quem foꝛ-
te ſua uxoꝛ irrideat:cū tamē nullus irrideatur an-
C te dominū ſaltans ſiue etiā panduriçans.¶ Gau.
Delectabiles ſunt choree.¶ Rō. Sententiā meā
tenes ſi delectāt pꝛopter aliud delectāt:per ſe eniꝫ
tota quidē inſulſa res eſt : ⁊ plus tedij allatura q̄ꝫ
gaudij. Nā quid omnino eſt aliud in gyruꝫ uolui:
q̄ꝫ excire uertiginem: ⁊ ſine termino viam ire inter
locales ſeptē motus:quos Plato dinumerat:hos
ſ.añ retro dextroꝛſuꝫ:ſiniſtroſuꝫ:ſurſuꝫ:deoꝛſuꝫ ac
circuitū? Solus ſeptimus infinitus eſt:atqꝫ hunc
ideo que perpetua ſunt:hoc eſt celū ſeruat ⁊ ſyde
ra:hunc in terris perpetuus hominum agit furoꝛ
in cunctis fere actibus atqꝫ ꝯſilijs: Nec ullus Oꝛ
pheus Jſioniam rotā ſiſtit :ſed viſibilibus in cho-
reis ubi animorū uolubilitas coꝛpora ſecum uol-
uit:Et idcirco cū de omnibꝰ dici poſſit:de his per-
pꝛopꝛie dicitur quod ſcriptum eſt: Jn circuitu ipij
ambulant.Hic ludus multorum dedecoruꝫ cauſa
fuit.Sepe ibi matrona diu ſeruatum decus ꝑdi-
dit:ſepe infelix virguncula ipſo nuptiali die didi-
cit:quod melius ignoraſſet. ¶ Gau. Honeſto tri-
pudio libenter exerceoꝛ.¶ Rō.Uellem aliud ge-
nus exercitij delegiſſes.Sed quo pergas ⁊ quid
uelis video:interdictum tolli:ueniam dari noꝛmā
q̄ꝫ pꝛeſcribi.Quando igitur ſic affectus es:ſeu is
moꝛbus:ſeu conſuetudo eſt:qua mala nihil peius
bona nihil eſt melius : ea tibi in his omnibus lex
erit:ut quibus carere penitus non potes modeſtiſ
ſime utaris ac rariſſime:neq̄d ulla in re molle uel
femineum agas:ſed ubiqꝫ non ſuis etiam in finibꝰ
virilis rigoꝛ emineat : ſitqꝫ tripudium uel quiſ-
quis erit is ludus fatigati animi relaxatio ⁊ ex-
ercitium coꝛporis:non uoluptas eneruatrix men-
tium.Exemplo libentius abſtinuiſſem:Summo-
rum virorum imitatio non omnibus tuta eſt. Nō
enim omne pennatū animal aquilam ſequi poteſt.
Jmitatorum alij contrarium faciunt:alij vō aliud:
nōnulli idem aliter:pauci ad plenum quod imitā-
tur effingunt.Cato hic ultimus reipub.curis pꝛeſ

ſum animum vino leuare ſolitus fertur.Fecit ideꝫ
apud grecos Solon.Hos aliquis ſequi uolens :
vnum ſemper officiū aget:bibet:quodqꝫ illis mo-
dicum ac rarum:huic immēſum ⁊ cōtinuuꝫ:quod
illis remedium:huic erit ebꝛietas. Facile idem in
rebus alijs poſſet oſtēdi:ſed hoc vno intelligis q̄d
eſt quod nunc tecū uerear.Ex quo tamen damna-
te rei patrociniū:ut ſuſciperē coegiſti : ſummi viri
exemplum quod uel non ſequaris uel non mutes
accipe his ipſis quibus apud Senecā eſt uerbis
in eo libꝛo quo tranq̄llitatem animi ſtilo inquirit.
Scipio inquit triumphale illud ⁊ militare coꝛpꝰ
mouet ad numeros:non molliter ſe infringens:ut
nunc mos eſt:etiam inceſſu ipſo ultra muliebꝛem
molliciem fluētibus:ſed ut antiqui illi viri ſolebāt
inter luſum ac feſta tempora:virilem in modū tri-
pudiare non facturi detrimentū etiam ſi ab hoſti-
bus ſuis ſpectarentur.Quibus in uerbis quid de
ſua iam tunc etate ſentiret perſpicis:Felix qui nō
vidit tuā.Quis autē ille ⁊ tripudij ⁊ vini remiſ-
ſionē pꝛobet:ueniendūqꝫ nōnūq̄ꝫ uſqꝫ ad ebꝛieta-
tem dicat:quod a tam rigido ingenio dictum mi-
roꝛ.Si fideli conſilio uti vis vino parce utere:tri-
pudio abſtine:Alia ſunt honeſtiora remiſſionum
genera:quibus faſtidienti feſſoqꝫ animo medea-
re:Jn omnibus tamē optimum fuerit q̇d hic ulti-
mum dixit attendere: ⁊ quecunqꝫ ages ita agere
tanq̄ꝫ te hoſtes tui videant atqꝫ obſeruent. Mul-
to quidē eſt ſatius ſic viuere ut abſtinentiam ⁊ gra
uitatē tuā inimici ſtupeant : q̄ꝫ ut laſciuiam amici
excuſent.Clarioꝛ fama eſt : cui nec uerum crimen
obijcere quiſq̄ꝫ poteſt nec falſum audet:q̄ꝫ cui obij
citur ſed purgatur . Accuſatoreꝫ perfecta virtꝰ ex-
terret:mediocris irritat quod ad ſobꝛietatem atti
net.Malim te Ceſari ſimilem:quem vini parciſſi-
mū ne inimici quidē negauerint:ut tranq̄llus ait:
q̄ꝫ Catoni nō Cenſoriū illū ſenē loquoꝛ:de cuiꝰ ſo-
bꝛietate iam diximus:ſed hunc ultimum cui obie-
ctam ebꝛietatē Seneca ſic refellit:ut dicat faciliuſ
effecturum quiſq̄s obiecit crimen honeſtū:q̄ꝫ tur-
pem Catonē.Oꝛ ad id vō de quo agitur nullo mo-
do tripudies malim:q̄ꝫ ut Scipio.Oꝛ ſi te illuc ur
get animus:quo nolim:his te ſaltē ducibus uti ue
lim:ut ſi penitus tibi inſedit illud lyricum : Nunc
eſt bibendum:nunc pede libero pulſanda tellus.
Sic vinum bibas ut Cato:ſic terram pede pulſes
ut Scipio.

¶ De pile ludo. Dialogus.XXV.

¶ Gau.
T delectat pile ludus.¶ Rō.En aliō cla- A
a mandi ludibꝛiū ſaltādiqꝫ.¶ Gau. Liben-
ter pila luſito.¶ Rō. Odioſa uobis ut vi-
detur eſt requies:vndiqꝫ labores aucupamini:de
coros utinā. Nā ſi exercitio ludus hic querit:utꝝ
pꝛecoꝛ honeſtiorē fatigationē furibunda iactatioꝛ:
in qua nihil animo geri poteſt:an ambulatio tran-
q̄lla pꝛeſtaret:ubi ⁊ membꝛorū motus utilis ⁊ in-
genij agitatio honeſta eſt? Quē morē philoſopho
rū quidā ſic fecerūt ſuū:ut hinc ſecta famoſiſſima
nomē ſumpſerit.An tu vō Dionyſiū Syracuſium
q̄ꝫ Stragyritē Ariſtotelem ſequi mauiſ:quādo ut
ſtudioſa deambulatione philoſophum:ſic tyrānuꝫ
ludo hoc turbido delectari ſolitū accepimꝰ:q̄ꝫuis
⁊ modeſtos iterdū animos uoluptas hec ceperit?
Jtaqꝫ ⁊ Quintꝰ Mutius Sceuola ille augur ele
gantiſſime hoc ipſuꝫ fecit: ⁊ diuus Auguſtus poſt

finẽ ciuiliũ bellorũ ab exercitijs cãpeſtribus ad pi
lam trãſijt: ⁊ Marcus Aurelius Antonius: ut de
eo ſcribit: pila luſit apprime. Nec tamẽ uel qa ille
diuini atq3 humani iuris peritiſſim⁹: uel hi doctiſ-
ſimi atq3 optimi principes fuerãt: ideo ludus pre-
ceps ⁊ clamoſus placet. Siqdẽ motus ois uehe-
mentior: preſertim ſi clamore permixtus ſit hone-
ſtum dedecet ingenium.

¶ De ludo Alee ⁊ Calculorũ. Dial. XXVI. ¶ Gau.
A a Lee ludus ⁊ calculoꝝ placet. ¶ Rõ. Dã-
noſum illud: hoc inane: utroq3 tamẽ idem
ille Sceuola: quodq3 eſt altius Auguſtus
Ceſar altero uti ſolitus fertur. Neq3 rurſus ideo
ꝙ ille a cerimonijs deorũ atq3 hominũ legib⁹ q̃s
excellentiſſime calluit: iſte a curis ſummi imperij
quod diutiſſime: atq3 optime rexit: tale ſibi iterdũ
laboris diuerticulũ elegiſſet hoc in te probaueris.
Sunt enim ⁊ doctis ac magnis viris appetitus
quidã peregrini ⁊ ſui: quorũ ſi ut in doctrinis: ſic
in moribus imitator fueris: facile labi queas: neq3
enim omnium qui laudãtur: laude digna ſunt oia.
¶ Gau. Alee ludo delector. ¶ Rõ. Quis non de
lectetur ſuper pictã tabulam cõſignatas numeris
oſſiũ quadraturas criſpanti cubito iactare: quaq3
ille dixerit trepidantib⁹ digitis rotũdas in aciẽ
tabellas mittere? Glorioſum exercitiũ ⁊ preclarũ
nomẽ ⁊ currus ⁊ laureas meriturum. ¶ Gaud.
B Calculis libenſ ludo. ¶ Rõ. O puerile ſtudiũ. O
perditũ tp̃s: O cure ſuperuacue: O ineptiſſimi cla
mores: ſtulta gaudia: ireq3 ridicule: deliroſ ſeneſ
impẽdere alueo ⁊ pauculis lignis uagis ac furtiꝫ
inſidiantibus atq3 latrocinantibus: Unde latrun-
cularius ludus apud ueteres dicebatur: Quo lu-
ſiſſe ſimiam auctor eſt Plinius. Miraris: Atqui
proprie ludus eſt ſimie miſcere calculos ac trãſfer
re: ⁊ poſt illidere: raptim iactare manus ac retra-
here: inſultare aduerſario ⁊ coliſis dẽtibus mina
ri: iraſci: altercari: fremere viciſſimq3 iteriꝫ: ut Flac
ci uerbo utar: caput ſcalpere: vngues rodere: ⁊ ad
ſummã omnia facere: que pretereũtibus riſum ex-
cutiant. Nũquid enim horum aliquid aut ullũ pe-
nitus amentie genus omittitis? None ita torque-
mini: q̃ſi uel ueſtra uel publica ſalus in dubio ſit?
Multi credo prelio viciſſent: ſi quam ligneis aut
eburneis impenderunt curam: ueris militib⁹ ipen
diſſent: Uix rei ullius tam intenſum: tanq3 ineptũ
ſtudium inuenias. Sed hoc eſt in regno ſtultitie
cõmune: ut q̃rũ rex minor eſt fruct⁹: ⁊ cupiditas ⁊
C delectatio maior ſit. ¶ Ga. Alea delector. ¶ Rõ.
Oſtendã tibi ſi cõſilio uti uoles: generoſam atq3
honeſtã aleam: qua olim Athenis docti homines
uſi ſunt: ut feſtis ſcilicet diebus in cõſilio amicorũ
quiſq3 de lr̃is aliqd in mediũ pferat: nõ ſophiſma
lubricũ ut illi: ſed ſolidũ pro ingenio proferẽtis ad
virtutẽ aut beatã vitã ptinens. Dehinc collatione
facta: ſine inuidia: ſine ira: qui iferiores doctoru3
iudicio viſi erunt: facili qdem mulctẽtur pecunia:
Hec in philoſophicas uertaꝫ cenas. Sic res vna
conuiuio: ſumptũ exercitiũ ſtudio: calcar ingenio mi
niſtrabit: quod hinc victos excitet: hinc victores.
Hoc alee genere quo antiq ſaturnalia: uos pia fe-
ſta: ⁊ quo illi Athicas: uos Romanas noctes in-
ſtruite. Habes ludu3 quo ⁊ ludere iuuet ⁊ luſiſſe
non pudeat.

¶ De Ludo Taxilloꝝ pſpero. Dia. XXVII. ¶ Ga.
i Uuat ad taxillos ludere. ¶ Rõ. O uora A
go ingens inexplebilis: O patrimonioru3
fluxus triſtis ac ſubitus: O animi tempe-
ſtas ⁊ fame nubes ⁊ ſcelerũ ſtimulus ⁊ ad deſpe
rãdũ via. Superiores utcunq3 ludi ſunt: hic mer⁹
eſt dolor. ¶ Gau. At mihi pſper ludi huius euen
tus fuit. ¶ Rõ. Taxillorũ nullus euentus proſp ⁊
mali oẽs ⁊ miſeri: Nã ⁊ qui perdit affligit: ⁊ qui
vincit illicit: inq3 inſidias ptrahit. ¶ Gau. Pro-
ſpere luſi. ¶ Rõ. Preſens ſepe proſperitas future
calamitatis auſpicium fuit. Et ſuas hec peſtis ha
bet illecebras: Si qui tales ludunt oẽs perderent:
nemo vnq̃ luderet: nũc lucrant aliq: ſed lucꝝ illud
arra eſt dãni. ¶ Gau. Luſi ⁊ vici. ¶ Rõ. Bene ni
ſi in campũ redis: Aliogn nullus cãpus planior:
nullo in campo uolubilior eſt fortuna. ¶ Gau. Lu
ſi ⁊ vici. ¶ Rõ. Ludes iterũ ⁊ perdes. Qđ vici-
ſti aũt hinc atq3 illinc mille diripiẽt: qđ perdideriſ
nemo reſtituet. Adde quod ſiqd eſt iuſtitie: quod
vincis non ſit tuu3: at qđ perdis etſi nõ fiat alteri⁹
tuũ tamen eſſe deſinit. Multa ſunt vndiq3 que ab
hac inſania bonã mentẽ dehortenꝫ ac retrahant:
niſi uos impet⁹ quidam auaritia pulſus urgeret.
¶ Gau. Uici in ludo taxilloꝝ. ¶ Rõ. Scito aute3
te ab exactore impio fenus cẽteſimu3 accepiſſe: re
ſtitues qđ viciſti: ⁊ de tuo adijcies ut nõ ſit qui re
petat: per ſeipſum euanuerit: tuq3 in ſomnis felix
eſſe deſieris. ¶ Ga. Uici ⁊ ditior fact⁹ ſu3. ¶ Rõ. B
Cũ nulla ſit ſtabilis pecunia: ſed ſua potius rotun
ditate uerſatilis: tu3 precipue que taxillis queriꝫ:
Taxillorũ ludus nihil ulli donat: eoꝝ maxime qui
familiari⁹ illũ colũt. ſed mutuat aliquid: ⁊ extor-
quet: eo ſemp imitior: quo blãdior viſus erat: nul-
la enim amarior eſt iactura q̃ lucri dulcedinẽ de-
guſtare orſo. ¶ Gau. Luſi ⁊ lucratus ſum. ¶ Rõ
Gaudere lucro taxillorũ tale eſt: ac ſi dulci gaude
as ueneno. Utrũq3 mox per uenas erũpet. ¶ Ga.
Ludo pſpero delectatus ſu3. ¶ Rõ. Peior eſt de
lectatio peccati q̃ pctũm ipm. Sunt qui mala cõ-
ſuetudine pene coacti peccãt: neq3 poſt pctũ3 gau
dent ſed triſtanꝫ: ⁊ ſi fieri poſſit: nõ peccaſſe malue
rint. Quoſdã vidim⁹ iter ipſas libidinũ flammas:
quãdã uelut glaciẽ doloris ac penitẽtie ſentire: ⁊
ſi dici liceat: uelle ſimul ac nolle: peiorẽ licet in par
tẽ mali uſus q̃dã vi detortos: quos haud iprobe
quis ſperet uſu excuſſo ad meliorẽ ſemitã poſſe cõ
uerti: At q de pctõ exultant: qd de hiſ oro reliquũ
ſpei eſt? ¶ Gaud. Delector taxilloꝝ ludo. ¶ Rõ.
Spero fore ne ſemper neu diu etiã delecteris: uol C
uitur aſſidue fundataꝝ ſtatus urbiu3. Tu ſtabiles
taxillos putas: Crede mihi uoluentur: ⁊ ſecũ in la
chrymas gaudiũ tuũ uoluẽt: Neq3 eni3 ſic uoluẽ
tur ut vidiſti: tũc inane tibi gaudiũ: nũc ueros ge-
mitus parabunt. ¶ Gau. Delectat ludere. ¶ Rõ.
Delectatio funeſta ⁊ turpis corruptiq3 animi: ira
enim ⁊ puitio dignus es. Nã qs q̃ſo ingenu⁹: ſeu
quis hõ ⁊ nõ poti⁹ trux belua delectari queat lu-
di nomine abũdãte neqtia atq3 impietate fediſſi-
ma: Ubi preter hominũ vult⁹ nil humanũ ſit: vul-
tuſq3 ipſi iracũdia ac merore obſiti confuſiſq3 cla-
morib⁹ efferati: nec iam ſint humani: Ubi non de-
cor morũ: nõ modeſtia ſit uerborũ: nec amor erga
homines: nõ erga deũ reuerẽtia: ſed iurgia: ⁊ ran-
cores ⁊ doli: ⁊ periuria: ⁊ rapine vulnera ad ex-
tremũ ⁊ homicidia: quoq3 nil in deũ ſeui⁹ põt hu-

mana temeritas diuini nominis blaſphemie qbuſ añ oēs ſcelerū officinas ille ludus infelix ſcatet: Ubi ſi quos forte tacitoſ pudor tenet: crebro tamē ſuſpectātes: quid labijs cordis agant: ſciunt ipſi. Quis hūc ludū uerus homo: nō dicā tractare manibus: ſed ſpectare oculis poſſit ⁊ non angi ꝓrſus fugariꝫ ſceleſti ſpectaculi feditate. ¶ Gau. Delector tamen hoc ludo. ¶ Rō. Uide ne Cretenſium imprecatio in tuū caput inciderit: Mala conſuetudine delectari: quo nil dictu leuius: nil euentu grauius propiuſꝫ exitio eſt. ¶ Gau. Delector taxillorū ludo. ¶ Rō. Abijcienda eſt delectatio inhoneſta: ⁊ ſi non virtutis: at ſaltem fame ſtudio ⁊ pudoris cura: Nam vix aliud in actibus hominū inueniās: ubi tam clare mores ac vitia detegant̄. Uidi ſti alacriter in preliū deſcenſuros: in hoc ludo tremere atꝫ orare flebiliter ⁊ ſuū numerū inuocare. Quoſdā alibi magnanimoſ ac trāquillos: illic pro parua pecunia ⁊ precari ⁊ iraſci ⁊ in finē furere. O ꝫ multa pro paucis nummis ſepe ibi fecerūt viri fortes: que pro ingenti theſauro alibi nō feciſſent. Ibi enim vitiorū oium: ſed in primis ire atꝫ auaritie regnū eſt. Meminiſti ut Naſo in eo libro quo inhoneſtam qdem ac ſuperuacuā artē docet: utile tamē interdum aliqd interſerit: Amatrices monet ut ob animi vitia celāda: ludo hoc aut ſimili abſtineāt: ne cōſpecte ira tumide: aut auaritia exhauſte amatoribus diſpliceant ſuis: Quanto id viris dignius precipit: ne nō modo hominū ſed dei oculos oia videntis ⁊ bonos animos moreſꝫ igenuos amātis offendāt. ¶ Gaud. Luſi vici: gaudeo. ¶ Rō. Ludus turpis: dānoſa victoria: gaudium inane. ¶ Ga. Uici: gaudeo. ¶ Rō. Omne de ſuo malo gaudiū ſtultū eſt. Proinde tartareus qſpiā ludi huius inuētor fuit: Cuiuſ inſcij ludibrio ac noxe: ſcientes vō miraculo ſubiaceāt ac ſtupori. Nā quid mirabilius ꝙ ꝙ ueteri prouerbio vulgatum uerūꝫ iugi experientia deprehenditur: Oēs huiuſce ludi magr̄os nudos eē atꝫ inopes ⁊ egenoſ.

¶ De Hiſtrionū iocis. Dialo.XXVIII. ¶ Ga.

A Delector hiſtrionū iocis. ¶ Rō. Nobilior multo delectatio illa eſt que de modulatione muſica: liberali. ſ. quadā arte percipit̄: hec ſolius uanitatis ⁊ ipudentie plena eſt. ¶ Ga. Hiſtrionibꝰ delector. ¶ Rō. Malis pauperibꝰ malis amicis humilibꝰ malis: tādē ſolitudine delecteris. ¶ Gau. Hiſtriones mihi riſū mouēt. ¶ Rō. Quid tu illis? quotiens de ſe dn̄m ridentē riſit hiſtrio. quotiens ſe mirantis amentiā admiratꝰ finxit aliqd: quo falſo illū vē ſe aūt delectaret. ¶ Ga.

B Hiſtriones doctos habeo. ¶ Rō. Habes de qbꝰ rideas: quiꝫ te rideant ⁊ te rodant. Peſtis diuitū peruetuſta: que ab Ethruſcis orta Rome creuit: adeo eoꝫ fiducie eſt euecta: ut Eſopus hinc queſitū patrimoniū incredibile atꝫ imēſum filio dimiſerit: ⁊ Roſcius uagam ſparſamꝫ rē arte collegerit: de hiſtrionica librū ſcribens: in quo artem ſue oratorie: ſeꝫ perinde Ciceroni equare nō erubuit eā ſcilꝫ ob cauſā ꝙ affectꝰ animi cōceptuſꝫ abditos: quos Cicero uerbis ornatis uarie ꝓnūciaret: ipſe alio modo ſed effectu pari geſtibus aptis exprimeret. Et ſane fuit ille mirꝰ artifex: nec ſcio qd tam durū eſſe uel tā triſte potuerit: quod nō facile leniſſet nō dico qui facillimi atꝫ mitiſſimi Ciceronis amicitiā igenio meruit: dignuſꝫ pro quo tantus orator uerba faceret: ⁊ de quo ſcriptū opꝰ memorie poſterorū traderet: eſt habitus: ſed qui tetricum ac ſuperbū Sylle animū inflexit: ⁊ ab illo omniū contēptore admiſſus in gratiā: anuloꝫ aureo donatus eſt: qui tot graues ac ſeueros ſenes ſenatūꝫ illū per quē frena orbis agebant̄: quotiēſ uoluit ad riſum ac letitiā coegit. Qui populū Romanū tantū ⁊ tam uariū ſic illexit: ut diurnū ſalariū de publico mille denarios ſine gregalibus ac miniſtris ſolus ipſe perciperet: Magna merces: ꝙuis exigua fingat̄ moneta: non ſine mira quadā ⁊ inſolita agilitate animi hoc fieri poſſe conſenſerim ut ſiquis uſꝙ Roſcius affuerit non tibi forte ſit uetitū qd Ciceroni licitū fuit: non ſolū ludis interdū ſed familiaritate eius ⁊ ingenio uti. Eſt enī ingenijs inter ſe ꝙꝙ ſtudio ⁊ ꝓfeſſione diſtantibus multa cognatio: ubi vō hunc q̄rimus: multū breui tempore nobiliſſime artiū retro ceſſere: ne dicā hiſtrioniā: que eo redijt ut nūc illi deditos corrupto guſtu falſoꝫ iudicio eſſe nō ſit dubiū. Profecto enim ꝯſequens eſt: ut qbus mala bn̄ ſapiunt bona illis ignota ſint: ⁊ curis nobilibus inſuetos eſſe: qui vilibꝰ delectant̄. ¶ Gau. Multi quotidie

C me frequētāt hiſtriones. ¶ Rō. Frequētare te deſinent: cum tu diues aut largus: dicā rectius: cum tu ſtultus ⁊ prodigus eſſe deſieris. ¶ Gau. Magna mihi acies hiſtrionū eſt. ¶ Rō. Immo muſcarum que te vnctum comitent̄ ſiccūꝫ deſtituāt: nec deſtituiſſe ſuffecerit niſi hunc plauſum par ſequat̄ infamia. Sunt lingue quibus quies ac ſilentiū pena eſt: nunꝙ vō niſi de alijs loqui iuuat aut falſo laudant: aut liuide detrahunt. Et quorū nequeūt mordere diuitias: famā mordēt. Una eſt hiſtrionū atꝫ paraſitorū lex: utriꝫ blāditijſ armati poſt fortunā eunt. Uerum illis uentrem impleſſe ſatis eſt: his alia fames cibi mētio iniurie genus eſt implenda cupiditas fundo carēs.

¶ De ludis paleſtricis. Dial.XXIX. ¶ Gau.

quo loquor precio gemmam querit. Iuſtitia ſcili-
cet ⁊ pietate properans his amiſſis illaꝫ adipiſci:
⁊ ut gemma bibat ciuem atqꝫ homineꝫ obliuiſci?
Gau. Libēter gemmatis utor poculis. Rō. C
Eſt fortaſſe alia deſiderij taꝫ intenſi radix: neqꝫ ſo
lus fulgor allicit ſed aliqua latens virtus. Nā qs
omnes gemmarum vires atqꝫ virtutes explicet?
Ita dico ſi omnium que de his dicuntur aut ſcri-
buntur: pars ſeptima uera eſſet: ſed nec ſeptuageſi
ma uera eſt: neqꝫ profecto centeſima. Quod ſi ut Pli
nius ait: nulla fraus vite lucroſior: quis miretur ſi
⁊ nulla numeroſior? Non ꝙ gemmarum q̄ cete
rarum rerum crebrior ſit contractus: quippe quas
raritas precioſas facit: ſed ꝙ nuſq̄ rarior eſt ueri-
tas: neqꝫ enim alicubi uel experiendi minor copia:
uel maior licentia mentiendi: uel mendacij fructꝰ
uberior: uel impudentia liberior: uel conſuetudo
frequentior. Quod ſi quid prorſus ex omnibꝰ ue-
rum eſt: an illud forſitan uerum erit: quod ⁊ mago
rū auctoritas: ⁊ ſuper illā fūdata vulgi habet opi
nio: Ebrietati reſiſtere Amethiſtos? Parū ne igit̃
cauſe ſit: cur ebrioſoꝝ poculis hec gemma deſerui
at? Ludo tecum. Sepe ira iocos parit: Nem-
pe ut hoc vni tribuant: quid alie meruere: niſi ꝙ

uoluptatis ingeniū fuit:ut cū guſtu bibentis de-
lectetur viſus:atqꝫ hinc illinc ſenſibꝰ delinitis am
bitioſior letiorqꝫ ſit ebrietas. Nec ni fallor ⁊ ueri-
or rei huius ⁊ certior cauſa eſt:cum in reliqs: tuʒ
in hac ipſa que aduerſus ebrietatem qſi belli dux
eligitur:de qua triumphare ſobrietas ſola poteſt:
Uti vino modico:iuxta illiꝰ ꝯſultoris optimi ſen-
tentiam:eoqꝫ ipſo non ad uoluptatem ſed ad utili
tatem ⁊ ſtomachi egritudines depellendas: Ui-
no inqꝫ exiguo ⁊ fragili lymphiſqꝫ ꝑdomito: Me
ri aūt potētis icēdiū atqꝫ ipetū:ſeu fuga euadere:
ſeu aquaꝝ diluuio extinguere ac frenare: Scire ⁊
meminiſſe in vno magno ac feruido potuqꝫ cre-
bro ⁊ nimio:multam pudoris ac doloris peniten
tieqꝫ materiam ineſſe:eaʒ quocūqꝫ te uerteris ocu
lis ingeri:neqꝫ a quoqꝫ ſane mētis poſſe diſſimu-
lari. Hec ſunt arma contra mōſtrum illud utilia.
Quis hic Amethiſto ſeu gemmis omnino ullus
eſt locus? Mentiti ſunt id magi:fueruntqꝫ qui cre
derent:ut hoc ſpōſore ſobrietatis intrepidi bibe-
rent. Perfide quidem magi atqꝫ ipudenter ut plu
rima:ſtulte credulum vulgus ut oia. Sūma igit
rerum eſt:nihil aliud uobis hanc reliquaſqꝫ con-
ciliat:qꝫ uoluptas difficultatibus excita ⁊ incēſa:
ſed multo maxime ſuperbia ⁊ conditionis obli-
uio:timorqꝫ animi letifer:quo cuʒ nil peius ſit ho
minum vite:miror qd ita nil gratius:non dico vir
tus bonum ingens ueſtro vili iudicio:ſed nec vita
ipſa nec ſalus:non ſecuritas:nō opes: non deniqꝫ
uoluptates:iiſdem uobis extimatoribus ſūmum
bonū. Cuncta hec vni ceſſere ſuperbie: Hec preter
cetera uos gēmarum cupidos fecit: que ſemꝑ in-
utiles:ſepe damnoſe ſūt:neceſſarie vo nunqꝫ. Hac
hortante igitur effectuʒ eſt:ut occupati ſemper ac
trepidi ſed exculti domorum mēſas tēploꝝ inſtar
altariuʒ habeatis aureas atqꝫ gēmatas:hoſtie ip
ſe purpuree ac vitiate:auaritie luxurieqꝫ ambitio
nis atqꝫ ſuperbie cultus expoſite:que in uos om-
nes ac ſingule ſeuiūt:primas ſibi partes: ut eſt di
ctuʒ:uendicante ſuperbia. Auaritia quippe quod
nomē ſonat:utcūqꝫ fortaſſis auro cōtenta quieſce-
ret: Luxuria epulis ⁊ uoluptatibus ſuis: Sola ſu
perbia non quieſcit qꝫdiu aliquid ſupra ſe videt:
ut que ab initio reruʒ deo par eſſe tentauit hec ea
demqꝫ uos cogit laborioſe gēmas qrere. ſtudioſe
qꝫ uel nectere uel cauare:ut prodeūtes ſedenteſqꝫ
in foro inqꝫ cōuiuio radiantes ac ſtellati:celo ſem-
per inuidiam faciatis. Hac duce igitur:ut ad rem
redeā:in habitaculo ⁊ in ueſte ciboqꝫ ⁊ potu: ⁊
rebus omnibus que humane neceſſitati ſeu iucū-
ditati inuēte erant: ſpecioſum aliquod fulgidūqꝫ
periculū miſcuiſtis:eoqꝫ creſcendo malū ꝓdiit:ut
ex gēmis:nō modo iam pocula:ſed pelues ac lebe
tes ⁊ mortaria ⁊ ahena cōſpiciamꝰ: Uictrix plau-
de ſuperbia:gēmea pocula requirebas: Omne ti-
bi ex eadem materia uaſoruʒ genus tui offerūt mi
niſtri. Neqꝫ iam minus eſt cōmune: gēmam hos
in uſus qꝫ in uſum fruguʒ terrā fodere: ſic conſue
tudo facta eſt nobis:que luxuria maioribꝰ ueſtris
fuit. ¶ Gau. Cryſtallinis poculis libēs utor. ¶ Ra
D tio. Parco iam gēmis:cōcreta illas glacies excu-
ſat. Neſcio qd plus vitro habēs:eque enim frāgi-
tur ⁊ ſartiri neqt:niſi ꝙ qſitu difficilior: ⁊ uel de
longinquo ueniēs:uel que ꝓpinqua eſt inter alpi-
um ſcopulos rupeſqꝫ inuias ⁊ algentes tenui fu-

ne pendētibus eruēda: ob eāqꝫ rē charior ueſtras
cupiditates irritare potētior. Itaqꝫ Nerone legis
in felici ꝑcituʒ rumore:ſeu dānis ex oibus cryſtal
linos duos calices forte eliſos grauiſſime doluiſ-
ſe: ſeu ꝙ alter puta uerior hiſtorie ſenſus habet:
ira feruidū ꝑcipiti: ⁊ etati ſue infenſum ⁊ poſteris
inuidētem:ne qs vnqꝫ ex his biberet: manu ꝓpria
colliſiſſe. En fortune durioris expiatio:nil inuētū
in quo grauius ſeuitie magiſter iracūdiam exerce
ret:in cryſtallū ſeuit:qua nulle tūc ſibi delitie cha-
riores. Excuſatio minoꝝ:dicat aliqs imitari ꝑnci-
pem: Sed Neronē ſequi nemo bonus optauerit.
¶ Gau. Cryſtallinis gaudeo. ¶ Ratio. Nec attē- E
dis qꝫ caduca qꝫ fragilis delectatio tua ſit: Sed
hic mos eſt ueſter:nature ꝓprie ſimilia exoptatis
cum ⁊ ibecillitas ueſtra firmum aliquid cui here
ret ⁊ ueſtri melior pars celeſtis altum aliquid qō
ſpectaret ⁊ optare ⁊ querere debuiſſet: utriqꝫ de
bilia atqꝫ ima queritiſ: Bene aūt habet ꝙ murina
hodie lauticiis exceſſere: Ueteꝝ furor icredibilis:
eadem illa victoria que peregrina multa uobis
intulit: Ipſo de quo diximꝰ: triumphāte Pōpeio
in italia:inqꝫ urbem Romā trāſuectus:ex Aſia ſe
men inutile:ſed terre creditū ꝑfertili coloniſqꝫ im-
pigris. Itaqꝫ in breui auctuʒ uſqꝫ adeo ut murini
vnius ꝑcium ſeptuaginta videas talēta: caliciſqꝫ
illius ab amāte quodam cupide cōuulſum dētibꝰ
labrum: ⁊ miri amoris mirabiliorē exitum:ut cica
trix illa nobilitās uaſculum: ⁊ fame eius: ⁊ precii
eſſet augmētuʒ. Nō igit hac in parte luxuria: qua
nulli ceditis etati:neqꝫ ſuꝑbia minor eſt ueſtra qꝫ
maioruʒ: Sed utriuſqꝫ ſubducta materia eſt muri
nis:nō ſolū uſui ueſtro deficientibus: ſed ignotis
pro quibꝰ noua luxurie ſpēs inuaſit. Auellane ra-
dix ad pocula generoſum lignū:ipſum quoqꝫ cica
tricibus honeſtandū:furor nunc precipuus gallia
rum:uenerūt hos in uſus nuper arbores alie pe-
regrinis noibꝰ aduenis ⁊ notis:aliis atqꝫ aliis:ſed
eadem uanitate uenientqꝫ:nec ullus erit nouitatū
modus:donec ueſtris poculis murinoꝝ iactantia
victa ſit. In vno plane fateor auoruʒ ceſſiſtis inſa
nie:ꝙ illi ſucinos nullo uſu ſola:ſed habendi libi-
dine mirabantur:uterqꝫ delitias numerabāt. Un
de ⁊ Nero ipſe non principum modo: ſed hoium
ſeuiſſimus male dilecte ⁊ peius occiſe coniugis:
flauoſ crineſ hoc ſub nomine ceu titulū meditataſ
eximium adoptaſſe legitur carmine edito. Fuit at
qꝫ quod ſtupeas trux illud ingenium amicum mu
ſis:in quo illos ꝙ aurei viderentur ſucinos ſuos
dixit. O feroces atqꝫ infauſte blanditie decorum
qꝫ ⁊ laudatum caput calce impia ad inferos de-
trudenduʒ. At uos ſucinos ⁊ habetis ⁊ ſpernitis
aut certe modeſtius colitis ⁊ parcius eſtimatis.

¶ De Gemmarum ſignis. Dial. XXXIX. ¶ Gau.

Ignis gemma expreſſis mulceor. ¶ Rō. A
Acceſſit:non inficior ad nature decus qui
dam artis ornatus ⁊ minutos in vultus
inqꝫ ſignorum uſum gemmas ſculpi:ſubtiliora q-
dem inter ingenii opera numeratum: ubi ⁊ Ame
thiſtus inter lapides uel ipreſſioni facilis uel ſuc-
ceſſu proſper:ut perhibent: ⁊ inter artifices primū
ſibi Pyrgoteles ſumpſit nomen: eo ꝙ vnus e cun
ctis ſui generis idoneus Alexādro viſus eſt ſcul-
pende ſui oris imagini:qua poſtmodū diuꝰ Augu
ſtꝰ uſus eſt:cū gēma illa qua erat uti ſolitꝰ in iocos

hoium abiiſſet ut ſphinx enigmatica diceret:ita ut
pꝛeter exactionū difficultates ipſa quoqꝫ ſigni per
plexitas uerecūdiſſimo pꝛincipi parere videret in
uidiā. Huic ꝓximus uel ingenio uel etate Apollo
nides fuit ⁊ Eronius. Poſt hos magni nominis
in hac arte Diſcores fuit:cuius cum opus expꝛime
ret:nomē ſiluiſſe Pliniuʒ miroꝛ. Hic eſt enim qui
ipſius diui Auguſti ſculpſit effigieʒ:qua ad extre
mū ⁊ ipſe dum vixit ⁊ poſt eū multi pꝛincipuʒ uſi
ſunt:ea uel Ceſarei oris ueneratio uel admiratio
fuit artificis. Et nunc ego tanto de gemmis habi
to ſermone:quas ſeu natura itegras ſolidaſqꝫ uo
luptatibus ueſtris exhibet:ſeu ars cauſas:Que
ro ex te quāto amplius delectare animū deberet
ſine ꝑcio aut labore parabilis ſplendoꝛ ethereus:
Jmmo ne is equidē ſed qui huius ⁊ illius fons ac
ꝑncipū lucis eſt? Rutili Carbūculi:virides Sma
ragdi:ſereni Saphyri:candide Margarite ſic alli
ciunt:nec ſolis fulgoꝛ aut ſyderum:nec terre viroꝛ
aut arborū:nec ſerenitas aeris:nec cādoꝛ nitidus
tangit auroꝛe? Stupetis facies manu hominū gē
mis inſculptas nec artificis ſtupetis ingeniū:imo
ꝟo neqꝫ illū ueneramini totqꝫ tā claris ad uerū vi
is agnoſcitis qui gēmas ipſas:quiqꝫ ingeniuʒ:qui
manus:quiqꝫ oculos fecit quibus hec cernerētur
atqꝫ intelligerentur ⁊ fierent. O ſemper viliū imi
tatores rerum:ſemperqꝫ nobiliuʒ contemptores.

A

¶ De Tabulis pictis. Dialogus.XL. ¶ Hau.

Jctis tabulis delectoꝛ. ¶ Rō. Jnanis de

p lectatio:nec minoꝛ uanitas q̄ꝫ magnorum
hominū ſepe fuit:nec tolerabilioꝛ q̄ꝫ anti
qua. Si quidē omne malū exempluʒ tunc
fit peſſimum:quando illi uel auctorū pōdus adiū
gitur uel annorū:Undecunqꝫ oꝛte conſuetudinis
robur ingens cōſenuerit:⁊ ut bona in melius:ſic
mala in peius etas pꝛouehit. Sed o utinā qui ma
iores ueſtros uanis in rebus facile vincitis:eoſdē
in ſeriis eq̄retis virtuteqꝫ cū illis ⁊ gloriā mirare
mini cū quibus pictas tabulas ſine fine miramini
¶ Haudium. Ualde utiqꝫ pictas tabulas miroꝛ.
¶ Rō. O mirꝰ humani furoꝛ animi oia mirātis ni
ſi ſe:quo inter cuncta non ſolū artis ſed nature ope
ra nullū mirabilius. ¶ Hau. Picte delectant ta
bule. ¶ Rō. Quid de hoc ſentiam ex iaʒ dictis in
telligere potuiſti. Omnis q̄deʒ terrena delectatio
ſi conſilio regeret:ad amorē celeſtis erigeret ⁊ ori
ginis admoneret. Nam q̄s vnqꝫ queſo riui appe
tēs fontem odit? At uos graues humi acclives af
fixiqꝫ celū ſuſpicere non audetis:⁊ obliti opificem
illum ſolis ac lune tanta cū uoluptate tenuiſſimas
picturas aſpicitis:atqꝫ vnde tranſitus erat ad alta

B

diſponitis:illic methā figitis intellectus. ¶ Hau.
Pictis tabulis delectoꝛ vnice. ¶ Rō. Pennicel
lo ⁊ coloribus delectaris in quibus ⁊ pꝛecium ⁊
ars placet ac uarietas ⁊ curioſa diſperſio:Sic exā
guiū viui geſtus atqꝫ imobiliū motus imaginum:
⁊ poſtibus erumpentes effigies ac vultuū ſpiran
tiū liniamēta ſuſpendunt:ut hinc erupturas pau
lominus pꝛeſtoleris uoces:⁊ eſt hac in re periculū
q̄ꝺ his magna maxime capiuntur ingenia. Jtaqꝫ
ubi agreſtis leto ⁊ bꝛeui ſtupoꝛe pꝛetereat:illic in
genioſus ſuſpirans ac uenerādus inhereat. Ope
roſum ſane neqꝫ tamē huius eſt operis ab initio ar
tis originem atqꝫ incrementa retexere:⁊ miracu
la operum ⁊ artificū induſtrias:⁊ pꝛincipū inſani

as:⁊ enoꝛmia pꝛecia:quibꝰ hec trans maria merca
ti:Rome in tēplis deoꝝ:aut Ceſarū in thalamis:
inqꝫ publicis plateis ac poꝛticibꝰ ꝯſecrarūt. Neqꝫ
id ſatis niſi ipſi huic arti dextras atqꝫ animo maio
ri exercitio debitos applicarēt:quod iā ante nobi
liſſimi philoſophorū grecie fecerāt:Unde effectuʒ
ut pictura diu quidē apud uos ut nature coniun
ctioꝛ:ante omnes mechanicas in pꝛecio eſſet:apō
graios ꝟo:ſi quid Plinio creditis in ꝓmo gra
du liberaliū haberetur. Mitto hec quoniā ⁊ intē
te bꝛeuitati ⁊ pꝛeſenti ꝓpoſito quodāmodo ſunt
aduerſa:Videri enim pn̄t moꝛbū ipſum cuius re
mediū pollicebar alere:⁊ reruʒ claritas ſtupentis
amentiā excuſare. Sed iaʒ dixi:nihil errori detra
hit errantiū magnitudo:Jmmo hec quidē ideo at
tigerim:ut liqueret mali huius quanta vis eſſet:
ad quam tot tantiſqꝫ ſit ingeniis cōſpiratum cui ⁊
vulgus errorum pꝛinceps ⁊ conſuetudinū geni
trix longa dies cumuluſqꝫ ingēs omnium malorū
ſemper auctoritas acceſſerint:ut uoluptas ſtupoꝛ
qꝫ animos ab altiore furtim cōtemplatione dimo
ueat diſtrahatqꝫ. Tu aūt ſi hec ficta ⁊ adūbꝛata fu
cis inanibus uſqꝫ adeo delectāt:attolle oculos ad
illū qui os humanū ſenſibus:animā intellectu:ce
lum aſtris:floribus terrā pinxit:ſpernes quos mi
rabaris artifices.

¶ De Statuis. Dial.XLI. ¶ Hau.

T delectoꝛ ſtatuis. ¶ Rō. Artes uarie:fu A

a roꝛidē:ipſarumqꝫ fons vnus artiū:vnus
finis:diuerſa materia. ¶ Ha. Delectāt ſta
tue. ¶ Rō. Accedūt hec quidē ad naturaʒ ꝓpius
q̄ꝫ picture. Jlle enim videntur tm̄:he autem ⁊ tan
guntur:integrumqꝫ ac ſolidū:eoqꝫ perennius coꝛ
pus habent:Quam ob cauſam picture ueterū nul
le uſq̄ꝫ:cū adhuc innumerabiles ſuperſint ſtatue.
Unde hec etas in multis erronea picture inuētrix
vult videri ſiue ꝗ inuentioni ꝓmū elegātiſſima
cōſumatrix:limatrixqꝫ:cū in gn̄e quolibet ſculptu
re:cunqꝫ in oibꝰ ſignis ac ſtatuis lōge imparē ſe ne
gare temeraria impudēſqꝫ nō audeat. Cū pꝛete
rea pene ars vna uel ſi plures:vnus ut diximꝰ fons
artiū graphidē dico:atqꝫ ipſe ꝓculdubio ſint coe
ue pariterqꝫ floruerint:Siquidē vna etas ⁊ apel
len:⁊ Pyrgoteleʒ:⁊ Lyſippū habuit:quod hinc
patet:quia hos ſimul ex omnibus Alexandri ma
gni tumoꝛ maximus delegit:quorum pꝛimus cuʒ
pingeret:ſecundus ſculperet:tertius fingeret atqꝫ
in ſtatuam excuderet:edicto uetitis vniuerſis qua
libet ingenii artiſqꝫ fiducia facieʒ regis attingere:
Nec minoꝛ hic ideo furoꝛ q̄ꝫ reliqui:Jmmo ꝟo om
nis moꝛbꝰ eo funeſtioꝛ:quo ſtabiliore materia ſub
nixus. ¶ Hau. At me ſtatue delectant. ¶ Rō. Nō B
te ſolum aut plebeis comitibus errantem putes:
quanta olim dignitas ſtatuarum:q̄ꝫtum ue apud
antiquos clariſſimoſqꝫ hominū ſtudium deſideri
umqꝫ rei huius fuerit ⁊ Auguſti ⁊ Veſpaſiani:ac
reliquorum:de quibus dicere nunc longū eſſet ⁊
impertinens:Ceſarū ac regū virorumqꝫ ſecūdi oꝛ
dinis illuſtrium ſolers inquiſitio ⁊ repertaruʒ cul
tus ⁊ cuſtodia ⁊ conſecratio iuditio ſunt:Accedit
artificum fama ingens:nō vulgo aut mutis dum
taxat operibus:ſed late ſonantibus ſcriptorum lit
teris celebꝛata:que tā magna utiqꝫ parua de radi
ce naſci poſſe nō videtur. Nō fit de nihilo magnuʒ
eſſe uel videri opoꝛtet de quo ſerio magni tractāt.

Sed bis omnibus ſupra reſponſum eſt: Eo autem
ſpectant ut intelligas q̃ꝫto niſu obſtandū tam ue-
tuſto ⁊ tam ualido ſit errori. ¶ Sau. Uarijs dele
ctor ſtatuis. ¶ Ratio. Harum quippe artium ma
nu naturam imitantium vna eſt quā plaſticē dixe-
re: Hec gypſo ⁊ ceris operat̃ ac tenaci argilla: que
cognatis licet artibus cunctis amicitior ſit virtuti
aut certe minus inimica modeſtie in primis ⁊ fru
galitati: que magis fictiles q̃ꝫ aureas deoruꝫ atqꝫ
hominum formas probant: quid hic tamen dele-
ctabile: quid quo cereos aut terreos vultus ames
C nō intelligo. ¶ Sau. Nobilibus ſtatuis delector.
¶ Ratio. Auaritie conſiliū agnoſco: preciū ut au-
guror nō ars placet. Unā tu aureā artificij medio
cris multis eneis atqꝫ marmoreis multoqꝫ maxi-
me plaſticis preferendā duxeris: haud inſulſe qui
deꝫ ut ſe habet exiſtimatio rerum preſens: hoc eſt
autē aurū amare non ſtatuam: que ut ex vili mate-
ria nobilis ſic puro rudis ex auro fieri pōt. Quan
ti v̓o tu ſtatuam extimares: ſiue illam regis Aſſy-
rij ex auro ſexaginta cubitor: quā nō adoraſſe ca-
pitale fuit: quāqꝫ hodie multo ultro ſuam: ut face-
rent adorarent: ſiue illam cubitorum quatuor quā
ex ingenti topaçio: mirum dictu: regine egyptie fa
ctam legis: puto non anxie quereres cuius eēt arti
D ficis contentus de materia queſiuiſſe. ¶ Sau. Ar-
tificioſe oculos delectant ſtatue. ¶ Ratio. Fuere
aliquando ſtatue inſignia virtutum: nunc ſunt ille
cebre oculorum. Ponebantur his qui magna geſ-
ſiſſent: aut mortem pro republica obijſſent: Qua-
les decrete ſunt legatis a rege Uebientium inter-
fectis: Quales liberatori Italie Africano: quas il
lius magnitudo animi ac ſpectata modeſtia nō re
cepit: quaſqꝫ poſt obitum recuſare nō potuit. Po-
nebant̃ ingenioſis ac doctis viris: qualem poſitaꝫ
legimus Uictorino: Nunc ponuntur diuitibꝰ ma-
gno precio marmora peregrina mercātibꝰ. ¶ Sa.
Artificioſe placent ſtatue. ¶ Rō. Artificium fere
oīs recipit materia: Sentio aūt ut tua hec delecta
tio plena ſit ingenij materieqꝫ nobilitas iuncta per
ficiet: Neqꝫ hic tamen auruꝫ q̃ꝫuis Phidiaſqꝫ con
uenerit uera delectatio ulla eſt aut uera nobilitas
fex terre licet rutila: incus: mallei: forcipes: carbo
nes: ingeniū laborqꝫ mechanici: quid hinc viro op
tabile uereqꝫ magnificuꝫ fieri poſſit cogita. ¶ Sa.
E Non delectari ſtatuis non poſſum. ¶ Ratio. De-
lectari hominum ingenijs ſi modeſte fiat tolerabi
le: his preſertim qui ingenio excellunt: Niſi enim
obſtet liuor: facile quiſqꝫ quod in ſe amat in alio
ueneratur. Delectari quoqꝫ ſacris imaginibꝰ: que
ſpectantes beneficij celeſtis admoneant: piuꝫ ſepe
excitandiſqꝫ animis utile: prophane autem ⁊ ſi in-
terdum moueant atqꝫ erigant ad virtutem: dū te-
pentes animi rerum nobiliuꝫ memoria recaleſcūt
amande tamē aut colende equo amplius nō ſunt
ne aut ſtulticie teſtes: aut auaritie miniſtre: aut fi-
dei ſint rebelles: ac religioni uere ⁊ precepto illi fa
moſiſſimo: Cuſtodite uos a ſimulachris: profecto
autē ſi hic quoqꝫ illum aſpicis qui ſolidam terram
fretum mobile: uolubile celum fecit: quiqꝫ non fi-
ctos ſed ueros viuoſqꝫ homines ⁊ quadrupedes
terre: piſces mari: celo uolucres dedit: puto ut pro
togenem atqꝫ Appellen: ſic etiam Polycletū ſper
nes ⁊ Phidiam.

¶ De Uaſis Corynthijs. Dial'. XLII.

¶ Sau. Quem non moueāt uaſa corynthia? ¶ Rō. A
q Aſſuetū celeſtibus: terrena non quatiunt:
ſic collata illis modicū: ſic nihil: ſic deniqꝫ
tedium atqꝫ faſtidium graue ſunt. Quomō auteꝫ
animus memor originis: cauernis terreſtribus in
hiet: aut magnifaciat quod ex illis effoditur: dum
celum ſolemqꝫ ac ſtellas ⁊ ſeipſum videt: ſupmū-
qꝫ horum omnium artificem contemplat̃? ¶ Sa.
Corynthijs delector. ¶ Rō. Neſcis te nō gelido
tantum ⁊ examini terre partu: ſed officine nigran
tis ac ſqualentis fabri opere: ad poſtremū Roma-
ne prede reliquijs delectari? Ad hiſtorias redi:
Mummius dum Corynthū armis captam dire-
ptamqꝫ flāmis abſumeret: aureis ſimulqꝫ argēte-
is atqꝫ eneis quecunqꝫ victorum forte manus eua
ſerant: ſtatuis: quarū abūdantiſſima oliꝫ illa urbs
fuit pari incendio liquefactis: omnium metallorū
uene ibi vno torrente fluxerunt: vnoqꝫ ex omnibꝰ
iam nobiliore metallo ⁊ precioſioribus uaſis ex-
ordium: ⁊ a clade urbis nomen luxurie partū fuit
non ꝙ is furor in ea urbe conſurgeret que ruebat
ſed uenturo furori materia parabat̃. Ad hunc mo
dum tunc Corynthus huius fons fuit inſanie: nūc
Damaſcus: Inde hodie uaſa mittuntur uros ca-
ptura oculos animoſqꝫ. ¶ Sau. Uaſis corynthijs B
delector. ¶ Rō. Mirarer magis: niſi Auguſtum
modeſtiſſimū licet atqꝫ grauiſſimum principeꝫ: le-
ctum eſſet apud egregios ſcriptores: delectatione
hac uſqꝫ adeo correptū precipitemqꝫ actū: ut pro-
ſcriptione Triumuirali condemnaſſe aliquos: nul
lam aliā ob cauſam niſi huiuſmodi uaſorū deſide-
rio putaret̃: atqꝫ eius ad ſtatuam famoſo epygrā-
mate appoſito ad eternam laudati ducis infamiā
Corynthiarius diceretur: Quod ſi credimus: in-
ter hunc optimum peſſimūqꝫ oīum Antoniū hac
in parte quid interſit: niſi ꝙ hunc ad iniuriā cauſa
mouit humilior: Et eſt omne peccatū eo maiꝰ quo
⁊ maior qui peccat ⁊ minor cauſa peccandi: Nec
peccantis magnitudo atqꝫ imperiū lingue uel cala
mi vulnus euadunt iudicijſqꝫ hominū eximunt̃: il
los magis in ſe acuunt atqꝫ irritant. Non parcit re
gū maculis vulgus loquax: ⁊ ſi palā metuit: clā li-
bertate utitur: in cauernis ſibilat: gānit: in tenebris
dubias uoces in nubibus: acres uerſus in triuijs
ferit: ſubſcribit ſtatuis: nutu loquit̃: ſilentio excla-
mat: minaturqꝫ oculis: lingua ferit. Sic ſepe leui-
bus ex cauſis graues contrahunt̃ infamie ⁊ claris
quoqꝫ nominibꝰ obſcura cognomina. Idqꝫ ſi prin
cipū maximo euenire potuit: quid priuati ſperent:
quibus eſſe debeat amica mediocritas: inimica lu
xuria? ¶ Saud. Corynthijs delector. ¶ Rō. At ſi C
pectus erroribus oculiqꝫ fulgoribus clauderent̃:
liquido appareret q̃ꝫtum fictilia preferenda corin
thijs: q̃ꝫtum uel paratu faciliora uel iucundiora
uſu uel ſecuriora ſeruatu uel diuinis humaniſqꝫ
cultibus aptiora. Certe quod ad ſecuritatem atti-
net: ſi uera hec Ceſaris nota eſt proſcripti illi ſecu-
rius vixiſſent ſi corinthijs caruiſſent. Ad quod ad
diuinum cultum: tum propitiam magis hominibꝰ
fuiſſe diuinitateꝫ: dum fictilibus coleret̃: nec mihi
dubium nec Senece. Quod v̓o ad humanū uſuꝫ
fictilia Tuberonis q̃ꝫuis ut probrum graue apud
populum cecis domino nocuiſſe ſuffragijs certuꝫ
ſit: ⁊ preture repulſam peperiſſe: maximoqꝫ Uale
rio factum populi populariter excuſanti idigna fu

ſiſſe publico munere videantur: Ego tamen hic quoqꝫ cum Seneca ſentio, apud quem illa multis laudibus efferuntur: Sunt enim parſimonie antique ⁊ Romanis aptiſſime moribus: quibꝰ ut modeſti patriſfamilias priuata domus: ſic bñ inſtitute urbis honeſta reſpublica regi debet: ut frenato greſſu metham teneat eius qui in terris eſt compoſiti atqꝫ tranqlli ſtatus. Itaqꝫ ſi Helius Tubero ſictilibus ſuis ante cellã Iouis expoſitis quibus ille frugalitatẽ atqꝫ ſobrietatẽ: utqꝫ ait Seneca: paupertatem in capitolio conſecrabat: oculos populi iam laſciuientis offendit: non eſt ciuis egregij culpa ſed temporum: Iam tunc res ab illa priſca ſeueritate ad hanc mollitiem inclinabat: que primũ pateras cyphoſqꝫ aureos gemmatos: diſcum argenteum corymbiatũ: lancẽ pampinatã: paterã hederatam mirari cepit: ⁊ reliqua que Galienus Imperator Claudio miſit imperatori poſt futuro. Deinde alias atqꝫ alias furorũ ſpecies: que magnificẽtie tribuuntur. Nouiſſime autẽ his diebus nõ hederas modo uel pampinos uel corymbos: ſed ipſas cum incolis ſuis ſiluas omne genus arborum ac ferarum ⁊ uolucrum ⁊ hominum vultꝰ: ⁊ quecunqꝫ uel oculus vidit audiuitqꝫ auris: uel mens finxit in auro expreſſa uel argento longa iam conſuetudine non miratur gemmis inhians: de quibꝰ pauloante tractauimus. Quid multa? Ipſum iã vileſcit aurum creſcente ſuperbia. Pridem v̄o que laudas corinthia viluerunt: contemptuſqꝫ de uera rerum viliũ extimatione laudabilis futurꝰ: de falſa nobilium admiratione damnabilis factꝰ eſt.

D ¶ Gau. Ego v̄o corinthia nunc etiã miror. ¶ Ro. Corinthus ueſtris uſta facibus: ſuo uos uſſit incẽdio: ⁊ murorum excidium ſuorum in ueſtros animos ulta eſt. Neqꝫ id nouum: ſepenumero victores bellorum externorum ſimul externis vitijs victi eſtis. Sic uos Scipio Aſiaticus ⁊ Manilius Uolſco Aſie victores Aſiaticis delitijs lectiſqꝫ purpureis atqꝫ aureis ueſtibus exquiſiteqꝫ ſupellectili: quodqꝫ viliſſimum epulis cociſqꝫ peſſundedit: Sic Pompeius gẽmis ac margaritis: ſic uos Mummius tabulis pictis atqꝫ corinthijs ſubiugauit: ut dum de hoſtibus duces ueſtri: ⁊ de uobis ueſtriſqꝫ de moribꝰ hoſtilia triũpharẽt. ¶ Ga. Cupide corinthijs uaſis utor. ¶ Ro. Neqꝫ uaſa corithia: neqꝫ aurea meliorem cibũ faciũt: neqꝫ ſamia peiorẽ: neqꝫ oio qualitate rerũ: ſꝫ ex morbo ai hec ũra cupiditas orta eſt ſeu ipa potius morbꝰ eſt animi: Cui ut conſulens conualeſcas: pro inutiliũ tot uaſorum curis: vnam arripe utilem ac ſalubrẽ ut ſcias ipſe tuum uas in ſanctificatione ⁊ honore: ſicut ſcriptum eſt: nõ in paſſione deſiderij poſſidẽ.

¶ De librorum copia. Dial. XLIII. Gau.

A Librorũ copia magna eſt. ¶ Ro. Opportune admodũ de his ſermo oritur. Nã ut quidã diſcipline: ſic alij uoluptati ⁊ iactantie libros querunt. Sunt qui hac parte ſupellectilis exornent thalamos: que animos exornãdis inuenta eſt: neqꝫ aliter his utantur q̃ corinthijs uaſis aut tabulis pictis ac ſtatuis ceteriſqꝫ de qbus proxime diſputatum eſt. Sunt qui obtentu librorum auaritie inſeruiant: peſſimi omnium nõ librorum uera precia: ſed quaſi mercium eſtimãtes. Peſtis mala ſed recens: ⁊ que nuper diuitum ſtudijs obrepſiſſe videatur: qua vnum concupiſcentie inſtrumentum atqꝫ vna ars acceſſerit. ¶ Ga. Librorum larga copia eſt. ¶ Ro. Operoſa: ſed delectabilis ſarcina ⁊ animi iucunda diſtractio. B

¶ Gau. Ingens eſt copia librorum. ¶ Ro. Ingens ſimul ⁊ laboris copia ⁊ quietis inopia: huc illuc circumagendũ ingenium: his atqꝫ illis pregrauanda memoria. Quid vis dicam? Libri quoſdam ad ſcientiam: quoſdam ad inſaniã deduxere: dũ plus hauriunt q̃ digerunt: ut ſtomachis: ſic ingenijs nauſea ſepius nocuit q̃ fames: Atqꝫ ut ciborum: ſic librorum uſus pro utentis qualitate limitãdus eſt. In rebus omnibus quod huic parũ: illi eſt nimiũ. Itaqꝫ ſapiens non copiam ſed ſufficientiam rerũ vult. Illa enim ſepe peſtilens: hec ſemꝑ eſt utilis. ¶ Gau. Immenſa copia librorum eſt. ¶ Ro. Immenſum dicimus quod mẽſura caret: ſine qua humanis: quid in rebus rectum ſibiqꝫ conueniens tu metire. Eſt in his etiam que optima iudicant: immenſitas atqꝫ immoderatio fugienda: ſemperqꝫ pre oculis habendum illud Comicũ: Nequid nimis.

¶ Gau. Librorꝫ ineſtimabilis multitudo eſt. C ¶ Ro. Maior ne tibi q̃ Ptolemeo Philadelpho regi egypti: quẽ alexandrine bibliothece quadraginta librorum milia coaceruaſſe compertum eſt: qui tamen diuerſis ex locis diu magno ſtudio queſiti: ſimul omnes arſerunt: Quod elegantie regum cureqꝫ opus egregium fuiſſe ait Liuius quem Senece reprehendit: non id elegantie cureqꝫ regie opus dicẽs: ſed ſtudioſe luxurie: immo ne id quidem: ſed ſeipſam conquiſitis ſpectaculis inaniter oſtentantis. Et Liuij tamen dictum: ⁊ Ptolemei factum: utrunqꝫ forſitan regie opes excuſẽt ⁊ in longum publicis uſibus proſpiciens: regis intẽtio in hoc certe laudabilis ꝙ ſacras litteras mũdo non utiles modo ſed neceſſarias ſumma diligẽtia atqꝫ impenſa per electos ad tantũ opus viros in grecam linguam ex hebraico fonte tranſfudit. At quid facias priuatis nõ equantibus ſed ſuperãtibus apparatus regios? Sereno equidem Sammonico: doctrine viro ingentis: ſed maioris cure plurimarum litterarũ: ſed plurium uoluminum: duo ⁊ ſexaginta milia librorũ fuiſſe legimꝰ: quos omnes Gordiano iuniori cuius patri fuiſſet amiciſſimus ille moriens reliquit magna prorſus hereditas ⁊ multis ſuffectura ingenijs: num v̄o qs dubitet oppreſſura? Quid hic autẽ queſo ſi nil aliud egiſſet in vita: nullũ illi uel ſcribendi ſtudium fuiſſet: uel querendi labor: nihil omniũ tot uoluminibus comprehenſorum legere atqꝫ intelligere laboraſſet? At non ſatis habuit negocij libros ipſos ac librorum titulos ⁊ auctorum nomina ⁊ librorum formas numerumqꝫ cognoſcere? Pulchra v̄o ars: que de philoſopho librariũ facit. Crede mihi non eſt hoc nutrire ſcriptis ingenium: ſed necare mole rerum atqꝫ obruere: uel fortaſſe medijs in vndis more Tantaleo ſiti animam torquere rebus attonitam deguſtantẽ nihil atqꝫ omnibus inhiantem.

¶ Gau. Libri inumerabiles ſunt mihi. ¶ Ro. Et D errores innumeri: quidam ab impijs: alij ab indoctis editi. Illi quidẽ religioni ac pietati ⁊ diuinis litteris: hi nature ac iuſtitie moribuſqꝫ ⁊ liberalibus diſciplinis ſeu hiſtorie rerumqꝫ geſtarꝫ fidei: omnes autem v̄o aduerſi: inqꝫ omnibus ⁊ preſertim primis ubi maioribus agitur de rebus ⁊ uera

Numerus librorum Sereni Sammo

falſis immixta ſunt: perdifficilis ac periculoſa di-
ſcretio eſt. Ut ad plenū auctorū conſtet integritas
quis ſcriptorū inſcitie inertieqꝫ medebitur corrū-
penti omnia miſcentiqꝫ? cuius metu multa iaꝫ: ut
auguror: a magnis operibus clara ingenia reflexe
runt: meritoqꝫ id patit̃ ignauiſſima etas hec: culi-
ne ſollicita: litteraꝝ negligēs: ⁊ coquos examinās
nō ſcriptores. Quiſquiſ itaqꝫ pingere aliqd in mē
branis manuqꝫ calamū uerſare didicerit: ſcriptor
habebitur doctrine oīs ignaruſ: expers ingenij: ar
tis egens. Nō quero iam nec queror orthographi
am: que pridem interijt: qualitercūqꝫ vtinam ſcri-
berent qđ iubent̃ appareret ſcriptoris infantia: re
rum ſubſtantia non lateret: Nunc confuſis exēpla
ribus ⁊ exemplis vnum ſcribere polliciti: ſic aliđ
ſcribunt: ut quod ipſe dictaueris nō agnoſcas. An
ſi redeat Cicero aut Liuius multiqꝫ alij ueterū il-
luſtrium: ante omnes Plinius ſecūdus ſua ſcripta
relegentes: intelligent ⁊ non paſſiꝫ heſitantes: nūc
aliena credent eſſe: nunc barbara. Inter humanaꝝ
inuentionū tot ruinas littere ſacre ſtant: cuꝫ maio
re hominum ſtudio: tū uel maxime protegente ſua
ſancta poemata: ſuas ſanctas hiſtorias diuinaſqꝫ
ſuas leges: auctore illarum deo ſuamqꝫ perennita
tem ſuis inuentionibus largiente: reliquarū nobi-
liſſime pereunt ⁊ iam magna ex parte periere: ſic
ingentis damni nullū eſt remediū: quia nullus eſt
ſenſus: neqꝫ id nouū hac in re: ⁊ virtutū ⁊ morum
damna ingentia negliguntur: cū tanto ſtudio mi-
noribus occurratur: litterarū iacturam inter mini
mas numeratis: Sunt qui numerent inter lucra.
Fuit nuper non in agris aut in ſiluis ſed in maxi-
ma florentiſſimaqꝫ: ⁊ quod ſtupeas urbe Italie:
neqꝫ is paſtor arator ue: ſed vir nobilis magniqꝫ
apud ſuos ciues loci: qui iuraret ſe magno precio
empturū: ne quis vnqꝫ ſuam patriam litteratꝰ in-
coleret aut intraret: O uox ſaxei pectoris. Fert̃ ta
le aliquid ſenſiſſe Licinius infeſtus litteris: ut ſcri
ptum eſt: quas virus ac peſtē publicā nominabat.
Sed origo illū ruſtica forſan excuſet: Et ſi eniꝫ uſ-
qꝫ ad Ceſareū nomē aſcendiſſet naturā tamen non
exuerat. Uerum eſt enim illud Flacci: Fortuna nō
mutat genus. Sed quid de nobilibus ueſtris di-
cam: qui nō modo perire litteras patiunt̃: ſed exo
ptant uotis. Equidē hic rei pulcherrime cōtemptꝰ
atqꝫ odiū: breui uos in profundū ignorātie demer
ſerint. Accedent: ne a propoſito deerremus: ⁊ ſcri-
ptores nulla frenati lege: nullo probati examine:
nullo iudicio electi: Non fabris: non agricolis: nō
textoribus: nō ulli fere artiū tanta licentia eſt: cuꝫ
ſit in alijs leue periculū: in hac graue: ſine delectu
tamen ad ſcribendū ruunt oēs ⁊ cuncta uaſtanti-
bus certa ſunt precia. Nec vō hec ſcriptorū magiſ
humano more lucra captantium ꝙ̃ ſtudioſorum
publiciſqꝫ rebus preſidentiū culpa eſt: quibus nul
la vnqꝫ rei huius cura fuit: oblitis quid Euſebio
Paleſtine Conſtantinus iniūxerit: ut libri ſcilicet
E non niſi ab artificibus ijſqꝫ antiquarijs ⁊ perfecte
artem ſcientibus ſcriberentur. Hau. Libroꝝ bo
na copia eſt. Rō. Quid ſi capax animus nō eſt.
Meminiſti Sabinū illū apđ Senecā: ſeruoꝝ ſuo
rum ſcientia gloriantem: Quid inter te atqꝫ illum
intereſt: niſi qđ aliquanto tu ſtultior: uterqꝫ eqdeꝫ
alieno: uerū ille ſuoꝝ ⁊ certe ſuoꝝ: ac tu libroꝝ nil
ad te pertinentium ingenio gloriaris? Sunt qui
quicquid in libris ſcriptū domi habēt: noſſe ſibi vi
deantur: Cunqꝫ ulla de re mentio incidit: hic liber
inquit in armario meo eſt: hoc tantū ideqꝫ ſufficere
opinantes: quaſi ſimul in pectore: ſit elato ſuperci-
lio conticeſcūt: ridiculū genus. Hau. Libris af-
fluo. Rō. Oꝫ mallē ingenio ⁊ eloquentia ⁊ do-
ctrina: multoqꝫ maxime innocētia ⁊ virtute. Sed
hec uenalia non habentur: ut libri: ⁊ ſi haberētur
neſcio an emptores totidē reperturi: quot libri. Il-
li enim muros ueſtiunt: hec animos: qui quando
oculis non videntur ab hominibus negliguntur.
At profecto ſi librorū copia doctos faceret aut bo
nos doctiſſimi oium atqꝫ optimi ſepe eſſe poſſent
qui ditiſſimi cuiꝰ ſepe contrariū videmus. Ha.
Adminicula ad diſcendnm libros habeo. Rō.
Uide autē ne impedimenta ſint potius: ut nonnul
lis ad vincendum multitudo bellatorū: ſic librorū
multitudo multis ad diſcendū nocuit: ⁊ ex copia:
ut fit inopia orta eſt: qui ſi ultro adſint: nō abijcien
di equidem ſed ſequeſtrandi erunt: utendumqꝫ me
lioribus: ⁊ cauendum ne qui forſan in tēpore pro-
futuri eſſent intempeſtiui obſint. Hau. Multi ⁊ F
uarij mihi ſunt libri. Rō. Fallit ſepe viarū mul
tiplicitas viatorem: ⁊ qui vno calle certus ibat: he
ſit in biuio: multoqꝫ maior eſt triuij error aut qua-
driuij: Sic ſepe qui librum vnum efficaciter elegiſ
ſet: inutiliter multos aperuit euoluitqꝫ. Multa ſūt
oneroſa diſcentibus: doctis pauca ſufficiūt: nimia
utriſqꝫ ſunt importuna: ſed fortioribus humeris
ſubuectant̃ agilius. Hau. Librorum nobilium
magnum numerum contraxi. Ratio. Libroruꝫ
numero nemo qui nūc occurrat: preter regem illuꝫ
egyptium nobilitatus eſt: neqꝫ id ſibi tam numerꝰ
dedit ꝙ̃ famoſa tranſlatio Haud dubie mirū opꝰ
tot ingeniorum: niſi vnius poſt ingenij miraculum
maius eſſet: Calle alio niti oportet: ut ex libris glo
riam queras non habendi ſed noſcēdi: neqꝫ biblio
thece ſed memorie cōmittendi cerebroqꝫ nō arma
rio concludendi ſunt: alioquin uel librario publico
uel armario ipſo glorioſior nemo erit. Ha. Egre
gios multos libros ſeruo. Rō. Multos in vicu
lis tenes: qui ſi forſan erumperent ⁊ loqui poſſent:
ad iudiciū te priuati carceris euocarent. Nūc flēt
taciti: multa quidem nominatim illud quod perſe-
pe vnus iners affluit auarus: quibus multi egeāt
ſtudioſi.

De Scriptorum fama. Dial. XLIIII. Ha.

A Uid ꝙ ipſe libros ſcribo. Rō. Morbus
q publicus: contagioſus: inſanabilis. Om-
nes ſibi uſurpant ſcribendi officium: quod
paucorum eſt: vnus hoc correptus malo: multos
inficit. Emulari enim pronum: imitari arduum: vn
de indies creſcit egrotantiū numerus ſimulqꝫ vis
egritudinis ingraueſcit: quotidie plures: quotidie
peius ſcribūt: quoniam ſequi faciliuſ ꝙ̃ aſſeq. Sci
tum reqꝫ compertum ⁊ cum tempore clarius eſt il
lud ſapientis Hebreorū: Faciendi plures libros
nullus eſt finis. Hau. Scribo. Rō. Suis uti
nam ſe finibꝰ tenerent hoies rerumqꝫ ordo conſta-
ret qui mortaliū temeritate confunditur: Scribe-
rent qui ſciunt ⁊ qui poſſunt: alij legerent uel au-
dirent. Ita ne parua enim animi uoluptas intelli-
gere eſt: niſi manus ad calamū preſumptuoſa feſti

net: ⁊ quiſquis libri particulã intellexit ſeu intelle
xiſſe viſus eſt ſibi:ilico libros ſcribere videat̃ ido-
neus?Hereret utinam memorie vnum Ciceronis
noſtri dictum in Tuſculani ſui ueſtibulo:ne quem
lateat claro ſcilicet ac patenti loco poſitum : Fieri
enim inquit poteſt ut recte quis ſentiat: ⁊ id quod
ſentit eloqui polite non poſſit. Et ſequit̃: Sed mã-
dare quenqꝫ cogitatiões ſuas litteris:qui eas nec
diſponere nec illuſtrare poſſit nec delectatione ali
qua allicere lectorẽ:hominis eſt intẽperanter abu
tentis ⁊ ocio ⁊ litteris. Sunt quidem Ciceronia-
na iſta ueriſſima:ſed ea iã uſqꝫ adeo vulgaris abu
ſio eſt:ut nemo non ſibi vni dictum putet:quod il-
li olim ſacratiſſimo exuli:qui non de areſcentibus
riuulis ſed de ipſo ueri fonte potauerat que ſcribe
bat:dictum eſt ⁊ ſepius repetitum ſcribe. Cui pre
cepto contemptores preceptorum omnium : om-
nes obediunt:oẽs ſcribunt:Qꝺ ſi in his qui alie-
nos ſcribunt libros magni diximus eſſe periculi :
quantiꝰputas in his qui proprios recenteſqꝫ:qbus
dubias atqꝫ damnatas mũdo inuehunt diſcipli-
nas ſeu quod in his malum eſt leuiſſimũ:ſtilo ob-
tundunt incondito ⁊ agreſti:ſic ut cui vis deſit in
genij:iactura ſaltem temporis laborqꝫ aurium te-
diumqꝫ non deerit?Hic ueſtraruʒ hodie non alius
fructus inuentionũ:aut inficere:aut afficere:refice
re aũt aut nunqꝫ aut perraro. Omnes tamen aſſi-
due libros ſcribunt:nec ulli etati tanta uel ſcriben
tium uel diſſerentium copia : tanta ſcientium atqꝫ
eloquentium fuit inopia. Horum de libris accidit
quod ibidem Cicero idem ait : Itaqꝫ ſuos libros
inquit ipſi legunt cum ſuis nec quiſqꝫ attingit pre
ter eos qui eandẽ ſcribendi licentiam ſibi permit-
ti uolunt. Quod quidem Ciceronis etate rarũ fu-
it:nunc cõmune eſt. Omnes igitur attingunt:quia
ſcilicet eandẽ licentiã uolũt omnes:Sic ſe mutuo
cohortantur:impelluntqꝫ ſcribentes inania ⁊ lau-
dantes:laudemqꝫ ſimiliũ falſis de laudibus aucu
pantes. Hinc illa igitur ſcribentiũ audaciaꝰ rerũqꝫ
confuſio:ne tu ualde tibi placeas libros ſcribens .
C ¶Haud. Scribo libros. ¶Ratio. Melius fortaſ
ſis illos legeres optime aũt in vite regulam lecta
conuerteres. Tunc enim eſt utilis notitia litteraꝝ
dum in actum tranſit:ſeqꝫ ipſam rebus approbat
non uerbis:alioquin uerum ſepe deprehendit̃ qꝺ
ſcriptum eſt ſcientiam inflare. Clare uelociterqꝫ in
telligere:multa ſimul ⁊ grandia:eadẽqꝫ tenaciter
meminiſſe ⁊ ornate eloqui ⁊ artificioſe ſcribere ⁊
pronunciare ſuauiter. Hec omnia niſi ad vitã refe
rantur:quid ſunt aliud qꝫ inanis inſtrumẽta iactã
tie:inutiliſqꝫ labor ac ſtrepitus. ¶Ha. Libros ſcri
bo. ¶Ratio. Forſan utilius arares campũ:gregẽ
paſceres:telam texeres:maria nauigares. Multi
quos natura mechanicos fecerat : illa inuita atqꝫ
obluctante philoſophantur. Contra aliquos phi-
loſophie aptos:natos in aruis:aut paſcuis:in ſcã-
nis opificum:aut nautarũ tranſtris fortuna deti-
nuit. Unde effectum ꝙ mirentur cauſarum inſcij:
ut in mari medio aut rure:in ſiluis : inqꝫ officinis
acria ⁊ erecta reperiantur ingenia:cum in ſcholis
exanguia ac deiecta ſint:Difficile eniʒ vincitur na-
tura ſi vincitur. ¶Hau. Scribo ardenter. ¶Rõ.
Quãto ardentius olim multi quoruʒ ardor ſic extin
ctus eſt:ut ſcripſiſſe illos niſi id alij ſcriberent ne-
ſciretur? Nullum opus humanum ſemper durat
⁊ mortalis labor nihil efficit imortale. ¶Haudi.
Scribo multa. ¶Rõ. Quanto plura alij. Quis D
Ciceronis libros aut Uaronis enumeret. Quis
Titi Liuij:aut Plinij opera metiat̃. grecoꝝ vnus
ſex milia librorum edidiſſe traditur. O ardentem
ſpiritum ſi uera res eſt: O longum ocium ac tran-
quilluʒ. Certe ſi vnũ duos ue aut omnino paucos
libros bene ſcribere multi negocium eſt laboris :
tot vnũ milia ſcripſiſſe nõ tam facile eſt credere qꝫ
mirari. Sũmi tamẽ atteſtantur auctores quibꝰ nõ
credere durum ſit:quiqꝫ hunc numerũ non auditu
ſibi:nec viſu ſolo ſed eorũ librorũ lectione cõper-
tũ dicant:Quos ſi vnũ omnes legere potuiſſe mi-
rabile:quãto mirabiliꝰ eſt ſcripſiſſe. Lõgũ eſt enu
merare:qui viri apꝺ uos:q ꝺo apꝺ grecos : ⁊ que
ſcripſerit quoꝝ nullus ad plenũ ſtudioꝝ fortunatꝰ
fuit:ſed horũ aliqua:illoruʒ aut magna pars:quo
rundam omnia periere:Tu de tuis quid preſagi-
as videto. ¶Hau. Scribo: ⁊ ea mihi interim uo-
luptas vnica. ¶Ratio. Si ut ingenium exerceas
ſcribendoqꝫ alijs te doceas:ſi ut obliuiſcaris tem
porum preteritiqꝫ memoria preſens tedium ef-
fugias excuſo:ſi ut ſcribendi morbo quidem occul
to ⁊ inſanabili medeare:miſereor. Sunt nanqꝫ:ſi
neſcis:qui non ſcribunt niſi quia nequeunt deſine-
re: ⁊ uelut ex precipiti decurrentes nolẽteſqꝫ ſub-
ſiſtere rapiuntur. ¶Hau. Scribendi impetꝰ igẽs E
eſt. ¶Rõ. Melancholie ſpecies infinitas ferunt.
Alij lapides iactant:alij libros ſcribunt : huic ſcri-
bere furoris initium eſt:huic exitus. ¶Ha. Scri-
pſi multa ⁊ ſcribo. ¶Rõ. Si poſteris profuturuſ
nihil ſatius:ſi tibi nudũ nomẽ queſiturus:nihil ua
nius. ¶Haud. Multa ſcripſi. ¶Rõ. O preclaraʒ
inſaniaʒ: ⁊ miramur ſi membrane ſolito chariores
ſint. ¶Hau. Scribo: ⁊ hinc famaʒ ſpero. ¶Rõ.
Dixi iam melius forſitan arares aut foderes meſ-
ſem ſperans:Humi enim tutius qꝫ in uento ferit̃.
At qui fame ſtudium ⁊ pertinax ſcribendi opera :
ut quoſdaʒ claros : ſic innumerabiles ſtultos atqꝫ
inopes in ſenium miſit:nudoſqꝫ ⁊ loquaces ſpecta
culum vulgo fecit. Ecce dum ſcribitis:melioribuſ
curis idoneum tempus elabit̃: Extra uos rapti ſo
pitiqꝫ nõ aduertitis donec ſero uos ſenectus exci-
tet ac paupertas. ¶Hau. Scribo tamen fame cu-
pidus. ¶Rõ. Mirum ſtudium de labore uentuʒ
querere:Certe ego uẽtos optare nauticũ putabã.

¶De Magiſterio. Dialogus. XLV.

¶Hau.
L magiſterio inſignitꝰ ſuʒ. ¶Rõ. Mallẽ
a fateor diſciplina:magiſterio enim indiſci- A
plinato ⁊ rudi nihil eſt turpiꝰ. ¶Ha. Ma
giſter ex merito factus ſuʒ. ¶Rõ. Ut magiſter di
gne ſis:non niſi diſcipulus meruiſti:obſequẽtẽ at-
qꝫ humilem te docilemqꝫ prebueris oportet:alio-
quin aberraſti in via que ad magiſteriuʒ ducebat.
Et ſi non ignorem quoſdam ſine magiſtro ad ſcien
tie gradum altiſſimũ conſcendiſſe:idqꝫ de ſeipſis
viros magni nominis predicaſſe litteriſqꝫ mãdaſ-
ſe:Sed his labor ⁊ ingeniũ: ⁊ diſcendi ardor : ⁊
intentio ⁊ aſſiduitas: ⁊ perſeuerantia pro magr̃o
fuit:nec internus in ſilẽtio magiſter defuit. At nũc
mihi de cõmunibꝰ ſermo eſt. ¶Ha. Magiſter di-
cor. ¶Rõ. Multis ne magiſtri ueri eẽnt:magiſte
rij falſum nomen obſtitit:dumqꝫ de ſe plus omni-
bus qꝫ ſibi dumqꝫ quod dicebantur ſed non erant
eſſe crediderunt:quod eſſe poterant non fuerunt.

¶Gaud. Magiſterio clarus ſum. ¶Rō. Uidiſti vini acidi tabernam picturis aut floribus uernis inſignē: ubi ſitiens viatoꝛ falli poſſit. Sed nūquid ⁊ caupo ſuis fallit artibus? Sunt certe aliqui ſic fallacijs aſſuefacti: ut longo uſu fallendi alios ad extremum ⁊ ſe fallere incipiant: quodqꝫ diu ſuaſere alijs: aliquando perſuadeant ſibi: ⁊ quod falſuꝫ ſciuerint uerū credāt: Tu ut libet magiſterio gloriare: quod ſi digno obtigit nihil noui: Sin indigno: duo hec mala ſecum attulit: ut ⁊ diſcere pudeat ⁊ notioꝛ ignorantia tua ſit.

¶De uarijs titulis ſtudiorum. Dia. XLVI. ¶Gau.

A t Itulis multis ac uarijs exoꝛnoꝛ. ¶Rō. Fecūda frondiū eſt: uanitas: ſed inanis fructuū. ¶Ga. Titulis multiſ abūdo. ¶Rō Si vis grauis ſarcina: Sin falſis: ⁊ feda ⁊ pudēda. Quid opus eſt ⁊ titulis quibꝰ aut laſſioꝛ inſit ad dedecus? Uirtus vno ſeu potius nullo titulo contenta ſibi eſt titulus. ¶Gau. Theologie titulū ſum adeptus. ¶Rō. Erant olim huiꝰ ſcientie pꝛofeſſores hodie: quod indignans dico: ſacrū nomē pꝛophani ⁊ loquaces dialectici dehoneſtāt: quod niſi ſic eſſet: non hec tāta tā ſubito pullulaſſet segeſ

B inutiliū magiſtroꝝ. ¶Gau. Philoſophie magiſteriū merui. ¶Rō. Philoſophia non ſapientiā: ſed amorē ſapientie pollicetur: Quiſquis hanc igitur vult amando conſequitur. Non eſt ut quidam putant: operoſus aut difficilis hic titulus: modo uerus amoꝛ ſit: ⁊ uera quam ames ſapientia: philoſophus uerus eris. Ueram ſane ſapientiam nō niſi purgate pieqꝫ anime uel intelligere poſſunt uel amare. Ad id ergo res redit: quod eſt ſcriptū. Pietas eſt ſapientia. Philoſophi autē ueſtri huiuſ ſententie contēptores aut ignari: ut de theologis nūc dicebam: ad uerboſam nudamqꝫ dialecticaꝫ ſunt redacti. Itaqꝫ de deo illi: hi auteꝫ de natura temerarie fabulantes. Illi omnipotentiſſimam maieſtatem uentoſis ſophiſmatibus circumſcribūt: ⁊ ſubſananti ridentiqꝫ deo ſue inſolentis inſcitie leges ponunt: Iſti vō de nature arcanis: ita diſputant: quaſi e celo ueniant conſilioqꝫ dei omnipotētis interfuerint: obliti quod ſcriptū eſt: Senſum dn̄i qs nouit: aut quis ꝯſiliarius eius fuit? Neqꝫ noſtruꝫ audientes Ambꝛoſium qui ſepe id multis ac ualidis argumentis. Eo auteꝫ libꝛo in quo fratris obitum luget pꝛeciſe admodum bꝛeuiterqꝫ: Philoſophi inquit de celo diſputantes: quid loquant̃ ignorant.

C ¶Gau. Artes pꝛofiteoꝛ multas. ¶Rō. Facillimum id quidem: multas noſſe difficilius: melioꝛ ſane tutioꝛqꝫ cōfeſſio q̄ꝫ pꝛofeſſio eſt: Illa eniꝫ humilitatis ⁊ penitentie: hec leuitatis ⁊ inſolentie plena eſt. Multo certe facilius indulgentiā cōfeſſi querunt q̄ꝫ ſcientiam pꝛofeſſi. ¶Ga. Diuine atqꝫ humane ſapientie tituluꝫ conſecutus ſum. ¶Rō. Sapientia titulis non eget: per ſeipſam clara eſt. Quis lucernā queſo vnq̄ꝫ ſoli ut videret̃ adhibuit Multi ⁊ cum his titulis obſcuri: ⁊ abſqꝫ his clariſſimi euaſere. Sepe nullum bonis: clarum maliſ mercibus ſignum fuit. ¶Gaud. Quid ꝙ poetica laurea comā ſtrinxi. ¶Rō. Superioꝛ vnus eſt laboꝛ: uerū querere: ſed hic duplex: querere ⁊ oꝛnare: atqꝫ ad aurium oblectationem fingere magna res eſt: ardua difficilis: eoqꝫ rariſſima. Ueri nempe poete utriqꝫ operam dant communes vō pri-

D mum negligunt cōtenti phaleris. ¶Gau. Raruꝫ laureе partum decus. ¶Rō. Queſitum vñ rempublicam remqꝫ familiarem vni poſthabeas cure queſitum iter ad inopiam: ni ſedēti ultro pꝛodiga tibi opes conuehat foꝛtuna: queſitum vnde alijs amens: alijs inſolens videare. ¶Gau. Mihi ipſe lauream decerpſi. ¶Rō. Uirentiſſima arboꝛ ſi decerpitur: confeſtim niſi ingenio uberi vigilijqꝫ ſtudio rigetur aruerit. ¶Gaudi. Parta mihi laurea. ¶Rō. Partus laboꝛ: partus liuoꝛ ſeu illa ſtudiorum ſeu armorum merces eſt. Tener ille ramulus animo tuo nihil omnino ſignū uertici pꝛebuit inane oſtendenſqꝫ te multis quos melius latuiſſes. Quid aliud q̄ꝫ te moꝛſibus obiecit inuidie? Pace belloqꝫ multis inſignia nocuere. ¶Gau. Artē oratoriam ſum pꝛofeſſus. ¶Rō. Mirum audio. Ea E
nempe in deſuetudinem abijſſe iampꝛidē viſa erat ut que immenſis ⁊ innumerabilibus rebus ꝯſtat vnde fit ut oratores ipſis etiam uatibus rariores ſemper fuerint. Pꝛoinde fuere qui dicerent. Oratoris pꝛopꝛiū de omni re copioſe oꝛnateqꝫ poſſe dicere. Quis ea ſententia uelut arrogantiſſima ſit reiecta: q̄ꝫtis ſane de rebus: ⁊ ſi non de omnibꝰ dicere habeat oratoꝛ: adhibita in ſingulis artificioſa ⁊ dulci quadā eloquentia: que per ſeipſaꝫ magna res eſt: equa ſi lāce libꝛaueriſ obſtupeſces: teqꝫ foꝛtaſſe ꝓfeſſionis temerarie penitebit: ut caueas nedum ſcire: uel infinita uel omnia vis videri: nihil ſcire videaris: ⁊ quod ſepe accidit ſub ſcientie pꝛofeſſione multiplicis: ignorantia deliteſcens neceſſario in apertum exeat. ¶Gau. Liberalium ſum F
pꝛofeſſoꝛ artium. ¶Rō. Sepe etiam plus habet ea res audacie q̄ꝫ doctrine. Ad vnāquāqꝫ artium bꝛeuis eſt vita: vnus tu ſufficis omnibuſ? Una arſ vni ingenio ſatis eſt ut ad ſummū eſtuādo ⁊ anhelando perueniat. Multas deguſtaſſe quantum cepti neceſſitas expoſcit: Idqꝫ ipſum noſſe q̄ꝫ pꝛofeſſum eſſe modeſtius. Addam quod doctiſſimis viſum eſt vnam ipſam omni ex parte cognoſcere: nulli etiam illuſtriuꝫ contigiſſe. De ſola nempe rhetorica notū illud Senece: Magna inquit ⁊ uaria reſ eſt eloquētia nec adhuc ulli ſic indulſit ut tota contigerit. Satis felix eſt qui in aliquā eius parteꝫ receptus eſt. Id ſane quibus viris ⁊ quantis teſtibꝰ uerū pꝛobet audiſti. Quod cū ita ſit: quid agāt ⁊ qd audeant: cogitent agmina pꝛofeſſorū pene iā vulgus equātia tam ruditate q̄ꝫ numero: que nō vna quidem parte ſed nec vna arte ꝯtenta: ex equo oēs inuadunt. O fiducia ingens ſed iā publica. ¶Ga. Quid de medicine tandem iuriſqꝫ pꝛofeſſione di G
ctura es? ¶Rō. Ad hoc egri tui clienteſqꝫ reſpondeant. Quid illis vnq̄ꝫ ad ſalutem coꝛporis victoriamqꝫ cauſarū titulus iſte pꝛofuerit: tibi ad lucrū foꝛſitan ſepe ꝓfuit: In hoc artes ſiue artium nomina queritis: ⁊ qd ſcientie defuerit: ſupplet̃ titulis atqꝫ habitu. Uerūqꝫ fit illud ſatyrici Purpura uēdit cauſidicum: uendunt amethiſtina. Nec id minus: Ut redeant ueteres: Ciceroni nemo ducētos Nunc dederit nummos niſi fulſerit anulus igēſ. Poſtremo hec tibi horum oīum ſumma erit eſſe quoſdam raros quorum ſolida ⁊ honeſta ſint ſtudia: hoꝝ finis eſt ueritas ac virtus. Hec eſt rerum notitia morumqꝫ coꝛrectio: ⁊ uel vite moꝛtalis oꝛnamentum uel eterne aditus. Reliquorum vō que ingens turba eſt: pars gloriam petit: pꝛemium inane ſed fulgidum: Maiori cutem parti vnus fulgoꝛ

pecunie finis eſt:premiuꝫ non exiguum modo ſed
ſordidũ ⁊ labori impar: nec ingenuo dignum ni-
ſu:Hiſqꝫ omnibus titulus ⁊ ut dixi habitus non
ſpernendus quidem:ad id enim quod intẽdunt ua
let mortalium: ⁊ preſertim vulgi horum ope egen
tis animus iudiciumqꝫ vmbris eluditur. Magna
pars reruꝫ opinionibus agitur:At virtuti deditos
titulis gloriari alienum prorſus atqꝫ obſonum:im
mo v̇o ne poſſibile quidem reor. ¶ Sau. Multa
profiteor. ¶ Rõ. Preſtat vnum benefacere q̃ꝫ mul
ta promittere. Bene irent auteꝫ res humane:ſi q̇ꝺ
profitentur homines id eſſent.

¶ De titulis Negociorum. Dial. XLVII. ¶ Sa.

A P Rocurator regis ſum. ¶ Rõ. Ergo hoſtis
populi. ¶ Sa. Procurator fiſci ſuꝫ. ¶ Rõ
Et reipublice inimicus. ¶ Sa. Negocioꝝ
geſtor regius ſum. ¶ Rõ. Sua negocia gerere la-
borioſum eſt:quid cenſeas aliena:precipueqꝫ potẽ
tium:quibus placuiſſe perpetua ſeruitus: diſplicu
iſſe diſcrimen:ſupercilium graue paratumqꝫ pro
leui etiam offenſione ſupplicium? ¶ Sau. Nego-
cia regis ago. ¶ Rõ. Rationẽ duro ſub iudice red
diturus:niſi omnium ſpolijs tuoqꝫ odio ⁊ crimi-
ne vix implendam. ¶ Sau. Regis negocia procu
ro. ¶ Rõ. Uide ne cũ procuratio ipſa difficilis:tũ
difficilior ſit ratio tanqꝫ inextricabilis:ut quod de
multis vidimus:patrimoniũ:famam: tuumqꝫ ca-
B put implicet. ¶ Sau. Regiꝰ ꝓcurator ſuꝫ. ¶ Rõ.
Diſplicendum multis:ad extremũ domino:quod-
qꝫ periculoſius deo:proqꝫ leui regis emolimento
grauia regni mala ⁊ ingentia damna populorum
uel diſſimulanda uel perpetranda. ¶ Sa. Procu-
rator regius factus ſum. ¶ Rõ. Quo primum die
inuiſum hoc officiuꝫ domus tue limen attigit: tibi
viuere deſijſti:libertas inde ⁊ quies ⁊ iucunditas
abiere. Pro his ſeruitus:labor:occupatio:metus:
dolor afflictio ⁊ mordaces ſubierunt cure:iam nõ
viuis ⁊ ſi ſpires:occupatorum enim vita mors eſt
qui cum miſeri omnes ſint:illi ſunt omnium miſer
rimi:qui pro alijs maximeqꝫ pro regibus aut tyrã
nis ſeu quibuſcunqꝫ potentibus occupant̃. ¶ Sa.
C At ſum iudex. ¶ Ratio. Sic iudica quaſi mox ab
alio iudicandus. Unus eſt omnium iudex:vnum
tribunal incorruptum. Ante illud ſtabitis morta-
les:quid falſi corio iudicis ſelle iudiciarie impreſ-
ſo: ⁊ barbarica admonitione iuſtitie opus eſt? Ea
in ſella quiſquis iudicum ſedet:ubi ſi iniuſte iudi-
cabitur:nec pecunia nec gratia nec falſi teſtes nec
indigne preces nec inanes mine nec diſerti prode-
rũt patroni. ¶ Sa. Cõſul patrie mee ſũ. ¶ Rõ. Difficil
lima gl'ia. Rarũ eſt qdẽ ſic ꝯſulere ut proſis ⁊ pla-
ceas:Ut ſit eniꝫ in v̇bo vitas:in ꝯſilio fides: in cõ-
miſſo ſilentiũ:in oratione ſuauitas:euentum fortu
na moderabitur:is conſilio precium dabit. ¶ Sa.
D Prefectus urbis ſum. ¶ Ratio. Beluam indomi
tam:utqꝫ ait Flaccus:capita multorum tenui fre-
nas loro:atqꝫ immenſam ſolus agitatam magnis
fluctibus puppim regis. Parua domus egre re-
gitur:magne urbis q̃ꝫ difficile ſit regimen videto:
Parum ne tibi curarum domi erat qui publicas
adoptaſti? Quid q̇ꝺ non difficile modo iam offi-
cium:ſed vile eſt:prefectum urbis villicuꝫ Satyri
cus uocat:ſtatum notans temporum illorum: qui
ſi tunc villicus:quid niſi nunc ſiluicus ſeu ſiluanꝰ
ſit. Ceperat ea etate villa eſſe Roma iam ſilua eſt.
¶ Sau. Sum preſes prouincie. ¶ Rõ. Honorato E
exilio damnatus ocium domeſticum externa ſolli
citudine permutaſti:Dulce nihil aut tranquillum
ſperes:amara ⁊ turbida preſidẽtiũ ſors:feſtis die
bus ludiſqꝫ ⁊ conuiuijs arcentur muneribus clau
ſum limen ⁊ apertum litibus:tectum iocis uacuũ
plenum querimonijs ac iurgijs. Quicquid langui
dum:quicquid egrum:qcqd marcidum in prouin
cie viſceribus latet:totum tibi tractandum curan-
dumqꝫ obtigit:duruꝫ opus quanti nempe negocij
ſit multos corrigere: hinc patet ꝙ ſeſe corrigunt
pauciſſimi.

¶ De titulis bellorum: Militia ⁊ Ducatu. Dial.
XLVIII. ¶ Sau.

M Ilitari cingulo exornatus ſum. ¶ Ratio. A
Pauca ne tibi vite mala viſa erant:niſi mi
litiam addidiſſes:qua uel inquietus ſemꝑ
uel inglorius uel periculo expoſitus uel ꝯtemptui
ſis oportet. ¶ Sau. Militiã ſum profeſſus. ¶ Ra
tio. Hanc naſcendo profitemini: quid profeſſione
alia opus erat? Hic ferro corpus:hic animum do-
lis:hic argutijs linguam armat. Nemo ueſtrũ eſt
inermiſ:hic ferit:hic edificat:hic declamat:ille cau
ſas orat:hic pedibus:ille equo ſeu carpento uehi-
tur:hic currit:hic nauigat:hic paret: ille imperat.
Nemo ueſtrum ocioſus: Quenam hec noua mili-
tia eſt? Hic in caſtris:hic in roſtris: hic in ſcholis:
hic in nemore:hic in agro:hic in pelago:hic in pala
tio:hic domi:hic peregre vitam agit:Omnes mili
tant:neqꝫ homines modo:ſed militare in ſiluis ca-
tulum Flaccus ait. Et militantium quidem multa
ſunt genera:Militia vna eſt:vita hominis ſuꝑ ter-
ram:quam qui militiã diffiniuit:ille mihi demum
uero ⁊ acri iudicio rem librauit:modo militie pre
lium addidiſſet. ¶ Sau. Armate militie ſum aſcri B
ptus. ¶ Ratio. Quid armaris exterius. Intus in
anima bellum eſt:illam vitia obſident atqꝫ oppu-
gnant. Quis hic ferro locus:niſi illud ad ornatum
corporis:non ad anime tutelaꝫ induitur. Sũt eniꝫ
qui dicant nihil pulchrius viro armato:Ego:quid
pectus ⁊ quid caput ferreuꝫ pulchrius habeat q̃ꝫ
pacificum ⁊ inerme:non video. Quãdo autẽ hec
uoluptas tibi eſt:age:ferro membra conſtringito:
imbrem ſolemqꝫ galea excipiens ferro indutꝰ cly-
peo operire:humi dormiẽſ claſſico excitabere:ade
ptus tibi magnum aliquid videbare: ſed errabas:
anceps ⁊ cruentũ officiuꝫ elegiſti. Multe ſunt au
tem fraudes ſpei:multe ſunt fateor catene:que ani
mos boni illius quod omnia appetunt inconſulte
auidos in exitium trahunt. Neqꝫ inficior quoſdã
militia ad ampliſſimas opes ſiue etiaꝫ ad ſummũ
imperium perueniſſe. Crede autẽ mihi:plures ad
inopiam:ad carcerem ad ſeruitutem:ad violentiã
ſubitamqꝫ mortem eodeꝫ tramite peruenerũt:Tu
exquo militiam profiteri animus fuit:niſi dehone
ſtare artificium tuum vis:ſemper animaꝫ in nume
rato habeas oportet: ſemperqꝫ ad res tuas Ceſa-
rea uox illa circumtonet: Diſce ferire:Diſce mori.
Syllaba vna breuis:aut longior tua facta uaria-
bit:uel occides:ad utrumlibet horis lociſqꝫ omni-
bus te paratum exhibe. He artes delitie tue erunt
Sine v̇o Satyricuꝫ loqui premia militie numeran

tem innumerabilia equidem preſfatus vir pauciſſi
ma colligit:in quibus prima ⁊ ſumma licentia eſt
peccandi. Premium hercle non taꝫ iuſtis viris op
tabile q̄ꝫ armatis legibus:ut aiunt:inter arma ſilē
C tibus. ¶ Gau. Militie filium aſcripſi. ¶ Rō. Eſt
id ferme uſitatum:ut militis filius miles ſit. Non
poteſt enim niſi quam habet hereditatē filio pater
dare:Arcum:ſcutum:gladium ⁊ bellum : ⁊ quod
ludum conficit auro tincta calcaria. Sed quod pa
tri diximus:ſibi filius dictum ſciat. ¶ Gau. Belli
dux victorijs clarus ſum. ¶ Rō. Q̄to melius pa
cis dux virtutibus clarus eſſes. ¶ Gaud. Multa
bella confeci. ¶ Rō. Quietē tibi atqꝫ alijs abſtuli
ſti:clarum opus? ¶ Ga. Victorijs ac triūphis no-
tus ſum. ¶ Ratio. Sepe malum bono notius : ⁊
atra tempeſtas ſerenitate famoſior. Deniqꝫ para-
ſti buſto titulos:vulgo fabulam:tibi nihil.

¶ De Amicitijs regum. Dialogus.XLIX.

¶ Ga. Q Veſiui mihi regum amicitias. ¶ Rō. Ho
A minum uera amicitia rara eſt:ut tibi reguꝫ
fingis amicitias quos fortune ſplendor tu
morqꝫ animi omniū impariū contemptores facit.
¶ Gau. Regibus charus ſum. ¶ Rō. Vilis ergo
tibi eſt anima:virtus:fama:quies:ociū:ſecuritas:
Notus eſt mos regū:vix diligunt niſi qui his om
nibus neglectis ⁊ abiectis illorum ſe ſeuitie ac li-
bidinis ⁊ auaritie ſeruum fecit. Si ergo charꝰ es
regibus:non eſt quod amplius de te queram:viliſ
es tibi. ¶ Gau. Ego autē bonitate ac virtute ſum
charus regibus. ¶ Ratio. Quid reſpondes Criſ
po? Naꝫ regibus inquit boni q̄ꝫ mali ſuſpectiores
ſunt : ſemperqꝫ his aliena virtus formidoloſa eſt.
¶ Gau. Regi meo bonis artibꝰ ſum charꝰ. ¶ Ra
tio. Quibus queſo:aucupio an uenatu? Hoꝝ eniꝫ
ſtudioſum in precedenti quodam colloquio te no-
taui. An vo militia:de qua proxime diſputatū eſt:
que niſi largo ſanguine magniſqꝫ periculis hone-
ſtetur:non militie ſed militaris ignauie nomen te-
net:non regum modo iudicio:ſed vulgi. ¶ Gau.
B Bonis artibus regi charus ſum. ¶ Rō. Vanita-
te an periculo:an criminibuſ fortaſſis:homicidio:
uenefico: lenocinio:proditione:blanditijſ atqꝫ mē
dacijs:mala peſte:ſed publica:quamqꝫ uſus excu-
ſet ⁊ cōmendet urbanitas. He ſunt quidem artes
pro merendis regibus aptiores:quibꝰ inimicitius
nihil eſt q̄ꝫ virtꝰ ⁊ littere. In his igitur nulla ſpes
ad amicitias reguꝫ:odij potius cauſa ſunt:Sic in
ter ſapientiam ac fortunā rara eſt par. ¶ Ga. Ma
gnus apud regem ſum. ¶ Rō. Maior ne q̄ꝫ apud
Alexandrum Lyſimachus:apud Tiberiū Seia-
nus. Vtriuſqꝫ magnitudinē ⁊ ruinā noſti. Et ſi de
primo uarient ſcriptores:linquo alios longa eſt hi
ſtoria. ¶ Gau. Charus ſum regi meo. ¶ Rō. Me
lius eſſes incognitus:melius forſitan odioſus:fu-
geres enim qd̄ nunc ſequeris diſcrimē. Peior eſt
auibꝰ inuitantis aucupis blanda modulatio:q̄ꝫ vil
C lici ſonitus deterrentis. ¶ Gau. Meo ſum charuſ
regi. ¶ Ratio. Sunt quorum dubites periculoſi-
or ne ſit charitas an odium : ſed peiores ſerpētibꝰ
quibꝰ inſunt ueneni mixta remedia:his vo nil niſi
peſtilens ac nociuū ineſt : ſeu oderint ſeu diligant
prope par malū:niſi ꝙ odiū fugat : amor detinet:
Et ad ſummā:regū amicitijs preter regna ipſa nil
uſqꝫ ingetius nilqꝫ periculoſius:Et ſi hoc pericu-
lum non ignorem:fruſtra ſepe multis optatum ſe-
pe magnis emptum queſitumqꝫ periculis:Sic eſt
uſus hoium:ſic periculis emi ꝑiculū vnū magnis
D maximuꝫ. Mira res:bonū ingēs ſpernitur gratui-
tum:magnis malis maius maluꝫ querit̄. ¶ Gau.
Spero me regi meo charū. ¶ Rō. Id de quo ſpe-
ras:quale ſit cogita fundamentū fragile:tremulū :
caducū:crebre noteqꝫ regum indicāt ruine:uertex
nubiloſus:turbidus:īquietus:quod ſic eſſe vita re
gū ꝓbat triſtis occupata:difficilis. Vide ergo ubi
ſtruxeris:ut fortuna:ſic uoluntas regū uaria ⁊ in
conſtans ac ſemper incerta : q̄ꝫq̄ꝫ nec ſtātibus illis
boni aliquid iſta res habeat:mali multū. ¶ Gau.
Amicitiam regis mei multis periculis ac ſudore
promerui. ¶ Rō. Heu quanto tutius quantoqꝫ fa
cilius regis omnium amicitiam meruiſſes.

¶ De Amicorum abundantia. Dial.L.

¶ Ga. A Micitijs abundo. ¶ Ratio. Mirum tibi
A vni rei huius abundantiam eſſe:cuius qui-
dem cunctis hominibus penuria tāta ſit :
ut ex omnibus ſeculis uix pauciſſima memorētur
amicorum paria. ¶ Gaudiū. Mihi amicitie mul-
te ſunt. ¶ Ratio. Fucate igitur:uere enim amici-
tie rarum bonum uſqꝫ adeo:ut qui vnam longa li-
cet in etate queſierit:negociator rerum talium ſat
induſtrius habeatur. ¶ Gaudiuꝫ. Amicitijs felix
ſum. ¶ Ratio. Hoc ſcire non potes:niſi rebꝰ alijs
ſis infelix. Verū enim eſt illud:Felix ſe neſcit ama
ri. ¶ Gaudium. Amicitie certe ſunt. ¶ Ratio. Er-
go ⁊ aduerſitas certa eſt. Verū eſt enim illud quo
B qꝫ:Amicus certus in re incerta cernitur. ¶ Gaud.
Amicitie multe ſunt. ¶ Ratio. Huius rei iudiciuꝫ
experientie committe:non fame multa mentiri ſo-
lite:Pauciores erunt fortaſſis q̄ꝫ reris. ¶ Gaudi-
um. Amicitiarum nimis magna copia eſt. ¶ Rō.
Mitte ſuperuacua:in rebus omnibuſ qui quod ſa
tis eſt habet: amplius non requirat. ¶ Gaudiuꝫ.
C Amicoruꝫ ſatis magna copia eſt. ¶ Ratio. Ad id
ipſum neqꝫ populo Romano tum dum maxime
floreret:neqꝫ ulli mortalium contigiſſe apud illu-
ſtrem legis hiſtoricum. ¶ Gaudiū. Amicitie mul
te ſunt. ¶ Ratio. Dixi iam:ficte igitur aut equidē
imperfecte:ut philoſophus placet : quoniam fieri
pōt ut vno tp̄e cū altero amicorū ſit gaudendū flē
dūqꝫ cū altero:aut īter illos orto odio:uel hic fidē
uel illinc uel utrinqꝫ deſerē ſit neceſſe. ¶ Gau. Co
pia eſt utiliū ac delectabiliū amicoꝝ. ¶ Rō. Sen
tio ad vulgares amicitias deſcēdis:q̄ tn̄ ip̄e ſimul
plures eſſe vix poſſunt:qd̄ mltis retribuē familia
riterqꝫ ꝯuiuē opoſiſſimuꝫ ſit:aio p̄ſertim in execu
tiōe cuiuſpiā d iffīcilis atqꝫ īgenij opis occupato.
D ¶ Gau. Amicos qui ꝓſint ⁊ delectēt hēo. ¶ Rō.
Caduce amicitie quaꝝ delectatio uel utilitas fun-
damentum eſt. Nam ⁊ ſtantibus illis tremunt: ⁊
cedentibus ruunt : Id non poſſibile tantum ſed
perfacile : immo uero prope neceſſariumqꝫ hec
plerunqꝫ uel fortunam ſequuntur uel etatem for-
meqꝫ gratiam : quibus nihil incertius. At que in
virtute fundantur immortales ſunt : eo ꝙ virtus
ipſa quiddam ſtabile firmūqꝫ ſit : ⁊ ut uerbo utar
Ariſtotelis:manſurūqꝫ qm̄ mori neqt. Ideo quos
propter honeſtū dileximꝰ: diligimꝰ uel extinctos.
E ¶ Gau. Amicos ni fallor fidos hēo. ¶ Rō. Vide
aūt ne fallaris:ne ue experiri cupiaſ. Nā ſepe cuiꝰ
rei fuerat dulcis opinio:amaꝝ fuit experimentuꝫ.
¶ Gaudium. Amicos puto bonos habeo. ¶ Rō.

Unde id putes etiam atqꝫ etiam examina:atqꝫ il-
lud in primis q̃ꝫtũ ipſe ames. Sunt enim qui non
amant ⁊ amari putãt: quo nihil eſt ſtultius: Iſqꝫ
cõmunis error eſt diuitum:amorez precio emi cre
dunt qui mutuo queritur amore. Generoſiſſima
res eſt bonus animus:non herbis neqꝫ carminibꝰ
magicis mouetur:non auro aut gemmis: non ad
extremum ferro flectitur:amando vincitur colen-
doqꝫ. Eſtqꝫ hec Ecatonis greci philoſophi amato
rum notiſſimuz:quod Senece placuit ⁊ mihi. Si
vis amari ama:q̃ꝫq̃ꝫ ⁊ hoc ipſum ſepe fruſtra eſt:
Tam multe tamqꝫ imperſcrutabiles ac profunde
ſunt pectorum cauerne:taz ueneneſi atqꝫ inhuma
ni ⁊ implacabiles quorundam animi: ut ⁊ cultui
ſpernant ⁊ amati oderint:nec contenti nullam pio
affectui vicem reddere: quod nec beluis quidem
niſi atrociſſimis accidit:exaſperant̃ obſequio: ⁊ ſi
credi poteſt:amore ad odiũ irritãtur:quod pericu
loſiſſimum ⁊ inter vite mala grauiſſimum huma-
F na ſimplicitas experitur. ¶Gau. Credo amicos
optimos habere. ¶Rõ. Eſt hoc quidem amicitie
perpetuũ epitheton:quod ⁊ ſi lingue abſit: adeſt
itellectui. Idqꝫ breuius loqui potes:Dic amicos:
vna optimos dixeris. ¶Gau. Habere amicoſ cre
do. ¶Ratio. Caue ne falſum credas: ne quando
te aliter credere ipſa reſ cogat. Abyſſum animi me
tiri non eſt hominis:nunc amicos uobis vina con-
ciliant:lachryme aũt probant: ⁊ quod debuit pri-
mum eſſe nouiſſimuz eſt. ¶Gau. Amici in hoc ſta
tu reruz multi ſunt. ¶Rõ. Rerum credo feliciuz.
Ita enim ferme accidit ut ⁊ ſi fortuna omnis ami
citijs egeat:illi tamen amicorum copia maior ſit:
cui reꝝ ceteraꝝ indigentia minor eſt: Sic inopiaz
ſemꝑ inopia:copiãqꝫ comitetur copia. Creſcat ſi-
ue adueniat egeſtas:decreſcit ſeu abibũt ſeu ueriꝰ
detegent̃ amicitie. Qui amici tui fuerũt:qui fortu
ne:illa videbitur abeunte. Te tui ſequent̃:illã ſui.
Hec melior illa dẽſior caterua. Nec eſt qͦd mirari
debeas:uaſe exhauſto illos abſcedere qui ſolaz vi
ni dulcedinem ſequebant̃:aduerſitas ſimulatorez
G abigit:fex potorez. ¶Gau. Innumerabiles habe
re videor amicos. ¶Ratio. Bene ais videor. Un
de tibi aũt hec opinio:cum oium uere amicitie ra-
re ſint:innumerabiles tuas eſſe? Perſuaſum autẽ
debet eſſe imprimis:niſi inter bonos amicitias nõ
conſtare:hinc iam certius eſtimabis:quot non di-
cam tibi:ſed humano generi amicitie pure ſint:cũ
numerare ceperis:quot ſint boni: ¶Gau. Amicoſ
habeo cõplures. ¶Rõ. Notos dic: Idqꝫ q̃ꝫ uera
citer ſis dicturus in dubio eſt. Nullum enim aial:
nulla merx difficilior cognitu q̃ꝫ homo. ¶Gau.
Amici multi ſunt mihi. ¶Ratio. Contubernales
H forſan aut cõuiue. Hi enim niſi epule defuerint nõ
deerunt: Amici aũt pauci ſemꝑ pauci:ſepe nulli:ſe
pe qͦd iniquiſſimum eſt amici nomen domeſticus
hoſtis tenet: ⁊ ſub uelo ficte beniuolentie familia-
res inſidie deliteſcunt. ¶Gaudiũ. Supra neceſſi-
tatez ſunt amici. ¶Rõ. Apprime neceſſarius fere
oibus maximeqꝫ potẽtibuſ deeſt ſemꝑ qui ſcilicet
inter tot aſſentatoꝝ mẽdacia uerum loqui audeat
⁊ uelit:qua in re multis amico utilior hoſtis fuit.
¶Gau. Multos habeo amicoſ. ¶Rõ. Crede mi
hi pluribus indiges:ſanctiorqꝫ eſſet orbis terrarũ
⁊ quietior ſi tot eſſent amicitie quot ferunt̃. ¶Ga.
Amicum habeo. ¶Ratio. Multum eſt. Nil ami-
co charius:nil rarius.

¶De amicis icognitꝭ niſi ꝑ famã. Dia.LI. ¶Ga. A
f Ama preſens abſentes mihi peperit ami-
cos. ¶Rõ. Eſt id quidez aliquando viſuz
ut non ſolum incognitos ſed hoſtes quoqꝫ
fama faciat amicos. Fecit Maſaniſſam Scipioni
ut qui in omni carthaginenſium equitatu primus
eſſe conſueuerat: in omni romanorum equitatu
aduerſus Carthaginem primus eſſet:neqꝫ hoſtes
tm̃ proprios:ſed predones qui publici omniũ mor
talium hoſtes ſunt. Eidem illi fame ſplendor attra
xit:qui Lintherni ad eum in exilio habitantem:fa
cto agmine uenientes:ſic ut primo aſpectu terribi
les viderentur:ubi ſe ſuſpectos intellexerunt:poſi
tis minis atqꝫ armis: ⁊ dimiſſis ſatellitibus inſue
tam manſuetudinem induti:ſoli predonum princi
pes acceſſerunt:eumqꝫ ceu numen aliquod domũ
qꝫ eius ut templum deuotiſſimũ uenerati:dextra
illa victorioſa mltis oſculis fatigata:affixiſqꝫ mu
neribus domus in limine:qualia deorum aris af-
figi mos tunc erat:quaſi ingenti lucro aucti ꝙ vi-
rum illum conſpexiſſent: ⁊ tanq̃ꝫ celeſti viſione ala
cres abierunt. Hoc illi vni contigit: quere alium
ubi eum queſo reperies? Ut tamen alijs accidat:
⁊ nois claritas abſentem conciliet amicum: Mul
tum enim in rebus:non inficior:poteſt fama. Nun
quid tamen nõ uerendum erit:ne quod ait quidã:
Minuit preſentia famam? Q̃ꝫ multi quos abſen-
tes ſtupuerant:coram poſitos contempſerunt. Te
nera res eſt iudicium humanum: facile flectitur.
¶Gaudium. Fama mihi amicos trans alpes ⁊ B
tranſmaria queſiuit. ¶Ratio. Ueſtra fere omnia
friuola eque ⁊ inania ſunt. Nam quis uſus: aut
quis fructus fuerit illius: a quo nec viſus nec vi-
dendus:quez ue nec videris nec viſurus vnq̃ꝫ ſis.
Uitia ueſtra preſentes quoqꝫ amicitias iutiles fa
ciunt ⁊ inſidas:q̃ꝫuis non ſint ille quidem ſed di-
cantur amicitie: Quid nũc igitur de his tuis ami
citijs ſperes. Uide: Obſequium amicos parere:
ait Comius:immo hercle ueri amici vix multiſ ob
ſequijs pariuntur:tu credis amicum paucis:forte
⁊ ne tuis quidem uerbis queſiuiſſe bone ſpei es.
¶Gaudium. Fama ab extremo terre mihi attulit
amicum. ¶Ratio. Fama contraria illum tibi au- C
feret:eoqꝫ facilius quo patẽtiores malis q̃ꝫ bonis
relatibus aures ſunt. ¶Gaudiuz. Fama mihi bo
num peperit amicum. ¶Ratio. Unde ſcis q̃ꝫ bo-
nus ſit quẽ nunq̃ꝫ videris:rogo:cum illi ipſi quos
quotidie vides atqꝫ alloqueris:qualeſ ſint tãto in
tempore nondum ſcias. Sepe uos credulitas ue
ſtra circumuenit:libenter creditis quod optatis.
Multum fidei fame tributis mendaci. Speras
eius animum videre:cuius nunq̃ꝫ frontẽ videris:
cum ſint inter notiſſimos quoqꝫ tot pectorum di-
uerſoria:tot latebre. Difficile eſt enim amicum niſi
in magna aduerſitate cognoſcere:operoſius eſt il
lum noſcere q̃ꝫ querere. Una ſepe hora paucis uer
bis queritur:qui vix multis annis atqꝫ experimẽ-
tis agnoſcitur. Uoco autem amicuz ut vulgus:ue
rus enim non ante queritur q̃ꝫ probetur. Nec ami
cum probant aliorum uerba:certe nec propria ſed
experta charitas fides. ¶Gau. Amicum mihi de
longinquo fecit fama. ¶Rõ. De te aliquid menti
endo qͥſpiaz tibi amicũ dedit: de te uera loquẽdo
uel forſitã mẽtiẽdo itidẽ tibi hũc ipſũ alter eripiet

Quib⁹ vijs fiunt creſcuntq; oia:eiſdem facile re-
ſoluunt. Et natura vult:ut cito aucta cito deſinant.

¶De amico vnico ⁊ fideli. Dia.LII. ¶Gau.

A a Micum vnum fidum ⁊ expertum habeo.
¶Rō. Sepe in experiendo ueſtrum errat
acumen: ⁊ dum uoſipſos peritiſſimos iu
dicatis:in hocipſo ac perinde certerarum reruz in
eſtimatione fallimini. ¶Gaudiuz. Scio ego: non
eſtimo amicum mihi eſſe fideliſſimum. ¶Ratio.
Et quot putas idem credentes:immo ut ſibi vide-
bantur ⁊ ſcientes cum ad artiſſimuz uentum eſſet
examen: ſeſe luſos inuenerunt? Unde v͛o tot quo
tidie de amicis pꝛodeunt querele: niſi quia quos
fidiſſimos habebatis inueniſtis infidos? Nullus
rei tam difficilis q̃z humani animi coniectura exti
matioq; eſt. ¶Gaudium. Nihil conijcio:nihil ex-
timo ut dixi:ſed ſcio amicum ueriſſimuz me habe
re. ¶Ratio. Habes rem aut optimaz aut peſſimū
B errorem. ¶Gaudium. Nulluz rei huius errorem
habeo:ſed amicum multis ac magnis expertū ca-
ſibus. ¶Ratio. Habes ergo rem dulciſſimā ſan-
ctiſſimamq;:qua vna poſt virtutez ſolam nihil ho
mini melius in hac vita ſeu natura ſeu caſus aliqs
ſeu laboꝛ ac ſtudium dedit. Dulces fateoꝛ paren-
tes:dulces filij:dulces fratres:poſſunt tamē ama
reſcere:nec parentes ideo nec fratres quidem de-
ſierunt eſſe nec filij cū dulces eſſe deſierint:at ami
cus ſolus duz ſit uerus:dulcis ⁊ charus eſſe nō de
ſinit. ¶Chari inq̃; ſunt parentes: Nōne autē Jup
piter Saturnum regno patrem expulit? Nicome-
des Pꝛuſiam bithynie regem:ſuum patrem conſi
lia licet necandi filij agitantem vita pꝛiuauit? Et
Ptolemeus hinc philopater dictus:patre ac ma-
tre inſuper ⁊ fratre occiſis: ad ultimum ⁊ uxore
Eurydice interfecta: regnum egypti ſcoꝛtoruz ſic
rexit arbitrio:ut nihil in regno pꝛopꝛium haberet
pꝛeter nudum ⁊ inane regiſ nomen. Nonne ⁊ Ore
ſtes Clitemneſtram matrem: Agrippinam Nero:
Antipꝛ Theſſalonicē iterfecit? ¶Chari filij: Nō
ne Theſeus Hippolytum caſtiſſimuz: Philippus
rex macedonie Demetrium filium adoleſcentem
optimuz iuſſit occidi? Nonne ⁊ Ptolemeus alter
aduerſum pietati nomen ⁊ ipſe quoq; fidiſſimus
rex egypti duos? Et Herodes rex iudee vnuz: Et
Conſtantinus romanorum imperatoꝛ vnum quo-
que Criſpum filium interemit. Nonne Maleus
dux carthaginenſium Carthalonem filium crucifi
xit? Quin ⁊ matres quarum amoꝛ hinc intenſioꝛ:
hinc mitioꝛ ſexus:in filios ſeuierunt. Nota omni-
bus Medea. Quid Laodice cappadocieq; regi-
na:que regnandi cupidine filioſ quinq; mactauit.
¶Chari inq̃; parenteſ:repeto eni:chari filij:chari
fratres. At ut vno exemplo omnis claudatur im-
pietas: Phꝛates rex parthorum omnium regum
ſceleſtiſſimus:omniumq; moꝛtalium regnandi nō
cupiditate ſed rabie furijſq; actus Orodez ſenem
⁊ afflictum patrem:ad hec ⁊ triginta fratres ſu-
os dicti regis filios:ſuumq; inſuper filiuz occidit:
ne quis ſupereſſet in Parthia qui regnaret. Sed
uetuſta hec: Nunquid non ⁊ recentiore memoria
inter patrem ⁊ filium de regno in bꝛitannia certa-
tum audiuimus: ⁊ nudiuſtertius inter fratres in
Hiſpania decertari vidimus. Quoq̃; talium odiorū

⁊ maxime fraternorum crebꝛa adeo ⁊ noua ⁊ ue
tera ſint exempla:ut pene laborioſius ſit exquire-
re qui amici fratres fuerint:q̃z qui hoſtes. Utrun-
q; poſtponimus: Remedia enim nunc non exem-
pla colligimus. Quid pꝛeterea:an non chari con-
iuges:chare uxoreſ? Sed interrogabis Agamem
nonem ac Deiphobum: ⁊ de ueſtris Claudiū Ce
ſarem ac minorem percunctaberis Africanuz. Hi
tibi q̃z chari fuerint uxoribus ſuis dicent. Contra
v͛o Octauiam ſciſcitare ⁊ Arſinoen: quid illa de
Nerone ſuo:hec de ſuo ſentiat Ptolemeo. Jlla de
adoptiuo:hec de naturali fratre:utraq; de marito
Jlla quidem in ſeipſa:hec in filijs experta teſtabi-
tur. Eminētia ut vides ⁊ clara decerpim⁹:vulgus
⁊ urbes ⁊ communem vitam hominum his ple-
nam querimonijs pꝛeterimus. Quibus ita ſe ha-
bentibus:cum in omni genere illorum qui chariſ-
ſimi videantur:odijs ſepe latentibus: ſepe etiam
manifeſtis multa iſit amaritudo:ſola amicitia odi
is uacat:nemo vnq̃; non dicam occidit aut perdi-
dit amicum:ſed ne leſit quidem uolens. Quobrem
ſi amicum uerum qualem pꝛedicas inueniſti: ma-
gnas te diuitias inueniſſe credito. Jllud vide ne:
ut magna pars hominuz rebus dedita vilibus no
biliumq; contemptrix ⁊ agris aut mercib⁹ q̃z ami
citijs ac virtutibus colendis intentioꝛ:quod opti-
mum nactus es negligas. Si tantam curam impē
ditis cuſtodie auri ⁊ argenti atq; orientalium la-
pillorum:que ſunt terre feces ⁊ pelagi purgamen
ta:quanta diligentia amici cultui impendenda eſt
rei pꝛecioſiſſime ac diuine. Ne qua vnq̃; re offen-
ſus: ne quo vnq̃; uerbo alienatus effugiat:ſerum-
q; audias illud eccleſiaſticum: Sicut qui dimittit
auem de manu ſua:ſic reliquiſti pꝛoximum tuuz ⁊
non eum capies. Non illum ſequeris:quoniam lō
ge abeſt. Effugit enim ſicut capꝛea de laqueo:quo
niam vulnerata eſt anima eius:ultra eum non po-
teris colligare. Pꝛoinde ingens bonum habes ac
ſuaue operoſum tamē ac difficile:queſitu inq̃; ope
roſum ⁊ cuſtodia. Magnus theſaurus eſt amic⁹:
ſed magna ſeruandus cura:magno ſi pereat lugen
dus fletu.

¶De diuitiarum copia. Dia.LIII. ¶Gau.

f Ed abundo opibus. ¶Ratio. Jā non mi- A
roꝛ ſi ⁊ amicitijs abūdare viſus eras. Nō
eſt nouum neq; inſolitum: locupletum li-
mina vulgaribus amicitijs ⁊ ſimulatis obſequijs
frequentari. ¶Gaudium. Opum magna vis eſt
mihi. ¶Ratio. Anceps ⁊ oneroſa felicitas: ⁊ que
plus inuidie ſit habitura: q̃z gaudij. ¶Gaudium.
Diuitie exundantes ſunt. ¶Ratio. Non ſtatim
ideo exūdans quies exundanſq; iucunditas: Uix
diuitem inuenias qui non ſibi melius fuiſſe in me
diocritate uel honeſta etiam paupertate fateatur.
¶Gaudiuz. Multi mihi accreuere diuitie. ¶Ra
tio. Securitas:gaudium:tranquillitaſ decreuere:
que ſi cum illis creſcerent: non amari tm̄ diuitias
paterer ſed hoꝛtarer. ¶Gaudium. Opes multas B
habeo. ¶Ratio. Habes rem queſitu difficilem:
cuſtoditu anxiam:amiſſu flebilem. ¶Gaudium.
Magne mihi diuitie ſunt. ¶Ratio. Sparſe ſi fue
rint decreſcent:ſeruate non te diuitem ſed occupa
tum:non dominū facient ſed cuſtodē. ¶Gau. Di-
uitias habeo ingenteſ. ¶Ratio. Uide ne potius

habeare:hoc eſt ne non diuitie tue ſint ſed tu illarum:neqꝫ ille tibi ſeruiant ſed tu ipſis. Nam ſi neſcis:pluref multo ſunt qui habentur q̃ꝫ qui habēt: multoqꝫ crebriores:quos propheticus ſermo notat:Uiri diuitiarum q̃ꝫ diuitie virorum. Sic uos ueſtra cupiditas vilitaſqꝫ animi de dominis ſeruos facit. Uſus quidem pecunie notus eſt: ut nature neceſſaria comparentur: Pauca ſimul ⁊ exigua longeqꝫ facilia:quicquid exceſſerit graue eſt: nec iam diuitie ſed vincula:ſed compedes: nec iā corporis ornamenta:ſed impedimēta animi ⁊ ſollicitudinum atqꝫ formidinum acerui. ¶ Gaudiū. Diuitijs plenuſ ſuz. ¶ Ratio. Caue ne te rumpāt Omnis eniz plenitudo querit exitū. Multis mortem attulere diuitie requiem fere omnibus abſtulere. ¶ Gaudium. Opes habeo immenſas. ¶ Ratio. Bonis moribus rem aduerſam. Nimie opes non modo ſingulorum hominuz:ſed populi romani corruperūt mores miraqꝫ illam ⁊ eximiā fregere virtutez:qui tādiu clarus ⁊ tādiu iuſtus atqꝫ integer:q̃ꝫ diu pauper fuit. In egeſtate victor gentium: ⁊ quod eſt glorioſius:victor ſui domitorqꝫ vitiorum:a diuitijs vict⁹ eſt atqꝫ peſſundat⁹: Nota loquor:Quid nunc tibi diuitijs ſit ſperandum vides. ¶ Gau. Diuitijs affluo. ¶ Ratio. Q̄tū mallem virtutibus abundares. ¶ Gau. In diuitijs requieſco. ¶ Ratio. Conſopiti eſtis in vepribus miſeri. Grauis ſopor qui non ſentit aculeos. Uenit ecce que uos excitet: ⁊ exponat luce clarius id quod ſcriptum eſt:Dormierunt ſomnum ſuuz ⁊ nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

¶ De inuentione aurifodine. Dia.LIIII. ¶ Gau.

A Urifodinam inueni. ¶ Ratio. Hec ſpes opum:multis inopie:nonnullis exitij cauſa fuit:duz neglectis omnibus alijs curis huic vni deditis ⁊ laboris plurimum ⁊ lucri modicum res habuit:dum ad hanc auri cupidinez celo ⁊ ſole derelicto in tenebris euum agere didicerunt:ceco ⁊ noxio ante tempus uapore cōſumpti. ¶ Gaudium. Aurifodinam caſus obtulit. ¶ Rō. Ut auerſus a contemplatione celeſtium terreſtribus inhies:neqꝫ tantummodo humi accliuis ſed ſub terra merſus infelici⁹ viuas ⁊ breui⁹. ¶ Gau.
B Aurifodinam ingredior. ¶ Ratio. Nero Ceſar ſuprema illa ſua nocte terribili ⁊ miſera: ſed ſibi debita:ut quoddaz ſpecus ingrediens ignominioſam mortem ⁊ ludibria populi perſequentis euaderet:a ſuis admonitus negauit viuum ſub terrā ſe iturum. Tu nullo metu impellente ſed auaritia rapiente viuus is ſub terram:neqꝫ te hinc almum celi lumen retinet:illinc ante telluris horrore xcludit. Quid mirum ſi per omnes terras querēde diuitie homines fatigantur:quando ⁊ ſub terra que ſite ⁊ effoſſe tartareos exagitant manes? Utqꝫ ait Naſo:Itum eſt in viſcera terre:Quaſqꝫ recondiderat ſtygijſqꝫ admouerat vmbris: Effodiuntur
C opes irritamenta malorum. ¶ Gaudium. Aurifodinam inueni. ¶ Ratio. Uetus eſt uerbum:Sepe vnus leporem mouet:alter capit. Inueniſti predā quam plurimi concupiſcant:vnus rapiat: ⁊ tu ille forſitan vnus non ſis. Circum optabilia fit concurſus ⁊ periculum eſt inueniſſe vnum: quod cupiāt multi:nullus partiri uelit. Hec eſt cauſa cur cū italia:ut ait Plinius:metallorum omnium fertilitate nullis cedat terris:interdictum id uetere cōſulto patrum atqꝫ occultatuz eſt ut italie parceretur. ¶ Gau. Auriferam terrā fodio. ¶ Ratio. Labor certus euentus ambiguus. Quid ſi multum fodias:nihil inuenias? Quid ſi multum inuenias ſed non tibi? Quid ſi tibi inueniſſe peius ſit: ⁊ nihil inueniſſe erat melius? Humano ſepe gaudio meror eſt proximus. ¶ Gaudium. In aurifodinam deſcendi. ¶ Ratio. Inter homines queri ſolet quod inuentum mergat in tartara: Tu apud tartaꝝ queris q̄ te tollat ad ſuperos? ¶ Gaudium. Aurifodinam repperi. ¶ Ratio. Pronum iter ad inferos inueniſti.

¶ De inuentione theſauri. Dia.LV. ¶ Gau.

T Heſaurum repperi. ¶ Ratio. Caue dolos ⁊ inſidias fortune. Hamis eſca pretenditur: viſcus ⁊ laquei blandum aliquid pre ſe ferunt. ¶ Gau. Theſaurum inueni. ¶ Ratio. Multis theſauris mors fuit:Ut nullū corpori periculum ſit:diſcrimen eſt ingens anime. Non ſatiant opes deſiderium:immo nec mitigant ſed accēdunt:humana cupiditas ſucceſſibus inardeſcit: ⁊ creſcente auro creſcit auri ſitis ⁊ querendi ſtudium:minuiturqꝫ virtus: que vna mors anime eſt. A
¶ Gau. Theſaurum mihi ſors obtulit. ¶ Ratio. Pondus infeſtum contrariumqꝫ modeſtie. Nil ſibi nō arrogat que repēs fortuna beauerit. ¶ Gaudium. Inſcius in theſaurum incidi. ¶ Ratio. Tutius forſan in colubrum incidiſſes. Cum enim diuitie auri ⁊ argenti virtutum inopiam afferre ſoleant:idqꝫ ſit omnibus propriuz:tum precipue repentinis:q̄ alie ſi ſenſim nocent:dum ⁊ vo aliquid detrahunt indies: ⁊ opinionibus falſis robur adijciunt:he ſubitum pariunt ſtuporem: improuiſoqꝫ impetu mentem turbant. ¶ Gau. Theſaurum inuentum domi abdidi. ¶ Ratio. Quod in hac tua letitia ſummum eſt: inueniſti grauem ⁊ inutilem terre fecem:pudeat celeſtis nature animuz his attolli. ¶ Gau. Theſaurus inſperatus obtigit repēte. ¶ Ratio. Hunc mā ſurum credis ⁊ repente deſinet:Quecunqꝫ fere cito creſcunt cito occidunt. Subite opes quaſi felicitas ſomniantis. B

¶ De fenore. Dia.LVI. ¶ Gau.

P Ecuniam in tuto fenore poſui. ¶ Ratio. Eſt ⁊ qui bene inuentis male utitur: ⁊ qui male inuentis peius ⁊ peſſime. Tu pecuniam inueniſti non ut diues fieres ſed ut malus: non tam malus ut auguror: futurus ni pecuniam inueniſſes. Sunt enim qui ſucceſſibus nequiores fiunt:non dei munus agnoſcentes:neqꝫ illi ſaltem ſimiles:de quo ſcriptum eſt:Confitebitur tibi cuz benefeceris ei:ſed apertam ſibi celitus nequitie ſemitam extimantes. Inueniſti ergo pecuniam qua dedecus mercareris: ⁊ examine metallum anime tue ſarcinam faceres infelix. ¶ Gau. Fenus bene poſui. ¶ Ratio. Malū non bene poni dixeris ſed deponi. Siquidem malum pondus excuſeris bene erit:alioquin ubicunqꝫ poſueris:duz ad te pertineat:malum eſſe non deſinet. ¶ Gau. Fenus optimū bene collocaui. ¶ Rō. Quomō bn̄ collocet malū videris. Sane quāto opimius maluz tāto ⁊ pei⁹. Notū illud Dauidicū:Prodijt q̄ſi ex adipe iniq̄tas eoꝝ. Quāto ergo ditior fenerator:tāto ⁊ neq̄tior:tāto maior auaritia:maior ipietaſ. ¶ Ga. Fenori ſtudeo. ¶ Ratio. An nulla artiuz erat cui A
B

melius ſtuderes? An erant multe: ſed huic aptius
erat ingenium? An quid rei eſt ut huic vni ſtudio
animum applicares: quo neſcio an aliud uſqꝫ ſedi
us iuenire potueris aut vilius: aut tā miſeri pꝛoꝛ
ſus ⁊ deiecti animi tamqꝫ inertis indicium? Tot
vndiqꝫ patent artes: tot viuendi vie: peſſimaꝫ om
nium elegiſti: ꝙ quietioꝛ viſa eſt: ſedere ſcilicet ⁊
numerare dies ac uelociſſimi finem menſis expe-
ctare: non intelligēs tibi quoqꝫ horas dieſqꝫ ⁊ mē
ſes ⁊ annos currere: ⁊ ut nexis tuis: ſic ⁊ tibi ter
minum inſtare: ſicut inqꝫ illis ut tibi: ſic tibi ut na-
ture debitum ſoluas: turpiter parta deſtituens ⁊
incertus. Extoꝛques ergo a pauperibus quo igno
tos dites: ⁊ futuri ſemper metuens iudicij: ⁊ ob-
ſcene interim non dominuſ ſed cuſtos pauidus ra
pine: fame pꝛeſſus ⁊ infamia. Mirarer in urbib⁹
politicis huic flagitio locum eſſe: niſi eſſet ⁊ reliqs
Itaqꝫ cum pauloante hoc tempus feneratores ut
lepꝛoſi a conſoꝛtio hominum ſegregati agerent:
nec tm̄ ad eos nullus accederet niſi egenus: ſed ēt
ut male olentes atqꝫ contagioſi ab obuijs vitarē-
tur: nunc iam non modo cum populo: ſed cuꝫ pꝛin
cipibus conuerſantur ⁊ matrimonia contrahunt
⁊ dignitates adipiſcuntur. Tanta eſt vis auri: im
mo quidem quod pꝛo monſtro audias: ipſi: quos
deus omnipotens male perdat: pꝛincipeſ feneran
tur: tam leuis anime fameqꝫ iactura: tā ſuauis vn
C decunqꝫ queſite pecunie odoꝛ eſt. ❡ Gau. Fenera
ri iuuat. ❡ Ratio. Turpis delectatio ⁊ miſera.
❡ Gau. Fenerari ſolitus ſum. ❡ Ratio. Si cato-
ni credimus: hominem occidiſti. ❡ Gau. Fenera
toꝛ ſum: artificium aliud non didici. ❡ Ratio. Hic
auaritie clipeus: hec cauſa pꝛetenditur: ꝙ ſi diſce-
re uolenti quoqꝫ difficile eſt: quid diſcat inuitus.
❡ Gau. Semper feneraboꝛ. ❡ Ratio. Semꝑ igi
tur miſer eris: ſemper cupidus: ſemper inops.

A ❡ De agro fertili ⁊ exculto. Dia. LVII. ❡ Gau.
Ertilis ager eſt mihi. ❡ Ratio. Uim fecū
f datoris intellige: doniſqꝫ celeſtib⁹ ſic ute
re ne diſpliceas largienti: quod ita demuꝫ
rite facies: ſi ⁊ ſobꝛietatem ⁊ modeſtiam fertilitaſ
non excludet: ⁊ ubertas in partem egeni ueniet at
qꝫ amici: Nil ſoli dulce: nil ſapiduꝫ. ❡ Gau. Agrū
fertilem exquiſitiſſime colo. ❡ Ratio. Nō homo
terre: ſed terre homini ſeruire debuerat: hominuꝫ
culpis effectuꝫ eſt: ne terra poſſeſſori ſuo ſine labo
re reſpondeat. Inculta meſſem hoꝛridam: lappas
⁊ tribulos paritura. Hanc ferro ſollicitare miriſ-
qꝫ blanditijs mollire: moꝛtalis coegit indigentia.
Hinc agriculture fluxit initium ſanctiſſime ⁊ inno
centiſſime quondam vite: nunc vni ex multis ⁊ pꝛi
ſco labori ⁊ nouis vitijs obnoxie: poſtqꝫ nihil in-
uidie atqꝫ auaritie: inacceſſum ruſticas etiā caſas
urbana piacula peruaſere. Certe ultimos hominū
ruſticos malos fuiſſe conuenit: Unde illud poeti-
cum: Extrema per illos iuſtitia excedens terriſ ue
ſtigia fecit. Sed uerendum ne qui mali fuerāt no
uiſſimi: pꝛimi ſint: ut ſi vnqꝫ foꝛte eſſet ad virtuteꝫ
reditus ⁊ ad pꝛiſcos mores: in hoc quoqꝫ ſint ul-
timi. Nunc ad ipſam agriculture arteꝫ redeo: que
magnis olim tractata viris atqꝫ ingenijſ in pꝛecio
fuit: In qua ut multis in rebus altum locum Ca-
to cenſorius tenet: de quo cum ueriſſime ſcriptum
ſit: Optimus ſenatoꝛ: optimus oratoꝛ: optim⁹ im-
peratoꝛ: tandem laudis ad cumulum illud eſt ad-
ditum: ſine emulo: ſiue ſine exemplo ſui temporis
agricola. Quem puderet igitur cum Catone ter-
ram colere. Quis omnino ſibi turpe aliquid du-
ceret: quod pulchꝛum ille ſibi duxiſſet: qui pꝛeter
coꝛporis atqꝫ animi virtutes rerūqꝫ geſtaruꝫ glo
riam etiam de hiſpania triumphaſſet? Quis ſolli-
citare atqꝫ hoꝛtari boues erubeſceret: quos in ſul
cum urgeret illa uox: que tot magnoſ exercitus in
pꝛelium accendiſſet: tot ancipites cauſas diſertiſ-
ſime peroraſſet? Quis raſtrum atqꝫ aratrum faſti
diret: quod illa triūphalis ac philoſophica manuſ
attingeret: que inſignes de tot hoſtibus victorias
peperiſſet: tot de rebus optimis pꝛeclaros libꝛos
ſcripſiſſet: ſiue ad philoſophiam: ſiue ad hiſtoriā:
ſiue ad uſum vite ſpectantibus: quales ſunt quos
de hoc ipſo quod nunc loquimur ſcripſit. Pꝛim⁹
equidem apud nos colendi arui pꝛecepta collegit
in foꝛmam artis ac redegit in litteras. Secutiqꝫ il
lum multi alij: quoruꝫ quidam humile illud ac de
pꝛeſſum artificiuꝫ nobiliſſimis atqꝫ altiſſimis uer
ſibus extulerunt: quos nūc memorans nec huma
ne immemoꝛ neceſſitatis agriculturam certe non
impꝛobo. Nunqꝫ tamen aut ſcriptorum claritas
aut inopie metus coget: ut liberalibus ⁊ honeſtis
artibus pꝛeferendam cenſeam nec equandam qui
dem: qꝫuis enim eoſdem duces ſimul illuſtres ⁊
agricolas pꝛimum illud imperij tempus habuerit
mutata iam ſpatio res eſt. Neqꝫ ut fragilioꝛ nunc
natura eſt: ad res tam uarias ingenia ueſtra ſuffi-
ciunt: Hac etate igiť excellētib⁹ viris agriculture
opaꝫ dare: nō pꝛo arte uel negocio: ſed pꝛo ocio ⁊
curaꝝ alternatiōe ꝑmiſerim: utqꝫ interdū teneroſ
ramos pubeſcentib⁹ gēmis inſerē: luxuriātia folia
curua falce cōpeſcere: laſciuos palmites ꝑlis in
ſpem ſcrobibus cauis infodere: ſitientibus pꝛatis
querulos riuos pꝛono calle diuertere: Illos ſi nā
ſic fodere pertinaciter atqꝫ arare: totoqꝫ animo in
cumbere terris niſi neceſſitas cogat: indecoruꝫ at
qꝫ indecens docto foꝛtiqꝫ viro arbitroꝛ: cui nobi-
lioris exercitij deeſſe materia vix poſſit. Natura
parens optima: duꝫ multas moꝛtalibus artes da
ret: ipſa etiam diſtinxit ingenia: ut cui quiſqꝫ erit
aptiſſimus: illi inſiſtat. Uidebis aliquem qui me-
diocri ingenio taꝫ ſolerter aut arua ſulcet aut ma
ria: ut hac in re cuiuſuis acumen philoſophi nulla
ſibi conferri poſſit induſtria: ſtultum ⁊ inglorium
fuerit cum alio: non in tua ſed illius arte contende
re: ubi toto maioꝛ vᷓtice minoꝛ appareas: ⁊ victoꝛ
in maximis multis ac paruis in rebus facile vinci
queas. ❡ Gau. Ager hac mihi eſtate pꝛefertilis B
fuit. ❡ Ratio. Pꝛoximam operire: pꝛeſens ſepe
fertilitas uenture ſterilitatis arra eſt. Rara quidē
ſine intermiſſione pꝛoſperitas. ❡ Gau. Diligēter
agrū colui. ❡ Rō. Bene: ſi nil melius qꝺ faceres
fuit. ❡ Gau. Colui vineā exqſite. ❡ Rō. Letā cū
illa foꝛte vindemiā pact⁹: an ⁊ cū pꝛuina aut etiā
cū grādine pepigiſti. ❡ Gau. Solito largius ar-
uum ſeui. ❡ Rō. Plures paſces grues rure: plu-
res domi mures: uolucrū hoſpes ac uermiū: lolij
excuſſoꝛ: aree cōpactoꝛ: hoꝛrei architectus: meten
tiū ſeruus ac Terētiū. ❡ Gau. Seui agrum largi
ter. ❡ Ratio. Eſto in ſpe bona: metes quod ſerui-
ſti triticum atqꝫ ſollicitudinem: niſi illud eſt ueri⁹
ꝙ triticum plurimorum: ſed anxietas tua eſt: ⁊ ut
pꝛopꝛie dixerim: ager ipſe eſt animus: cultus intē-

tio:ſemen cura:meſſis laboꝛ: hanc uberrimaʒ ꝑci
pies. ¶ Gau. Rus. optime colui. ¶ Ratio. Dicaʒ
quod mireris. Jlli ipſi antiqui agricole: viri foꝛ-
tes quibus glorie fuit agricultura: colenduʒ bene
cenſuerunt: ſed nō optime: Jncredibile pꝛimo foꝛ-
ſan auditu: at experientie cōpꝛobatiōe ueriſſimū:
vix enim fertilitas ſumptū equat: eſtqꝫ apō ipſos
ueteres: hominiſ atqꝫ agri comparatio nō inepta:
ut uterqꝫ ſi ſumptuoſus fuerit: q̄ꝫuiſ ⁊ queſtuoſuſ:
reliqui nihil aut modicum ſit: neutrum magni igi
tur exiſtimandum. ¶ Gau. Summo ſtudio terrā
colo. ¶ Ratio. Cete mallem coleres: ſed terreſtre
animal terram amas: nec multum cum tu illā quā
nunc percolis impinguabis. Cole agroꝝ atqꝫ ar
borum q̄ꝫtum vis: neqꝫ multos terre pedes ad ul
timum occupabis: neqꝫ ut ait Flaccus: haꝝ quas
colis arboruʒ te pꝛeter inuiſas cupꝛeſſos ulla bꝛe
uem dominum ſequetur.

A ¶ De viridarijs. Dialogus. LVIII. ¶ Gau.
Mena mihi ſunt viridaria. ¶ Ratio. Ha
a bent hec interdum fateoꝛ honeſte aliquid
uoluptatis: nōnunq̄ꝫ etiā inhoneſte. Eque
igitur ſtudioſos ac uoluptuoſos videas vmbꝛoſiſ
ſeceſſibus delectari: Nam ⁊ ingenium locus exci
tat ⁊ ad penitentiam quoſdā: alios ad incōtinēti-
am ⁊ laſciuiam exhoꝛtatur. Nec de nihilo eſt ꝙ ſū
mus oratoꝛ dum infeſto reo adulteriū obijceret:
amena in quibus id commiſſum eſſet loca deſcri-
pſit quaſi ad flagitium ſtimulos: Non locis ergo
ſed animo gaudendum eſt: ſi talis obtigit qui be-
ne locis omnibus uti norit. ¶ Gau. Secretis vi-
retis affluo. ¶ Ratio. Secretum Tiberij viretuʒ
⁊ ſeceſſum capꝛee quis ignorat? Pudet pigetqꝫ
exeq que itidē oibꝰ nota ſūt. Jlle ſenex hircinꝰ lo
ca ipſa ſepoſita: qbꝰ ꝓbꝛis īfecerit. Quāto autem
glorioſius arido in rure exul Scipio africanus vi
xerat: q̄ꝫ ſuis in uoluptatibus pꝛinceps ille roma-
nus? Repeto igitur: non in locis: neqꝫ ullis pꝛeter
animum in rebus habitat omnis ueſtra felicitas.
Unde ⁊ qui ſolitariam vitam receſſuſqꝫ abditos
laudauerunt: ſic intelligi uoluerunt: ſi his animuſ
uti ſciret ⁊ nō aliter. Pꝛoinde quem tu de viretis
tuis fructum colliges expectandum erit: at tū de-
mum quid pꝛonunciē videto: Nam ſi locis tm̄ glo
riaris: que tua nudius tertius non erant ⁊ tua foꝛ
ſitan cras non erunt: ac ſi rite conſideres: tua etiaʒ
nunc nō ſunt: alieno pꝛoculdubio gloriaris. Quiſ
hic glorie tue locus? Quid ad te ſi gelide per eſta
tem alpes: ſi olympus nubibus altioꝛ: ſi ramoſus
ac frondifer apennius? Quid ſi lucidus Ticinuſ:
ſi amenus Atheſis: ſi ſonorus ſoꝛga? Ne ſi laudeſ
ſunt: certe non ſunt hominum ſed locorum: tuum
ſit: expedit quo lauderis. ¶ Gau. Decoris ſpatioꝛ
B viretis. ¶ Ratio. Refert que nam cure interiʒ tuo
in pectore ſpatientur. Nam quid iuuat arcula in
eburnea vnguenta olida condidiſſe? Quid pul-
chꝛis in locis turpem animum? Quot in rupibus
hoꝛridis ſanctiſſimi floruerunt viri? Quot in pꝛa-
tis virentibus turpeſ adulteri marcuerunt? Adde
ꝙ non animis ſolum: ſed coꝛpoꝛibus viteqꝫ homi
num interdum loca huiuſmodi nocuiſſe compꝛuʒ
eſt: non tm̄ hauſtu aeris immodico: ſed ferro etiaʒ
occultoqꝫ impetu. Quis non legit apud Curtiuʒ:
ameniſſimos nemorum receſſus ⁊ vireta illa Me
dorum manu conſita: regum ac ſatraparum curaʒ

⁊ pꝛecipuam: ut perhibent: uoluptatem. Atqui in
illis iuſſu ebꝛij ac ueſani regis adoleſcentis: inter-
fectus eſt Parmenio claruſ ſenex: ⁊ ni falloꝛ: Ma
cedonum pꝛimus ducum. Quis non nouit Caie-
tam littoris flexum illum quo nullus ſub celo pul
chꝛioꝛ: nullus amenioꝛ: illic iuſſu temulenti ⁊ cru-
delis Antonij occiſus eſt Cicero. Et poterat utcū-
qꝫ tanto viro locus conuenire: ut poſtq̄ꝫ ſcilicet ro
me mori fato uetitum erat: florido in rure morere
tur florentiſſimus oratorum virqꝫ optimus: ſed ⁊
modus ⁊ auctoꝛ moꝛtis pꝛoꝛſus indignꝰ fuit. Spa
tiabatur illis foꝛte tūc in locis Cicero urbanas fu
giens pꝛocellas: ⁊ uel ad philoſophiaʒ viteqꝫ cul
tum ſuo more noui aliquid cogitabat: uel rempu-
blicam miſeratus de ſtatu patrie conceptum dolo
rem animi: oculoruʒ oblectatione leniebat: quādo
ab illo omnis hoſte virtutis immiſſi carnifices ta
lem virum abſtulerunt mundo: qualem: ut augu-
roꝛ: ſecula nulla reſtituent. Sic eſt igitur: loca de-
lectabilia ſepe inſidijs oppoꝛtuna ſunt: duʒ licenti
us ibi laxiuſqꝫ degitur: auerſiſqꝫ magis ſenſibꝰ a
circumſpectione periculi: Naʒ ⁊ laqueo denſis in
ſiluis fere: ⁊ viſco uolucres facilius in ramis viri
dibus capiunt. ¶ Gau. Letus in viridarijs ⁊ cu C
raruʒ uacuus dego. ¶ Ratio. Letitia curarumqꝫ
uacuitas cautioni ſemper aduerſa eſt. Dū ſua nē-
pe quiſqꝫ ꝑicula: duʒ cōem humani generis ſtatū
omnes acriter cogitant: vix aut letus ualde aut cu
rarum uacuus quiſq̄ꝫ viuet: neqꝫ locorum ſpecieſ:
neqꝫ opum ſpes obliuionem attulerit impendenti
um malorum. ¶ Gau. Libenter in viridarijs me
is uerſoꝛ. ¶ Rō. Non hercle libentius q̄ꝫ apꝛi ⁊
urſi. Non refert autem ubi ſis: ſed quid ibi agas.
Nunq̄ꝫ te locus nobilitauerit ſed tu locuʒ: neqꝫ id
aliter q̄ꝫ pꝛeclarum ibi ⁊ inſigne aliqd moliendo.

¶ De gregibus ⁊ armentis. Dia. LIX. ¶ Gau.
Audeo gregibꝰ ⁊ armētis. ¶ Ratio. Bꝛu A
g tinum gaudium. ¶ Gaudium. Armentis
ac gregibꝰ abundo. ¶ Ratio. Beluina pꝛo
ſperitas quam belue peperere. ¶ Gaudiuʒ. Amo
greges ⁊ armenta. ¶ Ratio. Jn omni amore amā
tis ⁊ amati ſimilitudo ſuſpecta eſt. ¶ Gaudium.
Armēta gregeſqꝫ amo. ¶ Ratio. Amatis omnia:
niſi uos inuicem ac virtutem: que in pꝛimis erant
amanda negligitis: ⁊ que negligenda diligitis.
¶ Gaudium. Amo armenta gregeſqꝫ. ¶ Ratio.
O miſeri rerum vilium amatores oſoreſqꝫ nobili
um: amatis que nec ſe amari ſentiunt: nec amanti-
bus inuicem reddunt. Cum interea nec uos viceʒ
reddatis amantibus: totumqꝫ hoc malū facit aua
ritia: ut non modo ſeruum ingenuo ſed pecus ho-
mini pꝛeferendum exiſtimetis. ¶ Gau. Armento B
rum gregumqꝫ ingens copia eſt. ¶ Ratio. Si per
teipſum illos paueris: quid niſi occupatiſſimuſ pa
ſtoꝛ eris. Officium vile: laudatum licet a multis:
ante alios a Catullo ueronenſi. Sin per alios: nō
tu paſtoꝛ ſed paſtorum ſeruus paſtorumqꝫ dolis
expoſitus. Nunc vicinus obfuerit: nunc pꝛecipiti
um nūc moꝛbus: nunc abactoꝛ: quotidie demū ali
quid fingendum: vnde dānū tibi doloꝛqꝫ ⁊ illuſio:
Magna vō parſ mali fuerit illuſoꝛ rudiſ. ¶ Gau.
Armentis ac gregibꝰ diues ſum. ¶ Rō. Laudate
diuitie ſed incerte ⁊ caſibus multis obnoxie: frau
dibus: rapinis: peſtibus: que tam crebꝛe tamqꝫ
ualide ſunt ut ſepe totos greges totaqꝫ lacerent

armenta. Nota peſtis: quam Lucretius: q̃ꝫ illum ſequens Maro deſcripſit. Et q̃ multas putas famoſas minus ſcriptorum penuria ſed dãnoſas

C eque? ℭ Gau. Diues ſum gregibus ⁊ armentis. ℭ Ratio. Uage patenteſqꝫ diuitie: que non dicã: arcula: ut aurum: ut gemme: ſed ne domo licet amplifſima claudi poſſint: iam nec a ſeruis: nec a furibus: nec a feris atrocioribus tutus es: omnibus in tuas diuitias datuꝫ ius. ℭ Gau. Gregib⁹ ⁊ armentis gaudeo. ℭ Rõ. Gaudes ſemel: doliturus millies: Nullus dies ſine rumorib⁹ meſtus ibit: nũc irruerint Sabei tulerintqꝫ omnia: necnõ pueros gladio percuſſerint: ut pecuoſo illi quõdã nunciatum ſeni eſt: Nunc bos cornu fregerit: nũc crus equus: nunc uagantem lupus agnum: nũc infectum gregem mors inuaſerit. Non ſat miſeri ueſtris malis ⁊ mortalitate ꝓpria viſi eſtis: niſi mortes quoqꝫ brutorum animalium lugeretis.

ℭ De elephantibus ⁊ camelis. Dia.LX. ℭ Gau.

A ſ Unt mihi elephantes. ℭ Ratio. Cui queſo uſui: pacis ne an belli? His duo illi notiſſimi hoſtes italie Pyrrhus ⁊ Hannibal quibus romanas dum turbare acies ſperãt: ſuas turbauere: Animal graue prorſus ⁊ enorme: quodqꝫ: ut ex hiſtorijs noſti: ſepe ſuis exitio fuit: Aſpectu mirum ⁊ mole ⁊ ſpecie ⁊ odore ⁊ ſtridore terribile: effectu autem inutile: procuratione difficile. ℭ Gau. Eſt mihi ingens elephas. ℭ Ratio. Fuerunt olim in italia elephantes: non uenatu queſiti illi quidem: ſed ab hoſtib⁹ capti ⁊ in triumpho ducti: quiqꝫ prima fronte terruerant equos italos victores in capitoliuꝫ ſecuti: erepti autem Pyrrho: Carthaginenſib⁹ v̓o non erepti tm̃ ſed ẽt interdicti. Sic enim in conditionibus pacis: quam victi petierant nominatim cautum: ut ⁊ quos haberent domitos traderent ⁊ alios non domarent: ita ſenſim obſoleuit uſus elephantium: non ſolum in italia ubi longe aduene viqꝫ aduecti erant: ſed in Africa etiam ⁊ egypto: que illoruꝫ ſunt viciniores origini. Itaqꝫ ⁊ in italia auorum memoria vnicũ Frederico romanorum principi fuiſſe: ⁊ nunc egyptio tyranno non niſi vnicum eſſe fama eſt. Utrũqꝫ v̓o ad ſpectaculum potius q̃ ad uſum: Sic in india atqꝫ ethiopia exterarum tedio gentiuꝫ liberati: ſiluas patrias incolunt elephantes. Tu quis es: qui elephante gloriari videris? Alter ne Hannibal: qui vno uectus elephãte: vnoqꝫ fret⁹ oculõ italiam fatigauit? Ego hanc beluam ⁊ ſi humani emulam intellectus ab auctorib⁹ proditam: ⁊ moribus miris inſignem habendo tamen inutilem ⁊ ineptaꝫ: ⁊ regie potius luxurie q̃ priuate fortune habilem dico: que domum impleat: horreum exhauriat. ℭ Gau. At Camelos habeo. ℭ Rõ. Una

B eſt pene ratio utrorumqꝫ: niſi ꝙ elephas turrib⁹: camelus ſarcinis ferendis idone⁹: eoqꝫ utilior aptiorqꝫ ſi conſiliuꝫ petis utere beluis: quas his ubi vitam agis mundi partibus genuit natura parens prudentiſſima: que ⁊ beluas ⁊ alia ſuis queqꝫ climatib⁹ aptiora diſtribuit. ℭ Gau. Camelũ habeo. ℭ Ratio. Tria milia habuit ⁊ amiſit Job: ⁊ morbi ⁊ raptores ⁊ infecta paſcua ⁊ ruine ⁊ mille caſus ueſtra vndiqꝫ armenta circumſident: Campi ⁊ colles ⁊ menia perduntur aſſidue: quid his facias que nõ ſtant? Bona ueſtra fere omnia in perpetuo motu ſunt: ⁊ quã inſita virtute animi debe-

retis famam querere: peregrinorum animantium nouitate ſectamini.

ℭ De ſimijs ⁊ ludicribus animalibus. Dia.LXI.
ℭ Gau.

A ſ Imia delectabilis eſt mihi. ℭ Ratio. Fedum animal aſpectu: triſte animal effectu: de quo quid aliud q̃ tediuꝫ ſperes? Quicquid domi reperit aut corrumpet aut ſparget. Si his atqꝫ huiuſmodi delectaris: utiqꝫ delectabilis ſimia tua eſt. Monſtroſam beluam uocat Cicero: nec minus aliquid mirum dicit q̃ urnam ſortiuꝫ euertiſſe: idqꝫ pro oſtento grecorũ in hiſtorijs ſcriptum eſſe iure optimo doctiſſimus vir irridet: cuꝫ uere mirũ potius videri debeat: ſi non omnia uer-

B tat ac diſſipet. ℭ Gau. Ludricis animantib⁹ abundo. ℭ Ratio. Turpe ſimul ⁊ ludicrum eſſe aliquid non poteſt. Quis enim in turpitudine ludus eſt? Quinimo ab omni quod oculos aureſqꝫ ⁊ nares ⁊ animum afficiat fugiendum eſt: corrupti guſtus eſt amara diligere. Sed hic ueſter eſt mos turpibus delectari: neqꝫ v̓o turpia ⁊ inepta tm̃ animalia: ſed quo nihil eſt fedius: obſcenos etiam homines linguaqꝫ ⁊ moribus odioſos in delitijs habetis: Et ad ſummam: quanto quicqꝫ deformius: tãto uobis acceptius chariuſqꝫ: hec in reb⁹ oib⁹ vniformis eſt regula: hic amor: hec indoles: hoc ſtudium: hec ueſtri iudicij laus eſt.

ℭ De pauonib⁹: pullis: gallinis: apibus ⁊ colũbis. Dialogus.LXII. ℭ Gau.

A p Auonibus affluo. ℭ Ratio. Ex illorũ caudis argi oculos reperiſſe conſilium fuerit: ne pedibus noceat notiſſima tegularuꝫ peſtis. ℭ Gau. Pauones multos habeo. ℭ Ratio. Auem viſu pulchram non inficior atqꝫ amenam: ſed hec uoluptas oculorũ multo auriũ tedio penſanda eſt: quibus contra illum tartaree uocis horrorem uel fuge uel Ulyxee picis auxilio opus ſit: ut ſileam omni peius tedio vicinorum odiũ ac lamenta: uos v̓o dum imperioſe: ⁊ nihil intemptatum relinquenti gule parcatis: nec aliena nec ueſtra incommoda cogitatis: obliti hanc viris olim fortiſſimis ſollicitudinem non fuiſſe: quando intacti piſces ⁊ fere ⁊ uolucres tute erãt: ⁊ preter pẽnas nil in pauone placeat: ut Naſo ait. Neqꝫ nũc ſane quid in hac aue tantopere placeat iuenio preter nobilitatem carnium: que non putreſcere dicũtur longum etiam in tempus ſi ſeruentur: quod ⁊ tibi licitum experiri ⁊ expertum ſe aſſerit Auguſtinus: Ita ueſtram famem niſi adſit ambitio nec cibus ſatiat nec uoluptas. Pauonem certe cibi gratia rome primus occidiſſe fertur Hortenſius orator: vir eloquio clarus: moribus delicat⁹ ⁊ mollis

B ut femina: Sed qui morum plurimos: eloquij autem raros habet imitatores. ℭ Gaudiuꝫ. Pullos nutrio. ℭ Ratio. Impedimentum domui: eſcam vulpibus: aree ſuffoſſores: quoꝝ vngulis ⁊ puluereũ ſolũ ſemꝑ ⁊ nunq̃ ſuꝑficies equa ſit. ℭ Gau. Gallinarũ magnus eſt numerus. ℭ Ratio Ut ceſſent tedia pene par fructus ⁊ impenſa erit: magno precio longiſqꝫ clangoribus exiguum ouum conſtat. ℭ Gaudium. Sed abundo apibus. ℭ Ratio Non mortalis modo: ſed uolatilis ⁊ fugitiua felicitas tua eſt. ℭ Gaudiuꝫ. Aluearia multa ſunt mihi. ℭ Ratio. Non min⁹ in quolibet q̃ uel in magna urbe negocij uel in caſtris ſtrepitus eſt. Nũc

examina fugient: nunc pugnabunt reges: nunc
tinnitu eris: nunc iactu pulueris res egebit ut ſal-
ua ſit. Sepe omnia expertus nil pꝛofeceris: qui
cum ditioꝛ eſſe credideris: nudus ſis: pꝛoinde ſi
ſeruandi ſtudium cum melle contuleris: mel ama-
rum uoces. ¶ Hau. Sed columbiſ affluo. ¶ Rõ.
Atqui apum in thalamis ſiletur per noctem: ut
Uirgilius ait: in columbario autem nunq̃ꝫ: vix eſt
animal inquietius columbo. ¶ Hau. plena mihi
ſunt: columbaria. ¶ Rõ. Sunt qui litigent ⁊ qui
gemant: qui diebus domum fedent: noctibus ſom
num frangant: En magni gaudij materia.

¶ De Piſcinis. Dialogus.LXIII.

A Piſcinas mihi extruxiſſe gaudeo. ¶ Rõ.
Non puto felicius extruxeris q̃ꝫ Salo-
mon. Cum te ergo conuerteris ad vniuer
ſa opera que fecerint manus tue ⁊ ad labores in
quibus fruſtra ſudaueris: videbis in omnibuſ ua
nitatem ⁊ afflictionem animi: ut vnde gauiſus fue
ris foꝛtaſſe doleas: iacturam exiſtimans ⁊ tem-
poris ⁊ ipenſe. ¶ Hau. Feci mihi piſcinas. ¶ Rõ.
Non ſatis eſt gule omnes terras luſtrare: aque
etiam temptantur: ⁊ in regno ſuo piſcibus carcer
erigitur. ¶ Hau. Piſcinas impleui. ¶ Rõ. Liber
tatem piſcibus abſtuliſti ac nature domum quoſ
qꝫ illa ſanoſ fecerat egrotare docuiſti. ¶ Hau. Lo
egi aquas in piſcinam. ¶ Rõ. Uim aquis intuliſ-
ſe in Julio Ceſare tanto illo quidem viro notatuꝫ
⁊ ſuperbie datum vides: Quid te igitur ſperes.
B ¶ Hau. Piſces in viuario concluſi. ¶ Rõ. Pen-
natas uolucres vinculiſ ⁊ imperio coercetiſ: quid
mirum ſi pigris quoqꝫ piſcibus imperatis? Om-
nia pꝛoꝛſus in ueſtra poteſtate ⁊ ueſtris ſubiecta
ſunt pedibus: laborioſi ⁊ cupidi moꝛtales: pꝛeter
vnum animum quem regere ⁊ frenare uel non po
teſtis: uel quod eſt uerius: non curatis. Itaqꝫ ua-
gus ⁊ indomitus ille uos agitat: ⁊ in omne uani
tatum genus ac ſcelerum impellit: qui ſi uobis: im
mo ſi rationi ſubditus atqꝫ obediens eſſet: ad me
liorem finem rectioꝛi calle uos duceret: pꝛeſtaret
C ꝙ ut multa que cupitis ſperneretis. ¶ Hau. Pi-
ſces incluſos in piſcinis habeo. ¶ Rõ. Cum om-
nia ſubdita ſint uobis: vide q̃ꝫ decoruꝫ ſit eſſe uos
ſubditos uoluptati: rei omnium viliſſime: rerum
nobiliſſimos omnium: que ſub celo ſunt. Sed ſic
eſt: omnibꝰ imperare vultis: ut libidini ſeruiatis.
Neqꝫ uero nouus hic erroꝛ nec plebeius: ſed anti
quus ⁊ illuſtriũ: piſcinas ac viuaria oſtrearuꝫ pꝛi
mus inſtituit Sergius Orata baiano in littore:
Sub idem tempus reliquorum piſciuꝫ viuaria in
cepit Licinius Murena: uterqꝫ cognomen ſeu il-
lud agnomen a piſce ſoꝛtitus. En pꝛeclare agno-
minum cauſe: ꝙ ille ſcilicet oratam appetijt: hic
murenam. En qui Africani ⁊ Macedonici ti-
tulos mereantur: ⁊ forſitan non curarum minus
hi ſuis in piſcibus capiendis ⁊ condiendis inqꝫ
ſuis viuarijs extruendis ſuſceperant: q̃ꝫ Scipio
⁊ Paulus in liberanda atqꝫ oꝛnanda patria ſuiſ-
qꝫ victorijs ac triumphis. Ita penitus uerum ſit:
quod quidam dicunt: quantitate curas hominum
pene pares: qualitate vͦo longe impares. Atqꝫ
ut mala ſemper exempla imitatorum turbis afflu
unt: ſecuti ſunt Licinium hunc nobiles viri Phi
lippus: Hoꝛtẽſius: ac Lucullus vir alioquin me-
morabilis: qui viuario ſimplici non ꝯtentꝰ illic pꝛo

pe Neapolim monteꝫ ſcindi fecit: non minori ſum
ptu q̃ꝫ quo ſibi villam erexerat: requiem captis pi
ſcibus meditatus: fluctu equoreo ſciſſe rupis clau
ſtris: inſtar tranquilli poꝛtꝰ immiſſo. Quobrem ma
gnus Pompeius: ut qui non viuaria: ſed imperia
cogitaret: haud illepide hũc Lucullum Xerxen to
gatum: hoc eſt montium effoſſorem nuncupabat.
Quid de alijs? Murenaꝝ viuaria pꝛimꝰ fecit Cu
rus quidam: neſcio quis: Nã cũ oibꝰ murenis ſu
is adhuc male noſcitur: quaꝝ illa copia tanta fuit:
ut earum ſex millibꝰ triũphalem cenam Julij Ce-
ſariſ adoꝛnaret. Ut hic quoqꝫ ſuos imitatores ha
buit: nominatim Hoꝛtenſium oratorem: de quo
ſupꝛa diximꝰ: virum qui nunq̃ꝫ molli defuit exem
plo: Ita ueſtre littere ſepe nihil detrahunt inſa-
nie: Nonnunq̃ꝫ vͦo: quod mireris adijciunt: dũ li-
cere ſibi omnia exiſtimant qui litteras didicerũt:
⁊ multa ſibi arrogãt: que ſine litteris nõ auderẽt:
Et hic ergo viuariũ habuiſſe dicit̃ baiani tractꝰ in
littore: ibiqꝫ inter ceteros piſces ſic murenam vnã
dilexiſſe: ut extinctaꝫ luxerit. En amoꝛ egregiꝰ: en
docto grauiqꝫ viro dignus fletus: qui nec ſui tem
poris bella domeſtica: neqꝫ ꝓſcriptiones ac ciui-
um moꝛtes fleuiſſe legitur: nec Cannenſem: ſi ſu-
um in tempus incidiſſet fleturus fuerit ruinã: mu
rene obitũ fleuit? Tanta hec leuitas facit: ut iunio
ri uenia debeat̃. Antonie etas ac ſexus excuſabi-
liorem reddit ineptiam: que murenaꝫ ſuam: tamẽ
non defunctam gemuiſſe: ſed viuentem aureis in
auribꝰ coluiſſe traditur: Sic ut Bauloſ: id erat vil
le nomen: ipſis baianis in finibus multos ſpecta-
culi nouitate contraheret. Fuerunt ⁊ viuaria co-
chlearum ⁊ alie piſciũ uanitates: atqꝫ i pꝛimis lu-
pus tyberinus: inter duos p̃cipue pontes captus.
Sed ſatis multa de alienis errooribꝰ: Tu quo plu
res his implicitos vides: eo diligentiꝰ caue ne ſi-
milibꝰ ipliceris: neqꝫ tibi nũc uſum piſciũ: ſed ni-
mis magnã curã reꝝ ignobilium interdico.

¶ De auiarijs auibuſqꝫ loquacibꝰ ⁊ canoris. Dia
logus.LXIIII. ¶ Hau.

Aues uarias in auiario concluſi. ¶ Ratio. A
Jam piſcium minus mirer ergaſtula. Sũt
⁊ uolucrũ quibus latioꝛ ac ublerioꝛ patria
celum erat: inuenit gula uenationem: inuenit pi-
ſcationem: inuenit aucupium: nec cepiſſe ſatis eſt:
quas liberas natura creauerat: niſi etiam aſſeruen
tur. At quanto erat honeſtius gulam cogere para
bilibus atqꝫ facilibus contentari: ⁊ ſiluas feris:
maria piſcibus: aeremqꝫ uolucribus linquere: q̃ꝫ
in his tm̃ ſtudij ponere: q̃ꝫtum ſi captandis in vir-
tutibus poneretur: illas pꝛidem: nam minime ſunt
fugaces: optimo ſtudio queſitas: intra animi ha-
bituꝫ clauſiſſetis: vnde nec effugere poſſent nec au
ferri. ¶ Hau. Auibus auiarium impleui. ¶ Ra- B
tio. Rem nequaq̃ꝫ neceſſariam: ⁊ queſitu nec mi-
nus cuſtodia difficileꝫ peruetuſtam tamen: cuius
ante mille quadringentoſ annos Rome auctoꝛ fu
it Lelius quidem cognomento ſtrabo vir eque-
ſter: Non ille quidem Lelius ſapiens habitus:
qui ſi auiaria repperiſſet: nomen ſapientie perdi-
diſſet. Quedaꝫ ſunt inuentu: ut videntur utilia ac
iucunda: que tamen ingenia alta dedeceant. Qui
piſcinas: qui auiaria inuenerunt: quid aliud q̃ꝫ gu
le ſtudium habuerunt: quod virtutis cultoribus
alienũ eſt. ¶ Haudiũ. Incluſi pingues turdos ⁊ C

turtures.¶Rō.Sed non tardos toꝛtores: tot il
lecebꝛis irritata gula:ſupplicia exigit ſtomachi la
borātis.An nō Satyricū illud audiſti. Pena ta-
mē pꝛeſens cum tu deponis amictus. Turgidus
⁊ crudum pauonem in balnea poꝛtas. De Pauo
ne loquit̄:Foꝛmoſa etenim ⁊ famoſa eſt auis: ſed
non ſola que pꝛecipitem gulam plectat. Gule qui-
dem oblectatio:guſtus bꝛeuis:ipſe quoqꝫ mox in
nauſeam uerſurus:ni coherceas:Pena aūt lōga:
cruditas indigeſtibilis moꝛbi:ſepe etiam ⁊ moꝛs.
J nunc turdis pinguibus ac turturibus gloriare.
D ¶Gau.Habeo loq̄ces coꝛuos ac picas ⁊ pſitacos
¶Rō.Letatus is Auguſtus Ceſar eos magnis
emit pꝛecijs:qui victorē ac triūphatorē Ceſarē ſa
lutarēt.Cūqꝫ ſubinde alij atqꝫ alij igererent:ſatis
ſe ſalutatoꝝ talium domi habere reſpondit:ponēs
illi metham uanitati:niſi coꝛuus ipſe nouiſſim⁹ io-
co illo mirabili pluris ſe q̄ꝫ ceteros redimi coegiſ-
ſet.Et hec quidē in Saturnalibus legunt̄. Quid
in naturali vicini noſtri Ueronenſis hiſtoria: Coꝛ
uus ille tam docilis eſutrina ubi impenſe alebat̄:
in publicū euolare ſolitus: ⁊ Tiberium Ceſarem:
Dꝛuſumqꝫ ⁊ Germanicū nominatim:totū deniqꝫ
Romanuꝫ populuꝫ ſalutare:tanta plebis gratia:
tantoqꝫ omniū fauore:ut cū eum vicinus uel inui
dia uel ira percitus occidiſſet:ingenti omniuꝫ me
rore occiſoꝛ ipſe ex ea vicinia pulſus pꝛimum: de-
inde etiam a populo interfectus ſit.Coꝛuus auteꝫ
operoſis exequijs ⁊ ſolenni funere elatus ac tra-
ditus ſepulture.O ineffabilis populoruꝫ ſemper
inſania:in illa urbe fletum ⁊ ſepultum coꝛuum: ⁊
eius interfectorem romanum ciueꝫ moꝛte mulcta
tum:in qua nec Africanus maioꝛ ſepulchꝛum ha-
buit:nec minoꝛ ultorem:quia ſi dijs placet coꝛuus
hic populum ſalutabat ut diximus: Jlli aūt nō ſa
lutabant ſed saluteꝫ populo gloriamqꝫ cōtulerāt:
adeo gratioꝛ uox coꝛuoꝝ q̄ꝫ viroꝝ virtus illuſtri-
um.Neget nūc aliquis tutū ſeſe populi cōſenſiſſe
iudicio:q̄ꝫq̄ꝫ ueris eſtimatoribus nō ſit mirus pu
blicus hic virorum foꝛtiū contemptus:cuꝫ ab his
coꝛuorum uolucrūqꝫ loquaciū miratoribus ⁊ di-
uine voces ⁊ celeſtia ſpernātur oracula. ¶Gau.
E Foꝛmoſus eſt mihi pſitacus.¶Rō.Solus nēpe
omnium toꝛque aureo inſignis:niſi Phenix ⁊ ip-
ſe etiam auium toꝛquatus: ⁊ pꝛeterea ſue vnicus
ſpeciei.Uerum pſitacus ſalutatoꝛ magnus: ⁊ p̄ſer
tim pꝛincipū:plane quaſi adulatorē illū fecerit na
tura.Unde Diſtichon illud innotuit: Pſitacus a
uobis aliorum nomina diſcā: Hoc didici per me
dicere Ceſar aue.¶Gau.Eſt mihi pica diſertiſſi
ma.¶Rō.Cum perrari ſint hoies diſerti:tibi di-
ſertiſſima pica eſt? Loquax fateoꝛ ⁊ ſalutatrix eſt
ſedula.Uñ ⁊ illud: Pica loquax certa dominum
te uoce ſaluto:Si me nō videas eſſe negabis auē.
Certe de huius auis intentione diſcendiqꝫ ſtudio
mira neſcio an uera narrātur.Jllud in pꝛimis vix
credibile: pꝛopoſitum ei uerbum ſi oblita ſit:angi
illam grauiter ⁊ affigi: moleſtiamqꝫ animi tacita
meditatione teſtari:ſi ipſum ei uerbum ad memo-
riaꝫ reducatur:miris modis hilareſcere. At ſi pꝛoꝛ
ſus ſeu uerbi difficultate ſeu memorie imbecillita
te vincatur: pꝛe dolore etiam interdum mori: ut
iam minus mira Homeri moꝛs poete ſit haben-
da: ſi tamen illa etiam uera eſt. Neqꝫ uero picis
omnibus hec docilitas datur: ſed his tantum: ⁊
que glande cibum nomenqꝫ percipiunt: ⁊ apud
uos vulgo glandarie uocitantur. Picarum ſpeci
es ⁊ foꝛma inſignis ⁊ ingenio.¶Gaudiuꝫ.Dul- F
ciſonam canoramqꝫ luſciniam nactus ſum.¶Rō.
Et hanc quoqꝫ ⁊ ſturnum greci latiniqꝫ ſermonis
dociles inueniri: ⁊ turduꝫ inſuper ſua etate ſermo
nes humanos imitantem Rome fuiſſe auctoꝛ eſt
Plinius ſecundus:Quod de ſturno nuper publi
ce notum fuit:quem ſeriatim plurima uerba pꝛo-
ferentem humanis accentibus: ſepe in ipſius Pli
nij patria ⁊ audire tibi contigit ⁊ mirari. Nam de
pſitaco tam trita res eſt:ut mirabilis iam eſſe de-
ſierit.Quotiens hunc audiſti cibos vnum atqꝫ al
terum clara uoce poſcentem? Quotiens nutrito-
rem ſuum pꝛopꝛio nomine uocantem: atqꝫ ut per-
ſuaderet multa illi geſtuum ac uerborum dulcedi
ne blandientem.Quotiens ſic ridentem:ut aſtan
tes in riſum cogeret:nec omnino alitis ſed ueri ri-
ſus hominis crederetur.Que q̄ꝫuis ita ſint:tamē
hi omnes: luſcinie pꝛeſertim multo melius: mihi
credite:ſuis in ramis canerent:q̄ꝫ ueſtris in caue-
is:niſi quia ueſtra cupiditas nihil extimat:niſi qđ
ſibi pꝛopꝛium fecit.Cum natura fecerit cuncta cō
munia:ſic ultra ſuos fines atqꝫ ultra ſuum nomē
tendit auaritia.¶Gau.Aues innumeras congre G
gaui.¶Rō.Ut multas ſiue ut omnes habeas:
phenix puto deerit:ſiue vnus:ſiue eſt nullus:ſiue
illud in fidem recepimus quod quidam tradidere
anno urbis octingenteſimo auem hanc ex Arabia
in Egyptum euolaſſe: captamqꝫ ibi ⁊ Romam
delatam atqꝫ in Comitio ſpectaculo populi expo-
ſitam: ſupꝛemam tandem ut credibile eſt moꝛtem
obijſſe: quod ultimum falſum eſſe non dubitant:
qui de pꝛimis magni dubitant auctores.Jta cum
omnes aues habueris:mirabilē pulcherrimamqꝫ
omnium non habebis.Dolens ⁊ indignās iocoꝛ:
Ut quid enim ſemper pueri inanibus gaudijs ex-
ultatis. Utqꝫ ait Salomon:Uſqꝫ quo paruuli di
ligitis infantiam.Quin aliquando conuertimini
ad coꝛrectionem meam:ut idem ait.Siquidem ip
ſa eadem ſunt que loquoꝛ:Sinite o ceci aues in ſil
uis agere: nidificare ⁊ paſci ⁊ canere ⁊ errare:
Uos inertis plumas animi ad celum pandite: at-
qꝫ humo uos attollite:enitimini non uolucres ca
ptare ſed uolucres fieri. Tuqꝫ his omiſſis:de qui
bus loqui pudet: ſi quid habes quo letari virum
deceat pꝛofer.

¶De Coniugij claritate:Dialog⁹.LXV.

¶Gau.
Xorem duxi nobilem.¶Rō.Mallem ti- A
u bi non tantum picas ac pſitacos ſed bubo
nes ſtrigeſqꝫ domi eſſe.Jlli canerent: iſta
iurgabitur. Jlli aliquid nunciarent: hec peraget.
Jllos excludere liceret:hanc nō licet.¶Gau. Cla
ro coniugio ornatus ſum.¶Rō.Specioſa vinct⁹
es catena:vnde te ſola moꝛs liberet.¶Gau.Cla-
ro coniugio felix ſum.¶Rō.Caſto felicioꝛ:feliciſ
ſimus celibatu.¶Gau.Pulchꝛo cōiugio illuſtra
tus ſum.¶Rō.Anceps uxoris electio:defoꝛmis
facile faſtiditur:foꝛmoſa difficile cuſtoditur:ea le-
ge qua inter foꝛmam coꝛporis atqꝫ animi caſtita-
tem lis pꝛope perpetua eſt.Sed ut quod rariſſi-
mum eſt contingat ⁊ foꝛme pudicitia iūcta ſit ube
rius tecum agam.Accedant ⁊ feminee dotes alie:
nobilitas:ſenſus opulentia:fecunditas atqꝫ facun
dia:fame integritas:moꝝ candoꝛ:Scito tuum li-

B men his immixtaꝫ ſubintraſſe ſuperbiam: ut iure Satyricus videatur: malle Uenuſinam q̃ꝫ Corneliam Graccoꝝ matrē Africani filiā paterniſ triumphis ac gloria inſolētem. ¶ Gau. Nobile coniugium ⁊ honeſtū obtigit. ¶ Ratio. Quid de faſtu faſtidioq́ꝫ ais? Parum ne feminei mores noti? Diſce ſeruire: diſce pati: diſce charos perdere: vni cōiugio uacandum eſt: amicitiaꝝ ſcopulus uxor iperioſa ⁊ viri affectuum moderatrix. ¶ Gau. Generoſa mihi uxor obuenit. ¶ Rō. Grauis ſarcina: dure compedes: liberos humeros atqꝫ olim liberos pedes prement. Durum dictu: durius cogitatu: duriſſimumq́ꝫ perpeſſu: non vnius lucis: ſed totius vite hoſpes: forſitanq́ꝫ hoſtis uacuam preſidijs inuaſit domum. Unde illam: ut dixi: ueteris repudij ſpe ſublata: ſola ſcilicet mores excludat. ¶ Gau. Cōiugem gratam duxi. ¶ Ratio. Erraſ: Jlla te duxit: diu nimium fueras tuus: acceſſit ſpōſa domina: carnifex preuignis: emula ſocrui: familie iugum: coquine labor: onus penui: ſumptus arcule: ornamentum aule: diurnum ſpectaculum feneſtre: lux nocturna cubiculo.

C ¶ Gau. Uxor mihi uenit amantiſſima. ¶ Ratio. Cuꝫ amore ſi neſcis zelus ⁊ ſuſpitiones ⁊ querele ſubeūt: imortale duellum domi habes: ipſis ex uoluptatibꝰ ⁊ iociſ inimicitie erumpent: nec ad menſam: nec in thalamo tutus eris: nullum tempus litigio uacabit: media nocte pugnabitur. ¶ Gau. Exoptatas nuptias cōtraxi. ¶ Ratio. Cum coniuge nuptias: cum pace diuortium. ¶ Gau. Uxor contigit cui vnice placeo. ¶ Ratio. Melius forſitan diſpliceres: non te amando premeret atqꝫ attereret: ⁊ cogitare ⁊ res tuas agere ⁊ ſomnum carpere ſineret: nunc uxori placens: nil quod tibi placeat preter illam ſperes: totuꝫ ſibi te uendicat: nec ſufficies totus. Si quo forte ire uelis: fugere te fugeq́ꝫ cauſaſ fingē: ſiqd agas oblitum ſui: ſi quid cogites iratum ſibi: ſi cibo abſtineas ſordere res ſuas tibi: ſi ſomno ceſſeris externa te uenere feſſum dicet. Deniq́ꝫ ut uxori placidus: tibi atqꝫ alijs inutilis ſis oportet.

D ¶ Gau. Uxorē hēo que me ardēter amat. ¶ Rō. ¶ Melius amaret caſte: pie ⁊ ſobrie ac uerecūde: Ardens enim amor quid niſi incendiuꝫ eſt anime: qua ardente quiſnam ibi modeſtie: qs reuerētie coniugali: quis tranquillitati locus aut quieti? Ardenter te amat uxor: niſi viciſſim ſe amari ſenſerit tepeſcet: amorēq́ꝫ odio mutabit: Sin equandus tibi eſt amor: ⁊ tu ardeas neceſſe eſt: vniq́ꝫ deditꝰ ſis amanti: zelotipe coniugis vir inſomnis: nunc blanditijs: nunc querelis fictiſq́ꝫ criminibꝰ excitandus exercenduſq́ꝫ per noctem: Seu licentius oculum deflexeris: ſeu ridenti lentius arriſeris: ſeu vicinam ſalutaueris: ſeu formam alterius laudaueris: ſeu domum ſeriuſ redieris: Poſtremo aliquid feceris aut dixeriſ quo ſuſpectꝰ leſiq́ꝫ reuſ ſis amoris: que ſi vita dici debet: que nam morſ dicēda ſit neſcio. Et hec quidē de ardēti tuo amore ſentētia noſtra eſt.

E ¶ Gau. Eſt mihi perpetua thori ꝯſors. ¶ Ratio. Et ſomni perpetuū exilium. Maritalis lecti rarus ac tenuis ſopor eſt: hinc uoluptas: hinc iurgia: quies nuſq̃ꝫ. ¶ Gau. Habeo uxorem fideliſſimaꝫ. ¶ Ratio. Fuiſſe fideles aliquas nō nego uſq́ꝫ etiā ad mortem. Et profecto homini qui hoc vite genus elegerit: magne diuitie cōiunx bona ⁊ fidelis: maior tamē eſt acies aduerſa: Nempe etiā illuſtrium multi dolo coniugū periere. Sileo Danai truces ⁊ cruentas nuptias ⁊ infamē noctem miſeramq́ꝫ tot ſimul iuuenum ſtragem. Non hoc illi quorum ſupra meminimus grauis Agamemnō: nō Phrix Deiphobꝰ neget: nō ex ueſtris Africanus minor: nō poſtremo recentior Alboinꝰ rex: cuiꝰ ab impudica ⁊ ſeua fuſus coniuge nitidi Atheſis rippam ſanguis infecit. ¶ Gau. Uxorem nobilem: caſtam: manſuetam: humilem ⁊ obſequioſaꝫ: piam fidaꝫ repperi. ¶ Ratio. Mirus auceps: cornicem candidaꝫ inueniſti. Uix eſt tamen qui inueniſſe ſe fuſcam putet.

¶ De uxore formoſa. Dia. LXVI.

A ¶ Gau. Formoſa mihi uxor obuenit. ¶ Ratio. difficilem prouinciam nactꝰ es: vigila: dixi iā durum cuſtodire quod a multis appetit. ¶ Gaudium. Forma eſt uxoris excellens. ¶ Ratio. Solet forma corporis ut multa alia paritate gaudere: imparitatem ac diſſimilitudinē aſpernari. Si par igitur tibi forma eſt exerceberis: alioqn contemneris: utrūq́ꝫ laborioſum. ¶ Gaudiū. Forma coniugis magna eſt. ¶ Ratio. Et magna ſupbia: Uix eſt aliquid quod eque animum tumefaciat ⁊ extollat. ¶ Gau. Forma uxoris eſt maxima. ¶ Rō. Uide ne caſtitas parua ſit. Scitū eſt illud Satyricum: Rara adeo eſt concordia forme atqꝫ pudicitie ut hec conſtet: morum inſolentiam quis ferat ⁊ quotidiana faſtidia? ¶ Gaudiuꝫ. Formoſiſſima eſt uxor. ¶ Ratio. ¶ Habes domi idoluꝫ ſumptuoſum: operoſum: videbis indies peregrinos nouoſq́ꝫ habitꝰ: lauda hinc corporis habitudinem quam oia deceāt: hinc ingenium inuentricis ad cuncta uerſatile: tum iacturam pⁱmonij lucrum uoca.

B ¶ Gau. Habeo uxorem formoſiſſimam. ¶ Ratio. Habes idolum litigioſuꝫ inſolēs: quod affuſus colas: qđ extra te raptꝰ ſtupeas: qđ adores: vnde totꝰ pendeas. Submitte collum iugo ⁊ contentꝰ forma coniugis: curaſq́ꝫ alias ⁊ propriam libertatem procul abijcere. Dicebaꝫ modo: caue nequando aliam preter illam laudes: ne quādo oculos ab illius fronte diuerteris: ne ſolito parcitus blādiaris: ſolito minꝰ inſanias quicquid reſpueris capitale erit: omniſ ſanitas defectio. Uiue deniq́ꝫ ad uxoris edictū: ⁊ nutū domine ſuſpēſus obſerua mancipium non maritꝰ: Hec facito: ſi tanti exiſtimas aliq̃ꝫ diu formoſam thori ſociā amplecti: leniq́ꝫ ad tempus cute gaudere: ⁊ candido natos ex utero tanq̃ꝫ poma nobiliora pulchro de uaſe ſuſcipere. ¶ Gau. Uxorem habeo formoſam. ¶ Rō. Uenenū dulce: compedes aureas: ſplendidam ſeruitutem. ¶ Gau. Forma delector uxoris. ¶ Ratio. Uana breuiſq́ꝫ delectatio. Nil forma fugacius ⁊ preſertim femina. Qui uxorem propter formam diligit: cito illam oderit.

¶ De uxore fecūda ⁊ facūda. Dia. LXVII.

A ¶ Gau. Fecunda mihi uxor eſt. ¶ Rō. Multas tibi curas: multos pariet labores uxor ſterilis vnica tm̄: at fecunda quidem ſarcina domꝰ eſt multiplex. Notum eſt illud Comicum: Uxorē duxi: quam non ibiꝰ miſeriā vidi: nati filij alia cura. ¶ Gau. Non fecunda tm̄ uxor ſed facūda eſt. ¶ Rō. Hinc filij ⁊ nutrices aderunt: hinc ſales ⁊ uerba non deerunt. Habes cum qua diſputes ac declames: ⁊ Satyricuꝫ non audiſti ubi ait: Nō habeat matrona tibi que iuncta recumbit: Di

cēdi genus:nec curtum ſmone rotato Torqueat
enthymema:nec hiſtorias ſciat omēs. Coniugem
querebas magiſtrā inueniſti:iamqꝫ aliqd impoli
tum cōe aliquid loqui:ſine ꝯiugis cēſura ⁊ irriſio
ne non poteris:fruſtraqꝫ eiuſdem Satyricū illud
optaueris:Solecismū liceat feciſſe marito. Inter
mundi tedia:nullum importunius procaci femina
⁊ tacere neſcia.

¶ De opima dote. Dia.LXVIII. ¶ Gau.

A Dote auct⁹ſum opima. ¶ Rō. Et opima ty
rannide:malū malo additū. Supbie cōiu
galis duo ſtimuli: dos ⁊ forma. ¶ Gau.
Multū dotata uxor eſt mihi. ¶ Ratio. Multum
dotata uxore nihil eſt iportuni⁹:nihil intractabili⁹
us:nil ſibi nō licitum arbitraṫ:que ſuas opes ma
riti cōparat egeſtati:que viꝝ paſcit: dñaꝫ ſe putat
eſſe nō ſociam. ¶ Gau. Magna dos meū ſubijt li
mē. ¶ Ratio. Unde dos ingreditur:īde libertas
egrediṫ:Qḋ bñ ꝓuiderat Lycurgus: cuius lege
cautum fuit:ut indotate nuberēt:Et adiecta ratio:
ut uxores eligerenṫ:nō pecunie:ſeueriuſqꝫ matri-
monia ſua viri cohercerēt:cum nullis frenis dotiꝫ
tenerenṫ. Utrūqꝫ ſapiēter: Nam ⁊ uere multis in
domib⁹non viro uxor ſed pecunia nubit auaritie:
⁊ eſt utiqꝫ magna dos licētia ꝯiugis frenum viri.
¶ Gau. Ingens cum uxore dos obuenit. ¶ Rō
Muta ordinē:imo enim cum ingenti dote uxor ſu
bijt:quā libētius excluſiſſes ſi ſola poſſet excludi.
Plane ꝯiugiuꝫ obſcenum:ubi nō ſpe prolis ad cu
biculum viri virgo:ſed ad arculam auaritie ipul-
ſu dos ꝯcupita deduciṫ ¶ Gau. Magnā mihi do
B tem uxor attulit. ¶ Ratio. Dic ueri⁹:magnū pre-
cium libertatis tue:que ſi tibi chara eſſet:ut decu-
it:nullo eam ꝓcio uendidiſſes. ¶ Gau. Ditiſſima
mihi uxor obtigit. ¶ Rō. De morib⁹nihil narras:
Nempe nihil ut reor de morib⁹ cogitaſti:deqꝫ op
timis femine dotib⁹fide:uerecūdia:caſtitate:mo-
deſtia. Sunt uobis iſta cōtemptui: ⁊ ſolum in nu
ptijs ueſtris attendiṫ dos ⁊ forma:hec eſt auari-
tia ⁊ libido:pronube matrimonijs his condigne.
¶ Gau. Pecunioſiſſima eſt cōiunx. ¶ Rō. Uide
an non Themiſtocleū illud conſiliuꝫ quo diffinit:
Malle ſe viruꝫ pecunia:q̄ꝫ pecuniam viro indigē
tem:recte etiam ad feminas trahi poſſit. ¶ Gau.
C Uxor mihi ꝓdiues eſt. ¶ Rō. Quanto meli⁹ erat
cum inopi requieſcere: q̄ꝫ laborare cum ſupba:
melius eſurire cum paupcula humili:q̄ꝫ cū inſolē
ti diuite litigare. ¶ Gau. Cōiugis dos imēſa eſt.
¶ Ratio. Cōſequēs eſt ut elatio animi ſit imenſa:
timor aūt viri nullus. Nō audebis vitia reprehen
dere dum reſpicies dotē:nō preſumes humiliare
illam per quam te memineris ſupbire:nec faſtidia
dūtaxat ac tedia:ſed ꝓbra etiam ⁊ iniurias tole-
rabis. An forte nō Aurelij Antonij principis me-
miniſti:illius qui philoſophi cognomē ob iperiuꝫ
nō omiſit:qui cū uxoris noſceret adulteria: ⁊ ami
ci ut eā uel occideret uel ſaltem dimitteret horta-
rentur:reſpōdebat:Si uxorē dimittim⁹reddam⁹
⁊ dotē:dos aūt erat iperiū. Uides ut ingētis viri
aium dos frenabat: tuum forſitan non frenabit?
D ¶ Gau. Dos ꝑmaxima infinita inextimabilis eſt.
¶ Ratio. Dos mr̄imonij onerib⁹ſupportādis:nō
auaritie eſtib⁹irritādis inuēta eſt. Itaqꝫ quo ma-
gis illaꝫ exaggeras:magis infamas:ut que utrin
qꝫ mole ſua noceat: ⁊ hinc dātis ipudētiam: hinc

cōcupiſcētiam accipiētis auctura ſit. ¶ Gau. Eſt
mihi maxima dos uxoris. ¶ Rō. Nō quanta ſit
dos:ſed qualis ſit uxor refert: ⁊ in dote ipſa non
quantitas certe ſed qualitas exiſtimāda eſt:vnde
ſcilicet ꝓfecta:quibus parta modis:multe magne
dotes malis artib⁹ſunt queſite. Heliopolitanū ⁊
punicum morem noſti:quorum nuptijs non pie-
tate patria ſed ſtupris ac dedecore dos cōſtabat.

¶ De gratis amoribus. Dia.LXIX ¶ Gau.

A Gratis fruor amoribus. ¶ Ratio. Gratis
inſidijs opprimendus. ¶ Gaudium. Gra
tis uror amoribuꝫ. ¶ Rō. Bene ais uror.
Eſt enim amor latēs ignis:gratū vulnus:ſapiduꝫ
uenenū:dulcis amaritudo:delectabilis morb⁹:iu
cundum ſuppliciū:blāda mors. ¶ Gau. Amo ⁊ vi
ciſſim amor. ¶ Rō. Pmū noſſe poteſt:ſecūdum
in ambiguo eſt:niſi forte nocturnū muliercule tue
murmur in teſtimonū trahis. ¶ Gaudiuꝫ. Amor
haud dubie. ¶ Ratio. Perſuaſit ut video:nec ma
gnū pſuadere uolētibus omnis amās cecus ⁊ cre
dulus. Qḋ ſi fidem iuramēto amatorio vis ineſſe
ſcriptum ab amante chirographum tenera in gla
cie:teſtibuꝫ auſtris in mediū profer. Sed o inſane
nihil vnq̄ꝫ ipudice preſertim credas femine:ſexus
ardor:leuitas cōſuetudo mētiendi: fallēdi ſtudiū
fructuſqꝫ fallacie:hec ſingula mľtoqꝫ maxime hec
omnia:quicquid illius ore prodierit ſuſpectū faci
B unt. ¶ Gau. Amo qḋ iure animū delectet ⁊ dulci
ter ardeo. ¶ Ratio. Credis ex me audire qḋ ille
magiſter amoꝝ ait:ut feliciter ardens gaudeas ⁊
uento tuo nauiges uoluptatis: Id quidē nō cōſi-
lij eſt:Ego vo:quo ſuaui⁹ arſeris:eo cautius ex in
cendio fugiendum conſulo. Tunc ſunt mala peri-
culoſiſſima cū delectāt:Sepe ſuauitatē hanc du-
riſſimus finis exaſperat. ¶ Gau. Amo amorqꝫ.
¶ Ratio. Ut ſit ita:qd niſi duplex nodus: nexus
artior:graue diſcrimen? melius de te ſperarem ſi
amares tm̄:non etiam amareris:Et ſi enim facili-
tatē amoris atqꝫ difficultatem eque nociuā qdam
dicāt:ꝙ facilitate animus capiatur cuꝫ difficulta
C te contendat. Ego tamen ita ſentio:nihil ad aman
dū efficacius q̄ꝫ amari:contraqꝫ nihil eſſe qḋ ma-
gis ab amādo deterreat q̄ꝫ ſcire ſe non amari: nec
amatum iri credere:q̄ꝫuis id nō facile creditura ſit
ceca ⁊ cupida mens amātis: qui vnus eſt ex illo
grege de quo ſcribitur:ꝙ qui amant ipſi ſibi ſom-
nia fingunt. ¶ Gau. Amo ego cū gaudio. ¶ Rō.
Qui q̄ꝫ male ſibi eſt non ſentit obtorpuit: qui ma-
lo ſuo gaudet inſanit. ¶ Gau. Apud me fateor de
lectabile eſt amare. ¶ Rō. Odioſum mallē ac mo
leſtum:quo ⁊ fuga mali promptior foret ⁊ ꝓpin-
quior ſpes ſalutis: nunc delectatio morbum alit:
ſanus enim fieri reſpuit quem delectat egrotare.
¶ Gau. Ut libet apud me quidem ingenium eſt
amare. ¶ Ratio. Ut qſqꝫ ſapit ⁊ loquiṫ: apḋ me
vo ſuile prorſus ⁊ languidū: ⁊ ꝙ fortiſſimos ēt
viros emolliat eneruetqꝫ:dicā ꝙ nemo eſt qui ne-
ſciat:nemo erit qui audiens nō mireṫ:ſi magnarū
rerum recordatio:uel ſciētib⁹admirāda eſt. Ne-
ue oia ſequar:qḋ nec neceſſariū puto nec poſſibile:
duaꝝ toto orbe clariſſimaꝝ gētium duos lōge pre
ſtātiſſimos duces ad memoriā reuoca. Iuliuꝫ Ce
ſar victor in gallijs:in germania:in britānia:in hi-
ſpanijs:in italia:in Theſſalia: in egypto: Idemqꝫ
mox in armēia:in pōto:in africa: ⁊ rurſus in hiſpa

nia ſupremo marte victurus: Jn medio tantarum
victoriarum ab amore regio: interim apud Alexā
driā victꝰ eſt. Hānibal apud Ticinū: apd Trebiā:
apd Traſimenū: apd Cānas victor: ac demū i pa
tria vincendus ſua: prius apud Salapiam apulie
oppidum: quo inexcuſabilior ſit meretricio amore
ſubactus eſt: Quanta tibi videtur mali vis que tā
duros animos: tam rigida pectora leui frangat in
curſu: tam rapidos pedes: tam fortia brachia fra-
gilibus vinculis liget. Linquo fabuloſa ⁊ uetera
nimis: Jn beluas transformatum Jouem ridicu-
lis: Martem vinculis implicitum duris: nentem
penſa digitis Herculem: ad hec ⁊ Leandrum flu
ctibꝰ: Biblida lachrymiſ: Prochryni teliſ viri: pro
pria cuſpide Pyramum: Hyphin laqueo pereun-
tem: quodqꝫ eſt certius atqꝫ ſonātius: ⁊ grecorū
duces de amore certantes: ⁊ notis Troiam flam
mis ardētem: abſqꝫ his oibus ⁊ mille ſimilibus:
ſatis duo illi quos premiſimus ad ꝓbandū de quo
agitur: uel magnitudine nominū: uel hiſtorie fide
D ſufficiūt. ¶ Gau. Amo: quid de odio dices: ſi amo
rem dānas? ¶ Rō. Ut tu accipis: utrunqꝫ damna
bo: neqꝫ ideo bonū aliqd dicam: quod aduerſum
malo ſit. Duo enim extrema ſibi inuicem aduerſa
pariterqꝫ a medio: hoc eſt a virtute diſtantia: pari
ter mala ſūt. ¶ Gau. Ergo malū eſt amare. ¶ Rō
Hoc ego fateor. ¶ Gau. Malo hoc nihil melius
inuenio. ¶ Rō. Credo hercle ut eſt animꝰ: ſed tua
opinio rē mutat. ¶ Gau. Oderint quos delectat
ego amabo. ¶ Rō. Odiū atqꝫ amorem in differē-
tia dixerim: Nam ut odiſſe vitium: ⁊ amare virtu
tem eque laudabile eſt: ſic ſeu virtutis odiū ſeu
vitij amor eque dānabile. Et ad ſūmam: vix inue-
nies qd per ſeipſum ſic laude uel infamia dignum
ſit: quin paucis additis: laus ac vituperatio altera
locū ſumat alterius: Tu qd ameſ videris. ¶ Gau.
Quid amem niſi qd ceteri? ¶ Rō. Non oēs idē
amant. Fuerunt qui amarēt deum tā enixe: ut pro
amore hec oia quidem ⁊ ſeipſos vitāqꝫ ſuā ꝓiecıſ
ſe lucrū ducerēt. Fuerūt qui nō altius aſpirantes
pro nuda virtute aut pro patria idem facerēt. Nu
E merarem niſi innumerabiles eſſent. ¶ Gau. Ego
nec in celo fui vnqꝫ: nec virtutē vidi: amo que cer
ni poſſunt. ¶ Rō. Si nihil amaſ niſi qd cerni pōt:
nihil igit magnū amas: qd ꝙ directe obuias ꝓce-
pto illi vulgatiſſimo: Nolite amare que vident ſed
que nō vident: que eni vident tpalia ſunt: que aūt
nō vident eterna. Uos autē ceci aio deditiqꝫ ocu
lis: eternū nihil nō dicā amare ſed nec itelligē nec
cogitare quidem idonei: uobiſcum peritura ſecta-
mini: ⁊ pudendos affectus honeſto tegētes uelo
libidinem dicitis amorē: Jllum colitis: illū fandi
licentia deum facitis: ut probra ueſtra: que vix ce-
lum tegit excuſet. Quid enim deo auctore fit per-
peram? Jte iā erigite deo ueſtro aras ac thura por
rigite: ille uos ad celum euehet: Jmmo vō celi de-
us illum ⁊ uos trudet in tartarum. ¶ Gau. Juue-
F niles ludos in calūniam trahis: amo: da ueniam.
¶ Rō. Si ab offenſo poſcenda eſt uenia: ipſe tibi
ignoſce: neqꝫ enī aliū ꝙ te ledis: ⁊ ah miſer quos
inter ſcopulos fragilem cymbā agis? ¶ Gau. Ju
uat ita viuere: nec itelligo qd nā uetet. ¶ Rō. Mi
ſerum eſt peccare: miſerius delectari: miſerrimū
excuſare atqꝫ amare peccatum: ⁊ tum demū con-
ſumata materia eſt: cum ad ſtudium uoluptatis

opinio quedā honeſtatis acceſſerit. ¶ Gau. Amo
nec poſſū aliter nec uolo. ¶ Rō. Poſſes nempe ſi
uelles ⁊ forſan adhuc uoluentibus annis uoles.
Siquidem cū in multis: tunc precipue in hoc mor
bo euenit ut ſepe virtuti temptatū fruſtra remedi-
um ultro dies longior afferat. ¶ Gau. Nulla me
dies non amantem viderit. ¶ Rō. Age igitur: lu- G
de: inſani ſomno letare: experrectꝰ flebis. ¶ Gau.
Ego vō non flebo ſed canā: meqꝫ ipſū more amā-
tium carminibus cōſolabor. ¶ Ratio. Eſt hoc qui
dem de quo multa dici poſſunt: ⁊ quando huc me
trahis inſiſtā. Jnter multas fateor mira hec amā
tium amētia: non ſolum apud vulgus ubi conſue-
tudine in naturā uerſa furor ois excuſabilis: ſed
apud utriuſqꝫ lingue doctiſſimos. Nam ⁊ poetas
graioꝝ ⁊ ueſtros quedam de alienis multa de ſu
is amoribꝰ plauſibiliter conſcripſiſſe cōpertū eſt:
atqꝫ vnde morum infamiam merebant: eloquētie
gloriam cōſecutos: Tolerabilior apud illos Sap
pho: etas: ſexus: animi leuitas: puellam excuſant.
Sed quid Anacreonti facias: quid Alceo: quorū
uterqꝫ non poeta modo inſignis: ſed vir fortis ⁊ re
bus geſtis in ſua republica clarꝰ fuit: Seu quid ⁊
ex ueſtris Ouidio: Catullo: Propertio: Tibullo:
quorum nullum ferme niſi amatorium eſt poema:
ꝙꝙ quid poetas: quibus neſcio: vnde maior licē-
tia data eſt: ⁊ nō potius vite duces arguam phi-
loſophos: Ubi hercle gaudeas: grauitatis multo
plus ueſtris fuiſſe ꝙ grecis: vix enim occurret ho
rum aliquis tam ꝑditus: qui non dicam: tale aliqd
fecerit: ſed nō libere: totum hoc uanitatis genꝰ irri
ſerit atqꝫ damnauerit: Apud illos tamē non cōes
quoſqꝫ ſed ſeueriſſimos philoſophorū ſtoicos: ip
ſumqꝫ: qd miraberis: Platonē: in hoc errore uer-
ſatos ſcimus. Amatoꝝ qdem ſapiētem uolunt ſtoi
ci: ⁊ ſane ſi de amore conueniat non fallunt. Ama
bit enim deum ſapiens: ut dixi: amabit ⁊ ꝓximū:
amabit virtutem: ſapientiam: patriam: parentes: fi
lios: fratres ⁊ amicos: ⁊ ſi uerus ſapiens fuerit: ēt
inimicos amabit: non ꝓpter illos: fateor: ſed ꝓpter
eum qui hoc iubet. Jn his oibus: oro te: quis locꝰ
eſt pulchritudini. Sic enim Ciceronis Tuſculano
diffinitum legimus: amorem ipſum conatum eſſe
amicitie faciende ex pulchritudinis ſpecie. Quis
tā cecus: ut non videat: quid ſibi uelit hec pulchri
tudo. Recte ergo querit illic Cicero: Quis eſt eni
inquit iſte amor amicitie? Cur nō deformē adole-
ſcentē quiſqꝫ amat neqꝫ formoſam anū: nimirum
etas ⁊ forma cum delinimentis ſuis ſunt huiꝰ ami
citie fundamēta: que honeſtius ſic dicit: ꝙ libido:
quid ſi tamē aptis ſaniſqꝫ oculis facile cernit. Ita
qꝫ tota res eo redeat: ut ſi ſit amor quiſqꝫ in rerū
natura ſine ſollicitudine turpiqꝫ deſiderio: ſine ſuſ
pirio ⁊ ardenti cura: ſit hic ſane ꝑmiſſus ſapienti:
Uacat enim omni libidine: ut Cicero idem ait: om
niqꝫ tumultu atqꝫ angore animi: que maxime vi-
tanda ſunt ſapientibus. Ceteꝝ non ut fando rerū
facies uelari: ſic mutari ueritas rerum poteſt: ſmo
aūt nobis nunc non niſi de libidinoſo amore ſuſce
ptus eſt: qui his multiſqꝫ alijs magnis malis ua-
care nullo pōt modo: Et hec qdē ſtoicis. Ad Pla
tonē uenio: qui philoſophoꝝ pınceps: imo: ut aūt:
philoſophoꝝ deus: Et ſi in hoc multi litigēt: in om
ni aūt queſtione: non plurium ſed maiorum melio
runqꝫ iudicio ſtandum eſt. Plato inqꝫ utiqꝫ ſum-

mus vir de amoribꝰ ſuis etiã turpibꝰ:q̃ꝙ̃ vo phi
loſopho nulla libido non turpis ⁊ inconceſſa ſit:
pace tanti viri dixerim:multa licentius ſcripſit: q̃
quibus Platonicum nomen ſcribendũ eſſet:Scri
pſit tamen: ⁊ quod nollem:ſcripta extant : neqꝫ tã
celebris fame notam:neqꝫ iudicium poſteritatis
erubuit:curam hanc metumqꝫ omnem vincentem
impetu paſſionis animum urgentis ſtiliqꝫ dulcedi
ne calamum excitantis:que uel in turpi pudenda-
qꝫ materia tãta illi eſt:ut Epicureis magis q̃ Pla
tonicis in rebus:quaſi ſolis in luto Platonici radi
os cernas ingenij : ⁊ hanc ipſam poſt Platonem
multis video cauſam fuiſſe ut ſcripta relinquerẽt:
que uel honeſtius non ſcripſiſſent : uel conſultius
deleuiſſent:multis ut idem faciant futuram eſſe cõ
ijcio ſed famoſiorem attigi. Proinde quod ad re-
prehenſionem attinet inſanie talis ⁊ aliqua dixi-
mus:ac multa ⁊ uaria dici poſſunt:quod ad reme
dium uero non pauca: Nam ad illam quam dicis
conſolationem mali huius:quam tibi de carmini-
bus prouenturam fingis: breuiſſimum Flacci car
men ac percunctatio illa pro reſponſo ſit : Diſcine
verſiculis ſperas tibi poſſe dolores: Atqꝫ eſtus cu-
raſqꝫ graues e pectore pelli: Loquendo: canendo
qꝫ amor alitur:accenditurqꝫ : non extinguitur nec
lenitur:ut quos memoras cantus ⁊ carmina : tuo
rum non fomenta ſed irritamenta ſint vulnerum.
H ¶ Gau. Credere iam tandem admonitus ⁊ exper
tus icipio:quamobrem ſi libet omiſſis alijs :ad re
media ſtilum uerte. ¶ Rõ. Multi olim iſta con-
quirere niſi ſunt:in quibus Naſo mirus medicus
morbi amantior q̃ ſalutis : cuius quedam leuia :
quedam feda uel inefficacia:tamen eſt aduertere.
Scripſere alij:inter quos Cicero breuiter poten-
terqꝫ : ad ſummam pauca hec ſunt que de multis
electa probaueris:loci mutatio:que ut corpori: ſic
animo egrotanti ſalubris interdum eſt : Euitatio
omnium fugaqꝫ diligens quibus amati vultus in
memoriam retrahari:occupatio quoqꝫ traductio
qꝫ animi ad alias curas nouaſqꝫ ſollicitudines: q-
bus morbi ueteris ueſtigia deleantur : Cogitatio
uehemens ⁊ aſſidua:q̃ turpe:q̃ triſte:q̃ miſerũ:
Poſtremo q̃ breue: q̃ labile : q̃ nihil ſit omnino
quod difficultatibus tantis appetitur:q̃ facile: q̃
toqꝫ melius: uel impleri aliter alijſqꝫ vijs uel con-
temni penitus poſſit atqꝫ abijci:interqꝫ rerum vilis
ſima deputari . Multos preterea curauit pudor :
quod maxime generoſis animis accidit : dum ob-
uerſatur infamia irriſioqꝫ:dumqꝫ ſe digito ſignari
vulgiqꝫ fabulam fieri dolent : dum ſub oculos re-
dit rei feditas:fructu uacua:plena dedecore : ple-
na periculis :plena doloribus ac penitẽtie cauſis.
Ad extremum proderit excuſationibus ac falſis
opinionibus reiectis:ueras induere: Nihil hic na
turam:nihil fatum:nihil ſtellas agere:nihil deniqꝫ
niſi ſolam animi leuitatem atqꝫ liberum iudiciũ
Etenim in egrotantis arbitrio:ut ſanus fiat : mox
ut bona fide uelle ceperit: ⁊ blande conſuetudinis
nexus dulces abruperit : laborioſum certe ſed uo
lenti poſſibile. Et quidem ut grauiſſime ait Cice-
ro:illõ quod in omni perturbatione dicitur demõ
ſtrandum:nullam eſſe qui niſi opinabilem: niſi iu-
dicio ſuſceptam:niſi uoluntariam: Etenim ſi amor
naturalis eſſet: ⁊ amarent omnes: ⁊ ſemper ama-
rent : ⁊ idem amarent:neqꝫ alium pudor : alium
cogitatio : alium ſatietas deterreret. Nempe hoc
ultimum ſatietas a quibuſdam inter remedia po
nitur : ab alijs autẽ amor nouus:quo ut cenſent:
uetus amor quaſi clauo clauus pellitur: Quod q̃
uis Artaxerxi Perſarum regi:quem Aſſuerum ſa
cre uocant littere: ⁊ ſuggeſtum ab amicis : ⁊ effe-
ctum utile deprehenſum:auctor expreſſior ſit Io-
ſephus:de euentu quidem non litigo:de electione
pronuncio. Itaqꝫ duo hec utilia fortaſſis interdũ:
ſemper certe periculoſa crediderim : ſi neqꝫ horũ
aliquo neqꝫ omnibus conualeſcas:ad morbi cau-
ſas animo recurrendũ erit. He uero:ni fallor:pri
me omnium ac maxime ſunt ualitudo ⁊ forma ele
gans:opes:ocium: iuuenta. Ut corporis ergo : ſic
animi morbis contraria optime medebuntur egri
tudo:deformitas:inopia:graue negocium:ſenectꝰ
errorum iuuenilium caſtigatrix eximia: Hec mihi
ſũt ultima dura quidem:ſed pro magnitudine pe-
ſtis optanda remedia.

¶ De Ortu Filiorum. Dialogus. LXX. ¶ Gau.
n Ati mihi ſunt filij. ¶ Rõ. Geminatũ ma A
lum pónduſqꝫ domeſticum. ¶ Gaud. Fi-
lij mihi ſunt nati. ¶ Rõ. Laborioſa uxor:
Laborioſior amita:laborioſiſſima demũ proles.
¶ Gaud. Nati filij. ¶ Rõ. Dulcedo amariſſima
⁊ fel melle circumlitum. ¶ Gau. Nata mihi dul-
cis eſt ſoboles. ¶ Rõ. Fontem tibi grauium cura
rum domi natum credito . Nunq̃ ſine metu atqꝫ
angoribus vitam ages. ¶ Gaudium. Filios ge- B
nui. ¶ Ratio. Nec timere nec ſperare nec uota fa
cere noueras: En diſces tuo periculo:diſces ⁊ pa
rentes orbos miſerari : diſces ⁊ in breui vita lon-
gas curas texere teqꝫ longiora negocia ordiri:di-
ſces his qui nihil ad te pertineant torqueri:que vi
ſurus nunq̃ ſis diſponere: Ad poſtremum diſces
amare plus aliũ q̃ te:diſces ardẽtiſſime dilige-
re : tepidiſſime diligi : duras artes. ¶ Gaudium.
Filios habeo. ¶ Rõ. Nũc pmũ intelligere icipis C
qd ipſe debeas parẽtibꝰ tuis. ¶ Gau. Filios pcre
aui. ¶ Rõ. Seuiſti arborẽ iexhauſto pcolẽdã ſtu
dio:que te dũ viuas exerceat cuiꝰ nullos forſitan
aut ſeros ⁊ fortaſſe poſt obitũ fructꝰ legas. ¶ Gau.
Filij mihi ſũt. ¶ Rõ. Si boni iugis timor:ſin ma
li ſẽpiternꝰ dolor: Interim ſolamẽ ambiguũ:certa
cura. ¶ Gau. Hẽo filios. ¶ Rõ. Habes vnde vi- D
uus doleas:mortuꝰ agnoſcaris:habes ⁊ vnde ſepi
us mori poſſis. ¶ Gau. Pater filioꝝ ſuꝫ bonorũ.
¶ Rõ. Quãto meliores filij : tãto piculoſior ꝯdi-
tio tua eſt. Neſcis quã dolẽdi mãm gignẽdo q̃ſie
ris:quos lachrymis aditꝰ in tuã domũ patefece
ris:q̃tũ in te ius morti miſerieqꝫ pbueris? O ma
tres miſere:ait Horatiꝰ: O patres miſeri dico ego.
¶ Gau. Optimoꝝ pater filioꝝ ſuꝫ. ¶ Rõ. Optan
da mors tibi itegro eſt:ne forte viuus eſſe deſinas
qõ delectat : ⁊ aliquãdo cũ Neſtore a ſocijs q̃ras
cur tamdiu vixeris . ¶ Gau. Uotiua felix letuſqꝫ
ſuꝫ ſobole. ¶ Rõ. Felicitas anxia:ſollicitũ gaudi
um: ⁊ ſepe meſtũ gaudiũ felicitas miſera . Poſſẽ
multos illuſtrium pferre:quoꝝ felicitati nihil ma
gis obſtitit:q̃ ꝙ filios habuerunt.

¶ De Filio infante feſtiuo. Dialꝰ. LXXI. ¶ Gau.
Nfans filiꝰ feſtiuus eſt mihi. ¶ Rõ. Mo A
i do ne iſta feſtiuitas in dolorem deſinat: ⁊
quo preſens tibi letior infans tuus fuerit :
eo meſtior ſit digreſſus. ¶ Gaudium. Infans eſt

Caduca ante alias etas illa:ſepe in ipſo flore pꝛeci
dit.Utq; nil dulcius:ſic fere nil amariꝰ.C Gau.
Infans eſt mihi blandiſſimus atq; multiloquus.
C Rō.O ne iſte blanditie uertant in lachꝛymas.
Res eſt dulciſſima fateoꝛ infantilis aſpectꝰ ⁊ allo.
quiū:Utq; eſt apd̄ Statiū Pāpiniū ſydereivultꝰ
⁊ uerba ligatis interrupta modis:que dum audi-
untur mulcēt:dum audiri amplius nō poſſunt cru
ciant:nec ſine ſenſu doloris ad memoriā reuertun
tur:ſic humanis in rebus:ſed in nulla magis dul-
B cedini oppoſita ſemp̱ amaritudo eſt.C Gau.Dele
ctoꝛ filio infante iucundiſſimo.C Rō. Non pꝛohi
beo delectari ne nature obſtem:ſed in omnibꝰ mo-
duꝫ quero:ſine quo nihil bene agitur.Uolo te par
tius gaudere:ut ſi dolendum fuerit:poſſis ⁊ parti
us dolere.Et moneo cogitare:facile fieri poſſe:ut
arundineo baculo inſiſtas:uel in caducū te parietē
inclinaueris:qd̄ ſepe dixiſſe fertur Hadrianuſ pn
ceps cum Elium uerum:puerum pulchꝛū ſed fra-
gilem adoptaſſet:⁊ ſecum canere poſſis Marone
um illud:Oſtendent terris hunc tm̄ fata:neq; ul-
tra eſſe ſinent.C Gau.Gaudeo de infante meo.
C Ratio.Sic gaudet ut doliturus:ſiue ille:ut di-
xi:acerba moꝛte defungitur:ſiue qd̄ eſt multo gra
uius:quodq; ſepiſſime accidit:e gratiſſimo infan
te fit ingratus ⁊ inobediens adoleſcens.C Gau.
Multuꝫ gaudeo de infante filio.C Rō.Nemo tā
ſtultus agricola eſt qui de flore multum gaudeat:
fructus eſt expectandus:tunc gaudendum modi-
ce.Interim tēpeſtates:grandines ⁊ uredines me
tuende ſunt:frenandumq; metu gaudium.

A C De inſigni natoꝝ foꝛma. Dia.LXXII. C Gau.

Nſignis eſt natoꝝ foꝛma.C Rō.Si tuaꝫ
i tibi foꝛmam contemnendaꝫ me docēte di
diciſti:quanti alienam ſis facturus intelli-
gis.C Gau.Foꝛma filioꝝ magna eſt.C Rō.Ma
gnum maribus diſcrimē feminiſq; ꝑmaximum.
Ampꝛimum pulchꝛitudo ⁊ caſtitas raro cohabi
tant:Nam nec uolunt virq; ſi uelint liceat:cuꝫ hu
mana omnia:tum in pꝛimis pudicitia hodie ma-
le tuta eſt:pꝛeſertim ubi foꝛme egregie iuncta eſt.
Sunt quibus inuidet:ſed intra ſuos fines ſeſe te-
net inuidia:dolet:iraſcitur:nihil ultra:quidam ille
ſi inter multorum odia ſenuere:quidam perpetua
⁊ ad ultimum iconcuſſa viguere tyrānide:Quot
aſſidue placato mari naute:quot per ſiluas ſaluis
mercibus pꝛetereunt mercatores:nec pirata il-
lis nec his pꝛedo obuius:quam tu mihi foꝛmo
ſam intemptatam dabis?Caſta licet:obſidebi-
tur:oppugnabitur.Quis animus muliebꝛis coꝛ
ruptoribus tot reſiſtet?Admouentur muris ſca-
le blanditiarum:machineq; munerum ⁊ latentes
ſub terra fraudum cuniculi:Si his artibꝰ non pꝛo
ficitur:manu impꝛoba vis affertur:Si fidem que-
ris:famoſiſſimos raptus ad memoriaꝫ refer.Foꝛ-
ma multos temptauit:ac tēptandos pꝛebuit:quoſ
dam ſtrauit:⁊ uel in crimen impulit uel in moꝛteꝫ.
Fuit apud Hebꝛeos exēplū tēptationis acerrime
Joſeph:ſed diſcrimē:pꝛouidentia celeſtis in glīaꝫ
uertit.Apud graios Hippolytus ⁊ Bellerophon
tes apud uos Spuria ne temptaretur pꝛopꝛijs ſe
manibus defoꝛmauit.Non apud pꝛimos virgo
Thamar:non apd̄ ſecundos Graia Penelope:nō
apud tertios romana Lucretia tuta fuit:nō apud
omnes plurime uel temptate paſſim uel oppꝛeſſe.

Hi ſunt foꝛme labilis ⁊ caduce fructuſ:qui ꝑſepe
non opulentas tantum domos:ſed ingētes urbes
⁊ magna nōnunq; iperia euerterūt.Note ſunt hi
ſtorie.Certe niſi foꝛmoſa adeo eſſet Helena:Tro-
ia māſiſſet icolumis:Niſi tam foꝛmoſa Lucretia:
Romanum regnum non tam uelociter coꝛruiſſet:
Niſi taꝫ pulchꝛa Uirginea:nec tam cito decemui
rale illud imperium defeciſſet.nec Appius Clau-
dius tantus legiſer Romanus libidine victus:fa
mam in roſtris:vitam in viculis finiſſet.Deniq; ſi
foꝛmoſe minus inumerabiles alie fuiſſēt:non tot
rapte aut decepte:in tot ꝓbꝛa tantaſq; anime rui-
nas ex arce pudicitie cecidiſſent:Quare effectus
foꝛme bonos quoſ inueneris:renūcia:ut cum ꝯtra
rijs cōparentur.C Gau.Foꝛmoſiſſimus filius eſt B
mihi.C Rō.Foꝛma hec Meſſaline cuiuſpiā cuꝫ
libidinem excitarit:elige utrum vis:aut neget ⁊
amātis impio occūbēdum aut annuat:⁊ Claudij
gladio pereundum ei it.Caſtitate igit̃ moꝛtem:ad
ulterio aūt nihil pꝛeter exiguam leti morulaꝫ que
fierit:⁊ hoc ſibi illa inclyta ⁊ excellēs foꝛma con-
tulerit.In hoc ergo ut in reliquis mediocritas bo
na:ſi extremoꝝ alterum eligēdum eēt:foꝛma gra-
tioꝛ:ſꝫ gibbꝰ eſt tutioꝛ.C Gau.Eſt mihi nata pul-
cherrima.C Rō.Circumſpice inſidias:vim caue
to:Jaſonem putas aut Theſeum aut Paridem
vnm eſſe:Mille ſunt.Filiam habere ſollicitudo
eſt laboꝛq;:foꝛmaꝫ adijce:metus fit:queꝫ niſi moꝛ
te aut ſenectute nō fugias:nuptijs nanq; alterius
in domum metum traſſereſ:nō extigues.C Gau.
Pꝛeclara natorū foꝛma glorioꝛ ⁊ exulto.C Rō. C
Gloriari ⁊ letari foꝛma ſua iuuenes:uanum utiq;
ſed vulgare eſt:Gaudere aūt ſenem foꝛma iuuenū
ſuoꝝ:quam uanitate plenam:ni deſipiat:obiectā-
q; periculis videt:ſtultum pꝛoꝛſus ⁊ inſanie pꝛoxi
mum.C Gau.Celeſtiſ filij foꝛma eſt.C Rō.Legi
ſti reoꝛ Jliados Homerice librū quartum ⁊ vigeſi
mū:vbi Pꝛiamus de Hectore ſuo loquens.Non
inquit apparebat viri moꝛtalis filiys ſed dei:dixit
hoc ille:ſed Achilles ei oſtendit hoīs illum moꝛta
lis filium eſſe non dei:Et tui nunc filij celeſtis foꝛ-
ma quā memoras:memēto:eripi fedariq; poteſt:
⁊ diū durat:quanti pꝛecij ſit extimatio ꝓrupta eſt.
Hos errores tamē ⁊ has nugas paternus amoꝛ
immodicus ⁊ recti iudicij hoſtis parit.C Gau.
Foꝛmoſiſſima mihi filia eſt.C Ratio.Ut nil aliđ
ſumptuoſiſſima domus erit.

C De filij foꝛtitudine ac magnitudine.Dia.LXXIII.
C Gau.

St mihi filius vir foꝛtis.C Rō.Quanto A
e ille eſt foꝛtioꝛ:tāto tu timidioꝛ ſis opoꝛtet.
In nulloſ eni hoīeſ plura pericula q̃ꝫ in ſui
contemptores:hoc eſt viros foꝛtes cōgerit foꝛtu-
na.Nec imerito:Ceteri enim ſeſe abdunt:euitant
q; impetū:illi ſe obijciunt fulminanti.Recurre me
moria pꝛeteritum tempus:Foꝛtiſſimos fore om-
nes violenta moꝛte conſumptos inueniеſ.C Gau.
Foꝛtitudo filij igēs eſt.C Rō.Foꝛtitudo pulcher
rima virtus eſt:ſed comitata caſibus:uarijs para-
tas lachꝛymas ⁊ inſtructū feretrum habeto.Om
nibꝰ moꝛs vicina:viris foꝛtibꝰ ꝯtigua eſt.C Gau.
Uir foꝛtiſſimus eſt filius.C Rō.Eſt qui patrie li-
bertatem:foꝛſitan ſtrageꝫ hoſtibꝰ:ſibi decꝰ:tibi fle
tum aliqn̄ metum ſemp̱ afferat.C Gau.Natꝰ mi- B
hi foꝛtis ac magnanimus eſt.C Rō.At quid aliđ

interfecto in filio Creon gemit: niſi magnanimuꝫ
bellice laudis ardorem? Quid Euander in Pal
lante ſuo: niſi nouam gloriam armorum ⁊ pre-
dulce decus primi certaminis? Quid aliud Pria
mus Hectorem pauenus monet: niſi ne Achil-
lem ſolus expectet? Quid ne aliud hunc ipſũ ma
ter anxia precatur: niſi ut fugiat bellicoſum virũ?
Quid deniqꝫ aliud uxor Hectoris poſt viri mor
tem fati ignara timere ſe dicit: niſi probitatem viri
miſeram ⁊ feruorem animi non ſe in acie continē
tem bellatorum ſed ceteros precurrentem: quod
ipſum iam ante ab initio formidabat: ubi euntem
ad bellum his uerbis alloquitur: demonice corrũ
pet te tua vis: neqꝫ miſeris filij pueri ⁊ mei miſere
mr̃is que cito vidua tui ero? Quid poſtrēo Achil
lis genitrix pro nato timida dum diceret: Jam pe
lago terriſqꝫ meus queretur Achilles. Et nolet ip
ſe ſequi: dumqꝫ illum fruſtra iā feruentis belli mo
tibus ereptum ⁊ imbecillem tranquilli ſenis in re
giam inuectuꝫ virgineis latebris occultaret? Om
nes hos quidem fletus ⁊ hos metus nihil aliud
q̃ꝫ martia vis ⁊ virt⁹ animoſa pepererat. ¶ Gau.
C Ualde mihi magnanimus eſt filius. ¶ Rō. Ma-
gnus animus ſine magna potētia ſtultitia magna
eſt. Magnanimitas recta hominum eſt paucorũ:
q̃ꝫuis ⁊ qui potentiſſimi videntur q̃ꝫ ſint fragiles:
multa etiaꝫ preter mortem: ſed precipue mors de
clarat: ut breuiter uereqꝫ dici poſſit. Nihil ibecil-
lius homine nilqꝫ ſuperbius. ¶ Gau. Fili⁹ eſt mi-
hi magnanimus. ¶ Ratio. Gaude ergo: habebis
magnorum conatuuꝫ plenam domum: ocij uacuā
⁊ quietis. Et ſepe optabis non tam magnanimuꝫ
filium habuiſſe. Ad ſummam: clara eſt fortitudo:
magnanimitas ſpecioſa: utraqꝫ v̄o laborioſa ⁊ tur
bida: tuta modeſtia ⁊ tranquilla.

¶ De Filie caſtitate. Dia.LXXIIII. ¶ Gau.

A c Aſta mihi eſt filia. ¶ Rō. Jucũditas ma-
gna ſed ſollicita. Quāto eniꝫ caſtitas ma
ior: tāto in eaꝫ vigilantior libido. Nihil tā
ardenter inuaditur q̃ꝫ quod caſtis excubijs ⁊ femi
neo pudore uallatuꝫ eſt. Conceſſo calle corruptor
it ſegnius: ⁊ permiſſa tepentius appetuntur: Mul
tũ ꝯcupite rei difficilis ſolet eē cuſtodia. ¶ Gau.
Jnſignis nate pudicitia eſt. ¶ Ratio. Eſt ubi res
optima rei peſſime materiam prebet: Magna Lu
cretie forma fuit: ſed nil eque hac ſpectata: matro
ne nobilis caſtitas ueſanum iuuenem in adulteri-
um violentum ſtimulis egit ardentibus: Sic bo-
B norũ donis abutitur nequitia reproboꝝ. ¶ Gau.
Caſtitas filie nota eſt. ¶ Ratio. Opta ut perpe-
tua ſit. Apud poetam legis: Uarium ⁊ mutabile
ſemper femina: Quod ſi Maro non diceret: nun-
quid minus ideo certum eſſet? Quot adoleſcentu
las pudicas primum: poſt laſciuas anus vidim⁹?
⁊ ita preſentibus vitijs cum preterita caſtitate cer
tantes: ut pudice acti quaſi perditi temporis peni
tuiſſe videretur quo nullum fedius illo in ſexu at-
qꝫ etate ludibrium. ¶ Gau. Caſtiſſima mihi eſt fi
lia. ¶ Ratio. Si ſeipſam cognouerit ſciueritqꝫ cu
ius eſt donum caſtitas: ⁊ illi gratias agens ad cu
ſtodiam boni ſui totum animuꝫ intenderit: atqꝫ in
tutuꝫ intemerata peruenerit: erit: fateor: vnde ⁊ ſe
cum deo gratias agas ⁊ gaudeas: magis q̃ꝫ ſi il-
lam regijs nuptijs illuſtraſſes: Et tamē interiꝫ: mi
hi crede: quod timeas. Cum ſit enim in omnibus
rara conſtantia: tum in feminis nulla eſt.

¶ De optimo genero. Dia.LXXV. ¶ Gau. A
o Ptimus gener eſt mihi. ¶ Ratio. Debet
eſſe uel filio charior: ſiquidem filiuꝫ caſus
affert: generum electio. Acceptuꝫ igitur fi
lie fer que nepotum debitrix: filium iam nunc de-
dit. ¶ Gau. Geneꝝ optimum ſors tribuit. ¶ Rō.
Sunt hoc in genere ⁊ fidei inſignis ⁊ perfidie ex
empla. Raro uel nunq̃ꝫ tam fidelis patri filius fu
it q̃ꝫ Auguſto Ceſari Marcus Agrippa: q̃ꝫ Anto-
nio pio Marcus Aurelius: erga quem uſqꝫ ad il-
lius vite fineꝫ: tribus ac viginti annis ita ſe geſſit:
ut non modo amorem eius ac filiam: ſed imperij
quoqꝫ ſucceſſionem ut filius fide perpetua ac ſedu
litate meruerit. At non talis erga Claudium fuit
Nero: licet is quoqꝫ non ſuis meritis ſed matris
ingenio principis filiā nactus ⁊ imperiũ. ¶ Gau. B
Unanimem ⁊ concordem generuꝫ inueni. ¶ Rō.
Uide ne ſpes ſucceſſionis aut honorum competi-
tio: concordiam hanc infringat. Quis enim nō vi
uere illum optet: cuius ſibi utilem vitā videt. Sin
auteꝫ vita obſtare aliquo forſitan aſpiranti aut uti
lior mors eſſe ceperit: ſeu videri: mutantur habi-
tus atqꝫ affectus animoruꝫ: occultumqꝫ mox odi
um erumpit. Quante ſane inter ſocerum ac gene-
rum poſſint eſſe diſcordie: ut ſileam antiquam Da
nai fabellam: ⁊ Nummianum Aprimi ſoceri ſui
dolo nefario interemptum: Jnſuper Stiliconem
cupiditate imperij ⁊ defuncti ſoceri ⁊ generi viuē
tis oblitum: abunde Ceſaris atqꝫ Pompeij notiſ-
ſimum eſt exemplum.

¶ De ſecundis nuptijs. Dia.LXXVI. ¶ Gau. A
ſ Ecundas nuptias celebrabo. ¶ Rō. Si
noſces ad liquidum quid eſt femina quid
ue de illa magni ſcribant viri: nec primas
quidem nuptias celebraſſes. ¶ Gau. Secundas
nuptias celebrare eſt animus. ¶ Rō. Si nō te pri
me nuptie domuerunt: iam ſecundas celebra: ſi te
nec ille domuerint celebrabis ⁊ tertias. ¶ Gau.
Secundis nuptijs intendo. ¶ Rō. Qui ex primo
coniugio prolem habens nouercam ſuperinducit:
ſuis manibus in ſuam domum mittit incendium.
Si inuēta urget: aut libidinoſa uellicat ſenectus:
qua nihil eſt turpius: poſſet forſan: ut ciuiliter hoc
potius q̃ꝫ honeſte dicam: poſſet inq̃ꝫ fortaſſis utili
us niſi uel peccati materia: uel diuina lege uetitũ
eſſet: concubinali obſequio ſubueniri: q̃ꝫ nouercali
bus odijs domus tranquilla turbari: quod Tito
ac Domitiano ſuſceptis filijs Ueſpaſianus prudē
tiſſimus princeps fecit: ⁊ etate hac Stephanus
Columneſi. haud imerito inter principes memo-
randus. ¶ Gau. Ad ſecundas nuptias intendo. B
¶ Rō. Potes id q̄dem ſ̄m leges humanas: diui-
nis quidem legib⁹ patientibus magis q̃ꝫ laudanti
bus: nota oīb⁹ que de hac re Paulus tractat apo
ſtolus Certe etiaꝫ apud gentiles ipſos: quibus la-
xior talium libertas permiſſam rem potius q̃ꝫ pro
batam intelligere eſt. Siquidē multoꝝ mr̃imonio
rum experientiā q̄ſi legitime cuiuſdaꝫ intemperā
tie ſignum eſſe ueſtri maiores crediderũt: que am
plexus Hieronymus q̃ꝫ multa cōtra ſecundas nu
ptias: q̃ꝫqꝫ acriter ſcribat: non eſt promiſſe breuita
tis inſerere: que q̃ꝫuis in feminas non in viros eti
am dici omnia videantur: ⁊ haud dubie: ſexus il-
le maioris ſit debitor caſtitatis ac pudoris: plus

tamen prudentia ac ꝯſtantie debent viri. ¶ Gau.
C Secundis mihi nuptijs eſt opus. ¶ Rō. Mirarer: niſi mores ueſtros nouerim: non tm̄ ſuperuacua: ſed damnoſa etiaȝ uobis neceſſaria effeciſtis: Tu vō duriſſimi oris ſis: ſi ad te frenandum uxore opus eſt altera. ¶ Gau. Ad ſecundas nuptias feſtino. ¶ Ratio. Age age dum feruor durat: cum refrixerit dolebis: Nō notaſti q̃ dulcis eſt ſopor in uacuo cubili? Solum illum fedum ⁊ miſerum actum cogitas: qui tranſit ⁊ vulnerat.

¶ De Natorum cōiugio. Dia. LXXVII. ¶ Gau.

A n Atorum nuptijs ſoboleȝ ꝓpagaui. ¶ Rō. Honeſtior aliquanto hec quidem cura q̃ ſuperior: ⁊ tamen ſepe vitium propago q̃ ſobolis utilior fuit. Illa dulci mero doliū: hec amaris curis animum impleuit. ¶ Gau. Nuptui natā dedi. ¶ Ratio. Si proinde ſicq; feliciter ⁊ filiā ſeruaſti: ⁊ filium: ut modo dicebam: uel filio melius inueniſti: Si minus ⁊ illam perdidiſti: ⁊ tibi hoſtem tyrannum filie queſiuiſti. ¶ Gau. Uiro filiaȝ collocaui. ¶ Ratio. Si bonā: dulce pignus ac ſuane tibi ereptum alienis laribus inuexiſti. At ſi malam: graui faſce quo alium premeres te leuaſti.

B ¶ Gau. Filiam viro dedi. ¶ Ratio. Noli nimiuȝ hinc gaudere. Multis anxie ⁊ infelicis vite principiū fuerunt nuptie: ut lete omnia ſuccedant: operoſa res eſt coniunx: in laborioſam coloniam durumq; negocium: quam amabas miſiſti. Naſcentur filij domi illi ſuus ſcaturiet fons curaruȝ. Finge non naſci: ⁊ idipſum miſeruȝ moleſtumq;. Sic fecunditas oneroſam: ſterilitas odioſaȝ faciet: mā ſiſſe tecum forſan optabit pietatemq; tuā hāc oderit. ¶ Gau. Filie virum dedi. ¶ Ratio. Ocioſe finem vite principium actuoſe: rei ſarcinam familiaris grauem: mundi notitiam: experientiam ſuiipſius. ¶ Gau. Filia viruȝ habet. ¶ Rō. At perdidit libertatem: virginitatem: requiem: non equa ꝑmu-

C tatio. ¶ Gau. Dedi filio uxorem. ¶ Ratio. Grauior eſt immiſſa nurus q̃ emiſſa filia: Semper inteſtinum malum periculoſius externo eſt. Pateféciſti arcem hoſti forſitan aut profecto participi: iam non ſolus dominus rerum tuarum: refert qualis itrauerit. ¶ Gau. Generoſam filio coniugē: queſiui ⁊ diuitem ⁊ formoſam. ¶ Rō. Cur quod ſequitur ſupprimis: ⁊ ſuperbam ⁊ importunam: ⁊ cōiugi viteq; tue emulam? Inter ſocrum ⁊ nurum uetus eſt bellum: nec ſoceri maior eſt gratia ſed metus: vna eſt amborum ratio. Nullum animal tam primi loci appetens q̃ femina. Illum ſibi ſaluis uobis interdictum videns: quid nunc aio uoluat: ⁊ quid oret: haud difficilis coniectura eſt. ¶ Gau.

D Uxorem filio dedi. ¶ Ratio. Quid ſcis an imortale illi tedium tibiq; dederis: an utriq; clandeſtinum forte diſcrimen? Multe viros ſoceroſq; perenni confecere faſtidio: quedā uenena ferroq; alie premere. Quot habebat filios Egiſthus ſi nurum nullam habuiſſet? Inuenta eſt que precipiti libidine dominandi: ⁊ ſecunde fortis impatientia: quo maturius virum ſeq; regnātem cerneret: genitori proprio cauſa mortis cum fuiſſet: ſupra ceſi corpus currum ageret. Si hec patrum merces: quid ſperare debent ſoceri? ¶ Gau. Nuptijs filie celebratis gaudeo. ¶ Rō. Quotiens hāc celebritatē diſpar fedat euentus: ⁊ cantus ⁊ epulas ⁊ choreas luctus ſequūtur ⁊ lachryme ⁊ tumultus? Ineptū omne gaudium immodicum: ex his preſertim rebus quibus dolor oriri poſſit ⁊ ſoleat. ¶ Gaudium. Uxorem filio ſimul ⁊ filie virum dedi. ¶ Rō. Sarcinas permutaſti: alienam tuis: alienis tuam humeris curam fers.

¶ De nepotibus. Dia. LXXVIII. ¶ Gau.

A n Epos ex filio natus eſt mihi. ¶ Rō. Ingēs amor filiorum: iugis cura: habet tamen ⁊ finem ⁊ metham aliquaȝ: Si ultra progreditur: nullus ſollicitudinum modus eſt: ⁊ ex filio natus ⁊ qui ex illo naſcitur: omnes deniq; tuam naſcuntur in penam: quorum numerus quorſū pergat ſeu pergere poſſit intelligis. Ille quideȝ Iſraelitici parens populi: ſi ſic affectus ut tu es primorum patrum vite tempus impleſſet: quanta queſo curarū ſarcina humeris feſſi ſenis incūberet? Preter enim feminas pueroſq; ⁊ ſacerdotes atq; inhabiles ſuo de ſanguine paucis ſeculis ſexcēta: ⁊ eo amplius virorū bellantium millia prodiere. I nūc ⁊ nepotum exercitibus gloriare: in quibus ⁊ ſi forte aliqui ſint felices: innumerabiles miſeri ſint oportet. Quid ergo? Amandi ſunt non tm̄ filij ac nepotes: ſed oēs oino hoies. Amādi inq̃ in illo in quo fratres eſtis omnes: nec curis tamen nec imodico gaudio indulgendum: ne ⁊ in preſens contrarijs crucieris affectibus: ⁊ aliquādo te gauiſum eſſe peniteat pudeatq; quē ut ifantulū ualde dilexeris: virum ualde oderis: quod perſepe accidit. ¶ Gau.

B Natus eſt nepos mihi. ¶ Rō. Quid ꝙ hunc queȝ fauſtum putas: uel nepotis turpitudine: uel vi forſitan fortune infauſtuȝ quādoq; dicturus es diē? Quid ꝙ tibi natus mox forſitan moriturus: ⁊ plus triſtitie allaturus eſt q̃ attulerit letitie? Multi ſūt uarij: ſubditi ⁊ inopi hominum caſus: ſed infantiū innumeri. Si omnes viuerent qui naſcuntur: humanuȝ genus terra non caperet: viuerent dico nō ſemper: nam ſi id facerent homines non eſſent ſed uſq; in ſenium: uſq; ſaltem ad legitimam etatem: Stultum eſt magnum gaudium de re breui utiq; ⁊ incerta quo nam euaſura ſit. Quod ⁊ in filijs ⁊ in nepotibus uerum eſt: ſed eo magis in nepotibus magiſq; etiā nunc in pronepotibus quo a radice abſunt longius. ¶ Gau. Nati ſunt mihi nepotes ex fratre: ex filia: ex ſorore. ¶ Rō. Hi iam minus ad te pertinent: hoc gaudium ⁊ hāc patribus curā cede. ¶ Gaudium. Natus eſt mihi nepos ex fratre.

¶ Jnſignis ac plurimū cōſolatiui opis Frāciſci Petrarche poete atq; oratoris Clariſſimi: de remedijs utriuſq; fortune ad azonē: duos libros dialogis ducētis quinquagintaquattuor diſtinctos conti- nentis. Dialogorum libri ſecundi de re- medijs aduerſe fortune collecta: ordina- ta: enumeratiuaq; annotatio.

De deformitate corporis.	dia.primus.
De imbecillitate.	dia.ij.
De aduerſa ualitudine.	dia.iij.
De ignobili patria.	dia.iiij.
De originis obſcuritate.	dia.v.
De obſcena origine.	dia.vj.
De ſeruitute.	dia.vij.
De paupertate.	dia.viij.
De damno paſſo.	dia.ix.
De tenui victu.	dia.x.
De originali inopia.	dia.xj.
De numeroſa ꝓlis graui ſarcina.	dia.xij.
De amiſſa pecunia.	dia.xiij.
De uadimonio.	dia.xiiij.
De amiſſione temporis.	dia.xv.
De aduerſo ludo taxillorum.	dia.xvj.
De ſpōſa alteri adiudicata.	dia.xvij.
De uxoris amiſſione.	dia.xviij.
De importuna uxore.	dia.xix.
De raptu coniugis.	dia.xx.
De impudica uxore.	dia.xxj.
De uxore ſterili.	dia.xxij.
De filia impudica.	dia.xxiij.
De aduentitio dedecore.	dia.xxiiij.
De infamia.	dia.xxv.
De q̄ſito ex indignis laudibus pudore.	dia.xxvj.
De amicis infidelibus.	dia.xxvij.
De ingratis.	dia.xxviij.
De ſeruis malis.	dia.xxix.
De ſeruis fugitiuis.	dia.xxx.
De vicinis importunis.	dia.xxxj.
De inimicis.	dia.xxxij.
De prerepta facultate vindicte.	dia.xxxiij.
De odio populari.	dia.xxxiiij.
De inuidia paſſiue.	dia.xxxv.
De contemptu.	dia.xxxvj.

De promiſſi muneris tarditate. dia.xxxvij.
De repulſis. dia.xxxviij.
De iniuſto domino. dia.xxxix.
De indocto preceptore. dia.xl.
De diſcipulo indocili ac ſuperbo. dia.xlj.
De nouerca. dia.xlij.
De duritie paterna. dia.xliij.
De contumaci filio. dia.xliiij.
De diſcordi fratre. dia.xlv.
De amiſſo patre. dia.xlvj.
De amiſſa matre. dia.xlvij.
De amiſſo filio. dia.xlviij.
De infantis filij caſu miſero. dia.xlix.
De filio qui alienus inuētus eſt. dia.l.
De amiſſo fratre. dia.lj.
De morte amici. dia.lij.
De abſentia amicorum. dia.liij.
De graui naufragio. dia.liiij.
De incendio. dia.lv.
De graui negocio ac labore. dia.lvj.
De duro itinere. dia.lvij.
De ſterilitate annua. dia.lviij.
De villico malo ⁊ ſuperbo. dia.lix.
De furtis. dia.lx.
De rapinis. dia.lxj.
De dolo malo. dia.lxij.
De habitatione anguſta. dia.lxiij.
De carcere. dia.lxiiij.
De tormentis. dia.lxv.
De iniuſto iudicio. dia.lxvj.
De exilio. dia.lxvij.
De obſeſſa patria. dia.lxviij.
De patria euerſa. dia.lxix.
De metu perdendi in bello. dia.lxx.
De ſtulto ⁊ temerario collega. dia.lxxj.
De icōſulto ⁊ p̄cipiti magiſtro militie. dia.lxxij.
De infauſto prelio. dia.lxxiij.
De bello ciuili. dia.lxxiiij.
De diſcordia animi fluctuantis. dia.lxxv.
De ambiguo ſtatu. dia.lxxvj.
De vulneribus acceptis. dia.lxxvij.
De rege ſine filio. dia.lxxviij.
De regno amiſſo. dia.lxxix.
De proditione. dia.lxxx.
De amiſſa tyrannide. dia.lxxxj.
De perditis arcibus. dia.lxxxij.
De ſenectute. dia.lxxxiij.
De podagra. dia.lxxxiiij.
De ſcabie. dia.lxxxv.
De vigilia. dia.lxxxvj.
De inquietudine ſomniorum. dia.lxxxvij.
De celebritate nominis iportuna. dia.lxxxviij.
De dolore ex malis moribus hominum concepto dialogus. lxxxix.
De minutis tedijs rerum uariarum. dia.xc.
De terremotu. dia.xcj.
De peſte latiſſime ſeuiente. dia.xcij.
De triſtitia ⁊ miſeria. dia.xciij.
De dentium egritudine. dia.xciiij.
De egritudine tibiarum. dia.xcv.
De cecitate. dia.xcvj.
De auditu perdito. dia.cxvij.
De tedio vite. dia.xcviij.
De grauitate corporis. dia.xcix.
De grauis ingenij tarditate. dia.c.
De inopi ⁊ infirma memoria. dia.cj.
De eloquentie defectu. dia.cij.
De amiſſione lingue ⁊ loquele. dia.ciij.
De virtutis inopia. dia.ciiij.
De auaritia. dia.cv.
De inuidia actiue. dia.cvj.
De ira. dia.cvij.
De gula. dia.cviij.
De torpore animi. dia.cix.
De luxuria. dia.cx.
De ſuperbia. dia.cxj.
De febribus. dia.cxij.
De dolore iliaco atq̃ extaſi. dia.cxiij.
De totius corporis dolore ac languore uario. dialogus. cxiiij.
De furore. dia.cxv.
De ueneno. dia.xvj.
De metu mortis. dia.cxvij.
De uolūtaria i ſeip̄z manuū iniectiōe. dia.cxviij.
De morte. dia.cxix.
De morte ante diem. dia.cxx.
De morte violenta. dia.cxxj.
De morte ignominioſa. dia.cxxij.
De morte repentina. dia.cxxiij.
De egrotante extra patriaʒ. dia.cxxiiij.
De moriente extra patriam. dia.cxxv.
De moriente in peccatis. dia.cxxvj.
De moriēte ſollicito quid de patrimonio ac libris futurum ſit. dia.cxxvij.
De moriente anxio quid uxor eo mortuo ſit actura. dia.cxxviij.
De morien te ſollicito quid poſt ſe patrie euentuꝝ ſit. dialogus. cxxix.
De ſtudio fame anxio in morte. dia.cxxx.
De moriente ſine filijs. dia.cxxxj.
De moriēte q̄ metuit iſepult⁹ abijci. dia.cxxxij.

Finis annotationum ſecundi libri.

ℭ Franciſci petrarche poete oratoriſqꝫ Clariſſimi: in operis ſui de Remedijs utriuſqꝫ fortune librum ſecunduꝫ: quo de aduerſa diſputat̃ fortuna: Epiſtolaris prefatio.

A X oib⁹ que mihi lecta placuerint uel
audita: nihil pene uel iſedit altiuſ uel
e tenacius inheſit uel crebrius ad me-
moriã rediit: ꝙ̃ illud Heracliti: Om-
nia ƀm litem fieri. Sic eſt enim: Et
ſic eſſe propemodũ vniuerſa teſtant̃. Rapido ſtelle
obuiãt firmamẽto: Cõtraria inuicẽ elemẽta cõfli-
gunt: Terre tremũt: Maria fluctuant: Aer quatit̃:
Crepãt flamme: Bellũ immortale gerũt uẽti: Tẽ-
pora tẽporibus cõcertant: ſecũ ſingula: nobiſcum
oia. Uer humidũ: Eſtas arida: Mollis autũnus:
Hyems hiſpida: Et que viciſſitudo dicitur: pugna
eſt. Hec ipſa igitur qbus inſiſtimus: quib⁹ circũfo-
uemur ⁊ viuimus: que tot illecebris blandiuntur:
ꝙ̃qꝫ ſi iraſci ceperint ſint horrẽda: indicãt terremo
tus ⁊ concitatiſſimi turbines indicãt naufragia at
qꝫ incendia ſeu celo ſeu terris ſeuientia. Quis in-
ſult⁹ grãdinis? Quenã illi vis imbriũ: qui fremi-
tus tonitruũ: qui fulminis impet⁹: que rabies pro
cellarũ: qui feruor: qui mugit⁹ pelagi: qui torrentiũ
fragor: qui fluminũ excurſus: qui nubiuꝫ curſus ⁊
recurſus ⁊ cõcurſus? Mare ipſum preter apertaꝫ
ac rapidã vim uẽtorũ atqꝫ abditos fluctuũ tumo-
res incertis vicibus alternãtes: certos ſtatutoſqꝫ
fluxus ac refluxus habet: cũ multis in locis: tum
conſpectius in occaſu: que res dũ manifeſti motuſ
latẽs cauſa querit̃: non minorẽ philoſophorum in
ſcholis: ꝙ̃ fluctuũ ipſo in pelago litẽ mouit. Quid
B ꝙ nulluꝫ aial bellis uacat? Piſces: fere: uolucres:
ſerpẽtes: hoies: vna ſpẽs aliã exagitat: nulli oium
quies data: leo lupũ: lupus canẽ: canis leporẽ inſe
quitur. Eſt ⁊ canũ ſtirps audentior: nõ lupis mo-
do reſiſtere: ſed leones: pardos: apros: urſos inſe-
ctari ſolita atqꝫ aggredi. Quorundã ṽo tam gene
roſa ferocia ⁊ tã nobilis fert̃ elatio: ut urſos aproſ
qꝫ faſtidiant: inqꝫ ſolos elephantes aut leones di-
gnent̃ irruere: qualẽ vnũ Alexandro regi miſſũ cõ
temptuqꝫ tali male cognito cõtemptũ occidiqꝫ iuſ
ſum legimus: miſſumqꝫ inde alterũ ꝓbatũqꝫ qua
decuit: dilectũqꝫ regi vnice atqꝫ in delitijs habitũ
Nã ipſius canis erga hoiem: cui fert̃ amiciſſimus
quãta ſit charitas: niſi quã cõciliat ſpes cibi: ꝑter
morſus ⁊ latratus implacabiles: nõ tm̃ Acteonis
fabula: ſed diſcerptus uere ꝓbat Euripides Uul
C pina fallacia vna quidẽ ex multis audita eſt: Pi-
ſcatores cũ ad urbẽ piſces deferrẽt: qđ eſtate libẽ-
ter noctu faciũt: aliquãdo vulpeculã ceu exanimẽ
calle medio trãſuerſam habuiſſe: quã arreptaꝫ de-
coriaturi ex cõmodo: cũ ſupra ſarcinã ꝓieciſſent il
lã ubi ſe piſcibuſ affatim ipleſſet ſubito proſiluiſſe:
mirantibuſqꝫ illis atqꝫ indignantib⁹ effugiſſe. Iaꝫ
qui oro alij vulpiũ doli: qui luporũ ullulat⁹: quod
murmur ad caulas que coruoruꝫ miluorũqꝫ circa
colũbarꝫ domos ac pullorꝫ nidos vigilãtia: qđ iter
ſe: ut ꝑhibẽt naturale eternũ atqꝫ odiũ? Alter alte
rius inuadit nidum effractiſqꝫ ouis ſpem ꝓlis in-
terimit. Nã cucullo nõ vnus quidẽ alterqꝫ eſt ho-
ſtis omnes fere auicule illi inſultant ꝓfugo ſemꝑ ⁊
querulo. Quenã ꝑterea ⁊ q̃les muſtelarũ contra
aſpides iſidie? Quod circa diuitũ thalamos acu-
mẽ furũ? Quenaꝫ ex diuerſo cuiuſqꝫ pro ſe ſuo in
genere excubie: quãtaqꝫ ꝙ̃qꝫ vigil repugnãtia eſt?
Quis uenatorꝫ: quis ue aucupũ artes ac laqueos D
quis piſcatorũ hamos ac retia: horũqꝫ oium labo
res vigiliaſqꝫ explicet? aut hec cõtra: ferarũ: auiũ:
piſciũ ingenia? Que cũcta quid ſint aliud ꝙ̃ litiuꝫ
iſtrumẽta? Age qui nã aſylorũ aculei ueſparumqꝫ
hiſqꝫ cũ peſtibus? que boum prelia: qui ſudores?
Nec maior canũ equorũqꝫ aut reliquorũ quadru-
pedũ par quieſue. Que muſcarũ eſtiua tedia: que
niuium quas muſcas albas ludo dicunt hiberne
moleſtie? Que ſoricũ pennis ingẽtudo: que puli-
cũ pernox obſidio: que culicum lis diurna: que an
guiũ ranarũqꝫ cũ ciconijs: que pygmeorꝫ bella cuꝫ
gruib⁹? quas inter Arimaſpos ⁊ gryphes pugnas
excitat auri ſitis? ut quorũ maior iprobitas haud
facile iudicẽ: niſi ꝙ illi rapinã: hi cuſtodiã moliun
tur: Illos auaritia ſtimulat: hos natura. Idẽ ⁊ cu-
ſtodie ſtudiũ ⁊ prede diſtantiſſimo mundi tractu
apud Indos inuenio: Illic quoqꝫ ſuũ aurũ contra
parẽ gẽtis auaritiã formicis qbuſdã icredibili mo
le ⁊ mira feritate tuẽtibus. Baſiliſcus angues re-
liquos ſibilo territat: aduentu fugat: viſu perimit.
Elephãtem draco ſpiris implicat ſeu peroſis: Eſt E
enim incertũ. Unde nõnullis aiantibus inter ſe na
turale odiũ: ſeu eſtate algidũ ſitiens cruorẽ: quod
⁊ quidaꝫ tradidere: ⁊ pugne exitus facit ut credi
poſſit: Si uerũ eſt: alterũ exanguem exiccatumqꝫ
emori: alterum ṽo fuſi hoſtis hauſto ſanguine: ceu
bello victorẽ: victũqꝫ delitijs ⁊ nimio potu ruptũ
cõmortuũqꝫ ꝓcũbere. Multa preterea genus hoc
atqꝫ in primis acerrimus epote dolor hirundis ⁊
viſi uel auditi muris faſtidia offendunt: Mirũ di-
ctu tãtũ animal ⁊ tãtarũ viriũ tã puſilli hoſtis hor
rere ꝯſpectũ. Sed ſic ſine lite atqꝫ offenſione nil
genuit natura parẽs: Leo ipſe generoſum ac ſecu-
rũ animal: pro defenſione fetuũ ferrũ ſpernẽs: neu
forte viſũ terreat: nec aſpiciẽſ quidẽ rotarꝫ ſtrepitũ
uacuos currus agẽtiũ: ⁊ gallinaceorꝫ criſtas: quis
nõ ſtupeat: ſi uera fama eſt: magiſqꝫ etiam cantus
ſuper oia ṽo flammas metuere crepitãtes tradi-
tur. Ea ergo huic generi lis ꝓpria eſt: preter illam
cõem feris oib⁹ uenationẽ. Eſt ⁊ ſua lis tigrib⁹: ra
pte ꝓlis ⁊ ꝓfugi hoſtis ludificãtis inſtãtẽ atqꝫ in
genio retardãtis. Lupo vna ſemꝑ cũ fame perpe-
tua ruſticiſqꝫ ac pauoribus lis manet. Uenenoſa
loquor ⁊ ferocia. Quenã ṽo manſuetis gregibus
eſt quies? Quãtis niſibus: quãtiſqꝫ odijs confli- F
gũt ſues? quãtis armẽtorũ duces? quenã inter il-
los certamina? quenã fuge? que victoris inſolẽtia?
qs victi dolor? que iniuriarũ recordatio? qui redi-
tus ad vindictam: quis nõ legẽdo ꝑpendit: ut poe
tarũ ingenia: ⁊ bellaces exercent tauri: ⁊ inter ſe
aduerſis luctãtes cornibus hedi: quid de alijs: lis
omnibus vna eſt: Nilqꝫ nõ ƀm litẽ fit: quando no-
uum ad preſepe hoſpes equus: qñ pullus aduena
quietũ cibũ inter pares ſumpſit? Quis nõ illđ ad
uertit gallinis fetãtibus pro imbecilli familia: quã
tus ardor: impatiẽtia quãta ſit: ꝙ̃ꝙ̃ eſt id quidem
cõe oium? Nulluꝫ tã mite animal qđ nõ amor ſo-
bolis ac met⁹ exaſperet. Galli ſe calcaribus impe-
tunt ⁊ natura ⁊ cruore rutilas criſtas inter vulne G
ra detinent: totis corporibus obniti: tantũqꝫ ſuꝑ-

bie paruo regnat in pectore:tanta vincendi cupidi
tas:tantus cedēdi pudoꝛ eſt. Anatū atq; anſerum
ꝑtinaciam quis nō vidit:ut pectoribꝰ ſe perurgent
clangoribus increpitant:alis diuerberant:roſtris
herent? Et quidē in ferocibus minus miri uſitatū
enim ⁊ cōe eſt:ut animalia maiora minorū perni
ties ac ſepulchrū ſint. Fera feram:auis auē:piſcis
piſcē:uermē uermis rodit: Quin ⁊ littoree uolu-
cres:aquaticeq; quadrupedes:equoꝛ ſtagna: lacꝰ
⁊ flumina rimant̄:exhauriūt: ⁊ infeſtant : ut mihi
oīum inquietiſſima pars rerū aqua videat̄ ⁊ ſuis
motibus ⁊ incolarū ꝑpetuis acta tumultibus:qp-
pe que nouorū animantiū ac mōſtrorū feraciſſima
eſſe nō ambigit̄ :uſq; adeo:ut vulgi opinionem:ne
docti quidē reſpuāt:oēs pꝛope quas terra uel aer
aīantiū foꝛmas h3 eē in aq̄s cū innumerabiles ibi
ſint q̈s ⁊ aer ⁊ terra nō hn̄t: Et in his q̄dē ferme oī
bꝰ ꝑ̄da uel odiū litē parit. Quid ꝙ his ceſſātibꝰ liſ
M nō ceſſat? Age enim in amore quātus çelus:quan-
ta in coniugio diſſonātia:quot querele:quāte ſuſpi
tiones amantiū:que ſuſpiria:qui dolores:quanta
non dicā dn̄orum ac ſeruoru3:qui nō ideo minus
infeſti:quia domeſtici hoſtes ſunt:cum quibꝰ nulla
vnq̄; pax ſperanda:niſi quam uel moꝛs fecerit uel
paupertas. Nō dicam fratrum:quorū gratiā rarā
ipſa ueritas ore Naſonis teſtata eſt. Nō filiorum
in parētes:qđ eiuſdē poete carmē canit:ſed paren
tū quorū opinatiſſimꝰ eſt amoꝛ: Quāta indignatio
in filios:quos dū bonos cupiūt:malos lugēt : At-
q; ita quodāmodo dum ualde diligūt:oderūt. Et
fraternū quidē paternūq; vincli nomē artiſſimi:ſe
I pe ſine amore:interdūq; cū odio videmus. ¶ Ue-
niā ad amicitie ſanctū nomē:quod ab amando di-
ctum:abſq; amore nec eſſe certe nec intelligi pōt.
Quāta v̇o in amicis q̄;uis finiū ꝯcoꝛdia:vie tamē
actuūq; diſcoꝛdia:quāta opinionū atq; cōſilioru3
conflictatio eſt:ut vix Ciceroniana diffinitio ſtare
queat. Sit enim licet inter amicos beniuolentia ⁊
charitas:deeſt tamē illa oīum diuinarū humana-
rūq; rerū ꝯſenſio:ex qua ille diffinitione3 conficit.
Quid in odio ſperes igit̄? Eſt ⁊ in amore odium :
⁊ in pace bellū: ⁊ in cōſenſione diſſenſio. Oſtēdā
tibi ſic eē ex hiſipſis que aſſidue in oculis ſunt. Fe
ras aſpice:quas ferro indomitas : oīpotens amoꝛ
domat intende animū:leene tigres:urſe quanto cū
murmure ueniūt ad id qđ cupidiſſime faciunt? nō
cupidas ſed coactas putes. Ferarū alie dū coeūt
magnis ſtridoribus:alie rapidis vnguibus ingete
ſunt. Ja3 ſi credimuſ qđ de natura viperea magni
ſcribūt viri: Quāta rerū cōtrarietas:quantūq; liti
giū: Maris caput ſua quadā naturali ſed effrena-
ta dulcedine in os vipere inſertū:illa pꝛecipiti fer-
uore libidinis amputat. Inde iā pꝛegnans vidua
cū pariendi tēpus aduenerit:fetu multiplici ꝑ̄gra-
uante: ⁊ uelut in ultionē patris vno quoq; q̄;ꝑmū
erūpere feſtināte diſcerpit̄: Ita duo aīantiū pꝛima
nota ꝓles ⁊ coitus huic generi infauſta penituſq;
moꝛtifera depꝛehendūtur:dū marē coitus:matrē
partus interimit. Apū aluearia contēplare que il-
la cōcurſatio:qui ſtrepitꝰ:que nā nō mō bella cum
pꝛoximis:ſed ciuiles:ut ita dixerim : diſcoꝛdie ac
bella domeſtica. Colūbarū nidos intuere : Sim-
pliciſſimū animal: ⁊ ut memorāt felle carēs:quan
tis queſo cū pꝛelijs quantiſq; clamoribꝰ vitam du
cit : Indiſciplinatis in caſtris ac barbaris eſſe vi-
deare:adeo nec luce pacati aliq̄d nec nocte quidē
videas. Mitto aūt inſultus in alterutrū: Ipſu3 in
ſe vinclo mutue uoluptatis aſtrictu3 par:eāq; ob-
cauſam ueneri ſacru3 quantis querimonijs ad op-
tatū fert̄:ut ſepe columbam circumit:ſepe alis ro-
ſtroq; ꝑſequit̄ ſuus amāſ. ¶ Ad minutiſſima te re K
mittā:que nō ut minoꝛ:ſic ⁊ minus ſpectabilis mi
nus ue laborioſa materia eſt. Quenā ergo aranea
rū inſidie ⁊ q̄; vigil intētio:que captādis infirmio
ribus telarū ſcena:qui retiū obtētus fallacijs ac ra
pinis? Quid pānis tinee:q̄d caries tignis:noctur-
niq; uermiculi non ſine tedio ⁊ obtuſo quodā ſub
ſtrepitu trabiū viſcera fodiētes? Illarum maxime
quibꝰ cedēdis lune ac mēſiū obſeruatio diligēs ſit
neglecta: Que latēs peſtis ut fumoſis tectis agre
ſtiū:ſic auratis regū laquearibꝰ inſultat:tēplis quo
q; ſacratis ⁊ altaribꝰ ſacriſq; opibꝰ philoſophātiū
nō parcit:quin ⁊ libꝛorū poſtes ⁊ mēbꝛanas ⁊ litte
raſ:addā ꝙ niſi pice liq̄da leuiq; icēdio ſit occurſū
nōnunq̄; periculi uel naufragij etiā cauſa eſt: ⁊ ma
ria ingredi ⁊ carinas nauium terebꝛare auſa:ſepe
bellū graue neſcientibus intulit. Pꝛeterea q̄d bꝛu-
chus oleribꝰ:quid ſegetibꝰ locuſta : q̄d meſſibꝰ ſeu
anſer aduena:ſeu paſſer indigena:ſeu grus domi-
cilij tranſlatrix:uolucreſq; alie impoꝛtunū genus?
Unde illud Georgicū Uirgilij:qđ mirari ſoleo:iā
nō miroꝛ ut aues ſonitu terreant̄. Rure enim nūc L
Italico habitanti:vnū hoc ex multis eſtiuis tedijſ
eſſe ceperit. Sic mihi ad ueſperā ⁊ inſultus uolu-
crū: ⁊ lapidum colliſio: ⁊ villici clamoꝛ durat. Ad
hec quid ericius vindemie : quid herugo herbis :
herucha frondibus:talpa radicibuſ? Quid poſtre
mo areis hoꝛreiſq; gurgulio : atq; in opi metuens
foꝛmica ſenecte:ut ait ille:quis feruoꝛ ⁊ perexigui
animantis inquietudo:ut du3 bꝛume ſue conſulit
noſtrā turbat eſtatē? Tardus eſſem ad credendu3
alijs: Expertus ſcio quāto nō ſolum tedio ſed ⁊ dā
no ſit puluerulētū illud:ac trepida ſemper expedi
tione feſtinū agmē:ut non tātū agros ſed arcas ⁊
thalamos ⁊ pꝛomptuaria populent̄: Jam credere
incipiā Piſanis in finibꝰ caſtrū qđ aut lōge a naui
gantibꝰ oſtēdit̄:foꝛmicarū ſcatebꝛis ac diluuio de-
ſertū. Tale aliq̄d Uincētinis quoq; memorant in
finibꝰ. Et ego uel utrobiq;:uel ubiq; fieri poſſe cre
diderim: Sic me nuꝑ nō agreſti quidē ſed urbana
paulominus pepulerūt domo:ut ignis ⁊ calcis ad
extremū fuge rerū remedio opus eſſet: Apuleioq;
fidē habeā:cōſumptū ab his hoīem ⁊ ſi deſit mel.
Mirariq3 me nō negē:quid eſt ꝙ quida3 ſollicitu
dinis exemplū ꝓpoſuere foꝛmicam:alij de hac lō-
gos texuere ſermones:parſimoniā atq3 induſtriā
pꝛedicātes? Bene hercle:ſi omnis ſollicitudo lau-
dabilis eſſet: Exemplū foꝛtaſſe igit̄ pꝛedonibꝰ ido-
neū:nō his quibus de ſuo viuere ſiue cuiuſq̄; iniu
ria mēs eſt. At ſollicitū animal:quis neſcit:ſed im-
pꝛobū:ſed iniuſtū rapto viuens: nullius induſtrie
niſi in malū:nulliꝰ uſus:ac incōmodi tedijq; multi
plicis: Cur igitur hoc exēplū dederint:cur hoc ani
mal laudauerint:dico iterū miroꝛ : ꝑ̄cipue cū adeſ
ſet apis induſtriū ꝓuidentiſſimumq3 aīal:nulli no
xiū multis utile:ſibiq3 ⁊ alijs arte quadā naturali
ter inſita ⁊ ſuo illo nobili labore ſubueniēs. Quid M
nūc ego dānoſam eloquar ubertatē ⁊ excreſcētiu3
luxuriem filiorū:contra quam peruigil excubat: ⁊
pꝛe duris vnguibꝰ armatus agricola ⁊ ultrici ſuc-

cinctꝰ falce frōdator? Quid lappas ⁊ tribulos atqꝫ
ānuā tēpeſtatē renaſcētiū ſtirpiū ac radicū litiū ac
laborū materiā imortalē? Quid imbriū bella furē
tiū ⁊ molles niuiū ⁊ uredinē pruinarū: ⁊ aſperita
tē ⁊ violētiā glaciei: ⁊ torrentiū repentinos impe
tus: ⁊ uaga fluminum incremēta: totas ſepe regio
nes ⁊ magnos populos: ſed in primis ruſticorū ſe
pta quaſſantiū: quorū in tot malis vix terreſtris ⁊
ī terrā ſemꝑ accliuis agitur vita? Atqꝫ ut delicato
N rū ac diuitū de tedijs aliqd dicā: Quis nocturna
auriū bella nō pertulit? Bubones ſtrigeſqꝫ ⁊ obla
trantiū limine canū ſuꝑuacuas excubias: ⁊ catas
in tegulis nundinantes ac tranqlla ſilētia horren
dis occētibus ⁊ clamore tartareo infeſtātes: ⁊ me
ſti ſoricum occētus: ⁊ quicqd inter tenebras ipor
tunū ſtrepit? His accedūt ⁊ nocturna ranarū coa
xatio: ⁊ matutini planctus hirūdinū ac mine: adeſ
ſe Jtym putes ac Tereū. Nā diurnā auriū quietē
⁊ cicade ſtridule: ⁊ ꝓcaces corui: ⁊ rudentes im
pediunt aſelli: ⁊ balatus pecudū: ⁊ mugitꝰ boum
⁊ magno precio parua oua uendētiū gallinarū cō
cētus incōditus fine carēs. Super oia vo uel ſuil
lus ſtridor: uel vulgaris clamor ⁊ ſtultorū riſus:
quo inepto res ineptior nulla eſt: ut Catullus ait:
Et ebriorū cātꝰ ac gaudia quibꝰ nihil eſt triſtius: ⁊
litigantiū querele: ⁊ anile ꝯuitiū ſeu garritus: Et
puerorū nūc prelia: nūc lamēta: ⁊ nuptiarū uel cō
niuia turbida uel choree: ⁊ uxorū viros arte lugē
tiū leti fletus: Et parētū ueri natorū in mortibꝰ eiu
latus: Adde his fori turbas ac ſtrepitū altercatio
neſqꝫ mercātiū ⁊ ementiū: hinc contēptus: hic uē
dētiū iuramēta. Adde hinc artificū laborem uoce
mulcentiū meſtos cātus: Hinc fidibꝰ lanas ac uel
lera cōglobata pulſantiū: iniucūdā muſicam: ⁊ te
las pectinis pererrātis: Hic folliū fabriliū raucos
flatus: ⁊ acutos ſonitus malleorū: quibꝰ ſciſſa eqs
partibus hiberna nox addit: ut nullū uel quieti da
O tū tp̄s litibus ſit imune. Ut vo inſenſibiliū reꝝ ge
nus attingam: Quid uel cū ferro magnes habet
uel cū magnete adamas: quorū ⁊ ſi cauſa litis oc
cultior: lis aperta eſt. Magnes ſiquidē ferrum tra
hit: adhibe adamantē: trahere deſinet remittetqꝫ
ſi traxerit. Utrobiqꝫ vis mirabilis: ſeu ꝙ pigro ⁊
informi lapidi natura quaſi manus atqꝫ vncos de
derit aduerſus rigidū ac preualidum metallū: ſeu
ꝙ illos ſibi de lapide altero aſtāte ſurripuerit: que
non prime litis finis ſed noua lis eſt. Et ſi hoc ulti
mū multi negēt: Mihi enim experiendi hactenus
uel occaſio defuit uel uolūtas: Jtaqꝫ nihil affirmo
Primū vo notū adeo ut ne affirmari quidem ſit ne
ceſſe. Uerū ego breui nimis in tp̄e ⁊ anguſto in ſpa
tio opus ingēs magno impetu aggreſſus: iā hinc
video ad hanc rē plus mihi animi eſſe q̄ꝫ virium.
Nec mihi nec cuiq̄ꝫ ſane vnū hoc agēti ex cōmodo
facile futurū ſingula ꝓſequi: ex quibꝰ appareat oia
ſm litē fieri: que ſeu magna: ſeu parua magno mi
raculo fiant: licet nondū tamē illud maximum ſtu
pendumqꝫ inter ſūma ⁊ extrema nature prodigia
numeratū attigi: ſed attingā paucis. Echineis ſe
P mipedalis piſciculus nauim q̄ꝫuis imēſam uētis:
vndis: remis: uelis actā: retinet: ſolus elemētorū
atqꝫ hoium vim retūdēs: nullo quidē actu alio q̄ꝫ
nauigij poſtibus adherēdo: nullo demū conamine
ſed natura ipſa. Quod ⁊ ſi ſcriptis illuſtribus in
ſitū: e numero tamē incredibiliū haberet ſi de O

ceano: indico fortaſſis aut Scythico ſcriptū eēt: ⁊
nō potius in noſtro mari mōſtrū hoc romanis im
peratoribus accidiſſet. Aiaduerſa enim more cau
ſa: ꝙ tota claſſe ꝓdeūte nauis vna uelut in ancho
ris ſtaret: neqꝫ prorſus loco moueret: dimiſſis pe
lagi expertis: manu: ut dicitur: cōperta ueritas: ⁊
limacis inſtar piſcis clauo inſidens: inuētus atqꝫ
oſtēſus eſt principi indignāti tm̄ in ſe potuiſſe tan
tillū aial: idqꝫ vnū precipuū admiranti: qd in naui
giū receptꝰ: tantā illā exterius inherendi efficaciā
amiſiſſet. Nā illud alterū monſtri genus nō ſiluiſ Q
ſe equidē q̄ꝫ affirmaſſe maluerim: cuiꝰ apd nos ne
ſcio q̄ꝫ uerax ſed noua utiqꝫ: ⁊ ob id ipſū ſuſpecta
mihi eſt fama. Eſſe circa mare indicū inaudite ma
gnitudinis auē quandā: quā Rochū noſtri uocant
que nō modo ſingulos homines: ſed tota inſuꝑ ro
ſtro prehenſa nauigia ſecū tollat in nubila: ⁊ pēdē
tes in aere miſeros nauigantes aduolatu ipſo ter
ribilē mortē ferat. Quāta vo vis auaritie eſt: que
neqꝫ alijs multis: neqꝫ hoc vno tā imani periculo
a nauigatione deterritos ſequaces ſuos prede aui
dos predam facit? ❡ Jam vo ut de inuiſibilibꝰ ali R
qd ad inceptū trahā: Quāta cōmixtione cōtrario
rum fit uotiua tēperies: inter quas contrarietates
aduerſantiū extremorū ad mediū virtutis: per q̄s
differentias quātāqꝫ diſcordiā uocū ad muſicā cō
cordiā peruenit? Deniqꝫ quecūqꝫ ſunt excute: ⁊ ꝑ
curre aio celū: terras: maria: eque in ſummo ethe
re ⁊ in fundo pelagi: Jnqꝫ imis terre certatur hia
tibꝰ: eque in ſiluis ⁊ in agris: eque in deſertis are
narū ⁊ in plateis urbiū lis eterna eſt. Ne eniꝫ ua S
rietate reꝝ ab incepto deuiē: taceo ꝙ iā inde ab ip
ſo mūdi primordio inter ethereos ſpūs: in ipa celi
arce pugnatum eſt: hodieqꝫ in hoc tractu caligino
ſi aeris pugnari creditur: Taceo ꝙ in illo celeſti cō
greſſu victi angeli victoribuſqꝫ iā ſuis facti impa
res: dū i nos mortales terre accolas ulciſci: ſtudēt
imortale nobis bellū tēptationū uariarū durūqꝫ
negociū atqꝫ ambiguū peperere: Taceo ꝙ: ut oia:
⁊ que ſenſu carēt: ⁊ que ſentiunt in vnū cogā: a ſu
premo celi uertice: ut dixi: uſqꝫ ad infimū terre cen
trū: ⁊ a principe angelo: uſqꝫ ad minimū ⁊ extre
mū uermē iugis ⁊ implacabilis pugna eſt. Hō ip
ſe terreſtriū dux ⁊ rector aiantiū: qui rationis gu
bernaculo ſolus hoc iter vite ⁊ hoc mare tumidū
turbidūqꝫ tranqlle agere poſſe videretur: q̄ꝫ cōtinua
lite agitur: nō mō cū alijs ſed ſecū de quo mox dicā.
Nūc de primo agendū: Siquidē nihil mali eſt qd
non hō in hoiem machinetur: ut cetera hoium mala
vndecunqꝫ uenientia: ſeu a natura: ſeu a fortuna:
huic vna collata leuia quedā incōmoda videantur.
Jd eniꝫ vo ſi ad plenum aperire uoluero: id quod
nolim: quodqꝫ a ꝓpoſito longe eſt: ⁊ ois humano
rū actuū ſcena retegēda: ⁊ ois eui hiſtoria retexē
da erit: hoc vnū dixiſſe ſatis ſit. Quia ſi nulla vn T
q̄ꝫ alia q̄ꝫ romanorū bella toto fuiſſent orbe terra
rū abūde bellorū eſſet ⁊ litiū. ❡ Adde ſententiarū
diſſonantiā ⁊ inenodabiles rerū nodos: Quis ſe
ctarū uarietates aut philoſophorū bella dinume
ret? Populorū ⁊ regū prelia quieuere: philoſophi
nō quieſcūt: ⁊ pugnāt illi de eo qd cū huius eē ce
perit eſſe deſinit illius. Hi de ueritate litigāt: que
vna ſimul oium eſſe pōt: neqꝫ hanc litē aut queſite
ueritatis ſplēdor: aut Achademicus vnq̄ꝫ ualuit fi
nire Carneades philoſophice ſequeſter pacis an

xius ſed irritus:ut nō inelegāter mihi quidem di
xiſſe videat̃ Anneus Seneca:ubi horologia philo
ſophis confert:ꝙ ſcilicet par utriſqꝫ diſcordia eſt.
Idqꝫ q̃ꝫ uerū ſit:quiſqs ⁊ philoſophis animū ⁊ ho
rologijs aurē dedit:itelligere potuit. Nec v̇o alio
ruʒ doctrina tranqllior. Que grāmaticorū adhuc
ſub iudice lis exiſtens? qui cōflictus rhetorū? que
u dialecticorū altercationes? que deniqꝫ artiū oium
diſcordie? qui clamores inter cauſidicos? q̃ꝫ bn̄ cō
ueniat ipſarū cauſarū immortalitas ꝓbat. De con
cordia medicorū teſtimoniū ſit egrorū. Uitā certe
quā breuē dixere:ſepe ſuis litibus fecere breuiſſi
mā. Quāta eſt p̄terea de ſacris ⁊ de religione dif
formitas aīorū. Nō tam litteratorū uerbis homi
nū q̃ꝫ populorū armis: ⁊ cāpo ſepius commiſſa q̃ꝫ
ſchole. Ita cū vna ſit ueritas:vnūqꝫ ſit in reb⁹ ueꝝ
Cui ut ait Ariſtoteles oia ↄſonāt:de hoc tā diſſone
pugnāteſqꝫ ſententie ipſos ueri agitant ꝓfeſſores.
Quid de cōi vita deqꝫ actibus mortaliū loquar?
vix duos in magna urbe cōcordes:cū multa:tum
maxima edificioꝝ habituūqꝫ uarietas arguit. Nā
quis vnq̃ꝫ tā locupletis delicatiqꝫ patriſfamilias
nact⁹ eſt domū:ut non ibi multa mutauerit: ut qđ
vni ſtudiū fuit extruere:alteri ſit uoluptas euerte
re. Teſtant̃ mutate ſepius feneſtre:obſtruſa oſtia:
paſſimqꝫ uetuſtis in parietib⁹ noue indicāt cicatri
ces. Neqꝫ in alienis id tm̄:ſed in noſtris patimur:
ſua dū cuiuſqꝫ ſententia ſecū pugnās:qđ ait Flac
cus:Diruit:edificat:mutat quadrata rotūdis:quo
luce clari⁹ fiat:qs nr̄m:quiſqꝫ cū alijs:quis ue ſecū
ſit. Iā qui ueſtiū modus:quiue habitus:triduum
totū noſtris durat in urbib⁹: que municipiorū ſci
ta nō ut lōgeua eſſent cū ſuis latorib⁹ deſierūt. Ad
x hec quenā ducū inordinā̄da acie:que nā magiſtra
tuū in ferendis legibus:que nā nautarū in capien
do conſilio diſparitas que ue diſcordia eſt? Didici
hoc ego ultimū magnis ſepe periculis meis:dum
mari celoqꝫ mortem minitantib⁹ nocte ſimul ac nu
bibus cuncta terrarū ac ſtellarū ſigna tegētibus:
puppe iā fatiſcente ⁊ ſemioppleta fluctib⁹:naute
de ſūma rerū media in morte ↄtrarijs ſtudijs atqꝫ
opinionibus obſtinatiſſime litigarēt. Adde in qui
b⁹ ſine aduerſario lis eſt:Que ſcriptorū prelia cuʒ
mēbranis cū attramēto:cū calamis:cum papyro?
Que fabrorū cū malleis cū forpicib⁹: cū incude?
Que aratorū cū ſtiua:cū uomere:ipſiſqꝫ cū glebis
⁊ cū bobus? Que militū:nō dico:cum hoſte: ſed
cū equis atqꝫ armis ꝓprijs:dū ⁊ illi rebellāt ⁊ pre
grauāt aut cōprimūt? Quid dictātibus ſcribenti
buſqꝫ negocij eſt:dū hos inexpletū loqui multa co
git intētio: Illos uel expleta percipere uetat:hinc
inſcitia:hinc uolatilis ⁊ incōſtans anim⁹ ſemperqꝫ
aliud cogitās q̃ꝫ qđ agit? Sed qd ſingillatiʒ ago?
y Nulla mechanicarū difficultatib⁹ ſuis uacat. Re
lique v̇o ut qddā note dulcedinis:ſic latētis ama
ritudinis multū habēt:nilqꝫ eoꝝ etiā que delectāt
ſine lite agit̃. Iam que infātiū bella cū lapſib⁹:que
puerorū rixa cū litteris amariſſime ferētiū:qđ pre
dulciter metāt? Quenā inſup adoleſcētiū lis cum
uoluptatib⁹ dicā uerius:imo quāta ſecum lis affe
ctuūqꝫ colliſio? Cū uoluptatibus eſt nulla lis peni
tus:ſed cōſenſus eſt oi lite funeſtior. Credo exper
tus:nulli hoium generi:nulli etati plus litigij eſſe:
plus inextricabilis la borioſiqꝫ negocij:nullos ho
minū tā letos videri: nullos eſſe tam miſeros aut
tam meſtos. Poſtremo quenā feminis puerperij
difficultas:quantūqꝫ diſcrimē? Quenā viris cum
paupertate atqꝫ ambitione luctamina? Quāta vi
te plura q̃ꝫ expedit ſatagētis anxietas? qđ deniqꝫ
illud ſenū cū etate ac morib⁹ ꝓpinquāte morte:qđ
oium ipſa cuʒ morte:quodqꝫ ipſa quoqꝫ eſt morte
moleſtius:cū ꝑpetuo mortis terrore certamē? Poſ
ſem hunc ſermonem mille rerum argumentis extē
dere:Sed ſi ut libro ſuperiore uoluiſti ſic epiſtolā
quoqꝫ hanc prologi locum obtinere: ⁊ libri huius
partem eſſe uolueris: Iam hinc video quantū hec
ipſa prefatio libri modum excedat. Itaqꝫ frenāda
curioſitas ⁊ cohibendus eſt ſtilus. Ad ſummā er z
go omnia:ſed in primis omnis hominum vita lis
quedā eſt. Uerum hac externa lite interim omiſſa
de q̄ pauloāte diximus: ⁊ que minor utinā: ⁊ ob id
minus omnib⁹ nota eēt: Lis interior quāta eſt:de
neqꝫ enim ſolum contra aliā:ſed cōtra ſuā: ut dixi
ſpēm:neqꝫ contra aliud indiuiduū:ſed cōtra ſemet
ipſum: Idqꝫ ⁊ in ſuperficie iſta corporea que no
ſtri pars viliſſima atqꝫ ultima eſt: ⁊ in intimis ani
me penetralibus quiſqꝫ ſecum ſe aſſidue bellū ha
bet. Nam ⁊ corpus hoc q̃ꝫ contrarijs eſtuet ac tur
betur humorib⁹:ab his quos phyſicos dicūt q̄re:
Aius:q̃ꝫ diuerſis q̃ꝫqꝫ aduerſis ſecū pugnet affe
ctib⁹ vnuſqſqꝫ nō aliū q̃ꝫ ſeſe interroget:ſibiqꝫ re
ſpondeat:q̃ꝫ uario q̃ꝫqꝫ reciproco mentis impulſu
modo huc rapitur:modo illuc:nuſq̃ꝫ totus: nuſq̃ꝫ
blā vn⁹ ſecuʒ ipſe diſſentiēs:ſe diſcerpens. Naʒ ut
ſileā reliquos mot⁹:uelle:nolle:amare:odiſſe:blan
diri:minari:irridere:fallere:fingere: iocari:flere:
miſereri:parcere:iraſci:placari:labi:deijci: attolli:
titubare:ſubſiſtere:progredi:retrouerti:inchoari:
deſinere:dubitare:errare:falli:neſcire:diſcē: obli
uiſci:meminiſſe:inuidere:contemnere mirari:faſti
dire:deſpicere ſimulqꝫ ſuſpicere: ⁊ que ſunt eiuſ
modi:quibus utiqꝫ nihil incertius fingi poteſt:qui
buſue ſine ulla requie ab ingreſſu uſqꝫ ad exitū flu
ctuat vita mortalis. Quenam tandem illa paſſio ⁊
num quatuor tempeſtas ac rabies: Sperare ſeu
cupere ⁊ gaudere:metuere ⁊ dolere: que rerum
inter ſcopulos procul a portu miſerum alternis fla
tibus animum exagitant:quas alij fortaſſe immo
certe aliter:ſub vno ne integro quidem uerſiculo:
⁊ ut Auguſtino placet:notiſſima ueritate Uirgili⁹
ſtrinxit de quibus ad utranqꝫ partē ⁊ plura quidē
⁊ pauciora dici poſſe ſcio. Uerum ego ne breuita
ti admodum ſtudui nec copie:ſed que de cōmuni
vita hominum:quo ſe obtulerunt ordine ſcriptis
inſerui ne legētē uel inopia uel faſtidio fatigarem.
Neqꝫ v̇o te moueat fortune nomē:non tantū in ip
ſis inſcriptionibus:ſed in opere repetitum. Sepe
quidē ex me quid de fortuna ſentiam audiſti. Sed
cum his maxime qui doctrina minus fulti eſſent
hec neceſſaria preuiderem:noto illis ⁊ cōi uocabu
lo uſus ſum:non inſcius quid de hac re late alij:
breuiſſimeqꝫ Hieronymus ubi ait: Nec fatuʒ:nec
fortuna:cōis ergo acies:ſuum hic loquēdi morem
recognoſcet:Docti autem qui perrari ſunt:quid in
tendam ſcient:nec vulgari cognomine turbabun
tur. Bipartiti ſane operis paſſionuʒ ac fortune de
parte altera que viſa ſunt diximus: de altera que M
dehinc viſa fuerint:dicemus.

¶ Explicit Epiſtolaris Prefatio.

¶ Fräciſci Petrarche poete Oratoriſq; Clariſſimi: conſolatiui operis ſui ad Azonem de Remedijs utriuſq; fortune: Liber ſecũdus de Aduerſa fortuna diſputans: feliciter incipit.

¶ De deformitate corporis. Dia.I. ¶ Do.

A Diſſe mecũ nimis illiberaliter naturã
queror: que deformez genuit. ¶ Rõ.
e O quot faces extinxit: quod occurrit
incẽdijs. ¶ Do. Deformẽ genuit na-
tura. ¶ Rõ. Nõ dedit quod delectet
ſi quod proſit dedit: ſatis eſt: mitte q̃relas. ¶ Do.
Nõ dedit forme gratiã natura. ¶ Rõ. Dare nolu
it quod egritudo corrũperet: quod ſenectus eripe
ret: Dedit forte quod nec mors ipſa cõtingere au-
deat. ¶ Do. Formã corpis natura negauit. ¶ Rõ
Si formam animi largita eſt: maximi debitor: exi
gui repulſam alta mente deſpicito: ⁊ offenſaz ſpe-
culi cõſcientia ſolare. ¶ Do. Inuidit natura formã
corporis. ¶ Rõ. Non inuidit ſed erubuit dare qđ
quotidie minuat ⁊ pereat. Uera liberalitas man-
ſuro munere noſcitur. Putria ⁊ caduca auari etiã
donãt: Forma fugax ⁊ fragile nature donum pau
cis ad utilitatẽ: multis ad pernitiem: nulli ad ſalu-
B tẽ uerãq; gloriã data eſt. ¶ Do. Forma mihi cor-
poris negata eſt. ¶ Rõ. Raro admodũ forma in-
ſignis honeſtaſq; vno ſub lare habitãt: Bene tibi
accidit ſi peiori excluſa: hoſpes melior tecum eſt.
¶ Do. Nullũ forme decus obtigit. ¶ Rõ. Quid
hinc doles: aut quid penitus ſanctũ piumq; animo
uoluis? In quod tibi neceſſariã aut oino uſui ⁊ nõ
potius impedimento eſſe corporis formã putes?
Multos forma fecit adulteros: caſtũ nullũ. Mul-
tos per lubrica uoluptatum duxit ad infamẽ mor
tẽ qui deformes ſine dedecore periculoq; vixiſſẽt
Et quid multos dixi? Innumerabiles in diſcrimẽ
fere omnes in crimẽ trahit. ¶ Do. Cur me defor-
mem genuit natura? ¶ Rõ. Ut ipſe te ornares ac
formoſum faceres ea forma que tecũ eſſet in ſenio
in grabatulo: in feretro: in ſepulchro: eſſetq; tua nõ
nature laus aut parentũ. Pulchrius eſt pulchruz
fieri q̃ naſci. Illud enim caſus hoc ſtudij ẽ. ¶ Do.
C Corporis multa deformitas me premit. ¶ Ratio.
Deformitas quidẽ hec apud quoſdaz infelicitatis
quedã portio eſt. Tu crede dicẽtibus: nõ deformi-
tate corporis fedari animũ: ſed pulchritudine ani-
mi corpus ornari. Non te hoc igit̃ inhoneſtat aut
premit: ſed honeſtandi animi materiam aſſurgẽdi
q; aditũ per virtutes aperit. ¶ Do. Deformẽ na-
tura parens genuit. ¶ Rõ. Si deformẽ Helenam
genuiſſet: uel: ut viros loq̃r: ſi deformez Paridem
fortaſſe Ilion adhuc ſtaret. ¶ Do. Deformis i lu-
cẽ editus queror. ¶ Rõ. Pauci boni formam cor
poris amarunt: nullus optauit: quidã etiã ꝓiece-
runt: Quod feciſſe laudatur ille Thuſcus adole-
ſcens qui preclari vultus eximiã ſpeciẽ: quã ſuſpe-
ctam multis aduerſamq; fame ſue ſenſerat ⁊ pudi
citie aliene illatis ſibi ſponte vulneribus deforma
uit: q̃ tibi diſſimilis qui id optes quod ille ſibi ab
D ſtulit: ⁊ quo rari nunq̃ inocue uſi ſint. ¶ Do. For
ma careo. ¶ Rõ. Tutius eſt caruiſſe quo in experi
mentũ tui anceps ac laborioſum ſepe uenturus ſis

Multis forma nocuit: cunctos exercuit: quoſdaz
poſt inſultus uarios molliuit ⁊ vinci faciles dedit
atq; ab honeſtate tranſuerſos in culpam truſit.
¶ Do. Deformis ⁊ breuis nimiũ ſtatura ẽ. ¶ Rõ.
Non eſt ut reris proſequendũ querelis icõmodũ
lõge conſpectior eſt ſtatura: breuis expeditior agi
liorq;. ¶ Do. Statura perbreuis ẽ. ¶ Rõ. Quid
uetat: ut in parua domo magnũ virũ: ſic in paruo
corpore magnũ animũ habitare? ¶ Do. Corpꝰ exi
guũ eſt. ¶ Rõ. Id ſcilicet lamẽtaris qđ teipſo nõ
es ornatus ſed leuis ⁊ facilis ⁊ ad cũcta uerſati-
lis. ¶ Do. Perexiguũ eſt corpus. ¶ Rõ. Quis vn
q̃ de exigua conqueſtus eſt ſarcina? Iuſta hercle
dolendi cauſa ꝙ non preſſus mole corporea ſed in
dutus: neq; ipſe tibi tedio ſed uſui ſis. ¶ Do. Con E
temptibili ſum ſtatura. ¶ Ratio. Ut glorioſum
nihil niſi virtus: ſic contemptibile nihil niſi vitium
Nullam virtus reſpuit ſtaturam. ¶ Dolor. Exi-
gua corporis ſtatura eſt. ¶ Rõ. Nõ ſtaturã corpo
ris virtus exigit ſed animi. Hec ſi lõga: ſi recta: ſi
ampla: ſi magnifica: ſi decora eſt: ſit illa altera qua-
liſcunq;: nihil ad rẽ: Non ſolũ domi ſed ne militie
quidẽ niſi magis obeſſe uideret̃. Noſti vt Mariꝰ
ſũmus dux: non longos ſed toroſos ⁊ ualidos mi
lites eligebat. Id q̃ feliciter: q̃ cõſulto faceret: cre
bre ⁊ ingentes indicãt victorie. Habet corporum
ꝓceritas maieſtatis pluſculũ non vigoris. ¶ Do.
Breuis eſt ſtatura. ¶ Rõ. Hec non impedit quin
vir bonus ⁊ magnus eſſe poſſis. Inſuper ⁊ rex ſi
ſors tulerit ⁊ imperator. Et ſi eniz Africanus Sci
pio celſus corpe: Iuliꝰ Ceſar ſtatura fuerit excelſa
breui tñ Alexãder macedo ⁊ Auguſtꝰ Ceſar nec eo
rũ magnitudini breuitas obfuit: nec detraxit fame
¶ Do. Uellẽ eẽ altior ⁊ maior. ¶ Rõ. Aſſurge aio F
creſce virtutibꝰ: maior eris atq; altior. Hoc utiliꝰ
hoc facilius incremẽtũ. ¶ Do. Cuperẽ eſſe formo
ſus. ¶ Ratio. Diſce amare atq; optare meliora.
Stultũ eſt amare periculũ ſuũ: Stultũ optare qđ
nullo ſtudio queri põt. Nẽpe ſi cõtra naturam for
moſus fieri ſtudeas: nil ultra proficies q̃ ut defor
mior videare. ¶ Do. Formoſus eẽ nequicq̃ nitor
¶ Rõ. Nitere aũt bonus eſſe: Id nõ fruſtra enim
facies. Hoc inter multa precipuũ virtꝰ habet: que-
ri poteſt: eripi nõ poteſt. Cũ reliqua i arbitrio ſint
fortune: nec obſtãte illa queri ualeant nec ſeruari:
Sola virtus fortune legibꝰ libera eſt atq; illa oblu
ctante clarius nitet.

¶ De imbecillitate. Dial'.II. ¶ Dolor.

Atura me genuit imbecillẽ. ¶ Rõ. Ut i pu A
n tri uagina enſis ferreus: ſic in fragili cor-
pore fortis ſepe animꝰ latet. ¶ Do. Imbe-
cillis natꝰ ſũ. ¶ Rõ. Nõ eris idoneꝰ uectãdis one
ribꝰ aut aruo fodiẽdo: ſ; honeſtis ſtudijs ſ; iuſtis i
perijs. Sic i naui robuſtior quiſq; remũ agit: at pru
dẽtior clauum regit. Uita quaſi nauis rerum flu-
ctibus ⁊ mũdi pelago iactata ſuos remos habet
ſuũq; gubernaculũ: A vilioribus repulſus officijs
ad nobiliora conuertere. ¶ Do. Imbecillẽ genuit
natura. ¶ Rõ. Quid ſi robuſtiſſimum genuiſſet?
An ꝑpetuũ robur erat: an nõ robuſtior egritudo?
Ut ſileam caſus innumeros qui repẽte totũ homi
nẽ debilitant atq; eneruant: Animi robur optabi-
le eſt: qđ nec dies minuit nec fortuna. ¶ Do. Cor-
pore imbecillis ſum. ¶ Ratio. Animum foue atq;
exerce ſuis artibus quas meliores eſſe diuturnio

reſqꝫ non ambigis: Laborem corporis linque ruricolis: nautis: fabris. ℭ Do. Nulle mihi ab origine fuere vires. ℭ Rō. At idipſum nō hūiſſe: ꝙ̄ ꝑdidiſſe tolerabilius eſt. Nempe ſi fuiſſent nō manſiſſent: Nam ⁊ Milonis ſenuerūt vires: ⁊ Herculis ſenuiſſent. Non ſic Socratis: nō Solonis: nō neſtoris: nō Catonis. Melioribus utere: Nil pōt delectare magnū aiuꝫ quod nō duret. ℭ Do. Corpuſculum imbecille eſt. ℭ Rō. Si organū inhabitanti aīo ſufficiens fuerit ſatis eſt viriū. Corpꝰ nanqꝫ ꝓpter animi ſeruitiū feciſſe naturā: Nemo taꝫ corporis ſeruus eſt qui neſciat id ſi proprio munere fūgitur: Quid accuſas ſeu quid amplius requiris? Nam qui ingenio fragiles: corpore preualēt hi beluis proxime accedūt: ⁊ ſepe qꝺ miſerū ē: alijs ſeruiunt. Sepe vͦo qꝺ miſerrimum: atqꝫ ubi humane miſerie ſumma eſt: animū ipſi ſuū ſeruire corpori ſuo cogunt ſeruitute fediſſima. ℭ Do. Corpus inualidū eſt mihi. ℭ Rō. Uera ⁊ generoſa vis hoīs in animo eſt. Corpus eſt quaſi quedā domus animi ꝙ̄ robuſta: ꝙ̄ fragilis: nihil ad hoſpitē: paucorū precipue dierū: modo ne corruat: tunc migrandi neceſſitas in aliud: idqꝫ ꝑpetuū domiciliū hinc excluſos transfert. Plus dicerē ſi plus capere poſſes nec vulgari ſtrepitu prorſus obſurduiſſes: Corpus ipſū nō animi domū eſſe ſed carcerē: nec amicū certe ſed domeſticū hoſtē: cuius tibi fragilitas ſit optāda q̄ tu liber maturiꝰ ſis ac victor. ℭ Do. Nulle ſunt mihi vires. ℭ Rō. Nulle penitus duꝫ ualeas: nō ſunt: ꝙ ſi nō uales: alia eſt querela. Nō ergo nullas vis dicere: ſed paruas vires. Non es robuſtus: ut ille coetaneus tuꝰ: neqꝫ is: ut ille aliꝰ neqꝫ ille ut bos utqꝫ elephas: Suus cuiqꝫ virium modus eſt: cuiqꝫ qꝺ ſat eſſet indulgētior natura diſtribuit parens optima: ⁊ ſuorū fetuuꝫ amātior ꝙ̄ quiſqꝫ ſui. Nō poteſtis de defectu queri de imparitate querimini. Turbidū genus ⁊ querulū: qua ſublata mūdi decor intereat neceſſe eſt: ſic qꝺ optimū eſt in rebus id fertis egerrime.

ℭ De aduerſa ualitudine. Dial. III. ℭ Do.

A a T aduerſa ualitudo eſt. ℭ Rō. Quod expectabam audio: cognate etenim ſunt querele. At ſi caro ſpiritui hoſtis ē viciſſimqꝫ contra ſe militāt: Quod in ſe expertus ille magnꝰ ueri amicus: in omnibus uerū dixit: cōſequens eſt ut quod alteri obeſt: proſit alteri. Qꝫ ſi ſpiritꝰ carne nobilior meliorqꝫ eſt: cui maxime ſit fauendum vides ac fortaſſis intelligis ualitudinē: quam aduerſam dicis eſſe proſperrimā. ℭ Do. Inualida ualitudo ē. ℭ Rō. At eſt ualida hortatrix parſimonie dehortatrixqꝫ libidinū: ⁊ magr̄a modeſtie. ℭ Do. Mala eſt ualitudo corporis. ℭ Rō. Si ualitudo animi bona eſt: pone ſollicitudinē: quicquid corpo

B ri euenerit: ſaluus es. ℭ Do. Corpus egrum infirmūqꝫ eſt. ℭ Rō. Multis ad ſalutē anime profuit corporis egritudo. Ille vir altus ex humili: ex aqs uectus ad ſydera: celiqꝫ clauiger effectus: cuiꝰ vmbra ſola morbos corporū moleſtiaſqꝫ pellebat: Interrogatus aliquando cur filiam ipſe ſuam graui morbo preſſam ſineret: reſpondit: Sic expedit ei. Tu quid ſcis: an ⁊ tibi ſic expediat? ℭ Do. Diu corpore ſic affectus ſū. ℭ Rō. Ille idē de quo loquor filiā mox ut tuto ſanam fieri poſſe cognouit ⁊ ſanauit: ⁊ ſanādis alijs habilem fecit. Et tu facito ut ſecura tibi ſanitas tua ſit: fortaſſe ſanabere. Deniqꝫ

quod tuū eſt: animū cura celeſtiqꝫ medico curādū offer. De reliquo vnū hoc intrepide dixeriꝫ: ⁊ ſi nō quod iuuat: at ꝓfecto qꝺ expedit ſpera. ℭ Do. Ualitudo anxia eſt. ℭ Rō. Eſt que obliuionē ſomnūqꝫ diſcutiat ⁊ torporem abigat. ℭ Do. Ualitudo C
infirma eſt. ℭ Rō. In īfirmitatibus gloriare ⁊ virtutem perfice: Duo hec vnius magiſtri ore didiciſti. ℭ Do. Ualitudo miſera eſt. ℭ Rō. Comes iniucunda: ſed fidelis que te crebro uellicet: iter ſignet: ⁊ cōditionis admoneat: optimū in periculis monitor fidus. ℭ Do. Ualitudo corporis extrema ſine remedio eſt. ℭ Rō. Sile ⁊ gaude ruinoſo carcē vinctum te egrediere facilius ac citius.

ℭ De ignobili Patria. Dial. IIII. ℭ Do.

A i Gnobilis patrie ciuis ſum. ℭ Rō. Eſto tu nobilis: Naꝫ nil uetat: nihil cū patrie nobilitate tua nobilitas mixtum habet. ℭ Do. Parue urbis incola ſum. ℭ Rō. Et magne urbes paruos ciues habēt: Immo fere ex his cōſtant: ⁊ parue magnos quoſdam habuere. Quin in ſiluis abiectus ac nutritus Romulus: omniū urbiū reginā urbem romā cōdidit: quā euertere uoluit in maxima urbe genitus Catilina. ℭ Do. In exigua patria natus ſum. ℭ Rō. Magnificare illam ſtude. Nihil eque ciuitates amplificat ut ciuiū virtus ac gloria. Qui hoc edificijs aut fertilitate melius atqꝫ opibus fieri putat: fallit: ut ſingulos viros: ſic ⁊ urbes ⁊ regna ⁊ imperia: non uetuſtas: nō turres ac menia: non platee: non palatia ac tēpla marmorea non ſtatue: nō picture: nō aurū nō gēme: nō cāpi legionū ⁊ claſſium pleni portus: non peregrinis referta mercibus emporia: ⁊ lucri amore equor oē ſulcatū: nō poſtremo ciuiū forma uel numerus: nō rerū copia exūdanſqꝫ cibis forū: nō purpuree chlamydes virorū: onuſteqꝫ miris cultibꝰ: nō faſtꝰ: nō delitie: nō uoluptates: ſed virtus ſola nobilitat: geſtarumqꝫ rerū fama quam viri pariunt: non muri.

ℭ Do. Parui municipij ciuis ſum. ℭ Rō. Neſcis B
Biātē Pirenneū fuiſſe: Pythagorā Samiū: Anacharſim Scythaꝫ: Democritū Abderitē: Ariſtotelem Stagyritē: Theophraſtū Leſbium: Tulliuꝫ Arpinatē. Chous Egei maris breuis inſula: ⁊ poetā non ignobilē Philitē tulit: ⁊ medicorū patrē ⁊ ſculptorū ac pictorū principes: Hippocratem ſcilicet ⁊ Phidiam ⁊ Apellem: ut intelligi poſſit ingeniorū magnitudini locorū anguſtias non obſtare. ℭ Do. Ignobilis eſt patria. ℭ Rō. Nobilitare tu illam pro virili parte ſi uelis: potes cuꝫ te illa facere non poſſit ignobilem. Nec Nume quidē Pompilio ad romanū regnum: nec Septimio Seuero ad imperiū obſtitit ſoli natalis humilitas. Summo hominū Auguſto: ⁊ ſi recēs romana: quia ipſe ſcilicet in palatio natus ſit: origo tamē gentis antiquior Ueliterna eſt. Gaio Anthias: Ueſpaſiano autē vici incogniti reatini. Contra vͦo Lariſſeā famā vulgauit Eacides: ⁊ Peleum a ſeculis fuſcum nomē atqꝫ humile: quod Philippus erexerat: Alexander ad celū tulit. Non ſatis eſt ciuibus obſcuritatē patrie nō nocere: niſi ciuium claritas patrie proſit. Aſylum ignobile atqꝫ opus paſtorium roma fuit: que non ante clareſceret ꝙ̄ res illā geſte ⁊ ſuorū virtus excellens ciuium illuſtraſſet. ℭ Do. Obſcure patrie ſuꝫ addictus. ℭ Rō. Lumē virtutis accende: quo inter tenebras eniteſcas: in quibꝰ hoc ſaltem boni erit: ut uel parua luce clariſſimꝰ vi

deare:ſic uel illa te claruꝫ faciet:uel tu illa. ¶Do. Humilis patrie habitatoꝛ ſum. ¶Rō. Eſto ⁊ tu humilis habitatoꝛqꝫ tui animus humilis ſit. Habes publice matris exemplū:ne te nido latius extēdas niſi his tantū quas tibi virtus alas fecerit. His enim uti licitū:uſoſqꝫ feliciter cōplureſ modo diximus. Pꝛoinde moꝛtalis hoc ſaltē iſolentie frenū tene. Quidam de ſola patrie nobilitate ſupbiunt:Stultum genus.

¶De originis obſcuritate. Dial'.V. ¶Do.

A OBſcuris parentibus natus ſum. ¶Ratio. Non eſt foꝛſan ut tu reris odioſa cōditio: neſcio an ⁊ optabilis ignobileꝫ naſci: utrā uis vite viā ſpectes. Nam ſeu uoluptatibus obſequi:vulgiqꝫ ueſtigijs tritū iter ſequi ſtatuis excuſabilioꝛ fiet ueri ducibus domeſticis carens erroꝛ ceſſabitqꝫ impꝛoperiū illud acerrimū degenerantiū a parentibus clariſ:eo ꝙ nulla tibi domi ſit claritas quaꝫ obſcures:Sin virtutis ſemitā raro pede ſignatā eligis:eo clarioꝛ fies:quo maioribꝰ tenebꝛis pꝛeſſus ac circūuētus emerſeris:tota claritas tua erit rerū particeps tuarū ullus occurret. Nulla partem glorie decerptura erit imitatio. Nihil tibi parētes eripient:nihil aui ꝓauiqꝫ:nihil ꝯſiliarij ac magiſtri:Quicquid bene geſſeris:ſolus inde famam metes: ſolus inde laudaberis: ſolus auctoꝛ generis fundatoꝛqꝫ uocaberis: quod non fieret ſi nobilis natus eſſes. Uides ne igitur quāta tibi noue laudis occaſio data eſt: Nobilem per te fieri: ⁊ nobilitatē dare non accipere. Dabis hoc poſteris tuis ut nobiles naſcantur:quod parentes tibi non dederunt tui. Plus eſt multo nobilitateꝫ fundare ꝗ̄ fundatā ab alijs inueniſſe. ¶Do. Noua ⁊ rudiſ

B origo ē. ¶Rō. Atqui clarioꝛ eſt habitus ille paſtorius urbis rome conditoꝛ:ꝙ in ſiluis arcē poſuit: ⁊ facili culmo exiguam ac ſquallentē regiā texit:ꝗ̄ tot poſtea pꝛincipes qui ingentia menia teſtudineſqꝫ marmoreas atqꝫ aureas erexere:tāta ſemp nouitatis egregie ac magni pꝛincipij laus eſt. ¶Do. Ignobili pꝛimoꝛdio genitꝰ ſum. ¶Rō. Stude ut fine ſis nobili. De pꝛincipijs eni laboꝛ:de fine fructꝰ qui ſi imaturus carpit:lōgeuus eē nō pōt. ¶Do. Radicē glorie ꝑcidit ignobilitas. ¶Rō. Nō pꝛecidit quidē:ſed infodit altius ut ualidioꝛ licet ſerioꝛ ſurgat. Ceterū nō ignobiles modo ſed ignotos ex omni genere hominū dabo:qui virtute atqꝫ induſtria euaſere notiſſimi. Et ſane ſi uerū nobilē virtꝰ facit:nō intelligo quid queqꝫ uolentē fieri nobileꝫ impediat:aut quid ita facilius ſit nobilitare alios

C ꝗ̄ ſeipſum. ¶Do. Ex ignobilibus parētibꝰ deſcendo. ¶Ratio. Quid Socrates:Euripideſ:Demoſthenes:quorū ꝑmus marmorariū patrem habuit:obſtetricē matrē:ſecūdus matre patreqꝫ:ultimꝰ nō ſolū humilibus ſed incertis. Ueſter ille Uirgilius ruſticanis parētibus fuit: Nec ſe libertino ac pꝛecone patre natuꝫ Flaccus erubuit:Ambo tamē ad inſignē gloriam ⁊ ſummi pꝛincipis gratiā peruenere:uſqꝫ adeo ut cui reges oēs colla ſubmiſerāt:cuius e manibꝰ magna oia poſcebātur:atqꝫ vnū oīum ferme moꝛtaliū pꝛecipueqꝫ nobiliū ſpes pendebant:cuius demū familiarē pꝛomeruiſſe notitiā ſummis licet hominibꝰ ſummū erat: Ipſe horum duorū ignobiliū:quos romā.ſ. Mantuanū Uenuſinūqꝫ rus miſerat amicitiā ⁊ conuictū ceu grāde aliquid blandis ac dulcibus epiſtolis flagitaret: ⁊ ꝗ̄ multos tunc in palatio nobiles ut ſepe ſunt inutiles atqꝫ indoctos credimus fuiſſe:quibꝰ horū nobilis ignobilitas atqꝫ inuidioſa:nec imerito videretur. ¶Do. Parentibus ſum obſcuris. ¶Ratio Nō mouent animū hec exempla:Altioribus agā. Marcus Cicero:ut de illo ſcriptū eſt:ex oꝛdine natus equeſtri de radice humili per egregias artes perqꝫ honeſtos gradus ad cōſulatū uenit: quo neſcio an alter vnqꝫ ſalubꝛioꝛ rei publice conſulatus fuerit. ¶Do. Ruſtica ⁊ ignota patrū ſeries eſt mihi. ¶Rō. Soꝛdent hec ut video:Altius etiā nunc

D aſpiras. Certe ⁊ Marius ruſticanus vir: ſed uere vir ut cōciuis ſuus ait Cicero: diu aratoꝛ apud Marſos fuerat:rome ſepties conſul fuit:Tāta gloria:ut bis Italiā obſidione ⁊ metu ſeruitutis liberaſſe eū compatriota licet idem ſuus uere dixerit: ⁊ Marcus Cato plebeie vir originis paruiqꝫ opidi diu quidē obſcurus icola:poſt in maxima urbe clariſſimus aduena:mox ciuis eximius ⁊ cōſul ⁊ cēſoꝛ fuit. Sine id quidē ſatis eſt ⁊ foꝛtaſſe regnū cogitas:Pꝛofecto neqꝫ illud ſperare ſuffragio meritorū humilitas uetat originis: Tertiū ⁊ quintū ⁊ ſextum romanorū regū ad memoriā refert Tullus Hoſtilius:ut pꝛobati perhibent auctores: ⁊ ſi apud alios de illo tale nihil ſcriptū ſit:ifās in agreſti tugurio educatus: in adoleſcentia paſtoꝛ fuit. Tarqnius pꝛiſcus patre negociatore aduena: nec Italice inſuper originis. Seruius Tullus: ſerua: ꝗ̄uis:ut alij uolunt:captiua quidē:alioqn vo nobili matre natus:vꝛtute regnū rome meruit. Nec miraberis ſi Platonicū illud tenes: Neminē regē nō ex ſeruis:neminē ſeruū nō ex regibus deſcendere Sic res hominū:longa etas ac foꝛtuna permiſcuit. Sileo ceterarū reges gentiū: e pecudū gregibꝰ viliſſimarūqꝫ artiū taberniſ ad inopinū ſubito diadema ſubuectos. Alexander Macedo hoꝛtulanū in Aſia regem fecit. Et fuit ex illis actibus laudatis iſte nō ultimus. Contraqꝫ alios ſileo:e regni faſtigio ad ſeruitium uſqꝫ pꝛolapſos. Sic ſuas res foꝛtuna moderatur:tamē plurimuꝫ poteſt virtus. Per illaꝫ tuto conſcenditur ad ſupꝛemos gradus cuius calle deſerto:ſciant reges ſe in tremulo ſtare neqꝫ deſcenſum modo inſtare ſed ruinam. Quenam igitur:ut ad te redeā:iſta calamitas naſcendi cui nec ſpes regnandi eripit nec ſucceſſus? ¶Do. Obſcura de radice pꝛodeo. ¶Rō. Omnis radix

E obſcura ⁊ ſqualida eſt:vnde tamē ⁊ floridi ⁊ frondentes rami pꝛodeunt. Nō vnde quicqꝫ pꝛodierit ſed quale ſit queritur. ¶Do. Parētibꝰ ifimis natꝰ ſum. ¶Rō. Sentio ſummū ad imperiū ſtiluꝫ uocas. Septimiꝰ Seuerus de quo ſupꝛa diximꝰ: eqſtris ⁊ ipſe oꝛdinis. Heliꝰ pertinax ⁊ ipſe libertini filius ⁊ lignoꝝ vilis utiqꝫ negociatoꝛ mercis:uterqꝫ romano pꝛefuit Imperio:cui ⁊ Philippꝰ pater ac filius Arabes humillimi generis: ⁊ Maximinꝰ ⁊ Maximus pꝛefuere. Obſcuriſſimis ille parētibus ac barbaris:quorūqꝫ cū arepto imperio: puderet: hic ferrario an lignario patre genitꝰ icertū Certe Ueſpaſianꝰ inter bonos pꝛincipes numeratus:e nō clara ſtirpe clariſſimus ⁊ rempublicā geſſit eximie: ⁊ duos ex oꝛdine filios ſucceſſores imperij virtutis vnū habuit:Quiqꝫ qd minora ꝓſequimur:cū ſuper ipſius Auguſti ceſaris origine ambiguitas multa ſit? Summa eſt humane curſum foꝛtis origine nō pꝛeuerti:Undecūqꝫ licet aſſurgere:

ſeu fortuna manū porrigat ſeu virtus. ¶ Do. Hu-
F mile nimis atqꝫ īfimū genꝰ eſt. ¶ Rō. Q̄ð ad hu
mane potētie gradū ſpectat exēpla poſuimꝰ qbꝰ iā
iri altiꝰ nō poſſit: vnū reſtat: nō iperio aut regno ſꝫ
ſuapte alia q̄dā maieſtate memorabile: Uētidius
baſſus eſculanus mr̄e humili: pr̄e ig̃to: capta pr̄ia
iā pubes in triūpho Gnei Pōpeij Strabonis: q
pōpeij magni genitor fuit: iter captiuos alios du
ctꝰ. Idē poſtea uariāte fortuna dux ppl̄i Romani
ꝯtra Parthorꝫ regē ⁊ antiq̄ potētia ⁊ recēti victo
ria iſolētē: feliciſſimo pugnauit euētu: ⁊ filio regiſ
iterfecto: ceſiſqꝫ hoſtiū legionibꝰ: q̄ð ad eū diē nul
li romanorū ducū fata ꝓmiſerāt: iſignē illā roma-
norū ſtragē: ⁊ Craſſorū mortē magnificentiſſime
ultus: ipm̄ in quo victꝰ alienos currus ornauerat:
ac carcerē vinctꝰ itrauerat: victor ac triūphās capi
toliū proprijs curribus honeſtauit: ⁊ Romanum
carcerē acie captiuorū hoſtiū ipleuit. Et quo gra-
tius ſpectaculū eſſet mirabiliorqꝫ victoria: eodē ip
duſtris:qui vigili cura ⁊ parſimonia ingenti ma-
gnas opes multũqꝫ auri queſierat:Et erat mirꝝ vi
ſu:in patre ſene iuuenilis largitas: in iuuene filio
ſenilis tenacitas. Sepe illum pater hortabat̃ ne
ſuũ ingeniũ fraudaret:ne pietatis obliuiſceret̃ ac
fame:neue in cõparationẽ auari ⁊ decꝰ ⁊ debituꝫ
⁊ naturalia ſibi iura vileſcerẽt. Deniqꝫ ut ſibimet
⁊ annoſe matri:⁊ fratribꝰ paruis:⁊ ꝯſãguineis:⁊
amicis:⁊ egẽtibus prodeſſe aliquãdo diuitias ſu
as uellet. Jn hos eniꝫ viſus non in cuſtodiã tm̃ ac
ſupplicium partas eſſe dicebat: hoc pater. Sed

fruſtra uel ſurdo canitur uel auaro. Cõtigit tandẽ
pro republica filium abeſſe: ⁊ cum electis viris ad
Romanum pontificem proficiſci. Quo digreſſo:
ſtatim pater occaſione arrepta: nouis thalami ar-
culeq; clauibus introgreſſus: theſaurum nulli uti
le e latebris eruit: ſeq; ⁊ coniugem ⁊ filios famili
amq; omnem exquiſitiſſime induit. Emit equos
ornatiſſimos: uaſa argentea: ſupellectilem ſpecio-
ſam: Ultimo domum amplam: ſed minime cultã:
nouis auxit edificijs: ⁊ picturis inſignibus ador-
nauit muniuitq; rebus omnibus: quas liberalis ⁊
lauta ⁊ abundans vita exigit: Multa p̃terea pau
peribus dedit. Sacculos v̉o in quibus aurum il-
lud filij fuerat: harena lapilliſq; flumineis plenos
obſtructoſq; ⁊ obſerrata omnia quoq; prius in ſta
tu fuerant dimiſit. Que cuncta breuiſſimo tempo
re geſta ſunt: quod ⁊ uoluntas egregij ſenis ⁊ pe
cunia prompta eſſet. Redeũti dehinc filio: fratres
obuij fuere: Quorum ille occurſu heſit: indumen
ta atq; habituz miratus qualẽ antea non vidiſſet:
queſiuitq; cuius eſſent equi: vnde ille ueſtes: leti
atq; omnium ignari ſimplicitate puerili: domini
patris eſſe: multoſq; alios domi in ſtabulo ſubſti-
tiſſe dixerunt: utrunq; etiam parentem multiplici
ac regio eſſe ueſtitu. Magis ille magiſq; ſingula
cepit mirari. Inde ubi paterne domus limen atti-
git: vix parentes: vixq; ip̃os parietes recognoſcẽs
nec admiratione iam ſimplici ſed ſtupore plenus
atq; extaſi thalamum atq; arculam feſtiuus adijt:
ubi cum exterius nil mutatuz cerneret: parumper
animo conquieuit. Et quoniam collegarum p̃ſen-
tia ac feſtinatio amplius non ſinebant: raptim ar-
culam aperuit ſacculiſq; cõſpectis ſolito more tur
gentibus atq; obſtruſis iam ſecurus abijt: mox ne
gocio publico expedito: domum rediens: in thala
mo ſe incluſit: arculaz aperuit: ſacculos itroſpexit:
aurumq; in harenam uerſum reperiens exclama-
uit. Accurrit pater: ⁊ quid inquit rei eſt fili: q̄d que
reris aut quid fles? Amiſi inquit ille pecuniã quã
multis queſitam vigilijs: multiſq; laborib⁹ in his
ſacculis dimiſeraz: ſpoliatus tua ſum in domo pa
ter. Ad hec genitor: quomodo ait ſpoliatus es: nõ
ne ſacculos omnes plenos video? Ille autem ge-
mens: Harena inq̄t pater: non pecunia eſt. Simul
hec dicens: apertos patri ſacculoſ oſtentabat. Tũ
ſenex fronte nihil mota: q̄d inquit refert fili apð te
harena ne an pecunia pleni ſint? Memorabile di
ctum: preclareq; ſententie. Siquidem apud mul-
tos ocioſa pecunia eſt: nilq; agit aliud niſi ꝙ locũ
occupat atq; animum: apud plures male atq; im-
probe operoſa: apud paucos demũ fructuoſa eſt.
F ¶ Do. Amiſi pecuniã quaz amabã. ¶ Rõ. Turpi
amore relaxat⁹ es. Nã amor pecunie auaritia eſt.
Minus hãc amabis: min⁹ hãc optabis. Nã ⁊ illð
Satyricũ expimento cognituz: ꝙ minus hanc op
tat qui non habet: Optanda autẽ amiſſio eſt: Ma
gni etiam boni: cui inſeparabiliter malum maius
adiunctum ſit. ¶ Do. Amiſi dulce vite preſidium.
¶ Rõ. Quid ſcis an amarum potius excidium.
Plures multo propter opes q̃ȝ propter inopiam
periere.

¶ De uadimonio. Dia. XIIII. ¶ Do.

A v Adimonio exagitor. ¶ Rõ. Amiſſam pe
cuniaz querebare: iam porrectã quereris.
Nonne ultro te obligans pecuniam proie
ciſti: vulgaris inſania plurimoruz: qua perfacile ⁊
pecuniam perdideris ⁊ amicum? ¶ Do. Pro alte
ro fidem obſtrinxi meam. ¶ Rõ. Pro teipſo eam
ſolues: ⁊ nil debere ac ſine compedibus agere q̃ȝ
iucundum ſit: tuo diſces incommodo. ¶ Do. Ua-
dem pro amico dedi me. ¶ Rõ. Da poſthac ami-
cis egentibus: Aurum: argentum: vinum: oleum:
frumentum: ueſtes: domos: predia: conſilium: ſo-
latium: cum amicis demum omnia partire: vnam
tibi habe nulliq; vnq̃ȝ tuam dederis libertatem.
¶ Do. Promiſi pro altero: En ſoluẽdi dies adeſt. B
¶ Rõ. An tu affuturam ignorabas: an te victurũ
non ſperabas: an non heredem ſaltem tuum cogi-
tabas: quem ſpontaneis vinculis inuolueres? Be
ne autem habet ꝙ in caput errantis pena redũdat
erroris. Sentio autem dilatio te fefellit. Media
promiſſionis inter ac ſolutionis diem ſpatia uana
mente metimini: que ut reliqua tempora longa vi
dentur: duz ſpectes: dũ preteriere breuiſſima. Uo-
lant enim hore: dies: noctes: hebdomade: menſeſ:
anni: luſtra: ſecula: ⁊ que diſtantiſſima iudicantur
in foribus ſunt. Itaq; quod in paucorum interſti-
tio menſiuz nunc ſtupetis: ſi aperti eſſent oculi: cla
re quidem multis in ſeculis videretis: Sed uos
quaſi tempus deſiderio ueſtro pareat: non nature
ſue: non euenturuz uobis terminum: nec ituros di
es fingitis: atq; hac ſpe uelut oculis clauſis preci-
pitium preteruecti uerbo placidi uobis eſſe vide-
mini ⁊ urbani: pro alio promittentes: quaſi non
uerba hec ⁊ promiſſa clandeſtina mox in publicũ
eruptura: tumultuſq; reꝝ maximos allatura ſint.
¶ Dolor. Deſpondi pro meo amico. ¶ Rõ. Ami- C
corum indigentijs ſis preſenti: ſi quod adeſt reme
dio ſuccurrendum. Non te illaqueas utq; in craſti
num nil promittas. Quod non dicerem ſi ſuccur-
ri aliter q̃ȝ promittendo non poſſet: nunc quid atti
net promittere: quod ſi implere nõ poſſis: ſtulte fa
cias: at ſi poſſis ſuperuacue? Sed uos rerum aua-
riſſimi eſtis ⁊ prodigi promiſſorum: quaſi v̉o res
ipſas promiſſa illa non exigant. Quod ſi dicas defuiſ
ſe in tempore ferende opis facultatem: fuiſſe autẽ
de futuro ſpem: qua poſtmodum deſtitutus ſis:
Nondum ergo didiceras: ut fallaciſſima rerũ om
nium ſpes eſt. Nihil inuenias ꝙ tam crebro uos
fallat. Nihil eſt tamen cui tam cupide credatis: tã
ſubdola ⁊ tam blanda eſt: ita ſe dulciter ac latẽter
inſinuat: ſic inuita diuellitur. ¶ Do. Uadimonio D
me addixi. ¶ Rõ. Credo oblitus illud Thaletis
Mileſij celebre documentum: Uadimonio adeſſe
noxam. Et quid de hoc ille vir ſapiens dixerit: q̃ð
memoraſſe non inutile crediderim: quodq; in lati
nũ uerſum ab Auſonio: ad hũc modũ ſonat. Spõ
de inq̄t: noxa p̃ſto tibi eſt. Per mille poſſem curre
re exẽpla: ut probẽ pedes uadeſq; penitudinis re-
os: ſed nolo noiatim quẽq̃ȝ dicere. Sibi quiſq; ue
rum dicat ⁊ ſecũ putet: ſpõdere quãtis dãno fue-
rit ⁊ malo. ¶ Dolor. Memetipſuz ſponte obligãs
erraui. ¶ Rõ. Error hic purgatorio igne poſt obi
tum nõ egebit: ubi admiſſus eſt purgabit̃. De illo
rum enim genere eſt: que ſuum ſupplicium ſecũ fe
runt. ¶ Dolor. Promiſſione me obſtrinxi. ¶ Rõ.
Solutione te libera: ⁊ quem lingua vinculis inne
xuit: manus ſoluat: proderit vinctum fuiſſe cũ eua
ſeris: laqueos ſemper horrebis.

¶ De amiſſione temporis. Dial⁹ XV. ¶ Do.

A t Emporis amiſſionem fleo. ℭ Ratio. Eſſet
hec eo iuſtioꝛ q̄ꝫ ſuperioꝛ querela: quo leui
oꝛ eſt pecunie iactura q̄ꝫ tēporis: qꝛ nec ne-
ceſſaria ad bene viuēdum eſt pecunia ⁊ amiſſa re-
ſtaurari pōt: tp̄s ⁊ neceſſariū ⁊ pꝛoꝛſus irreparabi
le eſt: niſi qꝛ nolēti pecunia: uolēti aūt tp̄ꝭ eripit: q̄ꝫ
uis illud fatear grauiora damna eſſe que culpa
patientis exaggerat: Juſtã tamē querele cauſã ne-
go: ubi qui patitur: uolens patitur. ℭ Doloꝛ. No-
lens ego tp̄s amitto. ℭ Ratio. Quis nolentem co
gīt niſi cupiditas occupationum mater? Solum
hoc vnum vitium: ait Comicus: affert ſenect⁹ ho-
minib⁹: Attentiores ſumus ad rē omnes q̄ꝫ ſat eſt.
Senes hic quideꝫ notat. Omnes v̓o iam ſenes in
hac attentione facti ſunt. Omnem etatem: omnem
ſtatū: omnem ſexū inuaſit auaritia: hec temp⁹ miſe
ris ⁊ reſpectum vite bꝛeuis hominibus eripit. Jn
hanc vnã rē ſolliciti: euum omne cōſumitis ueſtri:
⁊ ueſtrarū pene iam immemores uoluptatū: que
peſtis ſi nolentes inuaderet: poſſet ⁊ nolenti tem-
pus eripi: ⁊ iuſta eſſet ſuper pꝛecioſiſſime rei amiſ
ſione querimonia. ℭ Doloꝛ. Non mihi cupiditas
tempus extoꝛquet ſed neceſſitas. ℭ Rō. Quenaꝫ
queſo neceſſitas iſta eſt: qui tibi pꝛeripiat qd̓ vnuꝫ
ex omnibus tuuꝫ eſt? Jta dico diuitias: honores:
potētiã: clientelas: imperia: ⁊ que ſunt huiuſmodi
ſuo iure dat atqꝫ eripit foꝛtuna: tempus inuito nō
eripitur: ſed ipſuꝫ per ſe ſenſim defluit: non utenti
B paulatimqꝫ conſumitur. Nec ante perpenditis q̄ꝫ
conſumptū eſt: tū querele ſonãt ſere ⁊ inutiles: fle
tur temporis amiſſio ſed ſiletur culpa. ℭ Do. Me
neceſſitas ſola cogit tp̄s amittere. ℭ Ratio. Que-
ro iterum: quenam hec tam violenta neceſſitaꝭ: niſi
foꝛte dn̄orū negocijs implicitus tua negligis: qua
ſi v̓o non ad hec te ſola cupiditas ⁊ inexplibilis lu
cri ſpes impellat? Pone cupiditates pꝛopꝛias:
dominorū cupiditatibus nō parebis. Sed hoc vi
rus imedicabile uenis infuſum: ⁊ pererrans viſce
ra: ſenſum hebetat: Et nō ſolum tp̄s ſed libertatem
vitamqꝫ ipſam non ſentientibus eripit. Q̄ꝫ ſi foꝛte
nec tuis nec alienis cupiditatibus: ſed curis hone
ſtioribus tue reipublice tp̄s impenditur: non hec
temporis amiſſio: ſed laudabilis eſt impēſa: rē ca-
ram rei omniū cariſſime que in terris ſunt largit⁹
⁊ viri boni ⁊ ciuis egregij functus officio es: q̄ꝫ-
uis non ignorē homines: quicquid pꝛeter auaritie
ſtudium agitur: vulgo tp̄s perditum uocare: cum
id demum maxime uereqꝫ ſit perditum quod illi
ſtudio tribuitur: Et quid ſcimus an tu quoqꝫ popu
lariter perditū tempus uoces? Quod ſi crederez:
omiſſa incurabilis moꝛbi cura: non iam temp⁹ ſed
teipſū male perditū faterer. Naꝫ ſi tempus quod
maluerim: deo tuo: non dicaꝫ donas ſed reſtituis:
quod ſine uera nō geritur pietate: ingenſ atqꝫ inex
timabile lucrū ſcito. Pꝛo paruo eniꝫ temporis im-
pēdio: eternitatē queris: Quis vnq̄ꝫ mercatoꝛ per
mutatione tam pꝛoſpera uſus eſt? ℭ Do. Pꝛoꝛſus
alia mihi perdēdi tp̄is cauſa eſt. ℭ Rō. Nō intelli
C go quã tu mihi cauſam dicas: Nã ſi ꝑpter irã: pꝛo
pter meſtitiam: ꝑpter amorē ſeu aliam animi paſ-
ſionē cogi credis: Falleris. Omniū eadē eſt ratio:
quaꝫ auaritie diximus: omnes uolūtarie: nulla eſt
violenta. Quod ⁊ ſano patet intellectui: ⁊ a Cice
rone multis in locis diſputatū ⁊ creberrime repe-
titum eſt. Si nil horum eſt in cauſa: quod aliō eſt
q̄ꝫ toꝛpoꝛ ⁊ ignauia? Sic ad id reuertimur qd̓ ait:
Seneca: Turpiſſima eſt iactura que per negligen-
tiã uenit. ℭ Do. Ut amittam tempus meſta neceſ D
ſitas me cogit. ℭ Rō. Nonduꝫ capio quid rei ſit:
Naꝫ ſi te hoſtis in vinculis habeat: ſi moꝛs inſtet
poſſunt: fateoꝛ actus bonos impedire: ſed nō pios
ſanctoſqꝫ cogitatus: qui maxime in eo ſtatu emi-
nent atqꝫ effulgent. Quibus eniꝫ curis temp⁹ cer-
te non perditur: nec ſcio an alibi uſq̄ꝫ minus: Que
ꝑfecto ⁊ in doliū Reguli: ⁊ in taurum Phalari-
dis itroire poſſūt: ⁊ in crucē Theodori Cyreneñ.
aſcēdere. Sic quocūqꝫ te uerteris: in te vnū omiſſi
tp̄is culpa reflectitur. At uos ex more naturaꝫ ac-
cuſantes: que uolubile tp̄s fecit: cū hic nō eēt eter-
nitas: in omnibus uoſmetipſos abſoluitis cuꝫ rei
omnium ſoli ſitis. Omne enim fere tempus perdi
tis: immo pꝛoijcitis: ⁊ quaſi rem vilem abiectãqꝫ
contemnitis: quod utinam in virtute ſaltē aut glo-
ria poneretis: non in ſumma ſemper infamia inex-
piabiliqꝫ dedecore: q̄ꝫ q̄ꝫ uere: qcq̄d nō in eos uſus
uertit̄ in quos datū eſt: ꝑdituꝫ dici poſſit. Ad hoc
ſane naſci hoieꝫ: ad hoc tp̄s dari ꝯſtat: ut creatorē
ſuum colat: amet: cogitet: quicquid hinc excidit:
perditur haud dubie. Uidete igitur quantū perdi
ti tēporis: quantūqꝫ nō perditi.

ℭ De aduerſo ludo taxillorum. Dia.XVI. ℭ Do.
t Axillorum in ludo perdidi. ℭ Ratio. Nō A
ne tibi dixeram duꝫ vinceres fenus id eſſe
nō lucꝝ? ℭ Do. Ludo exhauſt⁹ ſū. ℭ Rō.
hic eſt ludo illi mos: qui medicis perexiguo igeſto
plurimū exhaurire: Crede aūt mihi nūc poti⁹ gau
dendū q̄ꝫ duꝫ falſo gaudio exultabas. Melioꝛ eſt
acris caſtigatio q̄ꝫ blanda fallacia. Jllud te lucellū
ad ludi uoraginem uocabat: hoc te damnū idē re-
trahet. Satius eſt turpi freno rectū iter agere: q̄ꝫ
habenis aureis pꝛeceps in deuiū agi. ℭ Do. Ami
ſi in ludo taxillorum. ℭ Ratio. Uiciſti in ludo mo
rum: ſi quid egeris pꝛofundius attendiſti: Aliogn
moꝛbo inſanabili fruſtra remedia cogerentur: ſi ab
hoc baratro nec te damnū reuocat nec pudoꝛ: ubi
rebus nil pꝛoficitur: nec quicq̄ꝫ v̓bis aggrediare.

ℭ De ſponſa alteri adiudicata. Dia.XVII. ℭ Do.
ſ Ponſaꝫ mihi ſententia iudicialis eripuit. A
ℭ Ratio. Aſt alijs fraus: alijs vis aperta.
ℭ Do. Judiciali ſententia ſponſam amiſi.
ℭ Rō. Quidam dolis: ferro alij: quidam quod fe
diſſimū genus: auro ipſas coniuges amiſere: Ni-
hil pꝛopꝛium eſt homini: hinc furta ⁊ inſidie: hinc
rapine: hinc pꝛeces: hinc pꝛecia: hinc ultima rerum
moꝛs. Per hanc rotam temporalium bonorū dn̄ia
uoluuntur: quodqꝫ eſt vnius ſit alterius: mox ad
alios trãſiturū. Quod ſi in rebus utilibus ferēdū
in damnoſis ac grauib⁹ plaudendū eſt. Quid mi-
ri autem uolui humana? Homo ipſe uoluitur ⁊ nō
ſtat: ſed ut ſcriptū eſt: q̄ſi flos egredit̄ ⁊ conteritur
⁊ fugit uelut vmbꝛa ⁊ nunq̄ꝫ in eodē ſtatu perma
net: Tu ſponſam quereris amiſiſſe: qui fugiendo ⁊
in horas decreſcēdo aſſidue te amittis. ℭ Doloꝛ.
Sponſaꝫ in iudicio amiſi. ℭ Rō. Jn cãpo alij: Tu
tius eſt iure congredi q̄ꝫ bello: legibus decertare
q̄ꝫ gladijs. Legiſti apud Uirgiliū inter illos La-
uinie competitores quanta lis: ⁊ quis belli finis.
Uictorem ſponſa ſequitur: victum moꝛs: tibi ſpon
ſa perdita: ſalua eſt vita. ℭ Do. Judex me ꝑuauit B
ſponſa. ℭ Rō. Adulter aut raptoꝛ foꝛſitan te pꝛi-

uaſſet. Leuius eſt ſponſam amiſiſſe q̄ȝ cōiugē. In
illa enim ſpes perditur: in hac res. Minor eſt aūt
ſperate q̄ȝ poſſeſſe rei: ſiue ut aliter idē: leuior ſpei
iactura q̄ȝ rei. ¶ Dolor. Amiſi ſponſam in iudicio.
¶ Rō. Nō amiſiſti: ſed tuā nō eē didiciſti. ¶ Do.
Amiſi ſponſam. ¶ Ratio. Qui amittit coniugem
multiplici egritudīe liberatur: At qui ſponſā: pre-
ſeruat: utrunqȝ bonū: ſed ſecūdū melius. Quid ni
aūt ſit melius: nullum pati vulnus q̄ȝ inflicto vul-
neri remediū inueniſſe? Sed uos animorū impul-
ſu: ut Satyricus ait: ⁊ magna cecaqȝ cupidine du
cti coniugium optatis: qđ adepti perpetuis tedijs
⁊ immortalib9 agitetis querimonijs: ⁊ tuȝ facti pe
niteat: cū nō factum eſſe nō pōt: cunqȝ inefficax pe
niētia ⁊ inanis eſt. ¶ Do. Sponſam ⁊ ſpē prolis
C amiſi. ¶ Rō. Noli lamēta miſcere. Illa eniȝ pars
eſt altera precipitis mortaliū uoti. Sic eniȝ ait: cō-
iugū optatis: partūqȝ uxoris. At nō ſemper placi-
tura ſed profutura dant ſuperi. Tenes apud Apu
leium Madaurenſem: ut latronū lapſa in man9 mi
ſella illa virguncula: vnam triuij in partē ubi peri-
culi plurimū loro flectit eū cui inſederat aſelluȝ: il-
le in aduerſum nititur: qua ſecurū iter erat: ⁊ icau
tam puellaȝ in ſua damna tendētē tacitus arguit.
Quib9 ita luctantibus: latrones quos euaſiſſe vi-
debantur interueniūt: a quibus in captiuitatis mi
ſerias virgo in ſuam pernitiē ſtudioſa retrahitur:
Haud abſimilis inter diuinā ꝓuidentiā ⁊ huma-
nā ſtultitiam de itinere vite huius eſt queſtio. Illa
futuri preſcia eo uos agit: ubi dulcia ⁊ ſecura ſunt
omnia: Hec obnititur ceca qdē ⁊ miſerijs ſuis fa-
uens: Inter moras ſepe que vitari poterant obſe-
quendo ⁊ credendo inopina uos mala corripiunt.
¶ Do. Succubui in iudicio ⁊ amiſi ſpōſā. ¶ Rō.
Dignus es viciſſe: Nam duobus de vna muliere
certantibus: qui mulierē habet is perdidit: qui vi-
cit is eſt victus: qui vincitur is eſt victor ac liber.

¶ De Uxoris amiſſione. Dial. XVIII. ¶ Do.

A Vxorem heu perdidi. ¶ Rō. O prepoſterū
ingenium ſtupendūqȝ hominē qui uxoris
in funere lugeat: ſaltet in nuptijs. ¶ Dolor
Uxorē perdidi. ¶ Rō. O demens: Hymeneū ca-
ne. Nunc eſt tempus coronatū vinctū vidimus di
gnioribus iam ſertis accingere. Magno prelio vi-
ciſti ⁊ longa obſidione liberatus es. ¶ Do. Uxo-
rē ꝑdidi. ¶ Rō. Sic dicis perdidi: quaſi qui febrē
perdit aut ſcabiem. Interdū lucri ſpecies eſt ꝑde-
re. ¶ Do. Uxorē perdidi. ¶ Rō. Nunqȝ tibi for-
taſſis opimiorē queſtū vna lux attulit: Quātis cō
pedibus elapſus es: quanto naufragio enataſti.
¶ Do. Sed uxorem bonam perdidi. ¶ Rō. So-
lent id quidē omnes dicere: ⁊ qui ꝯtrariuȝ ſciunt:
Ego aūt ⁊ ſi bona uxor uel omnino mulier bona:
rarū mirumqȝ animal ſit in terris: vitande tamē al
tercationis cauſa permiſerim uxorē tibi qualē di-
cis amiſſam: Neqȝ ideo reſpondebo quod oliȝ dū
hec eadē queſtio ageret̄ apud Senecam: reſpōdi:
poſſe te aliam bonā: uel ſi feceras facere: uel ſi iue-
neras inuenire. Muto ſentētiam: Nolo te ſepi9 reȝ
periculoſiſſimā retētare: quod ⁊ ſi ſemel bene ceſ-
ſerit ſtulte repetitur. Citius centū ſui ſimiles mu-
lier mala q̄ȝ vnā bonā reperiet. Quobrē qui malam
habuit: ſimilē timeat. At qui bonā ſimilē ne ſperet
Sed uterqȝ pariter: ille aduerſitatē cumulare: hic
ꝓſperitatē ſuam deformare caueat. Sic in oēm ca
ſum ſecūdo ꝯiugio abſtinendū. Tu nunc ergo ſi ut
ais bonā cōiugē amiſiſti: ꝑterito potius gratulare
q̄ȝ futuri ſpem cōcipias: Neqȝ ꝙ puppe itegra lit
t9 attigeris crebro nauiculā uentis credas. ¶ Do.
B Coniugij vinculum quo tenebar mors diſſoluit.
¶ Rō. Noli te rurſus innectere: cogita q̄ȝ optabi-
lis: q̄ȝqȝ incōparabilis ſit libertas: Et cōſiliū Cice
ronis amplectere: Qui uxorē viuaciſſimā ⁊ aduer
ſus quā fruſtra mortis auxiliū expectādū eſſet: dū
repudio dimiſiſſet: hortantib9 amicis ut aliā duce-
ret: non poſſe ſimul ſe uxori ⁊ ſapientie ſtudio da
re operam reſpondit. ¶ Do. Uxorē bonā perdidi
¶ Rō. Quid ſi hoc etiā nō iactura ſed lucrum: ⁊
magni fuga periculi eſt: Ut eniȝ ſit bonā reperire:
cōſtantem ubi queremus? Notū illud ſummi uat̄ȝ:
Variū ⁊ mutabile ſemper femina. ¶ Do. Uxorē
bonā ac iuuenili euo floridā amiſi. ¶ Rō. Paruȝ
ne igit̄ noti feminei mores ſunt? Quā multas pu-
diciſſimas adoleſcentulas: impudicas ac laſciuas
anus vidim9? Ardor nēpe libidinis q̊tiens uetule
oſſibus incubuit: quaſi ignis in ligno arido violē-
tius eſtuat. Vel inſtantē ergo vite mutationeȝ: uel
ut inde periculū nō eſſet: uēture utiqȝ ſenectut̄ȝ pō-
dus ac faſtidiū declinaſti. Graue iuuenib9 cōiugij
iugū ſenib9 grauiſſimū: durū: importabile. ¶ Do.
C Amiſi iuuenem uxorē. ¶ Rō. Seu proles ex con-
iugio queritur: ſeu uoluptas: quorū alterū mariti
eſt alterū adulteri: ad utrumlibet aptior iuuentus
Siue his aūt ab uxore perceptis: ſiue horum alte
ro: eo illā ꝑuenire optabas: ubi inhabilis ad utrū
qȝ eſſet: ſiue ad hec natura inhabilē ſenio fieri poſ
ſe habilem ſperabas: quid niſi uotum ſuperuacu-
um: ſpes inſulſa eſt? ¶ Dolor. Amiſſa dulci coniu
ge ſolus ſum. ¶ Ratio. Inuidioſa vͦ ſolitudo eſt:
magis caruiſſe comitib9. Vacuo nihil mollius eſt
cubili: nihil durius: occupato: animis dulces ſom
nos ⁊ vigilias honeſtas amantibus honeſtumqȝ
aliquid altumqȝ uerſantibus: Nil egregijs ce-
ptis infeſtius muliebri conſortio. Nec me fugit
quid aduerſus hec dici ſoleat ab his quos miſe-
rie delectāt ſue: Matrimoniorū inqunt expertes
matrimonia condēnāt: Et ut eſt in ꝓuerbio vulga-
ri: Uxorem uerberat qui nō habet: Ego cōtra nul
los de coniugio queri ſolitos audiui: niſi qui ſarci
nam cōiugij pertuliſſent. ¶ Do. Cōiugē amiſi opti D
mā. ¶ Rō. Et que optime queqȝ virorū amantiſſi
me vident̄ ẓelo ac ſuſpitionib9 aliq̄ȝto ceteris acri
us inardeſcūt: quo incēdio cōflagrare pacē dome
ſticā eſt neceſſe. Quorſum igit̄ querele? Perdidi-
ſti uxorem: inueniſti libertatē: celibatū: pacē: ſom-
nū requiem. Jam tranqllā ſine litigio noctē ages.
¶ Do. Sine uxore ſuȝ. ¶ Rō. Et ſine aduerſario
iam tui rerumqȝ dn̄s tuarū eſſe incipis. Ante lucē
lectulo matutinus domo egredi: ueſpertinus regre
di: ſolus aut cū quib9 uoles totos dies agere: nul-
lo rationū exactore permitteris. ¶ Do. Uxorē per
didi. ¶ Rō. Perdita dudū ac repudiata requies
in cubiculū reuocāda erit. Illa tibi uxore qualibet
utilior comes. ¶ Do. Uxoreȝ bonā ac decorā per
didi. ¶ Rō. Stulti ē cōpedes ſuas q̄ȝuis aureas
amare.

¶ De importuna uxore. Dia. XIX. ¶ Do.

Vxorem patior moleſtā. ¶ Rō. Felici9 ami
ſiſſes: At qui mō perditā q̄rebare. ¶ Do. A
Uxorem patior inquietaȝ. ¶ Rō. Primo

labori uenia forſan aut miſeratio: ſecundo nō niſi
odiū debetur. ⁊ quē vna uxor nō caſtigat: dignus
eſt pluribꝰ. ¶ Dolor. Infeſtā patior uxorē. ¶ Ra-
tio. In alijs utcunqꝫ fortunā culpes: In uxore aūt
⁊ preſertim altera non aliū q̄ teipm̄: hoc tibi ma
lum tu feciſti. ¶ Do. Uxorē patior ꝓcacē. ¶ Rō.
Udas ſuccēde paleas: tegulas frange: de reliquo
tibi prouiſum eſt: Ita vō cumulate que te domo
pellāt aderūt: fumus: ſtillicidiū atqꝫ uxor. ¶ Do.
Perfidam patior uxorē. ¶ Rō. Iā ꝑiculo res nō
uxor Agamemnonem: uxor Africanū morti dedit
ut Amphiareū: ut deiphobū: ut Sanſonē ſileam
alioſqꝫ q̄s numerare lōgū ē. Illi q̄dē ꝓrſus inume
rabiles: quos uxores nec mori cogūt: nec viuē pa
tiuntur. ¶ Do. Mala mihi nouiſſima explicas: re
mediū q̄ro. ¶ Rō. Erūt qui ſuadeāt ut caſtiges ⁊
prauos mores ad rectū reuoces: totū te huic vni
negocio impēdas: Ego aūt quid: caſtigādā uxorē
ſi caſtigando proficias: nō nego: Si id fruſtra eſt:
ſola reſtat patientia. Hanc amare: quodqꝫ inuitus
faceres: uolēs fac. Eſt Uarronis Satyra: Menip
peā uocāt: de officio mariti. Ibi de hac re illiꝰ do
cti viri conſilium breue ſed efficax his uerbis exꝑſ
ſum leges: Uitiū uxoris aut tollendū: ideſt corri-
gendū: aut ferēdū eſt. Et dicti ratio breuis quoqꝫ
ſed elegans hec affertur. Qui tollit vitiū inquit:
uxorem cōmodiorē preſtat: qui fert ſeſe meliorē fa
cit. Quod dictū ſcriptores alij ſic interpretati ſūt.
Eiuſmodi vitiū uxoris: ſi corrigi nō poſſit: ferēdū
eſſe: quod fieri a viro ſalua poſſit honeſtate: ꝙ vi-
tia nēpe flagitijs leuiora ſint: eāqꝫ nō aliam ſn̄iam
fuiſſe Uarronis. ¶ Do. Procax ⁊ moroſa eſt uxor
¶ Rō. Fer mores: ſi imutari nequeūt: ⁊ q̄liter fo
ris viuas domi diſce cū Socrate. Et ſi ille duas ſi
mul pertulit: alij plures: vni ne ſuccumbas ſarci-
ne? ¶ Do. Moleſtā uxorē habeo. ¶ Rō. Cui vō
non poſſit uxor moleſta cōtingere: niſi qui ſe nupti
is cōſtāter abſtineat: cū ⁊ Hadriano principi ⁊ quo
nil altius nil mitius Auguſto: Sabina illi huic ſcri
bonia: utraqꝫ cōiunx dura ac peruerſa moribuſqꝫ
aſperis digna repudio: Et Catoni Cenſorio tā ri-
gidi tanqꝫ inuicti viro animi: cū Paula quedā vio
lenta uxor ac ſuperba contigerit: quod mireris: hu
mili etiā orta progenie: ne quis hoiū ſperet igno
bilitate uel inopia uel oio aliter q̄ ꝑpetuo celiba
tu ꝯiugij ſubterfugiſſe moleſtias: Sed q̄s fuga nō
euaſerit: patiētia perferēdas ſciat nec luctādo nec
calcitrando ſe torqueat ac iugū ſponte ſuſceptū ia-
ctabūdus exaſperet. ¶ Do. Importunā prorſus ⁊
indomitā fero uxorē. ¶ Ratio. Bn̄ agis: ferēdū ē
eteni qđ deponi neq̄t ⁊ ſi ꝑmat. ¶ Do. Moleſtiſſi-
mā hēo uxorē. ¶ Rō. Hēs vn̄ patiētie laudē que
ras: vnde diſcas requiē optare: vnde peregrinari
ames reditūqꝫ oderis ubi uocē exerceas ac bacillū

¶ De raptu coniugis. Dial. XX. ¶ Do.

A Uxor mihi preripitur. ¶ Rō. Uiolentū oē
moleſtū patiēti fateor: At res ipſa ſi per te
illā eſtimes: quā queſo tante moleſtie cau
ſam habet: cum profecto ſi importuna eſt uxor: eiꝰ
amiſſio magni oneris ſit leuamen? ¶ Do. Rapta
eſt coniunx. ¶ Rō. Si incōmodū corporis curāti
premiū debetur: quid non leuanti animi anguores
ac moleſtias debeatur? Siquis tibi medicus ter-
tianā febrē abſtuliſſet: ⁊ gratiā illi haberes ⁊ pre
cium dares: quid nunc facies continuam auferen
ti? ¶ Do. Rapta eſt uxor. ¶ Rō. Neſcis quid ra-
ptori debeas: cura ingēs indeciſumqꝫ litigiū vna
cū coniuge forſitan ⁊ graue periculū tue domus
limē exceſſerit. Multi perierūt qui vixiſſent ſi uel
raptu uel aliter coniugibus caruiſſent. Inter vite
mala nihil peius q̄ inteſtina diſcrimina. ¶ Do.
Rapta uxor abijt. ¶ Ratio. Si coacta iuit igno- B
ſcito: At ſi uolens: vno actu duplex tibi querit̄ vin
dicta. Nā ⁊ adultera ſuum ad raptorem abijt: ⁊ il
le tuum virus ſuam tranſtulit in domū. Qualem
enim mecho ſperet que talis fuerit marito? ¶ Do.
Uxor cum raptore libens abijt. ¶ Rō. Sine pau
lulum: Alteri quidē alterius faſtidium non longa
dies attulerit. Si ante flagitium cogitarent homi
nes: nō eouſqꝫ precipites ad peccādū eſſet nūc fer
uidos appetitus ſera damnat penitentia. Nil niſi
poſt factū cernitis: a tergo oculos hētis: ceca frōs
eſt. ¶ Do. Rapta eſt uxor mihi. ¶ Rō. Hoc ge-
nus iniurie nec reges euadere potuere: Et Sypha
ci Maſaniſſa: Philippo Herodes ſuam abſtulit.
¶ Do. Rapta eſt mihi coniunx. ¶ Ratio. Quod
ſemel tibi: bis accidit Menelao.

¶ De impudica uxore. Dial. XXI. ¶ Do.

Impudica uxor domi ē mihi. ¶ Rō. Mallē A
rapta eſſet aut etiā iportuna: moribuſqꝫ aſpe
ris potiꝰ q̄ laſciuis ac turpibus. Ferēda tn̄
omnia ingenti niſu ingentiqꝫ animo: ⁊ rerum mor
talium contemptore. Innumerabiles ſunt homi-
num miſerie quibꝰ omnibus vna virtus obijcitur.
¶ Do. Impudica mihi eſt uxor. ¶ Rō. Pudicitia
iſignis imperioſas efficit matronas. Nihil metuit
que ſibi nihil eſt conſcia. Huic malo igitur hoc ſal-
tē boni ineſt: eſſe iā moleſta minus icipiet minuſqꝫ
inſolēs. Leſa enim conſciētia femineū ꝑmit animi
tumorē: ⁊ ſepe obſequētior in religs viro eſt: que
ſe meminit impudicam. ¶ Do. Laſciua eſt uxor.
¶ Rō. Non mirandū ſi formoſa: non curādū ſi de
formis. ¶ Do. Uxor ipudica eſt. ¶ Rō. Pulchra
dum limē uxor ſubit: ſubire debe: animū illđ Sa-
tyrici: Rara eſt adeo ꝯcordia forme atqꝫ pudicitie
Nam ſi turpis inſaniat: prope gaudendū eſt cauſā B
adeſſe diuortij. ¶ Do. Adultera uxor eſt. ¶ Rō.
Adulterium ſepe quidem eque ardentius expetiti
coniugij: ſepe vnū alterius adulterij pena eſt: eoqꝫ
iuſtior ſi multoꝝ. Cogita tu vnq̄ alij feceris: vnde
hoc tibi fieri ab alio nunc dignū ſit. Iniuſta enim
atqꝫ impudens eſt querela: pati ꝙ fecerit indignā
tis: Et ab alio expectare: alteri quod feceris. Lex
moralis iubet: Et facere alijs: quod tibi ab alijs fie
ri uelis: ſane adeo digna eſt: ut illud prophani etiā
cogente ſententie grauitate atqꝫ equitate laudaue
rint. Sed mortalis petulantie licentia: legum ſalu
brium abrogatrix: omne fas neſaſqꝫ confundit.
Itaqꝫ paſſim adulteri occurſant: qui cū thalamos
vicinorū cōiugiaqꝫ fedauerint: ſuas interim coniu
ges uel in publico cerni nolint: Et ſiq̄s in illas ocu
lum deflexit inſaniāt. Sic ſeuerus alijs: ſic indul- C
gens ſibi: ſic iniquus reꝝ arbiter quiſqꝫ eſt. ¶ Do.
Coniugalis mihi fides frangit̄. ¶ Rō. Uide ne tu
hanc alijs non maritis tm̄ ſed uxori tue fregeris.
Nam ſunt qui ab uxore exigunt qđ non preſtant.
Qui laſciuiam ſuam titulo urbanitatis excuſent:
alienā ut grauiſſimū ſcelus ſeueriſſime puniētes
qui cuncta ſibi permiſerint: cuncta negent. Iniquiſ
ſimi iudices qui de pudicitia iudicent ipudicim-

pune paſſim agūt oia: ꝛ ceu ſoluti legibus: uaga li
bidine rapiuntur. Uxoꝛ oculū parūper inflexerit
adulterij rea fit: quaſi vo dn̄i nō mariti ipſi quidē
Jlle aūt nō uxores diuine atqꝫ humane domū ſo
cie ſed capte ex hoſtibus aut empte pꝛecio ſint an-
cille: cū ꝛ ſi obſequij pluſculū fidei nihil plus tua
tibi coniunx debeat q̃ tu ſibi: Par debitū: equus
amoꝛ: mutua cōiugij fides eſt. Nō excuſo uxores:
viros arguo: pꝛimamqꝫ illius culpe partē tribuo.
Perſepe enim uxori dux atqꝫ exemplū laſciuie vir
fuit ꝛ inde mali pꝛoceſſit initiū: vnde remediū de-
bebat: q̃uis aūt pudoꝛ femine pꝛopꝛius: viro cer-
te pꝛudentia atqꝫ ꝯſtātia ſua eſſe debet. Jtaqꝫ ois
in viro q̃ in muliere demētia animi leuitas: eo eſt
D fedioꝛ: quo viro debita magis eſt grauitas. ℂ Do.
Coniugis adulterio meſtus ſum. ℂ Rō. Uſitatꝰ
doloꝛ: uetꝰ iniuria: nec minus crebꝛa. Uix crebꝛioꝛ
coniugij q̃ adulterij uſus eſt. Deniqꝫ hoc eſt: qđ
ut ait quidā nec permitti: nec ꝓhiberi pōt: quia ſci
licet alterū honeſtas: libido alterū fieri uetat. Tu
ne tibi ergo feminā vnā tuā totā atqꝫ integrā uolu
iſſes: quod nec ferociſſimis tyrannorū: nec regum
maximis potuit tua etate cōtingere nec pꝛiore po-
tuerat? Mitto recentia: ne quos foꝛte p̄ntium offē
dam: Tutius eſt Herculē ferire q̃ villicū. Nec vo
cuncta ueterū attingam: Foꝛmidatiſſimorū ſum-
morūqꝫ hominū fame parcam. Noſti aūt hiſqꝫ uel
in ſilentio gemitū tuū frena: aliogn urbē luſtra ſcru
tare viciniā: dextera leuaqꝫ aderunt qui uel negle
ctū geniū calcatāqꝫ thori fidē lugeant uel ignari ſo
li vulgo noti decoris rideant. Crebꝛiora illa quidē
nunq̃qꝫ non auribus modo ſed oculis: quocunqꝫ
terrarū perrexeris defutura. At maioribus maioꝛ
ineſt cōſolatio. Reges cogita quos vidiſti ac ter-
rarū dominos: dehinc ſcriptis famaqꝫ cognitos re
coꝛdare. Reſpice ꝛ Arthuri fabulam ꝛ hiſtorias
reliquorū: Jn mentē redeat Olympias Philippi:
Cleopatra Ptolemei: Agamēnonis Clytemneſtra
Menelai Helena: Paſyphe Minois: Phedra
Theſei: ne ue ipſam urbē romā olim quoqꝫ diū quod
dā quaſi pudicitie templū eſſet mali huius expertē
credas. Redeat ad memoriā Metella uxoꝛ Syl-
le: illius qui ſe eius noſſet adulteria: nō tantū ro-
me: perqꝫ omnē Jtaliam vulgata: ſed que Athenis
etiam per greciam cantabant: minime ut arbitroꝛ
felicis nomē ſibi pꝛoꝛſus idebitū uſurpaſſet. Poſt
hanc Julia Agrippe: quam hinc a flagitio viri vir
tus: hinc maieſtas pr̄is abſterſiſſe debuerat: ſimul
qꝫ huius filia ꝛ nomine ꝛ laſciuia matri par: harū-
qꝫ ſeu vite ſeu foꝛtune ueſtigijs herens Julia Se-
ueri: non ſat pudicitie fauſtū nomē. Quid Domi-
tiani coniugem Domitiam? Quid Herculanillam
Claudij: ſeu quādo hic adulterarū foꝛtunatꝰ cōiu-
gū pꝛinceps fuit: eiuſdē Meſſalinā ſummū impe-
rij pꝛobꝛū loquar: que ſecoꝛdem virum ac ceſareū
deſerens cubile: noctu lupanaria circuibat: illa fa-
ciens que referri etiā pudoꝛ pꝛohibet? Quid has
ego: quidue alias ſtringā: ſeu quis foꝛnix anguſtis
meretricibus nō anguſtus ſit quarum cōmemora-
tio fateoꝛ: nec honeſta eſt: nec ulla ex parte adulte-
rij crimē leuat: quin potius grauat? Habet tamen
haud ſpernendā conſolationis efficaciam ſimilitu
do conſpecta miſerie ac paritas erūnarū: nō quod
alieno quiſqꝫ niſi maliuolus delectetur malo: ſed
ꝙ humilioris foꝛtune hominē idignāter pati que

totiens mundi dn̄os paſſos nouit: uel nō ferenda
mollities: uel ſuperbia videatur. Toleranda cuiqꝫ
ſua ſoꝛs. Jlla equius: quā cōmunē paruis conſtat
ac maximis inuidioſiſſimiſqꝫ moꝛtalium. Pꝛoinde
non hominibus tm̄ nuptas: ſed deo etiam deſpon
ſatas: i hec flagitia labi ſolitas vides: Ac pꝛoh pu
doꝛ nec tanti ſponſi reuerētia: infelicem pꝛecipitē-
qꝫ aiam frenat. Cui autem parcet effrenis ac rabi
da libido: que nec celo parcit nec celeſtem metuit
vindictam ſeu quibꝰ abſtineat: que nec deo ſacris
coꝛporibus abſtinendū cenſet? Nec vo tantū hac
etate monſtra hec tam feda libidinū cernuntur q̃-
uis nulla vnq̃ recto iudicio fediora eſſe potuerint
leſiqꝫ maioris irā merita: Sed euo illo quo ita pꝛo
digū ſcelus erat: ut nunc virtus viſa equidē ac pu-
nita noſcuntur. Uirgines ipſe ueſtales quarum exa-
ctiſſime caſtitati tribunitiam ac cenſoriam poteſta-
tē ceſſiſſe non puduit quas ſuorū triumphantium
curibus inſediſſe: ne quoq̃ foꝛte triumphus impe
diret quas poſtremo noxios caſu obuios a ſuppli
cio retraxiſſe: legumqꝫ ꝛ capitalis ſentētie vim fre
giſſe ſola virginitatis maieſtate cōperimus: quarum
pꝛeterea ex diuerſo non facinus tm̄ turpe: ſed ha-
bitus aut ſermo liberioꝛ: pena graui atqꝫ infamia
nō carebat: ꝛ honoris tm̄ ꝛ decoris immemores:
ꝛ terroris inceſti ue dānateqꝫ ꝛ defoſſe ſub terrā
viue per hiſtorias occurſabūt. J nūc tot exemplis
ꝛ tā claris ꝛ tā ſacris obrutus in tanta pudicitie E
ruina: tot pꝛobꝛis illuſtriū concuſſam paululū hu-
milioris cubiculi fidē defle. ℂ Do. Uxoꝛ adultera
eſt. ℂ Rō. Jd nonnullis mutande in melius vite
cauſa fuit: qui maritali cōpede liberati: reiectoqꝫ
graui faſce ire altius ceperūt. Quid te uetat cōiu
gis feditatē pꝛimū quoqꝫ tibi gradū face ad vite li
berioris aſcenſum? Sepe ꝛ pondus: ſepe ꝛ comes
pedes expeditiſſimos retardaruit. Jbis ocīꝰ quo-
cūqꝫ decreueris ſolus ac uacuus. ℂ Do. Turpitu
dine uxoris infamoꝛ. ℂ Rō. Ex alieno peccato dā
nū doloꝛqꝫ naſci poteſt: nō infamia: ſicut ex aliena
virtute gaudium: non gloria: tua te virtus aut vi-
tium glorioſum efficiet aut infamē. ℂ Do. Coniu-
gis uroꝛ infamia. ℂ Rō. Uel ſile: uel fuge: uel ulci
ſcere. Mediū fecit ille vir ſanctus nactus de ſim-
plicitate cognomē: ꝛ pꝛofecto pꝛimū molle nimis:
tertiū pꝛedurū: mediū honeſti humaniqꝫ conſilij
videatur: his p̄ſertim quorum media itidē eſt foꝛtuna
Nā ſupbis potētibꝰ fruſtra lex ponit. Uolūtas: li
bido: ira: impetus: he potētis inſolentie leges ſūt.
Omne vulnus ferro reſcindēdū putāt: multa ſunt
aūt que nō ferro egeant ſed fomētis. ℂ Do. Jmpu
dica eſt uxoꝛ. ℂ Rō. Si pati eligis: etas foꝛtaſſis
illā franget: ꝛ laboꝛ: ꝛ filij: ꝛ moꝛbi: ꝛ reifamilia-
ris anguſtia qbuſdā frenū utile pudoꝛ fuit. ℂ Do.
Uxoꝛ ifamis abijt. ℂ Rō. Opta ne redeat: ne abi
erit ſerū uotū. ℂ Do. Uxoꝛ adulterum eſt ſecuta.
ℂ Rō. Malles ne tuū in cubiculū adulterū indu-
xiſſet? Hic ſaltē pudoꝛ ipudice fuit turpē vitā pꝛo-
cul agere: pepcit oculis erubuitqꝫ pꝛeſentiam tuam.
Jmpudicitiā potes accuſare: nō fugā. ℂ Do. Fe-
da uxoꝛ abijt. ℂ Rō. Si de hoc doles: dignus es
ut māſerit: dignus ut redeat.

ℂ De uxore ſterili. Dial. XXII. ℂ Do.

Terilis uxoꝛ eſt mihi. ℂ Rō. Unū coniu- A
f galis incōmodi remedium ſterilitas obſe-

quioſas facit atqꝫ humiles. Que plurimos parit:
iã nõ uxorẽ ſe credit eſſe ſed dñam: ſterilis aũt flet
⁊ tacet. Annam Helcane meminiſti. ¶ Do. Uxor
mihi ſterilis obtigit. ¶ Rõ. Modo de cõiugis im
pudicitia q̃rebaris: nunc de ſterilitate ꝯquereris.
Atqui ſi ea q̃rimonia iuſta fuit: hec iniuſta eſt. Ex-
pedit impudico viro ut ſterilis uxor ſit: nõ paſcet
filios alienos: quod eſt in omni uxoris iniuria ac
feditate duriſſimũ: ſi miſerũ uxor adultera: miſer-
B rimũ ⁊ fecunda. ¶ Do. Uxor eſt ſterilis? ¶ Rõ.
Quid ergo: tu puerperã eiulãtẽ audire ⁊ nutrices
litigãtes ⁊ uagiẽtes infantulos maluiſſes? Steri
litas oĩa tedia hec ſubmouit. ¶ Do. Sterilis uxor
eſt. ¶ Rõ. Uide ne: quod multi faciunt: vitiũ tuũ
alteri obijcias. Multe vni viro nuper viſe ſteriles
nupte poſt alijs peperere. ¶ Do. Sterilis ẽ uxor.
¶ Rõ. Quid ſcis qualem tibi filiũ pareret ſi fecũ-
da eſſet? Quarundam partus fecunditatẽ odioſaꝫ
⁊ ſterilitatẽ fecit optabilẽ. Nõ tuliſſet imperiũ ro-
manũ portẽta illa feralia: Caium: Caligulã: Nero
nẽ: Cõmodũ: Baſſianũ: ſi Germanicus: ſi Domitiꝰ
ſi Marcus Antoninus: ſi Septimꝰ Seuerus aut
nullas uxores aut ſteriles habuiſſent.

¶ De Filia impudica. Dia.XXIII. ¶ Do.

A Elicata nimis eſt filia. ¶ Rõ. Duas ſe ha-
d bere filias delicatas: ſed ferẽdas tamẽ: rẽ-
publicã ſcilicet ⁊ Juliã dicere ſolitꝰ fertur
Auguſtus Ceſar: Julieqꝫ animũ letũ quideꝫ uſqꝫ
ad ſpeciẽ ꝓcacitatis ſed reatu liberũ. Jn utraqꝫ tñ
ita ſentiens princeps ſapientiſſimus fallebat: Nã
⁊ reſpublica iã pridẽ ab illa ſua priſca virtute for-
nicari ceperat: ⁊ filia nõ tã delicata q̃ꝫ probris ſo-
lũ patrẽ latẽtibus deformata erat: qua tandẽ ſero
licet erupere: Secũdũ tamẽ hãc ſentẽtiã delicata
poteſt eſſe filia ſed pudica. Quod ut permiſeri: ne
gari illud certe nõ põt: Pronũ ⁊ breue iter ad im-
pudicitiã eſſe delitias. ¶ Do. Filia laſciuire inci-
pit. ¶ Rõ. Occurre principijs: dura ferro: tenera
digitis conuelluntur. Qui ſibi uel alteri habitum
querit: a teneris annis incipiat. Facile ⁊ tractãtur
mollia ⁊ flectuntur. ¶ Do. Laſciuire incipit filia.
B ¶ Rõ. Lautas dapes ⁊ ueſtes illi molles ac ful-
gidas: anuloſqꝫ ⁊ armillas detrahe: ⁊ quicquid eſt
aliud quo ⁊ ipſa ſibi placeat ⁊ placere alijs ſtude-
at. Obijce illi domeſticas curas: penſa: acus ⁊ co-
los: ⁊ ſi qd eſt operis qd ſuaues ac molles manus
in callum duret. Seduc eam a ſpectaculis: a ꝯcur-
ſu populi. Feſtis etiã diebus illam domi contine:
Nullũ uagis ac diſcolis cogitatibus tpꝫ linque.
Occupatio ⁊ labor ⁊ incultior habitus ⁊ victꝰ aſ
ſperior ⁊ ſeceſſus inqꝫ vnũ aliquid iugis intentio:
Ad hec teſtis charus ac uerendus freq̃ẽs admo
nitio: dulces mine: ⁊ ſi quando res exigat aſpere:
He ſunt caſtitatis aduerſus impudicitiã fere ac ue
ctes: qui ⁊ inſultãtes ocioſo animo paſſiones arce
C ant ⁊ ingreſſas eijciant. ¶ Do. Filia impudica eſt.
¶ Rõ. Eccleſiaſticũ conſilium: Super filiam luxu
rioſam confirma cuſtodiã: ne qñ faciat te in obpro
briũ uenire. Et ſi aũt nihil pene triſtius pati poſſiſ
modo tamẽ paterni officij nihil omiſeriſ: Eſt vnde
meſtum te ſoleris. Tuus enim põt eſſe dolor: ſed
nõ pudor quidẽ nec crimẽ: Nã precipiteꝫ in libidi
nes animũ frenare difficile eſt ualde: ⁊ niſi deꝰ ip-
ſe manum adhibeat: impoſſibile homini. Tantꝰ eſt
enim impetus tanqꝫ effrenis: ut contra eũ fruſtra
ſepenumero parẽtes: fruſtra ⁊ fratres: fruſtra etiã
ipſe vir laboret. Neqꝫ id mirũ cũ ſit ſcriptũ: Aliter
non poſſum eſſe cõtinẽs niſi deus det. Neue hinc
pudicitie excuſatio ulla ſit: dat hoc deus pia fide
poſcentibus: quodqꝫ in ſe eſt annitentibus ac ſciẽ-
tibus cuius ſit donũ: riteqꝫ ⁊ ipſum eſtimãtibus ⁊
auctorem. ¶ Do. Filia adultera eſt. ¶ Rõ. Si nu-
pta: habes participẽ generũ doloris: Habes ⁊ ip-
ſum Ceſarẽ Auguſtuꝫ ⁊ iniurie comitẽ ⁊ ultionis
exemplũ.

¶ De aduentitio dedecore. Dia.XXIIII. ¶ Do.

Lieno crimine infamor. ¶ Rõ. Dicebam
a modo ⁊ ſic eſt: Alieni te criminis dolor at-
tingere poteſt: nõ infamia. Ueruꝫ loquor.
Falſa eniꝫ ut ſit dura: durabilis nõ erit: ⁊ infamiã
⁊ gloriã ut longeua ſit: tuo tu quidẽ ex agello ani-
mi propria vitẽ falce meſſueris. ¶ Do. Alieno cri-
mine meſtus ſum. ¶ Rõ. Credo hercle. Eſto autẽ
tua letus innocẽtia: niſi magis alieno tangeris q̃ꝫ
tuo: nõ ut patrimonij hereditas ſic ⁊ fame eſt: ⁊ ſi
eſſet repudiari poſſet. Oneroſam ⁊ infamẽ heredi
tatẽ adire nemo cogit: Nũc ut dixi: nominũ ſucceſ
ſio nulla eſt. Nulli agnationũ aut cognationũ gra
dus hac in re: ſeu tu clarum tibi: ſeu tu fuſcũ nomẽ
optaueriſ: a te illud nõ ab alio petendum erit: tuis
opuſ eſt meritis: Eſt qñ quidem alienis nec fedari
potes nec ornari. Quid tabellionẽ aſpicis: quid te
ſtantẽ: quid amãtiſſimo clariſſimoqꝫ ſeni tuo fidis
ſeu quid horres obſcurũ: nec uerũ decus inde nec
dedecus? Nõ legat fama ſed querit. ¶ Do. Meo
rũ grauor infamia. ¶ Rõ. Jmmo quidẽ tua te pre
mit opinio humane miſerie radix ingẽſ. Pone illã
falſo faſce leuaberis. ¶ Do. Meorũ criminibꝰ in-
famor. ¶ Rõ. Nego id quidẽ fieri poſſe: ſed ut fa-
tear: preſtat tamẽ alienis te flagitijs infamẽ eſſe q̃ꝫ
alios tuis. Multo eſt enim grauius peccati pon-
dus q̃ꝫ infamie: ubi peccatuꝫ illic miſeria uera eſt.
Contra aũt: falſa infamia uere miſerie nihil habet
falſa gl'ia: plebeios licet aĩos: Jlla pũgat: hec mul
ceat. ¶ Do. Meorũ ifamia nõ tãgi nequeo. ¶ Rõ
Tãgi piũ: ſterni miſerũ. Proinde dũ reliquie ſpei
ſunt ſummo ſtudio tuorꝫ fame atqꝫ inde ſuſcepte per
turbationi tue ꝯſule. Si ſpes oĩs abierit: illis omiſ
ſis ſollicitudinẽ atqꝫ angores deponẽdos cenſeo:
Nã ⁊ incaſſũ niti ⁊ triſtitie materiã aucupari par
dementia eſt. ¶ Do. Seruilibꝰ ꝓbris notor. ¶ Rõ.
Meritã patiẽtie penã luis: cũ diluere notã poſſis
ſcelerũ pulſis auctoribꝰ. ¶ Do. At meorũ qui tam
facile pelli nequeunt uxor probris. ¶ Rõ. Quorũ
queſo? Jã parẽtũ caſtigatio: filijs nullo iure ꝑmiſ-
ſa eſt. Jnde tibi igit nihil infamie: quin potius re-
cto iudicio quaſi quidã fulgor ex tenebris naſci po
teſt: Nã cũ virtutis ꝓprium difficultas ſit: multo
difficilius eſt obſcuris q̃ꝫ claris ducibꝰ rectum iter
tenuiſſe. Sin uxoris: qd hic vo te agere oporteat:
⁊ quorũ pro remedio meminiſſe: paulo ſupra mo-
nui. Si natorũ: reſpice qui viri quos filios habue-
re. Fabius Maximus ac Scipio Africanꝰ ⁊ Põ-
peius magnus: (Nõ enim imperij atqꝫ opũ: ſꝫ eta
tis ⁊ glorie ſequor ordinẽ): Que aut Ueſpaſianꝰ
ultimũ: aut Aurelius Antonius vnicũ: aut Seue-
rus primũ: Quos in genere alio Hortẽſius ac Ci
cero: Quã poſtremo filiã Auguſtꝰ Ceſar: Aut quẽ
filiũ Germanicꝰ: magna de luce magnas tenebras
videbis ⁊ intelliges hoc ꝑlis infortunium: neſcio

A Alieni criminis dolor nos attingere potest non infamia
Non ut patrimonium sic et fame hereditas
B
C

quidē vnde ſed in maximā quanq; familiā ſuo iure familiarius ſcadere: ⁊ cuiq; ſuas vomicas domi eſſe uel ignotas vicinie uel neglectas. Nec fratrum nepotūq; deerāt exēpla. Illa poſui quoꝝ proprior ⁊ grauior videri pudor ſolet. Omniū vna eſt regula. Alteri⁹ quiſquis ille ſit: maculas inuito alteri nec affigi poſſe nec herere.

¶ De infamia. Dial. XXV.

A ¶ Do. Mea premor infamia. ¶ Rō. Timui tua ne conſciētia premereris. ¶ Do. Infamia premor graui. ¶ Rō. Si iuſtā nō īfamiā ſed infamie cauſam defle. Sin iniuſta: errores hoīum alto aīo proculcās: tua te cōſcientia ſolare. ¶ Do. Graui infamia laboro. ¶ Rō. Uentoſo faſce ſuſpiras: ſic ſuapte natura leuem ſarcinā ferētis imbecillitas grauē facit. ¶ Do. Grauis in meū nomen ſurgit infamia. ¶ Rō. Refert qbus orta radicib⁹ ſi ueri viuet: augebitur: alioqn mox areſcet ac defluet. ¶ Dolor. Magna mihi infamia cōflata eſt. ¶ Rō. Bene ais. Flatus eſt enim fama: Sepe ēt impuri oris qui uos adeo quatit ac territat. Atq; magna infamia: magne fame pncipiū multis fuit. Puduit vulgus: ⁊ ut iure ſuo errori adheret errorē rebuſq; moduz cunctū excluderet: modicā infamiā imodicis laudibus tandē vicit. ¶ Do. Multa vndiq; pulſor infamia. ¶ Rō. Circūflantib⁹ uētis in portū redi: ⁊ ab auriū pcellis in cubiculum cordis ingredere cui ſi tranqllitas ſua eſt: habes ubi iurgiorū feſſus requieſcas: ⁊ ut dici ſolet: in ſinu

B gaudeas. ¶ Do. Fuſca fama: conſcientia clara ſum. ¶ Rō. Tu ne igit̄ fama eē clariſſima: cōſcientia turpi cuperes atq; obſcura? Ita ne penit⁹ uerū eſt illud Flacci: Falſus honor iuuat: ⁊ mēdax īfamia terret? O rem uanaz: uera quidē ⁊ iuuare poſſunt ⁊ terrere: vmbras metuere non eſt viri. ¶ Dolor. Infamie ſarcina ingens eſt. ¶ Ratio. Si flagitio collecta: grauis fateor: ſi caſu facilis: ſi honeſti ſtudio glorioſa. Siquidē bonis artibus queſita infamia laus eſt. Inſultent fatui: tu exulta lucro nobili: virtutē nēpe rariſſimā mercē: magno licet ⁊ quo nullū maius fame precio cōparaſti. Is virtutis cultor uerus eſt qui in illa nihil penitus pter illā cogitat. Sed cū reliquorū clarus: tū clariſſimus eſt ɔtēptus fame virtutis ſtudio ſuſcept⁹ cū profecto fama viris fortibus: nō auro tantū ſed vita etiaz ſit charior. Qui amore virtutiſ hāc ſpreuerit: is ſpreturus oīa credi debet: qđ preclaꝝ ſed perrarū: ſcito quādoqdē magna pars eorū qui videri uolūt virtuti operā dare: fama eius apphenſa: ſic confeſtiz in actione lenteſcant: ut intelligi deēt vnū hoc illos qđ apprehenderint itēdiſſe. ¶ Do.

C Multi grauiter me infamant. ¶ Rō. Plures oliz Fabiū: ⁊ grauius plures etiā Africanū: que res illis eximiā in gloriā uerſa eſt. Cōmunē cū talibus ſorte queri deſine: pauciſſimis accidit: omni ſemp īfamia caruiſſe. Delicatiſſima res eſt fama hoīs: ⁊ que ſepe rubiginē leuibus contrahit ex cauſis. Et ad ſummā: ut nil clarius fama eſt: ſic nil obſcurari pronius: nilq; peregrinarū ut ſic dixeri: capaci⁹ impreſſionū. ¶ Do. Graui uror infamia. ¶ Rō. Peſtis hec uerēdis maxime infeſta nominibus: viris quoq; ſanctiſſimis non pepercit: quoruz princeps oīs expers culpe: ⁊ ipſe tamē ab impijs infamatuſ oſtendit mali huius immunitatē: que nec deo obtigiſſet: hominib⁹ nō ſperandā. ¶ Do. Dura atteror infamia. ¶ Rō. Uirtutē īuidia nō tēptari vix poſſibile dixerim: ſufficiat nō cōuelli: ſiue gloriā cum obtrectatione collidi: ſi pura ſi ſolida eſt: ſplendeſcet attritu. ¶ Do. Acri uexor īfamia. ¶ Rō. Uulgaris aura cecis ignorantie pulſa turbinibus ſumma reruz cacumina uerberat: ſed non quatit: uel ſi quatiat: non euertit. Excellētie tibi cuiuſpiā ſignū ſit: in vulgi linguas quas ſcopulos īcidiſſe. Humilia enim ⁊ circa terram depreſſa nomina nec pclare laudis lumē excipiūt: nec magne infamie tēpeſtatē: Sepe quod ſpernitur ⁊ quieſcit. ¶ Do. Male de me vulgus loquit̄. ¶ Rō. Bene ꝙ ī linguas Nō in calamos incurriſti: Uehemēs ſermo vulgi eſt at minime diuturnus: Leuibus aut falſis orta cauſis breuia ſint oportet: tacebūt cū multa latrauerint. Fatigari citius ſolēt qui cepere feruentiuſ.

E ¶ Do. Uulgi liguis exagitor. ¶ Rō. Quid ſi oratoris aut poete inſignis in ſtilū īpegiſſes? ut multi oliz quos infames poſteritati traditos inimici eloquentia videmus ut ſicut nobile mihi ſuſpiriū Alexandri regis: Homerū Eacidē inuidētis: ſic met⁹ nobilis Alexandri principis videat̄ litteratos diſertoſq; viroſ ne qd de ſe aſperū ſcriberēt formidātis: q̄q; nec īratis obtrectationib⁹ ſuccūbēdū: ſed uel pari ſtilo refellēda calumnia: Qđ Tulli⁹ Criſpo: qđ Demoſthenes Eſchini: qđ innumerabilib⁹ fecit Cato: uel inſigni fiducia ⁊ oē theatrū ſuperāte animi teſtimonio reſiſtendū eſſet: dicendūq; qđ Caluo Uatinius perorante: Nō quia ipſe diſert⁹ idcirco ego dānanduſ ſuz: At nūc periculi nihil eſt Siquidē vulgus ut multū ſtrepat q̄ diu tamen id faciet: cito uel uolens uel coactum deſinet. Ueniet dies que ſtrepidulis his cicadis loquacibuſq; ſilē

F tiuz pacis ponat. ¶ Do. Malā famā apđ vulgus habeo. ¶ Rō. Ut apud teipſuz: utq; apud bonos bonam ac perpetuā uerāq; hēas enitere. Nempe iſta quam quereris euaneſcet. Inane gen⁹ ac trepidū mortales: qd ad uos uel adulantiū uel detrahētiū breue iſtud ⁊ obſcurum murmur? Uenient qui liberius iudicent atq; equius. Et qui ſunt inquies hi iudices? Noſce illos nō poteſtis: ſed ab illis noſci. Illos dico qui poſt uos naſcētur: quos nec ueſtri odiū nec liuor: ſz nec amor nec ſpes torſerit aut metus. Si ueſtrarū eſtimationē rerū ac ſententiaz

G īcorruptā vultis: hos iudices expectate breuis eſt mora: Properāt ecce moxq; aderunt. ¶ Do. Infamiam factis egregijs ⁊ virtute ɔtraxi. ¶ Rō. Eſt ubi amor damnis alit̄: creſcitq; laborib⁹: inq; amaro: dictu mirū: ⁊ maligno ſolo radices agit altius: vnde fit ut factionū amātiſſimos ſepe illos videaſ qui multa ⁊ grauia pro factionibus paſſi ſunt: Nota quidē ⁊ nimiū trita res ueſtris in urbib⁹. Proīde nemo uel iuſtitie uel ueritatis amātior: q̄ qui pro hac flagellis ſeſe obtulit ac morti. Et tu igitur virtutē ama: magiſq; ac magis illam cole: pro qua famā rē pulcherrimā atq; chariſſimā amiſiſti: pro qua nō leue ſuppliciū fers īfamiā: perditiſq; ⁊ ſpretis oīb⁹: eāipſā quā tibi nemo vnq̄ eripiet virtutē ſolā ſolus amplectere: atq; illi dicito: Hec quidem O regina pro te uolēs patior: tu me in integrū reſtitues aut certe vna mihi pro oībus ſatis es: Tu me ſola ſinu pio refoue: ſic non fame tantū ſed vite quoq; damna non ſentiā. ¶ Do. Uulgo paſſim in triuijs laceror. ¶ Rō. Boni conſule. Notū te vulgus faciet: clarū virtus: conſcientia ſecurū.

⁋De queſito ex indignis laudibus pudore. Dia.XXVI. ⁋Do.

A L Audaſſe arguoꝛ indignū. ⁋Rō. Malum quidem e bona ſepe orit̃ radice. Boni eniꝫ ⁊ innocui quales ipſi ſunt: tales alios opinant̃. Hinc ad laudandū equo etiā pꝛoniores ſunt Et q̃uis indignū laudare malū fatear: vituperare tñ immeritū multo eſt peius. ⁋Do. Laudaui idignū. ⁋Rō. Si id ſciēs: repꝛehēſibilis. At ſi ignorās excuſabilis. Minus eſt maluꝫ falli q̃ꝫ fallere: Falli enim alienuꝫ: fallere autē ꝓpꝛiū fallentis eſt crimen. ⁋Do. Aliena laus in meā uergit infamiā. ⁋Rō. Jmmo quidē tua: uel culpa: uel ignorātia. Ex alieno eniꝫ ut lauſ: ſic infamia nulla eſt. ⁋Do. Laudaſſe indignum ualde doleo. ⁋Rō. Uide ergo ne idipſum ſepe doleas.

B Caue ne temere ad laudandū vituperandūq̄ꝫ pꝛoſilias. Eſt eniꝫ utriuſq̄ꝫ rei libido: ⁊ ut dicā ꝓpꝛie: moꝛbus ac pꝛuritus quidam lingue mobilis ⁊ quietis inſcie: Cuius frenū ac cuſtodia inter opera perfectionis eximie numerant̃: dicente ſcriptura: Siquis in uerbo nō offendit: hic perfectus eſt vir. Qua in re nimis ſepe fallimini. Et heu nimis illud eiuſdē Apoſtoli uerum fit: ꝙ linguā nullus hominū domare pōt: inquietū malū. Ad mentiēdū ergo quotidie uos illa pꝛecipitat: quos hinc ſuus urget impetus: inde falſa rerū ſpecies trahit. Sūt eni qui aſpectu uel eloquio vitia morū tegūt: Quod de Alcibiade accepim⁹: de multis vidimus. Sūt qui virtutes uelo occultant ↄtrario: ſeu id natura vultus ſcilicet aut ſermonis auſteritate inſita: ſeu etiā arte quadaꝫ ſtudioq̄ꝫ aduerſus id qȯ vulgo cōcupiſcit̃ adhibito. Nam ut multi qui ſe bonos: ſic aliqui qui ſe malos fingerēt ſunt reperti quo uel humani fauoris peſtilentē aurā: uel inuiſam honorū tēporaliū ſarcinā declinarēt: Quod de Ambꝛoſio lectuꝫ eſt: Accedit amoꝛ atq̄ꝫ odiū: accedit ira ⁊ inuidia: ſpes ⁊ metus affectuſq̄ꝫ animi uarij ⁊ occulti: hiſq̄ꝫ ipſis iterdū quorum ſunt incogniti: ſemꝑ aūt iudicij ueri hoſtes. Accedit ꝙ viuentis laus diuino eloquio ꝓpter vite moꝛtalis incōſtantiā ꝓhibet̃: quāto igit̃ magis vituperatio. Deinceps itaq̄ꝫ ad laudandū tardus: ad vituperandū tardioꝛ ueni: cū uterq̄ꝫ enim: ut dixi: malus erroꝛ ſit: peioꝛ eſt ultimus.

C ⁋Do. Laudādo immeritū erraui. ⁋Rō. Errādo dicit̃: ⁊ ſepe erroꝛ vnus multis obſtat erroribus: dūq̄ꝫ erraſſe ſemel pudet: ne ſimilis iteꝝ erroꝛ obrepat occurrit̃. Laudaſti incaute: linguā frena: Hoc boni ſaltē illi inſit malo. ⁋Do. Jndignum laudaſſe pudet ac penitet. ⁋Rō. Pudoꝛ ⁊ penitentia ⁊ doloꝛ ſcale ſunt ⁊ gradus quidā ad reſipiſcentiam ⁊ ſalutem. Pauci ſunt qui ad rectuꝫ iter niſi per deuia multa ceſpitando ꝑueniāt: multoſq̄ꝫ ideo uoluptatis ſeruos in iuuentute vidim⁹: qui v̓tutis amici in ſenio euaſerunt.

⁋De amicis infidelibus. Dia.XXVII. ⁋Do.

A D E amicis queroꝛ. ⁋Ratio. Quid hic hoſtibus faciat qui de amicis querimoniā inſtituit? ⁋Do. Amicos experioꝛ īfideles. ⁋Rō. Jmpoſſibilem rem narras. Ne foꝛte auteꝫ amicos credideris qui nō erant: nempe id nō modo poſſibile ſed cōe eſt. ⁋Do. Jnfideles ſunt amici. ⁋Rō. His querelis plenus eſt oꝛbis terre: Uerum amicitia infidelitaſq̄ꝫ nō coeunt. Qui infidelis eſſe incipit: deſinit eē amicus: ſeu quod poti⁹ ut credideriꝫ: nunq̄ꝫ fuit. Cūq̄ꝫ omnis virtus immoꝛtalis ſit: omnis fictio eui bꝛeuis: nō fides eſt ſublata ſed fictio. ⁋Doloꝛ. Jnfidos experioꝛ amicos. ⁋Rō. Amici falſo habiti: ſi nūc pꝛimuꝫ infidelis animi latebꝛas pādunt: erroris tui finē letus aſpice: ⁊ caueto interim ne moꝛbi cōtagia in te ſerpāt: Sed quicūq̄ꝫ illi fuerint: tu amicitie fidē ſerua: ⁊ ſi nō ꝓpter imeritos: at pꝛopter te meritū aliena peſte nō infici: quod libentius facies: ſi quātū tibi diſpliceat illorū perfidia: ipſe tecū acriter excuſſeriſ.

B Sepe vitij odiū: calcar ad virtutē fuit. ⁋Do. Jmmeritus amicorum odia ↄtraxi. ⁋Rō. Odioſi ciues: odioſi ſocij: odioſi cognati: odioſi coniuges: odioſi fratres: odioſus demū patri filius ⁊ filio pater. Et ad ſumma: nulla neceſſitudo eſt que nō odiis eſſe poſſit infecta. Sola quideꝫ amicitia ſincera mali huius ignara eſt. Jnterq̄ꝫ hāc ⁊ reliquas hoc intereſſe diffiniunt: ꝙ ille omnes adiūcto odio durant nomēq̄ꝫ ſuuꝫ retinēt: huic vni nō modo ſi odium acceſſerit: ſed ſi amoꝛ abſceſſerit: amicitia iam nō eſt: neq̄ꝫ v̓o magis odioſus amicus eſſe poteſt q̃ꝫ amoꝛ etiā odioſus.

nabuloꝝ recordatio ⁊ quecũq̃ beniuolẽtiam pari
tura viderent̃:ubi ſemel a recto calle deflexũ eſt:
odiũ ⁊ contẽptum pariũt:hic natura rebellãtis ar
dor animi optime qdem pro obſequio atq̃ huma
nitate placabit̃. Uix eſt enim tã imite ullum tãq̃
aſpeꝝ ingeniũ:qd̃ nõ tandẽ molliat uera ac iugis
humilitas ṽboꝝ ⁊ rerũ oium lenis ⁊ nõ ficta retra
ctatio. Sin id ſeꝝ atq̃ inualidũ dep̃hendas: ſeu
forte huc tu cogere tuũ ipſe aiũ nõ potes:quo ho
neſte qdem atq̃ utiliter coget̃:tũc anteq̃ in ꝑnitiẽ
res erũpat:ultimo remedio utẽdũ erit. Extirpan-
da mali radix: ⁊ diſcordiaꝝ mater ꝓpellẽda com-
munio: Jn quo ita te facilem ꝑbebis:ut q̃tum iuri
tuo demptũ:tantũ virtuti fameq̃ additũ iuenias.
Jmpie ac ſupbe cupiditatis aculei nulla re meliꝰ
q̃ pia ⁊ miti liberalitate frangunt̃. Bonũ aurum:
quo pax domꝰ ⁊ charitas fraterna redimit̃. Uetꝰ
ualde nec ueꝝ minus eſt uerbũ: Magnam diſcor-
diarum bellorumq̃ materiam: duo hec eſſe ꝓno-
mina:meum ⁊ tuum:que ſi de vita hominum tol-
lerentur:haud dubie tranquillius viueretur.

¶De amiſſo patre. Dia.XLVI. ¶Do.

P Atrẽ amiſi. ¶Rõ. Juſtũ eſt ut quẽ p̃ñtem A
q̃rebaris:abñtẽ q̃ras nec iuenias. Nihil
equiuſ q̃ faſtidita imperia fruſtra optari.
¶Do. Piũ patrẽ amiſi. ¶Rõ. Piũ ille filiũ di-
miſerit: Gratulare aũt ſeni tuo:illd̃ tandẽ illi acci-
dit qd̃ ſemꝑ optauerat:te incolumi rebꝰ humanis
abijt. ¶Do. Piũ patrẽ ꝑdidi. ¶Rõ. Pius filius
nullã magis ob cauſũ fortuitos caſus timet:q̃ ne
qua ſibi incidẽs calamitas p̃ris aiũ merore cõfici
at:tuo iã tm̃ ꝑiculo ſecurior viues: nõ erit quẽ ru
mores de te ipugnent:quẽ tua frãgat aduerſitas:
quẽ tue debilitet egritudo:quẽ tua mors ꝑimat.
¶Do. Patrẽ amãtiſſimũ amiſi. ¶Rõ. Jncipias B
de alijs curare:qui de te curet ampliꝰ nõ erit. Pie
tatẽ ab altero tibi exhibitã repẽde alteri:raro illi
rependit̃ cui debet̃. ¶Do. Piũ patrẽ miſer ꝑdidi
¶Rõ. Si pietatis ratio tibi conſtat:ſolare fortu-
nã tuam recordatione preteriti tp̃is. Coluiſti pa-
rentem: ⁊ dum licuit pia ſemper in illũ officia con
geſſiſti. Pater obijt:pietas viuit:alioquin eſt fate-
or vnde perpetuo meſtꝰ ſis. ¶Do. Pater me mo
riẽs deſtituit. ¶Ratio. Fer nature ordinẽ prior:
exijt qui prior intrauerat: nec te ille deſtituit ſed
preceſſit. ¶Do. Amiſi patrem. ¶Rõ. Neſcis qd
ſit patrem amittere niſi filium habuiſti.

¶De amiſſa matre. Dia.XLVII. ¶Do.

A m Atrē ꝑdidi.¶Rō. Altera tibi ſupeſt ma
ter quā non ꝑdes: ⁊ ſi uelis ex illa ueniēs
in hāc ꝑgis. Illa tibi paucoꝝ mēſium do-
mum dedit: hec multoꝝ dabit annorū. Illa dedit
corpus: hec aufert.¶Do. Mater obijt mitiſſima.
¶Rō. Mater ſubſtitit duriſſima: que te ⁊ matrē
quam regris in vno gremio ſeruabit: cuius in ute
ro tecū erit: te ⁊ illā ut credimus die ultimo pari-
tura.¶Do. Pia me deſeruit mater. ¶Rō. Deſe
ri metuens feſtinauit: gratāqꝫ illi ſuaȝ mortē fuiſ-
ſe credibile eſt: tuam non viſura amplius: atqꝫ vn-
de maxime metuebat ſecuritate parta.¶Do. De-
functa eſt mater optima.¶Rō. Feliciter hec ex-
ceſſit: te ſupſtite: quo premiſſo: ut feminei ſunt affe
ctus flebiliter abijſſet.¶Do. Obijt mater.¶Rō.
Obeundum erat: idqꝫ ambobꝰ: nec de morte que
ri potes nec ordine.

¶De amiſſo filio. Dia.XLVIII. ¶Do.

A f Ed amiſi filiuȝ.¶Rō. Meliuſ dic: p̄miſi:
ſecuturus cito qdē ⁊ fortaſſis hodie: ⁊ qd
ſcimꝰ an hac ip̄a hora? Nulla fideſ vite eſt
cū tāta ſit fides morti: Secuturus dixi: ſequēs di
cere debui: cōtinue ſequeris nuſq̄ȝ in vita pedeȝ fi
gere ꝑmiſſum hoi vno ſemꝑ gradu itur ad mortē:
miꝝ dictu: ſeu ille vinctꝰ: ſeu ſolutus: ſeu ſtans: ſeu
ambulās: ſeu ſedens: ſeu ſanus: ſeu eger: ſeu vigi-
lās: ſeu ſopitus ad methā fert: atqꝫ illoꝝ more qui
uehunt nauibꝰ uel quieſcēs ꝓperat. ¶Do. Amiſſi
C filij deſiderio excrutior.¶Rō. Cōpeſce aīum qm̄
quem cupis inuenies: nulla eſt mora: Nō poſſe pa
ti deſideriū parui tpis: puerile ſeu femineū eſt: Ui
ro enim nihil breue difficile. Noſti credo quibus
uerbis deſideria huiuſmodi apud Platoneȝ So
crates: apud Ciceronem Cato ⁊ Lelius cōſolen
tur. Uirtute q̄ȝuis ⁊ gloria ſupremi viri: hac ſpe
tamen lōge impares. Noſti p̄terea qd animi Emi
lius Paulus: qd Cato ipſe: qd Pericles: qd Xeno
phon ille Socraticus condiſcipulus Platonis at
qꝫ emulus: qd inumerabile alijs natoꝝ in mortibꝰ
habuere: Nec te p̄terit: ut Propheta idē ⁊ rex fi-
lium quē lāguenteȝ fleuerat: nō fleuit extinctum:
cogitās ꝙ irrecuperabilia lugere ſupuacue demē
tie uerius q̄ȝ pietatis eſt. Quibꝰ ſe virilibus exem
plis interſerit Spartana illa mulier: apud ſcriptō
res qdeȝ innoiata ſed nō pariter illaudata: que au
dito ꝙ filius in p̄lio excidiſſet: Ideo ait illum ge-
nuit: ut eſſet qui mori pro patria non timeret. Par
Liuie virtus maioriſqꝫ Cornelie: ſed clariora ſūt
nomina: Quarū prior ingētis nati ⁊ ad ſummum
ſpectātis iperium: ut terre traditꝰ fuit: luctū mox
depoſuit: nunq̄ȝ vo memoriā intermiſit. Altera fi-
lijs multis: imo oībus amiſſis: quoꝝ aliquos a po
pulo interfectos inhumatoſqꝫ conſpexerat: cōmiſe
rantibus ⁊ illius ſortē femineo more deplorāti-
bus miſerāqꝫ uocātibus: non ſe miſeram ſed feli-
cem eſſe reſpondit: que tales filios genuiſſet: Inſi-
gnis mulier: nec p̄ſenti miſeria: ⁊ p̄terito etiam fe
lix: que contra publicā opinionē ⁊ conſuetudineȝ
miſerorum ſe felicitate preterita ⁊ leti tpis memo
ria ſolaret: grata ꝙ habuiſſet: ꝙ amiſiſſet eq̄nimiſ:
ob hoc vnū digna uteri proſperiore ſucceſſu. Et il
la qdem mulier tota grauibꝰ fortune vulneribꝰ in-
concuſſa ꝑmanſit. Tu vir vnico deiectus luges?
B ¶Do. Amiſi filiū.¶Rō. Amiſiſti ſimul ⁊ metus
multos infinitāqꝫ materiā ſollicitudinum ⁊ cura-
ruȝ: qbus ut careres uel tibi uel filio moriēdū fuit:
Securum patrē ſola mors facit.¶Do. Filiū ami
ſi.¶Rō. Si piū: nil eſt qđ illi metuas: in tuto eſt.
At ſi impium: tuoꝝ numeratorē annoꝝ: tue ſtimu
lum ſenectutis extuliſti. ¶Do. Filium perdidi.
¶Ratio. Si virtute preditū: gaude ꝙ habueriſ
At ſi vitio preditum: gaude ſaltē ꝙ amiſeris: utro
biqꝫ nature beneficium agnoſce: ſeu ꝙ talem de-
dit: ſeu ꝙ talē abſtulit.¶Do. Ante tp̄s mihi filiuȝ
mors rapuit.¶Rō. Non fit ante tēpus qđ in om
ni tpe fieri pōt. In oēm etatē multi ſunt aditꝰ mor
ti: in adoleſcētia infiniti.¶Do. Sine filio remāſi.
¶Rō. Et ſine angoribus: ⁊ ſine pauoribꝰ. Iam
nō erit cui noctes iſōnes: cui ſollicitos dies agas:
cui ſpes longas atqꝫ inextricabileſ ordiare: qui ca
nos tuos rugaſqꝫ conſideret: hereditatē eſtimet:
ſumptus arguat: moram mortis incuſet: Undiqꝫ
tibi ſecuritas ⁊ quies: geminum bonum ingens: ti
tulo licet mortis aſperius.¶Do. Acerba filij mor
te deiectus ſum.¶Rō. An nō Anaxagorā audie C
ras? An oblitus eras te genuiſſe mortalē? An id
potius forſan luges: ꝙ qui ſequi debuerat anteceſ
ſit? Eqdem cū in multis inordinata vita hoīuȝ ſit:
nullum penitus mors habet: ⁊ ſenes decrepiti cū
ctantur: ⁊ feſtinant iuuenes: ⁊ p̄cipitant pueri: ⁊
infantes primo vite de limine retrahunt: Hic tar-
dius licet ille ocius: hic maturꝰ: ille acerbꝰ: nemo
non morit: Hec ſumma eſt: ubicunqꝫ vo hoc quali
bet etatis parte qs obierit ⁊ ſi acerbꝰ fuerat mor-
te maturuit.¶Do. Extinctū fleo filiuȝ.¶Rō. Si
fleturus eras morientem ⁊ naſcentem fleſſes: tūc
mori ceperat: nunc deſijt. Noli autem tuam ⁊ illi
us ſortē optimam lugere: Ille iter ambiguū a ter-
go habet: tu ſecurum ante oculos non iam ampli-
us aut caro oneri timenſ: ut Maro ait: aut alteri.
¶Do. Cum filio vite dulcedo omnis extincta eſt.
¶Rō. Magnum fateor ac dulce ſolatium patri fi
lius bonus: ſed ſollicitū ac graue. Et ſepe dulciſſi
ma offendūt ⁊ chariſſima ipediunt ⁊ p̄cioſiſſima
reruȝ premunt. Et fortaſſis hic filius obſtabat al-
tiora animo uoluenti: Iaȝ meſtior licet ac liberior
factus aſſurge: bona de malis elicere ſapiētis eſt.
¶Do. Mors me filij meſtum fecit. ¶Rō. At qđ
reſtat alacer exige: illi vixeraſ: viue iam tibi.

¶De infantis filij caſu miſero. Dia.XLIX.¶Do.

i Nfantis filij miſerabileȝ caſū fleo.¶Rō. A
Humanum nihil flendum homini: preme
ditata omnia eſſe debent: ſi non ſunt: Nō
caſum filij: ſed inſcitiam tuam defle: ⁊ conditioniſ
obliuionem.¶Do. Filij infantis miſeram morteȝ
queror.¶Rō. Nulla mors miſera: quā mors ani
me non ſequetur: A quo periculo infans tuus im-
munis eſt.¶Do. Infans meus precipitio perijt.
¶Rō. Qualiter quis pereat: qd refert: modo ne
turpiter pereat: ⁊ perire turpiter non pōt qui ſine
peccatis perijt.¶Do. Precipitio perijt iſans me-
us.¶Rō. At Archemorus ſerpente: alij grauide
lacte nutricis: alij morbis: qui pene plures illaȝ in
etatem q̄ȝ in ſenectutem incidit.¶Do. Perijt in-
fans meꝰ p̄cipitio.¶Rō. Repētina mors inocēti
bus optāda: nocētibꝰ metuēda eſt. ¶Do. Infans
meꝰ ex alto p̄ceps perijt.¶Rō. Lāguide ꝑeunti-
bus mors durior ſepe ⁊ anguſtie longiores: do-
lor omnis eo tolerabilior quo breuior.¶Do. Pe-

B rijt pꝛecipitio infans meus. ℭ Rō. Pꝛecipitari ⁊
ruere illius etatis eſt pꝛopꝛiū. Fecit infans tu⁹ qᷣ
faciūt omnes: ⁊ ſi non omnes caſu pereāt: At tu ſi
ne illū periſſe: pereūdū erat: ⁊ feliciter ſecū agit
ꝑus pereūdo q̄ vite malis iplicaret: Que q̄ mul
ta ſint: ſciūt expti ⁊ intēti: Nemo eni nō expt⁹ eſt:
non intenti autem multi qui quaſi ſomniū vitam
agunt cuius reminiſci nequeant experrecti. Peri-
it innocēs infans tuus: qui foꝛtaſſe ſi viueret nocē-
tiſſimus periſſet. Noli illum in tuto poſitum defle
re foꝛtune minas oēs euaſit: ⁊ pꝛeoccupauit moꝛ
tē que illū dilata pꝛeoccupaſſet. ℭ Do. Lup⁹ meū
deuorauit infantem. ℭ Rō. Iſta iam uermiū eſt
querela. ℭ Do. Infantis miſeri coꝛpuſculū lupus
rapuit in cauernam ſuā. ℭ Rō. Felicis animā in-
fantis in celū angeli rapuere.

ℭ De filio qui alienus inuentus eſt. Dial. L. ℭ Do.

A Ɛ (quod moꝛte grauius) qui me⁹ credebat
e alienus eſt filius. ℭ Rō. Si ad cōmunem
ſpectaretis patrē: Comici cōſilio: humani
nihil a uobis alienū putaretis. ℭ Do. Diu alienū
filiū ut meū paui. ℭ Rō. Suū filiū pauiſſe natura
fuerit: alienū charitas: modo poſt factū nō penite-
at ſed delectet. ℭ Do. Filius ille meus dict⁹ alien⁹
apparuit. ℭ Rō. Aperta tibi ad magnū ⁊ ſingula
re meritū via eſt: ſi hunc ipſum: ut hacten⁹: ſic dein
ceps quaſi tuū paueris. Id illi quidē longe grati⁹
atq; acceptius deo erit. Solent enim ingrati filij
ceu ſibi naturali quodam iure debita patrū alimē
ta contēnere: ⁊ pꝛeterea ſcelus eſt amare filiū qui
ex te genitus ſit: ⁊ a deo creatū hominē nō amare
Ita vndiq; apud deum atq; homines pietatē exi-
B miam tibi queſieris ex alieno flagitio. ℭ Do. Pa
ui pꝛo filio qui nō erat filius. ℭ Rō. Pauiſti ut fi-
lium: paſce iā: ſi non ut filium: at ut fratrem: Diu
qui ſunt quiq; erūt: fuerūt ue: vnus eſt parēs: vn⁹
rectoꝛ. Noli te per inſolentiā diſſimulare: aut per
inuidiā atq; odiū ſacrum nature vinculū reſcinde
re. Oēs inuicem fratres eſtis. ℭ Do. Filiū quē pu
tabā meū nō eſſe audio. ℭ Rō. Uide a quo audi-
as ⁊ cui credas. Multi enim malis ſtimulis ipul-
ſi falſos rumores ſtudio ꝯfingunt: Alij lingue flu-
xu quodā effreniq; impetu: ⁊ que ſciūt ⁊ que neſci
unt pari loquunt̄ audacia: Difficilis eſt aūt de filia
C tione ſententia. ℭ Do. Filium qui meus dicebat̄
alienū eſſe audio. ℭ Rō. Cur hoc alijs potius q̄
uxori credis: qua hoc vnum ſaltē nemo certius no
uit? Illa tibi certe filium dedit: quem nūc alij nitū
tur eripere. Audiſti credo ut patrū memoria: Uir
illuſtris fuit cui foꝛma ⁊ genere par uxoꝛ obuene-
rat: ſed fama pudicitie ambigua. Ex hac vnicus in
fans pulcherrimus natus erat: quē cū die quodā
in gremio habēs mater: grauē curis ⁊ ſuſpirantē
virum animaduertiſſet: queſiuit que tanti cauſa ſu
ſpirij. Rurſus ille ſuſpirans: Uellem inqt dimidia
dn̄ij mei parte paciſci: ut ita mihi cōſtaret hūc pue
rū meū ſicut tibi conſtat eſſe tuū. Ad hec illa nihil
fronte mota uel animo: Enimuero inquit: nequaq̄
tanto pꝛecio eſt opus: Da mihi centū pꝛati iugera
ubi greges meos paſcā: ⁊ de hoc ipſo certū ego te
faciam. Cunq; ille impoſſibile pꝛoꝛſus id diceret.
Cōuocatis qui pꝛope aderāt pꝛocerib⁹ ⁊ ſponſio
ne interpoſita: natū illa ulnis extulit: Et eſt ne inqt
hic uere meus? Cūq; vir annuiſſet: Illa bꝛachij
poꝛtentis ei puerū poꝛrexit: Et accipe ait: dono e
tibi: Iam haud dubie tuus eſt. Riſu aſtātiū oboꝛ
to: pꝛo uxore diffinitū: ⁊ vir oīum ſentētijs ꝯdem
natus eſt. Crebꝛe nimis inter homines huius ge-
neris lites ac lamenta ſunt: Pꝛoni in nuptias: im-
mo lubꝛici ac ructes: Uix videre diē creditis quo
mariti: hoc eſt viri ſitis: quaſi aliter non poſſitis.
Dehinc pꝛefuſi in gaudia: ſeu uerius in furores ꝯ
cōiugij dies pꝛimos in ſtrepitu iter epulas ⁊ cho
reas agitis: inter epithalamia ⁊ iocos ⁊ cantus ⁊
tympana. Reliquā vitā omnē inter ſuſpitiones ⁊
iurgia. Utrobiq; repꝛehēſibiles: Nā neq; rē adeo
ancipitē ſic amare: neq; tam inſeparabilē ſic hoꝛre
re: neq; tam amabilē ſic odiſſe decuerat coniectu-
riſq; fallacibus apud homines ſanctiſſima diuine
atq; humane domus iura confundere: atq; artiſſi
D ma vite huius vincula diſſoluere. ℭ Do. Quid q̄
meū uxoꝛ nō eſſe ipſa cōfeſſa eſt? ℭ Rō. Singula
re uelut aliquid narras: quotidiana ſunt hec: Alie
viuentes hoc fatent̄: alie morientes: quarū alique
nunciandū viris poſt obitum reliquerunt. ℭ Do-
loꝛ. Non eſſe meum filium ipſa mihi faſſa eſt con-
iunx. ℭ Ratio. Faſſa eſt idem Olympias Philip
po magno viro magni filij iacturam: nec fletum:
nec ſuſpirium: nec querelam legimus. Nunc fa-
bellam accipe ridiculā ſed materie nō ieptā. Cir
ca littus oceani qᷣ Bꝛitanniam ab aduerſo ꝓſpi-
cit: ante nō multos annos fama eſt fuiſſe mulier-
culam iopem: ſed foꝛma appetibili ⁊ iſigni laſciuia
hec duodecim paruos filios: totidem ex viris ge-
nitos habebat: annuis etatum iterſtitijs iter ſe di-
ſtātes. Inſtāte aūt moꝛtis hora: uocari ꝓpe viruꝫ
iubet: Et nō eſt inqt ampli⁹ ludi tēpus: nullus ho
rum pueroꝝ ad te ſpectat p̄ter maiorem ſoluꝫ: Pꝛi
mo enim anno noſtri cōnubij caſta fui. Sedebant
tūc foꝛte pueri oēs humi circa ignē: more gētis ali
qd māducātes: Stupēte igit̄ viro: atq; illis rei no
uitate ſuſpēſis: Illa ſinguloꝝ patres oꝛdine noīat:
Qᷣ audiēs omnium minimum minimus: qui tri
ennis erat: panem quem dextera ⁊ rapam quam
habebat in manu altera: in terrā poſuit: at tremēs
deſiderio ⁊ ambabus manibus in altum erectis
adorātis in moꝛtem: Da inqt queſo mihi genitrix
aliquem patrem bonum. Cūq; illa in fine uerboꝝ
patrem paruuli nominaſſet: ⁊ famoſum quēdā di
uitemq; hominem: reaſſumpto in manibus cibo:
Bene habet inquit: Bonus eſt pater.

ℭ De amiſſo fratre. Dial. LI. ℭ Do.

A Ratrē ꝑdidi. ℭ Rō. Nōdū audio ꝓpter
f quod ualde lugeas. Nimis enim uere ait
Naſo: Rarā eē fratrū gratiā. ℭ Do. Fra-
trē amiſi. ℭ Rō. Fieri pōt enim ut ⁊ fratrē ⁊ do-
meſticū ſimul hoſtē amiſeris. En iactura: rē malā
boni nominis perdidiſſe. ℭ Do. Fratrem perdidi.
ℭ Rō. Perdidiſti foꝛſitan qui te perditū optabat
quiq; in rebus obſtabat tuis. Multis quidem ma
gne laudis aditū fraternus obſtruxit liuoꝛ. ℭ Do.
Amiſi fratrē. ℭ Rō. Filiorū foꝛtaſſis etatule: qᷣ
ſepe vidimus graue iugū: vite tue emulum: glorie
obicē: id qᷣ cōſtat patrimonij participē amiſiſti.
Fratre impio nullus hoſtis iſeſtioꝛ. ℭ Do. At ami
ſi pium ⁊ beniuolum. ℭ Rō. Sed moꝛtalē. Nō tu
tela coꝛporis eſt virtus: uerum animi oꝛnamētum
Illi gloriam immoꝛtalē pꝛeſtat coꝛpuſculū moꝛtis
imperio non eximit: immo quidem ſepe illud ante
tempus in moꝛtem trudit: quod ſi nature ſue ling-

tur:eque boni pereūt maliqꝫ quin ꝛ vulgo imbe-
cilles bonos: ꝛ viuaces malos cernimꝰ:immorta-
B lē nullū.¶Do.Bonū ꝛ glorioſū fratrem perdidi.
¶Rō.Si frater perijt:ſuperſtes eſt gloria: virtꝰ:
oia:ꝑter quas humana oia pari mors turbine pro
pellit ac diſſipat.Has tu igiť ceu totidē filios fra-
tris amplectere:atqꝫ his bonis immortalibꝰ mor-
talia dāna cōpēſa:ꝙ ſi filij ſuperſūt:alij uera illos
pietas tuos facit.¶Do.Amiſi germanū optimū.
¶Rō.Auide illo uti debueras:id ſi lētius egiſti:
nō mortis iniuria:ſed ſegnities tua eſt. Illa ius ſu
uꝫ exercuit tuū tu neglexiſti.¶Do.Morſ me luſit
nō putabā tā cito moriturū.¶Rō.Oia que nolē-
tibus accidūt cito fieri videnť:que optātibꝰ aūt ſe-
ro.¶Do.Uix illū mori poſſe crediderā.¶Ratio.
Cuncta ſibi uehemētiſſimus amor indulget:nilqꝫ
ſibi nō ſpondet:amaroſqꝫ cogitatus ꝛ quicqd eſt
guſtui aduerſuꝫ vitat ac refugit.Unde ꝛ qui amāt
pene ſibi eternas delitias ſuas fingūt:tu ſi fratrem
natū noueras ꝛ mortalē noſſe debueras: ꝛ iccirco
ſi ꝓuiſam mortē inopinū uelut aliquid doles:lon-
C ge erras:ſi improuiſa aūt fuit:erraſti.¶Do.Scie
bā mortalē:ſed de morte nō cogitabā. ¶Rō. In-
cōſulte:Sed hec diſſimulatio ueſtra eſt:Uix vnq̄ꝫ
mori creditis mortales:cū ꝛ cōtingens mori ſem
per ꝛ aliqñ ēt ſit neceſſe:Immo vͦo cū nō mori nū-
q̄ꝫ:mori aūt ſemper ueſtre lex immobilis ſit natu-
re: Sed uos aſſidue morientes ſenſum a preſen-
tibꝰ animū a fine diuertitis:Uulgare malū:qͦd qd
eſt aliud q̄ꝫ ultro oculos claudere:ne radios ſolis
aſpiciant:tanq̄ꝫ luci ut oculis damnū ſit illā nō vi-
dere:nec minus clarum quod nō videas:nec minꝰ
uerum eſſe qͦd neſcias:Quis tā cecus ut nō vide-
at:quis tam hebes ut neſciat:ueritati rerū nihil de
trahit ſenſuū aut intellectus infirmitas.Uos equi
dē neqꝫ infirmi neqꝫ obtuſi:ſed quod excuſatione
careat diſſimulatores eximij ꝛ ad fallendum uoſ
metipſos ingenioſiſſimi:qui tāto ſtudio inutilia di
ſcitis:neceſſaria neſcire nitimini: ne quicq̄ꝫ tamen
clauſis nanqꝫ ſeſe oculis ingerūt ꝛ neſciēdi auidū
ingeniū irrumpunt: ꝛ obliuiſcendi cupidā memo-
riā interpellāt: ꝛ multa indies fert vita hominuꝫ:
que uos cogitare adigāt:quod nolletis: queue diſ
ſimulationes ueſtras aut ꝓprijs:aut externis ex-
citent argumētis:Sed ad plenuꝫ fateor: Figmen
D ta mortaliū ſola mors diſcutit.¶Do.Et mortaleꝫ
ꝛ moriturū fratrē ſciui:mortuū tamē fleo. ¶Rō.
Magna pars humanorū actuū ſuperfluit:qd fles
mortuuꝫ aut quid illi:quid tibi:quid ue alij? tuus
hic fletus prodeſt ut ſit malū mors:quod docti ne
gant:qͦd nemo negauerit:mali irreparabilis eſt fle
tus inutilis.Et certe ſi quid preter animi vitiū di-
ci miſerū decet:ſi quid penitus in rebus eſt flebile
flendū potius dū impēdet q̄ꝫ dū tranſijt:Quod re
gem profecto illū nō latebat cuius pauloante me-
minimus.¶Do.Optimi fratris morte afficior.
¶Rō.Nullus affectus intenſior q̄ꝫ paternus: q̄ꝫ
obrē ut que in morte filij dicta ſunt:fratris ad inte
rituꝫ transfer: ꝛ que utrobiqꝫ dici ſolet:amicoꝝ eti
am in morte profuerint: que iactura par ſummis
eſt ferēda:tamen ut reliqua: Uno enim animi ro-
bore tolerāda ſunt oia que vidētur grauia: ꝛ ſi cre-
ditur oppreſſura ſunt. ¶Do. Amātiſſimū fratreꝫ
amiſi.¶Rō.Inuiſū amiſiſſe peius fuerat.Illius
enim amor:huius aūt ipſa quoqꝫ memoria dulcis

eſt.¶Do.Gratiſſimum ipſis ab incunabulis vite
comitē perdidi:ſolus ſum.¶Rō.Nō eſt ſolus cū
quo virtus ꝛ honeſtas habitant:inter quas affixā
precordijs fratris imaginē eē:nec mors ipſa uetue
rit:Sic nec frater tuus perditus:nec tu ſolus.

¶De morte amici. Dia.LII. ¶Do.

Miſi amicū.¶Rō.Si tu debes in amico A
a virtutē amaſti: illa certe non perditur nec
moriť:Ideo ueras amicitias immortales
dicunt ꝙ nullo vnq̄ꝫ diſſidio amicorū:nec ipſa de
mū morte ſoluunť:ſic diſcordiaꝫ vitiūqꝫ omne vin
cit virtus ipa vͦo nulla re vinciť.¶Do.Amicū ami B
ſi.¶Rō.Cetera cū amiſeris nō habes:amicos ca
ros ue omnes:tū maxime habeas dum videātur
amiſſi:Preſentia enim delicata:ne dicā faſtidioſa
itidē ac ſuꝑba:minimis rebus offenditur:amicoꝝ
recordatio iucūda ꝛ ſuauis eſt:nil amarū retinēs
nil dulce nō retinēs. ¶Do. Amicū optimū morte
amiſi.¶Rō.Si cōmoditates perditas quereris:
utilitatis mihi tu calculū nō amicitie quidē poniſ.
Si cōuictū:cogita q̄ꝫ parua pars temporis viuen
tiū quoqꝫ preſentiā exhibet amicorū: quātū cure:
quantū morbi occupāt: quātū ſopor ac uoluptas:
quantū quoqꝫ peregrināntiū diſcurſus: ſollicitudi-
numqꝫ diuerſoria: ꝛ ſeceſſus:quātū deniqꝫ ſtudia
quantū ocia:quantunqꝫ negocia:nūc aliena: nunc
propria: ꝛ illa rerū multiformiū iugis atqꝫ iuicta
neceſſitas:cui nulla proſperitas eximiť: conuictui
detrahunt exoptato: quot congreſſus rari:q̄ꝫ bre-
ues ſolliciteqꝫ more:q̄ꝫ duri digreſſus:q̄ꝫ reditus
ſeri:qui obices:que nā ipedimēta:qui laquei: His
ac ſimilibus vite difficultatibus amicitieqꝫ cōpe-
dibus ad memoriā reductis: intelliges quantulū
eſt quod tibi mors abſtulerit: Nā ſi id in amicitia
ſolū libras:quod vnum illi perpetuū ac ſtabile fun
damētū eſt:prorſuſ nihil ibi mors potuit auferre.
Audiſti apud Tulliū:ſe ſolantē Leliū:ut illiꝰ Sci-
pio ſuꝰ viuit:ut in memoria eiꝰ nec extincti amici fa-
ma nec virtus extinguitur.Quid Scipionē tuum
tibi nunc viuere prohibet? Sed uos quoniā Sci-
piones ꝛ Lelij nō poteſtis eſſe:nec viri quidē eſſe
vultis: ꝛ quia ſumma nō prehēditis:media deſpe
ratis aut ſpernitis:quaſi ut poeſim:ſic virtutē me-
diocrē nec dij nec homines ſint laturi.¶Do.Ami
cū mihi mors eripuit.¶Rō.Amici corpus eripe- C
re mors poteſt:nō amicitiam nec amicum. Sunt
eniꝫ ex illoꝝ genere:que nec morti nec fortune ſub
iacēt ſed virtuti:que vna humanis in rebus libera
ꝛ quecūqꝫ illi ſubſunt:libertate donare potēs eſt:
Non eſſet tanti precij amicus ſi tam facile ꝑdi poſ
ſet.¶Do.Sine amico remāſi. ¶Rō. Si rite co-
lis amicitias:nec tibi ueteres deſunt nec noui vn-
q̄ꝫ defuerint amici:quin ex hoſtibꝰ tibi amicos ea
quidem reddet opinio.Nihil magis Auguſtū Ce
ſarem conciliauit Herodi:q̄ꝫ ꝙ is hoſti ſuo amiciſ
ſimum:ſeqꝫ per illum inimiciſſimum ſe fuiſſe pro-
feſſus eſt ſua dignum amicitia iudicauit eum: qui
tanta fide ſuilꝫ hoſtis amcitiam conſuliſſet. Tan-
ta eſt virtutis ꝛ amicitie pulchritudo: ut etiam in
hoſte delectet cogatqꝫ illum quoqꝫ amare qui ſe
oderit.¶Dolor. Amicus mihi fidiſſimus obijt.
¶Ratio. In memoria tibi ſepeliendus eſt tua:ubi
clam ſepe tecum ſit: ꝛ nunq̄ꝫ totus obierit.Qui ſi
tibi forte aliter q̄ꝫ morte perierit:nō tu amicū ſed
opinionem falſam amicitie perdidiſti.

¶ De abſentia Amicorum. Dia.LIII. ¶ Do.
A Micorum torqueor abſentia. ¶ Rō. So
let id quidem euenire: Sed qui amici mor
tem ferre didicerit: aliquanto facilius fe-
ret abſentiam: nec frāget habitus quē nō fregerit
obitus. ¶ Do. Abeſt mihi optatiſſimus amicꝰ: de
xtra manus dexterqꝫ oculus meus abeſt. ¶ Rō.
Et ſi irredituri abeſſent: nihil tñ nō ferēdū viro di-
cerē nūc redibūt ꝛ tua tibi reſtituetur integritas.
¶ Do. Abeſt amicus dimidia mei pars. ¶ Rō.
Dimidiū anime ſue Uirgiliū uocat Horatius: qđ
a multis poſtea uſurpatū iampridē in ꝓuerbiū ue
nit. Sed ſi amicus nō naturaliter tm̄: ſed ciuiliter
poſſidetur: quid amicitie nocet abſentia: quo minꝰ
tecū ubicūqꝫ ſit amicuſ ſedeat: ambulet colloquat
uel iocoſa: uel ſeria? Et quod preſens forte nō face
ret: abſens faciat. Nā ſi nil aliud videretis: niſi q̄
ſunt ante oculos: ꝛ ſola uos pn̄tia delectarēt: bre-
uis admodū viſio ꝛ anguſta delectatio ueſtra fo-
ret. ¶ Do. Amici abſentis dulci deſiderio laboro.
¶ Rō. Atqui amaris ſoliti eſtis laborare nō dulci
bus. Accipe ṽo nūc qđ vulgi aures vix capiāt: Di
ci nequit q̄ꝫ tenera q̄ꝫqꝫ faſtidiēs pn̄tia ſit interdū
etiā amicorū: ſepe paruis offendit: ut quos ualde
dilexeris: quorū ue pn̄tiā uehementer optaueris:
nō amicos modo ſed fratres aut filios: qꝫ forte ſol
licitudinis ſtudio: uel occupationibus tuis obſtēt:
abeſſe nonnunq̄ꝫ malis. In abſentia nil amarū: nil
quod pūgat preter deſideriū: quod dulce tamē ne
tu ipſe quidē negas. ¶ Do. Dilecti abſentia me af-
B fligit. ¶ Rō. Eſt id fateor: cōmune mulierum atqꝫ
omniū muliebriter amātiū: quorū delectatio om-
nis in ſenſibus eſt. Nihilominus de hiſipſis Poe-
ta loquebat ubi ait: Abſentē abſēs diligit auditqꝫ
videtqꝫ. Id ſi ita eſt: cur non amicꝰ abſentē quoqꝫ
amicū audiet ꝛ videbit: niſi forte purgatiores ad
huiuſmodi viſionē laſciuie ſunt oculi q̄ꝫ virtuti: aut
plus aliquid dignitatis iſano q̄ꝫ caſto tribuit amo
ri: cui preter honeſtos ac uolucres cogitatus: quoſ
pro libito uagari ꝛ eſſe ubi uelint: nulla diſtantia:
nulla vis prohibet: epiſtolari quoqꝫ remedio con-
ſultū eſt: quo neſcio an p̄ſentia ulla ſit gratior. Ro
me quidē erat Marcus Cicero dū ad Quintum
Ciceronē fratrē ſuū ꝓconſulatū Aſie adminiſtran
tē ſcribēs: Cū tua iquit lego te audire: cū ad te ſcri
bo tecum loqui videor. Et mox eum ad glorie ex-
cellentiā exhortās: efficaciſſimū id dicit: In dictis
factiſqꝫ ſuis omnibus fraternā ſibi aio definxiſſe
preſentiā. Neſcio an Athenis an ubi eſſet Epicurꝰ
dū amico ſcribēſ: Sic fac inqt oia tāq̄ꝫ ſpectet Epi
curus. Certe in Cāpania erat Anneus: dū Lucili-
um ſuū in Sicilia degentē litteris alloquens: ut ſe
cū ſtudeat: ſecū cenet: ſecū ambulet hortat: que fa-
cere ille nō poſſet: niſi animo fierēt: ꝛ nō oculorū
neqꝫ auriū: nō manuū neqꝫ pedū miniſterio idige
rent. ¶ Do. Oculi mei abſentē amicū anxie requi-
C runt. ¶ Rō. Nō poſſum negare quin oculis aliqd
per abſentiā detrahatur: aio aūt nihil: imo nec ocu
lis quodāmodo: ut prediri: ſi tamen amicitia uera
eſt. Unde ꝛ illud apud eundē poetā ꝛ legimus ꝛ
laudamus: Pallas: Euāder: In ipſis oia ſunt ocu
lis. Et Cicero ipſe in epiſtola quadā: Balbū ami
cum ſuū in Gallijs ſub Ceſare militātem: nō ſolū
in animo habere: ſed in oculis ferre ſe dicit. ¶ Do.
Amicus abeſt meꝰ. ¶ Rō. Interdū nō cognoſcit
amicus: niſi abeſſe ceperit. Sicut cūctis in rebus:
ſic in amicitijſ: copia ingēs guſtū hebetat: penuria
acuit. Qꝫ ſi magiſter amorū itermiſſionē amātibꝰ
utilē dicit: quibꝰ oibꝰ in pn̄tia eſt uoluptas: cur non
eadē utilis ſit amicis: quorū in virtute iucunditas
tota eſt: que abſentie nullū ſentit incōmodū: cū ubi
libet preſens ſit? Noli ergo deſiderio ſuccumbere:
ſed amicū mente cōplectere: quē tibi nec diſceſſus
eripiat: nec mors ipſa. ¶ Do. Amici dulcis abſen-
tiam amare fero. ¶ Ratio. Perfer modo ꝛ mollio
res partes animi preſenti virtute cōſolida. Amari
uſcula enī hec quedā defles abſentia: forſan in tē-
pore cariorē tibi amicū ꝛ amici preſentiā effecerit
dulciorē.

¶ De graui Naufragio. Dia.LIIII. ¶ Do.
G Raui naufragio iactatus ſū. ¶ Rō. Ma A
ris tu mihi memoras naufragium: animi
autē ſiles: quaſi ṽo uel grauiuſ uel crebri
us ullum ſit. Ibi eſt tēpeſtas illa cupidinum ꝛ affe
ctuum ceu uentorum repugnantia: que uos tēſis
cōcupiſcentie ſpeiqꝫ uelis: gubernaculo mētis ex-
cuſſo conſtantieqꝫ ancoris in alto perditis per oēs
littorū fluxus: perqꝫ omnia maria circūuolauit: Il
lud te naufragium in hoc traxit: tolle cupiditatem
nauigationē ipſam aut certe periculū nauigandi
magna ex parte ſuſtuleris: Illa nō in naues ſolum
ſed in ſcopulos ꝛ in mortē cogit miſeros. Itaqꝫ fe
re oēs qui in ſuis auſpicijs in mari pereunt: prius
in aio periere: ꝓfuſqꝫ illos auaritie demerſit vnda
q̄ꝫ pelagi. Rara eſt quidē ſine precipitatione cupi-
ditas: quicqd enim vult: cōfeſtī vult moraſqꝫ oēs
ꝛ illarum comites ſumptꝰ odit: ea breuis in exitiū
via: ꝛ crebri prima naufragij cauſa eſt. ¶ Do. Ma
gno naufragio uexatus ſum. ¶ Rō. Didiciſti deū B
orare uotaqꝫ facere ꝛ paciſci multa: quorū ꝛ ſi me
tus cauſa fuit: tu tamē agnoſce fidē terre redditus
Nō impune deꝰ ludit: odit ille fidefragos. ¶ Do.
Fedū naufragiū paſſus ſū. ¶ Rō. De naufragio
nō querit niſi qui euaſit. Gaude igitur ſaluus ꝛ do
ctior. Trāſacti periculi grata ſolet eſſe memoria: ſi
cut ex diuerſo finite ꝓſperitatis amara recordatio
Quāti ṽo olim faceres vidiſſe tritones equoreos
ꝛ mōtes ſpumeos aquarū atqꝫ aſſurgentes fluctꝰ
pelagi monſtra natātia? Habes vnde brumali no-
cte ante focū fabellas horrificas narres attonitis
trepidulamqꝫ familiā admiratione ſuſpendas: Iā
quid ſit poetica tēpeſtas intelligis: ꝛ qui male cre-
dulus ſtupor fuit: iā notitia certa eſt: quam bene
uel metu morꝭ uel iactu merciū ſis adeptꝰ. ¶ Do.
Duro naufragio laboraui. ¶ Rō. Sine labore ni- C
hil diſcit: hoc ſi ſapiſ: perpetuū documētū tibi erit
ne qn̄ amplius credere vitā uētis in aiū inducas.
¶ Do. Paſſus ſū triſte naufragiū. ¶ Rō. Si pri-
mū: caue ne ſecūdū adeas. Si ſecūdum ſile. Sci-
tū eſt illđ Publij miniographi: Improbe Neptu
nūꝰ accuſat qui uerū naufragiū facit. ¶ Do. Terri
bili naufragio vix euaſi. ¶ Ratio. Neſcio qd terri
bilius adeo ſit in aquis mori q̄ꝫ i terriſ: quādo qui
dem in alterutro moriendum eſt: ſeu quid optabi-
lius uermiū cibus eſſe q̄ꝫ piſciū: Poſtq̄ꝫ tamē ena
taſti: cura ne iterum fracto vitam remo aut lacere
credas tabelle. Diſce terrenum animal terram pa-
ti: ꝛ celum potius ambire q̄ꝫ pelagus.

¶ De incendio. Dialogus.LV. ¶ Do.

A e Ex incēdio vix abij. ¶ Rō. An ne igit̃ euasisse fortune trahis ad iniuriā? ſine queri Alcibiadē:qui hoſtili ex incēdio nō euaſit: Quāq; ⁊ ſi terreſtre preuideris:celeſtibꝰ qs iā obſtet icēdijs? Romanꝰ mihi rex Tullus hoſtiliꝰ ⁊ Romanus rñdeat Imperator Charus:quoꝝ pmꝰ Rome in regia alter in caſtris ad tigrim amnē:ſi cōibꝰ hiſtorijs eſt fides:igne arſit ethereo. ¶ Do. Bonis meis oibus amiſſis nudus ex icēdio euaſi. ¶ Rō Quī precor hoc diceret ſeu Bias:ut oēs uolūt:ſeu Stilbon:ut vult Seneca: qui icēſa pātia admonitꝰ ſeu increpitꝰ ꝙ nihil ſuorū bonorū ex incēdio efferret ut ceteri:Bona ingt mea oia mecū porto. Preclare ſiue hoꝝ alter id dixerit:ſiue uterq;:q̄uis he uoces ex ore primi ſemꝑ auctoris clariꝰ ſonent:ſed omiſſo auctore dicti ueritas utiq; nota eſt. Herēt nēpe precordijs uera bona:viuoq; nihil eripit̃ poſſeſſori:ſed ne mortuo qdē. In anima eniʒ ſunt:quo nec fortune nec mortis dextra ſe porrigit: Tu ſaluus ⁊ icolumis perijſſe tibi aliqd eorū doles:que ſi tua fuiſſent proculdubio tecū hodie ſalua eſſent. Mihi etenim crede:Uera bona nō pereunt. Non eſt aurū virtute nobilius:ne par quidē qd nō igne

B cōſumitur ſed purgat̃. ¶ Do. Magnū me afflauit incēdiū. ¶ Rō. Ceculus neſcio quis famā diuinitatis igne queſiuit. Apud Uirgiliuʒ: Iulij comas flamma corripiens:primā dubie ſpē ſalutis attulit Seruio caput arſiſſe:nō poeticū ſed hiſtoricuʒ regni omen fuit. Cōſtat ex flāmis Iliacis prodijſſe romani Imperij fundatores. Deniq; ⁊ Heliā icēdio obijſſe:Deūq; ipſum in flāma ignis apparuiſſe:ſacre loquunt̃ hiſtorie:ut nō imerito ueſtris i urbibus iudex hic ſoleat eē letitie:qui tibi materia ē doloris. ¶ Do. Domꝰ igne ſubito ꝯflagrauit mea. ¶ Ratio. Et exēplū Diane oliʒ arſit Epheſie:quo nil ſecula illa formoſius viderūt. Arſit ⁊ tēplū celi deo ſacrum Hieroſolymis:ipſis etiā qui illud icēderāt miſerādū hoſtibꝰ: Et etate hac lateranēſis arx illa religionis ac decus eximiū orbis terre bis flāmis exuſta eſt:euidēs ⁊ apertū: ut mihi videt̃: ire celeſtis indiciū:nō mirabile fateor:ſed tremendū. Ad extremū ut minores taceā:Saguntū: Numantiā ⁊ Corinthū innumeraſq; alias ⁊ ſepe tentauit romā ⁊ nōnunq̄; pene ad ultimū ⁊ Carthaginē ſemel: ⁊ bis Troiā flāma cōbuſſit. Arſere urbes arſurūq; mūdū ipſum credimus: Tu in tuam domū auſum ignē qui in celū ac terras arſurus eſt quereris? ¶ Do. Ex incēdio vix euaſi. ¶ Rō. Euaſiſti igit̃:an id doles:niſi euaſiſſes ſiluiſſes: nūc aut ē viuus cinis cinerem fles extinctum.

¶ De graui negocio ac labore. Dial̃. LVI.

¶ Do.

A g Raui negocio defatigor. ¶ Rō. Nulla ſine difficultatibus gloria. Nulla nō virtus in excelſo habitat haud facile adeunda:cōfragoſum huc durūq; ⁊ ſcrupeū eſt iter. ¶ Do. Nimio labore fatigor. ¶ Rō. Labor area eſt virtutū requies uoluptatū: Nil ſine labore laudabile: nil excelſum. Proinde laudis herculee fundamentū labor: Nulla re magis Ulyxes q̄; labore cognoſcitur:quantalibet prudētia fingeret̃: ſi ocioſa fuiſſet ignota eſſet. Labor romuleos duces: Scipiadas ⁊ Camillū:labor Fabios:labor Curios:labor Fabriciū ⁊ Metellos:labor magnū quoq; Pōpeiuʒ labor Hannibalē:labor Iulium Ceſarem illuſtrauit: Labor Catōibꝰ:labor Mario famā dedit. Papyriū Curſorē ac Poſſeninū Nigrū laborioſa militia claros fecit. Ut Philoſophos: ut Poetas ſileā:quoꝝ vita ois:quid niſi clarus ac delectabilis labor eſt? Quid de artificibus dicā:qbꝰ ipā qualiſcūq; eſt gloria:quo ſtudio querēda ſit noſti: a qbꝰ induſtria ⁊ antilucana vigilia preueniri:Deq; hoc queri ſolitū Demoſthenē accepimus: qui ꝑfecto nō paruus ſtimulus eſſe pōt magna tractātibꝰ: qn̄ minima:quoq; ſic animoſ acuūt atq; exercēt. Proinde oē genus hominū percurre:ubi fame multuʒ ⁊ plurimū eſt laboris: ⁊ oino virtutū amatoribuſ amādus eſt labor:ſine quo ad eaʒ quā amāt ⁊ quā cupiūt gloriā peruenire fas nō eſt. ¶ Do. Labore

B exerceor ꝯtinuo. ¶ Rō. Parū profecerit magnus labor niſi ſit iugis: Nam ⁊ ipſa que labore querit̃ gloria:niſi ſit perpetua nec magna videbit̃. ¶ Do. Nimis crebris exagitor laboribꝰ. ¶ Rō. Nimiuʒ ⁊ parum pro uarietate patientiū accipit̃: Ignauo labor ois eſt nimius:nullus iduſtrio. ¶ Do. Multi me cruciāt labores. ¶ Rō. Non te cruciāt ſi vires: ſed acuūt ⁊ exercēt. Uis aūt noſſe quid inter laborem ⁊ delitias interſit:Sardanapalū confer cū Alcide:Sergiū Oratā cū Attilio regulo: Apicium cū Caio Mario. ¶ Do. Labor me iugis extenuat. ¶ Rō. Multis pro remedio labor fuit: ⁊ quos quies infecerat defecauit deterſitq;: nā curare illū aīos cōſtat ⁊ oriētibus vitijs obſtare ⁊ radicata conuellere. Deniq; inter priſce virtutis ac ſeculi exēplaris cauſas hinc labor a ſcriptoribꝰ ponitur:hinc paupertas optabiles corporū moleſtie que medent̃ moleſtijs animorū. ¶ Do. Durus eſt labor. ¶ Rō. Dura virtus:durus labor:mollis uoluptas:mollis inertia:ſimilia bene cohabitāt: Inter diuerſa diuortiū eſt. ¶ Dolor. Nimium labo-

C rioſa ſors eſt mea. ¶ Ratio. Oneratum te ingrate accipis: Neſcis ut nocte media dū dicate deo virgines ſtratis ſurgunt:algent:vigilant ⁊ diuinis obſequijs exercentur:adultere ſuis interim perfruūtur illecebris:Dum pro defendenda patria miles in caſtris:pro augenda dux in tabernaculo:pro ornanda ſtudioſus inter libros excubat:leno iſamis inter ſuas acies inq; ſuis tentorijs conquieſcit: qbus vō ſit melius diffinire nemo cui uel modicum ingenui ſit pudoris:heſitet. ¶ Do. Labore urgeor acerrimo. ¶ Ratio. Bene ſpera:cauſa tantum laboris honeſta ſit:honeſtus eſt labor quo ue vno claris aſcribare nominibus: Omnes quidem qui ad gloriam nituntur:laborioſus atq; arduus trames agit:Ad ignauiam deuexa ⁊ facilis via eſt. Deniq; quiſquis naſcitur:ad laboreʒ naſcitur: nec regum filios excipio. Labor ⁊ virtus ueſtre artes ſunt:non ociuʒ ⁊ uoluptas:quibus qui ſe applicāt hi demum a natura hominum degenerant atq; in pecudem ſe transformāt. ¶ Do. Graui atteror labore. ¶ Ratio. Idem cedētibus grauis labor qui nitentibus leuis eſt. Perfer modo forti animo: ⁊ aſſurge:preſentiq; moleſtie finem confer. Multos quidem labor extulit:multos induſtria: ſopor nullum.

¶ De duro itinere. Dia. LVII.

¶ Do.

A d Urum iter pedibus meis ago. ¶ Ratio. Quid tu igitur alienis malles? Atqui neq; alienis manibus operari: neq; alie-

niſ oculis videre:neqꝫ alienis auribꝰ audire:neqꝫ
alieno palato deguſtare:neqꝫ alienis naribꝰ vultiſ
olfacere:quid hoc vnum ſingulare habet:ut tantū
pedibus ambulare delectet alienis? ¶ Dolor. Pe
des eo. ¶ Ratio. An uero in hunc mundum intra
ſti eques:an exibis:quid per mundū ire niſi equeſ
doles? O principium humile: ⁊ o finis humilior:
q̃ ſupba iter utrunqꝫ ſunt media: ⁊ in breui curſu
q̃ta prorſus obliuio terminorum:nec vnde certe:
nec quo pergitis meminiſtis. ¶ Dolor. Iter longū
cogor pedes agere. ¶ Ratio. Cogi quidem duruꝫ
fateor:cogi autem uolens nequit:indignatio ⁊ do-
lor neceſſitatis pondus exaggerant:patientia ⁊ cō
ſenſu animi fortune cuſpis obtunditur. Uis non
cogi? fac ſponte quod cogeris. Uis ut iter longuꝫ
B breue fiat? uolens I. ¶ Dolor. Equitare uelleꝫ:pe
des ambulo. ¶ Ratio. An inſanie parum eſt vnuꝫ
ob quadrupedem cuius uſuꝫ neſcis: q̃ꝫ diu tibi for
tuna conceſſerit:nature numeruꝫ obliuiſci? Quod
multi faciunt qui vilis atqꝫ intractabilis ⁊ caduci
equi fiducia dediſcunt pedibus ſuis ire:quibꝰ que
ſo quid aliud q̃ꝫ diuitem cupias podagraꝫ:hoc eſt
pedes inutiles:equos multos? ¶ Dolor. Longuꝫ
iter pedes ibo. ¶ Ratio. Ibis pro libito: nemo te
tranſuehet:nemo morabitur:nemo concutiet: ne-
mo deijciet:nemo aget impreceps:vnus tibi labor
vie:vnum opus ire:nil tibi tuo cum uectore nego-
cij. Non cogeris enim equum frenare:non punge
re:non adaquare:non ſubſternere:non circumdu-
cere:non fricare:non paſcere: non aut tergum vn-
gere aut arentem pedis vngulam: ⁊ tractare digi-
tis ancipites clauos:aut nocturnos ſudibus arce-
re concurſus: ⁊ ſomno exciri: trepidus ſemperqꝫ
ſollicitus:quid belua peruigil cū vicinis agat: ſal-
tem noctibus quieſces: nam qui equitant noctu
C etiam laborant. ¶ Dolor. Pedibus longum iter
ago. ¶ Ratio. Calceatus forſitan. Sancti autem
patres nudis pedibus deſerta luſtrabāt. Nuncij
dei omnipotentis apoſtoli: mundi climata circui-
bant:hic ad orientē:ille ad occidentem: hic ad ar-
cton:ille ad meridiem:nauigantes interdum: raro
id quidem:neqꝫ aliter q̃ꝫ cogente locorum ſitu:ſed
quem precor equitem legis preter vnum ex omni-
bus Ioannē? Neqꝫ id amplius q̃ꝫ ſemel:idqꝫ per-
exiguo vie ſpatio:dum quod Clemens ſcripſit: ⁊
Eccleſiaſtica habet hiſtoria:ad recuperandā per-
diti adoleſcentis animam:pia illum feſtinatio per
urgeret. Quomodo autem equitarēt:quorum do-
minus pedes ibat? Uix aſellum ſemel quidem ille
mox in crucem aſcenſurus aſcendit. Qꝫ ſi ſanctita-
te inacceſſibili: hec exempla te pregrauant: At ro-
mane legiones que orbem terrarum ſubegere:ma
gna ex parte pedeſtres fuiſſe noſcuntur: In quibꝰ
non ſe ſolum atqꝫ arma ſuis pedibus quiſqꝫ porta
bat:ſed multorum panem ac viaticum dieruꝫ: ual
lum quoqꝫ quo in finibus hoſtiuꝫ caſtra indies cir
cum ſepta nocturnis ab inſultibus tegerētur. Un-
de eleganter Cicero noſter quodam loco de militi
bus romanis agens:cū fortibus viris ceterarum
gentium arma non impedimentum:ſed quaſi ueſti
mentum eſſe dixiſſet:hoc precipuum illis dedit ut
diceret: Romanis ſolis arma non ueſtem eſſe ſed
ut humeros ac lacertos. At cū eas quas dicebam
militares ſarcinas ſubijſſent tum demum videri ſi
bi eſſe ueſtitos:neu quis moderni ſermonis cōſue
tudine labi poſſit:militūꝫ appellatione pedites ac
cipi eoſqꝫ ab equitibus q̃ꝫuis uterqꝫ militet:hoc ſe
cerni nomine ſolitos multis Romane hiſtorie lo-
cis aduertē eſt. Proinde magnum tibi lenimen ac
ſolatium laboris horum recordatio preſtare po-
teſt:non inermi tantum ac uacuo ⁊ duro:licet tuto
tamen calle pergenti:ſed amaro etiam atqꝫ onuſto
⁊ periculoſo tramite peditanti. Siquidem nihil
ad tolerantiam aſperarum rerum efficacius: q̃ꝫ co
gitare eadem multos fortibus animis fuiſſe ꝑpeſ-
ſos. Pudet enim generoſum ſpiritum: non poſſe
vnum quod innumerabiles potuere que cogitatio
non in laboribꝰ modo qui difficiles:ſed in his quo
qꝫ qui miſerrimi videntur cruciatibuſ in doloribꝰ
corporeis maxime in ipſa demuꝫ morte profuerit.
¶ Dolor. Longum ego durumqꝫ iter pedibꝰ me- D
ſtus ago. ¶ Ratio. Nihil eque duruꝫ iter lenit me
ſtumqꝫ animum ſerenat ut nobiles ac ſuaues cure
que niſi boni ⁊ docti viri pectus incolere viaſqꝫ
omnes comitari neſciūt. His ſi grata ſocietas ami
ci leti ⁊ eloquentis acceſſerit:non tm̄ leue iter: ſed
⁊ breue videbitur. Multos iucūda confabulatio
ſic affecit:ut ⁊ vie duriciem non ſentirent ⁊ de bre
uitate longi licet itineris quererentur: neqꝫ iuiſſe
ſed uectos eſſe ſe crederent. Eſt ⁊ illud enim inter
mimos publij notiſſimū: Comes facundus in via
pro uehiculo eſt.

¶ De ſterilitate annua. Dia. LVIII. ¶ Do.

ſ Terilitate premor annua. ¶ Ratio. Iaꝫ ti- A
bi fertilitas grata erit: optime res omnis
contrarij collatione cognoſcitur. ¶ Dolor.
Fefellit ager meam ſpem. ¶ Ratio. Non te ager
fallit:ſed improbitas cupiditaſqꝫ animi: Cūcta uo
bis ad nutum ſucceſſura promittitis inſolentes:ue
ſtro digni iudicio:quibus ipſa rerum pareat natu-
ra:que ſi ſuum ius ſeruare auſa profundam ſemel
auaritie ueſtre preruptamqꝫ uoraginem: cui nihil
eſt ſatis inexpletam liquerit inſolens uobis ⁊ aua-
ra atqꝫ iniurioſa videbitur. Non ſunt he auteꝫ iu-
ſte nec modeſte ſpes:ſed immodici figmēta deſide
rij:ea quidem fingitis euētura que cupitis:ſi quid
deeſt damnū dicitur. Tuus ager ſuum morem te-
nuit: ⁊ tu tuum tenes. Terre etenim ubertas ⁊ ſte
rilitas alterna: ſed cupiditas ueſtra perpetua eſt.
Uos iniquiſſimi omnium interpretes: cum illam
grate ⁊ ſobrie: hanc patienter ac fortiter ferre de-
bueritis:illam contemnitis:hanc defletis: illa tu-
midos facit:hec queruloſ. ¶ Dolor. Ager meliora
pollicitus me fefellit. ¶ Ratio. Terram bobus ac B
raſtris:celū uotis ac precibus fatigatis. Uentoruꝫ
ſpiritus:opportunitas imbrium:germinum decor
agri ſpecies:puluis hybernus:lutum uernum:eſti
ui ſoles:maturitas autumnalis:omnia cupidos in
ſpem trahunt: Ut arentem ſtupam flamma omnis
incendit:ut inanem puluerem flatus omnis impel
lit: ſic auaruꝫ animuꝫ lucrum omne ſuſpendit atqꝫ
erigit:omniſqꝫ non rei modo:ſed uel tenuis ſpei ia
ctura confundit ac deijcit. Sed frenate miſeri mo-
tus inconditos:infinitam concupiſcentiam coerce-
te: ⁊ ſpem credulam mille tandem deluſam ſucceſ
ſibus caſtigate: Quid nunc celum terramqꝫ reſpi-
citis? Non aliunde fertilitas q̃ꝫ a deo eſt: Illum
mortales agere ſinite: ⁊ videte quid agitur: ⁊ lau-

date. Sinite opificem operari: ⁊ vnius artificij pe
rito homini exhibendam reuerentiam non negetiſ
deo. Pudeat terrea uaſcula celeſtē figulū arguere
ſed in omnibus illi uoce atqꝫ animo gratias agi-
te: qui neceſſitatuʒ conſcius ueſtrarum neqꝫ cupi-
ditatum neſcius illis ſuccurrit: his occurrit: Utro-
biqꝫ miſericoꝛs: utrobiqꝫ terribilis in conſilijs ſu-
per filios hominum ut de illo ſcriptum eſt: Spera
te iam tandeʒ non in agris ueſtris: ſed in domino
⁊ facite bonitatē ⁊ inhabitate terraʒ ⁊ paſcimini
in diuitijs eius. Delectamini i domino ⁊ dabit uo
bis petitiones coꝛdis ueſtri: que ubi ceperitis i do
mino delectari: auare eſſe non poterunt neqꝫ iniu-
ſte. Reuelate domino viam ueſtram ⁊ ſperate in
eo: ⁊ ipſe faciet. Jactate ſuper domino curam ue-
ſtrā ⁊ ipē uos nutriet: Quid celeſti manu editi nō
niſi terrā cogitatis: terrāqꝫ diligitis? Nolite has
ſacras uoces ut ſoletis ſpernere: Nolite auras plu
uiaſqꝫ ⁊ tempeſtates idoneas aucupari aut pꝛeca
ri: Nolite in terram ſpem habere: ſed in illo qui re
ſpicit terram ⁊ facit eam tremere: qui de ſaxo du-
riſſimo fōtes liquidos elicit: qui te deniqꝫ ab agel
lo tuo falli paſſus eſt: ut in illo ſpeʒ poneres qui nō
C fallit. ¶ Doloꝛ. Multum ſolita de copia dēptum
ē. ¶ Ratio. Jd modo ſubducitur quod plus equo
uel dederunt anni pꝛecedentes uel ſequentes da-
bunt: Modeſtie quantulumcunqꝫ ſat eſt: Auaritia
lucro creſcit: eoqꝫ fit pauperioꝛ quo plus habet.
Magna vitiorum genitrix: magna nutrix atqꝫ hoꝛ
tatrix eſt copia. Patere malis tuis demi aliquid:
quo minus copie: minus erit inſolentie: minuſqꝫ li
bidinis. Adde ꝙ hec tui ruris iniuria apͦd multoſ
beneficium ac largitas haberetur: tuqꝫ ipē ſi aſſue
uiſſes inopie: ubertatem hanc ⁊ copiam iudicares
tantum in iudicio rerum ſemper conſuetudo pꝛe-
iudicat: tantamqꝫ vim habet: nunc quid mirum ſi
temperata faſtidiunt: qui ſuperuacuis aſſueuere:
qua nulla maioꝛ ꝑcella modeſtie eſt. ¶ Do. Ste-
rilitas urget inſolita. ¶ Ratio. Sepe quidem foꝛ-
tiores viros plaga fert ſterilis: fertilioꝛ molliores
neqꝫ fert modo ſʒ facit: atqꝫ alibi natos durat aut
mollit. Sic molliuit Gallos pꝛimū: poſt romanos
Aſia: Alexandrum Babylon: Hannibalem Capua
Contra vͦ Romanam indolem durauit ⁊ cotis in
morem acuit illa arens ⁊ ſcopuloſa pars Lygurū:
Te quem copia molliebat duret. Sobꝛietatem te
doceat ager tuus: ⁊ quod libꝛi uberes nequiuere:
glebe faciant aridule. Nemo deſpiciendus eſt ma
giſter diſcipline utilis: Diſce bene viuere: diſce uel
ſenex diſce: uel nolens: diſce deniqꝫ uel idignans.

¶ De villico malo ⁊ ſuperbo. Dia.LIX. ¶ Do.

A Jllicū inſolentē patioꝛ. ¶ Rō. Jnſolentem
V tantum ⁊ non furē: bene tecū agit. ¶ Do.
Uillicus malus eſt mihi. ¶ Ratio. Malū
fer equanimis: villicus niſi peſſimus bonus eſt.
¶ Doloꝛ. Uillicum dux egrefero. ¶ Ratio. Mol
lem delicatumqꝫ ferres egrius: durities ruſticorū
epitheton eſt: duris cum bobus: cum ſtiua ⁊ uome
re: cum ligonibus ⁊ raſtris: dura deniqꝫ cū tellure
luctantur: quid ni ipſi etiam duri ſint: ſi nil aliͦd eſt
q̄ʒ durus: bonus eſt villicus. ¶ Doloꝛ. Ruſticum
impoꝛtunum ferre nequeo. ¶ Ratio. Atqui uel fe
ras villicum: uel ipſe villicus ſis opoꝛtet: uel incul

tum rus elige: Dura ſunt omnia. ¶ Doloꝛ. Ruſti-
cus intractabilis: indigeſtus eſt mihi. ¶ Ratio.
Nil horum impꝛemeditatum tibi eſſe debuerat:
mox ut terram habuiſti labores uarios pꝛeſagire
ſterilitatem ⁊ villici faſtidia debuiſti. Dixi dū ru-
re gloriareris exculto ruſticos ultimos hominum
terris abeuntem iuſtitiam reliquiſſe. Si vnq̄ʒ ge-
nus humanum reuiuiſceret eoſdē illos puto ulti-
mos reperturam: ita quos ſequebantur ꝑceſſerūt:
malorūqꝫ omnium peſſimi facti ſunt. ¶ Do. Aſper
rimus villicus eſt mihi. ¶ Ratio. Ubi ueritas di- B
xit: ꝙ terra homini ſpinas ⁊ tribulos germinaret
ſubintelligendum fuit: ⁊ ruſticos tribulis cunctis
aſperiores. ¶ Doloꝛ. Uillicus eſt mihi nequiſſimꝰ
¶ Ratio. Aut villici nequitiam tolerare condiſce:
aut famem perpeti. Mutare enim villicū nō pꝛo-
derit: Ad vnum modum ferme omnes facti ſunt:
niſi ꝙ ſemper peioꝛ eſt ultimus. ¶ Doloꝛ. Uillicꝰ
fur eſt mihi. ¶ Ratio. Dixiſti tandem quod dictu
rum pꝛeſtolabar: Jta enim furtis addicti ſunt: ut
eis aliquanto ſit dulcius: id modicum quod furan
tur: q̄ʒ quicquid ex omni iuſto labore percipiunt: ⁊
hoc ipſum tandem eſt ferendum: nec queri vnꝰ de-
bet quod omnibus eſt commune. Pꝛofecto autem
⁊ ſi poeta ruſticos ultimos a iuſtitia derelictos
faciat: ut his dixi: apud uos tamen hominem pꝛi-
mum humano ſemine genitum ⁊ agricolam fuiſſe
conſtat ⁊ parricidam: ut fuiſſe ſemper peſſimi vide
antur: dumqꝫ id recolis non mireris fures. ¶ Do.
Uillici culpa rus perditum ac deſertum eſt. ¶ Ra
tio. Hoc quotidie multis clarioribus Anaxagore
accidit: ⁊ Archyte: uterqꝫ credo doluit: neuter ex-
canduit.

¶ De furtis. Dia.LX. ¶ Do.

D modicum quod ſupereſt a furibus vix A
i defendo. ¶ Ratio. Rure te villicus tuus
patientiam mali huius edocuit quamqꝫ i
urbibus exhiberes. ¶ Doloꝛ. Me fures infeſtāt.
¶ Ratio. Contra hoc malum nil querelis agitur:
ſupplicijs opus eſt. Jnterim cuſtodia pꝛoficit vigi
lanti. Sunt qui nihil cuſtodiant ⁊ accuſant fures:
cū uetus ſit pꝛouerbium: ꝙ occaſio furem facit.
¶ Doloꝛ. Limen meum fures obſident. ¶ Ratio.
Claude hoſtium obde ſeram: aperi oculos atqꝫ in
tende: ſi negligis temetipſum culpa. Raro fur in-
tētis obfuit. Jlli iuſtius queruntur quibꝰ non ſunt
domus: quales ſunt quidam populi ſub meridieʒ
⁊ ſub arcton: ⁊ ideo apud Scythas ut ſcriptuʒ vi
des: nulllum ſcelus furto grauius. Et ſequitur ra
tio: Quid enim inter ſiluas ſupereſſet ſi furari lice
ret? ¶ Doloꝛ. Fures mihi ſubtrahunt res meas.
¶ Ratio. Suas fieri uolunt nec tu uetas. Puta er
go negligentiam tuam plecti: rerumqꝫ te tuarum
cuſtodiam hoc pꝛecio doceri: Utilia non diſcūtur
gratis. ¶ Doloꝛ. Mihi moleſtiſſimi fures ſunt.
¶ Ratio. Jmpoꝛtunū plane genuſ hominum iure
optimo bonis omnibus odioſum: non modo ut pe
ſtilens ſed ut vile ſic enim habe: Non enim aliter
q̄ʒ ſumma animi vilitate aliquem ad hoc trahi.
Haud immerito igitur Aurelius Alexander pꝛin
ceps iuuenis ſed bonus: tanto furum odio flagra-
uit: ut de illo ſcribat Helius Lampꝛidius: ſi quem
talium vidiſſet: paratum digitum habuiſſe ut illi

oculum erueret:tantiqꝫ eū ſtomachi fuiſſe i fur-
torum infamia laborantes:ut ſi eoſ caſu aliquo
videret commotione animi choleraꝫ euomeret
toto vultu inardeſcente ita ut nihil loqui poſſet:
Nobilis pꝛoꝛſus indignatio generoſi animi:ue
re ingens furum feditas:que viro foꝛti ⁊ ſubli-
mi ſic ſubito nauſeam extoꝛqueret:Quinimmo
cum quidam ex honoratis aliquando furti reuſ
ambitioſe tandem fauore quorundam amicorū
regum ad militiam aſpiraſſet: ⁊ ſtatim in furto
depꝛehenſuſ eſſet.Uix enim illi vitio aſſueti de
ſiſtere vnq̄ꝫ ſciunt: Queſiuit Alexander a regi-
bus qui illum pꝛomouerant:quid apud eos pa
terentur fures:cunqꝫ illi reſpondiſſent: crucem
ilico eum de illorum ſententia crucifixit. ¶Do-
loꝛ.Furtis infeſtoꝛ.¶Ratio. Contra furta bo-
na eſt vigilantia atqꝫ cuſtodia:ſed optima ē pau
pertas.Q̄ꝫdiu aliquid erit quod furibus dulce
ſit:eorum uel manus certe uel oculos non eua-
des:Uis fures non metuere:pauper eſto.

¶De rapinis. Dia.LXI. ¶Do.

A Pꝛedonibus ſpoliatus ſum. ¶Ratio.
a Q̄ꝫuis ciuili lege:niſi falloꝛ:ſcriptū ſit ꝙ
nullus fur impꝛobioꝛ q̄ꝫ qui vi rapit: ſūt
tamen clandeſtini fures me iudice viliores.Illi
enim fraude agunt:hi autem vi. Et ideo iuxta
ſententiam Ciceronis:Illi vulpeculis:hi leoni-
bus aſſimilantur. Adde ꝙ fures rebus ſpoliāt
ingeruntqꝫ ſuſpitiones: At pꝛedonibus ſpoliaſ-
ſe fere ſat eſt:ſuſpitionibus nō relinquūt locum.
B ¶Doloꝛ.In pꝛedones incidi qui me nuduꝫ reli
querunt.¶Ratio.Incidit in pꝛedones Ceſar:a
quibus non ſpoliatus modo ſed captus magno
ſe tandem pꝛecio redemit:futurus rerum domi
nus:q̄ꝫuis huic damno ſolatium ultio mox ſecu
ta pꝛebuerit:non exiguum lenimen iniuriarum.
Incidit in manus hoſtium Regulus totiens iā
victoꝛ:qui magno cum imperij ueſtri damno at
qꝫ diſcrimine eundem immani ſupplicio pere-
merunt. Incidit in hoſtes quoqꝫ Ualerianus
Imperatoꝛ:qui eum multo cum imperij dedeco
re fedo ſenili ſeruitio confecerant:Tu ſi nihil ul
tra q̄ꝫ ſpoliatus es: ⁊ foꝛtune tue ⁊ pꝛedonibus
gratiam habe qui tibi libertatem vitamqꝫ reli-
quere.Non eſt enim aliud beneficium latronuꝫ
q̄ꝫ quod Cicero ait i Philippicis:ut commemo
rare poſſint his ſe vitam dediſſe quibus nō ade
merunt.Fer tu igitur ſoꝛtem tuam communem
tibi cum magnis his atqꝫ alijs claris viris: ⁊ ſi
comparetur:facilem etiam atqꝫ optandam: ne-
qꝫ felicioꝛ eſſe uelis his qui dicūtur feliciſſimi.

¶De dolo malo. Dialogus.LXII. ¶Do.

A Circūſcriptorib⁹ ſum deceptus.¶Rō.
a Miraris:Mirarer ergo ſi inter homi-
nes cōuerſando illeſus euaderes.Quiſ
homo enim hominem nō decipit?Fides exulat
regnat fraus:hoc ne nunc nouiter perpendis?
Non tanto ſtudio neqꝫ tot laqueis uenatores
atqꝫ aucupes feras ac uolucres captant: quot
uerſuti homines alios quoſqꝫ ſimpliciores.
Quod ſi vnq̄ꝫ uerum fuit:ueſtra etate ueriſſi-
mum eſt. Monſtrantur digito fraudum magi-
ſtri: ⁊ ille pꝛudentioꝛ iudicať qui peritioꝛ eſt fal
lendi.Uis ne igitur non decipi?aut morere:aut
fuge hominum conſoꝛtia. ¶Doloꝛ. Dolo malo
vnde non timui circumuentus ſum. ¶Ratio.
Si timuiſſes deceptus foꝛte tam facile non fu-
iſſes: ⁊ nunc cogita an tu quenq̄ꝫ aliquando fe-
felleris. Eſtis enim fere omnes ad fallendum
pꝛoni:feres autem facilius ab altero tibi fieri:al
teri quod feceris.Sed uos ⁊ que facitis alijs
non ſentitis: ⁊ que ab alijs fiunt uobis pati non
poteſtis: rerum omnium iniquiſſimi iudices.
¶Doloꝛ.Dolo amici damnum tuli. ¶Ratio. B
Erras ut in multis: Nullus in amicitia dolus
eſt.Sed in hac etiam vulgo erratis:amicos cre
ditis qui non ſunt.Amicitiamqꝫ rem inextima-
bilem atqꝫ ſanctiſſimam facili pꝛobatis experi-
mento uſqꝫ adeo rerum vilium curioſi: leui co-
meſſatione: aut bꝛeui confabulatione queritis
amicū:Nec citius q̄ritiſ q̄ꝫ perditis:ſi tm̄ qꝺ nō
habetur perdi poteſt.Poſtea ab amicis uos de
ceptos dicitis: ⁊ hanc infamiam amicitie inuri
tis innocenti. ¶Doloꝛ. Dolo damnificat⁹ ſum.
¶Ratio.Multis pꝛofuit falli:eris cautioꝛ in re
liquis:Quidam parue rei damno maximarum
rerum pericula declinarunt.¶Doloꝛ.Circum- C
ſcriptoꝛ iniquiſſimus me fefellit.¶Ratio. Im-
mo tuuꝫ exercuit atqꝫ excitauit ingenium docu
itqꝫ non fidere niſi expertis ⁊ pꝛobate fidei.Enu
merarem exempla quibus caſum tuum ſolare-
ris:niſi eſſent innumerabilia.Quis enim viuēs
non decipitur?Quicquid mali moꝛtalibus acci
dit minus eſt q̄ꝫ quod homo patitur ab homine
Et quoniam ſequi omnia nec poſſibile nec neceſ
ſe eſt: Memēto Caninij:qualiter Syracuſis fu
it dolo malo quondam a Phitio circumſcript⁹:
Habet tamen Caninius quo ſolari queat eques
Romanus ab extraneo ⁊ viuente deceptus:cū
Auguſtus Ceſar Imperatoꝛ romanus a roma-
no ciue moriente deluſus ſit: Nota res eſt: ut
Marius quidam qui ipſius Auguſti beneficio
ab infimo militie gradu ad ſummoſ honores at
qꝫ opes aſcenderat:ſemper publice pꝛedicare ſo
litus:ſe illum vnum heredem habiturum eiqꝫ
bona ſua omnia relicturum:a quo omnia perce
piſſet:idipſum cum pꝛidie q̄ꝫ obiret eidem affir-
maſſet:Auguſto fraudulentum ſpiritum emiſit
tandem nulla Ceſarei nominis:uel tenui men-
tione in teſtamento habita. Dignus uere cuius
cadauer vnco in Tyberim traheretur:qui domi
num ac benefactorem ſuum fallere nec moꝛte
dediſceret.

¶De habitatione anguſta. Dia.LXIII. ¶Do.

Anguſte habito. ¶Rō.Anguſta do A
a m⁹ ad multa eſt habilis: Inter alia ꝯ
fures utilis:de quibus paulo āte que
rebaris:qui in ea latebꝛas non habent: ſicut ex
aduerſo de magna domo recte dicitur: ꝙ domi
num fallit: ⁊ pꝛodeſt furibus: Artā ſane uel am
plam domum pꝛo numero inhabitantium acci-
pio:tu nunc ut tibi videris anguſte habitas. At
quanto habitat anguſtius anima tua q̄ꝫ toqꝫ fe-
dius inter ſaniem ⁊ cruorem:nec migrare illam

inde ſi fieri poſſit vnq̄ uelis. ¶ Doloꝛ. Arta domus eſt mihi. ¶ Ratio. Domus lutea celeſtem animum non anguſtat: Sepe parua domus magne glorie capax fuit: cum magna interim multe infamie plena eſſet: Non foꝛmat domus animum: ſed ab illo foꝛmam accipit: Ut leta igitur atq; honeſta pauperum tuguria eſſe poſſunt: ſic infames meſteq; regum arces diuitumq; pala-
B tia. Nulla tam parua domus eſt quam nō amplificet magnanimus habitatoꝛ magnoq; hoſpiti pꝛeſtet idoneam. ¶ Doloꝛ. Parua dom⁹ mea eſt. ¶ Ratio. Parua Euandri regia magnū cepit Alcidem modicis edibus futurus mūdi dominus natus eſt Ceſar: Paſtorali caſa romulus ac remus tam magne urbis auctores educati. Non amplis atrijs habitauit Cato: Uolubili dolio Diogenes: Anguſto tugurio Hilarion: Imis terre ſpecubus ſancti viri: in exiguis hoꝛtulis magni philoſophi: Sub diuo modicis ue ſub tentorijs ſummi duces: In ſtupendis palatijs Caius ⁊ Nero: Tu cum quibus habitare malles elige. ¶ Doloꝛ. Anguſta eſt mihi dom⁹
C ⁊ humilis ⁊ inculta. ¶ Ratio. Muri fures uentoſq; ſubmoueant: ⁊ utriſq; peioꝛa vulgi tedia: tecta: frigus: eſtum: ſoles: imbꝛes arceant: turres aeree uolucribus: domus ampla ſuperbie: oꝛnata luxurie: referta cupidini: nullum virtus ſpernit habitaculum niſi vitijs occupatū. ¶ Doloꝛ. Peranguſte habito. ¶ Ratio. Uis ne tibi domus omnis ampliſſima videatur: ſepulchꝛū cogita.

¶ De carcere. Dia.LXIIII. ¶ Do.

A Arcere claudoꝛ indigno. ¶ Ratio. Melioꝛ eſt indign⁹ carcer: q̄ indigna libertas multoq; ſatius immeritum pꝛo iuſtitia mala pati: q̄ per ſcelus bonis affluere q̄uis nec mala illa dici debeant: neq; hec bona: ſed loquoꝛ ut vulgus quod doloꝛem malum ingens: uoluptatem ſummū bonum iudicat. ¶ Doloꝛ. Carcere clauſus ſum. ¶ Ratio. Quis non carcere clauditur: aut quis inde digreditur niſi dū moritur? Uetus hec tua omniūq; ſoꝛs eſt: vnde pꝛopꝛie: vnde noue igitur querele. Ita enim ſcito: ex quo die natus es ⁊ anteq̄ naſceris: in carcerem atq; in vincula miſſum te illius imperio cui omnis celi ambitus exigua domus eſt: Et ſi quid ſummo creditur poete: tenebꝛoſum utiq; carcerem ⁊ cecum. Illius carceris exitum ſi felicem cupis huius anguſtias nō hoꝛrebis: ſicut nec ſupplicia: nec moꝛtem: nec humani aliquid: ad quorum patientiam ⁊ contemptum niſi pꝛeparatus armatuſq; erit animuſ in quacunq; foꝛ-
B tuna calle graditur ancipiti. ¶ Do. Turpi carcere claudoꝛ atq; anguſto. ¶ Ratio. Nullus carcer turpioꝛ ⁊ anguſtioꝛ nullus: q̄ iſte coꝛporeus quouſq; adeo delectaris: atq; vnde tantopere ſolui times. ¶ Doloꝛ. Carcere detineoꝛ impoꝛtuno. ¶ Ratio. Multos periculo inſtanti atq; hoſtium manibus carcer eripuit. Multis limē carceris pꝛo clypeo fuit: ⁊ quod intraſſe pꝛofuerat: exiſſe nocuit: ut exitu admoniti quod hoꝛruerant: utile: quod optauerant miſerum faterentur. ¶ Doloꝛ. Carceri mancipatus ſum. ¶ Ratio. Quid ſcis an foꝛtaſſe non carcer: ſed ut dicitur cuſtodia ſit? quotiens vinculis explicitos hoſtilis mucro: ſiue hoſte ſeuioꝛ paupertas inuaſit quotiens euaſiſſe penituit: ⁊ carcerem que diuturnum queri ceperant: non fuiſſe perpetuū queſti ſunt? Uidimus in carcere quoſdam laute viuentes mox inde digreſſos tenuē ac difficilē vitam meſto fine clauſiſſe. ¶ Doloꝛ. Miſeram in carcere vitam dego. ¶ Ratio. Quidam libꝛos in carcere texuerunt: tu querelas texis inutiles. Quidam litteras in carcere didicere: tu patientiam dediſcis. ¶ Doloꝛ. Carcerali cuſtodia vin-
C ctus teneoꝛ. ¶ Ratio. Pleriq; cauernis ac ſpeluncis: alij ſe murorum anguſtijs incluſere carcerem ſpontaneū uel dei amoꝛe uel mūdi odio vulgiq; faſtidio eligentes: Tu ſi hoc aio non es tuiq; carceris finem cupis: expecta: Aut te hinc homo eruet: aut moꝛs que clauem carceris alteram habet. Unus quidem introitus: exit⁹ multi ſunt: Alium miſericoꝛdia: alium ius eruit: alius innocentia ſua: alius cuſtodum negligentia euaſit: alius pꝛecio: alius igenio: ⁊ uel ſubterraneis cuniculiſ: uel per tenebꝛas amice noctis elapſuſ eſt: quibuſdam patrum memoꝛia terremotus ⁊ ruina carceris viam fecit: Ad poſtremum quos nihil emiſerit: moꝛs abſoluit. Nec minus uarij euadentium euentus. Marium conſulatui carcer dedit: Julium Ceſarē Piratarum cuſtodia ſummum miſit ad imperium. Hac etate quidā de limine carceris ad dominium tranſiuere: ⁊ catenam ſibi excuſſam iniecere alijs. Deniq; regulum ⁊ Socratem multoſq; alios non tā carcer extinxit: ut viſus eſt: q̄ carceri clarus finis eripuit. Et ad ſummam: quoſdam carcer ad inſignem: gloriam: alioſ ad eximiam foꝛtunā: ad regnum alios: multos ad celum miſit: ad ſepulchꝛum omnes: nullum cepit quem non redderet.

¶ De toꝛmentis. Dia.LXV. ¶ Do.

A Niuſte toꝛqueoꝛ. ¶ Rō. Quid nūc diceres ſi iuſte? Nullum nempe toꝛmentū conſcientia maius eſt. Illa incolumi: hec externa deſpicito: intra te eſt ꝯſolatoꝛ tuus. ¶ Doloꝛ. Toꝛqueoꝛ pꝛoꝛſus indigne. ¶ Ratio. Toꝛtoris miſerere tui: ille te grauius toꝛquetur: q̄uis enim mundus obſtrepat: minus mali eſt pati iniuriam q̄ inferre. ¶ Doloꝛ. Toꝛqueoꝛ. ¶ Ratio. Nouū mali ueteris lamētum: Nunquid enim non antea toꝛquebaris: inter toꝛmenta vixiſti: inter toꝛmenta moriturus: quid nunc noui accidit? Mutantur toꝛmentorū ſpecies: toꝛmēta nō deſinunt: Excute totum tēpus etatis: quem ſine toꝛmentis diem egeris recoꝛdare. Aliqua falſis foꝛſan gaudijs adumbꝛata reperies: ueris autem plena toꝛmētis: quib⁹ ſi acriter eſtimes: nullam vite partem uacare fateberis. Unde non immerito quibuſdā omnis vita ſuppliciū viſa ē: Sed uos nihilominus q̄ he philoſophice uoces tangunt: herent quidem aurium ueſtibulo: mentis clauſtra non ſubeunt: hic ad omnem coꝛpoꝛis offenſiunculam ingemiſcitis animi iuge moꝛtiferumq; ſupplicium non ſentitis: Illic impatientes: hinc hebetes. ¶ Do

B loꝛ. In eculeum leuoꝛ. ❡ Ratio. Quid refert in
eculeũ an in lectulum toꝛquenduſ aſcenderis?
Te carnificis nodus pꝛemet: At hunc febꝛis:
hũc podagra: hũc uxoꝛ: hũc filiꝰ: hũc amica: hũc
diuitie: hunc paupertas: hunc medici manus:
hunc magiſtri ferula: hunc nequã ſeruus: hunc
dominus inſolens: hunc infinita cupiditas ſpeſ
qꝫ anhelat: hunc toꝛtore quolibet peioꝛ me-
tus: Perquire moꝛtalium ſtatus: vix ullum in
uenies non in eculeo pendentem. Sed cum mil
le ſint eculei: niſi ligneum non timetis? ❡ Do-
C loꝛ. Toꝛqueo. ❡ Ratio. Aut innocentia in toꝛ-
mentis: aut iuſtitia teipſum conſolare: Nam ſi
iniuſte toꝛqueris gaudendum eſt: experimentũ
tibi atqꝫ alijs ⁊ fulgoꝛ quidam tue virtutis ac-
ceſſerit: attractati ac ſublati fragrantioꝛ ac noti
oꝛ fama erit: Ut bene oleant: terũtur aromata:
⁊ pulcherrima rerum ne lateant attolluntur. Sin
id iuſte pateris acquieſce remedio: ⁊ concrete
ſoꝛdes flammis aut aſperitatibus eluuntur: ⁊
magni mali medicina triſtioꝛ ſit opoꝛtet. Quem
moꝛborum tedet: amara non reſpuat: quem ſce-
lerũ penitet: ſupplicia non recuſet. ❡ Doloꝛ. In
eculeum tolloꝛ. ❡ Ratio. Si immeritus habeſ
vnde ex alto ſeuitiam alienam deſpicias. At ſi
meritus: vnde a terra diuulſus ipſe tuum clari-
us aſpicias crimen: quodqꝫ commiſſum doles
non doleas plecti. ❡ Doloꝛ. Toꝛqueoꝛ. ❡ Ra-
tio. Aut temptatur virtus: aut punitur vitium:
alterum ſepe utile: alterum ſemper expediens
Bona exercitatio iuſti eſt: peſſima nocentis im-
punitas. ❡ Doloꝛ. Toꝛqueoꝛ. ❡ Ratio. Diſce
iter ad patientiam ⁊ ad moꝛtem.

❡ De iniuſto iudicio. Dia. LXVI. ❡ Do.

A Iniuſto iudicio damnatus ſum. ❡ Rõ.
Unius iudicis: aut paucorum uoce te-
ſtium damnatus populi uocibus: aut ta
cito iudicio: quodqꝫ eſt melius conſcientia ipſa
tua: quodqꝫ eſt optimum diuina ſententia abſol
uendus. Siquidem ad tribunal eternum iudi-
cis iuſti pꝛouocatio ſalua eſt: Solet is perperã
iudicata reſcindere. ❡ Doloꝛ. Iniuſte iudicoꝛ.
❡ Rõ. Ut iuſtitia iniuſtos: ſic iniuſtitia iuſtos
pꝛemit. Ubi igitur iniuſta damnatio: ibi iuſtus
eſt reus: Nemo autem tam demens niſi inſani
at ut hec peruerti ſeqꝫ iniuſto iudicio pꝛemi ue-
lit. Nemo tam pauidus niſi ſit peſſimus: ut nõ
potius damnari eligat iniuſto iudicio qꝫ abſol-
ui. Tanto enim id ſatius: quanto eſt melioꝛ op-
pꝛeſſa iuſtitia qꝫ imperioſa neqtia: quantoqꝫ eſt
optabilioꝛ mẽs bona qꝫ pꝛopitia foꝛtuna: qꝫuis
illa laboribus: hec delitijs affluat. Plus dicam:
tanto eſt melius iuſte etiam damnari qꝫ iniuſte
abſolui: quanto eſt peius impunitum qꝫ punitũ
crimen: In hoc enim ſceleri iuncta iuſtitia eſt:
malo quidem magno bonum ingens: In illo au
tem ſcelus ⁊ impunitas: que neſcio an ſcelere ip
ſo peioꝛ ſit: vna certe ⁊ iuſtitie hoſtis ⁊ multo-
B rum radix eſt ſcelerum. ❡ Do. Iudicio grauoꝛ
iniquiſſimo. ❡ Ratio. Mens in ſolido fundata
⁊ bene ſibi conſcia humeros habet inexpugna
biles: ſuperimpone quantumlibet damni: infa-
mie: ſupplicij: nullo faſce curuabitur: ⁊ viribus
ſuis ⁊ multo maxime celeſti ope conſiſtet. Erũt
pꝛeterea quorum ſeſe paribus ſolétur euentibꝰ
haud ſpernendi comites. Rome Furiuſ Camil
lus ac Liuius Salinatoꝛ: Athenis Ariſtides
atqꝫ Melciades multiqꝫ alij: Inter quos qui-
dem: qd̀ mireris: Cicero ⁊ Socrates: an te ho-
rum alicui: an Publio Clodio ſimilem fieri ma
lis: atqꝫ horũ quiſqꝫ ciuis optimus ⁊ in ſua ur
be clariſſimus: ſed iudicio dãnatus: ⁊ uel in exi
lium: uel in carcerem uel in moꝛtem actus. Ille
vͦo ſceleſtiſſimus: ⁊ inter multa flagitia notiſſi
mi quoqꝫ cõuictus adulterij: violentarumqꝫ re
ligionum concoꝛdibus omnium iudicum ſentẽ-
tijs abſolutus eſt: quiſqꝫ ne adeo falſe metuens
infamie eſt: qui nõ illius abſolutioni Ciceronis
hoſtis ſui damnationem atqꝫ exiliũ anteponat:
Sed humana hec atqꝫ communia. Sin altius
aſpicis: videbis pꝛeſſum falſo iudicio celi regẽ
familiamqꝫ eius electiſſimam tanti ueſtigijs he
rentem ducis: ⁊ qui hunc poſtea ſecuti ſunt: tan
ta innocentia tantiſqꝫ virtutibus in hoſipſos iu
diciarij turbinis incurſus ac ſcopulos incidiſſe.
❡ Doloꝛ. Falſo iudicio offendoꝛ. ❡ Ratio. Eſt C
qui te iudicet: Is qui facit iudicium iniuriam pa
tientibus: quiqꝫ ait: Mea eſt ultio ⁊ ego retri-
buam eis in tempore. Eſt ⁊ ubi non cogitas: ip
ſo iudicis aut teſtis in pectore: magni ibi habi-
tant ultores: nullus belue moꝛſus eſt acrioꝛ qꝫ
cõſcientie. ❡ Doloꝛ. Iniuſto iudicio leſus ſum.
❡ Ratio. Illatis iniurijs bene uti: ars non ulti
ma eſt: qua inſtructo ſepe pꝛofuit iniquitas alie
na: cum ſua cuiqꝫ ſemper noceat: pꝛoſit nunqꝫ.
❡ Doloꝛ. Innocens damnatus ſum. ❡ Ratio.
Quid igitur nocens malles? Sic enim Xantip-
pe cõiugi Socrates moriens reſpondet: mulie
bꝛiter lamẽtanti: quod is innocens moreretur.
Atqui ⁊ ſi aliqui contrarium opinati ſint: longe
tamen eſt innocentem condemnari tolerabilius
qꝫ nocentem. Hic enim ſolum ſupplicium gra-
ue eſt: illic ⁊ cauſa ſupplicij. ❡ Doloꝛ. Iniuſto D
populi iudicio damnatus ſum. ❡ Ratio. Expe
ctas ut populus in te rectũ videat: quod nec in
ſe nec in alio vnqꝫ vidit? Magnum tue innocen
tie argumentum fuerit a nocentibus condemna
ri. ❡ Doloꝛ. Populus immeritum me condem-
nat. ❡ Ratio. Idem hercle non immeritum: ſed
multa ⁊ magna pꝛomeritum Camillum: de quo
nunc loquebar: ⁊ Liuiũ ipſum: deniqꝫ Scipio
nem Africanum alioſqꝫ Coꝛnelios tales viros
iniuſtis iudicijs agitatos ad uoluntarium coe-
git exilium. ❡ Doloꝛ. A rege innocens condem-
noꝛ. ❡ Ratio. Et regum plerunqꝫ ſententie non
iuſtitie ſed vindicte ſunt: Quiſquis liberius
uerbum contra licentias regias emiſerit: cui-
cũqꝫ in interitu libertatis frons obductioꝛ fu e
rit: is leſe reus erit maieſtatis. ❡ Doloꝛ. Sed
cõdemnoꝛ a iudicibꝰ. ❡ Rõ. Iniquo iudice nul
lum uenenoſius eſt aĩal: A ſerpẽte leſoſ ſe dolent
quidem hõies non qꝛunt: Fecit enim ſerpẽs qd̀
ſuũ erat: qꝫuis non qd̀ placitũ patienti: Certe iu
dices erant qui eos ẽt de qbus dixi Socratem
condemnarunt: Clodium abſoluerunt: quorum
utrũ eſſet iniquius dubitari poteſt. Pꝛoinde in
populis aut ſub regibus atqꝫ iudicibus degen
ti: pꝛopoſitum animo eſſe debet: aſpera quelibet

⁊ iniuſta patienda ſi ueniant:nō deflenda cū ue
nerint.

¶De exilio. Dia.LXVII. ¶Do.

A Xilio pellor iniuſto.¶Ratio.Quid tu
e igitur:iuſto pelli malles exilio? Nem-
pe quod ad iniurie cumulum ais:in di-
uerſum trahitur.Habes enim iniuſti exilij ſola
tium comitem iuſtitiam:que iniuſtos ciues de-
ſtituens te ſecuta tecum exulat.¶Dolor.Iniu
ſto exilio pulſus ſum.¶Ratio.An te rex expu
lit:an tyrannus:an populus : an hoſtis:an tuip
ſe? Nam ſi rex : aut iniuſtum exilium non erit:
aut ipſe non iuſtus:atqꝫ ita nec rex quidem.Si
tyrannus:ab illo te pulſum gaude:ſub quo bo-
ni exulant:fures imperant. Si populus:mori-
bus ille ſuis utit̄:bonos odit: ⁊ his quoqꝫ mul
ticeps tyrannus nunq̄ ſui ſimilem pepuliſſet:
Non te igitur patria ſed malorū cetibus arce-
ri:neqꝫ in exilium ſed in partem bonorū ciuiū
cogi putes.At ſi hoſtis:agnoſce iniurie leuita-
tē:non hoſtiliter ſeuijt:qui omnia cū poſſet pa
triā abſtulit:ſpē reliquit.Sin tuipſe:mores po
puli peroſus aut tyranni habitū elegiſti : non
modo ne doleas : ſed etiam gloriare virtutem
patrie pretuliſſe:non tu flebilem ſed honeſtam
⁊ prorſus inuidioſam bonis atqꝫ optabilē:nō
iam exilij ſed abſentie cauſam habes. Sponte
Pythagoras Samon liquit:Athenas Solō:
Lycurgus Lacedemona : Romam Scipio.
B ¶Do. Exilio damnatus ſum.¶ Ratio.Mul-
tos exiliū honeſtauit:multos acrior aliqua for
tune vis atqꝫ iniuria notos reddidit ⁊ illuſtres.
Quid te uetat illis inſeri : qui quaſi ignem de
ſilice claram famam colliſionibus queſiere?
¶Dolor.In exilium agor.¶Ratio. Habes in
hiſtorijs magnos rei huius ſocios:quorū ſpe
cioſiſſimus comitatus:non ſenſum modo dolo-
ris imminuat ſed obliuionē afferat.Non minor
in exilio Camillus fuit q̄ fuiſſet domi: Quan-
tus ciuis:quantus exul:qui victorias ac trium
phos non iuſtitia minus q̄ proſperitate conſpi
cuos in Capitoliū duxit:mox hinc pulſus pro
accepta iniuria igrate ſalutem patrie rependit.
Non facile aliud tam clari exulis exemplum fa
teor:Sed Rutilius ⁊ Metellus tam nihil exi
lio fracti ſunt:ut Rutilius reuocatus ab illo cu
ius nutui non parere capitale erat:exilium am-
plexus:reditū contempſerit:ſeu ne ulla in par
te ſenatui iniuſtiſqꝫ licet legibus patrie obſta-
ret:ſeu ne forte exul iterum fieri poſſet. At Me
tellus eodem quo in exilio profectus erat:vul-
tu atqꝫ animo remearet.His Marcellus acce-
dat:hic ultimus qui in belli ciuilis tempus inci
dit:pulſus nempe:non ſolitam modo conſtanti
am honeſtarumqꝫ artium ſtudium non omiſit:
ſed ſtrinxit artius: ⁊ publicis liber curis:vni ex
colendo animo tā ardenter incubuit:ut ad ſcho
las miſſus honeſtiſſimas:non ad exilium vide-
retur.Quod quidem in Cicerone conſpectus
operum ſplendor ⁊ litterarum copia maior fa-
cit:non exilij modo ſed carceris dulce ſolatiū.
C ¶Dolor.Exilium patior. ¶Ratio.Exiliū bre
ue cito te patrie tue reddet. Longum vo ali-
am tibi patriam dabit:vnde exulent qui te exu-
lem uoluere:dediſſetqꝫ nunc ſi ad naturam re-
rum non ad opiniones hominū aſpiceres.Ual
de enim anguſtus eſt animus qui ſic ad vnum
terre angulum ſe applicat:ut quicquid extra ſit
exilium putet:Multum abeſt exilij deplorator
ab illa animi magnitudine:cui totus orbis car
cer exiguus videtur.Interrogatus Socrates:
cuias eſſet:mundanus inquit ſū.Uere Socra
ticum reſponſum:Athenienſem ſe alius reſpō-
diſſet:Socrati autem patria omnium mundus
erat:non hic ſolum quem vulgo mundum dici-
tis:cum pars ultima mundi ſit:ſed celum ipſū
quod hac rectius appellatione comprehendi-
tur.Illi patrie deſtinati eſtis ad quam ſi ſuſpi-
rat animus:qualibet in parte terrarum peregri
num atqꝫ exulem ſe nouerit:Nam quis patriā
uocet ubi non habitet niſi ad breue tempus? Il
la uere cuiuſqꝫ patria dicēda eſt:ubi quiſqꝫ per
petuo ſecurꝰ ac tranquillus deget : Quere hāc
in terris:puto irrita erit iquiſitio.Ut nature au
tem lex eſt data mortalibus ac preſcripti fines:
dū hic viuitur terra omnis patria ueſtra eſt: In
tra quam qui ſe exulem facit:non tam rei q̄ ani
mi vitio laborat.Non habemus hic manentē
ciuitatem dixit Paulus.Omne ſolum forti pa
tria eſt.Inquit Naſo.Omne homini natale ſo
lum:ait Statius.His te uocibus armatum ue
lim:quibus ubiqꝫ vnus ⁊ uel nunq̄ uel ſemper
in patria tua ſis.¶Dolor.Ire in exilium iube-
or.¶Ratio.I ſponte peregrinatio erit non exi D
lium: ⁊ memento quibuſdam exitum:quibuſdā
vo reditum pro exilio fore:Sunt quibus nunq̄
peius q̄ in patria ſua ſit.¶Dolor.In exiliū co
gor.¶Ratio.Cupiendo quod cogeris:efficies
ne cogaris.Omne violentū patientia vincitur:
⁊ deſine eſſe violentum quod uolenti fit.¶Do
lor.Ire in exilium eſt neceſſe. ¶Ratio. Tu fac
uolens quod uel nolens faceres:fac letꝰ omnia
nequid meſtus patiaris:Ita omnem vim neceſ
ſitatis:omnes clauos quos adamātinos illi tri
buunt catenaſqꝫ:omne tediū moleſtiamqꝫ diſ-
cuſſeris:Sed uos impoſſibilia cupitis:neceſſa-
ria fugitis:utrunqꝫ ne quicq̄.¶Dolor.In exi-
lium eo.¶Ratio.Immo forſan in requiē:ſub
obtentu falſe miſerie uera felicitas:iam ſaltem
ab inuidia tutus eris:propera mixtamqꝫ cū glo
ria ſecuritatē arripe:Tutis ⁊ honeſtis latebris
nihil eſt dulcius:nulle his conferri poſſunt urbi
um platee.¶Dolor.Pellor e patria.¶Ratio. E
Pulſum te peſſimis:optimis inſere:neqꝫ te pa
tria:ſed patriam te indignam rebus proba.Sē
tiat illa quid perdidit:tu nihil perdidiſſe te ſen-
tias:mali ciues tui tedio ſimulqꝫ pſentis odio
ac ſuſpitione careant:boni autem amore abſen-
tis ac deſiderio teneantur ſequanturqꝫ oculis
atqꝫ animis abeuntem:Illi ſe ſolos linqui dole
ant:tu te comitatū gaudeas pficiſci:neqꝫ in ter-
gum reſpicias neqꝫ reditū cogites:neqꝫ cū illis
eſſe cupias qui te cupiūt abeſſe:neqꝫ demū qđ
a te fieri debuit:ab alio factū egre feras : Debui
ſti cedere ciuium inuidie:utqꝫ illam fugeres ul
tro in exiliū ire . Huius ego ꝯſilij dux erā:Nec
exempli duces deerāt clariſſimi: Nā in primis
tres magnos Scipiadas id feciſſe noueras:

tanqꝫ perſeueranter ut patriam ſua pꝛeſentia qua nil clarius habebat ſpoliatam indignam quoqꝫ cineribꝰ defunctorum: Quidam inſuper famoſo dignam epigrāmate iudicarent: Noia ſunt imoꝛtali memoria que tibi per famam perqꝫ ois hiſtorie fidē ignota eſſe nō poterāt: Africanꝰ Naſica: Lētulus. ¶ Doloꝛ. Mittoꝛ in exiliuꝫ. ¶ Rō. Immo in experimentum tui: videris quem tu in exilio pꝛebeas: ſi ſuccumbis exul uerus: ſi ꝯſiſtis exilio clarus: ut multi olim qui inuicti ⁊ fulgidi per aſperitates inceſſerunt: ut ſequentibus rectum iter oſtēderent. Sine tyrannos ſeuire: ſine populū furere: ſine hoſtes ac foꝛtunam fremere: Pelli potes: capi: cedi: perimi: vici aūt niſi manū extuleris nō potes: neqꝫ oꝛnamentis tuis ſpoliari: cum quibꝰ quocunqꝫ ieris ⁊ ciuis ⁊ patrie pꝛincipum vnus eris. ¶ Doloꝛ. Exulatum pergo. ¶ Ratio. Perge alacer: I ſecurus: neſcis q̄ꝫ longa ſint bꝛachia tui regis: Nihil illi longe eſt: Ubiqꝫ te pꝛoteget qui pꝛotexit in patria.

F (margin)

¶ De obſeſſa patria. Dia. LXVIII. ¶ Do.

A Bſeſſa eſt patria. ¶ Rō. Obſeſſa fuit Troia: obſeſſa Tyrus: obſeſſa Carthago: obſeſſa Hieroſolyma: obſeſſa Numantia ⁊ Corinthus: euerſeqꝫ omnes: queꝫ iam pudeat obſideri? Ipſa urbiū caput Roma obſidione téptata eſt. Sed cū iā Roma eē deſijſſet: qd Capua: qd Tarentum: quid Syracuſas: quid Athenas: quid Uehios minores ue alias loquar? Sunt ⁊ ſua urbibꝰ fata: ⁊ pauce fatū obſidionis euaſere. Sed longitudo temporum notitie rerum obſtat: ut ipſis etiam ciuibus ſuarum fata urbiuꝫ ſint ignota: Tu pꝛeſentem ſentis obſidionem: nec futuras pꝛeuides: nec pꝛeteritas meminiſti: Sic eſt uſus qꝺ te pꝛemit defles: Ualde ſenſibus dediti eſtis beluarum more. ¶ Doloꝛ. In patria ſum obſeſſus. ¶ Ratio. Dicebam te incommodum tuum flere: iam optabile videri poſſit exilium: eo ꝙ minus officiat libertati: neutrum tamen officit: Si libertaſ animi uera eſt: Ille ⁊ incluſus egredi: ⁊ excluſus regredi ⁊ ubi uoluerit eſſe poteſt. ¶ Doloꝛ. Obſeſſuſ in patria mea ſū. ¶ Ratio. Obſeſſus ⁊ Pꝛiamus: non ciuis ſed rex in patria ſua fuit: cum tota illa famoſa magis q̄ꝫ foꝛtunata familia. Obſeſſus Argis Antigonus Macedonuꝫ rex: ⁊ Eumenes Pergami: Obſeſſus hac etate intra urbem Ianue rex Sicilie Ropertus: nullo ueterum regum minoꝛ: Si que ueros reges facit uera virtus attenditur: tu homuncio ſoꝛtem regiā lamentaris? Obſeſſus Ambꝛoſius: obſeſſus Auguſtinus: ambo ſimul intra Mediolani ambitum. Obſeſſus ad ultimuꝫ Auguſtinus idem intra epiſcopij ſui muros: quo tempore miſeratus lachꝛymas ſuas deꝰa terrena illū obſidione ad celeſte regnum tranſtulit. ¶ Do. Obſideoꝛ. ¶ Ratio. Et quis oro non obſidetur? Hos peccata obſident: illos moꝛbi: hos inimicitie: illos cure: hos negocia: illos ocia: illos diuitie: hos paupertas: illos infamia: hos laborioſa celebꝛitas. Omnes coꝛpus quod tantopere colitis ⁊ amatis: ille uos carcer artiſſimus circumcingit atqꝫ obſidet obſidiōe perpetua. Ipſe oꝛbis terre ubi fremitis ⁊ bellis aſſiduis inſanitis: ubi imperiorum terminos ac regnoruꝫ tanto ſtudio pꝛolatatis: qua a uobis incolit̄: qd eſt aliud q̄ꝫ qꝺ ait Cicero: q̄ſi q̄dā parua iſula circūfuſo illo mari: qꝺ magnū: qꝺ oceanū: qꝺ atlāticū appellat̄ in terris: quod tamen tanto nomine q̄ꝫ ſit paruū vides? Undiqꝫ obſeſſi eſtis omnes: tu te obſeſſum ut rem nouam narras: Uide potius ſi quid in te opis aut cōſilij eſt quod poſſis ad tutelā patrie conferre: Hoc fac potiꝰ ⁊ memento Syracuſij Archimedis operoſi ſenis: Querele enim nec tibi nec patrie pꝛofuerint. ¶ Doloꝛ. Obſideoꝛ intra patriam meam.

C ¶ Ratio. Quid tu igitur an alibi malles obſideri? Poſſes id fateoꝛ malle ⁊ quidem pie: quo ſcilicet te obſeſſo illa eſſet immunis. Ceteruꝫ quod ad te attinet: an ſolamen exiguum videtur: quicquid ſit in patria tua pati: ut quantuꝫ ledit aduerſitas: tantum leniat locus ipſe. ¶ Doloꝛ. Intra muros patrios coartatus ſum. ¶ Ratio. Ita hoc dicis quaſi nulle maiores uobis ſint anguſtie q̄ꝫ murorum. Q̄ꝫ multi ex his qui in urbibus habitant: ſic aſſidui in curia atqꝫ in foro ſunt: ut vix toto q̄ꝫ longus eſt: anno ſemel poꝛtas urbis aſpiciant. Adde nomen obſidionis: erumpere geſtient: ⁊ vincti ſibi compedibus videbuntur artiſſimis: non hoc facit obſidio ſed opinio: qua nihil eſt in ueſtre moꝛtalis vite fluctuatione potentius. Fabulaꝫ locus poſcit. Decrepitum quendam ſeneꝫ fuiſſe nuper Aretij fama eſt: qui nunq̄ꝫ patriuꝫ limen exceſſerat: id cum ad aures pꝛeſidentium perueniſſet: ludendi ſtudio hominem ad ſe uocant: ⁊ ſibi compertum dicunt illum clam urbem egredi ſolitum occulta cum hoſtibus habere colloquia. Ille autē per ſanctos iurare ſe non ſolum tunc pꝛeſentis belli tempore: ſed nec vnq̄ꝫ ulla pace per omnem q̄ꝫuis longam vitam muros urbis egreſſum. Contra illi incredulitatem fingere ⁊ ſuſpectum eum reipublice dicere. Quid multa? Gꝛaui ni pareat pena impoſita: ne egrediatur imperant: Illum ferunt impatientia pꝛohibitionis irritatum: die poſtero: quod nunq̄ꝫ antea viſum erat: extra muros patrie depꝛehenſum. Sic inuetituꝫ ſemper peruicatia animos urgente nitimini: ⁊ tu nunc te artatum dicis: ⁊ tibi urbs tota non ſufficit: cui niſi obſidereris: foꝛte pars minima domus foꝛſitan vna ſufficeret: quod maxime ſtudioſis euenire ſolet. Quid ꝙ fere omnis obſidio bꝛeuis eſt? Adeſt loci ſolamen ac temporis equanimitas: ſola deeſt ut lugeatis ⁊ queramini non natura rerum ſed mollicies ueſtra eſt.

¶ De patria euerſa. Dia. LXIX. ¶ Do.

A Quid ꝙ euerſa funditus eſt patria. ¶ Ratio. An non foꝛtunas quarundam ex his quas pauloante nominabam: ⁊ ſimiles aliarum innumerabilium audiuiſti? Tyrū ⁊ Thebas ⁊ Perſepolim Perſici regni caput euertit Alexander macedo: Quod mireris: ad ſuggeſtuꝫ ſcoꝛti vnius magne urbis tenuis foꝛtuna eſt. Troiam euertit Agamemnō: Saguntū Hānibal: Carthaginem atqꝫ Numātiā Africanus minoꝛ: Hieroſolymā Tytus: Aliaſqꝫ alij. Romā nullus in totū diruit: ſed ſenectꝰ attriuit: ciuilibꝰ adiuta diſcoꝛdijs. Et qd refert qs euerterit: quā cōſtet euerſaꝫ? Ruine mediolanēſis recētioꝛ fama eſt ſub Frederico imꝑatore barbaro ⁊ imani: Quid tu ergo tuā p̄riaꝫ rebaris exēptā impio foꝛtune: cui urbes maxime atqꝫ imperia ſubeſſent? An uſqꝫ adeo te feſel

lit amor::ut urbem vnam:ꝙ tu ibi natus eſſes:ſin
geres immortalem:cuꝫ ſit mundus ipſe mortaliſ?
Celum ruet ac terra:montes ⁊ maria mouebūtur:
⁊ creata de nihilo in nihilū redigentur: Tu ruiſſe
tuam patriam aut miraris aut quereris:Sunt qḋ
pauloante dicebaꝫ:ut hominibus:ſic urbibꝰ mor
tes ſue. Non tam crebre ille quidem ꝙ ⁊ paucio-
res urbes ⁊ diuturnioris eui ſunt:morti tamē ob
noxie:non ſunt eniꝫ ſoli homines ſed preter aīos:
B humana cuncta mortalia. ¶ Dolor. Patria ruit.
¶ Ratio. Reſurget forſitan: Nam ⁊ alique ſurre
xerunt: ⁊ quibuſdam cecidiſſe materia fuit felici-
us reſurgendi. Nempe hodie Saguntum ⁊ Me-
diolanum ſedibus ſuis ſtant:At Mediolano pro-
xima laudum Pompeij ultima:ut aiunt: mutauit
locum ijſdem barbaricis manibus: ⁊ ſub idē tem-
pus euerſa:Similiter ⁊ Hieroſolyma ⁊ Cartha-
go. Spera ergo ſi ſpes cecidit: ⁊ de patria actum
reris:caue tu ſuccubuiſſe fortune. Peior eſt enim
animorum deiectio q̃ꝫ murorum:Uirilis non fe-
minea:virum decet pietas:q̃ꝫuis doleas patriam
cecidiſſe:noli tamen ſimul occumbere quando tua
nil iam ruina reipublice collatura eſt:quin teipſuꝫ
⁊ ſi que ſunt ciuium reliquie ad feliciora tempora
reſeruare ſatage:factis prius non lamentis opus
eſt:ubi ſit etiā ipſa fuga laudabilis. Audiſti ut Te
rentio Uarroni cuiꝰ culpa ac temeritate pene rue
rat imperium romanum:publice ab omnibus gra
tie acte ſunt:ꝙ de republica non deſperaſſet quod
feciſſe collega eius vir clariſſimus: ⁊ culpe omnis
illius expers videbatur:ſi aliud nihil eſt reliqui:
At tu ſaltem cum Biante bona tua tecum portāſ:
q̃ꝫuis nudus:muros patrie tue cadentis egrede-
re: ⁊ ad illam patriam aſpira:cuius regni non erit
finis. Quo cum tandeꝫ deo te uocante conſcende
ris:non obſidioneꝫ metuas:nec ruinam:nec eorū
aliquid que ueſtris in urbibus metuuntur.

¶ De metu perdendi in bello. Dialogus.LXX.

¶ Metus.

A Ello vinci metuo. ¶ Rō. Pacem quere.
b ¶ Metus. Ualde vinci metuo. ¶ Ratio.
Timor modeſtus cautionem: uehemens
uero deſperationem parit:quaruꝫ altera nil in bel
lo melius: altera peius nihil in rebus omnibus.
¶ Metus. Magno prelij quatior terrore. ¶ Rō.
Quid bellantium timor mali ferat atqꝫ ex timore
orienſ meſticia:Flaminiuſ ad Thraſumenū:Craſ
ſus apud Charras: Pompeius in Theſſalia ex-
pertus eſt:quibus in locis ⁊ ſepe alibi uerum poe
ticum illud apparuerit: Peſſimus in dubijs au-
gur:timor. ¶ Metuſ. Euentum pugne nimis hor
reo. ¶ Ratio. Differ interim dum ſpes redit:ma-
le pergitur vnde abſtinendum mens terrorqꝫ de-
nunciant. Solet ineſſe animis preſaga quedā vis:
cui obſtare fortaſſis non ſit uſqꝫquaqꝫ conſilium:
Non eſt exemplorum numerus ſeu ueterum ſeu
nouorū:clariſſimis tribus uti ſatis habui. ¶ Me
B tus. Inſtantis pugne caſum metuo. ¶ Ratio. Ex
cute res tuas quas te melius nemo eſt qui noue-
rit: Uide ne non rei natura uel virium defectus:
ſed preſagium ſibi fingat ignauia:cui nihil uſq̃ꝫ nō
formidoloſuꝫ ac difficile eſt. Hec ſi libertati igitur
ꝶ glorie:ſi ſaluti tue officit:virtutis auxilio cōpri-
menda eſt:excitanduſqꝫ animus ⁊ monſtrandum
illi ſepe pauciora eſſe ⁊ leuiora pericula q̃ꝫ pauo-
res:obuerſari:ſepe oculis falſas imagines rerum
terribilium:quibus conſternati quidam ſine ferro
paratam ſibi victoriam tradidere hoſti. Non eſt
enim falſus atqꝫ inanis metus ꝟo lentior:ſed eo ſe
pe uehementior:quo pauenteꝫ maiora omnia ſibi
fingens error quoqꝫ precipitat: Atqꝫ ita ꝙ poeta
idem ait: Male cuncta miniſtrat impetus. Si nec
his attollere iaceteꝫ animum potes ſed virtuteꝫ
pauor exuperat:cāpo abſtine. Uix bene geritur:
qḋ pauide gerit. Sic affectꝰ in aciē ſi deſcēdas:te
cū erit qui ꝯtra te dimicet: tui enim ipſius aduer-
ſus te melior pars rebellat. Malus ſemꝑ hoſpes
animi:peſſimus in bellum comes metus.

¶ De ſtulto ⁊ temerario Collega. Dialogus.LXXI.

¶ Dolor.

Tultum habeo ac temerarium collegam. A
f ¶ Ratio. Eſt aliquid cauſe fateor ut time
as:ſed ex aduerſo aliqd eſt ut ſperes:Hoc
enim ut quibuſdam calamitatis:ſic alijs gl'ie ꝓbu
it materiaꝫ:Temeritaſ Terētij Uarronis:Emilio
Paulo mortem peperit. At. L. Furij ⁊ Minutij
temeritas. M. Furio Camillo ⁊. Q. Fabio Ma
ximo ſingularem gloriam queſiuit: Note ſunt hi-
ſtorie. ¶ Dolor. Eſt mihi collega preceps ⁊ incon
ſtans. ¶ Ratio. Eſto tu conſtans ⁊ modeſtꝰ. Nuſ
q̃ꝫ virtus clarior eminet q̃ꝫ ſuo admota contrario.
Cur non tu potius illum regas q̃ꝫ te ille ꝑcipitet?
¶ Dolor. Eſt inſolentiſſimꝰ collega. ¶ Ratio. An
tibi excidit:ut ipſi de quo nunc diximus Camillo:
tribuni militum conſulari poteſtate quinqꝫ ſimul
collegę imperio pares ultro ſe ſubmiſere. Habet
hoc virtus excellens:poſſeſſoribus ſuis auctorita
tem:miratoribus reuerentiaꝫ ac pudorem cōfert:
Nullo melius modo college inſolentiam repreſſe
ris q̃ꝫ induſtria ac virtute. Sic efficies ut illum ti
bi parem dici pudeat:ſicut puduit Minutium: ⁊
aut ſe ſponte ſubijciat honeſtiore ſuffragio q̃ꝫ ſi eū
tibi populus ſubieciſſet:aut omnes intelligant illū
tibi parem nomine:rebus impareꝫ: ⁊ quicquid be
ne geſſeritis tuum eſſe:quicqd ſecus illius. ¶ Do.
Collega mihi ſtultus obtigit ac peruerſus. ¶ Ra B
tio. ¶ Quedam per contrarium diſcuntur. Solēt
magiſtri tardiuſculis diſcipulis ineptum aliquid
proponere:quod cum reſpuerit: diſcentis ingeni-
um ad uera facilius retrahatur: Redit ad memo-
riam obſcuri hominis clarum uerbum. Ante non
magnum tempus cum Florentia ciuitas ſtatū mu
taſſet:qḋ crebro nimis ac libēter facit:atqꝫ ad imā
plebē frena reipublice perueniſſent:vnus ex iſolē
ti grege qui diu tenuerat illa ⁊ meſtus amiſerat:
vicini inopis mechanici humilitatem ſpernens:
Et tu inquit qui neqꝫ litteras noueris: neqꝫ vnq̃ꝫ
patrios fines exceſſeris: vili ſemper artificio vi-
tam trahens cum paribus tuis:qualiter hāc tātā
⁊ tam nobilem urbem reges? Ille aūt nihil motꝰ
Et quid negocij inquit eſt? Quid uos egeritis nul
lus ignorat:ſi per omnia contrarium agimus:ab-
errare non poſſumus. O uerbum dignū docti ho
minis ex ingenio prodijſſe. Tu nunc igitur in colle
ga tuo contrarium tibi ſtatuas exemplar:cui diſſi
millimus fieri uelis.

¶De inconſulto ⁊ precipiti magiſtro militie. Dialo
gus.LXXII. ¶Do.

A Et mihi magiſter militie inconſultꝰ ac pre
e ceps. ¶Rõ. Hoc aliquanto periculoſius
non negem. Legiones ueſtras interroga
iacentes ad Trebiam: ad Traſumenum: ⁊ ad Can
nas: multiſqꝫ alijs in locis. Si remedium vis du-
biam linque militiaꝫ. Si forte non datur: at tu for
titer atqꝫ induſtrie miniſterium tuum age: ut inter
tui ducis errores tua virtus emineat: nec te ruina
opprimat aliena: ſed tu potius ſi qua eſt via publi
ce humeros ſubijcias ruine: Rem difficilē: ſed ne-
qꝫ impoſſibilem: neqꝫ inſuetam iubeo: Ut enim ſe-
pe multis militibus obfuit vnius ducis ignauia:
ſic interdum vnius viri virtus ⁊ exercitium ſerua
uit ⁊ ducem. Neu ſim longior q̃ oportet: Tu res
ſuis in locis queres: mihi nominum ⁊ temporum
commemoratio ſola ſufficiet. Publius Deciꝰ bel-
lo Sannitico: Calphurnius Flamina bello puni-
co primo: Africanus minor bello punico tertio: tri
buni omnes militū ducumqꝫ ⁊ exercituum ſerua
tores: tanta eſſe tua virtus ac felicitas pōt: ut alie
na infamia eximiam in gloriam tuam uergat. An-
ceps ſane negocium: ſed extrema in neceſſitate vni
cum. Proinde utcunqꝫ alios fortuna rotauerit: tu
virtutis gubernaculum ſi mihi obſequi uolueris:
nec in pace: nec in bello: nec in vita deſtitues nec in
morte.

¶De infauſto prelio. Dia.LXXIII. ¶Do.

A T prelio victus ſum. ¶Rõ. Jā timor eua
a nuit: ſperare incipies: hec eſt horum ſeries
affectuum: Nam cum ſpes ⁊ metus de fu
turo ſint: iam ut futurū poteſt eē quod ſperes: ſic
futurū eſſe deſijt: quod timebas. ¶Do. Magno
prelio victus ſum. ¶Rõ. Tantū ne animo victus
ſis: Nempe ille ſi cecidit actum eſt. Meminiſti: ut
Marcellus prelio victus die proximo in aciem re
dijt: victoremqꝫ ſuum maiore q̃ ab illo pridie vi-
ctus erat ꝑlio vicit. Et Juliuſ Ceſar ad Durachiū
īferior: ad Pharſaliam mox ingēti prelio victor fu
it. Multi prelio victi: bello fuere victoreſ: Nō ca
dunt animi virorum fortium vnius lucis euentu:
non magnanimi tm̄ ſed longanimes ſunt: Victꝰ ho
die: cras pugnabis cautius. Ducis artem infauſta
prelia quaſi triſtes fidicꝫ edocēt magiſtri: atqꝫ ubi
ſit erratum plagis admonent: Sic agricolam ſte-
rilitas: architectum lapſus edium: equitem caſus
crebri: nautam graues acuunt procelle: errando di
B ſcitur. ¶Do. Victus ſum. ¶Rõ. Non eſt victꝰ ni-
ſi qui ſe victum credit: cuius ſpes obruta ⁊ extin-
cta eſt: cuius animus amara depoſuit. Aſpice ro-
manos animos: cum ſemper: tū ꝑſertim bello pu
nico ſecundo: non tam defectione ſociorum: nō cō
ſpiratione regum ac gentiū: non tot infelicibꝰ pre-
lijs ac ruinis pene ultimiſ victi ſūt: nulla vnq̃ apō
illos mētio pacis: nullum diffidētie ueſtigium: nul
la deniqꝫ niſi alta prorſus ⁊ inuicta cōſilia. Hoc ſa
ne quid eſt aliud q̃ virtute animi fortune duritiē
mollire: atqꝫ illam in pudorem ſui ⁊ amorē tui co-
gere? Tandē igitur ut dignū erat emerſere: ⁊ mil
lies ſtrati ſurrexere altius: ut non hoſtes tm̄ ſuos
modo tam formidabiles: ſed totū mox ex ordine
terrarum orbem virtus illis ac fortuna ſubijceret.

¶Dolor. Victus ſū fateor. ¶Ratio. Nunc de-
mū incipis noſſe fortunam: ⁊ hoc ſaltem boni fu-
giens inueniſti: Nemo ferme res magnas gratis
diſcit. Multos docet experientia: quos ſchola nō
docuit: ⁊ preceptoribus ſurdum caput hauſit ocu
lis quod auribus non ualebat. Nulla rerum hu-
manarum certior magiſtra q̃ aduerſitas: nulla diſ
cutiendis erroribꝰ aptior. ¶Do. Magno fortune
vulnē corrui. ¶Rõ. Surge ne iaceas: Nuſq̃ cla
rius q̃ inter fortune vulnera ꝓminet animi magni
tudo. Nūc noſce teipſum quantarumqꝫ ſis virium
ualde ictus intellige. ¶Do. Speratam victoriam
amiſi. ¶Rõ. Si inſperatam: prudentiam queſiui C
ſti: non ſperanda rerum permutatio videri debet.
¶Do. Victus ſū bello. ¶Rõ. Bello victꝰ liber
tatem retinet ac vitam: vitio autē victus utranqꝫ
amittit: quiſquis igitur illi ſuccumbit uere vincit.
¶Do. Victus ſum. ¶Rõ. Quid ſcis an illō ma-
gno Pompeio Theſſalico dictum: dicere ⁊ tibi cō
ueniat? Vincere peius erat: Ut dāni plus: ſic pec-
cati minus ſolet habere qui vincitur. Lucrum in-
gens quod optantes qdaꝫ: nō vinci modo ſed mo-
ri etiā elegerunt: Et profecto mercant egregie qui
morte corporis querunt anime ſalutem: ſed pleri-
qꝫ malis ſuis gaudent bonis aguntur: tanta ho-
minum mentes habet cecitas. ¶Do. Victꝰ ſum.
¶Rõ. Poteſt id quidem tibi nō ſcientie militaris
inopia ſed fortuito contigiſſe. Nuſq̃ enim fortu-
natior: ut ita dixerim: fortuna q̃ in ꝑlio: cū multa
alibi: illic oia poſſe illam perhibent. ¶Do. Prelio D
victus exceſſi. ¶Rõ. At nō cōtinuo nudus. Poſ-
ſunt arma victis auferri: uera autem bona que ſūt
arma animi etiam qui videntur victi retinent. Ea
eni ut ex incendio ac naufragio: ſic aduerſo ex pre
lio efferūtur: Nec illa tm̄ que in animis abdita fer
ro tangi nequeunt: ſed illa quoqꝫ que maxime peri
clitari in prelijs ac ferro expoſita videntur. Itaqꝫ
non quiſquis bello vincitur: bellicis ſimul ſpoliat
laudibus: licet etiam armis amiſſis ex acie fugien
tem: quodqꝫ eſt maius in acie pereuntem ſecū du
cis eximij nomen ferre: Nam ⁊ ad Thermopylaſ
Leonidam non tam victum q̃ vincendo fatigatū
inter ingentes ſtratorum hoſtiū cumulos occidiſ
ſe cum ſuis grece memorant hiſtorie: q̃ Deipho-
bo famam Maro approbat: ⁊ in cāpis Emathijs
ſi Lucano creditur ſtetit ordine certo īfelix acies:
Et nouiſſimo prelio quod in Africa cum Hanniba
le geſtum eſt: nec melius inſtrui aciem: nec acrius
potuiſſe pugnari: ut de victore victus: ſic ⁊ de vi-
cto itidem victor ipſe confeſſus eſt: uterqꝫ ingens
rerum talium eſtimator: Quid amiſit autē qui ue
ram artis ſue gloriam: ⁊ bene geſte rei conſcienti-
am non amiſit?

¶De bello ciuili. Dia.LXXIIII. ¶Do.

Ello q̃timur ciuili. ¶Ratio. Nomē hoc A
b a ciuibus tractum: ⁊ tu vnus es ciuium:
Vide ergo ne ⁊ tu vnus ſis huic malo fo-
menta prebentiū ⁊ virili parte culpe non careas?
Hic enim eſt mos alter alteꝝ inflāmat: donec ſin-
guli furorem publicum exciuerint: tum demū fu-
ror publicus ſingulos urget ac precipitat: nec vn
q̃ publicum malum a ſe incipit: q̃uis acceſſione
auctum totam infecerit: ſiue etiam euerterit ciuita
tē: ſi primā tamen queris originē ſingulorum: in

erroribus radicatum eſt. Hoc eſt autem quod ca-
uendū moneo: ne tu quoqꝫ vnus fueris ex his qui
uel materia uel flatu ciuile incēdiū aluerint. Mul
ti enim faciunt vnde mox querat: ꝛ q̄ſi ab altero
inflictū vulnus ſuis manibus factū lugent. Mul
ti iam ſuo incendio periere. Qꝫ ſi tibi nihli es con-
ſcius: pius eſt dolor boni ciuiſ in calamitate publica
ſed quem ſoletur innocentia. Humanis enim ma-
lis nullum flebilius culpa eſt: immo quidē: ut qui
buſdam maximis viris placet: nullū aliud eſt ma-
B lum. ¶ Do. Ciuili uexamur bello. ¶ Rō. In furo
re ciuium te ſequeſtrum pacis exhibe: ſi id fruſtra
eſt: at tu ſaltem pro libertate uel ſolus pro iuſtitia
partes fac: quod ꝛ ſi patrie fortaſſis inutile: at tibi
certe laudabile: Utriuſqꝫ rei exēplū: vna tibi urbs
dabit: Menenium Agrippam: ꝛ Portium Cato-
nem hunc nouiſſimum. ¶ Do. Implacabile ciuibus
bellum eſt. ¶ Rō. Si nil opis in te eſt: ambi alioſ:
increpa: deprecare: obſta: caſtiga: obſecra: ingē qui
bus potes publicam ruinam que priuatas in ſe cō
tinet: ꝛ cum nullius propria videatur: eſt omniuꝫ.
Deniqꝫ hinc pietate: hinc terroribus aīos placa. Si
nil apud hoīes proficis: deum ora: opta ciuium re
ſipiſcentiam: ꝛ ſalutem patrie: modiſqꝫ omnibus bo
C ni ciuis officium imple. ¶ Do. Bello ciuili reſpu-
blica in extremo eſt. ¶ Rō. Ne quid uel ciuilibuſ
uel externis bellis inopinum accidat: ne quis ipa-
ratum caſus opprimat: ſemper hoc vnū uolue ani
mo: nō homines modo ſed preter animos huma-
na omnia eſſe mortalia. Et ut hominibus: ſic urbi
bus ꝛ magnis imperijs ſuos morbos nunc extrin
ſecus obrepentes: nunc ipſum intra corpus exor-
tos in quibus ſunt ſeceſſiones ꝛ ſimultates ꝛ diſ
cordie ꝛ bella ciuilia: Eſſe omnibus conſtitutum
terminum qui preteriri non poterit: ſuum fineꝫ cū
ctis que videntur inſtare: ꝛ ſi paululum differa-
tur: affuturum tamen. Ubi ſunt urbes clariſſime:
fuiſſe ſiluas aſperrimas ꝛ futuras eſſe. Stulte de
ſe ſperare urbem aliquam quod aſſequi regina ur
bium Roma nequiuerit. Hoc inter fata hominum
atqꝫ urbium intereſſe: ꝙ illa propter innumerabi-
lem infinitāqꝫ frequentiam ꝛ vite breuitatem quo-
tidie in oculis ſunt: Hec propter raritatem atqꝫ
euū longius: vix ſemel multis in ſeculis ꝛ cum ſtu
pore cernuntur. Hec te cogitatio firmiorem con-
tra omnes caſus tam publicos q̄ꝫ priuatos faciet.
hec tibi demum ꝛ ſi non amenā at utcūqꝫ tolera-
bilē viam ſternet ad inopiam: ad exilium ꝛ ad mor
tem: docebitqꝫ hoc proprium patrie tue malū: qđ
omnibus eſt cōmune.

¶ De diſcordia aī fluctuātis. Dia. LXXV. ¶ Do.
A Animi diſcordia laboro. ¶ Rō. Nullum
a hoc bellum peius ne ciuile quidem. Illud
enim ciuibus inter ſe: hoc homini ſecū eſt.
Illud inter partes populi in plateis urbium: hoc
itus in anima: interqꝫ ipſas parteſ anime geritur.
Itaqꝫ cum ſit belli quedam ſpecies que plus q̄ꝫ ci-
uile belluꝫ dicit: ubi non ſoluꝫ ciueſ ſed cognati ēt
inter ſe pugnant: quale inter Ceſareꝫ ꝛ Pompeiū
fuit: de quo dictum eſt. Ille locus fratres habuit:
locus ille parentes: quanto hoc bellum iuſtius no
men id uendicat: ubi non pater contra filium: nec
frater aduerſus fratrem: ſed homo ipſe contra ſe li
tigat: quo durante litigio nulla quies animo: nulla
poteſt eſſe ſecuritas. ¶ Do. Diſcordat animus: ꝛ
diuerſis ſecum pugnat affectibus. ¶ Rō. Diuerſi
tatem illam abijce: Unum uelle incipe: tunc cōpo- B
ſita erit ꝛ immota pax animi: cum diſcordes affe-
ctus quaſi ſeditioſi ciues in vnam conuenerint uo
luntatem. Alioquin ut cōtrarij ꝛ corrupti humo-
res febrem corporꝝ: ſic contrarij affectus febrē pa-
riūt aīorum: que tāto eſt periculoſior: quāto ꝛ ani-
mus corpe eſt nobilior: ꝛ eterna mors terribilior
tpali: Utrobiqꝫ tm̄ adhibitum tēperamentū ꝛ eq̄li
tas quedam ad ſaluteꝫ eſt via. ¶ Do. Pugnat ani
mus nec qđ uelit eligit. ¶ Rō. Maluꝫ ſimul mali
ꝙ cām ſtringis: qr nempe non eligit ideo pugnat.
Eligat ꝛ confeſtim pugna ceſſabit. Eligat dico bo
num uelle: Nam ſi malū magis magiſqꝫ certabit:
Uitia enim inter ſeſe pugnant. Semper virtutum
concordia ſūma eſt. ¶ Do. Animus in ptes ſciſſuſ
diſſidet. ¶ Rō. Animū in tres ptes diſtinxere phi
loſophi: quarum pmam in arce: hoc eſt in capite lo
cauere: moderatricem vite humane: celeſtem: ſere
nam: ſemper deo proximam: ubi tranquille hone-
ſteqꝫ uoluntates habitant. Duarum reliquaꝝ alte
ram in pectore ubi ire eſtuant atqꝫ impetus: Alte-
ram ſubter pcordia: ubi concupiſcentie atqꝫ libidi-
nes: duplex huius pelagi tempeſtas: qđ agēdum
igitur tibi ſit vides. Fac qđ Menenius ille cuius
pauloāte memini: pſuaſit plebi ut ſubeſſe patricijs
in aīum induceret: quo ipetrato: urbem ſciſſam in
duas: ad vnitatem ſalubrici ꝯſilio reduxit: Et tu
coge: uel ꝯſilio: uel vi partes ignobiles parere no-
bilibus: tum demum ꝛ non aliter animi pacē ſpe-
ra: qua ſublata qđ aliud q̄ꝫ uaga ſemper ꝛ ꝓpoſiti
inſcia: ꝛ fluctuans ꝛ inconſtās vita hoīuꝫ eſt ꝛ ce
ca prorſus ꝛ miſera? Multi prius ex hac vita ab-
eunt q̄ꝫ quid uelint ſciant. ¶ Do. Fluctuo in conſi C
lijs nec quid ueliꝫ ſcio. ¶ Rō. Iā dixi: multis hoc
accidere: non vno aliquo tm̄ in tpe ſed ꝛ in oī vita
ꝛ uſqꝫ poſt vite fineꝫ. Et profecto ex oībus que di
xiſti: dicturus ue es: vix hoc malo peius aliquid
inuenies. ¶ Dolor. Fluctuo ꝛ in diuerſum agor.
¶ Ratio. Maximum argumentum male ſe habē
tis animi fluctuatio eſt. Ut enim corpus egrum ſe
pe thoro uoluitur: ſic eger animus conſilijs agita-
tur: de quo vix ulla mihi ſpes ſaluꝫ parūper abeſt:
quin melius ſperem de homine vitijs pertinaciter
inherente: qui ſi ꝯuerſus fuerit ad virtutes: in his
forſitan conſtans erit: q̄ꝫ de homine uario: nullis
ſe conſilijs applicāte qui ꝛ ſi boni aliqđ inceperit:
non conſiſtet neqꝫ perſeuerabit: indocilis ſtare. Et
fieri poteſt ut de hoc intelligere liceat Senece il-
lud obſcurum: Quod tota vita elabitur aliud agē
tibus: modo enim hoc modo illud agentes nunq̄ꝫ
idem: ſemper aliud agere ſunt dicēdi: q̄ꝫuis ꝛ ali-
os ſenſus locus ille recipiat. ¶ Do. Inter uarias cu
ras iactor. ¶ Rō. Quaſi iter tumidos fluctus vite
tue puppis ꝯſilij iops ꝛ magiſtro deſtituta cōcuti
tur naufragio proxima: ni tu illam dum nondum
manu clauus excidit tuto aliquo ꝛ ſalubri ſiſtas in
portu iactiſqꝫ ancoris conquieſcas prius q̄ꝫ te ani D
mi tempeſtas oppreſſerit. ¶ Dolor. Fluctuo ꝓpo-
ſiti incertus. ¶ Ratio. Hinc preter anime pericu-
la: que innumerabilia ꝛ immenſa ſunt: ipſe quoqꝫ
aris habitus prodit uarius ꝛ inconſtans: ſimiliſ-
qꝫ animo a quo vultus fingitur: ut ait Cicero: dū
qꝫ hoc in ſtatu fueris: nunc letus: nunc triſtis: nūc
pauidus: nunc ſecurus: nunc celer: nūc tardus in-

cedes inſigni uarietate conſpicuus:quale aliquid traditur de Lucio Catilina:At ubi te primum cõpoſueris atqꝫ ad vnum aliquid direxeris : vnum uelle ceperis:quod bonum utiqꝫ ſit oportet:quoniã natura maloꝝ ſemꝑ uaria eſt:Ubi hoc inq̃ feceris:preter animi quietem rerum optimam vniformitas quoqꝫ vultus ac tranquillitas conſequetur:nec ſpe ulla:nec metu:nec merore mutãda nec gaudio:res quidem uenerabilis ⁊ paucoꝝ hoīuʒ: que apud ueteres grecoꝫ in Socrate apᷣ ueſtros in Lelio laudata eſt. Poſtremo ṽo in principibus ueſtris Marco Antonio ⁊ Aurelio Alexandro.

¶ De ambiguo Statu. Dia.LXXVI. ¶ Do.

A a Mbiguo in ſtatu ſũ. ¶ Rõ. Quid eſt que ſo de quo ambigis? Moriẽdũ ne mortalibus:an ſpernẽda que fugiũt ⁊ nullã in proſperis ſpem habendã:an ineuitabiles caſus reruʒ eſſe ſed tolerabiles:nec flecti qdeʒ ſed frangi poſſe fortunã? At hec oïa certa ſunt. ¶ Do. Ambiguo in ſtatu poſitus qd de me futuꝝ neſcio. ¶ Rõ. Ubi: qñ q̃liter moriaris ambigere qdeʒ potes:mori autem oportere:nec male mori poſſe:qui uſqꝫ in finẽ bene vixerit:nec cito mori qbuſuis in ſpatijs vite viri boni munus ipleuit:Uel ſi id nõ licuit:at ſpeʒ dedit:nec alibi q̃ in patria qui munduʒ omnem ſibi pr̃iam fecit:nec alibi q̃ in exilio:qui uerã ſuſpirat ad pr̃iam:dubitare ni deſipis nullo potes modo. Unde igit̃ iſte ambages? de fortuna forſitan: an tibi fidem:quod vix ulli vnq̃ fecit? an ſuos potius mores ſeruat tanq̃ pelagus procelloſum : nũc ficta tranquillitate fallax : nũc fluctibus altis

B minax:nũc horrida naufragijs? Ne de hoc quidẽ ipſo:ſi qua tibi experientia rerũ eſt:dubitatio ulla ſupererit:q̃uis enim euẽtꝰ ambigui:ipſa tñ ambiguitas:ipſa ⁊ virtꝰ que te inter incerta certũ faciet: certa eſt:cui cum te totũ dederis:ꝓuiſa omnia nihil erit ambigui. ¶ Do. Ambiguus ſtatus eſt mihi. ¶ Rõ. At non ambiguus deo:id ſat eſt:illi teipſum fidens crede: ⁊ dic ei. In manibꝰ tuis ſortes mee. Id cũ pie feceris:pone metũ:pone ambiguitatem:pone ſollicitudinẽ. Ille ſcit qd de te acturꝰ ſit:nullius rei dubius:parua qdeʒ ſed firma in nauicula magnum ſulcas mare. Fidus tueqꝫ ſalutis amantiſſimus gubernator eſt:Quid refert an viã uector ignoret ſi magiſtro nauigij nota eſt.

¶ De vulneribꝰ acceptis. Dia.LXXVII. ¶ Do.

A v Ulneribus crucior grauiſſimis. ¶ Rõ. O ſi aïe tue vulnus aſpicias:q̃ tibi hec leuia videant̃:ſed uos delicatiſſima corꝑa inſenſibiles pene aïas habetis. Altera ueſtri ꝑte nihil: altera pati oïa parati:qᷣqꝫ eſt funeſtiꝰ non ſentire. ¶ Do. Uulneribꝰ inflictiꝫ afficior. ¶ Rõ. Hoſtiliꝫ mucro loricã penetrat:nõ aïuʒ. Ille niſi ultro ſuis ſeſe armis ſpoliet inuiolabilis ferro eſt. Diſputatũ habes a magno quodã viro:paruo qdeʒ ſed arguto uolumine:neminẽ ledi poſſe niſi ledat̃ a ſeipſo: Cui ſententie:q̃uis ab opinione hoïum uehementer abhorreat : pro veritate ſubſcripſerim. ¶ Do.

B Grauiſſimis multiſqꝫ vulneribus laniatus ſum. ¶ Rõ. Nullũ vulnus grauius eſſe põt q̃ ad mortẽ:talia ṽo vno in corꝑe multa eſſe non poſſunt. Si vnũ ergo grauiſſimum:reliqua oïa leuia ſint oportet. Tribꝰ ⁊ viginti vulneribuꝫ cõfixus Ceſar:vnũ non amplius letale habuit:ut ſane fuerint cuncta letalia : plus ne q̃ ſemel mori potuit? Multa lʒ ac ꝓfunda ſint vulnera:vnus eſt vulneꝝ effectus: quorum ſepe etiã in corpus extinctum inhumana repetitio nõ vulnerati penã:ſed ſeuitiã vulnerãtis exaggerat. ¶ Do. Uulneribꝰ debilitatꝰ ſũ. ¶ Rõ. Sic utinã ſimul debilitata ſuꝑbia cũ ſororibꝰ ſuiꝫ: acceſſerit vulneruʒ comes humilitas:ne de nihilo ſcriptũ ſit:Humiliaſti ſicut vulneratũ ſuꝑbuʒ: Bonum vulnus ⁊ utile qᷣ pluriũ ac maioꝝ vulneruʒ medicina eſt. ¶ Do. Uulneribus deformatꝰ ſum. ¶ Rõ. An adoleſcentis illius obliuiſceris : cuius mẽtio bis in hoc ſermone incidit:Sero qdẽ ſpõte faceres qᷣ ab alio factũ gemis. ¶ Do. Trãſuerſo

C vulnẽ facies exarata eſt. ¶ Rõ. Nõ vulnꝰ ſed cauſam vulneris attendo. Iuſto cicatrix bello parta miris modis honeſtat faciem:Uiri fortis ſpecioſum pro iuſtitia ſuſceptũ vulnus multoqꝫ ſpecioſior eſt mors. ¶ Do. Uulnere accepto claudus ſuʒ. ¶ Rõ. Dictũ tenes Horatij Coclitis:qui cũ die illo quo mirabili magis q̃ credibili fortitudïe atqꝫ conſtãtia ſolus Tuſci regis exercituʒ ſupplicio in ponte ſuſtinuit:teſtudine ſuoꝝ manibꝰ a tergo fracta ⁊ collapſa hoſtibus clauſum iter ſentiens:utqꝫ erat armatus ⁊ mille hinc atqꝫ illinc miſſilibus circumuentus : ex alto ſe in tyberim ꝓieciſſet vnoqꝫ cum vulnere vnde claudus manſit inter ruẽdũ accepto:nando ad ſuos corꝑe reliquo incolumiꝫ perueniſſet. Idqꝫ vitiũ ſibi poſt tp̃s ipetitione honoris obijceretur:ſic eluſit aduerſariũ:Minime eniʒ inqt claudico:ſed ita dij imortales uoluere:ut per ſingulos paſſus meminerim triũphi mei:Preclarum plane factiſqꝫ par dictum. ¶ Dolor. Manum vulnere perdidi. ¶ Ratio. Si leuam:damnum leuius:At ſi dextram:Marci Sergij viri fortiſſimi remedio uti licet:qui hac manu bello punico amiſſa ſibi ferreã fabrefecit:cum qua multis ac trucibus prelijs:nõ ocioſus bellator interfuit. Id ſi parum ſucceſſerit:dextre offm̃ in ſiniſtrã trãſfer. Noſti ut Ceſareus miles Attilius bello Maſſilienſi: cum iniectam puppi hoſtili dextram amiſiſſet:leua prehenſam tenuit donec pelago mergeretur.

D ¶ Do. Utraqꝫ manus ferro abſciſſa eſt. ¶ Ratio. Ubi plus licẽtie fortuna : ibi plus negocij virtus habet:fortune tamen oïs aculeus virtute contũditur:hac armatus ẽt ſine manibus fortis erit. Memento Cinigeri Athenienſis:qui poſt Marathoniam pugnam : opus immortale Melciadis hoſtibus ad naues profugis imminens:obtruncata manu dextra qua vna nauium fuge plenam ſtrinxerat:ſiniſtram mox adhibuit:qua rurſus abſciſſa fere in moreʒ morſu poſt affixo ſic tenuit quos aliter nõ ualebat. Nec tibi miles ille Cannẽſis exciderit:qui vulneribus uſu manuum priuatus contra ſuis intentum ſpolijs victores:qᷣ vnũ ſibi ſupererat dentibus quidem pro manibus uſus eſt: ceruicemqꝫ eius arreptaʒ ulnis implicuit nec laxauit prius q̃ auribus truncis ac naribus:os hoſtis lacerum tuens:ſeqꝫ ultus moriens iam letior expiraret:Ferocia hec:Illa ſuauiora mitibuſqꝫ animis aptiora remedia:ut ſemper ceu rem fragilem caducamqꝫ teqꝫ uelociter deſerturaʒ corpus aſpicias:ut cũ id euenerit:nec ꝯcidas nec mireris qdẽ ſed exteriore mẽbroruʒ miniſterio amiſſo in ipos aïe ſinꝰitimos te ꝯuertas:ubi iuenieꝫ aliqd magnifice loquẽdũ agẽdũqꝫ:nec lingua opꝰ eſſe nec manibꝰ. ¶ Do. Uulneribus deformatus ſuʒ. ¶ Rõ. E

Dixi iam:immo ſi cauſa vulnerum pulchꝛa eſt:ho
neſtatus ac inſignitus viri quidem foꝛtis pꝛo iuſti
tia magnuꝫ aliquid aggreſſi durumqꝫ aliquid per
peſſi:non fedis frons ſulcata vulnerib⁹ videri de-
bet:ſed notis ſtellata fulgentibus:neqꝫ vͦo cicatri
ces aut vulnera ſed virtutis ſunt dicenda ueſtigia
⁊ pꝛeclaris affixa frontib⁹ ſigna meritoꝝ. Pꝛoin-
de ſi Ceſareum illũ quoqꝫ Cẽturionẽ Ceſiũ Sce-
uam mire viꝝ foꝛtitudinis ſed iuſtitie nulli⁹:mille
laceꝝ ꝑfoſſumqꝫ vulneribus hoſtes quoqꝫ uenera
ti:⁊ ꝓpter vnius virtutis admirationẽ vulnera ip
ſa deoſculantes armorum fragmina ⁊ ſagittas ⁊
tepenti cadauere eductas deoꝝ templis ceu ſacrũ
aliquid affigebãt. Quid de foꝛtis iuſtiqꝫ viri pꝛe-
cioſis vulneribus ſentiendũ ſic intelligis. ¶ Do.
Uulneribus multis infirmus ac defoꝛmis ſum.
¶ Rõ. Curate miſeri vulnera: niſi nunc ſanentur
heſura perpetuo. De his enim terra viderit que il
la conteget conſumetqꝫ:cicatricoſaqꝫ coꝛꝑa excipi
ens:plana reſtituet. ¶ Do. Inflicto vulnẽ hac aut
illa parte coꝛporis truncus ſum. ¶ Rõ. De parti-
bus litigas:totum ilico relicturus.

¶ De rege ſine filio. Dia.lxxviii. ¶ Do.

A R[r]Egnum eſt mihi non filius. ¶ Rõ. Paruꝫ
ne tibi igitur ſollicitudinum ⁊ curarum
regni onus impoſuit niſi filij inſuꝑ põdus
acceſſerit? Sarcinij ueſtrij delectamini ⁊ dulce eſt
uobis ſub faſce ſuccumbere. Nullũ publicuꝫ pon-
dus regno grauius:nulla pꝛiuata ſarcina grauioꝛ
q̃ꝫ filius etſi nulla charioꝛ. ¶ Do. Cui regnum di
mittã:nullus eſt filius? ¶ Rõ. Dimitte ciuibus li
bertatem: nil illis gratius: nil te dignius potes.
Fuerunt qui viuentes nec ſucceſſore carentes hoc
ipſum facere meditati ſunt: Hiero Syracuſius ⁊
Auguſtus Ceſar. Quãto vͦo ſatius fuerit multis
benefacere cum poſſis: q̃ꝫ optare ut vni malefaci-
as? Quid eſt aũt melius:qd dulcius q̃ꝫ in liberta-
te viuere:quid peius:quid periculoſius q̃ꝫ regna-
re? ¶ Do. Non eſt filius quẽ heredẽ regni faciam.
¶ Rõ. Nõ eſt tibi materia perpetuãde tyrãnidij:
Nam quid ſunt aliͦ regna q̃ꝫ uetuſte tyrãnides?
Non fit bonum tempore qͦ natura eſt maluꝫ. Ad
de quod perſepe qui in regna ſuccedunt a maiorũ
ſuorum calle diſcedunt: Exemplo ſunt Hierony-
mus Siculus tyrannus: ⁊ Jugurtha Numidic⁹:
qui romanorum amicitiã tanta fide ab auis tanqꝫ
fideliter diu cultam:cuꝫ ſua uterqꝫ ꝑnitie:alter in
ſolentia:alter perfidia violarunt. Non habes igi-
tur ſucceſſoreꝫ regni:nõ habebis tuoꝝ actuũ euer
ſorem:ſed habebis populum tui nois amatoreꝫ ⁊
cultorem:tui memorẽ:libertatis tibi per ſecula de
bitorẽ. Bene tecũ egiſſe foꝛtunã credito: ⁊ melius
multo ꝙ filiuꝫ tibi uel abſtulit uel negauit: q̃ꝫ ꝙ re
B gnum dedit. ¶ Do. Sine filio rex ſum. ¶ Ratio.
Nunc honeſtius atqꝫ liberius regna: Sepe amoꝛ
filioꝝ ab amore virtutis aium deflexit. Legiſti ut
apud Tapꝛobaneꝫ inſulã ingẽtem:que longe trãs
indiam in orientali ſedet oceano:per tranſuerſum
diametrum obiecta bꝛitannie:rex arbitrio populi
conſentientis eligitur:vir ex oibus optimus. Ni-
hil ſanguis:nihil opes pꝛoſunt: Omne ſuffragiuꝫ
de virtute oritur:ita ut nunq̃ꝫ iudicio fauoꝛ offici
at. Sancta ⁊ felix electio que ad noſtros reges uti
nam ꝑueniſſet:neqꝫ malis peiores ⁊ peiorib⁹ peſſi
mi ſuccedẽtes oꝛbẽ terraꝝ tradita per manus ne-
quitia ac ſuperbia coꝛrupiſſent. Illic tamẽ quantũ
libet optimus ac perfectus vir vnanimi ſententia
oium compꝛobatus:ad regnum tamẽ non perue-
niat niſi ⁊ ſenex ⁊ filijs carens:ne aut etatis fer-
uoꝛ aut filij amoꝛ tranſuerſuꝫ quo non expedit ani
mum agat. Ita qui ⁊ ſi filium habet:ad regnũ nõ
aſſumit: ⁊ ſi poſt regnuꝫ illi foꝛte fili⁹ natus ſit:ſta
tim regno cecidit. Neqꝫ eniꝫ pꝛudẽtiſſimi viri poſ
ſibile opinati ſunt ut idem animus ſimul ⁊ popu-
lum curet ⁊ filium.

¶ De regno amiſſo. Dia.LXXIX. ¶ Do.

R[r]Egno excidi. ¶ Rõ. Jam ſolatij gen⁹ eſt fi A
liũ non habẽ. ¶ Do. Regno excidi. ¶ Rõ
Utilis caſus:in pꝛecipiti ſedebas: ſaluus
in plano depoſit⁹: ⁊ ꝑiculoſam altitudinẽ poſt ter
ga reſpiciens:videbis te regni ſolio deſcẽdentem:
ad pꝛiuate vite requieꝫ aſcendiſſe. Et ſi nulla eſt ſi
ne ſecuritate iucũditas:nulla felicitas:aliq̃ꝫto iu-
cundius te:aliquãtoqꝫ felicius atqꝫ ita altius eſſe
q̃ꝫ fueras cognoſces. ¶ Do. Regno depulſus ſuꝫ.
¶ Rõ. Habeto gratiã depellẽti:duꝝ aurib⁹:aio li
quidũ qͦ iubeo. Depulſus enim es vnde erat ab-
eundũ: ⁊ qͦ ſponte debueras coact⁹ facis. Optã-
da vis eqdem nõ deflenda. Nam qs pudoꝛ homi
nem natum aut regnuꝫ ſuꝑ hoies optare:aut ſe pa
rem factũ hoibus indignari: ſi excellere pulchꝛũ
atqꝫ optabile:qd ni omniuꝫ pulcherrime rei excel
lentie exoptanda ſit? Nõ ſuꝑbie igit̃ neqꝫ licentie:
ſed virtutis:ex qua uera diademata regum nõ ex
gemmis auroqꝫ fieri: Nemo tã auri cupidus aut
gẽmarum eſt qui neget: Quis aũt queſo hoiuꝫ nõ
videt:inter hoies ꝑ̃ncipatum humanitati debitũ:
non opibus que opulentũ hoiem faciunt:non hu-
manum magis atqꝫ ita nec meliorem certe nec ho
minibus altiorem? Sed hic vnus ex multis erro-
ribus ueſtris eſt in excellentie appetitu: q̃ꝫ in ſua
ſede ꝯtentã ubi nõ eſt queritis:nõ videntes conſe
quentiam reꝝ uerã ⁊ cauſaꝝ. Sicut enim inter di
uites diuitijs:inter robuſtos viribus:inter foꝛmo
ſos foꝛma:inter diſertos eloquentia: Sic ꝓfecto
inter hoies humanitate ꝑ̃cellit̃. ¶ Do. Regia de
ſede cecidi. ¶ Rõ. Si incolumis perrarum. So-
lent enim qui ſic decidũt perire regnoqꝫ ſimul at-
qꝫ aia ſpoliari:qbus illa relinquit̃:trãquillioꝛ gra-
tioꝛqꝫ ſi ſapiunt vita eſt: Qͦ illos minime latuit:
qui non collapſi aut depulſi:ſed ⁊ ſtãtes ⁊ uolen-
tes:aut imperio ceſſere:aut pontificatũ iam ſubli-
miorẽ regnis ⁊ imperijs reliquere. In qbus Dio
cletianus claꝝ nomen habet:qui dimiſſuꝫ ultro ad
imperiũ reuocat⁹ ſpꝛeuit opes turbidas:ancepſqꝫ
faſtigiũ ⁊ queſitũ ab alijs querendũqꝫ tãtis cedi-
bus rurſus oblatum exꝑtus exhoꝛruit: ⁊ philoſo
phice grauiterqꝫ cuꝫ amicis iocans:oleribus que
in hoꝛtulo ſuo ꝑ̃uatus ſibiipſe plantauerat:poſtha
bendũ cenſuit. ¶ Do. Regia arce detruſus ſum. B
¶ Rõ. Latentium illa diſcriminum plena erat:in
ter que dudum cecus animi:quibuſdam uelut au
reis nec minus urgentib⁹:qꝛ fulgidis manicis at-
qꝫ compedibus:tenebaris:quibus nũc ſolutus lu
mine reddito quod foꝛtuna ſuis auferre ſequaci-
bus ſolita eſt:illius circulatricis inſtabiles ludos
vides. Et quis auarus adeo:ut nõ auro viſum re-
dimat:eligatqꝫ inopẽ magis integritatem nobiliſ-
ſimi ſenſus: q̃ꝫ diuitem cecitatem? Atqui non mi-
nus nobilis:ſed ſine comparatione nobilioꝛ animi

viſus eſt q̃ corporis: Jllum gaude regni nutantis
ĩpẽdio redemiſſe: rem magnã paruo precio: neq;
rem vnam tãtum: non modo enim cecitas cum re-
gno abijt: ſed libertas redijt: publico ſeruitio libe-
ratus es. ℭ Do. Regia exuor maieſtate. ℭ Rõ.
Chlamys regia ſceptrũq; ⁊ diadema: crede exꝑ-
tis: põderoſiſſima rerũ ſunt: multiplici leuatus fa-
ſce queri deſine. ℭ Do. Regnũ amiſi. ℭ Rõ. Jm
mo quidẽ euaſiſti ⁊ nudus ex ĩgẽti faſtigio enata
ſti: Solẽt terre redditi querelas ꝓmere uotaq; ſol
uere. ℭ Do. Regni felicitatẽ ꝑdidi ℭ Rõ. Seu
felicitatẽ miſeram: ſeu felicẽ miſeriã dici mauis:
hanc fateor ꝑdidiſti: ſeu utranq; ſimul falſam feli-
D citatẽ ueramq; miſeriã. ℭ Do. Regnũ ſimul ac po
tẽtiam regiaſq; opes perdidi. ℭ Rõ. Gaudẽdũ
ꝑditis que te perdere potuiſſent. ℭ Do. Regni po
teſtate careo. ℭ Rõ. Et regni curis ⁊ caſib⁹ quo-
rum tedio atq; odio quidã ſolio excedere uolue-
runt: quod ut uellet: Auguſtũ modeſtia: Neronẽ
met⁹ impulit: Nõnulli etiã exceſſerũt: ut pauloan-
te memoraui. Jd qui uelle nõ poteſt (Sunt enim
ꝑuicaces ⁊ indomite uolũtates) neceſſitati ſaltẽ
victoriq; ſuo gratias agat ad eũ ſtatũ vi redactus
quẽ optaſſe debuerit. Primũ boni animi uotum
eſſe debet: honeſta ↄſilia libẽter amplecti: ꝓximũ
uel coacte: Quod magnũ illũ Syrie regẽ non ꝑte
rit Antiochũ: qui omni que cis taurũ eſt Aſia ꝑua
tus: ſenatui populoq; romano gratias agebat qꝺ
eum magna nimis ſollicitudine liberatũ ad medi-
ocria redigiſſent. Facete quidẽ ille ſi ficte: ſapiẽter
grauiterq; ſi uere. ℭ Do. Regni e ſolio deſcẽdi.
ℭ Rõ. Dicebã ſuꝑbie ĩpudẽtis: addam ⁊ amẽtie
negligẽtis eſſe conditionis oblitũ faſtidire: qꝺ ſis
eẽ uelle qꝺ nequeas: Nõ pñt oẽs hoĩes reges eẽ
ſit ſatis eſſe homĩes: quid nõ ſui regni auidis ſua
ſordet humãitas: Quieſcite miſeri: bene ſecũ agi
putãt hi qui reges eſſe deſierint. Cum enim dura
omniũ mortaliũ: tum duriſſima regum ſors: quo-
rũ ⁊ vita innocẽs labori ⁊ ſcelerata infamie: atq;
utraq; periculis expoſita: quocũq; ſe uerterit diffi
cultatum ſcopulos rerumq; naufragia circa ſe vi-
dẽt: Hinc erupiſſe tu miſerum ducis: nil vnq̃ tibi
felicius accidit q̃ quod miſerrimum arbitraris.
E ℭ Dolor. Regnum meum ad alium tranſlatum
doleo. ℭ Ratio. Non tuum certe: ſed fortune: que
ſi donare illud tibi potuerat: cur auferre cum ue-
lit ⁊ transferre non poſſit? Uide autem ne preter
trãſferentis uolũtatem: que ſola ſufficiẽs eſt: alie
etiam cauſe fuerint trãſferendi: Jlle ſcilicet quas
ꝗdam ſapiẽs vir expreſſit: Regnum ĩqt a gente
in gẽtem trãſfertur ꝓpter iniuſtitias ⁊ iniurias ⁊
cõtumelias ⁊ diuerſos dolos. ℭ Do. Rex eſſe de
ſij. ℭ Rõ. Hõ eſſe incipis. Ea eſt enim regnum in
ſolẽtia: ut qꝺ eſſe dignatus eſt dici ſe hoĩes dedi-
gnẽtur.

ℭ De Proditione. Dia.LXXX. ℭ Do.
A Roditus ſũ ab amicis. ℭ Rõ. Hoſtibus
p credo: Si amici enim eſſent: nõ te ꝓderent
ℭ Do. A familiaribus ſum ꝓdit⁹. ℭ Rõ.
Ambiguum eſt nomẽ: ⁊ familiaris amicus ⁊ fa-
miliaris hoſtis dicitur: quo periculũ maius vita
hominum nõ habet. ℭ Do. Proditus ſum ab eis
quibus ante alios fidebam. ℭ Rõ. Uix fallit̃ qui
nõ fidit. Enimuero quo maior ꝗſq;: eo minus põt
tute fidere: eoq; plus fidere ac pluribus eſt neceſ-
ſe. Unde fit: ut cum commune: tum uel maxime re
gium ſit ꝓdi: neq; omnino ullum genus tam ob-
noxium huic malo: Proditus a ſuis: ut fama eſt:
Priamus: Proditus Minos: Nyſus: Oethes:
Agamemnon: Alexander: ⁊ ante ipſum Darius.
Proditi ex noſtris Romulus: Tarquinius Pri-
ſcus: Seruius Tullus: Africanus minor: magnuſ
q; Põpei⁹ ⁊ Julius Ceſar: ⁊ mille alij: uel reges:
uel regibus altiores. Et ꝗd proditos loquor: qua
ſi querẽdi ſint? Quis autem non proditur ⁊ in ꝑ-
uis quotidie ⁊ in magnis: niſi cui nullus eſt penit⁹
a quo prodi poſſit? Proditus ad extremum Chri
ſtus: nec regum peſte terreſtriũ celeſtis ille rex ca
ruit. ℭ Do. Proditus ſum magiſq; meorum frau B
dibus: q̃ ꝓprijs tãgor incommodis. ℭ Rõ. Pie
id ꝗdem ac magnifice: Nam ⁊ Africanus ille cui⁹
proxime memini ſeſe territum: nõ tam mortis me
tu q̃ inſidiarum a ſuis apud Ciceronem dicit: Ue
rumtamẽ neutro nimium tãgi debes: quãdo enim
ita iacta ſors eſt ut lucrũ ac perfidia ꝓditoris: bo
na fides damnumq; ſit ꝓditi: elige utrum mauis.
ℭ Do. Proditor me fefellit. ℭ Rõ. Plus ille ſibi
nocuit q̃ tibi: te prodidit: ſe perdidit: te pupugit:
ſe cõfodit: te dum ſpoliat ſe ꝑimit. Tibi enim re-
gnũ forte uel opes: ſibi aĩam: famam: conſcientie
quietem cõuictumq; hominum eripuit. Nil ſcele-
ſtius proditore: nil turpius ſol videt: cuius obſce-
nitas tanta eſt: ut qui artificio eius egent execren
tur artificem: ⁊ qui ceteroꝝ ſcelerum famam que
rũt: huius ĩfamiam reformidẽt. ℭ Do. Proditus
ſum. ℭ Rõ. Proderit forſan ne tam facile iterum
ꝓdi poſſis. Multi ſepe paruis damnis admoniti:
magnis occurrere didicerunt.

ℭ De amiſſa Tyrannide. Dia.LXXXI. ℭ Do.
Yrannidem amiſi. ℭ Rõ. Si utile damnũ A
t eſt amiſiſſe regnum: quanto eſt utilius ty-
rannidem amiſiſſe? Et ſi enim: ut dixi: cũ
de rege ſine filio loqueremur: pene oĩa regna ty-
rannides fuerint: tempore tñ queſierũt robur: ac
obliuione hoĩum uelum ſibi iuſtitie texuere: tyrã-
nidis iniuſtitia ſimul ac nouitas odioſa eſt. ℭ Do.
Tyrannidem depoſui. ℭ Rõ. Sarcinã reipubli
ce grauem: tibi ꝑiculoſam: nulli bono utilem: dam
noſam multis: oĩbus odioſam. ℭ Do. Tyrannidẽ
exui. ℭ Rõ. Ne ſis nudus: ĩdue iuſtitiam: mode
ſtiam: parſimoniam: honeſtatem: pietatem: clemẽ
tiam charitatem: ueſtes optimas: quibus cõparã
dis: nullo opus eſt auro: ſed ſola animi uolũtate.
Ueſtes paratas bonis oĩbus: tyrãnis uel incogni
tas uel inuiſas: qui margaritis ac purpura obuo-
luti: humanitate interim ac virtutibus nudi ſunt.
ℭ Do. Ciues mihi tyrannidem extorſerũt. ℭ Rõ.
Libertatem ſibi debitam receperunt: vitam tibi
inde debitam reliquerũt: Tu hãc ciuibus tuis de-
bes: qui tibi ꝑter odium nihil debẽt: Jta pro gra-
tiarum actione querimoniam inſtituis. At iã pri-
dẽ mos iſte percrebruit: ut qui fecit iniuriam que
tur: qui paſſus eſt ſileat. ℭ Do. Longa tyrannide
ſpoliatus ſum. ℭ Rõ. Seruierũt tibi ꝗbus forſi-
tan te ſeruire dignius fuit: nũc iniuriam longi ⁊ iu
ſti ſeruitij finem uocas: cum iuſtitie principium in
iuſtitie finis ſit: ut ſi multorum calamitates popu
lorum vnius hominis pauiſſe licentiam turpe fu-
it: pulchrum ſit paſcere deſijſſe: deq; hoc cõqueri
impudentie ſit extreme. ℭ Do. Longa tyrannide

C ſum deiectus. ¶ Rõ. Spõte deſcẽdiſſes melius:
optime vͦo nõ aſcendiſſes: Nũc qualitercũq̨ deſcẽ
diſſe: bonũ ideo: quia iuſtum melior q̨ coacta iuſti
tia: q̃ uolũtaria iniuſtitia eſt. Audite impiũ tyrã
nũ apud inferos exclamãtẽ: Diſcite iuſtitiã moni
ti. Audite ⁊ me apud ſuperos exhortantẽ: Diſcite
iuſtitiã uel coacti. Hec enim tẽpeſtiua: hic utiliſq̨
ni reſpuit: Illa ibi admonitio utiq̨ ſera ẽ: Fruſtra
enim diſcit qͦd fieri amplius nõ põt. Ponite vͦo iã
tumẽtes animos: ſuperbũq̨ ⁊ ferox dñandi uotũ
ponite: ⁊ ſi nõ prius ſaltẽ poſt tyrannidẽ amiſſam:
tyranni eſſe deſinite ⁊ optandi: quod iam aſſequi
nõ poteſtis: finẽ facite: ſi nõ iuſtitie ſaltẽ uerecun
die hoc preſtate: ut mutatis moribus ⁊ nouo habi
tu mẽtis aſſumpto amiſſione diuitiaꝝ ditiores fa
cti quantũ fortune detrahitur: tantũ animis addi
diſſe videamini. Nunq̃ ne igit̃ aduertiſtis: ut non
ſolus ille rex regũ ⁊ dñs dñantiũ oĩpotens a quo
omnis poteſtas eſt in celo ⁊ in terra: manũ mune
ribus ſuis plenã ⁊ extẽdit ⁊ retrahit: occultis ſe
pe iuſtis ſemper ex cauſis ſed tẽporalis quoq̨ rex
regẽ: tyrannus tyrannũ: ⁊ gẽs gentem deijcit atq̨
peſſundat. An vͦo nec prophetã illũ querulũ audi
uiſtis: Et cõgregabit inquit quaſi harenã captiui
tatẽ: ⁊ ipſe de regibus triũphabit: ⁊ tyranni ridi
culi eius erunt? Coaptate animũ fortune: ſeu diui
ne potius uolũtati: ⁊ cauete ridiculũ fedũq̨ illud
exemplũ Dionyſij tyrannoruꝫ peſſimi: qui patria
pulſus in exilio puerilium litterarũ ſcholas tenuiſſe
dicitur: ut quã in ciues non poterat in pueros tyrã
nidẽ exerceret: Trux ingeniũ affixũq̨ ꝓpoſito ho
neſtiq̨ inſciũ atq̨ equi iuris impatiẽs. ¶ Do. Ty
D rannide amiſſa ualde doleo. ¶ Rõ. Quãtũ dole
res iuſte poſſeſſionis amiſſionem: qui tam doleas
iniuſte: quãtũ re ꝓpria ſpoliari: qui ſic doleas alie
na? ¶ Do. Tyrãnide me deiectum grauiter fero.
¶ Rõ. Feres leuius ſi cauſam libres. Multi qui
dẽ tyrannorũ ſolo nominis odio ceciderunt. Plu
res tamẽ certas cadẽdi cauſas habuiſſe notiſſimũ
eſt ⁊ quotidie fit notius. Apud Ariſtotelẽ quidem
legis in politicis: ꝙ ꝓpter uxoruꝫ iniurias multe
tyrannides perierũt. Id quoquo modo ſeu actiue
ſeu paſſiue acceptũ fuerit: uerũ erit: hoc eſt ſeu ꝓ
pter iniurias a tyrannis illatas uxoribus alienis
ſeu alijs illatas ab uxoribus tyrannorum. Primi
exemplũ habes: nõ modo tyrannidũ: ſed regnorũ
Troiani ſcilicet ⁊ romani. Secũdi vͦo Agidẽ La
cedemonũ tyrannũ: qui cũ ipſe ſibi ſubditos ſpoli
aſſet: ad ſpoliandas eorũ uxores amatiſſimã ſuaꝫ
ꝯiugem deſtinabat: que ſibi cauſa nõ ultima eẽ po
tuit maturãde calamitatis q̃uis hic Ariſtoteli no
tus eſſe nequiuerit: qui etate floruit Alexãdri: ne
q̨ tam longeuus fuit ut ad huius etatẽ peruenire
potuiſſe videat̃: cũ tñ eiſdẽ in libris nõ ſine admi
ratione quadã Hieronis ac Gelonis nomẽ iueniã
qui qualiter ſibi noti eſſe potuerint: attenta ratio
E ne tẽpoꝝ nõ ſatis expedio. ¶ Do. Nec ego alienis
iniurioſus uxoribus: nec mea uxor alicui tyranni
de: tamẽ excidi. ¶ Rõ. Sepe ſe nocẽtiſſimi inocẽ
tes putãt: ſunt tamẽ ⁊ alie nõ minores cauſe preci
pitande tyrannidis: Inſolentia ſcilicet que Iulio
Ceſari apud hiſtoricos obijcit̃: Illa preſertim ꝙ
ſenatui ſe honorificẽtiſſime adeunti nõ aſſurrexit:
que hodie nec cauſa quideꝫ ulla eſſet. Crudelitas
quoq̨ que Mezentiũ apud Uirgiliũ ad ſuppliciũ
repoſcebat: Gaium vͦo Caligulã: ⁊ Neronẽ ⁊ Do
mitianũ ad ſuppliciũ traxit: Et inuidia qua maius
tormẽtũ nõ inueniſſe Siculos tyrannos Flaccus
ait neq̨ ueſtros hodie maius inuenire res loqui
tur: Poſtremo nulla tyrannoruꝫ aut maior peſtis
aut crebrior auaritia eſt. Itaq̨ relique ſinguloruꝫ
hec eſt oĩum. Relique ſingulos ciues afficiũt: he
populũ vniuerſum. Superbia ⁊ inuidia ipſos in
ter tyrãnos regnãt: Crudelitas inter paucos ſeuit
Auaritia inter oẽs. Quieſcit illa nonnunq̃ ac mi
nuit̃: hec ſemper creſcit ac vigilat. Qui preeſſe igi
tur in populis uolunt: vitare in primis hoc vitium
decet oẽmq̨ vitij huiꝰ infamiã oẽmq̨ ſuſpitionẽ:
Nihil eſt eniꝫ quod odioſum eque faciat tyrannũ:
eque preſidentia ac dñio indignũ. Reliq̃ interduꝫ
magnanimitatis aut iuſtitie ſeſe uelo tegunt: hoc
vnũ vilitatẽ aĩ miſeriãq̨ nõ exuit: ⁊ ꝯ cõeꝫ huma
ni moris errorẽ: ut nil miſeriꝰ nil vilius auaritia ẽ:
ſic nil quoq̨ miſerius credit̃: nil viliꝰ. Ideoq̨ hoc
vitio laborãtes indigniſſimi honore ⁊ imperio iu
dicant̃. Indignãtur hoĩes illi ſubijci: qui auaritie
ſit ſubiectus: atq̨ illũ alienũ in corpus ius habere
quod ſuũ nõ habeat in metallũ: Uelle ſibi licitum
aliorũ vitã: ne dicam pecuniã extorquere: ſuã tan
gere nõ audẽti. Prima quidẽ igit̃ ad ſecuritateꝫ ⁊
quietẽ via eſt: non modo tyrannidis appetitũ: ſed
oẽm regnãdi cupidinẽ abieciſſe: Nã quid ſtultius
quid laborioſius: q̃ue periculoſiꝰ: q̃ totius in ſe
vnũ populi ſarcinas transferre fragilem forſitan
ſuis proprijs perferẽdis? Sin eligere meliora: cõ
ſuetudo ueri hoſtis: ⁊ opinionũ ꝑuerſitas nõ per
mittas. Illud eſt proximũ Ariſtotelici dogmatis
meminiſſe: ut ſcilicet nõ tyrannũ quis ſe prebeat:
ſed reipublice curatorẽ. Introitus inquit ⁊ obla
tiones oportet videri colligere diſpoſitionis gra
tia: ⁊ ſi aliquando opportunuꝫ fuerit uti ad belli
cas opportunitates: Uniuerſaliter aũt exhibẽ ſe
ipſum cuſtodẽ ⁊ camerariũ tanq̃ cõmuniũ nõ tã
q̃ ꝓpriorũ: Et iterũ preparare inquit oportet ⁊ or
nare ciuitatẽ tanq̃ ꝓcuratorẽ exiſtẽtẽ nõ tyrannũ
Et rurſus oportet nõ tyrannũ: ſed economũ ⁊ rega
lẽ videri eſſe ſubditis: ⁊ nõ ſuimet curantẽ ſed pro
curatorẽ mediocris vite perſequi nõ excellẽtias.
His quidẽ horũq̨ ſimilibus: ut Ariſtoteli placet
⁊ mihi fit durabilior principatus: Ita tamẽ talem
videri expedit: ut uere etiam talis ſit. Simulatio
enim tot ſub oculis hoĩum quos res tangit q̃libet
arte uel ingenio longa eẽ nõ põt. Uide nũc igitur
an in parte horũ aliqua errraueris: ⁊ queri deſine
⁊ mirari: neq̨ enim tyrannidẽ his vitijs obnoxiã
deſinere: ſed durare mirabile eſt. Ad ſummã ⁊ re
ges ⁊ tyrãni oẽs: ⁊ quicũq̨ in potẽtatu aliquo ſũt
debẽt ſi regnare diu uolũt: acriter excutere memo
riterq̨ dictũ illud Catonis apͦd Liuiũ: Auaritia
⁊ luxuria oĩa magna imperia euerterunt. ¶ Do.
Amiſſa tyrannide priuate redditus ſum fortune.
¶ Rõ. Hoſtis ciuiũ eras: factus es cõciuis: equã F
diſce ciuilitatẽ: ⁊ beneficium fortune humilioris
agnoſce: cũ honeſtius: tũ tutius inter ciues bonos
q̃ ſuper oẽs ciues viuat̃. Iã tibi tranqllior rerum
ſtatus: iam ſecurior vita erit: ſine metu: ſine ſuſpi
tionibus: ſine excubijs: ſine ferro quibꝰ in malis:
que nam vite ſuauitas ſperanda ſit neſcio. ¶ Do.
Tyrannide perdita priuatus dego. ¶ Rõ. Elige
an lamẽtis acerbare fortunã malis an equabilita

te lenire:Profecto enim ſi nō vulgi ſtrepitum:ſed
aium ipſe tuū ⁊ in ſilentio preteritiqꝫ memoriam
interroges:multis te explicitū atqꝫ elapſuꝫ malis
inuenies. Jā tutus viuere ſiccuſqꝫ iam mori pote
ris:nec ſanguine madidus nec ueneno.

℄De perditis arcibus. Dia. LXXXII. ℄Do.

A n Alidis arcibus ſpoliatus ſum. ℄Ratio.
Adhuc ergo tyrannidis ſupererāt ſemina
que iam tandeꝫ amiſſis arcibus abieciſti.
Non eſt ſatis uenenoſum ſtipitem precidiſſe:ni ra
dicem vulſeris:qui arcibus fidit tyrannus eē non
deſijt.℄Do.Montana arce priuatus ſuꝫ.℄Rō.
Ubiqꝫ arces ſunt compedes libertatis:At in mon
tibus nimbi etiaꝫ qdam ſunt quodāmodo vrī urā
ſuperbia in ſubiectos tonet ac fulminet:his puari
nō modo nō flebile:ſed optandū eſt.Sunt eni ali
qua ex his etiā que bona vulgus appellat:quibus
boni quoqꝫ modeſtiqꝫ animi tenerent̃ atqꝫ ad illi
citū urgeantur: quibus motibꝰ ſi obſtare virtutis
ope nō ualeas:quid ni optanda ſit amiſſio eaꝝ reꝝ
que hos pariunt motus?℄Do.Arcē fortiſſimam
amiſi.℄Rō.Tu fortiſſimā dicis:fragileꝫ probat
euētus.Amiſiſti potius rem uſu ineptam:difficilē
ꝙ cuſtodiat:rem inutilem tibi:vicinis oibus odio
ſam.Jā dormire noctibꝰ incipies ⁊ dormire alios
B fines.℄Do.Tutiſſima mihi arx diruta eſt.℄Rō
Quomō eſſet tuta que perijt: ipſe tecū cogita:ego
aūt tibi oſtendā munitiſſimā tutiſſimāqꝫ arcem ſi
ne muris:ſine turribus : ſine ullo prorſus operoſo
rerū apparatu:Si vis tuto viuere bene viue. Nil
virtute ſecurius.Bene aūt viuere nō hoc dico ſup
be:laute:pompatice ſed iuſte:ſed ſobrie:ſed mode
ſte.Nullis opus eſt arcibus:que nō tutū te pſtite
rint ſed ſollicitū:formidabilē ac moleſtum. Que
eſt aūt hec uoluptas metui nec amari?An illō La
berij notiſſimum nō audiſti:Neceſſe eſt multos ti
meat quē multi timēt?Hoc ille dixit in Juliū Ce
ſarē:Quāto id in alios illo ⁊ minores formidabi
liores rectius dici poteſt:neſcio quidē:cur tā mul
ti cupiāt timeri. Nemo enim gratis metuit̃ vna ⁊
metuit: ⁊ periculoſiꝰ vni ē multos metuere ꝙ̃ mul
tis vnū. Nōne ſatius multo eſt ꝙ nullus te metu
at ⁊ tu nullū ꝙ̃ ꝙ te multi metuant ⁊ tu multos?
Segregari enim iſta nequeūt ſemperqꝫ metu me
tus querit̃.Poſcis huius dicti cām: Jlla profecto
eſt quā Ouidius Naſo ait:Quia quē metuit qſqꝫ
perire cupit:dictū pus ē ab Ennio:Quē metuunt
inquit oderūt:quē qſqꝫ odit perijſſe expetit. Eras
in tua arce metuēdus ſed ⁊ metuens. Et quos in
quies metuebā? Jmmo vo qs nō oēs metuet qui
metui ceperit:ſed illos in primis a quibꝰ ipſe metu
itur?Nā Cicero Enniū ſecutus:Qui ſe inquit me
tui nolēt a quibꝰ metuent̃:eoſdē metuant ipſi neceſ
ſe eſt.Sepe idē repeto:quia ita ſe res habet:nec ad
uertitis in hoc ceci:ut in reliquis dū ſupra oēs eſſe
nitimini infra oēs eſtis:quid eſt timore depreſſius
ſic conatus ois ueſter in aduerſum deſinit.℄Do.
C Arcē mihi chariſſimam amiſi.℄Rō.Fac tibi cha
riorē aliā quā nō pdes:Circūualla animū pijs in
tētionibꝰ:honeſtis vitā actibꝰ:prudētiā ac fortitu
dinē añ fores loca:iuſtitiā atqꝫ modeſtiā i ppugna
culis humanitatē ac māſuetudinē vndiqꝫ in muris
ſpem:fidē:charitatē arcis in medio:puidentiā ſu
preme turris in uertice:bonā famā in circuitu dei
atqꝫ hoium:adſit amor:abſit metus:dignos cole:

ceteros preteri neqꝫ cultos neqꝫ offenſos. Jta nec
te alius:nec tu aliū cōtremiſces: ⁊ in domo humili
tutius viues ꝙ̃ in arce vixiſti: Hāc tibi arcē nemo
uſqꝫ inuadet:hāc tibi nemo poterit aut uolet eripe
re:Hac malos in ſtuporē:bonos in amorē imitan
diqꝫ ſtudiū excitabis. O ꝙ̃ facile erat tranquillaꝫ
ſerenāqꝫ vitā agere ni uos eā inquietā ac turbidā
feciſſetis:Oia ferme ⁊ ueſtrā ⁊ pximorū in perni
tiē ꝯquirētes.Ad quid enim arces iſte niſi ad urāꝫ
ſimul alienāqꝫ moleſtiaꝫ:ut neqꝫ uos vnꝙ̃ ſcilicet
quieſcatis: ⁊ inſtar aranearū muſcas captātiū pre
tereūtibus inſultetis:Atqꝫ cūctis animātibus lu
ſtrātibus luſtra ſufficiūt ac nidi:ſolus homuncio
arces querit:quo nullū animal ſupbius nullumqꝫ
timidius.

℄De ſenectute. Dia.LXXXIII. ℄Do.

ſ Enui.℄Rō. Uiuere optabas ⁊ vixiſſe te A
penitet : an quid aliud rei eſt?℄Do. Se
nui.℄Rō. Jbas aſſidue ⁊ perueniſſe te ſtu
pes:ſtupēdū potius niſi quo ſemper ires aliquan
do puenires.℄Do.Senui.℄Rō.Quid ni viuē
do ſenueris ⁊ eūdo pceſſeris?An tu etatē retrogra
dā expectabas?Ut uelox utqꝫ inſtabile: ſic ⁊ irre
meabile tps eſt.℄Do.Uelociſſime ſenui. ℄Rō.
Dicebā tibi tēpus fugere:iam credere incipis:di
ci nequit nō modo inter opiniones hominū diuer
ſorū:ſed vnius eiuſdē hominis quid interſit.Juue
nis ante oculos etatē habēs longiſſimā opinatur
hāc ipſā ſenior a tergo reſpiciēs videt eſſe breuiſſi
mā.Sēper futura pteritis lōgiora videtur:cū uel
eque ſint breuia:uel eo et breuiora:quo ad finē p
peratibus nālis motꝰ ſolet eſſe uehemētior.℄Do.
Senui.℄Rō.Eſt vnde gaudeas:ſi tamē nō inter
vitia ſenuiſti:aut ſi uel ad ultimū ſurrexiſti : bona
tibi ⁊ utilis eſt ſenectus:nec exiguū diuini fauoris
iudiciū.Meminiſti ut egyptium illum ſenem Ce
ſar alloquit̃:nec ingratum deis etatis aſſerit argu
mento.℄Do.Senui.℄Rō.Hac in re ſaltē vnus B
ex paucis ex tot enim millibus milliū eorū qui na
ſcuntur:quota pars illoꝝ eſt qui ad ſeniū uſqꝫ pue
niāt: Ex hiſipſis pauciſſimi ſūt quibꝰ iuſtū ſenectu
tis ſpatiū explere datū ſit.℄Dolor.Senui ualde.
℄Rō. Prodigiuꝫ ac ſtupor ualde ſenis occurſus
metiēti aīo:quot ille periculoſis paſſibus huic ue
nerit.Jnſignis quidē ſenū raritas:ingēs caſuuꝫ vi
te mortalis argumentū eſt.℄Do.Senui. ℄Rō.
Durū ac difficile ſtadiū cucurriſti:mirū:niſi iā feſ
ſus ⁊ quietis appetēs lete proximā methā ſpectes
℄Dolor.Cito ſenui.℄Ratio.Uite curſus nunc
breuis:nūc breuiſſimus:lōgus nunꝙ̃ : durus ſem
per aſperqꝫ ⁊ ambiguus:huius ultima pars ſene
ctus:finis aūt eſt mors.Quid hic hēs querimonie
ſingularis?ſenuiſti.Peregiſſe iam debes vite mu
nꝰ:ueniſti ad exitū:qeſce.Amēs viator ē qui labo
re vie exhauſtus uelit ad initiū remeare.Nihil feſ
ſis gratiꝰ hoſpitio.℄Do.Senui.℄Rō. Multuꝫ
tibi placuit vite labor ſi eū tranſiſſe fers grauiter.
℄Do.Senui.℄Rō.Si viuere delectabat en vi
xiſti:ſi oportebat paruiſti.Et qs ſane mētis uel qđ C
fieri optauerit factū doleat:niſi male ſe optaſſe ſen
tiat uel qđ neqꝫ omitti neqꝫ ſine multo labore agi
poterat actū eſſe nō gaudeat?Undiqꝫ igit̃ gauden
dū tibi eſt ſeu uoti cōpos delectabilis:ſeu neceſſa
rio ⁊ graui functus officio.℄Do.Senui ⁊ uolu
ptates corporis fugauit etas.℄Rō.Utere animi

uoluptatibus que nec minores ⁊ profecto ſtabilio
res ſunt: nec vnq̃ fugiūt niſi cū anima: huic herēt:
hāc ſequunt̃: At corpee uoluptates uenientes cul
paꝫ ferunt abeūtes penitētiam pudoriſq; ⁊ dolo-
ris materiam relinquūt. His te explicitū ac liberū
gaudere debes: ⁊ liberatrici tue gratiam habere
que te manibus tuorum hoſtiū eduxit tibiq; debi
tū munus ſed neglectum dilatūq; ſuſcepit. ¶ Do.
Senui ſolitiſq; uoluptatibus careo. ¶ Rō. No-
uis aſſueſce: habet ⁊ ſenectus uoluptates ſuas: q̃s
guſtare ubi ceperis: que nunc doles amiſſa faſtidi
D as ⁊ reuerti nolis. ¶ Do. Senui ⁊ icanui. ¶ Rō.
Boni ſenis uerenda canicies plus habet: nō mo-
do auctoritatis ſed honeſte ēt uoluptatis: q̃ fede
oēs iuuenuꝫ illecebre. Neq; uo mutati coloris te
peniteat: Nā quis tā corrupto ſenſu tāq; obliquo
poteſt eſſe iudicio: ut nō cādidoꝝ calathos liliorū
q̃ nigrantiū carbonū ciſtas aſpicere: ſeq; ſi tranſ-
formādus ſit: cygno ſimilem malit eſſe q̃ coruo?
¶ Do. Senui ⁊ ſqualentes arant vultum ruge.
¶ Rō. Et tellus arata fructū fert uberius: ⁊ vite
maturiores fructus bene culta in ſenectute pue-
niunt. Ruge te offendunt oris: vultū animi cōpo-
ne: Non illū ruge occupāt: nō uariant anni niſi ut
formoſior ſit indies: Deniq; ſemp te ſi nō tu eū ne
glexeris honeſtabit. ¶ Do. Senui rugiſq; ⁊ iffor-
mi ſitu obſit⁹ vix me ipſum agnoſco. ¶ Rō. Hoc
tibi iam ab initio euētuꝝ dixi: minus quidē auide
ſpeculo imminebis: minus tuis forſitā: min⁹ haud
dubie muliercularū oculis placebis: quib⁹ placere
uelle maior ue uanitas an libido ſit neſcio: At qui
fidem: qui cōſtantiā: qui grauitatē: qui prudētiam
querūt: certi⁹ inter has rugas q̃ in planis ac mol-
libus maxillis ſe quod cupiūt reperturos ſperēt.
¶ Do. Senui meliorq; poſt tergū etas remanet.
¶ Rō. Immo deterior: Nō ſemp que delectant
magis atq; optantur meliora ſunt: Multi malum
ſuum concupiſcūt: qđ nō eſſet niſi quia illud Saty
rici ueruꝫ eſt pauci diſcernere poſſunt uera bona.
E ¶ Do. Senui ⁊ letiores abiere dies. ¶ Rō. Om
nium ferme dies temporum inter ſe ſimillimi: ani
mi hominum diuerſi: quin vnus idēq; anim⁹ ſecuꝫ
diſcors: hinc iuuēte furor: hinc impatiētia ſenecte:
talibus vitā impleuere iudicijs: ut melius putet
eſſe qđ peius eſt optimumq; quod peſſimū. Cete-
rum dies omnes in ſe boni: Bonus enim rex eſt ⁊
cōditor ſeculorū. Itaq; hic feruidus: hic gelidus:
hic ſiccus: hic humidus: hic nubilus: hic ſerenus:
hic turbidus: hic tranqllus: ſi ad vniuerſi decoreꝫ
natureq; ordinē aſpicias boni oēs: Ad uos auteꝫ
ueſtrumq; iudicium relati: ex equo ppe oēs mali
meſti: dubij: ſolliciti: laborioſi: anxij: amari: queru
li: flebiles: erūnoſi. In his tu mihi neſcio quos no
minas letos dies: qui dū aderāt: triſtes lamētiſq;
ſuis pleni erant: nūc ut leti videantur: nihil eſt cau
ſe niſi ꝙ abierūt: quodq; illis preciū deſideriū ti-
bi auget irredituri: multaq; ſecū tibi olim ſegnius
forſan amata rapientes: Stultus enim nihil pene
amat niſi quod perdidit. ¶ Do. Senui: O ſi dila-
pſa redeat iuuētus. ¶ Rō. O nō minus ſtultum
q̃ inane uotū ut tu ſentis: At ſi altius aſpireſ: non
inefficax: redibit enim in tempore: ⁊ ut ſcriptum
F vides: Renouabit̃ ut aquile iuuentus tua. ¶ Do.
Senui ⁊ etas bona retro eſt. ¶ Rō. Ois etas ut
bona bonis: ſic male viuētibus mala: utriſq; autē

breuis: prorſus ⁊ extremo pxima eſt: ubi uos ma
net hinc bonorum merces: hinc ſuppliciū malorū
que nā hec igitur etas bona: ubiq; aſpera ſempq;
fugax: niſi quantū ad eternitatē via eſt? Alioquin
⁊ ſi dulce aliqd ineſſet oēm fuga dulcedinē extin-
ctura videret̃: Quis eniꝫ fugiēs deguſtat? Fugiē
ti Dario fetide atq; obſcene potus aque ſuauiſſi-
mus fuit. Sitis ut putat Cicero: ut ego ſentio: gu-
ſtū metus extinxerat. Urgebat in tergū Alexāder
victor: Uos a tergo rapidum tempus premit. An
ni celeres precipiteſq; dies: hore uolatiles: Ante
oculos aūt mors ē: nec artatis reditus: nec impul
ſis mora: nec preuentis eſt tranſitus. Uie hui⁹ tot
difficultatibus tantiſq; terroribus obſeſſe: que nā
queſo pars bona eſt? ſed intelligo: nempe etatem
probris ac libidinibus aptiorē bonam dicitis. Eſt
hic quidē fandi mos ut bonum dicatur quod affe
ctui intentis aptiſſimum eſt: q̃uis effectus ipſe ſit
peſſimus: Sic catenā predo captis inſontibus: ſic
tyrannus arcē libertati plebis impoſitam: ſic uene
ficus preſentaneum aconitū: ſic ſiccarius pugionē
promptū cedibus bonum uocat: Sic uos igit̃ eta
tē bonā que ad id ſcilicet qđ maxime cupitis apta
eſt uocatis. Itaq; neminē iſtorū qui annos irredu
ces deplorāt: Pueritiam quidem uel infantiaꝫ vi
deas optari: que profecto optime partes eſſent ſi
abeſſe q̃ longiſſime a ſenio bonū eēt: ut memorāt
ſed nec adultam ac ſolidā iuuētutē nec incipienteꝫ
nec adhuc vir idē ſenectā peſſimā oēs ⁊ periculo-
ſiſſimā vite partem: adoleſcentiam requirunt: O
quintū ⁊ vigeſimū annū dicūt: ubi te reliquimus:
ne quē lateat q̃ uos preteritarū peniteat feditatū
qui nō niſi tempus apprime illis idoneū exopta-
tis. ¶ Do. Senui: cur non cū Uirgiliano rege ſu- G
ſpirē: O mihi preteritos referat ſi Iuppiter ānos.
¶ Rō. At nil tale ſuſpirantē legim⁹ Socrateꝫ nil
Platonē: nil Fabiū: nil Catonē ⁊ fuere ſenes: Sed
ſunt fateor ſapientes regib⁹ rariores. Itaq; ſi rex
Euander fuit ſapiēs nō eque ſane illud Euandriū
ſuſpiriū iā cōmune noſtris ſenib⁹ vulgatūq;: Sur
dam ſtulti ſenes ⁊ pfugam adoleſcentiā reuocāt
ac ſuſpirant: Nec ſuſpirijs tantū ſeu tacitis uotis
ſed medicaminibus irritis atq; inani artificio na-
ture vis affertur idomite: Qua in re facete admo
dū luſit Hadrianus princeps caneſcenti cuidam
cui aliquid negauerat: eundē poſtea ad eaſdē pre-
ces medicato interim crine redeuntem ita repulit:
Uade inquit hoc iam patri tuo negaui. ¶ Dolor.
Senui: o ſi mea nūc redeat iuuēt⁹. ¶ Rō. Reuer-
ſurā modo illā dixi: iam reuerſam dico. Si tā faci
le uotorū oium compos fias: nihil incaſſuꝫ uoles:
pauper certe diuitias optare pōt: libertatē ſuus:
ſpeciē deformis: ſanitatē eger: feſſus requiē: exul
redituꝫ: At iuuentam optare uerus ſenex nequit:
Puerile potius uotum eſt. ¶ Do. Senui: heu cur H
tam cito dulcis me iuuenta deſeruit. ¶ Rō. Nun
q̃ nō cito deſeruit quod iuuabat: nunq̃ non ppro
pere affuit quod angebat. Uanū autem eſt optare
quod haberi nequit nocuitq; habitū ⁊ ſi redeat no
citurum ſit: ſed iam parce ſuſpirijs: dū hoc animo
fueris cito can⁹ fieri potes: ſenex nunq̃: deſideriuꝫ
enim iuuentutis in ſene quid eſt aliud q̃ quedam
pueritia ſenectutis? ¶ Dolor. Senui icuruatuſq;
ſum. ¶ Ratio. Iam iam terraꝫ aſpice: vnde uenis
⁊ quo pgis cogita: hinc egreſſus: huc redis. Na-

tura te principij ſimulqꝫ finis admonet. Poteras
aberrare:publicū tibi iter oſtendit:ſane id quidē
eſt ſatis ingredi:uel curuatus intēde: Solent ceci
in via manu retrahi. ¶Do. Subito ſenui. ¶Rō.
Immo ſenſim:pedetentim:paulatī:leniter:ſed ni
hil cogitantibus omnia ſubito eueniunt:ſicut ecō-
tra cogitantibus omnia nihil eſt ſubitum:ꝙ ſi flen
da tibi fuerat ſenectus:ſinguli dies vite flēdi erāt.
Illis enī paſſibus ad hunc terminū ibas. ¶Do-
lor. Heu ſenui. ¶Ratio. O uotorū inſtabilitas:
huc maxime anhelabas:huc peruenire optabas:
huc nō poſſe pertingere formidabas: quo cū per-
uētū eſſet ingemiſceres: mōſtrum incredibile:ni-
ſi tam crebrum eſſet:ſenes fieri uolūt omnes:ſenex
eſſe vult nemo:immo vero ſenex eſſe ad miſeriam:ſe
nes dici ad iniuriam trahunt:quaſi ſit ꝓbrum ſe-
nuiſſe:qđ ꝓfecto nullis videri debet niſi quib⁹ de
decus ſit vixiſſe:que ingēs nō īficior turba eſt:cui
te tamē exemptū eſſe oportet:ut noſtro colloquio
frui poſſis:Alioquin ut auribus illabantur: ſana
I cōſilia in animū nō deſcēdēt. ¶Do. Tandē ſenui
¶Rō. Et quos ager:⁊ quos equor: ⁊ quos bel-
lū:⁊ quos alea decipit:ſingula detrimēta dinume
rant:tu vnus in finē expergiſceris:⁊ tu queri inci-
pis dū iuxta eſt querelarū finis omnium. ¶Do.
Senui. ¶Rō. Stultū eſt ſenectutē non cogitare
niſi cū uenerit: Nā ꝓfecto ſi uenturam: ſi aſſidue
uenietē ꝓſpexiſſes:preſentē imperturbatus aſpi
ceres. ¶Do. Heu mihi iam ſenex ſum. ¶Ratio.
Hoc ne igit̄ defles:durū ac difficile munus ipleſ-
ſe dumoſumqꝫ iter ac ſcrupeum tranſiſſe atqꝫ ina-
menam hāc fabulā peregiſſe? Atqui comico more
plaudēdū erat. ¶Do. Senex ſū. ¶Rō. An obli
tus es ut nuper tibi perfamiliariter notus vn⁹ mo
dernorū ſententiam rei huius ex tempore ꝓtulit:
nō modernam ſed antiquis parem? Amico enim
dicēti: Compatior tibi:nā ut video iam ſeneſcis:eſ
ſes utinam qualis eras quando te primum noui:
Subito ille reſpōdit: Parū ne tibi ergo amēs vi-
deor niſi ampliorē mihi nūc etiā amētiā imprece-
ris? Noli queſo mihi cōpati ꝙ ſim ſenex: ſed com
patere ꝙ iuuenis fui. O quantū ſenſum tegit bre-
uis iſta reſponſio:quod metiri nequit niſi qui eta-
tis huius bona probauerit ⁊ illius mala memine
rit. Bono tuo igit̄ gratulare q̄q̄ illō quoqꝫ uerū
ſit ꝙ ſepe bona inuitis eueniūt ⁊ mala nolētibus:
Uiro aūt bono ⁊ virtutū amico ⁊ paſſionū hoſti:
pluris eſt haud dubie dies vnus huius quod accu
ſas temporis integer:q̄ illius alterius integer an
K nus. ¶Do. Heu mihi nā ſenui. ¶Rō. Iam ſi per
ſtas tibi quoqꝫ cum vulgo iure dicitur nō ſenuiſſe
miſerū ſed vixiſſe:ita ut hec ſub vite finē tam ine-
pte diceres: Parcite aūt iam lamētis querulū ge-
nus: ⁊ uolētes ite ſub imperium nature nihil flen
dū quod illius immota lex ſtatuit. Quid natura-
le autem magis homini nato q̄ viuētē ſeneſcere:
ſenem mori? At uos cōditionis immemores utrū
qꝫ reſpuitis:cum uel alterum uel utrunqꝫ neceſſa-
rio obeundū ſit. Quid ſi neutrum uolebatis: ⁊ tertio
abſtinendum erat:naſcendum mihi credite nō fu-
it. Patimini ſeneſcentibus ſtatim membris aīos
aliquando ſeneſcere:neqꝫ ſemꝑ in uobis ꝓuerbiū
uerum ſit: Poſſe vnū animū corpora multa conſu
mere:ſinite ſine murmure corpus:ſimul atqꝫ aīū
ad extremū ferri:ſimul intrauere:ſimul exeant:ne

qꝫ altero ad metham ꝓperante alter retrorſum ni
ti uelit alterūqꝫ retrahere:fruſtra tergiuerſamini:
ire oportet:nec redire licet nec ſubſiſtere: Idqꝫ uo
bis facilius debet eſſe immortalitatē anime ⁊ cor
poris inſtaurationē expectantibus: q̄ ceteris qui
buſcunqꝫ quib⁹ uel horum alterū defuit uel utrūqꝫ
Fruſtra inq̄ obluctamini humanumqꝫ iugum qđ
naſcēdo ſubiiſtis excutitis. ¶Do. Senui ⁊ vires L
corporis iminute ſunt. ¶Rō. Si aucte vires ani
mi:bene eſt:feliciter permutaſti. Maiora enim ge
ſta eſſe ſemper ⁊ geri poſſe animi viribus q̄ cor-
poris: Nemo niſi animi inops eſt qui neſciat: Sin
vires etiam animi ut ſepe accidit: per ignauiā de
creuere:fateor inutiliter vixiſti:tuū crimē nō eta-
tis. ¶Do. Senui ⁊ res meas agē nequeo. ¶Rō.
Si quid animo ſit agendū tanto id a ſene melius
fieri conſtat:quanto ⁊ experientie: illi plus eſt re-
rūqꝫ notitie ⁊ paſſionū minus ac malis vinculis
expeditior animus: At res alias nō agere ſenē de
cet:ſed egiſſe cui corpore⁹ labor omnis a tergo eſt:
Cui ſi nunc etiam inheret nec auelli vult ridiculū
illud antiquū renouat Romani ſenis:qui iuſſus a
principe fori laboribus abſtinere quorū ferias im
becillis hinc etas:hinc fortuna opulens merebat̄:
ſic indoluit ut ſe quaſi mortuū fieret atqꝫ ab omni
familia fieri uellet. Mirus ſenex qui quietem ceu
ſpeciem mortis horreret:cum nihil ſeni apti⁹ quie
te nihilqꝫ ſit turpius ſene laborioſo ac ſollicito: cu
ius vita omnis tranquillitatis exemplar eſſe de-
bet. Didiciſſe ⁊ potes a philoſophis:quid eſt illud
quanqꝫ optabile ſenibus bonis viuere: vita ut me
morant peracta: qua maxima tamen pars morta-
lium inexpleta moritur. ¶Do. Senui ⁊ repente
fugit etas mea. ¶Ratio. Forma:ualitudo:ueloci
tas:vires:ueſtra fere oīa fugiūt:virtus manet nec M
ceſſura ſenio nec morti. Illi vno bono ſtabili ab ini
tio inſiſtendum erat:ſi neglectum fuit difficili⁹ ad
extremū fateor:ſed virtutis ſtudiū nulla etas re-
ſpuit:immo quo difficilior eo clarior virtus. Mul
ti noſſe ſeipſos ac ſapere vix tandē in ſenio cepere:
ſerum quidē at intempeſtiuum minime: ⁊ ſi enim
non iam vite deſinenti at inſtanti ſaltē morti utile:
Cui hercle vni hore ut ſine horrore meſtitiaqꝫ trā
ſigi poſſet ſi non ultimū modo ſed totū vite tēpus
impenderetur bene niſi fallor:impenſum eēt: Nā
nec fruſtra naſcitur qui bene morit̄: nec inutiliter
vixit qui feliciter deſijt. ¶Do. Senui iam vicina
mors eſt. ¶Rō. Mors eque omnib⁹ vicina eē po
teſt: ⁊ ſepe ibi quoqꝫ vicinior eſt ubi videtur ab-
ſentior. Nemo tā iuuenis qui nō poſſit hodie mo
ri: Nemo tam ſenex qui non poſſit annū viuere: ſi
nil aliud q̄ ſenectus icidat. ¶Do. Prorſus ſenui. N
¶Rō. Immo maturuiſti:an hoc defles:an poma
cum maturuerint querātur? ſi ſenſus illis ac ſermo
datus ſit ⁊ non potius gratulentur ſe ad id perue
niſſe ad quod nata erant. Eſt ut ceterarum rerum
ſic etatis maturitas quedam que ſenectus dicit̄:
quod ut ita eſſe videas ⁊ etas ⁊ mors iuuenū acer
ba quidem ⁊ dicitur ⁊ acerba eſt: Acerbitati autē
obiecta maturitas que cum in pomis ac frugibus
bona ſit:quid niſi in homine ſit optima:non ꝙ ne-
ſciam anteq̄ matureſcant multa marceſcere: ea
vero non etatis culpa ſed peruerſitas eſt nature: nō
quidem omnium ſed multorū qui ad bonum nati
magno niſu in aduerſum tendunt. Maturuiſſe igi

tur debes ſi quid in te ſucci nobilis fuit:iam meſſo
ris tui manum ſecurus expecta. Non mors illa
quā metuis ſed laborū finis ac principiū vite eſt:
non mors inq̄z ſed difficilis vite terminus:ad quē
pauci tranquilla nauigatione perueniunt: ſed pe-
ne omnes nudi flenteſ ac naufragi:Tu per mediā
ſenectutem leue iter in finem proſpero agens uen
to e multis rerum fluctibus portū ſubis:Subdu-
cenda iam feſſa puppis in terram tibi:⁊ quocūqꝫ
te flexeris de fine cogitandum:idqꝫ utilius fuerit
q̄z etatē bonā:quod ſtulti ſolent:⁊ naturam mr̄ez
optimam accuſare.

De podagra. Dia.LXXXIIII. Do.

A Urpi torqueor podagra. Rō. Neſcie-
t bas ſenectutis morē? Incomitata non ue-
nit:magnaz ſepe morborum aciem ducit.
Do.Podagra crucior moleſta. Rō. Extre-
ma ⁊ ignobili parte corporis laboras: quid ſi no-
biliſſimis laborares corde uel capite? Do.Pi-
gra coherceor podagra. Rō. Uaga mēs homi
nis freno eget:hunc paupertas tenet:illum carcer
aut grauior morbus:Ludēs te pedib⁹ alligat for-
tuna:non podagra:ſed pedice ſunt:iam diſce con-
ſiſtere. Do.Podagra inutilis factus ſū. Ra-
tio. Ad curſum credo uel ad ſaltū:ad choreas: ad
paleſtram:an te autem ad hec natum putas? Ad
alia ſi neſcis altiora quedam officia natus es:que
ſi caput non egrotat exequi nil prohibet:Studere
licet artibus ingenuis:dare operam pietati:ſerua
re iuſtitiam ⁊ fidē:fragile corpus ⁊ fugacem mū-
dum ſpernere:odiſſe vitia:amare virtutes: colere
amicitias:conſilio patriā iuuare:Hec ſunt viri bo
ni munimina:quid hic pedibus loci eſt? Dolor.
B Debilitatus ſum podagra. Rō. Pugnare cum
hoſtibus forſitan morbus uetet:nō cū vitijs quod
neqꝫ facilius ⁊ certe crebrius eſt bellū: Et qd ſci-
mus an hic ipſe dolor corporis cōtra quem dimi-
ces tibi ad exercitiū animi datus ſit? Do.Pedi
bus conſiſtere nequeo. Rō. Uide quam de reli
quo edificio ſpem habeas:cuius fundamentū taz
inualidum ſentis. Uigila ne te incautum opp̄mat
ruina:Contrahe ſarcinulas teqꝫ ad migrandū pa
ra. Do. Podagra me ingens habet. Ratio.
Solet hic morbus:ut perhibent diuitias comiteſ
habere:En tibi remedium aliud:Bene ſpera:aut
languoris amaritudinē opum dulcedo ſolabitur:
aut inopie pellet aſperitas:ita uel ſolatium aderit
uel finis. Si hec fallunt ueniet que non fallet:Illa
vite malis omnibus finem dabit. Do. Pedum
C premor egritudine. Rō. Si ſalutem cupis: aut
pauper ſis oportet:aut ut pauper viuas. Multos
hac egritudine liberaſſe traditur paupertas uera
defecatrix corporum:quoſdam v̇o frugalitas quā
uoluntariā ſeu fictam ⁊ imaginariam paupertatez
dixerim. Uidiſti aliquos perpetua vini abſtinētia
curatos. Ita fit:Dolor dolore:clauus clauo pellit̄
ut antiquo dicit̄ ꝓuerbio: Uix moleſtū aliquid ſi-
ne moleſtia curatur. Ut preterea cū hoc morbo cū
qꝫ alijs multis pacem habeas:nō baccho ſolū ſed
⁊ ueneri bellū indixiſſe profuerit. Sed quid agi-
mus:animorū remedia promiſimus nō corporū?
Habes tamē quā puto vnicā morbi huius curam
Hāc ſi ꝓbas:utere:Si minus:nō te fallant opifi-
ces fomētorū. Patiētia enim in aduerſis efficaciſ
ſimum atqꝫ optimū ⁊ ſepe vnicuz remedij genus

eſt. Do.Podagre vitio curuatus ſum. Rō. D
Ad iter inhabilis:minus idoneus ad laborē: non
ineptus ad reliqua gerere:nō rei modo familiariſ
ſed reipublice ⁊ ſumi:ſi ita ſors tulerit:imperij cu-
raz potes. Itaqꝫ memorandū ualde Septinij Se
ueri Romani principis dictum vnuz: qui ſenex ac
podagricus:dū cōiurationem nobilium qui ſe vi-
uo filium eius Auguſtum dixerant deprehendiſ-
ſet:comprehenſis auctorib⁹ ſeditionis ac filio om
nibuſqꝫ ante ſoliū eius affuſis metuqꝫ ultimi ſup-
plicij tremefactis ac territis: ipſe manu ad caput
relata:tandē inquit:ſentitis caput imperare nō pe
des. Do.Podagra me miſerū miris modis tor E
quet. Rō. Noli ſolas aſperitates rerū flere:ſed
memēto ſi quid dulce aut iucūdū tibi obtigit: quo
incōmodū hoc ſolari poſſis. Unus ex multis peſ-
ſimis vulgi mos eſt:ut in aduerſis queruluz atqꝫ
impatiens obliuioſum in proſperis ⁊ ingratuz ſit
quo nihil iniquius fieri poteſt: Naz quis equiſ au
ribus audiat:exempli cauſa:uel Seuerum ipſum
quem diximus de podagra: uel Domitianum de
caluicio:quod egerrime dicitur tuliſſe:uel Augu-
ſtum ſenem de ſiniſtri debilitate oculi:uel Julium
Ceſarem de timore nocturno ⁊ quiete viſis turbi
da: uel poſtremo alios fortunatiſſimos viros de
vna ſeu de altera nature:ſi dici licitum ſit:aut for-
tune iniuria ſic querentes ut imperij atqꝫ opum vi
ctoriarum ac tantorum ingrati atqꝫ immemores
ſint honoruz dū ſe hoies meminerint:quos plenā
perfectamqꝫ felicitatē hic ſperare demētie:ſit ama
ra dulcibus tēperare modeſtie:hoc podagre pro-
prium:hoc morborū oium cōe remediū inuenies
ſanūqꝫ cōſiliū ſanctumqꝫ fateberis:ſenis illius le-
ta multa adepti:dura multa perpeſſi:qui boniſ de
manu dei lete acceptis mala queqꝫ patienter ſuſci
pienda cenſebat:q̄zuis mali aliquid dare uel face-
re manus illa nō nouerit ſed humanā reſpexit opi
nionem. Do. Podagra me in lectulo nodis in-
ſolubilibus preſſum tenet. Rō. Tam iacēte:ſta
re animus pōt celūqꝫ ⁊ terras ac maria ꝑmeare.

De Scabie. Dia.LXXXV. Do.

Cabie premor importuna. Rō. Jam nō A
f miror ſi angores meros egrefers: quando
id luges cui dulce aliqd imixtū eſt. Do.
Graui uexor ſcabie. Rō. Sūt qui hāc ſalubrez
dicāt:Ego aūt ne tam meſte rei letum nomen tri-
buam arrā potius ſalutis: ſiue ad ſalutem viaz di
co:Mollis eſt qui aſperitatez vie breuem reſpuit:
cuius exitus ſit iucūdus. Do.Arida me ſcabieſ
exercet. Rō. Jam horologio nō egebis: erit te-
cū que te noctibus excitet teqꝫ honeſto cuipiā for
taſſis officio vigilē reddat:nemo tā piger quē nō
ſcabieſ ſollicitum faciat. Do.Scabie torqueor.
Rō. Morbus ignobilis ſed nobilis cura eſt:la
bor:eſtas:balnea:ꝑuigiliū:dieta. Si nec iſta pro-
fuerint:ad patientie medicinā recurrēdū erit. Illa
oibus morbis utiliſſima eſt. Dolor. Scabie cru B
cior tedioſa ⁊ feda. Ratio. Neutrum nego: ubi
ergo Publius moleſtum ocium podagrici pedes
dixit me ſinente potes addere:meſtum negocium
ſcabioſi manus:Sed qd dices:ſi quo fedior mor-
bus:eo pulchrior patientia eſt? Quid ſi paruo ex
malo bonum ingens elicis? Hec nimirum vna eſt
rerum que contemptum corporis maxime pariūt
quo nihil eſt melius mortali. Dolor. Totuz me C

ſcabies occupat.¶ Ratio. Totũ te:uerũ eſt id qui dẽ metuo:ſed plus eſt foꝛſitã q̃ꝫ ꝙ dicere uoluiſti: totũ eni coꝛpus intelligis:ſed eſt uobis inuiſibilis animorũ ſcabies cupiditas ac libido ⁊ pꝛurit⁹ qui dã ulciſcendi querendiqꝫ:qui quo magiſ ſcalpitur acrius eſtuat: hũc nec tolli nec leniri poſcitis nec ſentitis quidem: tanto minoꝛ uobis eſt ſemper ueſtri cura q̃ꝫ coꝛporis.

¶ De vigilia. Dia.LXXXVI. ¶ Do.

A [d] Oꝛmire non poſſum. ¶ Ratio. Uigila ⁊ gaude vite tibi tp̃s auctũ. Inter obdoꝛmire enim atqꝫ emori q̄d intereſt niſi ꝙ alter tp̄alis ꝑpetuus alter eſt ſopoꝛ: Itaqꝫ neſcio an nõ ſatis ꝓpꝛie ⁊ ſõnus bꝛeuis moꝛs ⁊ moꝛs ſõnus lõgus ſiue eternus dici poſſit. ¶ Do. Sõnũ ꝑdidi. ¶ Rõ. Nõ vi q̄dez ſed blanditijs repetẽdus eſt ſi incũbas perdis operã:cogi nequit:age aliud: da requiem temporibus tuis:animo curas leues:improuiſus aderit:facile animis uagis ⁊ coꝛporibus feſſis obrepit. ¶ Do. Sepe mihi ſomnus interrũpitur. ¶ Ratio. Fac quod ſolitus fert̃ Auguſtus Ceſar lectoribus aut fabulatoribus accerſitis:interruptum reintegra: Sin grauioribus curis hoc accidit:pone illas:hũc receperis. De huiuſmodi enim loquebat̃ Maro ubi ait: Salubꝛes curas ſõ
B nos abrumpere. ¶ Doloꝛ. Somni requiez amiſi. ¶ Ratio. Et terrorẽ ſomnioꝝ nocturnoſqꝫ metus q̃ꝫuis enim ſapientis meliora fantaſmata. Ariſtoteles opinet̃: ⁊ uerum ſit:tamen ⁊ vir ille ingenio eque magnus ⁊ imperio: Ille autez alter ſanctitate ⁊ patientia eque inſignis:de quib⁹ pauloante ſimul diximus:ſomnioꝝ graues ſenſere moleſtiaſ. Nam quid alij ſentiant quiſqꝫ nouit in ſe: ⁊ lectulum pꝛopꝛium ſuarum teſtem habet illuſionũ atqꝫ ambagũ ⁊ foꝛmidinũ. Certe horũ alter tẽpore extremo per ſomnium exterreri ſolebat: ſicut de illo ſcriptum eſt: Alter ut dixiſſe dudũ videoꝛ dum de ocio ⁊ quiete diſſererẽ: iter ceteras vite moleſtias querit̃ ꝙ terreant eum ſomnia ⁊ viſiones hoꝛrore cõcutiant. ¶ Do. Solito minus doꝛmio. ¶ Ratio. Solito igitur magis viuis: Nempe ꝙ doctis placet:ut moꝛs ſomnus:ſic vita vigilia eſt. ¶ Do. Somnũ moꝛbus expulit. ¶ Ratio. Sanitas reducet. ¶ Do. Somnũ amoꝛ excluſit. ¶ Rõ. Bis rem vnã dicis: Moꝛbus eſt enim amoꝛ ⁊ moꝛboꝝ maximus. ¶ Do. Somnũ metus extinxit. ¶ Rõ. Securitas ſuſcitabit. ¶ Do. Somnũ ſenect⁹ eripuit. ¶ Rõ. Moꝛs vicina reſtituet.

¶ De ingetudine ſomnioꝝ. Dia.LXXXVII. ¶ Do.

A [ſ] Omnijs inquietoꝛ. ¶ Rõ. Si uerũ eſt qđ ſapiens quidã ait: Multas curas ſequuntur ſomnia: quod ueſtri quoqꝫ appꝛobant auctores radicẽ mali amputa:curas pelle:ſomnia quoqꝫ pepuleris: Quo enim queſo tot curas ⁊ tã nihil pꝛofuturas in tam bꝛeui vita:de qua iam ab initio pꝛomiſſum eſt:quid toꝛqueri iuuat ⁊ turbidam curis vitam ⁊ infeſtam ſomnijs quietem ueſtra uobis facit amẽtia? Diuinã ꝓuidentiã ueſtro vultis ſuperare conſilio:neqꝫ ſentitis ut ex alto ueſtre ridẽt̃ inſanie ueſtreqꝫ deliberationes illo de tempore quod nõ ſolũ extra ueſtrũ arbitrium: ſed etiam extra notitiã ueſtrã eſt. Neqꝫ auditis Flaccũ exclamantẽ: Pꝛudẽs uẽturi tẽporis exitum caliginoſa nocte pꝛemit deus: ridetqꝫ ſi moꝛtalis ultra fas trepidat. Omne tẽpus in ueſtram trahitis pernitiem:de pꝛeterito meſti:de pꝛeſenti anxij: de futuro pauidi trepidiqꝫ:deqꝫ his curiſ ſuꝑuacuis dignos metitis manipulos:laborẽ vigilãtes:cõſopiti ſomnia. Sin illud foꝛte uerũ eſt ꝙ uacãtẽ quoqꝫ curis aiam inquietã ſomnijs eſſe uel natura hominis uel peccatũ cogit: Nõne cũ ex mille ſõnijs nec vnũ uerũ eẽ ueꝝ ſit:poſtq̃ꝫ alterutro falli opoꝛtet:ſatius eſt inquietari ſomnijs q̃ꝫ mulceri: ⁊ amara ſomniare q̃ꝫ dulcia: meſti enim ſomnij fallacia leta eſt:leti autez meſta. ¶ Do. Somnijs fatigoꝛ. ¶ Ratio. Sperne totã hanc ineptiã ⁊ quieſces:ſi id nequis his te ſolare comitibus qui ſimilia paſſi ſunt:his duobus nominatim quos modo dicebam dũ de vigilia querereris.

¶ De celebꝛitate nois ipoꝛtuna. Dia.LXXXVIII. ¶ Doloꝛ.

[c] Elebꝛioꝛ ſum q̃ꝫ uellez notioꝛqꝫ. ¶ Ratio. A
An tu hoc ſpernis quod maximi exoptarũt duces ac pꝛincipes:philoſophi ⁊ poete? quid enim tot laboribus:quid tantis bellis ac ſtudijs agit̃:nec aliud iſignes artifices moliũtur? Declarat hoc Phidias in Minerue ſtatua: quod opus oium que hoium manibus facta ſunt:ꝑmuz aut inter pꝛima poſuerim:niſi cũ aliquid inſcribere uetitus fuiſſet:vultũ ſuũ clypeo ſtatui ſic inſculpſit:ut ⁊ ab oibus noſceretur: ⁊ cõuelli ide niſi toto opere diſſoluto nullo poſſet ingenio:noſci in pꝛemiũ ſui laboris optabat. Siq̄s eni nõ famã ſed pecuniam cogitare dixerit artifices:in cõibus foꝛtaſſis aſſentiar:in illuſtrib⁹ negez. Multa ſunt rei huius indicia:ſic cũ iactura tẽporis damnoqꝫ etiam ſepe operi inſiſtũt:ac ne quid fame excidat lucruz ſpernũt. Cõpꝛobauit hoc maxime nobilis illa conſtantia eoꝝ quatuoꝛ artificũ qui ad famoſiſſimuz illud opuſ qđ Artemiſia Carie regina dilectiſſimi cõiugis memorie extrui fecit magno pꝛecio acciti: cũ ante perfectũ opus obijſſet regina ipſa vñ operis pꝛeciũ ſperabat̃ perſtiterũt tñ vnanimiter in finẽ nil iã aliud q̃ꝫ ſuũ decus ⁊ facti memoriã cogitantes:pꝛoinde oẽſ hoĩes claritatẽ famãqꝫ deſiderãt: Solus tu ne paruo illas tedio emptas uelis?
¶ Do. Immo ⁊ ego apud poſteros clarus eſſe cu B
piã:inter coetaneos recuſem. ¶ Rõ. Quid ita cũ h̃ maius eoqꝫ difficili⁹ ac rari⁹ ſit obſtãte que pꝛeſentiũ famã iterpellat inuidia? ¶ Do. Quia inter abſñtes mera eſt gl'ia:nullus obſtrepit:nullus obſtat:inter pñtes aũt ⁊ ꝯtradictio ⁊ laboꝛ:magnus eniz laboꝛ eſt magne cuſtodia fame:ut nõ inelegãter ait q̄dã. ¶ Rõ. Nimis aut delicat⁹ aut ſegnis es qui ſine labore magnũ aliq̄d ſperes cũ pꝛo minimis tot ſe offerãt labores. ¶ Do. Ego ṽo nõ la- C
bores reſpuã ſed tedia: Nã q̄s ferat aſſidue viſitari:obſideri:poſci:exagitari: ⁊ ſui interim negligẽtẽ totos dies ac magnã bꝛeuis vite partẽ alijs dare:ut tua neceſſitate poſthabita aliene iſeruias uoluptati:qđ malũ ſi ab initio icidiſſet:nunq̃ꝫ ad hãc iꝑam famã que me cruciat uentũ eẽt:ſed ⁊ nũc pꝛeclaros animi conat⁹ ⁊ egregia potẽs eſt ipedire negocia ipoꝛtunũ. ¶ Rõ. Id q̄dẽ ita eſſe nõ nego durum certe ſed tolerabile imo ⁊ iuidioſuz ⁊ optabile: Ceterũ utcũqꝫ tuo iudicio acceptũ erit pene ineuitabile: Nã que ad euadẽdũ via:niſi uel ſuꝑbia uel ignauia? Altera honeſtum deſideriuz te petẽtium arcebit:altera etiam extinguet. Si quod eſt

ges intererant inclinare fortunam ſue partis intel
ligeret: duces ſuos clara uoce cõpellans: Dirigite
me inquit ocius in eam partẽ ubi rex hoſtiū eſt at
qꝫ omne robur exercitus ſui: quod cuȝ meſti ac tre
pidi feciſſent: ille equo ſtimulis adacto eo ſe preci
pitem dedit: quo ſpectare alij cecūqꝫ oculis proſe
qui vix audebant: ubi cum fortiſſima hoſtium acie
non fortiter modo ſed horrifice pugnans: ruit: ip
ſis mirantibus ⁊ laudantibus qui vincebant. Rẽ
narro notam omnibus: ſed niſi mãdata ſit litteris:
obliuione perituraȝ. Et quid oro glorie viri fortis
obfuit viſu caruiſſe: niſi ut quem virtus ⁊ natura
mirabilem fecerant: ſtupendum cecitas faceret.
¶ Do. Cecus ſum. ¶ Rõ. Jocari incipiam ni deſi
ſtas queri: Nam quid aliud ſi vires attuliſſe tibi
cecitas q̄rit: q̃ꝫ ꝙ de ſeipſo cecus effectꝰ Aſclepia
des ait: vno ſcilicet ut puero comitatior gradiare.

¶De auditu perdito. Dia.XCVII.

¶Do.
A p Erdidi auditū.¶Rō.Jter ecce aliud te-
dio preclusum eſt.Multa oculiſ:multa au
ribus hauriuntur tedia:multa utroqꝫ cal-
le faſtidia in animuꝫ penetrant:quibus euitandis
ex equo pene optabiles videātur cecitas ſurditaſ
qꝫ:habent tamen he ſuas incommoditates ut reli
qua fere cūcta mortalium amarumqꝫ aliquid non
nego:ſed patientia mollius ac virtuti impar. Ubi
que nam ſit has inter proportiones incommodo-
rum haud facile dixerim:niſi ꝙ illa periculoſior:
iſta ridiculoſior: Nam quodāmodo amētes vide-
ri ſolēt qui ſurdaſtri ſunt:Ceci vͦo magis miſeri iu
dicant̃.Jtaqꝫ ſurdos riſu:cecos miſeratione proſe
quimur:Sapiens utrunqꝫ contemnit:nec qd alijs
videatur eſtimat:ſed quid ſit.¶Do.Auditum per
didi.¶Rō.Adulātium iam ſuſurros atqꝫ obtre-
ctantiū iurgia euaſiſti diuerſimodum ſed par ma
lum:niſi ꝙ aliquanto virilius eſt iurgijs q̃ʒ blan-
ditijs adhibere aures.Jllis nanqꝫ medicamentuꝫ
aliquando his uenenum ineſt ſemper.Jllud ergo
ſepe mordendo ſanat:hoc mulcendo inquinat:at-
qꝫ ita peior eſt falſus amor vͦo odio.¶Do.Amiſi
auditum.¶Rō.Jam quod ars Ulyxi preſtitiſſe
fertur:tibi uel natura preſtitit uel caſus aliquis:ut
ſi ſirenum cantus ſurda tutus aure pertranſeaſ:fe
liceꝫ te ſi eſtimas:quot inde pericula penetrare in
animū potuiſſent:quotqꝫ olim inde mēdacia:quot
errores:quot demuꝫ moleſtie ſubiere?¶Do.Au-
B ditum amiſi.¶Rō.Philomenaꝫ credo:uel citha
ram tibiaſqꝫ non audies:ſed nec rudentes itidem
aſellos:nec grunientes ſues:nec ululantes lupos:
nec latrantes canes:nec ſeuientes urſos:nec rugi-
entes audies leones:nec gementes pueros:nec al
tercantes aniculas:nec poſtremo his omnibꝰ gra-
uiores vndiqꝫ perſonātes ſtultorum riſus ineptiſ
ſimos ⁊ incōditos fletus ⁊ confuſas uoces:quo
nullus uſq̃ʒ ſonus inamenior.¶Do. Auditu ca-
reo.¶Rō.Multiplicibꝰ ereptus es fraudibus.
Nulla re crebrius fallunt̃ homines q̃ʒ uerbis.Ni
hil hinc periculi eſt ſurdo.¶Do.Obtorpuere au-
res mihi.¶Ratio.Periculoſa pars corporis:pre
cipueqꝫ ꝑ̄ncipibus qui per illā adulatoruꝫ flatibꝰ
tumefacti ſepe cuꝫ populoꝝ riſu ſuaqꝫ pernitie cre
puere.¶Do.Auditus hebet.¶Rō.Si cuꝫ alijs
loqui ꝓhibitum eſt:tecū loquere:Ciceroniani me-
mor illius:Qui ſecum loqui pōt:ſermonem alteri
us nō regret:q̃ʒuis ⁊ colloqui ſurdo quoqꝫ ꝑmiſ-
ſum legēdo ſcilicet ſcribēdoqꝫ:cum antiqͥs nempe
loquit̃ qui legit:⁊ cum poſteris qui ſcribit:ad hec
celeſtis philoſophie libros ⁊ qui legit deum audit
⁊ qui orat alloquit̃.Jn hoc quidem gemino collo
quio nec lingua nec auribus opus eſt:ſed oculis
digitiſqꝫ ac deuoto aīo.Et hic igit̃ ut in multiſ nr̄i
cōſilium Ciceronis amplectimur:ut ſicut cecus
aurium:ſic ſe ſurdos oculoꝝ ſubſidio conſoletur.
Tu ꝓinde ſi audire homines non potes:ſcriptos
ab hominibus libros lege:⁊ legendos ab homi-
nibus libros ſcribe.Celum preterea ac terras ⁊
maria reſpice:horumqꝫ oīum auctorem in ſilētio
cōtēplare.Nil ad hoc ſurditas iſta nocuerit:mul
C tum fortaſſe profuerit.¶Do.Auditus me deſtitu
it.¶Ratio.Quibus tonis aut numeris diapēte
cōſtet aut diapaſon:quibꝰue ꝓportiones alie que
tractant̃ a muſicis noſce uel ſurdus pōt.Et q̃ʒuis

humane uocis fidiumqꝫ uel organi modos auri-
bus nō audiat:ſi tamē cauſaſ animo tenet:delecta
tionem intellectus haud dubie prefert auriuꝫ uo
luptati.Finge aūt ⁊ hos ipſos muſicos nūeros ſur
do ignotos:modo virtutiſ numeri noti ſint:ſeqꝫ in
illis exerceat bene eſt:nil hic quoqꝫ ſurditas no-
cet.Melius enim multo eſt bonum fieri:q̃ʒ doctū
⁊ ſi abūde doctus ac ſapiens ſit qͥſquis abūde bo-
nus eſt:at qui malus idē ⁊ inſipiēs ⁊ indoctꝰ oiuꝫ
licet que ſub celo ſūt eruditiſſimꝰ litterarū.¶Do. D
Auditus elanguit.¶Rō.Bene ꝙ hoc tibi prius
non accidit q̃ʒ fidem que auditu maxime conſtat
acciperes illam habens.Quid quereris:ſeu quid
queris?Si hominum cantus aut uolucrū non per
cipis:cantibꝰ cor intende celeſtibus:iternāqꝫ aurē
deo applica.¶Do.Nō audio.¶Rō.At cogita
⁊ dic tibi:Si non audio:qd ſeu ad me ſeu de me
homines loquant̃:Audiā quid loquatur in me do
minus deus.Jlli enim ſepe bellum:hic loquit̃ pa-
cem ſemper.¶Do.Nil penitus audio.¶Ratio.
Multi ſilentium appetētes:longis peregrinatio-
nibus fatigati ſunt:ut aliqͥbus abditis ⁊ ſemotis
in locis quod cuperent inuenirent:Tu qͦd ab alijs
operoſe queritur:ubi libet tecum habes:diſce iam
bono tuo uti:⁊ trāſacti memor ſtrepitꝰ ueterūqꝫ tu
multuum tandem incipe ſilentio delectari.

¶De tedio vite. Dia.XCVIII.

¶Do.
v Jte me tediū ingēs tenet.¶Rō.Ex ꝑ̄miſ A
ſis ortū malum:quo neſcio an vix aliud pe
riculoſius:quippe moleſtiſſimū per ſe de-
ſperationi quoqꝫ cōtiguuꝫ atqꝫ ad illā via eſt:pro
quo noiatim inſtitutum eſt ueſtris in templis auxi
lium implorare felicium aiarum:que terrenis te-
dijs viculiſqꝫ corporeiſ reſolute celeſtibꝰ ꝑfruunt̃
gaudijs ac ſerenitate mētis eterna.¶Do.Mul-
ta me vndiqꝫ vite tedia circūdāt.¶Rō.Propel-
lenda tedia cogitationibꝰ letis ac ſpe bona ⁊ ami-
corum ſolatio:⁊ libroꝝ ⁊ delectationum honeſta
rum alterna uarietate atqꝫ exercitijs iucundis:⁊
inertie fuga:ſed in primis patiētia rerum ⁊ longa
nimitate inuicta:neqꝫ uel preſentiū odio uel futu-
ri deſiderio nec metu deniqꝫ nec ſpe ulla anticipā
dus vite finis:quod ſtulti quidam ac miſeri fece-
runt:qui dum paupertatem viteqꝫ tedia ac labo
res temporales fugiūt:in eternos incidunt.Sine
Ciceronem noſtrum loqui:mortem Catonis huiꝰ
ultimi ſuis in libris officialibus excuſanteꝫ.Sine
loqui Senecam:⁊ hanc ipſam miris laudibus ce
lebrantem:⁊ multis in locis diſputanteꝫ certis ex
cauſis arceſſendā manu mortē:uerior altera mul-
toqꝫ melior Ciceroniana ſentētia:qua ⁊ tibi ⁊ pijs
oibus retinēdus eſt animus in cuſtodia corporis:
nec niſi iuſſu eiꝰ a quo ille uobis eſt datꝰ ex hoium
vita migranduꝫ:ne ſcilicet aſſignatū munus diffu-
giſſe videamini:quin ⁊ illud e celo tibi etiaꝫ dictū
crede:niſi te deus is cuius eſt templum hoc omne
quod conſpicis iſtis te corporis cuſtodijs libera-
uerit:huc tibi aditꝰ patere nō pōt.Et ad ſūmaꝫ ca-
ue ne aut ullo vnq̃ʒ vite tedio ita mortē cogites:ut
occupare illā tibi licitū putes:aut ullo gaudio ita
nō cogites:ut incautū illa aium iprouiſa deijciat.

¶De grauitate corporis. Dia.XCIX.

¶Do.
Rauis ſum corpore.¶Ratio.Queri poſ
g ſes ſi ut uolueris ad uolatum:nō ut vir ad A
virtutem natꝰ eſſes.¶Do.Graue corpus

⁊ inhabile eſt. ¶ Rō. Hāc querelā roſcio dimitte atqꝫ eſopo: Tu ſi uel per artum circulū flecti: uel per funē aereum labi neqs: quid ad rem: Ito cum viris bonis greſſu ſobrio: geſtus ac ſaltus hiſtrionū ſunt. Sapiētem ut in actibus: utqꝫ in uerbis ſic in inceſſu grauitas decet atqꝫ modeſtia. ¶ Dolor. Graui corpe ſum. ¶ Ratio. Hec grauedo vna comitū ſenectutis eſſe ſolet: ne qui illā amiſerit: hāc excludat: q̄uis interdū non etatis ſed nature comes inueniat: Unde fit ut ⁊ iuuenes graues ⁊ ſeniculos agiles videamus. Ceterum ⁊ ſi graui ſub corpore ſepe animus leuis: ⁊ ſub leui grauis habitet: corporis tamē atqꝫ animi proportio quedā parilitaſqꝫ ſi obuenerit: haud ſpernēda eſt. ¶ Do. Moles corporis ingens eſt. ¶ Rō. Nō minor q̄ tuis inuiſibilis animi moles ⁊ ꝯſtātia: hanc illi obij

B ce: nihil graue erit. ¶ Do. Mole corporea demergor. ¶ Rō. Agilitate mētis emerge: ⁊ illam extenuare ac diſcutere: laborādo ſtude: circūeūdo res multas ⁊ difficiles agēdo exercitio mētis ⁊ corporis exilio uoluptatum: pelle ocia: areſce negocia: ſperne libidines: odi inertiā: curas ama: mollicië abijce: ſectare duriciē: aſperis delectare: cibo: potu: accubitu: ſeſſione: intētione perpetua: ſōno breui ac ſollicito. ¶ Do. Mole corpea laboro. ¶ Rō. Alius ꝯtrario: alius alio laborat. Nullius ſine labore vita agitur: ſed quiſquis ſuū nouit: alienū uel deſpicit uel ignorat. ¶ Do. Multū corporee molis excreuit. ¶ Rō. Si hominis nomē: qđ mortale eſt animal: ab humo ducit: ſic maxime hō eris multa humo obſitus: nō pōt tñ ſic celeſtē naturā terreſtris obruere quin ⁊ aſſurgat: niſi ſe ſurdam virtuti ⁊ male ſuadēti credulā prebeat uoluptati. ¶ Do. Graue corpus animū premit. ¶ Rō. Ipm collige animū ⁊ enormē ſarcinam magno niſu perfer: ac cogita ſepe celeſtia ingenia ex hoc faſce corporee molis erūpere: ⁊ mirā ad altitudinē ꝑuenire. ¶ Do. Corporis onē ꝑgrauor. ¶ Rō. Et ſi vinci nequeat natura: omni tamē ſtudio enitere ut indies ⁊ virib⁹ tuis accedat aliquid ⁊ ſarcine detrahatur.

¶ De grauis ingenij tarditate. Dia.C. ¶ Do.

A T graui duroqꝫ ſum ingenio. ¶ Rō. Grauedo moleſtior: ſed hec quoqꝫ minuitur ſi diligēter intēderis. ¶ Do. At pigro obtuſoqꝫ ſum ingenio. ¶ Rō. Quid tu igit huic morbo indignatione an lamentis ſuccurrendū putas? Lōge alio remedio res eget: nō eſt idulgēdū ſomno: nō libidini: nō cibo: nō vino: nō inanibus fabulis: nō captāde excuſationū cauſe: ⁊ reflexa in naturā culpe inertie ſuccūbendū: ſed vigilādū: cogitandū: ſuſpirandū: anhelandū: enitēdū: aſſurgēdū incitāda vis animi: excutiendus torpor: propellēda ſegnities: abſtinendū uoluptatibus: incūbēdū ſtudijs. Nil tā graue qđ nō leuet: nil tā durū qđ non leniat: nil tā obtuſum qđ nō acuat: nil tam pigrum qđ nō urgeat: nil deniqꝫ tam defoſſum taqꝫ obſtruſum qđ nō eruat: tam ſopitū qđ non excitet intētio. ¶ Do. Ingenio tardo ſū. ¶ Rō. Qui uelocitatē ingenij laudē dicūt: tarditatē dicturos infamiā certe ſcio. Malim tamē ingeniū tardum ac modeſtū: q̄ uelox ⁊ preruptū: Nā ut inde non inſignis glorie nec ſpes operū magnorū: ita hinc erroris grauiū ⁊ turpis ignominie met⁹ eſt: Tolerabili⁹ aūt multo eſt fieri ingloriū q̄ infamē. ¶ Do. Ingenio ſegni ſum. ¶ Rō. Quod eqs ſegnib⁹ fieri ſolet ſtimulos adhibe: nō hinc tibi corporis excuſatio ſed laboris occaſio data eſt. Sunt qui ſtatim qđ nō ultro ꝑuenerit deſerendū putēt: at tu ꝑme inſta contēde. Generoſum animum difficultas erigit: alit labor: Illic maxime nitit: idqꝫ pluris eſtimat ubi reſiſtētie plus inuenerit. Factū ſtudio ingenioſum Socratē legis diſertūqꝫ Demoſthenem ⁊

B q̄ multis idem accidit: Singulare qdē nomē pauci occupant: rarior eſt fama q̄ meritū. ¶ Do. Ingenio hebes ſū. ¶ Rō. Nō tibi profectus: nō ſpes erepta: ſꝫ induſtrie iuenta neceſſitas. Glorioſi⁹ aūt tanto eſt ſtudio prouehi q̄ natura: quanto ſatius ꝓpoſito boni aliqd agere q̄ caſu. ¶ Do. Ingenio tardo prorſus ⁊ inualido ſum. ¶ Rō. Si litteris nō potes ad virtuti ſtude. Nemo nō ad illā ſatis ingenioſus ubi nō acumen querit ſed uolūtas: ad quā quidā litteras nil ꝓdeſſe: alij obeſſe ēt opinati ſunt: Ideoqꝫ deſertis ſtudijs in ſolitudines abiere: ⁊ eximie illis ſcientie loco fuit ignorātia litterarū de quorꝫ iudicio pronūciare difficile eſt. Id de quo ꝯſtat extremū accipe. Nemo te fallat: nec te vulgi ſtupor: nec ſtultorū uoces moueāt: Maius tutiuſqꝫ eſt virtute q̄ litteris clarꝫ fieri. Itaqꝫ ſemper illud optabile: ſepe iſtud formidabile res oſtēdit. Qꝫ ſi ad virtutē animi litterarū lux acceſſerit: tū demū conſumatum quiddā atqꝫ perfectum eſt: ea quidē ſi qua in rebus humanis poteſt eſſe perfectio.

¶ De inopi ⁊ infirma memoria. Dia.CI. ¶ Do.

A S Ed memoria inopi ⁊ infirma ſum. ¶ Rō. Eſt hec alia ſenectutis infamia haud ueri- or q̄ relique: ſꝫ ut uera ſit: huic quoqꝫ ſtudij ope ſubuenias. ¶ Dolor. Memoria labaſcit. ¶ Rō. Adeſto ne corruat ⁊ labentē iugi exercitatione ſuſtenta. Fac quod muro ruinā minātí fieri ſolet: adhibe repagula opportunis locis ⁊ fragilē crebris ac ualidis adminiculis circūualla. ¶ Do. Memoria fluxa eſt. ¶ Rō. Diligētia ⁊ artificio illā ſtringe cunctis ingenij memorieqꝫ defectib⁹ occurrit induſtria. Nil patit induſtria perire: nil minui. Hec eſt que philoſophos ⁊ poetas ſenes virētiſſimo ingenio ac ſtilo: hec eſt q̄ decrepitos oratores uoce ſolida ualidiſqꝫ laterib⁹ ac tenaci memoria ſeruare poteſt. Quod niſi ſic eſſet: nunq̄ Solon: ⁊ quotidie diſcens aliquid ſeneſceret: ⁊ ſupremū agens ſpiritū ad colloquiū aſſidētiū amicorū ex ipſa iam quaſi morte conſurgeret: Nō Chryſippus acutiſſimū illud ac profundiſſimū uolumen ceptū iuuenis in extrema ꝑficeret ſenectute: Non Homerus illa etate diuinū ⁊ celeſte opus excuderet: Nō Simonides octuageſimo vite anno Pieriū in certamen iuuenili feruore animi ſenili autē maturitate deſcenderet: Non quarto ⁊ nonageſimo Iſocrates ardēs illud opus ac mirabile: ⁊ prope cēteſimū Sophocles tragici ſummū ſtili decus ſuam compleret Ediopoden: Nō octogenario maior Cato nulla mutatione uocis aut laterū: nullo memorie lapſu: uel in graui ſeipſū accuſatione defenderet: uel clariſſimos oratores ultro ipſe ad iudicium euocaret. ¶ Dolor. Infida memoria eſt.

B ¶ Rō. Noli ergo illi fidere: ſepe calculum ſecum pone: quicquid credideris confeſtiꝫ exige: ⁊ quod cras facturus fueras nunc facito. Non eſt tuta dilatio: ſic ex malis ſi quid boni potes elice. Fides

ſocij deſidiã parit:diligentiã ꝑfidia. ℂDo. Me-
moria pene nulla ſum. ℂRõ. Ea eſt rerũ cõditio
humanaꝝ:ut q pauciora meminerit minoꝛ illi fle-
tuũ cauſa ſit ubi nec emẽdatio:nec penitẽtia utilis
locũ habet: qd ſupereſt aliud q̃ꝫ obliuionis auxi-
lium?

A ℂDe eloquentie defectu. Dia.CII. ℂDo.
Loquiũ deeſt. ℂRatio. Altero querẽdi
e odij inſtrumẽto cares: nature beneficium
agnoſce:q̃ ut magnũ tibi in ancipites reos
ſic in te nõ paruũ foꝛtune ius eripuit: Multi pro-
pter eloquentiã periere: Si hinc dubitas:utriuſqꝫ
eloquij pꝛincipes interroga: Nam minoꝝ ob hãc
cauſam paſſim pereũtiũ plena ſunt omnia. In qui-
bus idẽ ipſe periculo qui excellẽtie eſt ꝓpioꝛ ac no
tioꝛ fama. Sunt quib⁹ obſcurũ nomẽ ꝓpugnacu-
lũ eſt ſalutis. Finge aũt abeſſe periculũ deſertis:
nunq̃ꝫ abeſt laboꝛ. Nihil eſt in reb⁹ tam inane:pꝛo
quo tanti labores tanteqꝫ vigilie ultro ſuſcipiant̃
flatus uolatilis ſic exercet aium ſolida quaſi v̇tus
in v̇bis ſit. ℂDo. Eloquẽtie nihil eſt mihi. ℂRõ.
Foꝛtaſſe multũ ſecuritatis:qḋ nõ eſſet ſi eloquen-
tie multũ eſſet multoꝛũ quoqꝫ in quib⁹ ⁊ tuta foꝛſi
tan ut vita:ſic ⁊ tutioꝛ fama erit. ℂDo. Nihil eſt
eloquẽtie. ℂRõ. Cura ut ſapientie ſit aliqd:ut in
nocẽtie:ut virtutis. Illa enim paucorum:hec ſunt
oium. Non te inſignis poetarũ:nõ te maioꝛ orato
rũ raritas trahat: Immo v̇o vide ut ſubito dictuꝫ
mutẽ ſi te raritas allicit hoc age:hac ad illam itur
via. Indignũ quidẽ ut nihil melius:ſic nil iã rari⁹
virtute. Eloquentia ipſa quã paucorũ dixi: multo
eſt crebꝛioꝛ q̃ꝫ virt⁹:adeo:ꝙ oẽs poſſũt:oẽs negli-
gũt:quos pauci poſſunt oẽs appetunt:oẽs experi
B untur. ℂDo. Uerborũ inops ſuꝫ. ℂRõ. Rebus
intẽde animũ: In uerbis enim flatus ⁊ laboꝛ ⁊ elo
quiũ:i rebus quies:virtus ac felicitas. ℂDo. Lo
qui neſcio. ℂRõ. Multi que minus ſciũt magis
agere geſtiunt. Equitandi inſcium equo impone:
vix illũ inde diuulſeris: Te loquẽdi ignarũ ſaltem
pudoꝛ ad tacẽdũ cogat: ⁊ ſi loqui neſcis quod alij
audiãt:diſce loquẽtes alios audire. Non eſt min⁹
artificiũ tacere q̃ꝫ loqui cũ ſit tutius atqꝫ facilius.
ℂDo. Nõ poſſuꝫ expꝛimere qḋ in coꝛde ẽ. ℂRõ
Si intellectu polles magniſqꝫ ⁊ altis qui in aio
ſunt ſenſibus:iucũda uox ⁊ uolubilis lingua non
ſuppetit:quieſce. Noli qḋ infeliciter ſuccedit retẽ
tare. Quid ergo? Bono tuo nõ tantum equanimi
ter ſed lete utere:alienũ linque alijs neu linguam
ſtilũqꝫ ſuperuacuo atteras. Sine inq̃ꝫ loqui alios
tu intellige:cũ ſecretioꝛ:cũ maioꝛ ex ingenio uolu-
ptas q̃ꝫ ex eloquio percipit̃ magiſqꝫ ꝯtinua ⁊ plus
quietis ⁊ inuidie minus habẽs. ℂDo. Corã mul
tis loqui pudoꝛ impedit. ℂRõ. Magnis hoc vi-
ris accidiſſe notũ eſt frontis imbecillitate non vi-
tio lingue uel ingenij: Quod ſi cũ multis refugis:
at cum paucis ⁊ cũ vno loquere:ut clariores fate
ar cõciones dulciora eloquia non negabis: Si ne
id ipſum potes:ad te redi:tecũ loquere:qḋ iam ſu
pꝛa monui tuumqꝫ domeſticũ collocutor ẽ excita:
Semꝑ ille quidẽ ꝑ̃ſto eſt:nõ inſidiatur: nõ irridet
nõ inuidet:non faſtidit:non exactam atqꝫ laborio
ſam querit eloquẽtia:ꝯfabulationibus gaudet fa-
miliarib⁹ interruptiſqꝫ ſermũculis. quin ⁊ multa ſe
pe loquenti ſilẽtio acquieſcit. Diſce tu illo teſte cõ
tentus eſſe:qui nõ qualiter ſed quid dicas: ſeu po
tius quid dicere uelis attẽdit. Diſce tibi theatrum
honeſtiſſimũ medio pectoris extruere. Diſce non
hominũ ſed ueritatis applauſũ optare: ⁊ aliqñ ſi-
ne ſtrepitu gaudere:contemnatqꝫ modeſtia quam
perfecta nõnunq̃ꝫ extinguit eloquentia. Diſce de-
niqꝫ nõ ad põpã viuere:nõ ad põpã loqui:quo vix
maius malũ vita hoium habet. ℂDo. Bleſi oris
ſum. ℂRõ. Fles ne aliquid tibi cõe cũ Moyſe ta
li viro ⁊ tã dei amico? Atqui ſeu antiqua repetis
ſeu moderna circũſpicis:ut multi occurrẽt bleſi vi
ri optimi:multiqꝫ diſertiſſimi ſcelerati: ſic perrari
quibus utrũqꝫ contigerit ſingularis eloquentia ⁊
excellens virtus.

ℂDe amiſſione lingue ⁊ loquele. Dia.CIII. ℂDo.
Uid ꝙ linguaꝫ ac loquelaꝫ ꝑdidi. ℂRõ.
q Quid ſi ſecuritatẽ ⁊ requiẽ inueniſti? Q̃ꝫ A
multos manu innoxios lingua peſſunde-
dit? Eſt uoluptas ſtulta quidẽ ſed cõmunis uolen
tiũ videri feciſſe que hec faciunt:nec ꝑ̃nt. Mentit⁹
eſt qui iſraeliticũ regẽ filiumqꝫ eius occidiſſe ſe di
xit: ⁊ facti innocens mendacij penam luit ut peri-
culum ceſſet: Quantus eſt laboꝛ:loqui: reſpõde-
re:fabulari:fingere:comere uerba: ſentẽtias libꝛa
re cogitare quid ⁊ qualiter dicas:quanqꝫ ſuauiter
aerẽ v̇beres: Ita enim uocem ipſam diffiniũt: qua
liter quoqꝫ non linguam modo ſed reliquum coꝛ-
pus moueas: Nã ⁊ huc ſe poꝛrigit ꝑs vna rhetori
ce q̇liter meditabũdus humi frontẽ defigas:quaꝫ
quoꝛſũ ue manũ poꝛrigas:quo terrã ferias pede:
an nõ ſatis hec operoſa ꝯcinitas ⁊ ꝑ̃cepta pene mu
ſicis opera ut dulciter ſones angi:an non uere loq
laboꝛ ⁊ ſilentiũ quies? ℂDo. Nullatenus loqui
poſſuꝫ. ℂRatio. Que deficiẽte eloquẽtia dicebã
multa dignius perdita repetũtur lingua. Qñ igit̃
loqui nequis tace: ⁊ quod neceſſitas iubet uolẽs
facito. Quod ipſi qui loqui poſſunt ſepe utili⁹ face
rent:ſepe dolẽt nõ feciſſe. Tace inq̃ꝫ neu te dãnum
pati putes:tacens cogita ⁊ quieſcens tecuꝫ loque
re:que meliora eſſe q̃ꝫ perorare ne diſerti quidem
negent. ℂDoloꝛ. Mutus factus ſum. ℂRõ. Si B
muti fuiſſent Cicero ⁊ Demoſthenes diutius vi-
xiſſent ⁊ leuius obijſſent. ℂDoloꝛ. Lingue uſum
omnem perdidi. ℂRatio. Et mentiendi conſuetu
dinem ⁊ fallendi artes ⁊ inimicitiarum queren-
deqꝫ infamie inſtrumentum: Plures enim lingua
ſunt q̃ꝫ factis infames. Nulla pars coꝛporis ad
nocendũ pꝛomptioꝛ:ad frenanduꝫ difficilioꝛ. Me
rito ergo quaſi magnum aliquid ac rarum pꝛotu-
lit ille qui dixit: Cuſtodiam vias meas ne delin-
quã in lingua mea. Quod cũ ſanctus qdã vir qui
ad diſcendũ ſacras litteras acceſſerat:audiuiſſet:
abijſſe dicitur:nec amplius audire uoluiſſe. Cũqꝫ
poſt longum tempus pꝛeceptoꝛ ſuus illum admi-
rans ſciſcitaretur quid tam diu abſens ceptũ op⁹
omiſiſſet: reſpondiſſe dicitur: ꝙ pꝛimum illud ei
uerbum ſat ſuperqꝫ negocij attuliſſet: nec dum il-
lud vnũ oi ſtudio poſſet implere. Hãc tibi cuſtodi
am ⁊ hoc frenum ſeu a natura quidem ſeu a foꝛ-
tuna oblatum ne contempſeris libenſqꝫ te regen-
dum pꝛebe: ne ue contra tuam ſoꝛtem calcitres.
ℂDo. Linguam amiſi. ℂRatio. Nunc maxime C
quod ſapiens iubet:omni cuſtodia ſerua coꝛ tuum
e duabus cuſtodijs ad vnam redactus: ⁊ dimi-
dia laboris parte liberatus facilius pauca cuſto-
dies ⁊ precioſa vigilantius. ℂDoloꝛ. Linguam

perdidi.¶ Ratio.Jn quibuſdam paucis nobile ⁊
argutum membꝛum:in magna autem parte homi
num nocens atqꝫ peſtiferum: ⁊ quo multis caruiſ
ſe ſit melius.Sic non ſolum in ſeruo uerum cerni-
tur:quod Satyricus ait :Lingua mali pars peſſi-
ma ſerui:ſed in pleriſqꝫ etiam liberis quibus nihil
peius dedit natura q̃ꝫ linguã.Bella:doli : adulte-
ria:coꝛrupteleqꝫ oẽs pene ceſſarent:niſi lingua ma
D lum ſemen ⁊ ſpargeret ⁊ foueret.¶ Do. Linguã
perdidi.¶ Rõ.Si malã:lucratus es plurimum.
Magne enim diuitie ſunt: eſſe inopem malorum.
Hec qui nõ habet diues naſcitur:at qui perdit di
ues fit: ⁊ nouo auctus cenſu perdendo inuenit qȯ
inueniendo perdiderat.Qꝫ ſi bonam perdidiſti:di
co iterum:Coꝛ conſerua:amiſiſti quidem quo pla-
ceres hominibus : ſerua quo placeas deo : Cui ſi
lingua non potes:coꝛde loquere.Si enim de ma-
lis ſcriptum eſt:Labia doloſa in coꝛde ⁊ coꝛde lo-
cuti ſunt:Cur non piorum in coꝛde pia labia eſſe ⁊
ipſi coꝛde etiam loqui poſſunt ubi ſint aures dei ?
Uerumqꝫ ſit quod alibi ſcribit idem : Non eſt oc-
cultatum os meum a te quod feciſti in occulto.
Nulla enim ſecretiſſimarum quoqꝫ cogitationum
abſcondita eſt deo:nec tacitos minus q̃ꝫ clamãteſ
audit:Jmmo non eſt apud illum clamoꝛ altioꝛ ue-
hemẽtioꝛqꝫ q̃ꝫ coꝛdis clamoꝛ:ille ſilentio delecta-
tur.Hunc clamorem compꝛeſſis labijs pꝛomebat
ille gregis pꝛimũ:poſtmodum populi paſtoꝛ famo
ſiſſimus:qui audire meruit uocem dei dicentis ſi-
bi:Quid clamas ad me ? Non loquebatur ⁊ cla-
mabat:immo quidem loquebatur:ſed coꝛde. Si-
cut autem qui deum audit ſurdus non eſt:ſic queꝫ
deus audit non eſt mutus.

¶ De virtutis inopia. Dia.CIIII. ¶ Do.

A Lvirtutis inops ſum.¶ Rõ. Uerũ dãnũ
a iuſtus doloꝛ:niſi ꝙ alie omnes inopie na-
turales aut foꝛtuite ac violente eſſe poſſũt
hec vna pꝛoculdubio uoluntaria eſt.Cetere nanqꝫ
uel in coꝛpore:uel in ingenio memoriaqꝫ : uel elo-
quio:ſeu externis in rebus ſunt : que quidem om-
nia:non qualia exoptantur obueniunt : ſed qualia
cuiuſqꝫ ſoꝛs tulerit:hec vna aũt in uoluntate conſi
ſtit quam pꝛo arbitrio ſibi quiſqꝫ moderatur atqꝫ
efficit.Neqꝫ ṽo alia poteſt eſſe homini bona uolũ
tas niſi quam vult is cuius illa eſt: qua ⁊ hoc ipm
vult ⁊ quecunqꝫ vult alia:Alioquin ſi ut viriuꝫ ut
qꝫ ingenij ſiue eloquij ſiue opum defectus inuito
accidit ſic accideret uoluntatis:nec pꝛemio digna
virtus nec ſupplicio digna eſſet iniquitas : Nunc
autem non uoluntas uobis hec aut illa:ſed huius
atqꝫ illius electio ac libertas naſcentibus data eſt
que in bonum flexa bonos facit:in aduerſum ma-
los uti licet hac ut libet: ⁊ ſi ut libet bene uti libe-
at:haud dubie dei donum:ut male autem peruer
ſitas ſit uolentis:illud penitus non licet: ut non ⁊
uoluntas bona virtutis ⁊ mala vitij radix ſit:atqꝫ
ita virtutis inopiam non patitur niſi qui vult:quo
niam pꝛima ⁊ maxima pars virtutis eſt uelle.
B ¶ Do.Quid ꝙ virtuteꝫ uolo nec aſſequoꝛ.¶ Ra
tio.Multi ſe id putant uelle quod nolunt:id nolle
quod uolunt:ſic quiſqꝫ ſe fallit:ſeqꝫ boni auidum :
non modo alijs:ſed ſibi etiam perſuadere nititur :
nec cuiq̃ꝫ facilius perſuadet q̃ꝫ delectabilis uera
virtus falſa virtutis opinio ſic delectat ut ⁊ popu-
lum ⁊ amicos fallere ⁊ falli inſup dulce ſit.¶ Do
loꝛ.Scio me uelle nec poſſe ideo bonũ fieri.¶ Ra
tio.Ut ſit ita:uelle non ſufficit:deſiderio opus eſt:
eoqꝫ nõ modico:ſed uehementi.Uos autem ma-
la ueſtra feruentiſſime cupitis : bona vultis tepi-
diſſime:vnde fit ut diuites multi ſint: boni autem
pauciſſimi.Nam quid miri eſt ſi citius ad optatũ
ardens intentio q̃ꝫ uoluntas lẽta pꝛouehit ?¶ Do
loꝛ.Uellem bonus eſſe ſi poſſem. ¶ Ratio. Stu- C
de nam poteris: ⁊ ſi bona fide vis eſſe iam incipe:
ſed ſegnitiem vita.Si enim minima rerum nõ ha
bentur gratis:quid de virtute ſperes:qua nil in re
bus hominum maius eſt nil altius ? Non tu illam
quaſi diuerticulum curarum.ſed ut rectũ atqꝫ vni
cum iter ad felicitatem cogita : Uaca illi ⁊ inſiſte
ſummo niſu totoqꝫ animi pondere:neqꝫ ṽo tempo
ris particulam:ut iucundo quidam exercitio : ſed
ut oꝛdinario vite officio:quod te beatum ⁊ nulliuſ
egentem rei faciet:Uniuerſum tempus: omne ſtu
dium impende:quod rebus ſepe viliſſimis impen
diſti: ⁊ ad memoriam refer illud ſanuꝫ magiſqꝫ ef
ficax q̃ꝫ comptuꝫ uerbum Marci Uarronis ex ſa
tyrarum eius libꝛo:Si quantũ opere ſumpſiſti:in
quit ut tuus piſtoꝛ bonum faceret panẽ:eius duo-
decimam philoſophie dediſſes ipſe bonus iampꝛi
dem eſſes factus:quod ſic accipias uelĩꝫ:nõ ut ter
rene philoſophie que ex frequentatis actibus ha-
bitum ſpondet:cuius quanta ſit pꝛomiſſi fides ex
perti ſciunt:ſed celeſti ſapiẽtie ſoſpitatrici optime:
ſuiſqꝫ cõſilijs atqꝫ auxilijs te virtutis:que ue per
hanc queritur ſalutis debitoreꝫ ſtatuas:ſentiaſqꝫ
pia confeſſione grato animo quodqꝫ eſt ſcriptum:
Nemo poteſt eſſe continẽs niſi deus det: ⁊ hoc ip
ſum erat ſapientie ſcire cuius eſſet hoc donum: ti-
bi nominatim dictum credas atqꝫ ad omnem vir-
tutem intelligas referenduꝫ.¶ Doloꝛ. Ualde qui
dem eſſe cupio nec ſum bonus. ¶ Ratio. An ual-
de cupias res docebit.Jntenſe uoluntatis indiciũ
perſeuerantia eſt.Siue autem gratuitum dei do-
num virtus: ⁊ pꝛofecto eam largitoꝛ ille ſydereus
niſi conſtanter optantibus inſtanterqꝫ pꝛecantibꝰ
vix tribuit: Siue in tanta re ulle ſunt partes inge
nij humani ⁊ cum intẽtione feruida res egeat:tuꝫ
⁊ continua eget ⁊ diuturna:Nã quod ſtudio que
ritur repente non pꝛouenit ſic quocunqꝫ te uerte-
ris perſeueranti opus eſt animo.Omiſſis ergo ne
glectiſqꝫ omnibus hic incumbe : idqꝫ fiet alacrius
ſi memineris ſemperqꝫ deſcriptuꝫ ante oculos ha
bueris:ad hoc vnum atqꝫ ad nihil aliud te ueniſſe
in hanc terrenam habitationem : ⁊ hoc a te vnum
exigi:ut virtutũ gradibus celuꝫ petas:ita ut quic-
quid agis aliud uel ſuperuacuũ uel damnoſuꝫ ſit.

¶ De auaritia. Dial'.CV. ¶ Do.

Uaritie ſtimulis urgeoꝛ. ¶ Ratio. Bene
a ais ſtimulis:Nam ⁊ querendarum opum
cupiditates ſtimuli quidã: ⁊ queſite opes
ſpine ſunt. Jta enim illas uocat qui mentiri neſcit
Pꝛeclare ṽo diuitie que ⁊ querende toꝛqueant ⁊
queſite.At ſi coꝛpuſculum:ſi naturam:ſi vite reſpi
cias bꝛeuitateꝫ videbis te fruſtra ſuperuacuis cu-
ris angi ⁊ paucorum egentem multa deſiderare.
Jnſuperqꝫ dum querendis inhias parta non cer-
nere:atqꝫ ita quodammodo querenda perdere:
quo nihil eſt ſtultius. ¶ Doloꝛ. Multa querendi

urgeoꝛ appetitu. ¶ Ratio. Nec aduertis ꝙ inter
querēdū tempus ⁊ vita cui illa querebantur ela-
bitur. Sic mira perplexitas incidit: dum vita abū
dare videmini diuitijs indigetis: dumqꝫ indigen-
tia illa pꝛeterijt: ſupuenit altera: ⁊ diuitijs abūdā
tes indigetis vita. Nō hoc ignorabat ille Sapiēs
ubi loquitur de eo parſimoniçante qui dicit: Jnue
niam requiem mihi ⁊ manducabo nunc de bonis
meis ſolus: ⁊ neſcit ꝙ tempus pꝛetereat ⁊ relin-
quet omnia alijs ⁊ morietur. Et idem alibi: Qui
aceruat iniuſte: alijs congregat ⁊ in bonis illiꝰ aliꝰ
luxuriabitur. O terribile dictum: ſed cōmune quo
tidieqꝫ ſe oculis ingerens: nec idcirco proficiēs in
animis auarorum. Jdē rurſus: Auaro: inquit: ni-
hil eſt ſceleſtius: ⁊ nihil eſt iniquius q̃ꝫ amare pe-
cunias. Et ut ſcias quoniam vō omnia conſonant
ut ait Ariſtoteles: ecce ut eccleſiaſtico ſapienti con
ſonat ſecularis: Pecunie inquit Cicero fugiēda cu
piditas: Nihil eſt enim tā anguſti animi tanqꝫ par
ui q̃ꝫ amare diuitias.

¶ De inuidia actiue. Dial'. CVI. ¶ Do.

A Nuideo. ¶ Ratio. Superioꝛ affectꝰ ut be
i ne tibi eſſet optabat: hic ut male ſit alijs:
tanto hic illo ⁊ auaritia peioꝛ liuoꝛ. Bene
ergo ſapiēs idē de quo modo dicebā: Nequaꝫ in-
quit eſt oculus liuidi: Jnſatiabilis oculus cupidi.
¶ Do. Jnuidia toꝛqueoꝛ. ¶ Rō. Jnuidia Siculi
nō inuenere tyrāni maius toꝛmentū: Flaccus ait:
Jdqꝫ ad ueſtros tyrānos peſtilēti auſtro impellen
te tranſlatum eſt. ¶ Do. Jnuidia crucioꝛ. ¶ Rō.
Simul ⁊ peccas ⁊ plecteris expedita iuſtitia.
B ¶ Do. Felicitas vicini mihi parit inuidiā. ¶ Rō.
Credo hercle: nemo ueſtruꝫ regi Parthorum aut
Perſarū inuidet: nec illi quidē uobis: fuit qñ viciſ
ſim inuidebatis: quia vicinitateꝫ faciebat imperij
magnitudo. Sed an nō ſatis eſt pꝛopꝛijs malis an
gi que tam multa ſunt: niſi ⁊ aliena bona uos cru-
cient: vndiqꝫ miſeri ⁊ inſani? ¶ Do. Uicinis inui-
deo. ¶ Rō. Tritus mos: inuidia lippa eſt: longin
qua non videt: vicinitas atqꝫ pꝛoſperitas inuidie
ſunt parentes. ¶ Doloꝛ. Jnuideo alienis bonis.
¶ Ratio. Si es inuidus ⁊ puſillanimis ſis opoꝛ
tet: omnibꝰ ex vitijs nullū pigrius inuidia: altos in
animos nō aſcendit: nullū quoqꝫ miſerius: Jtaqꝫ
reliqua omnia bonum aliquod lꝫ falſum pꝛeſup-
ponunt: hec ſolis malis paſcit̃ ⁊ toꝛquet̃ bonis: ⁊
quod alijs optat iam ſibi habet maluꝫ. Alexandri
ergo Macedonis dictū placet: Jnuidos homies
nil eſſe aliud q̃ꝫ toꝛmēta ſeu toꝛtores ſuos ꝓpꝛios
leuis adoleſcentis uerbū graue.

¶ De ira. Dia. CVII. ¶ Do.

Ed iraſcoꝛ. ¶ Ratio. Ego aduerſus opem
A ſ polliceoꝛ non vitijs: nō foꝛtuita enim illa
ſed uoluntaria ſunt ⁊ in ueſtra poteſtate:
quis te igitur cogit iraſci? ¶ Doloꝛ. Jraſcoꝛ offen
ſus. ¶ Rō. Js foꝛtaſſe qui offendiſſe te arguit̃ ſe
offenſum abſqꝫ te queritur: Non tantum eſt offē-
ſarum: quantum inſolentie. ¶ Doloꝛ. Jra eſtuo.
¶ Ratio. Furis ergo: Jra furoꝛ bꝛeuis eſt: inquit
Flaccus: Fit aūt a pleriſqꝫ mala cōſuetudine ⁊ im
patientia longus furoꝛ. Ennius autem iraꝫ initiū
dixit inſanie: cum pleriſqꝫ nimis illam ſequētibus
finis ⁊ inſanie ſit ⁊ vite. Siquidē hec etiam peſtis
ut ſuperioꝛ: ⁊ ſi ſepe alios: ſemper tamē ante alios
poſſeſſorem ſuum toꝛquet ⁊ cruciat: ut mirer vn-
de quibuſdam videri potuerit: huic neſcio qd mel
le dulcius ineſſe: habet foꝛtaſſe ultio dulce aliqd
efferum inhumanuꝫ: ira nihil niſi amarum habet.
¶ Do. Jraſcoꝛ ob iniurias. ¶ Rō. Uix iracūdus
vnq̃ꝫ adeo quiſq̃ꝫ fuit: ut nulla re laceſſitus iraſce-
retur: niſi foꝛte Celius ſenatoꝛ iracundiſſimus ille
moꝛtalium: qui clienti ſuo in omnibus ſibi conſen-
tienti atqꝫ omnia confitenti: iraſcens exclamauit:
Dic aliquid contra ut ſimus duo: Durū caput qua
liter tuliſſet iniurias qui obſequium non ferebat? B
¶ Doloꝛ. Jraſcoꝛ quia offendoꝛ. ¶ Ratio. Hac in
parte vulgo plurimuꝫ erratur: Queruntur cauſe
finguntur offenſe: inqꝫ hiſipſis que uere ſunt cau-
ſe ire modus exciditur. Jn omnibus peccatis uelū
aliquod excuſationis obtenditur: ⁊ eſt excuſatio
ipſa peccatum: Tu quia non tibi: ut deo paret̃ ira-
ſceris: ⁊ tamē deus ipſe quotidie uerbis ac rebus
offenditur nec ſemper iraſcitur: uos omne uerbu-
lum caſu elapſum ad iniuriam capitalem trahitis
impatiens genus. ¶ Doloꝛ. Jraſcoꝛ ſic meritis.
¶ Ratio. Si de te quidem male: ſi de republica:
modo non ira ſed iuſtitia illa ſit optime: Et ad ſum
mam moꝛditus: ut dici ſolet: Ciceronianū illō eſt
tenendum: Jra pꝛocul ut abſit cum qua nihil recte
fieri: nihil conſiderate poteſt. Jure ergo laudatur
Archyte Tarentini dictum: ⁊ Platonis amici ſui
factum: quorum pꝛimus duꝫ ſe ſtudijs debito poſ
ſeſſiones ſuas culpa villici deſtructas aſpiceret: in
eum uerſus. Sumerē inquit ex te deditas penas
niſi tibi iratus eſſem. Alter iratus ſeruo: non im-
puneꝫ dimiſit ut Archytas: ſed amico commiſit ut
ſuppliciū exigeret: ueritꝰ ne ſe ire impetus quo nō
deceret impelleret. Hec horumqꝫ ſimilia frenare
iram debent: ne ſequaces ſuos ut ſolita eſt in infa-
miam clademqꝫ pꝛecipitet.

¶ De Gula. Dia. CVIII. ¶ Do.

Ula uellicoꝛ. ¶ Ratio. Dixi iā his mede- A
g mur que inuitis accidunt: Nam quis ſpō-
te egrotantibus medeatur? ¶ Doloꝛ. Gu
la ſollicitoꝛ. ¶ Ratio. Pꝛopꝛie id quidem: Nulla
res tam vilis tam ſollicitos uos habet: Stupoꝛ ⁊
pudoꝛ eſt cogitare q̊ ſe humanū iclinat igeniū ad
maiora creatum: niſi reſpueret terrarum tractus
celiqꝫ ⁊ maris abdita penetratis: Meditati eſtis
retia ⁊ hamos ⁊ viſcum ⁊ laqueos ⁊ rapaces uo-
lucres imperio parere ⁊ pꝛedari uobis docuiſtis
ad nil aliud niſi ut gule ſatiſfiat: quam non modo
explendo ſed onerando fatigatis: ⁊ anguſtū uen-
trem uaria arte laxatis ac pꝛemitis obſequendo:
cui aliquanto utilioꝛ fames eſſet: utiliſſima vō ſo-
bꝛietas ⁊ fedo illi ac miſero ſacculo ſimulqꝫ ⁊ ſiluis
⁊ nubibus ⁊ fluctibus pacem linquens: Jta ta-
men eunt res: hic eſt moꝛs nobilium ante alios he
ſunt artes que liberales fuerant mechanice euaſe
re: ipſiqꝫ qui bellorum duces ac philoſophi ac re-
ctores urbium ac patres patrie eſſe ſolent: uenato
res atqꝫ aucupes facti ſunt: utqꝫ intelligas nullaꝫ
eſſe reliquam ſpem ſalutis. Nobilitati tribuitur
quod eſt gule: aut ꝓculdubio uanitatis. Hoc ma-

lum nullo meliuſ modo ꝙ generoſa quadam indignatione: ⁊ rei ipſius extimatione contunditur: uel ſenſiꝫ ut Ciceroni placuit: uel repēte: ut Ariſtoteli viſum eſt. Multum confert cogitatio exitus quod cum omnibus vitijſ ſit cōmune: tamen huic pꝛopꝛium atqꝫ luxurie.

De toꝛpore animi. Dia.CIX. Doloꝛ.

A (t)Oꝛpeo in agendis. Ratio. Quis miretur ſi poſt gule ſtudium pꝛegrauatum coꝛpuſculum animi toꝛpoꝛ obrepat? Do. Animi aggrauoꝛ toꝛpore. Rō. Toꝛpoꝛ hic ex imperfecta uoluntate oritur: mox ut bonū uelle ceperis ardoꝛ erit atqꝫ impetus: qui cum ad multa ſit peſſimus eſt optimus ad virtuteꝫ. Doloꝛ. Toꝛpeo ⁊ ad bona opera lentus aſſurgo. Ratio. Eſt toꝛpoꝛ quidam animis obſitus: nec minuſ ardoꝛ quidam generoſa pars aīe: ſed ⁊ hic ardoꝛ accendetur ⁊ ille toꝛpoꝛ excutitur fuga tēporis intellecta: que tanta eſt: ut vix metiri eam q̃uis celer animus poſſit: ⁊ ſpecie virtutis adamata: que talis eſt ut ſi coꝛporeis oculis cerni poſſet: quod vult Plato: mirum ſui amorē paritura eſſet. Hinc te amoꝛ igitur: illinc metus excitet: utraqꝫ res inſomnis: neqꝫ qui amat eniꝫ neqꝫ qui metuit toꝛpere ſolet: ⁊ tamen hocipſum ne toꝛpoꝛ ſopoꝛqꝫ uos noxius pꝛemat: ad diuinas laudes ſurgentes nocte pꝛecamini: non eſt ſomno locus aut inertie: ubi uos hinc moꝛs territat: hic honeſtas allicit. Quis enim inter magna pericula magnaqꝫ pꝛemia conſopit? Ubi ad iſta reſpexeris: redibit vigoꝛ ad animum: fugiet ſomnus ab oculis cogitantis quantū nunc etiam ſuperet imperfecti: quantum tranſierit ocioſi: quod qa non fit: lōgas etates inutiles effluxiſſe conſpicimus ⁊ ſenes attonitos ac ſtupētes dicere: quid hic in tot annis egimus? Comedimus: bibimus: doꝛmiuimus: ſero tandem experrecti ſumus. Cuiꝰ mali pꝛecipua cauſa eſt toꝛpoꝛ iſte quē quereris abigēdus in tempore ſtimulis induſtrie freno pꝛouidentie: ne cunctando ad inglorium finem cum multitudine rapiaris.

De luxuria. Dia.CX. Do.

A (e)Stu quatioꝛ libidinum. Ratio. Atqui libidinem toꝛpoꝛ gignit: gula autem illam parit: Quid miri igitur filiam poſt parentes ſequi? Gulam certe ⁊ luxuriaꝫ communes uobis eſſe cum beluis: maximeqꝫ beſtialem vitaꝫ ueſtram facere ſapientibus viſum eſt: Itaqꝫ cum ſint alia grauiora mala: nullū villius. Do. Libidine rapioꝛ. Ratio. Quonam v̇o niſi ad moꝛtem anime ⁊ coꝛporis ⁊ infamem notam feramqꝫ penitentiam ⁊ foꝛtaſſe inutilē? I nunc igit̃ ⁊ raptantē ſequeꝛe: que te tales raptet ad exitus. Cogita auteꝫ innumerabiliuꝫ caſus miſerabiles ac famoſos: nō modo ſingularium hominum: ſed urbium ⁊ regnorum: qui tibi partim viſu: partim auditu ⁊ maxime lectione debent eſſe notiſſimi: raptāti nequaq̃ꝫ: ut arbitroꝛ: manum dabis. Audi enim qd hinc doctiſſimi viri ſenſerint ac ſcripſerint. Uoluptates ait Cicero blādiſſime domine maiores partes animi a virtute detoꝛquēt. In hoc inquit Seneca noſ complectuntur ut ſtrāgulent: non aliter ergo q̃ꝫ latrunculi viatoribus inſidiantes eoſqꝫ ſeducentes ac perimētes declinande ſunt. In quod ualde pꝛoderit: ſi illud pꝛeclariſſime apud Liuium a Scipione Africano dictum Maſaniſſe dictū ſibi quiſquis hac peſte laborabit accipiat: Uince iquit animum: caue defoꝛmes: Multa bona vno vitio ⁊ tot meritorum gratiam maiore culpa q̃ꝫ cauſa culpe eſt coꝛrūpas. Idqꝫ facilius fiet: ſiquis acriter rei vilitatem obſcenitatem: bꝛeuitatem: finem cogitet at longum dedecus hoꝛeqꝫ fugacis foꝛſitan aut monti vnius illecebꝛas multorum annorum penitentia uel eterno foꝛtaſſe ſupplicio puniendas.

De ſuperbia. Dia.CXI. Do.

(ſ)Uperbia extolloꝛ. Ratio. Quid ſuperbis autem terra ⁊ cinis? Tu ne tantorum malorum faſce obrutus atqꝫ oppꝛeſſus extolleris: qui ſi te omnibus malis explicitus virtutem omnium alis euectus attolleres: hoc vno bona omnia coꝛrupiſſes. Nihil eſt eniꝫ odioſius deo q̃ꝫ ſuperbia: Per hanc eniꝫ ille pulcherrimus creatus raptim coꝛruit per quam tu peccatoꝛ vis aſcendere. Si ſic illi ob id vnum accidit: quid per hoc alijs culpis adiectum tibi euenturum arbitraris malum ſarcinis tuis cumulum ſuperimpoſuiſti. A
Doloꝛ. Superbia uehoꝛ. Ratio. Cur queſo an non te moꝛtalē: an non aſſidue fatiſcentem: an non peccatorem: an non mille caſibus expoſituꝫ: an non moꝛti obnoxium incerte: an non deniqꝫ te miſerum meminiſti: ⁊ non famoſiſſimū illud Homericuꝫ audiuiſti: Nihil miſerius terra nutrit hominē? Scire uelim quid te horum potiſſime ad ſuperbiā cohoꝛtat̃ an fragilitas membꝛorum exercituſqꝫ moꝛborū: an vite bꝛeuitas: an cecitas animi inter ſpes uaniſſimas metuſqꝫ perpetuos fluctuātis: an pꝛeteritorū obliuio: an ignorātia futurorū ac pꝛeſentiū: an hoſtiū inſidie: an moꝛtes amicorū an aduerſitas perſeuerans: an fugitiua pꝛoſperitas? He nō alie uobis ſunt ad ſuperbiaꝫ ſcale: his aſcenditis ad ruinam. At qui cetera hominum pericula: ⁊ ſi iniuſtam aliquam: tamen excuſationem ſuperbia ⁊ inuidia nullam habent. Doloꝛ. Doleo me ſuperbuꝫ. Ratio. De peccato dolere pꝛimus ad ſalutē gradus eſt. Et ſicut ſuperbia eſt extollere ſic humilitas eſt dolere ſeqꝫ ſubmittere: qđ quidē facile factu erit mox ut oculos in teipſuꝫ tota intentione reflexeris: quod cum ita ſit: nolo tibi nec opoꝛtet libꝛorum partes ſcriptas aduerſus peccata congerere hoc ſatis eſt cuncta arbitrij tui eſſe deſitura ilico ut bona fide uolueris: utqꝫ aiunt receptui contineris teqꝫ ad tua ſigna conuerteris: quod ad pꝛeſens malum attinet. Unum illud adiecerim: Superbiam eſſe egritudinem miſeroruꝫ ac ſtultorum: Tales nempe ſunt haud dubie qui ſuperbiunt: Neqꝫ enim aliter ſuperbirent: neqꝫ v̇o ſine cauſa in libꝛo Sapientie ſcriptū eſt: Omnes inſipientes ⁊ infelices ſupꝛa modū anime ſue ſuperbi ſunt. Certe anime ſue ſi ſaperēt modus erat humiliari conditionis imbecillitate cognita. Sic enim eodem libꝛo ſcriptum legis: Rex hodie eſt ⁊ cras morietur. Cum enim moritur homo: hereditabit ſerpentes ⁊ beſtias ⁊ uermes. Initium ſupbie hominis apoſtatare a deo: quoniam ab eo qui fecit illum receſſit: quoniam initium omnis pecca- B

ti ſuperbia eſt. Nota ſunt reliqua: quibus acriter circūſpectis monſtrū eſt ſuꝑbus homūcio.

¶ De Febribus. Dia.CXII. ¶ Do.

A f Ebribus eſtuo. ¶ Ratio. Eſtus hic aut tēpore finiendus aut frigore: utrumuis fecerit bene erit. ¶ Dolor. Febribus urgeor. ¶ Ratio. Omnis hic contra naturaꝫ motus pluſ habet ipetꝰ q̃ꝫ diuturnitatis ⁊ ſepe duoꝝ facit alterū aut corpꝰ expurgat: aut aiaꝫ abſoluit. ¶ Do. Febribꝰ teneor. ¶ Rō. Nō longū teneberis expecta Cito te uel ſanum oportet eſſe uel liberum: utrūqꝫ optimum. ¶ Dolor. Febribus laboro. ¶ Ratio. Jlico requieſces: Natura cuꝫ morte confligit: operire exituꝫ duelli: prope eſt hora uel hinc te morbo uel omnibus exemptura. ¶ Dolor. Febribus ardeo. ¶ Ratio. Minus mali eſt corpus ardere q̃ꝫ animum de quo precedentes tue ſeptem proxime ſunt querele: Quid ſi ardor alteriꝰ ſalubris eſt alteri? Quid ſi hic ardor q̃ꝫuis aſper optabilis eſt? Quantum deniqꝫ boni eſt preſentis vite mala breui guſtu perennis admonere ſupplicij ut infinitas amaritudines declinare ſtudeant qui tam grauiter paucis horis amariuſcula tolerāt: atqꝫ his anguſtijs diſcant illas euadere: quibus nec phiſicuſ nec herba medebitur: nec dies creticus nec mors
B quidem. ¶ Dolor. Febribus uror. ¶ Ratio. Uermiuꝫ cibus excoquitur: Fer te alijs uri: cui totiēs alia uſta ſunt ⁊ de ſupplicio conſilium cape ex quibuſdam malis remedia conflantur: Sepe paruus dolor ac preſens ut uenturis ac grauibus occurreretur admonuit: fitqꝫ vtilis qui moleſtus erat. Felix incēdiuꝫ breue quod eterni refrigerij cauſa eſt. ¶ Dolor. Febribus exerceor. ¶ Rō. Eris iam bone ualitudinis eſtimator idoneiꝰs. Uos eniꝫ homines dei dona niſi amiſſa uel intermiſſa nō noſcitis ingratum genus. ¶ Dolor. Febre uexor importuna. ¶ Ratio. Diu ſimul eſſe nō poteſtis. Nemo diu ardet: aut illa te deſeret: aut tu illam.

¶ De dolore iliaco atqꝫ extaſi. Dia.CXIII. ¶ Do.

A i Liacum patior dolorem. ¶ Ratio. Sperare incipe: quandoquidem quod taꝫ triſtius metuas nil eſt. Sicut autem ad extrema gaudij perueniſſe principiū gaudij ſit oportet. Contrariorum hec lex eſt: Alterum ex alterius fine oritur. ¶ Dolor. Dolore torqueor iliaco. ¶ Ratio. Spes eſt fateor acerba ſolatij: nil acerbius pati poſſe. ¶ Dolor. Jliaco crucior dolore. ¶ Ratio. Qui dolet ac metuit ille miſer eſt: vndiqꝫ tibi pars altera miſerie metus eripitur: Nam quid oro metuat qui ipſam que ab omnibus preqꝫ omnibus metuitur mortem ſperat? ¶ Dolor. Jliaco dolore diſcrutior. ¶ Ratio. Diſce viuens mori quodqꝫ non niſi ſemel fit ſepius experire: facies ſecurius tandem ſemel quod tam ſepe temptaueris nihil enim noui facies: ſimillimus dolor iliacus morti ē niſi ꝙ mors facilior breuiorqꝫ: ut qui hūc fortiter tulit: niſi metus alter interueniat multo illam fortius ſit laturus. ¶ Dolor. Dolore rumpor
B iliaco. ¶ Ratio. Magnitudo ipſa doloris finem ſpondet: Nemo enim diu moritur. ¶ Do. Quid ꝙ dolor extaſim parit? ¶ Ratio. Longos febriū

dolores breui tranſigi ſuſpirio. ¶ Dolor. Aduentare extaſim intelligo. ¶ Ratio. Uix id quideꝫ intelligere eſt: Nam ⁊ repente aduenit ⁊ preſens intellectum viribus ſuis priuat. ¶ Dolor. Linqui animo incipio. ¶ Ratio. O felix qui rem neceſſariam: utqꝫ aiunt duriſſimam ſine ſenſu ſis obituruſ. ¶ Dolor. Sepe extaſiꝫ incurro. ¶ Ratio. Sepe mortuꝰ reuiuiſcis. ¶ Dolor. Sepe extaſiꝫ mortiferam experior. ¶ Ratio. Hanc pluſq̃ꝫ ſemel experiri nequis. Nemo enim plus q̃ꝫ ſemel moritur Quod autem optimum mortis genus eſſet inter doctos ac preclaros viros aliquando queſituꝫ eſt ubi Julius Ceſar interfuit ſummus vir ⁊ imperio ⁊ doctrina: qui ⁊ ipſe tempore extremo: ut de illo ſcriptum eſt repente linqui animo ſolebat: quam queſtionem ille ſic abſoluit: ut repentinum atqꝫ inopinum interitum commodiſſimum diffiniret. Que ſententia ⁊ ſi pietati uereqꝫ religioni fortaſſis aſperior videatur: ſic tamen ⁊ cuilibet ſapienti ⁊ preſertim pio uereqꝫ religioſo viuendū eſt: ut ſibi nil repentinum aut ſubitum eſſe poſſit: ⁊ ſi quid tale incidat animo: celeritas ipſa non noceat ⁊ proſit corpori.

¶ De totius corporis dolore ac languore uario. Dia.CXIII. ¶ Do.

t Oto corpore langueo. ¶ Ratio. Si non languet hoſpes corporis animus bene eſt quicquid tuguriolo ſuo eueniat ſaluuſ erit. A
perit. ¶ Dolor. Toto corpore crucior ingens malum. ¶ Ratio. Stoici vnum in rebus omnibꝰ humanis bonum dicunt virtutem. Et q̃ꝫuis alij aliter: hec uerior tamen viriliorqꝫ ſententia viſa eſt cui cōſequenſ eſt: vnūquodqꝫ qđ huic bono obijcitur malum eſſe vitium: quo fit ut dolor corporis moleſtiſſimus ſit maluꝫ tn̄ utiqꝫ non ſit. ¶ Dolor. Hei mihi miſero ego torqueor: tu diſputas philoſophice fabelle. ¶ Ratio. Jure te miſerum dicis: uel hoc ipſo ꝙ humane vite regulas fabellas uocas. ¶ Dolor. Sonora hec in ſcholis famoſa per libros: ſed nec eculeos nec egrotantium aſcenſura grabatulos dicuntur ſcribunturqꝫ facilius q̃ꝫ probantur. ¶ Ratio. Jmmo vō ⁊ ad dolorē ⁊ ad egritudinem ⁊ ad mortem proſunt: ſed non omnibus quippe que non omnium inſedere pectoribus: ⁊ profecto quibus credita non ſunt ſalubria eē non poſſunt. ¶ Dolor. Heu ego crucior tu diſputas. ¶ Rō. Jſte tuus dolor neceſſario aut lentus erit aut intenſus: atqꝫ ita uel facilem uel breuem patiētiam requirit. ¶ Dolor. Hei mihi ſummo crucior B
dolore. ¶ Ratio. Si ſummus: nempe breuis eſt dolor: parce gemitibus aut fugiet aut fugiat eſt neceſſe: Sit utriuſqꝫ libertas in foribus interim forti animo ferre mortalia ſpecioſum ac virile eſt. ¶ Dolor. Specioſum dictu fateor factu ue poſſibile quidem reor. ¶ Ratio. Nō impoſſibilitas rerum eſt ſed mollicies hominum que virtutis innumeros deſertores fecit: ⁊ faciet dum omne difficile tanq̃ꝫ impoſſibile reſpuitur: virtus perijt cuiꝰ materia difficultas quideꝫ ſed honeſta eſt. ¶ Dolor. Sumus homines non dij ⁊ moribunda corpuſcula vim doloris ferre non ualent. ¶ Ratio. Fragilia corpora humana non negem uſqꝫ adeo qn uſqꝫ ad tolerantiā omnis aduerſi ſat virium habitura

ſint:niſi maior multo eſſet infirmitas animorum.
Illa eſt que viro indignos eiulatus: ⁊ muliebres
atqꝫ humiles uoces elicit. Quid eſt enim oro te:
cur impoſſibile homini cenſeas:quod ſepe olim ⁊
potuiſſe vides hominē ⁊ feciſſe? ¶Do.Heu mihi
rurſus ad hiſtorias uocor ⁊ in medio doloruꝫ eſtu
vix preſentium: vix mei ipſius memor ad memo-
riam protrahor antiquorum. ¶Ratio. An non er
go clarorum recordatio virorum qui ſimilia forti
ter paſſi ſunt magnum affert in omni rerum aſperi
tate ſolatium ⁊ lenimen? ¶Dolor. Sentio ad imi
C tandum rariſſimos hortaris:glorioſa conſilia ſed
alta nimium ſupraqꝫ hominē. ¶Ratio. Quid ſu
pra hominem dicis non deorum tibi ſed hominuꝫ
rationes:hominumqꝫ exēpla pponimus. ¶Do-
lor. Hominum fateor ſed paucorum: eſtqꝫ ultima
⁊ exacta raritas nullitati proxima: Non multum
inter Phenicem ⁊ Chimeram intereſſe dixerim:
Illos ſequor qui Chimeram nihil eſſe uolūt: apō
alios nāqꝫ Sicilie mons eſt. ¶Ratio. Quaſi vō
imitandus tibi proponatur Phenix ⁊ nō acies vi
rorum:que quo rarior: eo dignior cui ſimilis fieri
uelis:quiſquis raros ſequi negliget rarus eſſe vir
non poterit. ¶Dolor. Uideo vnum ex paucis fie-
ri iubes:vnus ex multis ſuꝫ. ¶Ratio. Prope nul
lum te maluerim q̄ꝫ ex multis vnum: Neſcio enim
an non eſſe:an ſtultum eſſe ſit melius: Atqui pluri
morum idem ⁊ ſtultorum e numero ſit oportet.
¶Do. Ego vō nil peius eſſe q̄ꝫ nil eſſe ſcio. ¶Ra-
tio. Neſcis quid mali ſit eſſe aliquid nec eſſe quod
debeas. ¶Dolor. Ita hoc dicis: quaſi quod vni
forte accidit:debitum ſit omnibus:idqꝫ ad omnes
trahi uelis. ¶Ratio. Male ais forte: virtus eniꝫ
non fortuita ſed deliberatiua prorſus ⁊ electiua eſt
non caſu equideꝫ querenda ſed ſtudio. Neqꝫ ego
quod vni caſus dedit ad cunctos:ſed quod virtus
multis tribuit ad vnum traho:ad omnes tractura
D libentius ſed in vno etiam defatigor. ¶Dolor. At
non omnia poſſumus omnes. ¶Ratio. Non po-
eticum modo ſed paſtorium eſt uerbum: Scio:
ſed te poſſe aliquid quod non omnes poſſint imo
iam potes uelle cupio. ¶Dolor. Quid heu miſe-
rum inquietas: nonne ſatis igitur torquet dolor?
¶Ratio. Quietem potius afferre ⁊ hunc tibi tor
torem auferre meditor:quod niſi tu qui potes ma
num dederis:ſola non poſſuꝫ. ¶Dolor. Pape: qd
hoc eſt quod me poſſe ais:an poſſum dolorem nō
ſentire quem ſentio:aut malum negare quod peſſi
mum experior? ¶Ratio. Primum non requiro:
obſtat enim natura:alterum ne impetrem:non na-
tura:non ueritas:error ſolus obſtiterit. ¶Dolor.
Proh ſuperi:quorſum hec inania que philoſophi
ca dicitis ſcio plane dolorem non eſſe animi vitiū
ſed corporis. Scio dolorem aliud eſſe q̄ꝫ pfidiam
dolere aliud q̄ꝫ furari: hec me ut noua ne doceas
ſatis magnum: ⁊ ſi nil aliud addideris: per ſe do-
lor malum:cuius ego non noſcendi conſilio ſed fe-
rendi ſeu ꝙ malim depellendi egeo:noui enim no
ſcemqꝫ utinam minus quid eſt dolor. ¶Rō. Et
ego dolorem rem acerbam ſcio:immitem horridā
amaram:triſtem:nature aduerſam:ſenſibus odio
ſam:ſed que virtutis ope non dico dulceſcere: qđ
epicurus dixit:ſecum ipſe diſſentiēs:ſed leniri frā
giqꝫ:forſqꝫ etiā ſi uera aium virtus armauerit aut
ſentiri partius aut quodāmodo nec ſentiri quideꝫ E
poſſit. ¶Dolor. Armatus an inermis ego doloreꝫ
ualde ſentio ⁊ malum grande profiteor. ¶Ratio
Profeſſionem aliam ex te optabam. ¶Dolor. Si
rurſus ad ſpecioſa retrahimur:delectāt aures uer
ba magnifica:ſed uera animum:quid ſi dolor eniꝫ
corporis animi patiētia maior ſit? ¶Ratio. Quid
ſi nulle corpis uel illecebre uel moleſtie:nulli an-
gores ſtantis atqꝫ obſtantis animi viribus pares
ſunt? Quid ſi in omni luctamine modo non uolēs
terga dederit:ſed toto niſu ac bona fide reſiſterit:
ſemper animus ſuperior fuit:ſemper abijt victor?
¶Dolor. Quid vō ſi doloris intolerantiam mor-
bi feditas grauat ⁊ faſtidium ⁊ pudor. Quid ſi le
pra putre corpus ac miſeruꝫ inuaſit? Quid hic mi
hi ſermo tuus iſte contulerit? ¶Ratio. Multum
ſane ni reſpuis oſtendet tibi te qui cuncta reſpici-
ens:te non vides:iubebit meminiſſe terreū ⁊ mor-
tale corpuſculum tibi eſſe non aereuꝫ neqꝫ eternū:
nec mirari quidem oportere nec indignari ſi putre
do in terram ſuam: ſi in ſedem fluxerit eſſe homi-
nis:mentem ⁊ ſuprema eius ni rebellent ad felici
tatem perpetuitatemqꝫ diſpoſitam: eiuſdem par-
tes infimas ⁊ morti obnoxias ⁊ omnis miſerie ca
paces: Seu lepra igitur ſeu epilentia: ſeu qd his
turpius aut triſtius inciderit: cogitandū tibi acri-
ter in miſeriarum uaſculum deſcendiſſe:quod ſuū
erat deſtinatumqꝫ illi figulo ab eterno:contra quē
lutea uaſa ne murmurent admonentur: ꝙ illud in
honorem:hoc in contumeliam: uerum cuncta fra-
gilia finxerit atqꝫ mortalia. ¶Dolor. Ergo ego:te F
conſule ſine murmure ⁊ gemitu lepram feram.
¶Ratio. Plane me cōſule atqꝫ auctore:cui ſi oſtē
deris murmur aut gemitum utilē tibi leuamenqꝫ
aliquod mali eſſe uerſis ultro conſilijs utrūqꝫ per
miſerim ſeu iuſſerim: Qꝫ ſi indignatio ⁊ querele nil
aliud q̄ꝫ acceſſio mali ſunt: quid morbo corporis
addere animi morbum iuuat teqꝫ miſeriorem flen
do facere ⁊ illum tibi forſan infeſtiorem qui labo-
res hominum ex alto videt:patientiamqꝫ conſide
rat:quam aut remedio cōpenſet aut p̄mio? An vō
aduerſus oēs corporeas peſtes:ſꝫ quoniā nomina
tim vnam defles parum ſolatij:contra hanc ipſam
eſt noſſe lepram ſuperficiei vitium uel coloris eſſe
non ualitudinis aut integritatis ſenſuuꝫ atqꝫ mem
brorum:ut Auguſtino viſuꝫ ſcimus:nec phiſici cō
tradicunt:ſed ut cutem penetret artuſqꝫ dilacerās
in precordia ima deſcendat:quod feciſſe legit Plo
tino ingenti platonico. In animam certe deſcēde-
re niſi ipſa conſenſerit non poteſt qua incolumi nō
pluris extrinſecus corporis ſui habitus apud illā
erit q̄ꝫ bene ualentem apud hoſpitē q̄ꝫ hoſpitij for
te paries extimus uentis ac imbribus ſcaber ſit.
Quid ꝙ lepra poſſeſſorem ſuum vulgo eripit con
ſortioqꝫ hominum ſepe eorum quos ut fugeres re
cuſandum nihil nulliuſqꝫ non auxilium imploran
dum erat ut ad calculū res redeat:multis illa cor-
pus tedijs implicans:multis animum explicuit.
¶Dolor. Heu quid credam rerum peſſima laudā
ti. ¶Ratio. Rerum peſſima non corporis ſed ani G
mi vitia morbiqꝫ ſūt:nec idcirco ego leprā ſꝫ equa
nimitatem ⁊ patientiam laudo: nec indignanter
nimiumqꝫ flebiliter ferre ſuadeo humanarū tuaꝫ
propriam rerum ſortem:cum ſummo tibi p̄ſertim

imperatore ac philoſopho Conſtantino ſcilicet ac
Plotino de quo modo diximus communem: Po
ſtremo ante oculos habere celi dominum non le
pram odiſſe ſed vitium: Eumq; ipſum angelorum
iudicem atq; hominum: de quo ſcriptum eſt: Ne-
q; habitabit iuxta te malignus neq; permanebūt
iniuſti ante oculos tuos: non tamen leproſos hor-
ruiſſe ſeu fugiſſe: ſed illorum domos adijſſe atq;
conuiuijs interfuiſſe. ¶ Dolor. Tu me uerbis ſu-
peras dolor rebus: ego autē non philoſophorū nu
gis hac in re ſed ſenſibꝰ meis credo illi mihi qd re
nuncient ſcio. ¶ Ratio. Primum quidem philoſo
phorum aliquot ut uere ais: nugis quas nec excu
ſare poſſum nec negare: philoſophie totius graui-
tas non perit: que in eo quod nūc agitur: ut in mul
tis laboranti anime vna in terris tuta ꝓculdubio
arx eſt: Deide nihil abſurdius inter mihi amicos
q̄ ſenſuum fallaci iudicio uerum queri: ingenio ac
ſtudio ueritas eſt querenda non ſenſibus. ¶ Do-
H lor. Heu quid me crucias ⁊ dolori meo addis te-
dium: proferas remediū: iam nūq̄ tu: nūq̄ phi
loſophia tecum faciet: ut non ſentiam quod ſentio.
¶ Ratio. Mos gerendus delicato ac faſtidienti
egro permittendumq; aliquid interdū: quod per
ſe nociuum ſed utentis deſiderio fit utile. Itaq; fa
cile patiar: ut ſi languor: ſi ſupplicium: ſi offenſio
afflictioq; corporis mala ſunt: que incōmoda ſtoi
cis dici videntur honeſtius ipſe quoq; dolor hinc
oriens dici videriq; malum: ⁊ ſi ita vis ingēs poſ
ſit: ſed virtute ſuperabile: Utq; iā litigio uerbi ce-
dam: amicus noſter Cicero nos reducet in gratiā.
Non enim dolorē inquit: dolorem eſſe nego: Cur
enim fortitudo deſideraretur? ſed eū opprimi di-
co patiētia: ſi modo eſt aliquid patiētia: ſi nihil eſt:
quid exornamur philoſophia: aut quid eius nomi
ne glorioſi ſumus? Hec Cicero. Multa ibi prete-
rea diuine contra hoc ſeu incommodum ſeu malū
in Tuſculano ſuo: ſcilicet ſecunda luce diſſeruit qn
q; dierum diſputationes pari librorū numero cō-
plexus: quem ſignaſſe tibi locum uolui: ualet enim
miris modis ad id quo nunc eges: maxime patien
tiam roburq; animi: quo eneruato atq; amiſſo: fal
ſe vulgi ſubeunt, ſententie: ⁊ indigni viro gemitus
I erumpunt. ¶ Dolor. Nunc languori meo ꝓpius
adhibes manum docens ubi illa reperiam que in
hoc ſtatu ſtoicorum opinionibus inhumanis ac ſa
xeis potiora ⁊ mihi opportuniora cōfido: q̄uis ⁊
confidendo diffidam: quia dū remedij auidus ſe
pe locum illum repeto ad tolerantiā doloris: nū
q̄ mihi per me: nūq̄ uel Ciceronis ipſius uel cu
iuſq̄ ope virium ſatis inueni. ¶ Ratio. Ego hanc
diffidentiam non reprehendo ſed laudo: nemo ſi-
bi multum fidat: inq; omni difficultate nō ab ho-
mine ſed a deo ſperet auxiliū: At non ita ut arma
tos uēturos ſibi de celo deos credat malis forſan
interdum: nūq̄ certe diuinitas inertibus fauit:
ut ſubſidio dignus ſis: quod in te eſt facito: excitā
dus attollendus ⁊ armandus eſt animus: cōtraq;
K ſuos hoſtes in aciem educendus. ¶ Dolor. Reli-
qua: niſi fallor: intelligo: vnum quero: quenā ſunt
hec arma animi que memoras? ¶ Ratio. Bn̄ ha-
bet: Jam cōcipio ſpem ſalutis tue. Inter aſperita-
tes enim rerum flere muliebre eſt: conſultare autē
niti: obſtare implorare conſilium atq; auxilium id

virile eſt ad vincendum efficax. Arma quidem ani
mi ⁊ bellandi artes pro diuerſitate hoſtiū multe
⁊ uarie ſunt. Nec ullū philoſophie munus utilius
aut ſanctius q̄ de his agere: que ut reor: aliquan
to magis ad nos pertinēt: q̄ noſſe quid agāt aſtra
quid naturam Juppiter intuens promittat: quid
Saturno iunctus Mars minetur: quos Mercu-
rius interpres uagus a patre fratreq; mores capi
at: quos ab obuijs qbuſq;: vnde iber ⁊ eſtꝰ: vnde
tremor terris: qua vi maria alta tumeſcant: ⁊ non
noſſe vnde eſtus ac tumor tremorq; ac debilitas
animorum: quibuſue remedijs temperetur eſtus:
compeſcatur tumor: tremor ac debilitas roboren
tur ac firmentur: Quo in ſtudio ⁊ ſi Socratē lu-
dat Ariſtoteles: idem tamen mutato fortaſſe ani-
mo huic rei non mediocrem operā dedit: ſed hec
paſſim in philoſophorum uoluminibus ſparſa ſūt
que ignaris ingerere operoſum nimis neq; compē
dij huius eſt: Scienti vero ſuperuacuum: cui non
doceri expediat ſed moneri. ¶ Dolor. Scio ita eē L
neq; de omnibus querebā: ſed hoc vnum que tu
mihi contra hunc hoſtem cui nunc congredior do
lorem arma monſtrares. ¶ Ratio. Ad id tibi nec
melius poſſum nec breuius reſpondere q̄ Cice-
ro. Querit einm ut tu: ⁊ que ſunt inqt iſta arma?
reſpondetq; ilico: cōtentio: cōfirmatio: ſermoq; in
timus. ¶ Dolor. Ediſſere oro ſingula: Legi qui-
dem hoc ſepe olim tamen uereor ne mihi accidat
quod multis ſolet: qui apud ſe legentes intellige
re ſibi omnia videntur: apud alios locuturi tum de
mū nihil intellexiſſe ſe intelligunt. Dic ſi libet que
nam iſta contentio eſt? ¶ Ratio. Satis id quidem
ſi parum ultra progrediare in ipſiꝰ Ciceronis uer-
bis apparet: Sed ne quid me fruſtra popoſceris
dicam idē aliter. Multa ſunt animis corporibus
q; ſimilia: ⁊ ut nullum tantum corporis robur: ſic
nullus animi tantus eſt vigor qui nō improuiſo ⁊
graui faſce curueſcat: Fac prouideant: erigentur:
ne utrunq; ſua moles opprimat ſed deprehendat
intentum: ſepe ad ſubitum magni hoſtis occurſū
vir fortiſſimus licet expauit: da ſpatium colligēdi
ſeſe inq; iuſtans diſcrimen animū intendendi: ue
nientem hoſtem ſecurus excipiet viſis ceſtibꝰ pu-
gnaturi athlete brachia viſo onē ſubituri illuc cer-
uix intenditur: ⁊ illa pugnam firmius obeunt: ⁊
hoc pondus intenta fert leuius cui negligēs ac re-
miſſa ſuccumberet. Ad hunc igitur modū inſigni
difficultate conſpecta animus contra illam intēdē
dus eſt quod ſi ad plenum fiat terribilium omniū
victor euadet: Alioquin incredibile dictu eſt: lentꝰ
atq; imparatus animus q̄ prauis ſepe deijcitur:
Hec eſt illa animi Ciceroniana contētio: ſeu ſic di-
ci mauis intentio: que (ad hoc eni duobus his uo
cabulis ſenſus idem) ⁊ origo: que ut vides apud
illum in promiſcuo uſu ſunt: deq; vnius uerbi fon-
te deſcendunt. ¶ Dolor. Uideo teq; libens audio M
ſed quid eſt confirmatio? ¶ Ratio. Dicam: eſt in
ipſis quoq; fortiſſimis animis neſcio quid admix
tum diffidentie ⁊ ueris imbutos falſa circumſo-
nant: tantumq; coit errorum popularium ad arcē
mentis expugnandam caterua ut iudiciū tenere
difficile ſit. Subit interdum torpor quidam: ſubit
dubitatio: an uera ſint que a doctiſſimis atq; ſan-
ctiſſimis viris de virtute patientie: de honeſti ſpe-

cie de ſplendore glorie dici ſolent:an id uerius qđ
ab alijs diſputatum vulgus probat uacuitatē do-
loris optimam: peſſimum dolorem uoluptatē bo-
ni finem: ⁊ ille quidem paucorum:he ferme oīum
uoces ſunt:quaruꝫ ſepe tantus eſt ſonitus ut pau-
ce ille uoces adhortantium audiri nequeant: ⁊ cu
ſtodes arcis exterriti omiſſa defenſione fugam co
gitent: In hoc ſtatu dubium nutantemqꝫ preſidijs
firmare animum oportet:ne de ſententia excidat:
ut olim Dionyſius Heracleontes:qui cum Zeno-
nis preceptoris ſui de dolore ſententiaꝫ dolore vi
ctus abijceret:a Cleante condiſcipulo irrideri me
ruerit: Non inquam excidat ſed reſiſtat inqꝫ arre-
pto ueſtigio pedem figat: intelligens quid in rebꝰ
uerum:quid vmbratile:neqꝫ laruas horreat:neqꝫ
clamoribꝰ moueat̄:certꝰ dolore nihil niſi ignauiaꝫ
v̄tute aūt ⁊ ignauiā ⁊ dolorē ⁊ mortē ⁊ dura oīa vi
ci poſſe: Inqꝫ hac ſentētia fixus ⁊ immobilis perſe
ueret:promptus pro virtute pati fortiter: qđ mul-
tis cogitare terribile eſt: quodqꝫ nunq̄ꝫ ab homine
fieri poſſet:qui non ſuper auri atqꝫ gemmarū ſpe-
ciem:ſuper muliebrem formam ⁊ ſuper omne con
cupiſcibile virtutis pulchritudinē adamaſſet: Hac
confirmatione animi ⁊ falſe opiniones ⁊ uani me
tus infirmantur ⁊ acies doloris obtundit̄. Fitqꝫ
quod Cicero idem vult:ut ſicut in prelio pauidus
miles abiectiſqꝫ armis viſo hoſte diffugiens ſepe
ipſe ſibi periculuꝫ fecit ubi impauido periculū nō
fuiſſet:ſic ignauuꝫ aiuꝫ ⁊ ſēſibꝰ obſequētē ſola cogi
tatio doloris exanimat:qui virtute firmatꝰ atqꝫ ar
matꝰ icolumis ac doloris victor ⁊ ꝑpe nil moleſti
ſentiens euaſiſſet. Patientia enim non mō animi
vim augeri:ſed aſperitatem ipſam doloris immi-
nui ⁊ pene ad nihilum redigi:atqꝫ hinc eē ut acer
rimo in dolore recti quidam ⁊ immoti: alij etiam
leti ſint:quod fieri non poſſet niſi animus a ſenſu
N doloris auerſus:ipſam de qua loquimur firmita-
tem atqꝫ conſtantiam induiſſet. ❡ Me. Intellige-
re videor:ſed perge quid eſt ſermo intimus. ❡ Ra
tio. Et hoc dicam: Generoſa mens eque uolupta-
tum dolorumqꝫ contemptrix: ⁊ utriſqꝫ pariter ce-
dere neſcia ubi adeſſe periculum ſeqꝫ circumuen-
tam hoſtibus ſuis videt:arma capit:obuiāqꝫ pro-
grediens ſeqꝫ in prelium cohortans:multa ſecuꝫ:
multa cū deo ſuo loquitur:q̄ꝫuis hoc ultimū Cice
ro uel neſciuit uel non rite ſciuit:non defectu inge-
nij ſed gratie. Tali ſane colloquio ad decoris ob-
ſeruantiam atqꝫ ad illa que diximus ad incenden
das vires:ad conſumanda conſilia nullum effica-
cius: Alijs tamen uerbis contra uoluptatum blan
ditias atqꝫ alijs contra dolorum minas eſſe uten-
dum: ⁊ quibus utrobiqꝫ pronum eſt aduertere ſci
enti que naꝫ uel ille blanditie uel he mine q̄ꝫqꝫ im-
pares ſint virtuti: Sed quoniam horum de altero
ſermo erat exemplo agam vnico ſed inſigni:quo in
reliquis omnibus inſtructior fias: Quis eſt hic in
dolore ſermo intimus. Meminiſti quibus uerbis
Lucanus magnum Pompeium inter carnificum
gladios uſum facit: Sed quia hoc pro q̄litate per-
ſone a poeta fictum: ⁊ ſecundum ueri ſimilitudinē
animo viri illius in eo ſtatu conuenientibus uer-
bis expreſſum eſt: Exemplum ueruꝫ recenſqꝫ alte
rum adijciam:hac ipſa etate ſuperant qui viderūt
adhuc multi: Sannitem illum imperterritum ⁊ in
uictum ſenem: qui dum iuſſu illius cuius nomen
ſuppreſſiſſe ſilentio melius fuerit:curru per ciuita
tem duceretur nudus inter duos carnifices cādē-
tibus forcipibus:hinc illinc membra carpētes:po
pulo ad tam miſerum tanqꝫ indignum ſpectaculū
lachrymante ſiccis ipſe oculis graui ⁊ conſtāti uo
ce ſeſe alloquens dicebat: Quid facimus anime?
Noli oro ſuccumbere:nihil aut iraſcaris aut me-
tuas:grauia ſunt iſta ſed breuia: ⁊ pro noſtra eter-
na ne dubites ſalute grauiuſqꝫ ſupplicium hoc iu
benti fuerit q̄ꝫ ferenti: Erige te anime ⁊ depelle for
midinē ſpera in deo:ſtatiꝫ erit finis. Quibꝰ uerbis
quātaꝫ ſibi cogitabis certe pectoribꝰ audientiū in
credibile dictu eſt quantam cum miſericordia fir-
mitatem:conſtantiam:ſecuritatem:patientiam in-
fuderit ⁊ ſi artius eſtimanti: Non ille intimus de
quo agimus ſed extimus ſermo eſſet: Nempe qui
ut dixi:a multis exterius audiretur:ſi hec ⁊ his ſi
milia ⁊ ab alijs in ſilētio dici poſſunt ⁊ ab hoc ip-
ſo forſitan dicebantur: Uiciſſim enim nunc tace-
bat:nunc in uoces quas diximus erumpebat. Po
teſt ⁊ aliter ille idem ſermo intimus videri: Unde
non quo prodeat cogitanti ⁊ huius quidem ſecuꝫ
at cum deo loquentis in doloribus inqꝫ periculis:
nullum clarius exemplum q̄ꝫ Iob primi: Theodo
ſius ſecundi. Ille manu dei tactus atqꝫ ulceribus
obſitus:quanta deum libertate iurgāti ſimilis cō
pellet ſeqꝫ ardenti ⁊ querula deuotione in deū eri
gebat:hic cum paucis innumerabili ac barbarico
circumuentus exercitu quo feruore quibuſue ſu-
ſpirijs ceu preſentē deū inuocet audiuiſti. ❡ Me. D
Audiui plane ⁊ memini ⁊ exemplis doceor quid
uelis gratiamqꝫ non mediocrem Ciceroni habeo
de cuius tribus exiguis granis tres ingenteſqꝫ ari
ſtas meſſui:ex quibus cultu adhibito meſſis ube-
rior naſci queat. ❡ Ratio. Ita ſe res habet:docto-
rum hominum uerba pregnantia ſunt:plus conti-
nent ſenſuum q̄ꝫ pretendunt: ut nihil aliud me lo-
quente viſus es mihi dolorum ⁊ querelarum tan
tiſper oblitus:vnde elicis uehementem quoqꝫ co-
gitationem rei cuiuſpiam honeſte: atqꝫ in illam a
rebus alijs quibuſcunqꝫ animi totius abſtractio-
nem multum ⁊ dolori ⁊ moleſtijs omnibus poſſe
remedium afferre. ❡ Me. Poteſt eſſe ut dicis:ſed P
mihi nunc etiam multuꝫ deeſt ad ſalutem illā quā
intendis animi:magnoqꝫ ſuꝫ in dubio an his oībꝰ
leniat̄ ſeu tollat̄ dolor an v̄ba ſint aīos occupātia
aureſqꝫ mulcētia:ad doloreꝫ nihil. ❡ Rō. Uerba
corporibus non medentur fateor:niſi forſitan ĩcan
tationes ⁊ anilia carmina fidei aliquid merentur
at medentur morbis animorum: quoruꝫ profecto
ſanitas corporeuꝫ dolorem aut extinguit aut miti
gat. Nunquam ſi patientia nulla eſſet:tam multa
de illa viri doctiſſimi diſſeruiſſent: nunquam tot
huiuſce rei argumenta animo oculiſqꝫ ⁊ auribus
heſiſſent:quot memoria imagines rerum tenes:
q̄ꝫ multa vidiſti aut legiſti:quot hiſtorias audiſti
quibus non probatum tibi ſed demōſtratum eſſe
debeat ita eſſe ut dico: ⁊ ſi non doloris omneꝫ ſen
ſum patientia eripi:quod ipſum tñ ⁊ fieri poſſe ⁊
factuꝫ eſſe cōtendimus:at doloris certe victoriaꝫ
ferendiqꝫ viriliter vires dari. Quid v̄o te plus ha
buit. G. Marius vir litterarum inops:ſed virtutū
diues militarium:an non ipſe carneus atqꝫ oſſeus

fuit? Quid plus Mutius pōpeiuſqꝫ? Quid pluſ habuit Zeno: quid Theodorus: quidue Theodatus: Poſſidonius: Anaxarchus: innumeriqꝫ alij: quorum quidam ſeruili conditione: ſed animoruꝫ ingenuitate mirabili omne ſupplicium pertulerūt non modo fortiter ſed iucūde? Quid ſi ad ueſtroſ animum memoriamqꝫ reflexeris: inuenies in hoc numero pueros etiaꝫ ac puellas tuliſſe cum gaudio quod uos viri ſine fletu ⁊ queſtibus non ferretis. Sed iam de re ut aiunt: omnium aſperrima: plura ꝙ̄ pro conſuetudine diximus: deſinendum eſt: dolorem enim ſi non lenit virtus: uerba non lenient. ¶ Metus. Heu hinc tu me urges: hinc dolor: ⁊ cui credam neſcio. ¶ Ratio. Crede nobiliori: In quod illud quoqꝫ plurimum adiuuerit: meminiſſe ſummum illud ⁊ eximium mūdi decus: eū ſcilicet qui diuinam atqꝫ humanam in ſe vnijt naturam: tot tantoſqꝫ pro te paſſuꝫ cruciatus: ut que pateris illorum collatione facilia: immo uero dulcia longeqꝫ ſuauia iudicari poſſint. Ualidiſſimum hoc remedij genus ſcrutantes cuncta philoſophi neſciuerunt.

¶ De Furore. Dia. CXV. ¶ Me.

A n Imius dolor ne furorem pariat metuo. ¶ Ratio. Obſta illi cogitationibus bonis ⁊ placidis. Quidam furori viam paſſionibus faciunt ex multis affectibus non ſanis: uera tandem prodit inſania: ſicut ex contrarijs uera virtus frequentatis actibus queri habitum: philoſophicum dogma eſt. ¶ Me. Furere metuo. ¶ Ratio. Si animi vitio ille tibi armandus: armatura animi virtus eſt: at ſi corporis: conſulendum ſuccurrendumqꝫ illi eſt ſi qua rei huius ars eſt ipſos apud corporum magiſtros qui phiſici nuncupantur: que ſi in hoc ut multis alijs: aut nulla eſt: aut profeſſoribus ſuis incognita: Ego artem hanc vnam tibi preſcripſerim abſtinentiam ⁊ omnis exceſſus fugam. Notum illud atqꝫ antiquum. Uiri ſancti virtutibus corpus edificant: multum conferunt animo ſimul ⁊ corpori frena libidinum ac gule. Multos ſtrauit luxuria: multos oppreſſit crapula: multos ſomnus: multos ebrietas ſepeliuit: multorum vite feruor atqꝫ impetus ⁊ furibū-

B da licentia uerum abijt in furorem. ¶ Metus. Timeo naturaliter in furorem agi. ¶ Ratio. Quod natura infert durum poteſt eſſe non miſerum: Culpa enim caret que miſerie eſt radix. Quando autem prouidendi obtigit facultas vnum facito ut te furor ſi vitari nequit in ſecuro ſaltem ſtatu anime reperiat. Innocens ſi furere ceperis aut innocens reſipiſces aut innocens morieris. Nulla etas nulla ſanctitas: nulla cuſtodia ſic innocentia cōſeruat ut furor: qualem inuenit talem reddit. ¶ Metus. Furere metuo. ¶ Ratio. Heroas comiteſ ac reginas metuis. An faſtidis Herculem ⁊ Aiacē: Hecubam ⁊ Caſſandram: an ex alio genere Lucretiū ſpernis ⁊ Empedoclem? ¶ Metus. Furere pertimeſco. ¶ Ratio. Multa uaticinari ſolitos furentes accepimus: ſic quo nulluꝫ acumen ſani capitis peruenisset: uagus ⁊ rapidus furor uenit: Atqꝫ hinc Graij quam uos diuinationē dicitis a furore māticen dici uolunt. ¶ Metus. Horreo vim furoris

¶ Ratio. Et ſanos meſtos ⁊ furentes letos vidimus falſa ꝗ̄uis opinione: Habet ⁊ error uoluptatem ſuam. ¶ Metus. Furendi pauor animum exagitat. ¶ Ratio. Laborum ferias quidam ſimulato furore queſiere: uerus furor ferias ueras dabit.

¶ De ueneno. Dia. CXVI. ¶ Me.

v Enenum timeo. ¶ Ratio. Potu abſtine ci- A
boqꝫ permiſcuo: expertorum fides amicoruꝫ excubet: ſuſpectos limen arceat: vina turbida fuſca exulent: pulmēta dapumqꝫ permixtio: cautio adſit ⁊ ſobrietas ⁊ tarditas. Precipitatio autem abſit que ⁊ alijs ⁊ preſertim genere hoc mortis multos perdidit. Sit ad menſam leta manus: oculus celer: animus vigil memorqꝫ diſcriminis: nec tuis tantum ſed tuorū oculis atqꝫ animis obnixus inuigila. Magnis periculis magna obſtat intentio: nihil non turbat incautum. ¶ Met⁹. Ue- B
nenari metuo. ¶ Ratio. Operoſum remediuꝫ audiſti: Uis audire facillimum? Pauper eſto: ueneni metum periculumqꝫ diſcuſſeris. Hoc ſiquidem mali genus humilior fortuna nō recipit: vna ſecuritatis parens ⁊ terrorum omniū extirpatrix: medicina alia quidem optima atqꝫ promptiſſima nulliqꝫ hominum negata: multis etiam ingeſta nolentibus: neqꝫ v̊o efficax minus ꝙ̄ parabilis: tuta hercle ꝗ̄uis amariuſcula atqꝫ horridula: Comprimit animi tumores: liuores diluit: bilem purgat: curat hydropiſim cauſaſqꝫ periculorum omniuꝫ a radice conuellit: Ueſtre opes plene inſidiaruꝫ: plene qꝫ formidinum: non minus cyathos metuūt ꝙ̄ gladios: nec minus parapſides ꝙ̄ ſagittas: nō menſa: non domus: non cubiculum periculis ſuis uacat. Dubia quelibet atqꝫ ſuſpecta preſentemqꝫ viris intentant omnia mortem quod in tempeſtate: ait Maro: in trāquillo uobis accidit: ⁊ hoc ueſtre ille tam dilecte uobis afferūt diuitie: Paupertas v̊o preter immerito apud vulgus infamati nominis notam tuta habet omnia. Et ſi quando turbe inſcie puluis ac ſtrepitus conquieſcat optabilia ac ſuauia penitus ⁊ tranquilla. Tandem ergo fictilibus ⁊ vitreis uaſculis terreni homines bibite atqꝫ edite ſi ſecuri bibere vultis: ac edere aureis uaſis ac gemmatis uenena miſcentur. Quorſum pgis auaritia? Ipſum quoqꝫ iam ueneuꝫ gēmas amat atqꝫ aurum. Contra hanc peſtem neqꝫ pontici regis neqꝫ alterius efficacius antidotum ꝙ̄ paupertas. ¶ Dolor. Uenenuꝫ hauſi mors precordijs innatat. ¶ Ratio. Ubi ſemel moriendum eſſe decreueris: quod decretum eſſe debet omnibus qui ſe meminerint mortales: quid refert an id ſitiēdo facias an bibendo? Et rurſus an tuo ſanguine madidus an vino? Magnoſ compotores factiqꝫ huius habes comites: Alexandrum: Hannibalem: Philippomenem: Mithridatem ipſuꝫ Claudiuꝫ: Theramenem: Socratem.

¶ De metu mortis. Dia. CXVII.

¶ Metus.

m Ori timeo. ¶ Ratio. Hic non A

timor ſed cogitatus eſſe debet: qui ſi nouus inci-
pit nec a prima etate tecum creuit: ſi per interual-
la rediens non aſſiduus fuit: improuide vixiſti: In
heſiſſe medullitus utilium illud Flacci carmen de
buit inter ſpem curamqꝫ timores inter ⁊ iras om-
nem crede diē tibi diluxiſſe ſupremum: ut is eſſes:
de quo idem alibi: Ille potēs ſui letuſqꝫ deget: cui
licet indies dixiſſe vixi: cras uel atra nube polum
pater occupato uel ſole puro: hoc eſt nempe illud a
philoſophis laudatum: ſed perpaucis datum viue
re vita peracta. ¶ Metus. Mori timeo. ¶ Ratio.
Et naſci timuiſſes ⁊ viuere. Uite limen initiū mor
tis eſt: vita ipſa curſus ad mortē: ſeu uerius mors
quedā: viuendo uel ad moriendūꝫ ibas: uel qđ ſa
piētibꝰ viſuꝫ eſt: in horas certe moriebaris. Quid
nunc igitur times ſi mors vitam uel comitabatur
aſſidue: uel neceſſario ſequebatur? Illud quidem
docti tm̄: hoc etiam vulgus intelligit: quicquid eſt
natū moritur: quicqd moritur natum erat. ¶ Me
B tus. Timeo mori. ¶ Rō. Mori times animal ra-
tionale mortale. At qui ſi primum uere eſſes ſecun
dum ut arbitror non timeres: Humanam quippe
naturam duo hec in vnuꝫ iuncta perficiunt: Ratio
tio ſcilicet ⁊ mors. Illa animam concernit: hec cor
pus: ſed inopia rationis metum mortis induxit.
¶ Metus. Mortē metuo. ¶ Ratio. Nihil eſt me
tuendum quod affert neceſſitaſ nature. Qui natu
ralia enim odit aut metuit: naturam ipſam oderit
oportet aut metuat: niſi forte partem eius alteram
amplecti licitum ⁊ laudare: reſpuere alteraꝫ ac dā
nare: quo nihil eſt inſolentius: non ſolum homini
cum deo ſed hominibꝰ inter ſe. Itaqꝫ uel totum re-
cipis uel totum reijcis amicum: ne ſi tantum gra-
ta decerpſeris: non equus amicitie cultor atqꝫ ar-
biter videare. ¶ Metus. Mortem horreo. ¶ Ra
tio. Siquid in morte mali eſt: idipſum metus mor
tis exaſperat. At ſi nihil: magnum ipſe metus ma-
lum eſt: Stultitia eſt malum ſuum uel augere uel
facere. ¶ Metuſ. Nomen ipſuꝫ mortis exhorreo.
¶ Ratio. Nomen mortis infame mortalium fecit
infirmitas. Siquid animi viriū ineſſet nihilo plus
terroris eſſet in morte q̄ꝫ in ceteris que per naturā
fiunt. Quid eniꝫ magis mori timeas q̄ꝫ naſci: ado
leſcere: ſeneſcere: eſurire: ſitire: vigilare: conſopiri?
quod ultimuꝫ plane ſimillimū morti eſt: atqꝫ ideo
ſomnum: alij conſanguineum: alij vō mortis imagi
nem dixere. Neue ſeu poeticus lepos eſtimetur:
ſeu philoſophicuꝫ acumen: ipſa ueritas amici mor
tem ſomnuꝫ dixit: ⁊ ſemel facere metuis quo quo
tidie delectaris: Inconſtantiam quidem hanc do-
cti mirantur atqꝫ arguunt. ¶ Metus. Trita hec
C apud philoſophos ac vulgata ſunt: delectantqꝫ dū
reſonant: Interpone ſilentium timor redit. ¶ Ra-
tio. Immo equidem manet: nam ſi abijſſet non re-
diret: ⁊ eſt non inficior vulgi precordijs timor mor
tis innatus: Sed eruditum viruꝫ vulgaria ſapere
deforme eſt: quem deceat ut modo dicebam: nem
turbe ueſtigia ſed paucorum ſequi: Nam quod de
philoſophis diciſ: miror quid ita: cum a nautis na
uigandi: ab agricolis ſerendi: a ducibus bellandi
conſilium capiatis: viuendi conſilia a philoſophis
ſumpta contemnitis: ⁊ pro corporis cura medicos
euocatis: pro cura animi philoſophos non aditis:

qui ſi philoſophi ueri ſunt: utiqꝫ ⁊ animorum medi
ci ⁊ artifices ſunt viuendi. Nam ſi falſi ⁊ ſolo phi
loſophie nomine tumidi: non modo non conſulen-
di ſed vitandi ſunt: quibus nihil eſt importunius:
nihil inſulſius: quorum abundantior eſt q̄ꝫ uellem
etas hec: cum egentiſſima ſit virorum: Et quoniaꝫ
a preſentibus preter meras nugas nihil eſt qđ ſpe
res: ſi ad priſcos reditum inuentumqꝫ aliquid apđ
illos fuerit quod egritudinem tuaꝫ leuet: noli ſper
nere ⁊ dicere quod indocti dicunt: a philoſophis
iſta ſumis: Reſpondebo enim tibi cum Cicerone:
Metuebam ne a lenonibus diceres: ⁊ reuera: ubi
naꝫ piſcari uenariqꝫ: niſi ubi piſces fereqꝫ habitāt
in aquis atqꝫ nemoribꝰ? Ubi fodi aurū: ubi gēmaſ
legi: niſi ubi hoc naſcitur? Ille ſcatēt in terre uenis
mariſqꝫ littoribus: Unde niſi a mercatoribuſ mer
ces: vnde ſtatuas ac tabulas pictas niſi a ſtatuari-
is atqꝫ pictoribus? Unde demum philoſophica ni
ſi a philoſophis peti iubes? Que ⁊ ſi apud illos
pro theſauris abdita atqꝫ ab illis inuenta ſint: ea-
dem tamen ab alijs in apertum erui ⁊ uel aceruati
us uel clarius atqꝫ expreſſius uel breuius. Poſtre
mo uel aliter dici poſſunt audiendi ſimilia omni-
bus ſpem datura ſucceſſum paucis: Ea eſt vis or-
dinis ac iuncture: quod ⁊ in poeticis elegātiſſime
Flaccus docet: ⁊ ſepe aliter atqꝫ aliter ⁊ aliqn̄ po-
tentius affectura animos tanta eſt gratia: uel notiſ
ſima re narrantis: tāta uetuſtis nouitas: tanta lux
fulgidis: tantus formoſis decor additur: quod nō
hic ideo dixerim: quia alibi nō poſſem: ſed quia tu
hic materiam obtuliſti. Nolo enim quia ignare ſu
perbie mos eſt: ſemel audita nec forte itellecta dū
repetuntur quaſi trita ⁊ vulgata faſtidias. ¶ Me
tus. Acquieſco recte quidem in his monitis te uer D
ſatum video: ⁊ ſi ab incepto procul: adhuc enim
mortem nihilominus horreo. ¶ Ratio. Sunt que
dam nomine ⁊ opinione hominum maiora q̄ꝫ re:
multa horrori eminus fuerāt que vicina ſunt riſui:
temere creditur inexpertis: Nemo ex his mortis
infamatoribus compti aliquid loqui poteſt: nihil
ipſe expertus: nihil ab experto didicit. Mortuum
quēuis interroga ſilebit: is cui iam rei ueritas no-
ta eſt: garrient quibus incognita ⁊ uanis augurijs
aſtruent quod ignorant: hinc apertiſſima: hinc oc-
cultiſſima rerum mors arcanum ⁊ coniecturale ne
gocium ſuſpitionibus agitur: in dubio bonis opi-
nionibus inherendum tenendumqꝫ potius quod
iucundum faciat q̄ꝫ quod meſtum animuꝫ. ¶ Me
tus. Animus mortem timet. ¶ Ratio. Si ſibi ſu-
peruacuus timor: immortalis eſt enim ipſe: ſi cor-
pori ſui hoſtis curaꝫ gerere pietas indebita: Sin
diſſolui metuit: nimis carcerem ⁊ compedes ſuas
amat ſtultus amor. ¶ Metus. Timore mortis ex
agitor. ¶ Ratio. Stulti omnes mori metuunt: ne
qꝫ id miror quibus felicitas omnis in corpore eſt:
quod extingui morte non eſt dubium. Iure igitur
boni ſui finem pauidi cogitant: meſti vident: Natu
ra enim hominis hec eſt: ut infelix eſſe nolle neque
at virum doctum cui nō alia corpis q̄ꝫ vilis manci
pij cura eſt: cui in cultu animi omne ſtudiuꝫ ſemp
fuit: ois amor: omne deſideriū: omnis ſpes mortē
corporis non aliter q̄ꝫ digreſſum matutinum e no
cturno quodam inameno ⁊ incōmodo prorſus ho-

ſpitio ſpectare decet. ¶ Metus. Mortem non ti-
mere non poſſuꝫ. ¶ Rõ. Poſſes vite huius exitũ
nõ timere: ſi alterius ingreſſuꝫ ſperare poſſes aut
optare: Tuus hic timor inde oritur. Q̃uis eniꝫ for-
midati vulgo exitus multe tradãtur cauſe: omnes
tamen vite illius ſpe propoſita euaneſcũt. ¶ Me.
E Mortem metuo. ¶ Ratio. Metuꝫ hunc parit im
premeditatio maxime ⁊ inopina neceſſitas mori-
endi: in viro docto ac ſapiente turpiſſima: ⁊ preſer
tim ſene: cuius ſi rite doctus uereqꝫ eſt ſapiens: vi
ta omnis meditatio mortis eſt. Quod ſi philoſo-
phie viſum fuit antique: qd nunc noue pietati que
ſumma philoſophia ⁊ uera eſt ſapientia videatur?
Aſpice ut qui alieno imperio parent ſubito: longũ
iter iuſſi agere ſolliciti ⁊ triſtes raptim complican
dis ſarcinulis inhiant: ut queruli quod predictum
eis ante nõ fuerit indignanteſqꝫ abeunt ut ſepe in
tergum uerſi: ⁊ nũc quoqꝫ hoc: nũc illꝺ obliti mur
murent. Atqui nulla via eſt longior q̃ꝫ mori: nulla
durior ut perhibent infeſtiorqꝫ latrunculis: nulla
deniqꝫ obſcurior: ſuſpectior ⁊ incertior: que ut cun
cta ceſſarent certe irremeabilis via eſt quo atten-
tius prouidendum: ne quid obliuiſcamini: quoni-
am: hinc digreſſis non licebit quod viantibus ce-
teris atqꝫ aliud quodcunqꝫ iter agentibus: litteris
ſcilicet aut amicis oblita committere: que ad ſuos
perferãt nec remandare aliquid nec ſubſiſtere qui
dem nec diuertere licitum nec reuerti: Iter neceſ-
ſarium impoſſibilis reditus: Ire illo neceſſe eſt mi
lites: vnde redire non eſt neceſſe. Hoc militibuſ ſu
is dux Romanus apud Senecam: hoc dux uobiſ
ueſter edicit: Itaqꝫ cuꝫ oporteat ire nec liceat redi
re: cunqꝫ itineris ſit certa neceſſitas: hora autem
mortis incerta: vnum eſt remedium: ut parati ani-
mo ſitis ſemper ⁊ uocati reſpondere ⁊ iuſſi obtẽ-
perare: compoſitiſqꝫ omnibus ad primum ducis
imperium iter illud alacriter agere: quod utiqꝫ uo
bis aut letis aut triſtibus peragendum eſt: Ea res
maxime ⁊ metum mortis imminuet ⁊ dolorem:
Nec ſecuros modo ſed cupidos hinc abire uos fa
ciet: Alioquin improuiſis ⁊ incautis eueniet quod
Bruto ſuo in epiſtolis uere olim uaticinatꝰ eſt Ci-
cero: Opprimemini mihi crede Brute inquit niſi
prouideritis: ſic eſt inq̃ꝫ: ſic illi accidit: ſic omnibuſ
qui uentura non prouident. Sed cuꝫ cunctis in re
bus prouidentia neceſſaria ſit: tum in his maxime
que amplius q̃ꝫ ſemel fieri nequeunt: in quibus er
ror vnꝰ ſufficit ubicũqꝫ pes lapſus fuerit actuꝫ eſt.
¶ Met. Ualde nunc etiam mortem horreo. ¶ Ra
tio. Alte radicata non facile diuelluntur. Scio ut
dixi metum mortis ſenſibus inſitum precipueqꝫ
vulgarium: philoſophi ꝟo mortem: neqꝫ malum
neqꝫ bonum: eo ꝙ per ſeipſam nec timendam diffi
niunt nec optandam: inter indifferentia numeran-
tes: que pro qualitate fruentium: nunc mala nunc
bona fieri uolunt: Quod ille etiaꝫ ex ueſtris video
probari: qui peccatorum peſſimam: precioſam ue-
F ro ſanctorum mortem ait. ¶ Metus. Morteꝫ me
tuo: mortem odi. ¶ Ratio. Equideꝫ vnde hic mor
talibus metus mortis: vnde hoc odium miror: ni
ſi mollicies animorum nota ſit: qua hunc ſcilicet
alioſqꝫ degeneres augetis atqꝫ alitis pauoreſ: An
non vides ut magna pars mortalium ipſum nomẽ
mortis exhorreat? quod quid eſt aliud q̃ꝫ naturaꝫ
propriam horrere: atqꝫ id odiſſe ꝙ natus ſis: quo
nihil inter homines ſtultius: nihil ingratius in de-
um. Q̃ꝫ multi autem nomen illud egre audiunt: qꝺ
ſemper internam aurem pulſare debuerat. Nem-
pe ſine quo nõ eſt qui ſeipſũ cogitare poſſit: Quid
nanqꝫ ſe cogitet: niſi qꝺ eſt animal mortale? Quo
tiens in ſe quiſqꝫ reflectitur: nonne ſibi ilico nomẽ
mortis occurrit? Sꝫ refugitis: q̃ſi per aurem morſ
irrumpat: ⁊ auertitis animum atqꝫ id cogitis ob-
liuiſci: quod mox ſui memoriam uel inuitis igeret.
Recuſatis ecce mortem cogitare quam confeſtim
⁊ cogitare oportebit ⁊ pati: cuius paſſio facilius
ſequeretur ſi cogitatio preceſſiſſet: Nunc ſimul in
anguſtijs altera alteram exaſperat. Omne eniꝫ in
opinum ac ſubitum animam quatit. Eque ſtultum
eſt uel appetere aliqd fruſtra: uel vitare uelle quod
nequeas: eoqꝫ ſtultius utrunqꝫ quo damnoſius fu
turum impleſſe quod cupias: Atqꝫ nil damnoſius
in humanis malis q̃ꝫ dei ſuiqꝫ ipſius ⁊ mortis ob
liuio: que tria numero ſic connexa ſunt ut vix uale
ant diſſolui: At uos ueſtri memores videri vultis
⁊ principij ⁊ finiſ immemores. Obſeruaſti hoſ qui
domui ſue diſponunt: vix eſt qui dicere audeat: cũ
moriar: ſed ſi moriar: quaſi in dubio ponitur quo
nihil eſt certius. Neqꝫ idipſum ſi moriar clare ſo-
nat: ſed ſi quid de me eſſet aliud: quid naꝫ eſſet hoc
aliud queſo ⁊ non potius idem ipſum quod de om
nibus fuit: erit ue uel qui nati uel qui naſcituri ſũt
quibus ut vite: ſic ⁊ mortis ⁊ multa ſunt genera:
neceſſitas vna moriendi? Hanc tu cupis excute-
re: quam nec patres tui nec ulli vnq̃ꝫ reges genti
um excuſſere nec excutient quidem. Tergiuerſa-
mini ut libet: ita uobis eueniet: ut his qui contra
hoſtilis ferri aciem oculos claudunt: quaſi pericu
lum quod non vident nec ſenſuri ſint: Feriemini:
moriemini ſentietis: An ceci autem: an videntes:
id in ueſtra manu eſt. Optate igitur bene mori: qꝺ
ipſum niſi bene vixeritis fruſtra eſt: Optate inq̃ꝫ ⁊
enitimini: ⁊ quod in uobis eſt facite: Reliquum il
li committite qui quos in hanc vitam ultro non uo
catus intulit: egreſſuris non niſi uocatus ⁊ roga-
tus manum dabit: Non mori autem nolite optare
Non modo enim impudens arroganſqꝫ: ſed ineffi
cax etiam ⁊ inane uotum eſt. Aſſueſcite O morta
les nature legibꝰ: ⁊ ineluctabili iugo colla ſubmit
tite. Et ſi uoſipſos amatis: ꝙ nati eſtis amate: non
ꝙ nati non eſſe uelletis: Neqꝫ enim natura uobis G
ſed uos illi obſequi fas eſt. ¶ Metus. Pauorem
mortis abijcere diu quidem fruſtra nitor. ¶ Ra-
tio. Miror quid tam diu fruſtra niteris quo te de-
buit cogitatio prona perducere? Turpis eſt enim
tam breuis periculi ſi periculum non natura ⁊ pe-
riculorum finis eſt mori: Turpis eſt inquam viro
tam momentanei diſcriminis taꝫ longeuus pauor
⁊ tot anni anxij atqꝫ ſuſpenſi ad hore ſeu ſuſpirij
vnius euentum. Uis ne autem mali huius ultimũ
remedium: vis mortis metu perpetuo liber eſſe:
Bene viue: vita laudabilis morteꝫ ſpernit: ſepe eti
am cupit: deniqꝫ hec terribilium omnium ſumma
eſt. Siquidem labor: dolor: aduerſitas: infamia:
carcer: exilium: damnum: belluꝫ ſeruitus: orbitaſ:
paupertas: ſenium: egritudo ⁊ mors: fortibus vi-
ris nihil ſunt aliud niſi experientie ſchola: campuſ
patientie: glorie paleſtra.

¶ De uoluntaria in ſeipſum manuuʒ iniectione. Dia
logus.CXVIII. ¶ Me.

A Mortem mihi conſcire propoſitũ eſt. ¶ Ra
tio. Rem vnam nunc metuere: nunc opta-
re: hec tota conſtantia ueſtra eſt: Nunc tu
mortem muliebriter formidabas: nunc eandem in
humane appetis: Rogo que nam ſubita mutandi
animi cauſa eſt? ¶ Metus. Cogor ipſe mihi manꝯ
iniijcere. ¶ Ratio. Si cogeris iaʒ non uoluntaria
manuum iniectio eſt: q̃uis dicatur ꝙ coacta uolũ
tas: uoluntas eſt: ſed profecto non libera: nec uolũ
tas proprie que uolendo fit: A quo auteʒ cogeris
noſſe uelim. Iniici auteʒ manus uel inuito poſſũt:
tu tibi illas iniijcere niſi uolens nequis. ¶ Metus
Magne ſunt cãe que me mori uelle cogũt. ¶ Ra-
tio. Magne fateor ſi cogũt: ſed non cogerent ſi vir
eſſes. Nũc in ueſtrã animi mollicieʒ nihil eſt inua
lidum: vide autem an que ſint he cauſe rite preſagi
am: Ira: indignatio: impatientia: furor quidam in
ſe uerſus: obliuio deniqꝫ tuiipſius. Nam ſi te ho-
mineʒ meminiſſes humana omnia equo animo to
lerãda cognoſceres: neqꝫ parui mali immo nẽ ma
li quidem odio maximuʒ malum uelles incidere.

B ¶ Metus. Iniijcere mihi manum cogor extremis
malis. ¶ Ratio. Non ſunt extrema que te premũt
mala: ſummum illud ⁊ extremum malum quod te
urget: deſperatio: Ceteris enim malis aliquid: hu
ic vni nihil poteſt eſſe remedij. Que ſunt autem
hec extrema que dicis mala niſi labor forſitan ⁊
paupertas? Hec ſunt enim que poeta commemo-
rat: de his agens: Qui ſibi letum inſontes pepere
re manu lucemqꝫ peroſi proiijcere animas. De quo
rum ſera penitentia mox adiecit: Q̃ꝫ uellent ethe-
re in alto Nunc ⁊ pauperiem ⁊ duros perferre la
bores. Sunt ne autem tam grauia mala hec quo-
rum primuʒ boni omnes: forti atqꝫ equo animo tu
lere: de quo ſuo loco diximus: quidam ſponte inſu
per elegerunt atqꝫ hinc glorioſi ac in eternum diui
tes facti ſunt: ſeculuʒ viris cõuenire apud Criſpũ:
atqꝫ ad id naſci hominem: apud ſanctum illum ⁊
afflictum ſeneʒ legimus. At uos inquietiſſima ani
malia quicquid non ad nutum auaritie ueſtre fluit
ueſtreqꝫ libidinis iuſtam uoluntarie cauſam mor-
tis opinamini: tam delicata: tam preceps luxuria
ueſtra eſt: ut leuibus ex cauſis non fortune tm̃ ſed
uobiſipſis iraſcamini: inqꝫ ipſum deum calcitran-
tes impia ora laxetis: quaſi quicquid id eſt in quo
non uobis dominus ueſter obſequitur iniuria gra

C uis ſit. ¶ Dolor. Magnis malis victꝯ mori eligo.
¶ Ratio. Tedio vite credo familiari vitio ſtulto-
rum omnium: Sapientibus enim omnis vita iu-
cunda eſt: letam libenter: triſtem ferunt patienter:
⁊ ſi in rebus ipſis nequeunt: patientia delectãtur:
Nil in rebus letius: nil dulcius eſt virtute. Illa
eſt que moleſta lenit: obliqua dirigit: dura mollit
ac mitigat: ardua atqꝫ aſpera queqꝫ cõplanat. Ceſ
ſant querimonie: ceſſant precipitia: Et ad ſummã:
Sapientis vita nil ſerenius neqꝫ tranquillius: Hi
autem animoruʒ fletus atqꝫ angores: he nubes ac
procelle que in ſcopulos fragilem vite cymbaʒ tra
dunt e ſola ſtultitia oriuntur. ¶ Dolor. Morbi im
patientia mori elegi. ¶ Ratio. Stulte eligis ac ſu
perbe: Sine dominum de corpore tuo quod ipſe
fecit arbitrio ſuo ſtatuere. An quod tibi tuo in edi-
ficio vis licere: in quo non ligna: non lapides tu fe
ciſti: in quo deniqꝫ preter ſtructuram nihil eſt tuũ:
id in ſuo licitum domino omnium non vis: qui nõ
in illo tm̃ carnem ⁊ oſſa ⁊ ſanguinem ⁊ ſpiritum:
ſed celũ ⁊ terras ⁊ maria ⁊ omnia que in eis ſunt
creauit ex nihilo? Nec dicas apud temetipſũ: Cor
pus meuʒ graui dolore angitur. Nec tu dominiũ:
ſed uſum corporis accepiſti breue ad tempus: An
tue lutee domus te dominum credis? Inquilinus
es: qui fecit omnia is eſt omniũ dominus. ¶ Do.
lor. Dolore nimio cogor ut mori uelim. ¶ Ra- D
tio. Hic fortaſſis ad experientiam dolor daẽ qui ſi
moleſtus eſt: eſſe poterit utilis: Si intolerabilis:
longus certe non erit. Expecta domini reuocan-
tis edictum: Cumqꝫ uocatus fueris: reſponde ⁊ nõ
prius. Fixa eſt dies tua: quam nec anticipare fas
eſt: nec differre poſſibile. Preoccupauerunt tamẽ
hanc multi: ⁊ dum paruam fugiunt breuemqꝫ mo
leſtiaʒ in eternas ſe atqꝫ irremeabiles demerſerũt:
Habuitqꝫ hec opinio magnos auctores: Anneuʒ
Senecam in primis: qui ad eam tam cõſtanter: ⁊
tam ſepe reuoluitur: ut mihi quidem ueritus vide
atur ne non propria ſua ſit: mirariqꝫ cogat interdũ
vnde tam triſtis ſententia tanti viri pectus inuaſe
rit. Utqꝫ alia ſileam que proſequi longuʒ eſt: qua-
dam ad Lucillum epiſtola: Si utile inquit mini-
ſterijs eſt corpus: quid ni oporteat educere animã
laborantem? Dehinc paucis interiectis: Proſili-
am inquit ex edificio putrido ac ruenti. Male ais
o Seneca: ⁊ multa bene dicta vno polluis male-
dicto. Non migrandum nempe ſed expectandum
eſt: Sine edificium tuuʒ ruat: ut anteq̃ꝫ fugias op
primaris. ¶ Dolor. Non poſſum pati que immi-
nent mori malo. ¶ Ratio. Ab hoſte forſitan infe-
rendam mortem que fortiter lata ſit: turpis eſſe nõ
poteſt: cum hec uoluntaria non poſſit eſſe non tur-
pis: quia contra domini ſuperioris imperium eſt:
contra quod nihil bene fieri poteſt. ¶ Do. Mori E
malim q̃ꝫ que inſtantia ſunt videre. ¶ Ratio. Nõ
eſt viri non poſſe erectis oculis utranqꝫ fortune fa
ciem ſpectare: muliebre eſt trepidos oculos auer-
tere. Quid eſt autem quod te turbat uſqꝫ adeo ut
ſolius opeʒ mortis implores? Tua ne forſitan: an
tuorum: an patrie laborantis aduerſitas? Lẽta il-
la duo quidem: Nihil enim poteſt fortuna cui nõ
poſſit virtus obſtare: Tertium hoc pium: ſed pie-
tate languida ⁊ inerti. Siquidem patrie ſeruitus
⁊ tyranni facies morte potius repellenda q̃ꝫ decli-
nãda ſunt. Id eſt eniʒ viri opus: hoc femine. Qua
tamen in re Catonis mortem miris laudibus Se
neca ideʒ effert ſua illa peculiari opinione de qua
diximus. Non ſic Cicero excuſaſſe contentꝯ laudi
bus abſtinet. Ait eniʒ Catoni: Incredibili grauita
te nature ꝑpetuaqꝫ ꝯſtãtia moriendũ potius q̃ꝫ ty-
rãni vultũ aſpiciẽdum fuiſſe: quẽ tm̃ Brutꝯ aſpexit
⁊ illius potius morte tollendum q̃ꝫ ſua morte fu-
giendum cenſuit. Quod q̃ꝫ bene ſeu q̃ꝫ male fece-
rit: non laboro. Fecit tamen. Cicero autem dũ Ca
tonem excuſat ſue illius ſententie melioris obliui
ſcitur quam ante annos plurimos libro ſexto rei-
publice poſuerat. Ea v̓o eſt huiuſmodi: Dum Pu
blium Africanum minorem in celo cum patre at-
qꝫ auo colloqui ſomniantem ⁊ audita immortali-
tate animi ac felicitate vite alterius moriendi aui-

dum induxiſſet:patrem mox inutile deſiderium ca
ſtigantem fecit his uerbis:Non eſt ita inquit ille:
Niſi enim cum deus is cuius hoc templū eſt om
ne quod conſpicis iſtis te corporis cuſtodijs libe-
rauerit:huc tibi aditꝰ patere non poteſt:Homines
enim ſunt hac lege generati qui tuerentur illū glo
bum quem in hoc templo medium vides qui ter-
ra dicitur:quare ⁊ tibi Publi inquit: ⁊ pijs omni-
bus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis:
nec iniuſſu eius a quo ille uobis eſt datꝰ ex homi-
num vita migrandum eſt:ne munus aſſignatum a
deo diffugiſſe videamini. An non ſatis Ciceronia
na hec excuſatum arguunt Catonem? Et plane ſi
ab Imperatore terreno ad cuſtod iam loci cuiuſ-
piam deputatus non auderes iniuſſus te remoue
re:ferretq; ille hoc grauiter ſi contrarium feciſſes:
quid celeſtis putas imperator:cui tanto plus obe
dientie debetur:quanto maior deus eſt homine?
Fuit nuper priſce virtutis Stephanus Columnē-
ſis: non hac ſolum ſed omni etate vir clariſſimus
futurus:hic ab ingenti illo ſuo hoſte cui potētia im
par erat obſeſſus turrim ubi plurimum periculi vi
debatur vni ſuorum conſeruandam certus de il-
lius fide commiſerat: que dum cuniculis ſuffoſſa
latentibus tremeret ac ruinam minaretur fugien-
tibus ſocijs atq; hortantibꝰ ut ſaluti ſue deſcenden
do conſuleret:cū iā nihil utilis mora eſſet:ſibi vero pe
riculoſa etiam ⁊ funeſta:Non deſcendam inquit
niſi ille me reuocet a quo hic poſitus fui. Id dum
Stephano nunciatum eſſet: ⁊ ipſe illi metuens at
q; eum reuocaturus accurreret:turris fundamen
tis fatiſcentibus magno corruit fragore:Sic fide-
lis cuſtos oppreſſus eſt: quem vix erutum ruinis
dominus ſuus meſtus ac lachrymans ſepeliuit:
Eumq; dum vixit ⁊ pie deſiderauit ⁊ fidem eius
ſepe meritis laudibus in familiari colloquio pro-
ſecutus eſt. Quid his uerbis uelim vides: Talis
enim tibi commiſſi corporis cuſtos eſſe debes deo
qualis hic:Credite ſibi turris domino ſuo fuit: Fu-
iſſe tamen nihilominus non me latet mortem Ca
tonis illa etate laudatā a multis ac opinione homi-
num glorioſam. Notumq; eſt illud Julij Ceſaris
qui dū victor Uticam properaret:ubi ille ſe pere
merat:audita eius morte:Cato mee glorie inquit
inuidit: ⁊ ego ſue inuideo:Preclarum aliquid ha
ud dubie videbatur cui vir maximus ⁊ glorioſiſ-
F ſimus inuideret. ¶ Dolor. Quid igitur obſtat mi
hi aut quid prohibet ſapientis viri mortem inui-
dioſam ſummo hominum ⁊ excuſatam ſapienti-
bus ac laudatam ſequi: viteq; difficultates innu-
meras auxilio ſpontanee mortis euadere? Mori
uolo. ¶ Ratio. Uide ne te inanis ſpes rerum fal-
lat. Sunt nempe alij quam pares eloquio nihil ad rē
at certe ſententia potiores:qui Catonis hanc mor
tem neq; laudent neq; excuſent:ſed grauiſſima re
prehendāt. In quibus Auguſtinus ſcrutator ueri
tatis acerrimus:nō hanc fuiſſe illi arceſſende mor
tis cauſam:diſputat:ne ſub Ceſaris imperio viue
ret cum filio ſuo:cum ipſe auctor fuerit. Ad Ceſa-
rem cōfugiendi deq; illius clementia ſperandi om
nia nec fefellit:Quod ſi turpe crediſſet:non fili-
um ſecum uel ueneno uel ferro uel morte qualibet
ab eiuſmodi turpitudine liberaſſet:Cum Manli-
us Torquatus ſit laudatus ꝙ filium ipſe ſuū qui
contra patris imperium pugnaſſet ac viciſſet:occi
derat. Neq; enim turpius dici poteſt procacis ho
ſtis eſſe victorem quam ſuperbo parere victori. Quid
ergo Ceſarem dignum iudicauit qui filio vitā da-
ret:at qui ſibi uel indignum cenſuit uel inuidit? Et
ad ſummam mortis illius ſolam cauſam fuiſſe de
prehendit inuidiam:quod nec Ceſar ipſe diſſimu-
lauit ut modo diximus. Aliud enim timere quid
poterat:aut quid principē non tuliſſet a quo pridē
conſule curia eiectꝰ fuerat ⁊ cōiectꝰ in carcerē: ⁊ qui ſe
tanta tanq; preſenti iniuria nō occidit:quo inani me
tu: qua ſe falſa opinione ſuperbie aut crudelitatis
occiderit. Quid tam horrificū vultus Ceſaris ha
buit ut eſſet morte etiam fugiendus:viri omnium
non tyrannorum modo ſed principum clementiſſi-
mi atq; mitiſſimi: ⁊ ſi potentiorem nullum:multos
certe ferociores ſua ille viderat etate: Immo vero
nullum viderat mitiorem? Jure igitur alter quidā
ſcriptor egregius ⁊ fide clarus ⁊ eloquio: Mi-
hi inquit Cato videtur cauſam queſiſſe moriendi:
non tam ut Ceſarem fugeret quam ut Stoicorum de
cretis obtemperaret quos ſectabatur:ſuumq; no-
men grandi aliquo facinore clarificaret. Cui quid
mali potuerit accidere ſi viueret non inuenio. Ga-
ius enim Ceſar ut erat clemens nihil aliud effice-
re uolebat etiā in ipſo belli ciuilis ardore quam ut be
ne mereri de republica videretur: duobꝰ optimis
ciuibus Cicerone ac Catone ſeruatis. En tibi alia
preter inuidiam cauſa moriēdi uanitas ſtulta:utra
q; nec Catone digna:neq; illa prorſus anticipan-
de mortis ſufficiens cauſa eſt. ¶ Dolor. Mori ma
lim quam ſic viuere. ¶ Ratio. Quid ſcis an hec tibi G
tam triſtis vita multis optabilis:multis inuidio-
ſa ſit? Sed impatientia res cūctas exaſpat. ¶ Do-
lor. Mori opto. ¶ Ratio. Ut timidis metum mor
tis: ſic deſperatis vite odium extorquere difficile
eſt:Uitam tamen equanimiter perferendam:mor-
tem fortiter expectandam:hec noſtri remedij ſum
ma ſit.

¶ De morte. Dia. CXIX. ¶ Do.

M Orior. ¶ Ratio. Ad extrema peruentum A
eſt. Jam nec mortē metues nec optabis:
de quibus duobus totidem me proximis
tractatibus fatigaſti: Jam preterea nec dolebis:
nec corporis animiq; defectibꝰ ſubiacebis:nec re-
rum tedijs aut morbis aut ſenio aut hominū do
lis aut fortune uarietate laſſabere:que ſi mala ſūt:
mali finis utiq; bonꝰ eſt. Tu pauloante de his om-
nibus querebaris:nunc eorundē de fine conque-
reris:vide ne ſis iniquus:vnam rem qui ſimul do-
leas eſſe ⁊ finiri. ¶ Dolor. Morior. ¶ Rō. Iter
patrum:immo omnium latum tritumq; iter gra-
dieris:Solus ne tibi neſcio quid aliud demū ma
luiſſes:Perge autē:non eſt aberrandi metus:tot
ſunt vie duces comiteſq;. ¶ Do. Morior. ¶ Rō.
Siquis eſt quem flentem mori deceat ridere de-
decuit viuentē:cū inſtare ſemper ſupra uerticē vi
deret vnde mox flendum ſciret:riſum illum haud
dubie fletꝰ hic nō lōgo ſeiunctꝰ ſpatio ſequebatur.
¶ Do. Morior. ¶ Rō. Nō eſt ferēdus qui ſui ge
neris ſortē luget:nō morereris utiq; niſi mortalis
eēs. Sin id defles ꝙ mortalis ſis:nō eſt flēdi locꝰ:

ubi eſſe deſinis quod inuitus es: flendum erat ab initio dum inciperes eſſe qđ nolebas: nunc gaudē duꝫ: eſſe enim incipies imortalis. ¶ Do. Morior. ¶ Ratio. Omnes hi qui lectuluꝫ tuum modo am biunt: omnes preterea quos vidiſti vnq̄ꝫ: omnes de quibꝰ audiſti aliquid aut legiſti: ⁊ quantula ea pars hominum eſt quā noſſe potueris: omnes om nino qui uel olim nati ſunt uel omnibus terris ac ſeculis naſcentur: iter hoc egerunt acturiqꝫ ſunt. Cerne animo longam precedentium longamqꝫ ſe quentium caterуam: comitū quoqꝫ ⁊ hac ipſa ho ra tecum ſimul obeuntium: non paruum numeruꝫ pudebit credo ſortem publicā priuatis urgere que rimonijs: dum ex omnibus uel vnuꝫ cui inuideas
B non videbis. ¶ Dolor. Morior. ¶ Ratio. Hoc eſt impaſſibilem fieri ⁊ iuguꝫ fortune pariter ac mor tis excutere: Geminū ingens bonum: quod viuen ti nulla vnq̄ꝫ proſperitas largiretur. Cogita auteꝫ queſo quot tibi ⁊ q̄ꝫ graues cure qui ſuperant la- bores: Si non dicam infinitam: ſed annorum mil le qui vnius iam preterite diei ſpatio comparātur certam vitam accepiſſes: quod optime eſtimabis: ſi huius breuis ac fugacis ⁊ incerte vite tedia: pro qꝫ hac totiens ſuſceptos labores moleſtiaſqꝫ me- mineris. ¶ Dolor. Morior. ¶ Ratio. Ita mor- tem fletis O mortales quaſi magnum aliquid: vita eſſet: quod ſi eſſet magnum aliquid: muſce haberent ⁊ aranee ⁊ formice. Si ſemper benefici um vita eſſet: ſemper maleficiū eſſet mors: que ma gnum beneficium eſt interdum: dum uel intolera- bilibus malis: uel ab his que ſūma ſunt mala pec- catis inſtantibus animam eripit preſeruatqꝫ. At- qui ut magnum aliquid inter nos ſola eſt virtus: ſic ſi per ſe ſpectetur vita hec: miſeriarum innume rabilium officina eſt: quam qui claudi dolet: is ferias reſpuit malorum ⁊ quietem odit: quam qui appetit laborioſe finem vite cupiat neceſſe eſt. Quando nullus alius uel laborum uel malorum finis: quid fles igitur? Dies adeſt qui ſi traheretur uotis erat optandus: ⁊ fortaſſis ut res hominum ſunt ⁊ fortune vis immenſa ⁊ inſultus uarij: ſepe
C etiam uotis optatus eſt tibi. ¶ Dolor. Morior. ¶ Rō. Immo e terrea ⁊ e caduca domo ad ethere um atqꝫ eternum migras habitaculum: ⁊ in limi- ne pedem habens meſtus auelleris atqꝫ inuitus: ⁊ neſcio quid retro anxie reſpectans: an ſordium quas dimittis oblitus: an bonorum ad que pergis incredulus. Profecto ſi quod pauloante dicebaꝫ: ⁊ quod magni dixerunt viri: ueſtra que dicitur vi- ta mors eſt: Illud eſt conſequens: ut eius finis que mors dicitur vita ſit. ¶ Do. Morior. ¶ Rō. Rex te tuꝰ carcere liberat: iam vincula franguntur que feciſſe mortalia pium patrem libuit. Idqꝫ uel ma- xime ad illius miſericordiam pertinere: ⁊ Ploti- no viſum ⁊ ueſtris approbatum ſciens: quid que-
D raris neſcis. ¶ Dolor. Morior. ¶ Ratio. Uocat te rex tuus felix nuncius. Sepe eſt enim nec vide tur fauſtum quod inuitis acciderit. Conſenſum ad hibe: tunc ſentire incipies q̄ꝫ bene tecuꝫ agitur: hic quem metuis carceris exitum ⁊ male vite reputās ⁊ mortis bona preſagiens: quaſi olor ille Socrati cus diuinationis particeps ⁊ ob id ſacer Apolli- ni moriendo cantabis: ſi non uoce ſaltem animo: Et niſi quod abſit graue nimis inexpiatoruꝫ te cri minum pondus premit: quod feciſſe Ueſpaſianus

corpore legitur: tu facies mēte: ut aſſurgas mori- ens: nec te dignum cenſeas iaceteꝫ mori: neqꝫ mi nus hac in parte tibi tribuas q̄ꝫ ille ſibi ꝙ non ut il le ſis princeps: Mors enim neſcit imperiū: Prin- ceps non agnoſcit: adequatrix optima: Multa for ſan in vita: certe in morte nihil illi licuit quod non liceat tibi: quin ⁊ pluſculum diuine opis tibi ni re ſpuis affuturuꝫ ſpero: non quia tu melior: ſed ꝙ tu gratuito dei amore felicior: qui negata magnis ⁊ ſapientibus abſcondita conceſſit paruulis ⁊ reue- lauit indoctis. Adde ꝙ tum utilius: tum facilius tuum erit aſſurgere. Illius enim conatus corpo- reis viribus egebat: quas morbꝰ extenuat: mors extinguit: tibi ad aſſurgendum non niſi animi vi ribus eſt opus que vicinia ſepe mortis augen- tur. ¶ Dolor. Morior. ¶ Rō. Quid in tuto trepi- E das? qđ in plano ceſpitas? quid in prono heſitas? Non tibi ingeram que hoc loco diſputant philoſo phi: Multa ſunt enim que morientis occupatio ⁊ anguſtie temporis non admittunt: debuit tibi pro funde admodum heſiſſe quicquid ubiqꝫ de hac re ab antiquis philoſophis diſputatum eſt: Ut enim ipſi idem uolunt: aſperarum rerum omnium reme dia ſuperuacua facere poteſt rara quidem: ſed in fi nem rara proſperitas que aduerſus mortem diſſe rūtur: ea ſemper utilia ſemperqꝫ neceſſaria: ut ſint moriendi non fortuita ſed naturalis ⁊ inuicta ne- ceſſitas facit. Inter ceteros ſane mlta ⁊ ualida in Thuſculano ipſo: cuiꝰ ſupra memini prima luce re colligit Cicero: que niſi oliꝫ didiceris: nūc docēdi ſpatium non eſt: quibus efficit ſiue in malis ſit qui moritur: ſiue in bonis eſſe videatur: quia tamen ex quo fortune iaculis patet omnis hominum ſtatꝰ: a malis eum non a bonis morte diſcedere: quod acer quiſqꝫ humanarum obſeruator rerum haud dubie uerum ſentit. Morte igitur non offenſuꝫ ſe: ſed ſibi conſultum iri exiſtimat: iam lete illam cogi tans ⁊ cum uenerit viſurus ut liberatoris ſui nun ciam ſeu miniſtram: ⁊ cum tranſierit reſpecturus: ceu feneſtram vnde mundi laqueos ⁊ carcerē car- nis euaſerit. Illud Cicero idem diſputando conſe quitur: ſeu perit animus ſeu transfertur: ut uel ma li nihil: uel boni pluri muꝫ ſit in morte: argute for- taſſis apud ſuos: apud nos nēpe non philoſophis modo ſed ne vulgo dubium: credo hercle: nec apđ eum ipſum de quo ſepe loquimur Ciceronē: quod magnificentiſſime multis teſtatus eſt locis: ſed uel ſui collocutoris: uel illius cui diffidentie ſeruiebat Ad ſummam igitur ſic teneto ut ſcias immortaleꝫ eſſe animam: quod non ſolum concors ueſtre gen- tis opinio: ſed philoſophorum omnium excellen- tiſſimi tenuerunt: Nulla tibi ſpes in occaſu anime que natura talis eſt ut mori neq̄at: neqꝫ hinc fidas nil mali ſupereſſe poſt obitū ꝙ nulla ſit futura ani ma que pati poſſit. Sed q̄a creator aīe ipſe eſt mi- tis: ipſe pius ac miſericors: opus ſuum non deſpi- ciet ſeqꝫ ueraciter inuocantibus prope erit. In il- lum preces: in illum uota: in illum ſpes ultime fe- rantur: in illius nomen extrema deſinant ſuſpiria. I ſecurus: nihil timeas: natura parens benigniſſi- ma nihil fecit horrificum: mortem formidabilem error facit hominum non natura rei prouide. Si quid magnum uoluis animo: ſi quid altum ſtruis: humiles ⁊ ineptas vulgi uoces actaqꝫ deſpice: ue rū illos ſuſpice quoꝝ imitatio ad uerā glīaꝫ via eſt

Apud noſtros quidem lete feliciterqꝫ morietiū:innumerabilia ſunt exēpla.Sin antiquiora perquirimus:multi occurrent : qui moꝛtē nō modo ferāt foꝛtiter ſed arceſſant : qꝺ in Marco Catone : ſicut modo diximus:Marcus Cicero excuſat:Seneca autem ꝛ laudat : Nobis ṽo neutrum ſat pꝛobatur:ſed ſecundum minus:quia tolerabilius eſt errorem excuſare q̄ꝫ laudare : Nos utrunqꝫ reijcimus:quoniam ut uocatum reſpondere ꝛ reuerenter parere laudabile:ſic imperatoris iniuſſu cōmiſſa de cuſtodia ꝛ coꝛpoꝛis ſtatione diſcedere capitalis eſt habenda defectio:ꝛ uel exilio graui : uel ſummo plectenda ſupplicio.Sciens repeto ut altius impꝛimam:Abunde eniꝫ:niſi falloꝛ:hec omnia ſupioꝛ tractatuꝫ explicuit.¶Do.Morioꝛ.¶Rō.

F Immo carnis tributum:nature debitum perſoluis mox futurus liber:fac libēs quod uel nolēs faceres:ꝛ ut bene ait quidam:moꝛtis hoꝛtatoꝛ cupias quodcunqꝫ neceſſe eſt.Non eſt utilius imo qdē nō eſt aliud in neceſſitate ꝯſiliū : qꝛqꝺ fit a uolente fit leuius:ꝛ deſinit eſſe neceſſitas ſi uolūtas acceſſerit.¶Do.En morioꝛ.¶Rō.En te dominus p̄ſtolatur : Accelera ne titubes neu cuncteris : pone ſuſpitiones:non tu tibi charioꝛ es q̄ꝫ illi.Quis uocatus ab amante diffidit?Adhuc foꝛte miraberis timuiſſe quod optanduꝫ eſſet.Multa iam ſolutus ſcies que vinctus nullo vnq̄ꝫ ſtudio didiciſſes:uſqꝫ adeo ut arcana rerum noſſe uolentibus:ad que moꝛtali uelo obſita acies ueſtra non penetrat:que pꝛofecto cupiditas nālis eſt homini:ſed uehementioꝛ ſtudioſo:nil moꝛte melius putem : nilqꝫ quod bꝛeuius adoptatum ferat.¶Do.Morioꝛ.¶Rō. Immo obdoꝛmis viteqꝫ feſſus ut arbitroꝛ requieſciꝫ.¶Do.Morioꝛ.¶Rō.Uade in eternaꝫ requiem:nunc pꝛimum viuere incipis.Bona moꝛs initium eſt vite.

¶De Moꝛte ante diem. Dialogus.CXX. ¶Do.

A q Uid ꝙ ante diem morioꝛ?¶Ratio.Ante diem nemo moritur.Sed nō omnibus dies idem:Immo ut uateꝫ ait eximiꝰ : Stat ſua cuiqꝫ dies : ad quam quiſqꝫ cum uenerit metham attigit.Et quoniam nec redire datuꝫ nec ſubſiſtere : tranſeundum eſt.¶Do.Ante diem morioꝛ.¶Rō.Poſſet id uerum eſſe ſi diem debitoꝛ fuiſſes:purus debitoꝛ ſemper debet : Semper itaqꝫ nutum ſui creditoriꝫ obſeruet:ꝛ ſemper in numerato habeat quod debet.Habet autem ſemper:dum moꝛtale coꝛpuꝫ habet:nullo mutuo:nullo opuꝫ eſt fenore:domi habet : Immo quocunqꝫ ierit ſecum habet:ꝛ ut dicitur in manu habet vnde ſe liberet:quo ſoluto nil nature amplius : ꝛ nil iam celeſtibꝰ ullis debet:ut Uirgilius ait.Pone igitur hāc querelam:Ante diem nō repoſcitur quod omni debetur die:quin pꝛo eo quod dicebam gratias age:qꝛ ſcilicet ad id debituꝫ nec pꝛece:nec poſſeſſione:nec pignore:nec uſura indiges:quod ultimum dixiſſe fertur Spartanus ille vir foꝛtis incognitus ſed dignus agnoſci:cum ad moꝛtem ductus:ob hocipſū īperterritus iret atqꝫ alacer:ꝙ capite ſuo ſatiſſacere

B Lycurgi legibꝰ poſſet. ¶Do.Morioꝛ ante diem.¶Rō.Non intelligo quid ſit ante dieꝫ mori:niſi quod vulgo dicitur:Ante lucem : ſeu cū pꝛimū elucеſcit:que exercitijs eius quam nunc agis anime aptiſſima hoꝛa eſt:Aliogn quis omnino hominum ante ſuum diem moritur:cum ille ſit ſuus dies in quo moritur non alius?¶Do.Ante tempus morioꝛ.¶Rō.Neqꝫ ante tempus neqꝫ poſt tempus:ſed in tempoꝛe morieris:niſi ſic foꝛte tempus accipis quod tu tibi:nō natura ſeu foꝛtuna pꝛefixerat.Ante illud enim ſic non mori potes : ſicut nec poſt illud viuere.¶Doloꝛ.Morioꝛ ante tempus.¶Ratio.Quis niſi amens queritur ante tempus abſolui vinculis ꝛ carcere relaxari?Letandū Mediuſfidius ſi ante tempus accidiſſet:ſed nec accidit nec accidere potuit:ſuuꝫ tempus habet omnia:hic te terminus manebat : hic metham fixerat qui te in hoc vite ſtadium induxit.Si de hoc fine quereris:ꝛ de alio quolibet queri poſſes.¶Doloꝛ.Cito morioꝛ.¶Ratio.Cito natus eras:Non moritur cito qui iam ſenuit.Quꝫ ſi nō ſenueras:ceſſat altera pars querele:q̄ꝫuis ſi poꝛtio vite ultima eſt ſenectus:non ſenuiſſe non poteſt quiſquis moritur. Sed intelligo ſenectutē ut vulgus:annoꝝ cōgeriē multoꝝ:cui nō ut reliquis finis eſt alius q̄ꝫ moꝛs:de initio diſcrepant uarijs ſententijs:ſed pꝛo viribus ſeneſcentium pꝛoqꝫ ualitudine coꝛporuꝫ atqꝫ animorum habitu ad concoꝛdiam redigendis.Tota deniqꝫ res huc redit:ut uel moꝛtis incuſare celeritatem deſinas : uel moleſtias vite ꝓlixioꝛis que de moꝛtis ipſius tarditate pꝛoueniunt : Sed uos uobiſcum diffidentes nec mori vultis nec ſeneſcere:cum utrunqꝫ certe uel alterum ſit neceſſe.¶Do C

loꝛ.Amplius viuere poteraꝫ.¶Ratio.Immo certe non poteras:Naꝫ ſi poſſes:puto viueres:Sed hoc dicere vis:uolebam ſeu ſperabaꝫ:Et ut eſt animus moꝛtalium vite auidus:ſpei credulus:utrobiqꝫ perfacile tibi aſſentiam.At ſi dicere vis:debebam:quia pauculos adhuc dies viuere etati non indebitum videretur:non eque conſenſerim.Quidam enim ſerius obeunt:multi ocius : nunq̄ꝫ nullus : hec inter nihil in commune pꝛouiſum : niſi ut omnes moꝛtales vna lex teneat:vnum moꝛtis imperium:alio tamen atqꝫ alio moriendi genere diuerſiſqꝫ vite ſpatijs:ſic rei vniꝰ modus multiplex tempuſqꝫ peruarium eſt:Equo animo igitur quiſqꝫ ſuum moꝛtis genus:ſuū diem moꝛtis expectet:nec auiditate vite:nec faſtidio quod indocti ingratiqꝫ omnes faciunt : de nature legibus queratur aut litiget.¶Doloꝛ.Modicū vixi.¶Ratio.Nullus tantum vixit ut non ſibi modicum vixiſſe videretur:ꝛ eſt plane modicum quicquid hic viuitur:Itaqꝫ ſi diu viuere delectat:vitā illaꝫ querite ubi ſemper viuitur:que ꝛ ſi hic non ſit:tamen hic queritur.¶Doloꝛ.Uixi modicum.¶Ratio.Quid ſi plus vixiſſes:nunquid ideo non vixiſſes modicū? Spatia vite huius imparia ꝛ incerta ſunt : vnum omnibus eſt commune:cuncta ſunt bꝛeuia : Uixit aliquis octoginta annos:qꝺ hic q̄ſo plus habet q̄ꝫ qui octo ? Uerte acriter te in te nec te fallat vulgi furoꝛ:qꝺ plus inq̄ꝫ habet qui diutius vixit:niſi foꝛte curas laboreſqꝫ ꝛ doloꝛes ꝛ tedia ac peccata in lucro ponitis ? Aut quid plus haberet ſi vixiſſet octingētis?Eſt in expectatione fateoꝛ pluſculū aliquid:At cū ſpatiū utrūqꝫ trāſierit:mihi crede:nihil iuenies quo plus vixiſſe feliciꝰ ſit.¶Do.Morioꝛ dum bene agere cogitabā.¶Rō. Quid agē D

cogitabas nec agebas?Sic foꝛſitā in ꝑpetuū cogitaſſes.Sunt qui beneagere ſemper cogitent:nun-

q̃ tamen incipiant. Qꝫ ſi bene agere ceperaſ: ne du
bites: q̃uis boni operis fineȝ mors preuertat apđ
ceca hominum iudicia fortaſſe aliquid ſed ſpernen
dum: apud infallibilem rerum eſtimatorem nil ti
bi ſubtrahitur: integra merces tua eſt: non actuum
modo ſed uotorum. ℭ Dolor. In medio rerum ap
paratu morior. ℭ Ratio. Hoc non mortis ſed mo-
rientium culpa eſt: qui breuiſſimam vite telaȝ: tum
maxime ordiuntur dum precidenda erat: quod ni
ſi ſic eſſet non tam ſepe inexpletis vite muneribus
morte preuenirentur: ſed expletis ac tranſactis vi
uerent qua profecto nulla dulcior vita eſt. Hanc ta
men dulcedinem non tam vite breuitas q̃ viuenti
um torpor hominibuſ eripit: quibꝰ nulla ideo lõga
eſt vita: quia quantumcunq; ſit temporis nunq̃ vi
uunt: ſemper viuere meditantur: ⁊ iam ſenes inter
E noua vite conſilia fluitantes celeri fine ſerum prin
cipium antecedũt. ℭ Dolor. Morior dum magna
pararem. ℭ Ratio. Hoc multis magnis viris fere
q̄ omnibus accidit. Falluntur homines cũ in mul
tis: tum in morte precipue: quam uenturam nemo
eſt qui neſciat: dilaturam ſperant: ⁊ abeſſe procul
fingunt ſibi quam vicinam ſemper hinc vite breui-
tas ⁊ fuga temporum facit: hinc fortune vis ⁊ ca
ſuuȝ humanoruȝ circumfuſa uarietaſ. Et o cecitas
mira: quod quid uobis ſit ſperandum in alijs ſal-
tē aliquando non diſcitiſ: Sed ſic eſt egre ad ama
ras cogitationes animus redit: Itaq; dum ſibi q̄ſ
quis longiſſimum vite ſpatiuȝ ſpondet: dumq; uel
euum Neſtoris: uel ut ait Cicero: Metelli fortu-
nam ſperat: deniq; dum ſe quiſq; predilectum na-
ture filiuȝ credit: de primordijs agitantes finis oc
cupat: ⁊ multa deliberantes improuiſa repēte mors
aggreditur medioſq; intercipit apparatus. ℭ Do
lor. Uiridi morior etate. ℭ Ratio. Ut nil in hoc
aliud boni ſit prouiſuȝ tibi eſt ſaltem ſenio ne mar
ceſcas. Senectus enim q̃uis nõ ſit grauis: ut apđ
Ciceronem ait Lelius: utq; a nobis ſupra diſputa
tum eſt: aufert tamen eam viriditatem: in qua qui-
dem: ut Scipionem ille: ſic tu nunc etiam ⁊ te fuiſ
ſe commemoras: multis tu fortaſſe deſiderio: nulli
iam faſtidio futurus ſis: quod in longa etate vita-
re quãtalibet virtute ſubdifficile eſt. ℭ Dolor. Iu-
uenis morior. ℭ Ratio. Noſti quid in vita paſſus
fueris: quid paſſurus ignoras: ⁊ mihi crede in hoc
tam uario tamq; immiti fortune regno qui premo
ritur comitem fallit. ℭ Dolor. Morte prepedior
F ne cepta perficiam. ℭ Ratio. Iuſte id quidem: agi
tis enim ſemper que peregiſſe pridem decuit: per-
actiq; nihil eſt: hoc maxime uobis grauem mortē
facit ac miſeram: Et ſiquidem abſq; tua culpa ce-
pta peragere nequiuiſti: ſufficiat uoluiſſe. Sin per
ignauiam diſtuliſti: diſpliceat neglexiſſe. Qꝫ ſi for-
ſan hec lamentis cauſa pretenditur: uere autem ni
hil aliud q̃ vite prolixitas ⁊ dilatio mortis opta-
tur inanis: licet publici uoti tandem te uel ſero pu-
deat: Audite tamen me mortaleſ uſq; adeo vite cu
pidi: quero ex uobis ſequeſtrato virtutum exerci-
tio: quid omnino aliud vita hec q̃ ſegnis ⁊ inuti-
lis mora eſt? que quantalacunq; fuerit nequit nõ
eſſe breuiſſima. Dictum ergo placet illius cuiꝰ Au-
guſtinus meminit: quem in extremis agentem cuȝ
amici ſolarentur ac dicerent: ex eo morbo q̃ mini
me periturum eſſe: Reſpondit: ſi nunq̃ bene: at ſi
aliquãdo cur nõ modo? ℭ Dolor. Interruptis re-
bus morior. ℭ Ratio. Si ad mentem redeunt: aut
rebus geſtis aut ingenio clariores: magna pars in
expletis operibus obiere: paucis in hac breui vi-
ta contigit ut cõcepta ſeu iam incepta perficerent:
Tu võ quoniam communi hominum more has te
in anguſtias impegiſti nec preterita retractari poſ
ſunt: vnam hanc emergendi viam arripe: nõ ut ad
multa interrupta flebiliter inutiliterq; reſpicias: ſed
ut viriliter quod vnuȝ reſtat expedias: bene mori.

ℭ De morte violenta. Dia. CXXI. ℭ Do.

Sed violenta morte pereo. ℭ Ratio. Si no A
lens moreris: violenta mors omnis eſt: at
ſi uolenſ nulla. ℭ Dolor. Per vim morior.
ℭ Ratio. Siquidem vite vis aufertur: quid inter-
eſt febris: an gladius: dum libere egrediare: quid
refert: an ergaſtuli tui fores ſponte pateant: an frã
gantur? ℭ Dolor. Ui morior. ℭ Ratio. Multe ſũt
ſpecies mortis ſed mors vna: que an violenta ſit:
an non: morientis arbitrium eſt: vim vis maior ſu-
perat: conſenſus extinguit. Sapiens ſic inſtru-
ctuſ eſt: ut quibꝰ non poteſt obſtare ꝯſentiat. Quid
tu inquies: Percuſſori meo ut conſentiam iubes?
quidam non conſenſerunt modo ſed gratias ege-
runt: Inuentus eſt qui percuſſorum ſuorum igno-
rantiam excuſaret ⁊ ſupremo illis anhelitu ueniã
precaretur: Neq; ego te cruento conſentire carni-
fici iubeo ſed inuicte forti: cui qui non ſponte parue
rit vi parebit. ℭ Dolor. Morior hoſtili manu.
ℭ Ratio. Quid tu igitur amici manu mori poſſe
crediderās: quando id tibi niſi ab ignorante cõtin
geret? ℭ Dolor. Hoſtili dextera pereo. ℭ Ratio.
Hoſtiles euadis manus: Ille dum ire ſue obſequi
tur libertati tue conſulit: poteſtati ſue detrahit: nil
q; amplius in te poteſt. ℭ Dolor. Hoſtili manu oc
cumbo. ℭ Ratio. Satius eſt ſub iniuſto hoſte pro B
cumbere q̃ ſub iuſto rege. Illic enim occiſoris eſt
crimen: hic occiſi. ℭ Dolor. Hoſtili ferior manu.
ℭ Ratio. Quid tua magis intereſt q̃ dextera q̃
quo gladio feriare? Non de manu ſed de vulnere
querit̃: q̃uis ⁊ Põpeius manu Ceſaris feriri pro
mortis ſolatio videat̃ apđ Lucanũ optare: ⁊ apud
Statium Capaneus Ipſeum: apud Uirgiliũ Ene
as Lauſum: Camilla Ornithum: q̄ illoruȝ manu
occidantur conſolentur. ℭ Dolor. Ferro morior.
ℭ Ratio. Communis tibi cum maximis fortuna:
cunq; optimis viris bona pars eorũ quos uel pre
ſens vita feliciſſimos habuit: uel eterna ſanctiſſi-
mos habet: gladio periere: quos ſi numerē nõ breui
loqui monitoris: ſed longi opꝰ erit hiſtorici. ℭ Do.
Gladio pereo. ℭ Rõ. Alij aliter: q̄dã laqueo: qui-
dam lapſu: quidam vnguibus leonis: aut apri dē-
tibus: multis ferri copia defuit dum optarent gla-
dio perire. ℭ Dolor. Ferro ferior. ℭ Ratio. Quid
ſcis an maiori exitio ſubtraharis: quodq; miſerri- C
mum cenſes: grauioris miſerie fuga ſit. Dixi ſupra
ut Plotinũ alteꝝ a Platone phie decꝰ peſtilens le-
pra ꝑcuſſit: Id nõ dixi: ut alteꝝ ab Homero poeti
ce Graie lumē Euripidē canes morſibꝰ lacerarũt.
Lucretiꝰ ueſtroꝝ uatum ꝑmo ꝓximꝰ: cui tã multa
Uirgilium auferre non puduit: amatorio poculo
accepto in morbũ rabieq; cõpulſus: gladio ad po-
ſtremuȝ pro remedio uſus eſt. Herodes rex iudee
tã fedo morboruȝ agmine circumuentus interijt:

ut compendioſioꝛ fieri moꝛs inuidioſa ſibi eſſe po
tueeit: utqꝫ auguroꝛ fuerit Roman⁹ pꝛinceps Ha-
drianus moꝛbi tedio uictus: impatientiaꝫ doloris
ferro abrumpere ſi licuiſſet optauit. Magnū quen
dam virum hac etate vermes toto ſcatentes coꝛ-
pore: mures alium exediſſe narrantur: Inter tam
multa ludibꝛia humani coꝛporis: ſi electio tribua
tur: quis imbecilis adeo ut non ferrum ambiat?
D ¶Do. Ignib⁹ pereo. ¶Rō. Quidam aie vim na-
turamqꝫ igneam extimātes: id facillimum moꝛtis
genus opinati ſunt. ¶Doloꝛ. Flammis abſumoꝛ.
¶Ratio. Uermibus ereptum coꝛpuſculum non
putreſcet. ¶Doloꝛ. Fluctibus obruoꝛ. ¶Ratio.
Piſcibus conuiuium: buſtum tibi amplum nobi-
le nitidum. Et quid refert coꝛpus terreum: terre
reddas an pelago? ¶Do. In freto morioꝛ. ¶Rō.
Non ubi ſed qualiter moriaris ad rem ꝑtinet ubi-
qꝫ bene mori licet ubiqꝫ male: Non in loco ſed in
aio eſt qꝺ felicem moꝛtem facit aut miſerā. ¶Do.
In mari pereo. ¶Rō. Perſuaſum multis ſcio in
mari miſerum mori: ꝙ ethereus atqꝫ ardens ſpūs
ſuo contrario videatur oppꝛimi: Sed ut dixi nihil
locus ad miſeriam: aius totū. Itaqꝫ de hac re nau
te neſcio cuius reſpōſionem ꝓbo: quem cum qdaꝫ
interrogaſſet: ubi nam pater eius obijſſet? In ma-
ri inquit. Cūqꝫ idem ille de auo ⁊ pꝛoauo atqꝫ at-
tauo noiatim ex oꝛdine queſiuiſſet: reſponſūqꝫ idē
de ſingulis accepiſſet: Intulit: ⁊ nunqd tu inquit
mare ingredi non times? Reſpōdit nauta diſſimu
lans: ⁊ ubi nā tuus obijt pater? Suo ait in lectulo:
ubi auus inqt: ⁊ is ait ⁊ pꝛoauus ⁊ maiores mei
oēs ſuis in lectulis obire. Tum nauta: Num tu in
quit tuum non times in lectulum aſcēdere? Elegā-
ter quidem aliquātoqꝫ plus ꝙꝫ nautice. De moꝛte
igiť natura viderit que moꝛtales fecit: at de gene-
re moꝛť: de loco: de tꝑe viderit foꝛtuna. ¶Do. Ue
neno morioꝛ. ¶Rō. Comites tibi illuſtres pꝛideꝫ
dū de hoc vno agereť expoſui. Regia quidē moꝛs
eſt gladius: ſed uenenum magis. Et ad ſūmaꝫ Ri
diculum ualde eſt ubi de moꝛte decreueris: de in-
ſtrumentis eſſe anxium.

A ¶De moꝛte ignominioſa. Dia.CXXII. ¶Do.
Ed ignominioſa moꝛs eſt. ¶Rō. Moꝛtē
ſ ignominioſam facit non genus aut quali-
tas ſed cauſa ſupplicij. ¶Do. Ignominio-
ſe morioꝛ. ¶Rō. Nemo bonus male moritur: ne
mo malus bene. Honeſtam moꝛtē non funeralia:
non miniſtri: non purpuree faciunt exuuie: non in-
uerſi clypei atqꝫ enſes: ⁊ flens dn̄m familia: ⁊ vul
gi clamoꝛ ac lamēta: ⁊ merore uxoꝛ inſignis ⁊ pie
tate filij: ⁊ deiecta ceruice ante feretrum nigro idu
tus: ac lachꝛymis grādibus humēs ⁊ homo: non
poſtremo funereus laudatoꝛ: ⁊ imagines auree di
uitis ſepulchꝛi: defunctiqꝫ titulus victur⁹ in mar-
more donec ſua quoqꝫ lꝫ ſera lapidibus moꝛs ſit.
ſed virtus ⁊ clarum meritis viri nomen: nō vulga
ris egens aure: ſed ſuapte eminēs maieſtate: quod
non ꝑceps ⁊ cecus fauoꝛ hoium: ſed rerum ſeries
⁊ innocēs vita pepererit: atqꝫ uſqꝫ ad moꝛtē ueri-
tatis ⁊ iuſtitie ſuſcepta defenſio: Interqꝫ medias
moꝛtis minas imperterritus atqꝫ infract⁹ animus
ac generoſa fiducia. Cōtra his decoribus honeſtā
moꝛtem: quis ignominie queſo locus eſt: aut quō
turpiter mori pōt qui ſic moritur: Seruileꝫ in mo
dum virgas adhibe ⁊ toꝛtores ⁊ laqueos ⁊ ſecu-
res: fige cruces ⁊ rotarum radios attolle ⁊ qua-
drigas in diuerſuꝫ age lacera huc ⁊ illuc membꝛa
rapturas: Adde ignes ⁊ craticulas pꝛunis impoſi
tas atqꝫ oleo uaſa feruētia: ⁊ ferarum dētes fame
armatos: Adde vncos ⁊ gemonias ac tracta per
vicos laniata cadauera: ⁊ quicquid iniurie atqꝫ ob
pꝛobꝛij: ſeu viuum: ſeu exanime coꝛpuſculum pati
pōt: Dura moꝛs foꝛtaſſe videbiť: ignominioſa cer-
te nō fuerit: Immo ꝟo nōnunꝙꝫ eo clarioꝛ quo du-
rioꝛ. Itaqꝫ apparat⁹ hic exterioꝛ ⁊ tumultus: ⁊ tu
be: ⁊ carnificum truces vultus ⁊ irata uox tyrāni:
nihil pꝛoꝛſus ad rem: intra teipſum te reflecte: ibi
te quere atqꝫ excita: omnibuſqꝫ que ſuperſunt ani
mi viribus ad extremos caſus accingere: aureſ ab
inuiſo ſtrepitu: a ſupplicij pōpa oculos auerte: ta-
cituſqꝫ totam aiam recollige atqꝫ hoꝛtare: reſqꝫ ip
ſas examina non vmbꝛas rerum: tu ſi moꝛtē ipſam
rectis oculis ſpectare audes: nec ferrum puto: nec
reſtim: nec liuētes calices: nec ſtillantes carnifices
hoꝛrebis. Uanum eſt enim ipſum hoſtem cum cō-
tempſeris eius faleras aut ſigna metuere. ¶Do.
Ignominioſa moꝛte damnatuſ ſum. ¶Ratio. Se B
pe actoꝛ ſeu delatoꝛ infamis ⁊ obſceni teſtes ⁊ ob
ſcurus iudex: reus aūt ipſe clariſſim⁹: Sepe igno-
bilis vulgo moꝛs nobilis ꝟo glorioſuſqꝫ qui mori-
tur. Jam ut ſileā reliquos: ꝙ ⁊ nimis multi ⁊ mul-
to impares ſunt: que uſqꝫ ignominioſioꝛ moꝛs ꝙꝫ
crucis? in qua pependit eximium illud ⁊ pꝛeniti-
dum celi decus ac terre: ne tale aliquid ignominio
ſum ſibi cenſeat illa ſoꝛs hominis. Et quoniā ſum-
mo nihil eſt altius: in hoc deſino: Omne gen⁹ moꝛ
tis honeſtare poteſt virtus: virtutem nulla moꝛs
inquinat.

¶De moꝛte repentina. Dia.CXXIII. ¶Do.
T repente nimis morioꝛ. ¶Ratio. Pau- A
a loante ſi recolo ſenuiſſe te dicebas: miroꝛ
quomodo repētina moꝛs ſeni eſt: qui niſi:
non dicam: delirat: ſed inſanit: Semper ante ocu-
los moꝛtem habet: Namqꝫ cuꝫ omni etati ſalubꝛi
ter ſit conſultum ut omnem diem ſibi ultimum cre
dat: hoc amplius rite conſulitur ſenectuti: ut om-
nem horam ſibi putet extremam: Neqꝫ illud mo-
do non audiat quod eſt apud Tulliuꝫ: Nemo tam
ſenex qui ſe annuꝫ nō putet viuere: Sed ne id qui
deꝫ quod Seneca ait: diem. ¶Doloꝛ. Subito mo B
rioꝛ. ¶Ratio. Quid hic dicam: niſi ut repetam
quod ille olim ſummus hominum nec minoꝛ inge
nio ꝙꝫ foꝛtuna: vno ne integro quidem ante ſuum
obitum die quaſi iam ueruꝫ experientie vicinitate
pꝛeſagiens: dum de hoc ageret: repentinā atqꝫ im-
pꝛouiſam moꝛtem commodiſſimam iudicauit: qꝺ
iudiciuꝫ ab ea videbitur religione diſſentiens que
ab hac moꝛte liberari flexis genubus deum orat:
Neqꝫ ego hanc ſententiam ubi ſit libertas ample-
ctoꝛ: aliud tibi nempe cogitandum eſt: neqꝫ ꝟo hāc
optabilem: ſed ubi ſit tolerabilem moꝛteꝫ dico. Si
quidem ſapienti quiqꝫ eminus cuncta pꝛeuiderit:
inopinum nihil accidere poſſe non ambigitur. Un
de fit: ut impꝛouiſa moꝛs non ſit cuius pꝛouida vi
ta fuit: Nam quo pacto rerum maxima negligat:
qui parua: qui minima etiam libꝛare ſit ſolit⁹? Hu-
manis auteꝫ in rebus quid mihi maius moꝛte mō
ſtraueris: quid par moꝛti? ¶Doloꝛ. Uelociſſime
morioꝛ. ¶Ratio. Impꝛemeditata modo non ſit
moꝛs: quo uelocioꝛ eo facilioꝛ: Et ſuppliciū eniꝫ ſi

quod eſt:utiqꝫ bꝛeue eſt ſenſumqꝫ ipſum celeritate
pꝛeueniens: ⁊ moꝛti detrahitur quod eſt in moꝛte
duriſſimum:metus moꝛtis.

¶ De egrotãte extra pꝛiaʒ. Dia. CXXIIII. ¶ Do.
A Liena in patria egroto. ¶ Rõ. Quid re-
a fert cuius ſit patria:egritudo:utiqꝫ tua eſt
¶ Do. Ludis me:ego extra patriam egro
to. ¶ Rõ. Qui extra vnaʒ patriã eſt:intra aliam
ſit opoꝛtet:extra oẽm patriaʒ neqꝫ egrotare nec ſa
nus eſſe quiſqꝫ poteſt. ¶ Do. Diuerticula uerboꝝ
queris:extra meã patriã egroto. ¶ Rõ. Unũ hoc
bonum huic ineſt malo : nemo grabatulum tuum
pꝛemet:non impoꝛtuna uxoꝛ aut filius : ſui uterqꝫ
ſollicitus:negligẽs tui. Quotiẽs putaſ viro uxoꝛ:
patri filius:fratri frater in ultimis laborãti pului-
nar iniecerint: ⁊ mori adiuuerint : queʒ alienigene
uetuiſſent? Sepe ibi maioꝛ eſt charitas ubi minoꝛ
creditur: Certe nullus aſtantium moꝛbo tuo gau-
debit:nullus tibi moꝛteʒ optabit. Queris cauſaʒ?
Nullus hereditatem tuã expectabit: Omne in fa
cinus ſpes ⁊ cupiditas impellũt:hec trãquillitas
non facile tibi in patria contigiſſet: Multi ſtratum
circumſiſterent ſub officij ſpecie funeri inhiantes:
que cogitatio egrotanti egritudo:niſi falloꝛ:altera
eſt. Obſeſſum hinc lupis:hinc vulturibꝰ ſe cernẽti:
B iam cadauer mente captantibus. ¶ Do. Extra pa
triam egroto. ¶ Rõ. Quid ſcis:foꝛſitan nũc in pa
triam redis: Rectum ⁊ bꝛeue iter in patriã eſt mo
ri. ¶ Do. Extra patriam eger ſum. ¶ Rõ. O ſup-
uacue ſemper ⁊ inanes hoĩuʒ querele:quaſi vo ar
dentioꝛ extra patriã febꝛis aut durioꝛ ſit podagra
Malum hoc omne quod videtur uoluntariuʒ eſt:
atqꝫ in ueſtra poſitũ poteſtate:ut peſtes alie quaſ-
cunqꝫ falſa animis inuexit opinio.

¶ De moriẽte extra pꝛiaʒ. Dia. CXXV. ¶ Do.
A Orioꝛ extra patrios fines. ¶ Rõ. An pe-
m regrino id accidit an exuli: Jã ſeu te in his
terris viſendi diſcendiqꝫ ſtudium : ſeu re-
ligioſa deuotio detinebat: ⁊ gaudendum ꝙ hone
ſto te moꝛs reperit in actu:ſeu iuſta ſententia ⁊ fe-
rendum non modo foꝛtiter ſed libenter. Nullo eni
melius modo iniuſti ſcelus hominis q̃ꝫ iuſti ſup-
plicij ſpõtanea ac tranquilla perpeſſione diluitur.
Sin potẽtioris iniuria:neqꝫ id tñ ideo dolenduʒ:
ſed ſatis:ut arbitroꝛ de exilio diſputatũ eſt. ¶ Do.
Extra patriam morioꝛ. ¶ Rõ. Dicebã modo hoc
eſt in patriã redire:nullus rectioꝛ trames erat:nul
lus bꝛeuioꝛ. An tibi Eudemus ille Cypꝛius fami-
liaris Ariſtotelis e memoria lapſus eſt:de quo ⁊
Ariſtoteles idem ſcribit ⁊ Cicero: Qui cum graui
ter in Thaſſalia egrotaret:vidit in ſomnis ſe q̃ꝫ pꝛi
mũ egritudine liberãdũ: ⁊ poſt qnquẽnium in pa-
triam reuerſuruʒ: Tyrãnũ vo urbis illius:ubi tũc
erat Alexãdrum Phereum ilico periturũ. Cũqꝫ
ipſe paucis poſt diebus inſperate reditus ſaluti ⁊
tyrãnus a cognatis eſſet occiſus:atqꝫ ita uerã per
oĩa viſionem ratus:ꝓmiſſo tempore reditũ in pa-
triam expactaret quinti anni ad finẽ pugnans Sy
racuſis occubuit:eoqꝫ illum modo in pꝛiam ſuam
rediſſe ſomnioꝝ interpꝛetes dixere : ne qua peni-
tus pars ſomnij falſa eſſet: Ego qd de ſomnis ſen-
tirem dixi alibi. De hoc in patriaʒ reditu qd occur
B rerit modo dixerim. ¶ Do. Extra patriaʒ mori co
goꝛ. ¶ Rõ. Dixi duʒ de exilio loq̃remur ⁊ repeto:
aut nemo extra patriã moriť:aut omnes. Doctis

qdem viris placuit oẽm mundi plagam pꝛiaʒ eſſe:
⁊ pꝛeſertim foꝛti animo quẽ non huius aut illius
partis amoꝛ aſtrinxerit:alijs eam tm̃ ubi bene eẽt:
Contra:nullam hic eſſe homini patriam quibuſdã
viſuʒ eſt. Jlla cõmunis:hec altioꝛ philoſophia eſt.
¶ Do. Morioꝛ pꝛocul a patria in qua natus ſum.
¶ Rõ. Ubi moreris illa demuʒ uerioꝛ patria tua
eſt: Jlla te diutiꝰ poſſidebit nec uagari ſinet ⁊ pꝛo-
pꝛium perpetuumqꝫ incolam ſinu amplexa cõſtrin
get: Diſce hanc terram pati que te oꝛtum alibi trãſ
foꝛmabit in ſe. ¶ Doloꝛ. Pꝛocul a patria moꝛs me
manet ⁊ ſepulchꝛum. ¶ Ratio. Et celeſtes illi di-
uiniqꝫ homines quos vna etas ⁊ eadeʒ media mũ
di parte genuerat:toto oꝛbe diſperſi ſunt moꝛtibꝰ
ac ſepulchꝛis. Jllum Epheſus:illum Syria:illum
Perſis:illum habet Armenia:illum Ethiopes:il-
lum Jndi:illum Achaia:illos Roma:illuʒ ultima
ſeruat Hiſpania:quoſdam tamen ex his loco moꝛ
tis ablatos eſſe:nũc in italie urbibus fama eſt qua
terreui erant pars quidẽ etherea pꝛidem haud du
bie celum tenet. ¶ Doloꝛ. Extra pꝛiam mori opoꝛ C
tet. ¶ Ratio. Quid ſecũdi oꝛdinis viros loquar?
Jllum Stridoni Bethleem pꝛius ⁊ poſt Roma:
Jllum Gallia Pannonie:atqꝫ illum Athenis ab-
ſtulit Pariſius:hunc Grecie atqꝫ hũc hiſpanie ra-
puit Roma : hunc Mediolanum Rome viuum :
hunc defunctuʒ Africe Sardinia:mox Sardinie
Ticinum occidentis duo lucida ſydera equa meri
tis iuncta animis:vicina coꝛporibus : qui ſunt de
quibus loquoꝛ intelligis:atqꝫ ideo multa feſtinãs
tranſeo. Sed ne tertij oꝛdinis exemplum deſit. Jl-
lum Paleſtine Cypꝛus tulit:illum Nurſie Cam-
pania:hos hiſpanie italia. Jllum quidẽ Bononia:
hunc Patauium. ¶ Doloꝛ. Jntelligo plane ſingu D
la:ſed adhuc iuitus pꝛocul a patria morioꝛ. ¶ Ra
tio. Et ego plane cauſam rei huius intelligo:ꝙ ſci
licet ſanctiſſimis ſpiritibus celoqꝫ ſemper herenti
bus nulla iam terrene patrie cura eſſet que nõduʒ
tibi depoſita:ſed mihi crede:ſi celo inhias deponẽ
da eſt: Attingam tamen dehinc alios virtutis ami
cos:celi memores:nondum tamen celi ſtudio ter-
re oblitos. Samij oſſa Pythagore Metapontus
texit. Ciceronem Arpini oꝛtum: Rome altum: Ca
iete ſinus exanimem vidit. Plinium quem infan-
tem lauit Atheſis:grandeuum Ueſeui cinis extin
xit. Uirgilium mundo dedit Mantua: Bꝛunduſi-
um:ſiue ut alij perhibent Tarentum rapuit : nunc
Neapolis tenet. Ouidiuʒ Sulmo compegit: Põ
ticum ſoluit exilium. Terentium Comicum ut fa-
ma eſt : Carthago genuit: Roma docuit : Archa-
dia ſepeliuit. Flaccũ Horatiũ Apulia: Enniũ Ca
labꝛia: Statium pꝛouincia Narbonenſis: Auſoni
um Uaſconia:tres Anneos:ſiue ut alij uolũt:qua
tuoꝛ:duos Senecas videlicet Galionem ⁊ Luca
num miſit Coꝛduba: ⁊ hos oẽs: ⁊ Plautum Arpi
natem: ⁊ Lucillum Aruncum : ⁊ Pacuuiũ Bꝛun
duſinũ: ⁊ Juuenalem aquinatem: ⁊ Pꝛopertium
Umbꝛũ: ⁊ Ualeriũ Anciatẽ: ⁊ Catullum Ueronẽ
ſem: ⁊ Uarrũ cremonẽſeʒ: ⁊ Gallũ foꝛliuiẽſem: ⁊
Actium piſaurenſem: ⁊ Caſſiũ parmẽſem: ⁊ Clau
dianum florẽtinum : ⁊ Perſium Uolaterranũ : ⁊
mille alios Roma retinuit:ac magna ex parte hu-
mo condidit: Titoliuio Patauino vix ſerum ue-
lut ad ſepulturã pꝛie reſtituto: Sic ex diuerſo mul
tos Roma eadem genuit alibi moriruros. Oꝛbis

terre quaſi domus anguſta eſt: ⁊ ipſe quadrāgula
ris:cuius ab extremo ad extremum trāſitus: ⁊ hic
viuere:illic mori. Non pluris eſt fortib⁹ animis q̄
pro uario uſu balneū triclinio ſeu brumali eſtiuū
thalamū mutare. Trita eſt oībus maximeq̄ illu-
ſtribus alternatio hec originis ⁊ ſepulchri. ⁋ Do.
Scio ſic eſſe:extra pr̄iam tñ meſtus morior. ⁋ Rō.
Nihilo letior in ea ipſa quā tuam dicis pr̄iam mo
reris:ſed indulgētis fletib⁹ dolēdiq̄ cās aucupa-
mini:tanq̄ ſua illis inſit delectatio:ꝙ ſi aīum vul-
gi errorib⁹ circūuentū ſancte docteq̄ ſimul ac diſ-
crete pauptatis exēpla nō adiuuant:fortunatiori-
bus agam:ſi qđ doles regib⁹ ac Ceſarib⁹ accidiſſe
mōſtrauero:ducumq̄ clariſſimis maximorū ne ho
F minū fortunā ſis recuſatur⁹ videro. ⁋ Do. Quid
dictura quos ue in mediū platura ſis ſentio:Sed
qđ opus eſt vbis:doleo extra pr̄iam mori:mortiſq̄
moleſtiā locus grauat. ⁋ Rō. Medicā manū hor
res:video:pgam tñ:q̄ feliciter tu videto:mihi ue
rum dixiſſe ac fideliter monuiſſe:ſat fuerit. Alexā
drum Pella genuit:Babylon pemit:Alexandria
conditoris ſui nomē ac cinerē cuſtodiuit. Alterū
Alexandrum Epiri regia pauerat:Lucanus am-
nis obruit. Cyrum Perſis regē tulerat:Scythia
truncum tulit. Marcum Craſſū magnūq̄ Pōpe
ium Roma ⁊ romanū iperiū omne ſuſpexerat:que
viuorū magnitudinem toleraſſet:utiq̄ mortuorū ſi
ſors ſineret ſuffectura cineribus:ſed alterū trans
Euphraten tellus preſſit Aſſyria: alterū Egyptia
ci gurgitis vnda cōtorſit. Catoni huic ultimo Ro
ma p̄ncipium ac nomen:finem cognomenq̄ dedit
Utica Cornelios Scipiones Roma progenuit no
biliſſima ⁊ reipublice ſaluberrima germina:qbus
ſeruāda ſepe eſſet ⁊ ornāda:hos ſic ſua ſors diſtri-
buit ut duo hi qui dicunt̄ magni Hiſpana tellure
obruti. Superior Africanus Literni:Naſica Per-
gami:Lētulus itra Siciliā:ſeiūctis habitēt ſepul
chris:Soli ex hoc numero Aſiaticus atq̄ Africa
nus minor Rome iaceāt:melius quolibet in exilio
iacturi. Ille carcē mulctatus:hic morte. Sic pſepe
ubiq̄ melius viuas:melius moriare q̄ in pr̄ia:nuſ
q̄ duri⁹ iaceas q̄ domi. Tres Decij: ⁊ ſi duos tñ
fama celebret:extra pr̄iam animoſiſſime ceciderūt:
cū latinis pugnās pater:cū Hetruſcis filius:addi
dit Cicero ⁊ cū Pyrrho nepos:Quid nūc ex ordi
ne occurrentes eximios duces ſequar:oēs Rome
genitos ſed extinctos alibi:Attiliū regulū pro ſer-
uāda pr̄ia ſimul atq̄ hoſti fide:quo crudelius: eo
glorioſius morietem vidit Africa ⁊ ſequēti bello
Gaiū Flaminiū Cortona:Emiliū Paulū Cume:
Claudium Marcellū Uenuſia:Tiberiū Gracchū
Lucania pcūbentem vidit:Nulli horū Rome mo
ri cōtigit. Due ſpes ingētes imperij romani in ipo
etatis flore ſucciſe:Druſus ⁊ Marcellinus:Et ſi
ambo in pr̄iam reuerſi:ambo tñ procul a pr̄ia:Ille
in Germania obijt:hic Baione. Quid nunc:tu ne
Targno ſupbior:tu ne potētior Sylla es? Atqui il
le Cumis exul:hic dominus Puteolis expirauit.
Quid minores loquar? Auguſt⁹ Ceſar pater pr̄ie
extra pr̄iam obijt apud Cāpanie Nolam. Tiberi-
us diſpar morib⁹ impio par:apud Cāpanie Miſe
nū. Ueſpaſianus ac Titus optimi p̄ncipes ut pa-
trem ⁊ filiū decebat:vna ⁊ eadē villa:q̄uis ppe:
extra urbē tñ obiere. At Traianus in occidēte na
tus:in oriente defunct⁹ eſt. Septimus Seuer⁹ in
Africa humilē habuit originē:Rome ſupbū iperi
um:Eboraci aūt in britānia ſepulturā. Theodoſi
um in hiſpanijs ortū:defūctūq̄ Mediolani:Con
ſtātinopolis accepit que iam p̄us aliūde editū ſui
nōis poſſidebat auctorē. Quid de alijs dicā? Ly-
curgum Sparta pfugū:Creta ſuſcepit:Eadē Cre
ta Saturnū regem pulſum a filio abeuntem vidit:
italis finib⁹ abditū humatūq̄ audiuit. Africe lu-
men Hānibalem tegit urna Bithinica. Theſeum:
Themiſtoclem ac Solonē:tres Athenieſiū coro
nas ſic fortuna diſperſit:ut p̄mum Syrus:ſecūdū
Perſis:tertiū Cyprus ſepeliret:Imparia tātis ca
dauerib⁹ ſepulchra:Dies me deficiet ſingulis imo
rantē:neq̄ te hiſtorijs obruere pꝓpoſui:ſed monē. G
⁋ Do. Teneo:ſed hos oēs ⁊ quoſcūq̄ enumerare
alios potes:extra pr̄iam defunctos fateor:ſed uo-
lentes nego:dolēteſq̄ arbitror. ⁋ Rō. Unde hoc
tibi niſi ꝙ ſtulti omnes:ſm ſe alios eſtimant:neq̄
qđ ſibi difficile eſt cuiq̄ poſſibile ſuſpicari poſſūt:
Et fortaſſe illi ueteri poti⁹ pꝓuerbio p̄buiſti aurē:
Bonū eſt pegre viuere:mori malū:cum utrūq̄ po
tius bonū ſit:modo bene fiat:lōganimiter atq̄ ho
neſte:Malū utrūq̄:ſi male:ſi flebiliter atq̄ igna
ue:Dicam qđ mireris:quodq̄ pꝓuerbio penit⁹ ſit
aduerſum:ſi qua locorū querimonia iuſta eſt:hanc
ego facilius viuenti pmiſerim cuius utcūq̄ forſan
interſit:q̄ morienti cui omnis loci cura ſupuacua
eſt iam locis oībus abituro. ⁋ Do. Tāgis animū:
adhuc tñ in patria mori mallem. ⁋ Rō. Uolūtas
humana niſi virtus ac ſapiētia illam frenet per ſe-
ipſam idomita ⁊ effrenis eſt. Q̄ ſi altius attēdas:
totum hoc ad te nihil ptinere fatebere:qñ neq̄ hic
amplius eſſe potes:neq̄ oſſib⁹ tuis ſupeſſe ſenſus
aliq̄s quo diſcernāt ubi durius aut mollius cubēt:
neq̄ quo tendis aliūde facilius pueniſſes aut bre
ui⁹. Elegāter Anaxagoras pegre moriēs:an in pa
triam referri uellet amicis interrogātib⁹: nihil ne
ceſſe eſt inqt:Et adiecit cauſam:Undiq̄ enim ad in
feros tantundem vie eſt:qđ reſponſum non minus
cōuenit ad celum aſcenſuris q̄ caſuris ad inferos:
⁋ Do. Utinā domi morerer. ⁋ Rō. Si illic eſſes: H
forſan alibi eſſe optares:ſic enim habe: ⁊ qđ viuēs
debueras:diſce uel moriēs:perdifficile eſt uobis o
mortales morem gerere delicati ⁊ queruli:quib⁹
quod habetis omne viliſſimum eſt ſemper: ⁊ ſolū
id optimum quo caretis. ⁋ Do. O ſi domi more-
rer. ⁋ Rō. Multa ibi forſitan videres que mortē
tibi efficerent grauiorem:vnde ideo te ſemotū cre
de ut reiectis curis omnibus deum ſolum atq̄ ani
mam cogitares.

⁋ De moriēte in peccatis. Dia.CXXVI. ⁋ Do.

M Orior in peccatis. ⁋ Rō. Hec iam nec na
ture nec fortune:ſed tua propria culpa eſt. A
⁋ Do. In peccatis morior. ⁋ Ratio. Pri
mū peccare quis te compulit? Deinde quis uetuit
commiſſa diluere? Poſtremo quis nunc etiam ſe-
ram licet penitentiam impedit? Uſq̄ ad extremum
ſpūm liber eſt anim⁹. ⁋ Do. Peccata mea moriēs
mecum fero. ⁋ Rō. Caue ne id facias:uenenoſū
mortiferumq̄ viaticum depone dum uacat:dūq̄
eſt qui illud tollat ac deleat:ut ſcriptū eſt:Proijci-
atq̄ poſt tergum ſuum in profundum maris: Et
quantū diſtat ortus ab occidente longe faciat abs
te:Hanc tu horam ne neglexeris:que ſemel elapſa
non redibit:Quod licet horis omnibus ſit cōmu

ne:ut eant ſemper nunq̃ redeant: In vna tñ omiſ-
ſum hora in altera forſan reſtaurari datum ſit: At
extreme hore negligētia ꝓrſus irreparabilis eſt.
Itaq; quod in arcanis anime diſputationibus in-
uentum ferunt: vite huius errores quaſi leues qui
dam lapſus in plano ſunt vnde facile poſſis aſſur-
gere: At peccatū mortis graui ⁊ ex alto prerupto
q̃ ſimillimum eſt ruine: vnde facultas nulla ſit re
ſurgendi: Huic tanto diſcrimini cui poſthac nunq̃
ſuccurrere ualeas: nunc occurre dum uales: ⁊ me
mento non modo quid ueſtri dicant: ſed quid Cice
ro qui de morientibꝰ in diuinatione ſua diſputans
Tu uel maxime inquit laudi ſtude eoſq; qui ſecus
q̃ decuit vixerunt peccatorum ſuorū maxime pe
nitet. Quid a quoq̃ queſo religioſius: quid utiliꝰ
dici poteſt: Fiat modo quod dicit̃ peniteatq; uel
ſero? Anceps fateor ac ꝑiculoſa dilatio: ⁊ que plu
rimos fallit qui purgationē anime que feſtina ni-
mis eſſe non poteſt: ſcientes uolenteſq; procraſti-
nant ⁊ in finem trahunt: quo tempore circumuen-
ti ⁊ artati viciniaq; mortis attoniti: nihil de cōce
ptis expediunt. De quo quoniam multa dicuntur
a ueſtris: haud ipertinens eſt audire quid hic quo
q; Uirgilius ⁊ ipſe teſtis externus dicat: quibus
uerbis hanc deſidiam neglectamq; confeſſionem
notet: ex illius ore mirabile: ubi apud inferos iudi
cem illum facit iuſtitia ⁊ equitate notiſſimum: qui
ut ipſe ait: Caſtigatq; auditq; dolos ſubigitq; fa-
teri: Que quis apud ſuperos furto letatus inani
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Sed
q̃uis hoc periculoſū adeo ſit: nihil tñ deſperatio
ne periculoſius: nihil peius ueſtre ſalutꝭ hoſtis in-
uenit. Cetera enim ſuis cuncta remedijs leniūtur
hoc malorum maximum atq; ultimum abeuntem
ubi animam oppreſſerit: nullus iā remedio locus
eſt. Huic ergo cū ſemper: tum in fine uehementiꝰ
obſiſtendum eſt: quod ⁊ tunc urgere acrius ſolet:
⁊ nihil iam eſt reliqui quo ſalutis conſilia cunctan
do reijcias. Neq; uero te hinc metus arceat: nec
te pudor dolorq; dilationis impediant: peius eſt
nunq̃ q̃ ad ueſperam expergiſci: ⁊ omnino quic-
B quid male differtur: peius omittitur. ¶ Do. Mo
rior abſq; ulla ſpe. ¶ Ratio. Male ais: immo ue-
ro ſpem proiectam recipe: ⁊ admotam pectori to-
tis aie ulnis amplectere: ſtringe: conſerua. ¶ Do-
lor. Magnum eſt peccatum meum ualde. ¶ Ra
tio. Nullum tam magnum peccatum hominis eē
poteſt: qn multo maior miſericordia dei ſit. ¶ Do
lor. Quis poterit tot peccata dimittere? ¶ Ratio
Et quis putas niſi ille de quo ſui hoſtes admiran
tes litigabat ⁊ querebant: Quis eſt hic qui etiam
peccata dimittit? ¶ Dolor. Quis tantorum ue-
niam merebitur peccatorum? ¶ Ratio. Nullus
fortaſſe merebitur aut meritus fuit: multis ta-
men data eſt gratis: ⁊ dabitur modo: ſit qui il-
lam fideliter ac reuerenter imploret: Nullam qui
dem eſſe remiſſionem criminum ingentium pſua-
dere aliqui: ut perhibent Conſtantino principi uo
luerunt: Ad id falſum eſſe: nō modo apud ueſtros
conſtat apud quos remiſſio peccatorū per baptiſ
mū ⁊ per penitentiam nota eſt: ſed apud Paganos
etiam fama fuit: falſa licet quorum morbis ideo
inefficax erat medicina: ꝙ eis nondū medicus ce
leſtis aduenerat: proinde niſi mūdari a pctō aius
⁊ deleri poſſet iniquitas fruſtra id totiēs peccator

ille primum maximus: poſtmodū vir ſanctiſſimꝰ
precaretur. ¶ Dolor. Peccati cōſcientia ſpem pre
cidet. ¶ Ratio. Peccati memoria penitentiam ac
dolorem animo afferre debet: non utiq; ſpem au-
ferre: Sed uos omni ex parte fallimini in peccato
feruidi: poſt peccatum gelidi: Peccando quidem
exultatis: memorando autem deſperatis. Multi
paſſim peccant ſpe uenie: Contra uero multi cum
peccauerint ueniam deſperant: ⁊ utriq; errāt: Nā
⁊ illis ab initio ſpē damnoſam pellere: ⁊ his in fi
nem ſalutiferam ſpem tenere conſiliū erat. ¶ Do C
lor. Grauem culpis mors precipitat quid agam?
¶ Ratio. Quid niſi quod egiſſe iam pridē decuit
ut infauſtam ſarcinam feſtinanter abijcias: qua le-
uatꝰ ibis plane nō ꝑcipitabere: Ibiſq; nō curuꝰ nō
titubās: ſed erectꝰ certo ac ſtabili ueſtigio ⁊ ſpe bo
na. Age ergo ne differas neu diffidas: eſt qui exo
ratus ab humeris illam tuis trāſferat qui grauio-
ra iam tranſtulit: cui nil graue: nil difficile eſt. Et
q̃uis pigra dilatio excuſatione careat: laude non
caret emendatio ſera licet: Satius eſt enī ſero q̃
nunq̃ reſipiſcere: Confortare: reſpira: multos a li
mine tartari pauce pie lachrymule reuocarunt.
Stat dexter ad lectuli tui caput: qui non ſolum in
fecto illi ſe mundare uelle reſpōdit: ſed quatridua
no iam fetenti ut ſurgeret imperauit: teq; etiā nūc
expectat ut mundari uelis ac ſurgere: non minus
ipſe hodie q̃ tunc pius: nec ſolito minus potens:
adhuc quo in ſtatu mori uelis in te eſt: adhuc ſine
peccatis mori potes: non ꝙ peccata non fuerint
ſed non erunt. Et ſi enim in preteritis nullum ius
niſi obliuionis habere deum: Pliniꝰ ſecundus exi
ſtimet: habet tamē quod ille vir curioſiſſimus nō
vidit: ius etiā abolitionis: Itaq; facta licet ifecta
eſſe non poſſint: ex facto tamen oriens peccatū ſic
deleri poteſt: ut iam amplius nō ſit: ita ut ſicut ſcri
ptum eſt: Queratur peccatum ⁊ non inueniatur:
non ꝙ ſe peccati vinculis abſoluere potētie ſit hu
mane: ſed ꝙ pie hominum uoluntati cōtritoq; cor
di diuinum nunq̃ deſit auxilium.

¶ De moriente ſollicito quid de patrimonio ac libe-
ris futurum ſit. Dia. CXXVII. ¶ Me.

Quid de patrimonio ſperem: quid de libe- A
ris? ¶ Ratio. Et patrimoniū dños iueni-
et ⁊ liberis ſua ſors erit. ¶ Metus. Quid
de tantis diuitijs fiet? ¶ Rō. Ne dubita ne here
di nimie videātur: nunq̃ tante erūt quin aliqd de
ſit: de his tamen illa viderit que res ueſtras haſq;
tam dilectas opes huc illuc iaculatura ꝓtorquet.
¶ Metus. Quid faciēt filij? ¶ Ratio. A terreno
patre deſertos: in ſuā curā celeſtis pater accipiet
non relicturus ut tu neq; orphanos facturus: Ille
eos nutriet ⁊ docebit a iuuentute eorū: modo do
ciles ſe prebeant: ⁊ uſq; in ſenectam ⁊ ſeniū: uſq;
ad mortem ⁊ ſepulchrum non deſtituet. Spes na
ſcentis hominis deus eſt: non genitor q̃uis di-
ues: q̃uis rex ille ſit. Non eſt edificandum in are
na ſed in petra: Omnis ſpes de homine breuis ⁊
caduca eſt. Filij igitur tua ſpe deluſi ponēt in deo
ſpem ſuam ⁊ cantabunt cum Dauid: Pater meus
⁊ mater mea dereliquerunt me: dominus autem
aſſumpſit me. Multorum indolem filiorum ⁊ vir
tutum ſemen mentibus inſitum parentum blandi
tie extinxerunt: Sicut ex diuerſo molliciē ſepe di
ſcuſſit orbitas ac paupertas. ¶ Metus. Quo de B

uenient opes? ¶ Ratio. Unde uenerunt reuerten
tur: hoc eſt ad foꝛtune manus: Inde rurſus ad ali
os atqꝫ alios abiture: apud neminem diu manſu-
re. Uage ſunt enim: ſtare neſciunt. Neqꝫ ſine my-
ſterio: Rotundaꝫ nummi foꝛmaꝫ opinati ſunt: ſed
uolubilitatis indicium eſſe dixerunt quidam face-
te non inficioꝛ: ſed nō minus triangularis: aut qua
dra uolubilis haberetur: quod attinet ad diuitiaꝝ
fluxum: quarū natura eſt labi aſſidue ac uolui odiſ
ſe vnius feras arcule: crebꝛis ac uarijs poſſeſſori-
bus delectari: ſiue ut rubiginem motu vitent: ſiue
ut fallant circuitione q̄ꝫ plurimos: ſiue ut cum do-
minis ſuis de inſtabilitate contendant: Hāc tu igi
tur moriens: uel viuenti ſuperuacuam curam po-
ne: quin ſi locuples moreris: agnoſce foꝛtune fideꝫ
raram ⁊ uſqꝫ ad exitum euita diuitiaſqꝫ iā tibi nō
neceſſarias alijs linque. At ſi pauper: expeditꝰ pꝛo
ficiſcere ſeu ingentes ſeu exigue ſeu nulle opes ti-
bi fuerint: modicū ad te olim poſthac uero nil ad
te pertinet niſi ꝙ inopem vixiſſe ſecurius quando
laborioſa hec vite uel pꝛeſidia uel toꝛmenta moꝛtē
C quoqꝫ ſollicitant. ¶ Metus. Quid erit de filijs?
¶ Ratio. Erit ubi viuat tuum nomen ſi ſint boni:
ſi qua ea conſolatio moꝛtis eſt: non totus interijſſe
videberis: in illorum vultibus inqꝫ actibus te ſibi
redditum amici credent ⁊ gaudebunt: At ſi mali:
eſt cur cupide deſeras quos coꝛrigere nequiuiſti ⁊
coꝛrigendos ac domandos mundo tradas ac foꝛ-
tune: ne ue illos moriens ſuſpires qui te mori ſe-
gniꝰ ſuſpirant: ⁊ foꝛs ocius moꝛtuū ſuſpirabunt.
¶ Metus. Quid de opibus? ¶ Ratio. Times ne
a te dimiſſe non ſint dominos reperture? Expectā
tur: exoptantur: eſtimantur: neqꝫ tam de contēptu
q̄ꝫ de certamine metuendum: Pꝛoinde iaꝫ nūc he
diuitie tue eſſe deſinent: cuius autem ſint future:
quid filios aſpicis? Sciri autem non poteſt qdeꝫ
nec opoꝛtet: ſat eſt ſcire tuas fuiſſe ſi fuerunt tue: ⁊
non potius illius rerum domine tranſeuntiū atqꝫ
moꝛtaliuꝫ que foꝛtuna dicitur: Sed ſic tuas dico:
hoc eſt tibi ad bꝛeue tempus obſecutas: iam uero
tempus eſt abeundi cedendiqꝫ alijs: ſine illis pa-
rumper obſequantur ⁊ viciſſitudinē ſuam ſeruent
niſi ambitioſe mori (⁊ quod ſtulti quidam fecere)
tua tecum tumulo vis inferri: quādoqꝫ ſepulchꝛo
rum effoſſoribus pꝛofutura: Deniqꝫ iam terre me
talliqꝫ curam pꝛoijce: celum tandem teqꝫ ipſum co
D gita. ¶ Metꝰ. Opes mee fugiunt a me. ¶ Ratio.
Putabas ne manſuras cum fugeret vita: cuꝫ tuip
ſe continue rapereris. ¶ Metus. Quid de opibꝰ
meis erit poſtq̄ꝫ mee eſſe deſierint? ¶ Rō. Quid
de eis erat anteq̄ꝫ tue eſſe inciperent? ¶ Metus.
Opes tantas linquo nudus abiens. ¶ Rō. Nu-
dus intraſti: nudus egredere: non eſt quod quera
ris: ſed eſt vnde gratias agas. Alieni uſus medio
tempore tuus fuit: nil tuum tibi pꝛeripitur: ſed ex
pleto uſu repoſcitur alienum: E vicinia migrātes
aduene ultro ſiquis eſt pudoꝛ cōmodata uaſa re-
ſtituunt. ¶ Metus. Heu nil tantis ex opibus me
cum fero. ¶ Ratio. Aufer quantum attuliſti: uel ſi
mauis: quantum reges auferunt. ¶ Metꝰ. Quid
impuberes nati agent? ¶ Ratio. Adoleſcent ſi vi-
xerint ac ſeneſcent: ⁊ ipſi ſuas agēt vias foꝛtunāqꝫ
ſuam: ⁊ labores vite obibunt: interim ſub tutela
dei erunt: ⁊ tu foꝛſan ſine patre impubes vixiſti.

¶ De moriente anxio quid uxoꝛ eo moꝛtuo ſit actu
ra. Dia. CXXVIII. ¶ Me.

Quid dilecta uxoꝛ poſt me faciet? ¶ Rō. A
Nubet foꝛſitā: quid ad te? ¶ Me. Quid
faciet chara uxoꝛ? ¶ Ratio. Tuo iugo ab-
ſoluta: uel ſubibit aliud: uel libera ceruice uagabi
tur: uel iam feſſa ſubſiſtet ⁊ quietem ſola medita-
bitur. ¶ Metus. Quid aget uxoꝛ amantiſſima?
¶ Ratio. Quid cum te euaſerit actura ſit cogitas
cum tibi ſubiecta qd egerit neſcias? Magna pars
moꝛtalium: quid domi ſue fiat neſcia: quid in celo
agatur: quid ue in terris ſit agendum querit. Sa-
ne quid deinceps agat uxoꝛ ipſa eadem uel mari-
tus alter viderit: ad te amplius cura iſta non perti
net. ¶ Metus. Ue reoꝛ ne poſt meum obitum nu-
bat coniunx. ¶ Ratio. Quedam viuentibus viris
nubūt. Fecit hoc: apud Hebꝛeos Herodias: apd
Aphꝛos Sophoniſba: apud Romanos Martia ⁊
Liuia: q̄ꝫuis has duas virorum conſenſus ac iuſ-
ſus excuſet: Tue vni viro licet moꝛtuo nubere nō
licebit? Atqui pauce viuis coniugibus fidem pꝛe
ſtant: tu gelido etiam cineri fidem poſcis? Si fida
tibi uſqꝫ ad diem vite ultimū uxoꝛ fuit: quid ni to B
tum coniugalis fidei munus impleuerit? ¶ Me-
tus. Ne ſecūdo uxoꝛ nubat metuo. ¶ Ratio. Ne
pꝛimo nuberet: magis foꝛſitan metuendum erat:
Id ad te pertinuit hoc ad alterum pertinebit. Sic
eſt autem: metuenda contemnitis: ſpernenda me
tuitis: nil in rebus iuſto pꝛecio eſtimatis: Martia
lis thori duellum ſecurus intraſti non cogitās qd
periculi adires: id intrare alium times? ¶ Metꝰ.
Nollem fateoꝛ uxorem alteri nubere. ¶ Rō. Per
fecte quidem pudicitie ſecunde nuptie quantum li
cet fateoꝛ vitande ſunt: ſed vitanda magis pericu-
loſa viduitas. Eſt ubi nubere non tantuꝫ permitti
tur ſed opoꝛtet. Difficile eſt foꝛmoſam ſolam caſte
viuere. ¶ Metus. Dulcis alteri coniunx nubet.
¶ Ratio. Rare ſunt earum etiam quas honeſtas
dicunt: quibus non ſuper pꝛeſentem coniugem: al
ter iam animo deſponſatus ſit. Moꝛtalis mihi in
quiunt vir eſt: quid ſi hic obeat: num ille mihi aut
ille erit aptiſſimus: quem virtus: quem nobilitas:
quem gratia: quem facundia: quem foꝛma concili
et? ¶ Me. Uxoꝛ mea nubet alteri. ¶ Rō. Tua
quidem uxoꝛ minime: Ne tua enim ſit amplius C
moꝛs faciet: Nec mirabere ſi cōiuges ſeparat que
coꝛpus atqꝫ anime vincula diſſoluit. ¶ Me. Nu
bet iterum uxoꝛ mea? ¶ Rō. Et Romanorum du
cum nupſere iterum uxores: fer communem cum
maioribus foꝛtunam. ¶ Me. Nubet uxoꝛ alteri.
¶ Ratio. Et Romani duces ⁊ pꝛincipes viduas
duxere: Et ſanctiſſimus rex Dauid viduas du-
as in coniugiuꝫ duxit: que minorum fuerant uxo
res: ⁊ foꝛtaſſe te maioꝛ aliquis tuam ducet: hanc
tu illi: tum linque ſollicitudinem qui eo pergis
ubi non nubitur. ¶ Metus. Nubet alteri dulcis
uxoꝛ. ¶ Ratio. Si meliori nupſerit: gratulare ꝓ-
ſperitati eius quam amaſti. Sin peiori: gaude ſal
teꝫ ꝙ tu illi iā notioꝛ charioꝛqꝫ futurus ſis. Mul-
te pꝛimos viros noſſe ac diligere ſecundo demuꝫ
matrimonio didicerūt.

¶ De moriente ſollicito quid poſt ſe patrie euēturū
ſit. Dia. CXXIX. ¶ Metus.

Quid poſt me de patria mea erit. ¶ Ratio.
Bonorum omnium patria vna eſt: ⁊ malo A
rum altera: harum cui te aſcribi in ciuē ſe

ceris videto: Tertia enim patria nulla eſt ſed di-
uerſorium aut tranſitus. ¶ Metus. Quid de pa-
tria mea erit. ¶ Ratio. Patria illa quā petis vno
ſemper in ſtatu eſt: Iſta quā deſeris (quod ſepe iā
diximus) nō patria ſed exilium tuū fuit. ¶ Me.
Quid patria poſt me aget. ¶ Ratio. Regia cogi-
tatio eſſe ſolet: quid poſt ſe regnis atq; urbib⁹ euen
turum ſit: qualem fuiſſe legis aut magno illi regi
Aſſyrie: aut Romano illi principum maximo pri-
uatam fortunam hec cura ſupereminet. Quando
vero ad ultimum ſic affectus es: ut illam miſerie offi
cinā atq; illud hoſpitium doloris ubi rapidum vi
te tempus multis in laboribus: ne dicā gemitib⁹
exegiſti: patriam nunc etiam tuam uoces: Et vis
ſcire quid actura ſit: dicam: Faciet nempe quod fe
cit & quod faciunt alie: At quid inquies? Tumul-
tuabitur: diſſidebit: nouarum rerum ſectabitur &
partium ſimultates: mutabit dominos: innouabit
leges: utrūq; ſepe in peius: in melius raro: Calca-
bit preterea egregios ciues: attollet indignos: pel
let immeritos: predones erarij colet: blandos dili
get: ueridicos oderit: bonos ſpernet: uenerabitur
potētes: libertatis hoſtes adorabit: defenſores rei
publice perſequetur: flebit ac ridebit inaniter: aurum
gemmaſq; mirabitur: virtutes abijciet: amplexabi
tur uoluptates: hi ſunt mores urbium. Nemo tibi
non certus horum uates fuerit: niſi qui ſemper ru
re vixerit uel obtuſis auribus ac oculis urbes in-
B trauerit. ¶ Met⁹. Quid poſt me patrie accidet?
¶ Ratio. Quid ſollicitus: quid ue anxius es qc-
quid patrie acciderit: tua iam domus ab incēdijs
a furibus: a ruinis tuta erit. Nihil ad te peſtilens
annus: nihil annus exuberans: nihil eſtus: nihil ſic
citas: nihil imbres ac grandines niueſq; & glacies
& nimium gelu: nihil fere uel uolucres: nihil bru-
cus aut locuſta: nihil deniq; terremotus ac fremi
tus procellarū: nihil annone caritas: nihil hoſtiū
incurſus aut bella ciuilia. ¶ Metus. O quis patrie
ſtatus erit: ſeu quis demum finis? ¶ Rō. Quis
putas niſi qui maximarum urbium fuit: quiq; om
nium erit puluis: cinis: ſparſi lapides: nudum no-
mē? Poſſem id inumeris argumētis oſtēdere: ſed rē
tenes. Ad ſummā nil ab homine fit eternū nil hu
manū preter animam immortale. Cepta deſinēt
fata deficient: ſtructa ruent: quid plus equo ange-
ris: quid eſtuas? ſi in celo eris & hocipſum & mor
talia cuncta deſpicies: Nam qui ad inferos de-
ſcendūt: charitate amiſſa: deū atq; homines deiq;
opera ſimul atq; hominum odiſſe credibile eſt.

¶ De ſtudio fame anxio i morte. Dia. CXXX. ¶ Do.

A Quid de me poſt fata dicent hoies? ¶ Ra-
tio. Intempeſtina ſollicitudo: hoc a iuuen
tute prouiſum eſſe debuit: Qualis fere vi
ta hominum talis eſt fama. ¶ Do. Quid de me lo
quentur? ¶ Ratio. Quid reſpondeā niſi illud do
ctiſſimi atq; oium eloquētiſſimi Ciceronis: Quid
de te alij loquantur ipſi viderint: ſed loquentur ta
men: Sermo autem omnis ille anguſtijs cingitur
his regionum quas vides: nec vnꝗ de ullo peren
nis fuit: ſed obruitur hominum interitu & obliuio-
ne poſteritatis extiguitur. ¶ Do. Quid de me di
cent homines qui poſt me naſcentur? ¶ Ratio. Di
cerem aliter iſta ꝙ Cicero: ſi melius dici poſſe cre

derem. Quid autem: inquit intereſt ab his qui po
ſtea naſcentur ſermonem fore de te: cū ab his nul
lus fuerit qui ante te ſunt nati? Unum addidit: qd
tūc forſan dubitabile: forſan falſū: nūc certiſſimū
& abſq; ulla prorſus heſitatione ueriſſimum eſt.
Qui nec pauciores inquit & certe meliores fuerūt
viri: Nam quis eſt oro iā qui dubitet nunꝗ qua
les fuerint futuros homines: ita in peius inclina-
ta ſunt omnia ruineq; proxima. Cura ergo mira-
bilis ignotorum atq; imparium dicta metuere:
cum excellentium ac notorū opiniones ac uerba
contempſeris. ¶ Do. Que mihi fama erit extin- B
cto? ¶ Ratio. Facile melior ꝙ viuenti cum ſilue-
rit liuor. Raro enim vite hominum ſuperſtes inui
dia eſt: Ut autem virtus radix eſt glorie: ſic dece-
ptrix inuidia: utq; liuidus pollex preſens impedit
ſic amotus uere laudis reſtituit incremētū: Itaq;
multis buſti limen inuidie in acceſſum magne glo
rie ueſtibulum fuit. ¶ Do. Quantum me lōga ma
net fama? ¶ Ratio. Longa forſitan ut uos lōgum
dicitis: uere autem apud uos nihil eſt longum: ut
vero nō modo longa ſint omnia ſed eterna: ſola vir
tus efficere potens eſt precipueq; iuſtitia de qua
ſcriptum eſt: In memoria eterna erit iuſtus: quod
ut potuit poeta ueſter expreſſit: ubi ait: Sed famā
extendere factis: hoc virtutis opus eſt. ¶ Dolor.
Quali poſt obitum fama ero? ¶ Ratio. Quid re
fert quale ſit quod mox uel neſcies uel contēnes?
Quid ad te hominum flatus dum tu flatu caritu-
rus ſis? Spirantē neſci delectariq; auris non mi-
ror: at defunctum ſtupeo. ¶ Do. Quid de me poſt
obitum dicetur? ¶ Ratio. Et quid putas niſi qd
mereberis bonum: malū: multum: parum: nihil: in
quibuſdam mēdax: ſed in pluribus uerax fama eſt
alioquin lōga utiq; nō eſt: diuturnitatis fundamē
tum ueritas: ruinoſum atq; imbecille mendaciū.
¶ Do. Qualis mihi poſt exitum fama erit? ¶ Ra
tio. Qualis ante exitū fuit vita: nec minus in exi-
tu. De hoc ergo tempus omne preteritū: ſed in pri
mis preſens hora viderit. Sic enim habeto quali
quiſq; dignus ſit fama poſt mortē nulla re meli⁹
ꝙ morte cenſeri: quippe cum multos per omnem
vitam inglorios & obſcuros: ſola (dictu mirabile)
mors illuſtrat.

¶ De moriēte ſine filijs. Dia. CXXXI. ¶ Do.

Sine filijs morior. ¶ Rō. Eo alacrior mori A
debes atq; expeditior proficiſci: nil poſt ter
gum linquens quod te uellicet. Ille ingēs
morientium dolor ceſſat ex cōmiſeratione oriens
deſerēde prolis immature preſertī & paterno pre
ſidio indigentis perq; etatem inopiamq; conſilij
& iniurijs & caſibus multis expoſite. ¶ Dolor.
Nati quos optabam ſperabamq; ſuperſtites pre-
ceſſerunt. ¶ Ratio. Habes ad quos ire cupias
non a quibus doleas abire non exiguū ſolamen.
¶ Do. Mors acerba filiorum orbus ut moriar co
git. ¶ Ratio. Hoc ſi miſerum cenſes: quid eſt qd
uel orbum mori cogat uel vixiſſe coegerit: cum vn
de tibi filios eligas ingenuorum iuuenum tāta ſit
copia: eo fortaſſis obſequentiores & tui amantio-
res habiturus ꝙ quos tuo de ſanguine genuiſſes:
ꝙ illos caſu quodam: hos certo iudicio queſiuiſti
Filij illi anteꝗ noti: hi autem noti & dilecti & ele-

cti anteq̃ꝫ filij. Jtaqꝫ totū illi hoc nature: hi beneficio tuo imputēt ꝙ filij tui ſint: vnde fit ut ſepe hec fuerit fauſta ſucceſſio cui tuto non mediocre tātuꝫ patrimonium ſed ſummum imperiuꝫ crederetur. Noſti ut Julius Ceſar prole carens: ſibi Auguſtū ille tyberium pene inuitus quidem: ut poſt Nerua Ulpium Traianum: ille Elium Hadrianum: ut is rurſus Antonium pium: ille Marcum Aurelium ſibi filium fecit: feciſſetqꝫ ille alium quemcunqꝫ felicius q̃ꝫ Commodum genuiſſet: nulli commoduꝫ cunctis incommodum vnicum tanti patris infortunium vnumqꝫ ex paucis Romani Jmperij probrum ingens atqꝫ apertiſſimū argumētum: quanto adoptio ſit felicior genitura: ꝙ cum primi ex ordine diu ac feliciter imperaſſent: hic tantorum ueſtigijs ducum ſpretis iter deuium ingreſſus: breui ⁊ turpi non imperio ſed tyrannide: cum rempublicam fedaſſet: miſero quidem ſed ſe digno fine procubuit: publicumqꝫ ludibrium in ſe uertit. Jam inde preterea ante hos longe ſecundum illud fulmē belli punici: malleumqꝫ Carthaginis Africani illius magni filius in decus gentis aſſumpſerat: hoc ſcilicet fato: ut quam urbem Auus cōcuſſerat: hāc nepos eius euerteret: ut Florus ait hiſtoricus: ex Emilia in Corneliam familiam tranſlatus: utriuſqꝫ decus ultimum fateor non minimuꝫ. Ex his vides ꝙ nec tibi nec principi deeſſe filius pōt: quod qꝫ eſt optimum: Boniꝫ bona non deſit electio: que ſi adſit: talem tibi fortaſſe filium dabit: qualeꝫ non dediſſet uxor: ⁊ uotiuū matrimonij effectum con-
B iugalibus expeditus vinculis inuenies: ſic nature defectui lex prouidit. ¶ Do. Quomodo nunc domui mee diſponam: orbus morior? ¶ Ratio. Magnam uero pietatis: magnam laudis oblataꝫ tibi ne reſpuas materiam: ⁊ quod filijs forſan igratis ac uel male cumulaturis: uel quoniaꝫ uterqꝫ mos eſt in uſus peſſimos uerſuriꝫ breuiqꝫ omnia profuſuris conferre decreueras: confer honeſtius: cōfer utilius: confer ſtabilius: Pergami quideꝫ rex Attalus: populum Romanum nec egentem certe: ⁊ aſiaticis profecto diuitijs corrumpendū teſtamento ſibi heredem fecit: Ego tibi alium populuꝫ: quē inſtituas oſtendam: Hinc te amicorum: hinc egentium turba circumſtant: ex utraqꝫ tibi filios adoptare permitteris: quorum alij te digreſſum dulci ſecuꝫ commemoratione detineāt: Alij te quo pergis pia precuꝫ feſtinatione preueniant: ut que hic erogaueris: illic cētuplicata reperias: fenus uber-
C rimum certiſſimumqꝫ viaticum iter iſtud acturis. ¶ Do. Morienti mihi nullus eſt filius. ¶ Ratio. Quid ſi multi eſſent: an ex his tibi: ſeu cuſtodē domus ac pecunie: que tua certe amplius nō erit eligeres: ſeu in prelio mortis athletam ipſum quoqꝫ mortalem: ſeu deniqꝫ comitē ad ſepulchrum: ultra enim nec te tui quidem comitentur: nec Metelluꝫ ſui: Breuis a lectulo mortis ad ſepulchruꝫ via eſt Quid refert an hic ſolus iaceas: an ibi? Friuole prorſus ⁊ inepte cauſe filios optādi: Naꝫ ſi in illis ut vulgo dicitur ſeruari ac perpetuari tuum nomē optabas: ipſe quoqꝫ vulgariter fallebaris. Siquidem filiorum obſcuritas profecto creberrima nec illuſtrare ipſa utiqꝫ nec ſeruare paternuꝫ poteſt nomen: At perrara filiorum claritas: ut ipos ſemper filios claros facit: ſic parentes interdum vicinitate ſua contegit obſcuratqꝫ: quaſi minora ſol ſydera quod nuſq̃ꝫ euidentius q̃ꝫ in Julij Ceſaris patre cognoſcitur: quem pene ignotum filij ſplendor fecit. Et ad ſummā: quiſqꝫ in filio ſui nominis ſpem reponit: rem pertenuem labilemqꝫ in uaſe fictili locat ac ruinoſo: quodqꝫ eſt inconſultius non ſuo: reꝫ maioris apud vulgus q̃ꝫ apud doctos precij: neutris tamen contemnendam: ſed cum honeſtius: tū certius locandam in ſuis incorruptibilibus uaſis ac ſolidis in virtute propria: in rebus geſtis in lit-
teris. ¶ Dolor. Sine natis morior. ¶ Rō. Non D
ſunt in quos tue ſeſe ſpargant cure: in te uerſe omnes quo inſtructior liberiorqꝫ digrediere: te vnum reſpiciens: te metiens. Sis q̃ꝫ miſer ⁊ q̃ꝫ felix moriare: nec incertus moreris: an uel miſerie ſit addēdum uel felicitati detrahendum tue: aliena ſeu turpitudine ſeu fortuna: Et ſi enim alijs aliter videatur: in quorum ego ſententiam ſum pronior: ut magnis tamen ſcimus viſum eſſe philoſophis: filiorꝫ euentibus imminuitur paterna felicitas. Jmbecille bonum quod in craſtinum prominet ⁊ pēdet ex altero: ꝙ ſi opinionem hanc admittimus: q̄d hinc fit intelligis: dubitari enim nequit quin multi felicius obituri fuerint ſi ſine filijs obijſſent.

¶ De moriente qui metuit inſepultus abijci.

Dia. CXXXII. ¶ Me.

Nſepultus abijciar. ¶ Ratio. A litibꝰ in- A
i uides: an feris: an piſcibus: Naꝫ ſi metuiꝫ tibi baculum ſeu cuſtodem iuxta te poni iube: quo a cadauere depellātur. ¶ Metus. Ludis in malis meis: nam profecto nil ſentiaꝫ. ¶ Ratio. Quid igitur times quod non ſentias? Nam ſi ſentias probes: ſentientem enim ſepelire necare eſt. ¶ Metus. Jnhumatus iacebo. ¶ Ratio. Tu niſi te tellus preſſerit illam premes: te niſi terra contexerit celum teget. Notum eſt illud: Celo tegit̃ qui non habet urnam. Jllud quoqꝫ notiſſimum: Facilis iactura ſepulchri: Facilis inq̃ꝫ ſic: ut nulla facilior. ¶ Me. Jnhumatus ero: graue dictu. ¶ Ratio. Dictu neſcio: re autem profecto leuiſſimū multoqꝫ tolerabilius ſepulchro exui q̃ꝫ domo q̃ꝫ lodice q̃ꝫ ſagulo. ¶ Metus. Jnhumatus ero: fedū viſu. ¶ Ratio. Fedum fortaſſe alijꝫ: tibi autem nihil minus. Omnem quidem ſepulturam non niſi viuorum cauſa inſtitutam eſſe: doctorum omniū auctoritas ⁊ res ipſa conſentiunt. Jdqꝫ ſic eſſe ſepulchrorum ſpecies indicio eſt: que introrſus inculta ⁊ horrida rude incolis ſuis ſaxum obijcit: exteriꝰ multa impenſa ⁊ artificum ingenio elaborata marmoreas ſpectantibus atqꝫ aureas pretendit ima-
gines. ¶ Metus. Jnſepultus ero: turpe aſpectu. B
¶ Ratio. Parum ne oro negocij tui habes: ni ſuſcipias alienum? Prouideant quos res tāgit: hāc tu enim turpitudinem non videbis. ¶ Metꝰ. Jnſepultus linquar: miſerum. ¶ Ratio. Et Magnuꝫ Pompeius tantus vir iſepultꝰ iacuit: Jmmo nec iacuit: ſed iactatus eſt fluctibus obrutuſqꝫ. Neqꝫ adeo te deliruꝫ reor: ut opinione tua factus ille felicior ſit ſepulchro: ſicut nec collega eius Marcus Craſſus infelicior: ꝙ qui eū ſepeliri iuberet nemo affuit. Jn reliquis enim pene pares exitu fuere: niſi ꝙ Craſſi caput ut ditiſſimum auariſſimūqꝫ omnium decebat auro grauius fuit ſeruatum: tamen utrunqꝫ ludibrio: Niſi forte tertius horum collega felicior: ꝙ altiſſimi atqꝫ pulcherrimi coloſi ſitꝰ in uertice oſtenditur: celſa etiam templa deſpectāꝫ

bello quidem foꝛtunatiorem fateoꝛ:buſto negeꝫ: Sic hoc ſaxum illo pulchꝛius fateri opoꝛtet nō felicius. Que eniꝫ iſta felicitas non ſentientis ſeu ſaxi ſeu ſaxo abditi? Aliogn ſi ſepulchꝛo felix ſit nemo felicioꝛ Mauſolo. ¶ Met⁹. Jnhumatus ero.

C ¶ Ratio. Jnhumati eſſent Paulus Emili⁹ ⁊ Claudius Marcellus tales viri:niſi hoſtis illos īfeſtiſſimus ſepeliſſet admiratione virtutis:niſi falloꝛ: ⁊ uerecūdia victus:nō pietate ulla:que in illius viri pꝛecoꝛdijs nulla fuerat: Ut ſepulturam ego illā pene inuiſam futuram ipſis arbitrer ſepultis: ⁊ ſi eis optio data eſſet:inhumatos ſe iacere maluiſſe. Jnſepultus quoqꝫ Cyrus iacuit Perſarum rex: neqꝫ id ſibi neqꝫ uter Scythicus infamie fuit: ſed cruenti mores:quibus acerrimam illam expꝛobꝛationeꝫ iniuriamqꝫ pꝛomeruit. Quid vͦo nūc ſingula nuda cadauera colligo: ⁊ uel Romanos pꝛincipes uel externos reges:nō ſoluꝫ ſepulchꝛi ultimo ⁊ optato quidē:ſed inani honore ſpoliatos qn etiā laceratos diſcerptoſqꝫ ⁊ membꝛatiꝫ ſparſos:ut inuidioſum diceres integro cadauere iacuiſſe: cum obuerſentur animis inhumatarum ſtrages gētiū atqꝫ:ut ita dixerim:inſepultus oꝛbis: Nēpe cū ipſo quem dicebam Cyro:ducenta Perſarū milia ⁊ cum Craſſo ſexdecim florentiſſime legiones: ⁊ ad Cānas Romanorum ciuiū ac ſociorū octogintaquinqꝫ ⁊ eo amplius milia: quinquaginta ſex milia Penorū:Hiſpanorum: Ligurum ⁊ Gallorum ad Metaurum amnem ipſo cum duce hoſtium ⁊ ad aquas Sextias: ideſt loco nomen ducenta theutonum haud pꝛocul ab alpibus:utrobiqꝫ duce Mario:cētum quinquaginta : ut quidam ſunt auctores: ⁊ qui minus dicunt ſexaginta nō amplius Cimbꝛorū milia inſepulta iacuerūt. Apō Philippos vͦo regum gentiūqꝫ omnium auxilia ⁊ Jtalici ſanguinis flos vigoꝛqꝫ:ſic placitū ſuperis hoc ſepulchꝛo carentes: campos Emonios feraſqꝫ ⁊ vultures impinguarunt. Quid ad Egates iſulas deleta Carthaginenſiū claſſis? Quid Maſſilienſium ante poꝛtus ſui hoſtia: inqꝫ ipſo fidelis pͣ̄rie ꝓſpectu? Quid (ne ſemper Jtalos labores loqͬr) claſſis Athenienſium ante urbē Syracuſiam demerſa quale habuit ſepulchꝛum? Sileo Salaminam ⁊ Marathonē trecentaqꝫ milia illic fuſa per ſarum: ⁊ ſi alij duplo ampli⁹ dicant. Tranſeo Hebꝛeorum conflictationes: Scytharūqꝫ ⁊ Amaçonidum: Arabumqꝫ ⁊ Parthorum pꝛelia: ⁊ Medorum. Pꝛetereo Alexandri Macedonis in oriēte victorias ſtrageſqꝫ illas inermiuꝫ populorum. Peſtes taceo tales:ſepe ut cadauer charum licet abſtraxiſſe parumper pietas fuerit. Jncurſus quoqꝫ ſerpentū atqꝫ immanium beluarum:quarū impetū Dicearchus docet:ut ait Cicero:quedaꝫ hominū genera eſſe conſumpta. Tempeſtates pꝛeterea ⁊ quotidiana naufragia: Nā qui flammis pereunt non egentes buſti dixeris: Omitto furores domeſticos inteſtinamqꝫ diſcoꝛdiam:de qua dictum eſt: Bellum ciuile ſepulturam vix ducibus pꝛeſtare poteſt:quod de externo uerius etiam eſt bello. Nec ruinas urbium ſequoꝛ: Troie: Hieroſolyme: Carthaginis: Corinthi: Numantie ac Sagunti:aliarumqꝫ multarum: ubi magna pars ciuium muris oppꝛeſſa labentibus ⁊ ſic patrie conſepulta eſt. Mitto deniqꝫ terremotus quibus multi ſepe moꝛtales obruti:pꝛo ſepulchꝛo totum terre matris uterum habuerunt:quod cum olim nuperqꝫ crebꝛū malum fuerit diuerſis in locis nuſqͣ̄ tamen qͣ̄ in Aſia iſignius ubi duodeci urbes vno die hoꝛrificis terre hiatibus hauſte memorantur: hec tam multa dixerim ut ridiculum tibi metum eripiā:qui moꝛte magis damnū metuis ſepulchꝛi atqꝫ illud huic vni coꝛpuſculo deeſſe fers grauiter quod tam multis hominum ⁊ bellatorum: ⁊ quod fuit indignius ſanctorum inſuper milibus defuiſſe compertum eſt. ¶ Me. Defuncto mihi terra negabitur pꝛedurum.

D ¶ Ratio. Non id durum: ſed tu mollis qui nec ſentiens ledi queas. ¶ Metus. Moꝛtuo mihi terra negabitur indignum. ¶ Ratio. Quid ita:illa ne tibi igitur an tu illis debitus? Atq terra tibi foꝛtaſſe negabitͬ:nō tu terre: poterit buſtum tibi caſus aliquis uel iniuria hoſtilis eripere: Tu e terra ueniens in terraꝫ redeas opoꝛtet Jd tibi domini tui ore pꝛedictum falſum eſſe non poteſt. ¶ Me. Nō me gremio tellus teget. ¶ Ratio. At tu illam,teges nudo coꝛpore:qd ad te plus hoc poſt moꝛteꝫ pertinebit qͣ̄ nunc pertinet? Ubi olim vnguiū aut criniū excremēta:ubi febꝛis erutum ſanguinem:ubi deniqꝫ puerilis tunice ſeu faſcie infantilis fragmēta dimiſeris? An oblitus es Theodori Cyrenei apud Tullium elegans rnſuꝫ cui cum Lyſimachus rex moꝛteꝫ crucis:ut auguroꝛ minaretur: Jſtis queſo inqt iſta hoꝛribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quideꝫ nihil intereſt humi ne an ſublime putreſcat: Te niſi tellus ſinu excipiat ac ſuperficie ſuſtinebit:hinc te gramina ueſtient:hinc oꝛnabunt flores leti hoſpite: hinc te imbꝛes madefacient:hinc ſol uret : hinc glacies ſtringet:hinc mouebunt aure: ⁊ foꝛtaſſe naturali⁹ fuerit ut compactum ex quatuoꝛ elemētis coꝛpus in totideꝫ reſoluatur. ¶ Me. Jnhumatus linquoꝛ hoꝛridū auditu.

E ¶ Ratio. Jn opinione hoꝛroꝛ nō in re:quandoquidem apud alios hoꝛridū terra tegi:pulchꝛū igne conſumi:quod maioribus ueſtris viſum ſcimus: Apud alios pulchꝛū a feris aut canibus laniari: Jnnumeri de hac re ſunt gentiuꝫ ritus:quos curioſius a Criſpo collectos ſtrinxit Cicero: Tu nuda iacebis humo: Aſt illū ꝑmit lapis hoꝛridus illum putres glebe obruent:illū merſuꝫ uoluent vnde:illū uenti pendulum agitabunt:grādo feriet:lacerabunt coꝛui: demum pꝛecioſiſſime ꝯditos ac uelatos purpura:uermes rodēt: Quidnam vͦo habet amplius qui marmore tegitur atqꝫ auro qͣ̄ qui flens apud poetam ait: Nūc me fluctus habet uerſantqꝫ in littore uenti? Et ſi ille erroris publici morem ſequens inijci ſibi terraꝫ hoꝛret: niſi foꝛte nunc etiam fabulis acquieſcis anilibus:centum annos errare animas inſepultoruꝫ hominum circa tartarei amnis ripā:quas ſana utiqꝫ ac religioſa mens reſpuit. ¶ Me. Buſtū mihi patriuꝫ eripitur. ¶ Ratio. Patrius ceſpes ſi relinquitur bene eſt:habes quod tibi Phocion vir magnus inuideat:quem ciuem de ſe aliter meritū ingrata Athenarum urbs defunctum quoqꝫ ſuis finibus expulit:inaudita crudelitas. ¶ Met⁹. Jnſepultus abijciar. ¶ Rō. Age res tuas: curam hāc relinque viuentibus.

¶ Frācifci Petrarche poete Oratoriſqꝫ Clariſſimi Liber ſecundus in quo de aduerſa foꝛtuna diſputatur: Feliciter explicit.

¶ Franciſci petrarche poete Oratoriſqꝫ clariſſimi:in libꝛum quem Secretū ſuum inſcripſit:quo de contemptu mūdi diſputatur:Colloquium in tertium diem ꝓductū:continentem. Pꝛefatio.

A Tonito mihi quidem: ⁊ ſepiſſi
me cogitāti:qualiter in hanc vi-
tā intraſſem q̄liter ue forē egreſ
a ſurus:Contigit nuper:ut non ſi-
cut egros animos ſolet ſomnus
oppꝛimere:ſed anxium atqꝫ per
uigilem:mulier quedam inenar
rabilis claritatis ⁊ luminis foꝛ
maqꝫ non ſatis ab hoibus intellecta(incertuꝫ qui
bus vijs adijſſe videretur: virginem tamen ⁊ ha-
bitus nūcaibat: ⁊ facies)me ſtupenteꝫ inſuete lu-
cis aſpectu: ⁊ aduerſus radios quos oculoꝝ ſuoꝝ
ſol fundebat:nō audentē oculos attollere:ſic allo-
quitur:Noli trepidare:neu te ſpecies noua ꝑtur-
bet:errores tuos miſerta: de longinquo tempeſti
uum tibi auxiliū latura deſcendi: Satis ſuperqꝫ
ſatis hactenus terram caliginantibus oculis aſpe
xiſti quos ſi uſqꝫ adeo moꝛtalia iſta permulcēt:qd
futuruꝫ ſperas ſi eos ad eterna ſuſtuleris? His er
go auditis:nec dum pauore depoſito: Maronem
illud tremulo vix ore reſpondi:O q̃ te memorem
virgo:nanqꝫ haud tibi vultus Moꝛtalis: nec uox
hominē ſonat. Illa ego ſum:inquit:quā tu in Afri
ca noſtra:curioſa quadā elegātia deſcripſiſti. Cui
non ſegnius:q̃ Amphion ille Dirceus in extremo
B quidem occidētis:ſummoqꝫ Atlantis uertice:ha-
bitationem clariſſimā atqꝫ pulcherrimā: mirabili
artificio ac poeticis:ut pꝛopꝛie dicam:manib⁹ere-
xiſti. Age itaqꝫ iam ſecurus auſculta:ne ue illi⁹pꝛe
ſentem faciem perhoꝛreſcas: quā pꝛideꝫ tibi ſatis
familiariter cognitam arguta circūuolutione teſta
tus es. Uix dum uerba finierat:cū mihi cūcta uer
ſanti:nihil aliud occurrebat:q̃ Ueritatem ipāꝫ fo
re que loqueretur:Illius enim me palatiū Atlan-
tis iugis deſcripſiſſe meminerā:At qua naꝫ ex re-
gione ueniſſet ignorabā:niſi celit⁹ tamē uenire ne-
quiuiſſe certus eram. Itaqꝫ videndi auidus reſpi-
cio: ⁊ ecce lumē ethereum:facies humana nō per
tulit. Rurſus igitur in terraꝫ oculos deijcio. Qđ
illa cognoſcens:bꝛeuis ſpatij interueniente ſilētio
iterum ⁊ iterum in uerba pꝛorūpens minutis in-
terrogatiūculis meqꝫ ut ſecuꝫ multa colloquerer
coegit. Duplex hinc mihi bonuꝫ pꝛoueniſſe cogno
ui:Nam ⁊ aliquantulū doctioꝛ factus ſū:aliquan
toqꝫ ex ipſa conuerſatione ſecurioꝛ. Spectare co-
ram poſſe cepi vultum illum:qui nimio pꝛimuꝫ me
ſplendore perterruerat:quem poſtq̃ ſine trepida
C tione ſuſtinui:duꝫ mira dulcedine captus inhereo
circumſpicienſqꝫ an quiſq̃ ſecū afforet:an pꝛoꝛſuſ
incomitata mee ſolitudinis abdita penetraſſet:vi-
rum iuxta grandeuū:ac multa maieſtate ueneran
dum video:Nō fuit neceſſe nomē percūctari:Re-
ligioſus aſpectus:frons modeſta:graues oculi:ſo
bꝛius inceſſus:habitus ſacer:ſed Romana facun-
dia:glorioſiſſimi patris Auguſtini quoddaꝫ ſatis
apertum indicium pꝛeferebat. Accedebat dulcioꝛ
quidam maioꝛqꝫ q̃ non niſi hominis affectus qui
me ſuſpicari aliud nō ſinebat. Nec tamen ideo ta-
citus manſiſſem:Iā interrogationis uerba dicta-
ueram:Iamqꝫ in extremū oris limen uox egreſſu-
ra pꝛoceſſerat:cum ſubito ex ore ueritatis:dulciſo
num illud mihi nomen auditum eſt. Ad eum ſiqui D
dem conuerſa:ac meditationem ipſius pꝛofundiſ-
ſimam interrumpens:ſic ait: Chare mihi ex mili-
bus Auguſtine:hunc tibi deuotū noſti:nec te latet
q̃ periculoſa ⁊ longa egritudine tentus ſit:qui eo
pꝛopinquioꝛ moꝛti eſt:quo eger ipſe a pꝛopꝛij moꝛ
bi cognitione remotioꝛ. Itaqꝫ nūc vite hui⁹ ſemi-
animis conſulenduꝫ eſt:quod pietatis opus meli⁹
q̃ tu nullus hominū pꝛeſtare poteſt:Nā ⁊ iſte ſem
per tui nominis amantiſſimus fuit. Habet autem
hoc omnis doctrina: ut multo facili⁹ in auditoris
animum ab amato pꝛeceptore trāſfunditur. Et ni
ſi te pꝛeſens foꝛte felicitas miſeriarum tuarum fa
ciat immemorem:multum tu duꝫ coꝛporeo carce
re claudebaris:huic ſimilia pertuliſti. Quod cuꝫ
ita ſit:paſſionum expertarum curatoꝛ optime tam
⁊ ſi rerum omnium iucundiſſima ſit taciturna me
ditatio:ſilentium tamen iſtud ut ſacra ⁊ mihi ſin-
gulariter accepta uoce diſcutias:oro:tēpteſ ſi qua
ope languores tam graues emollire queas. Ad E
hec ille:Tu mihi dux:tu conſultrix: tu mihi conſo
latrix:tu domina:tu magiſtra: quid igitur me loq
iubes te pꝛeſente? Illa autem:Aureꝫ moꝛtalis ho
minis humana uox feriat:hanc iſte feret equani-
mius:ut tamen quicquid ex te audiet:ex me dictū
putet:pꝛeſens adero. Parere inquit ille ⁊ languē
tis amoꝛ cogit ⁊ iubentis auctoritas ſimul me be
nigne intuens paternoqꝫ refouens complexu: in
ſecretiorem loci partem ueritate pꝛeuia parūper
abduxit. Ibi tres pariter conſcendimus:Tum de
mum:illa de ſingulis in ſilentio iudicante: ſubmo
tis ꝓcul arbitris:ultro citroqꝫ ſermo lōgioꝛ oboꝛ-
tus:atqꝫ in diē tertium materia pꝛotrahente ꝓdu
ctus eſt:ubi multa licet aduerſus ſeculi noſtri mo
res:deqꝫ communibus moꝛtalium piaculis dicta
ſint:ut non tam mihi q̃ toto humano generi fieri
conuitiū videretur:ea tm̄ qb⁹ipſe uocatus ſuꝫ:me-
morie altius impꝛeſſi. Hoc igitur tā familiare col- F
loquium:ne foꝛte dilaberetur: dū ſcriptis manda
re inſtituo menſuram libelli huius impleui: Non
quem annumerari alijs operibus meis uelim:aut
vnde gloriam petam maiora quedam mēs agitat
ſed ut dulcedinem quaꝫ ſemel ex collocutione per
cepi:quotiens libuerit ex lectione percipiā. Tuqꝫ
ideo libelle conuentus hominum fugiens: mecuꝫ
manſiſſe contentus eris:nominis pꝛopꝛij nō ime-
moꝛ:Secretū enim meum es ⁊ diceris:mihiqꝫ in
altioribus occupato:ut vnumquodqꝫ in abdito di
ctum meminiſti:in abdito memorabis. Ego enim
ne ut ait Tullius:inquam: ⁊ inquit ſepius interpo
nerētur:atqꝫ ut corā reſ agi uelut a pn̄tib⁹viderent
tur:collocaturiſ egregijs meaſqꝫ ſentētias nō alio
ʋboꝝ ambitu:ſed ſola pꝛopꝛioꝝ noiuꝫ ꝑſcriptione
diſcreui:Hūc nēpe ſcribēdi morē a meo Cicerone
didici:hunc ipſe pꝛius a Platone didicerat. Ac ne
longi⁹ uager:his ille me pꝛimū ʋbis aggreſſuſ eſt.

¶ Frãciſci Petrarche poete Oratoriſqꝫ Clariſſimi: Libꝛi quem Secretum ſuuʒ inſcripſit: de Contẽptu mũdi diſputantis: Colloquium pꝛimi diei: Feliciter incipit.

Auguſtinus.
A Uid ais homũtio? quid ſõ
nias? quid expectas? an nõ
te moꝛtaleʒ eſſe meminiſti?
¶ Fran. Memini equideʒ
q nec vnq̃ꝫ ſine hoꝛrore quo
dam cogitatio illa ſubit ani
mum. ¶ Augu. Utinã me-
miniſſes ut dicis ⁊ tibi cõ-
ſuluiſſes: Etenim ⁊ multũ
mihi negocij remiſiſſes: cũ
ſit pꝛofecto ueriſſimũ ad cõtẽnendas vite huius il
lecebꝛas: componendiqꝫ inter tot mũdi pꝛocellas
animum: nihil efficacius reperiri: q̃ꝫ memoriã pꝛo
pꝛie miſerie ⁊ meditationem moꝛtis aſſiduaʒ mo-
do non leuiter aut ſuperficietenus ſerpat: ſed in oſ
ſibus ipſis ac medullis inſideat. At multũ uereoꝛ
ne hac in re (quod in multis animaduerti) teipſuʒ
decipias. ¶ Fran. Qualiter queſo? Nõ enim cla-
re intelligo que narras. ¶ Aug. Atqui omnibꝰ ex
conditionibus ueſtris o moꝛtales: nullam magis
admiroꝛ: nullã magis exhoꝛreo: q̃ꝫ ꝙ miſerijs ũris
ex induſtria fauetis: ⁊ impẽdẽs periculũ diſſimu
latis agnoſcere: conſiderationẽqꝫ illã ſi ingerat̃ ex
cludatis. ¶ Fran. Quo pacto? ¶ Augu. Putaſne
quẽpiã adeo delirare: ut moꝛbo ancipiti coꝛreptꝰ:
non ſumme cupiat ſanitatẽ? ¶ Fran. Nemine tam
dementẽ arbitroꝛ. ¶ Augu. Quid ergo? Putaſne
quempiam fore tam pigri remiſſiqꝫ animi: ut non
quod tota mente deſiderat: omni ſtudio cõfectet̃?
¶ Fran. Ne iſtud quidem. ¶ Aug. Sed hec duo
inter me teqꝫ conueniunt: tertium quoqꝫ conueni-
at neceſſe eſt. ¶ Frã. Quod eſt tertiũ hoc? ¶ Au.
B Ut ſicut qui ſe miſerũ alta ⁊ fixa meditatione co
gnouerit cupiat eſſe nõ miſer: ⁊ qui id optare cepe
rit ſectetur ſic ut quod ſectatus fuerit poſſit etiam
adipiſci: Enimuero tertiũ huiuſmodi: ſicut nõ niſi
ex ſecundi: ſic ſecũdũ non niſi ex pꝛimi defectu im
pediri poſſe: compertum eſt. Itaqꝫ pꝛimum illud
ceu radix humane ſalutis ſubſiſtat opoꝛtet: Uos
autem inſenſati: tuqꝫ adeo ingenioſus: in pernitiẽ
pꝛopꝛiam e pectoribus ueſtris ſalutiferam hãc ra
dicem: omnibꝰ terrenarũ blanditiarũ laqueis (qđ
mirare me atqꝫ hoꝛrere dicebam) extirpare niti-
mini. Iure igitur illius auulſione: ⁊ reliquorum
euerſione plectimini. ¶ Franciſcus. Hec quidem
ut auguroꝛ: longioꝛ eſt querela: egenſqꝫ uerboruʒ
plurium: Ea ergo ſi libet in tempus aliud dilata:
dum certioꝛ ad ſequentia pꝛoficiſcoꝛ: aliquãtiſper
in pꝛecedentibus immoremur. ¶ Auguſtinꝰ. Tar
ditati tue mos gerendus eſt: Ubicunqꝫ igitur vi
ſum fuerit pedem fige. ¶ Fran. Conſequentiã iſtã
non video. ¶ Aug. Quid caliginis interuenit? qđ
ue nunc dubietatis oboꝛitur? ¶ Fran. Quoniã in
numerabilia ſunt que ardenter optamus ſtudioſe
qꝫ petimus: ad que tñ nullus laboꝛ: nulla nos dili
gentia aut pꝛouexit aut pꝛouehet. ¶ Augu. In re
bus ceteris id uerum eſſe non inficioꝛ: at in eo qđ
nunc agitur cõtra eſt. ¶ Franciſcus. Quã ob cau-
ſam? ¶ Aug. Quia qui miſeriam ſuaʒ cupit exue
re: modo id uere pleneqꝫ cupiat: nequit a tali deſi
derio fruſtrari. ¶ Frã. Pape: quid ego audio: pau C
ci admodũ ſunt qui non multa ſibi deeſſe ꝓuideãt
quod q̃ꝫ uerum ſit: quiſquis ad ſeipſum conuerſus
fuerit intelligit. Atqui in eo ſeſe miſeros fateantur
conſequẽs ſiquidem eſt ut bonorum cumulatiſſi
mus aceruus felices facit: ⁊ qcqđ inde deceſſerit
pꝛo ea parte neceſſe eſt efficiat infelices. Hanc mi
ſerie ſarcinam omnes quidem deponere uoluiſſe:
rariſſimi autem potuiſſe: notiſſimum eſt. Q̃ꝫ multi
eniʒ ſunt quos uel coꝛpoꝛis aduerſa ualitudo uel
charorũ moꝛs: uel carcer: uel exilium: uel pauꝑtas
perpetuis pꝛemit angoribus? Aliaqꝫ huiuſmodi
generis que ſicut enumerare lõgum eſt: ſic tolera-
re difficile atqꝫ miſerrimum: que q̃ꝫuis ſint patien
tibus permoleſta tamẽ ut vides abieciſſe nõ licet.
Dubitari igitur meo iudicio non poteſt: quin mul
ti quidem inuiti nolenteſqꝫ ſint miſeri. ¶ Augu.
Longius retro reuocandus es: ⁊ quod uſu euenit
uagis tardioribuſqꝫ inuentiũculis ſepius a ꝑ̃mis
elementis dicendorum ſeries retexenda eſt. Pꝛo-
uectioris te quideʒ ingenij arbitrabar nec putabã
adhuc tam puerilibus admonitionibus indigere:
⁊ pꝛofecto ſi illas philoſophorum ueras ſaluber-
rimaſqꝫ ſententias: quas mecum ſepe relegiſti: me
moꝛie commendaſſes: ſi ⁊ cum bona uenia loq̃ ſi-
nas: tibi non alijs laboraſſes: ⁊ lectionem tot uolu
minum: ad vite tue regulam: non ad uentoſuʒ vul
gi plauſum ⁊ inanem iactantiam traduxiſſes tam
inſulſa ⁊ tam rudia iſta non diceres. ¶ Franciſcꝰ.
Quid pares ignoro: Jam nunc tamen frontẽ meã D
ruboꝛ inuaſit: experioꝛqꝫ quod pedagogis obiur
gantibus pueri ſolent. Ut enim illi anteq̃ꝫ admiſſi
criminis nomẽ audiant multa ſe deliquiſſe memo
rantes pꝛima caſtigatoris uoce ꝯfunduntur: Sic
ego ignorantie ⁊ errorum mihi conſcius multorũ
⁊ ſi nondum intelligo quoꝛſum tua pergit oratio:
quia tamẽ nihil mihi non obijci poſſe pꝛeſentio: an
te finem ſermonis erubui. Fare autẽ apertius que
ſo: quid hoc eſt quod in me ſatis moꝛdaciter argui
ſti? ¶ Augu. Multa poſt hoc: nunc vnũ illum illo
rũ indignoꝛ: ꝙ fieri quenq̃ꝫ uel eſſe miſerũ ſuſpica
ris inuitum. ¶ Frã. Erubeſcere deſij: qđ eniʒ hoc
uero uerius excogitari poteſt? aut quis tam igna
rus rerum humanarũ tanqꝫ ab omni moꝛtaliũ cõ
mertio ſegregatus eſt: qui nõ intelligat egeſtatem
dolores: ignominiã: deniqꝫ moꝛbos ac moꝛtẽ alia
qꝫ huius generis que putantur eſſe miſerrima: iui
tis accidere plerunqꝫ: uolentibus autem nunq̃ꝫ?
Ex quo uerum ſit miſeriã pꝛopꝛiã ⁊ nouiſſe ⁊ odiſ
ſe facillimũ: depuliſſe non: ita ꝙ pꝛima noſtri duo
arbitrij: tertium hoc ſit in poteſtate foꝛtune. ¶ Au
gu. Erroris ueniam uerecundia merebatur: impu
dentie autẽ iraſcoꝛ grauius q̃ꝫ errori: Quomodo
eniʒ omnes ille tibi philoſophice ſanctiſſimeqꝫ uo
ces exciderunt: neminem his que pauloãte nomi
nabas: miſerum fieri poſſe? Nam ſi ſola virtus ani
muʒ felicitat (quod ⁊ a Marco Tullio ⁊ a multis
ſepe ualidiſſimis rationibus demonſtratum eſt)
conſequentiſſimum eſt: ut nihil quoqꝫ niſi virtutis
oppoſituʒ a felicitate dimoueat: quod quale ſit: ni
ſi pꝛoꝛſus obtoꝛpuiſti: me licet tacente recoꝛdaris.
¶ Fran. Recoꝛdoꝛ equidem: ad Stoicorum pꝛe E
cepta me reuocas populorum opinionibus aduer

ſa: ⁊ ueritati propinquiora ꝗ̃ uſui. ¶ Aug. O te
omnium infelicem: ſi ad ueritatis inquiſitionē per
vulgi deliramenta contēdiſ: aut cecis ducibus ad
lucem te peruenturum eſſe cōfidis: Calcatū publi
ce callem fugias oportet: ⁊ altiora ſuſpirans: pau
ciſſimorū ſignatū ueſtigijs iter arripias: ut poeti-
cum illud audire merearis: Macte noua virtute
puer: ſic itur ad aſtra. ¶ Fran. Utinam id mihi cō
tigere poſſet anteꝗ̃ moriar: Sed perge queſo: ne
qꝫ enim prorſus depuduit: ⁊ Stoicorum ſenten-
tias publicis erroribus preferendas eſſe non du-
bito: quid autem hic perſuadere uelis expecto?
¶ Auguſtinus. Et hoc inter nos conuenit: niſi vi-
tio miſerum non eſſe nec fieri: Iā quid uerbis opꝰ
eſt? ¶ Franciſcus. Quia multos mihi vidiſſe vi-
deor: inter quos ⁊ meipſum: nihil moleſtius feren
tes: ꝗ̃ ꝙ vitiorum iugū nō liceret excutere: ꝗ̃uis
ad id per omnem vitam ſummis viribus niteren-
tur: ꝗ̃obrem ſtante licet Stoicorum ſententia: to-
lerari poteſt: multos inuitos ac dolētes optāteſqꝫ
contrarium eſſe miſerrimos. ¶ Augu. Aliquantu
lum euagati ſumus: ſed iam ſenſim ad primordia
noſtra reuertimur: niſi forte vnde deceſſeramꝰ obli
tus es. ¶ Franciſcꝰ. Obliuiſci ceperā: ſed incipio
recordari. ¶ Auguſtinus. Id agere tecum iſtitue
ram ut oſtenderem ad euadendū huius vite mor-
talitatis anguſtias: attollendoqꝫ ſe altius: Primū
ueluti gradum obtinere meditationem mortis hu
maneqꝫ miſerie: Secundum vō deſiderium ue-
hemens ſtudiumqꝫ ſurgēdi: quibus exactis: ad id
quo noſtra ſuſpirat intentio: aſcenſum facilē polli
cebar: Niſi tibi forte nunc etiam contrarium vide
F retur. ¶ Franciſcus. Contrarium equidem vide-
ri: dicere non auſim: ea nanqꝫ de te ab adoleſcētia
mea mecū creuit opinio: ut ſi quid aliter viſum fue
rit ꝗ̃ tibi: aberraſſe me nouerim. ¶ Auguſtinus.
Ceſſent oro blanditie: at quoniam: non taꝫ iudicio
ꝗ̃ reuerentia aſſenſum dictis meis prebuiſſe te vi
deo: loquendi tibi quicquid ex arbitrio tuo fuerit:
libertas datur. ¶ Fran. Trepidus quideꝫ adhuc
ſed licentia tua uti uelim: atqꝫ ut de reliquis homi
nibus ſileam: teſtis eſt mihi hic qui cunctis actibꝰ
meis ſemper interfuit: teſtis tu quoqꝫ quotiēs ad
conditionis mee miſeriam mortēqꝫ repſerim: quā
tiſqꝫ cū lachrymis ſordeſ meaſ diluē viſus ſū: ue℞
id qꝺ ſine lachrymis narrare nō poſſum: ut vides
hactenus fruſtra fuit. Hoc igitur vnum eſt qꝺ me
ſuper ambigenda propoſitionis tue ueritate ſolli-
citat: qua conaris aſtruere: neminem niſi ſponte ſu
am in miſeriam corruiſſe: neminem miſerum eē ni-
ſi qui uelit: cuius rei contrariuꝫ in me triſtis expe
rior. ¶ Auguſtinus. Uetꝰ eſt hec ⁊ nunꝗ̃ finē ha-
bitura querimonia: atqꝫ licet idem ne quicꝗ̃ ſepe
temptauerim: adhuc inculcare non deſinam: Nec
fieri miſerū nec eſſe qui nolit: Sed eſt: ut dicere ce
peram: inanis hominum peruerſa quedam ⁊ peſti
lens libido ſeipſos fallendi: quo nihil poteſt eē fu
neſtius in vita. Si enim familiariū dolos iure per
timeſcitis: propterea ꝙ ⁊ fallentium auctoritas re
medium preripuerit cautele: ⁊ aures ueſtras aſſi
due uox eorum blanda circumſonat: quoruꝫ utrū-
qꝫ in alijs ceſſare videatur: quantomagis propriaſ
fraudes formidare deberetis: ubi ⁊ amor ⁊ aucto
ritas ⁊ familiaritas ingens eſt: ꝙ ſe quiſquis plus
eſtimet ꝗ̃ ualet: plus diligat ꝗ̃ oportet: nunꝗ̃ ꝓ-
pterea deceptus a deceptore ſeparetur? ¶ Fran.
Sepe his uerbis hodie uſus es: At ego meipſum
nunꝗ̃: ꝙ meminerim: fefelli: utinā nō me alij fefel
liſſent. ¶ Auguſtinus. Nunc te maxime fallis cū
nunꝗ̃ teipſum fefelliſſe gloriaris: nec tam tenuis
tue indolis ſpes eſt mihi: quia ſi animum acriter
attenderis: per teipſum videas: neminem in miſe-
riam: niſi ſponte corruere: Super hoc enim altera
tio noſtra fundata eſt. Dic enim oro te (ſed cogita
priuſꝗ̃ reſpondeas: atqꝫ ad id animum indue: nō
contentionis ſed ueritatis auidum) dic mihi: queꝫ
hominū putas peccaſſe coactum? cuꝫ uelint ſapiē
tes peccatum eſſe uoluntariam actionē: uſqꝫadeo
ut ſi uoluntas deſit: deſinat eſſe peccatuꝫ: ſine pec
cato autem nemo fit miſer: quod mihi iam ſuperiꝰ
conceſſiſti. ¶ Franciſcus. Uideo me nuper paula
tim de propoſito excidere: ⁊ fateri cogor ꝙ initiū G
miſerie mee ex ꝓprio proceſſit arbitrio: hec in me
ſentio: in alijſqꝫ conijcio: modo tu mihi quoqꝫ ue℞
fatearis. ¶ Auguſtinꝰ. Quid me fateri poſtulas?
¶ Fran. Ut ſicut uerum eſt: neminem niſi ſponte
corruere: ſic illud etiam uerum ſit: innumerabiles
ſponte prolapſos: non ſua tamen ſponte iacere: qꝺ
de meipſo fidenter affirmem: Idqꝫ datuꝫ mihi ar-
bitror in penam: ut quia ſtare duꝫ poſſem nolui: aſ-
ſurgere nequeam dum uelim. ¶ Aug. Qꝫꝗ̃ haud
prorſus delirantis opinio iſta ſit: poſtꝗ̃ te tamen
in primo erraſſe cognoſcis: idem in ſecundo fatea-
ris oportebit. ¶ Fran. Cadere igitur ⁊ iacere vnū
atqꝫ idem eſſe diffinis? ¶ Auguſtinus. Immo vō
diuerſa noluiſſe tamen ⁊ uelle: ⁊ ſi in tempore dif
ferunt: in re tamen ipſa: inqꝫ animo nolentis vnuꝫ
ſunt. ¶ Fran. Sentio quibus me nexibus iuoluiſ
nec tamē fortior luctator eſt qui arte ſibi victoriaꝫ
queſiuit ſed ꝓfecto uerſutior. ¶ Auguſtinus. Co-
raꝫ ueritate loquimur: cui ſimplicitas omnis ami
ca ē calliditas inimica: qꝺ ut clare videas cū quā
talibet deinceps ſimplicitate procedamꝰ. ¶ Fran
ciſcus. Nihil poſſem audire iucundius: dic ergo
quomodo de meipſo mentio fuerat: qua naꝫ ratio
ne mihi monſtraueris hoc ꝙ miſer ſuꝫ: id eniꝫ me
eſſe non inficior: nunc etiam mee uoluntatis exiſte
re ut ſurgam: cum ego contra ſentiam: nil me per
peti moleſtius: nil magis aduerſum proprie uolū-
tati: ſed ultra nō ualeo. ¶ Auguſtinus. Modo cō
uenta ſeruentur: oſtendam alijſ tibi uerbis utēdū
fore. ¶ Franciſcus. Que nam conuēta memoras
quibus ue admones utendum uerbis? ¶ Augu.
Conuenta ſunt ut fallaciarum laqueis reiectis: cir H
ca ueritatis ſtudium: pura cum ſimplicitate uerſe
mur: uerba vō quibus te uti uelim hec ſunt: ut ubi
te non poſſe dixiſti: ultra te nolle fatearis. ¶ Fran
ciſcus. Nunꝗ̃ erit finis: nunꝗ̃ enim hoc fatebor:
ſcio quidem ⁊ tu teſtis es mihi quotiens uolui nō
potui: quot lachrymas fudi nec profuerūt? ¶ Au-
guſtinus. Lachrymarū tibi teſtis ſum multarum
uoluntatis vō minime. ¶ Franciſcus. Per ſupe-
rum fidem (hominem ſcire niminem puto) quid
ego paſſus ſim: ꝗ̃tumqꝫ uoluerim ſi licuiſſet aſſur
gere. ¶ Auguſtinus. Sile: prius celū telluſqꝫ mi-
ſcebitur: prius aſtra ꝯcident a neruo: ⁊ amica nūc
inuicem elemēta pugnabunt: ꝗ̃ hec que inter nos
diiudicat Ueritas falli queat. ¶ Fran. Quid ais
igitur? ¶ Auguſtinus. Lachrymas tibi ſepe con
ſcientiam extorſiſſe: ſed propoſitum non mutaſſe.

¶ Franciſcus. Quotiens dixi: me ulterius nequi
uiſſe. ¶ Auguſtinꝰ. Quotienſqꝫ reſpōdi: immo ue
rius noluiſſe: nec tamen admiroꝛ te in his nūc am
bagibus obuolutum: in quibus oliꝫ ego ipſe iacta
tus: dum nouam vite viaꝫ carpere meditarer: Ca
pillum vulſi: frontē percuſſi: digitoſqꝫ contoꝛſi: de
niqꝫ comploſis genua manibus amplexuſ: amariſ
ſimis ſuſpirijs celū auraſqꝫ compleui: largiſqꝫ ge
mitibus ſolum omne madefeci: ⁊ tamen hec inter
idem ille qui fueram: manſi: donec alta tandeꝫ me
ditatio omnem miſeriam meam ante oculos ꝯgeſ
ſit. Itaqꝫ poſtq̄ꝫ plene uolui: ilico ⁊ potui: miraqꝫ
⁊ feliciſſima celeritate transfoꝛmatus ſum in alte
rum Auguſtinum: cuius hiſtorie ſerieꝫ: ni falloꝛ ex
I confeſſionibus meis noſti. ¶ Fran. Noui equidē
illiuſqꝫ ficus ſalutifere: cuius hoc ſub vmbꝛa cōti
git miraculum: immemoꝛ eſſe non poſſum. ¶ Au
guſtinus. Recte quidem: nec eniꝫ myrtus ulla: nec
hedera: deniqꝫ nec dilecta: ut aiunt: phebo leurea:
q̄ꝫuis ad hanc poetarum choꝛus omnis afficitur:
tuqꝫ ante alios qui ſolus etatis tue contextam eiꝰ
frondibus coronaꝫ geſtare meruiſti: gratioꝛ debet
eſſe animo tuo: tandem aliquando in poꝛtum ex tā
multis tempeſtatibus reuertenti: q̄ꝫ ficus illius re
coꝛdatio: per quam tibi coꝛrectio ⁊ uenie ſpes cer
ta pꝛetenditur. ¶ Franciſcus. Nihil aduerſoꝛ: ſed
inceptum perage. ¶ Auguſtinus. Hoc inceperam
ad hoc pꝛoſequoꝛ: contigiſſe tibi hactenus: quod
multis: quibus dici poteſt uerſus Uirgilij: Menſ
immota manet: lachꝛyme uoluuntur inanes. Uerꝫ
ego ⁊ ſi multa congerere poterā: vnico tamen eoqꝫ
domeſtico exemplo contentus fui. ¶ Franciſcus.
Conſulte: neqꝫ enim aut pluribus res egebat: aut
aliud quodlibet in pectus hoc pꝛofundius deſcen
diſſet: eo pꝛeſertim quia (licet pꝛo maximis iterual
lis) quanta inter naufragium ⁊ poꝛtus tuta tenen
te: tanta interq̄ꝫ felicem ⁊ miſerum eſſe ſolēt diſcri
mina: aliquale tamē inter pꝛocellas meas: fluctua
tionis tue ueſtigiū recognoſco. Ex quo fit ut quo
tiens confeſſionum tuarum libꝛos lego: iter duos
contrarios affectus: ſpem videlicet ⁊ metum (licet
non ſine lachꝛymis interdum) legere me arbitroꝛ:
non alienaꝫ ſed pꝛopꝛie mee peregrinationis hiſto
riā. Deinceps autem: quoniam omne ſtudium cō
tentionis abieci: ut libuerit perge: ſequi enim: non
obſtare diſpoſui. ¶ Auguſtinus. Haud hoc poſtu
lo. Sicut enim ut doctiſſimus quidam ait: Nimiū
altercando ueritas amittitur: ſic ad ueruꝫ multos
ſepe perducit modeſta contētio. Neqꝫ igitur (quo
modo pigri ⁊ toꝛpentis ingenij mos eſt) paſſiꝫ om
nibus acquieuiſſe conuenit: nec rurſus aperte ue
ritati ſtudioſius obluctari: quod clarum litigioſe
K mentis indiciuꝫ eſt. ¶ Franciſcus. Intelligo ⁊ lau
do ⁊ conſilio utar: perge modo. ¶ Auguſtinꝰ. Re
cognoſcis ne igitur ueram illam fuiſſe ſententiam
graduumqꝫ pꝛogreſſum: ut miſeriarum ſuarū per
fecta cognitio: perfectum deſiderium pariat aſſur
gendi: ſi deſiderium potentie obſequatur. ¶ Fran
ciſcus. Iam animum induxi: nihil tibi non credere
¶ Auguſtinus. Sentio aliquid etiam nunc reſta
re quod uelis: licet: fare age quicqd id eſt. ¶ Frā.
Nil aliud niſi ꝙ ipe mecū obſtupeo uoluiſſe hacte
nꝰ: qd vnū ſemꝑ noluiſſe crediderā. ¶ Au. Adhuc
heſitas atqꝫ ut his iaꝫ tandē ſermonibus finis ſit:
fateoꝛ ⁊ ipſe te uoluiſſe nonnunq̄ꝫ. ¶ Fran. Quid
ergo dixiſti? ¶ Auguſtinus. An non ſuccurrit illd
Ouidij: Uelle parū incipias ut re potiaris opoꝛ
tet. ¶ Franciſcus. Intelligo: ſed ⁊ deſideraſſe pu
tabam. ¶ Auguſtinus. Fallebaris. ¶ Franciſcꝰ.
Credo. ¶ Auguſtinus. Ut certus credas conſciē
tiam ipſe tuam conſule. Illa optima virtutis inter
pꝛes. Illa infallibilis ⁊ uerax eſt: operum cogita
tionumqꝫ penſatrix. Illa tibi dicet: nunq̄ꝫ te ad ſa
luteꝫ: qua decuit: aſpiraſſe: ſed tepidius remiſſiuſ
qꝫ q̄ꝫ periculorum tantorum conſideratio require
bat. ¶ Franciſcus. Cepi quam iubes conſcientiaꝫ
excutere. ¶ Auguſtinꝰ. Quid illic iuenis? ¶ Frā
ciſcꝰ. Uera eſſe que dicis. ¶ Auguſtinus. Pꝛofe
cimus aliquantulum ſi incipis expergiſci: iam me
lius tibi erit: ſi q̄ꝫ male oliꝫ erat agnoueris. ¶ Frā
ciſcus. Si hoc uel noſſe ſatis eſt: non tantum bene
ſed optime mihi pꝛopediem eſſe poſſe confido: ni
hil enim vnq̄ꝫ clarius itellexi q̄ꝫ nunq̄ꝫ me ſatis ar
denter optaſſe libertatem ⁊ miſeriarum finem: nū
quid autem poſt hoc optaſſe ſufficiat? ¶ Auguſti
nus. Quid enim? ¶ Franciſcus. Ut nihil ampliꝰ
agam. ¶ Auguſtinus. Impoſſibilem pꝛoponis cō
ditionem: ut qui quod cupit ardenter cupiat ⁊ ob
doꝛmiat. ¶ Franciſcus. Quid igitur ipſum opta
re pꝛofuit? ¶ Auguſtinus. Nēpe per medias dif
ficultates iter pandet: ad hoc ipſum per ſe virtutis
deſiderium: pars eſt magna virtutis. ¶ Frāciſcꝰ.
Magne mihi ſpei materiam pꝛebuiſti. ¶ Auguſti
nus. Idcirco te alloquoꝛ ut ⁊ ſperare doceam ⁊ ti
mere. ¶ Franciſcꝰ. Timere quo naꝫ modo? ¶ Au
guſtinus. Immo vo qualiter ſperare? ¶ Franci L
ſcus. Quia cum hactenuſ non mediocre ſtudium
geſſerim ne peſſimus forem: tu mihi viam aperis
qua optimus fiam. ¶ Auguſtinus. At q̄ꝫ id iter la
borioſum ſit: foꝛtaſſe non cogitas. ¶ Franciſcus.
Quid noui terroris ingeminas? ¶ Auguſtinus.
Quia hoc ipſum optare: uerbum vnum eſt: ſecun
dum quod innumerabilibus conſiſtit ex rebus.
¶ Franciſcus. Terrificas. ¶ Auguſtinus. Atqui
ut ea ſileam ex quibus deſiderium iſtud conſtat:
q̄ꝫ multa ſunt ex quorum euerſione cōficit. ¶ Frā
ciſcus. Quid dicere uelis non intelligo. ¶ Augu
ſtinus. Nulli poteſt deſideriū hoc abſolute cōtin
gere: niſi qui alijs omnibus deſiderijs fineꝫ fecit.
Iam intelligis q̄ꝫ multa ⁊ uaria ſunt que optantur
in vita: que pꝛius tibi vilipendenda ſunt: ut ſic ad
concupiſcentiam ſumme felicitatis aſcendas: quā
pꝛofecto minus amat: qui ſecum aliquid amat qd
non pꝛopter ipſum amat. ¶ Franciſcus. Agnoſco
ſententiā. ¶ Auguſtinus. Quotuſ ergo fuerit qui
omnes cupiditates extinxerit: quas ne dicaꝫ extin
guere: ſed uel enumerare longū ſit: qui animo ſuo
frenum rationis admouerit: qui dicere audeat: ni
hil mihi iam cōmune cum coꝛpoꝛe: que videntur
iucunda cuncta ſoꝛdeſcunt: ad feliciora ſuſpiro?
¶ Franciſcus. Rariſſimū genus hominuꝫ: ⁊ nūc
difficultatem quam cōminabaris intelligo. ¶ Au
guſtinus. His nempe ceſſantibus: deſiderium il
lud plenum expeditumqꝫ erit: Neceſſe eſt enim ut
q̄ꝫtum animus ad celum pꝛopꝛia nobilitate ſubue
hitur: tantum mole coꝛporea ⁊ terrenis pꝛegraue
tur illecebꝛis. Ita dū aſcēdere: ⁊ in imis permane
re cupitis: neutrum impletis: in alterna diſtracti.
¶ Franciſcus. Quid igit̄ cenſes eſſe faciendum: ut
integer animus diſcuſſis terre compedibus: tollat̄

M ad ſuperna? ¶ Auguſtinus. Ad hunc terminū pꝛo
fecto meditatio illa pꝛoducit: quam pꝛimo loco no
minaueram: cum moꝛtalitatiſ noſtre recoꝛdatione
continua. ¶ Franciſcus. Niſi ⁊ hic falloꝛ: nullus
hominuꝫ crebꝛiuſ in hac reuoluitur curas. ¶ Au.
Noua lis laboꝛqꝫ aliꝰ. ¶ Frā. Quid? Ergo ne ēt
hic mētioꝛ? ¶ Au. Urbaniꝰ loq̄ueliꝫ. ¶ Frā. Hāc
tamē ſententiam. ¶ Augu. Certe non aliā. ¶ Frā
ciſcꝰ. Ergo ego de moꝛte non cogito? ¶ Auguſti
nuſ. Perraro quidem idqꝫ tam ſegniter: ut in cala
mitatis tue fundum cogitatio ipſa non penetret.
¶ Franciſcus. Contra credideram. ¶ Auguſtinꝰ.
Non quidem credideras: ſed quid credere debue
ras attende. ¶ Franciſcꝰ. Nunq̄ꝫ poſt hoc me cre
diturum ſcito: ſi ⁊ hoc falſo crediſſe monſtraue
ris. ¶ Auguſtinꝰ. Monſtrabo perfacile: modo bo
na fide uerum confiteri in animuꝫ inducas utar in
hac re teſte etiam non longinquo. ¶ Franciſcus.
Quo nam queſo? ¶ Auguſtinus. Conſciētia tua.
N ¶ Franciſcus. Illa contrarium dicit. ¶ Auguſti
nus. Ubi confuſa pꝛeit interrogatio: certū reſpō
dentis teſtimonium eſſe vix poteſt. ¶ Franciſcus.
Quid ad rem? ¶ Auguſtinus. Multum ſane qđ
ut clare peruideas aduerte: Nemo tam demens
eſt (niſi ſit idem pꝛoꝛſus inſanus) cui non interduꝫ
conditio pꝛopꝛie fragilitatis occurrat: qui non ſi in
terrogetur: reſpondeat ſe eſſe moꝛtalem: ⁊ caducū
habitare coꝛpuſculum. Id enim ⁊ membꝛorum do
loꝛ ⁊ febꝛium temptamenta teſtantur: a quibꝰ pꝛoꝛ
ſus immunem vitam degere: que nam dei vnq̄ꝫ in
dulgentia pꝛeſtabit? Adde ꝙ ⁊ ex funeribus ami
corum: que aſſidue pꝛeter oculos ueſtros eunt: ſpe
ctantium animis terroꝛ incutitur: quia dum eque
uum quiſqꝫ comitatur ad ſepulchꝛum: neceſſe eſt
ipſe etiam ad alieni caſus pꝛecipitium cōtremiſcat
⁊ de ſe incipiat eſſe ſollicitus: Sicut ubi flagran
tia vicinorum tecta conſpexeris: de tuis ſecurꝰ eſſe
non potes: quoniā ut ait ⁊ Flaccꝰ: Ad te poſt pau
lum uentura pericula cernis. Eo autem uehemen
tius mouebitur qui iuniorem: qui ualidiorem: foꝛ
moſioremqꝫ videat repentina moꝛte ſubtractum:
ſeſe ante circumſpiciet ⁊ dicet: Securius hic habi
tare videbatur ⁊ tamen eiectus eſt: Nec etas pꝛo
fuit: nec foꝛma: nec roboꝛ mihi ſecuritatem qs ſpo
pondit deus ue: magus ue: moꝛtalis ſuꝫ pꝛofecto.
Q ſi hoc idem imperatoribus regibuſqꝫ terrarū:
ſi egregijs foꝛmidatiſqꝫ perſonis euenerit: multo
etiam acrius concutientur aſtantes: quoniam qui
alios ſternere ſolitum norant ſubito inde aut pau
carum foꝛtaſſis horarum anxietate pꝛoſtrantur.
Unde enim niſi ex hoc fonte pꝛocedūt: illa que in
moꝛtibus ſummorum hominum ſtupentes faciūt
populi: qualia multa (ut te tātiſper ad hiſtorias re
uocem) in funere Iulij Ceſariſ meminiſti? Hoc eſt
illud commune ſpectaculum: quod moꝛtaliuꝫ ocu
los ⁊ coꝛda perſtringit: fatiqꝫ ſui memoriam inge
rit aliena cernentibus: Accedit beluarum furoꝛ at
qꝫ hominum rabieſqꝫ bellorum: Accedunt ⁊ ma
gnarum edium ruine: quas bene quidam ait: tute
lam hominum fuiſſe: nunc eſſe periculuꝫ: Accedūt
ſiniſtro ſydere motus aerei ⁊ celi peſtilentis affla
tus: ⁊ tot terre mariſqꝫ diſcrimina: quibus vndiqꝫ
circumſepti: non poteſtis oculos auertere ubi nō
eis occurrat pꝛopꝛie moꝛtalitatis effigies. ¶ Frā
O ciſcus. Indulge queſo: amplius expectare nō poſ
ſum: nihil enim ad confirmandum rationem meā
dici reoꝛ efficacius q̄ꝫ tu multa dixiſti: egoipſe iter
audienduꝫ mirabar: quid tua uellet oratio aut ibi
deſineret? ¶ Au. Nondū quippe deſierat: tu eam
pꝛecidiſti. Hec enim cōcluſio reſtabat: q̄ꝫq̄ꝫ multa
uolitantia circunſtent: nil tamen ad interiora pene
trare durius: longa conſuetudine pectoribus miſe
rorum uetuſtoqꝫ uelut calle ſalutiferis admonitio
nibus reſiſtente: paucos inuenies ſatis pꝛofunde
cogitātes: ſibi eſſe neceſſario moriendum. ¶ Fran
ciſcus. Paucis ergo diffinitio nota eſt: que tamen
omnibus in ſcholis tam crebꝛo repetitur: ut nedū
auditorum aures fatigaſſe: ſed ipſas edificiorum
columnas iam pꝛideꝫ minuiſſe debuerit. Iſta qui
dem dialecticorum garrulitas nullum finem habi
tura ⁊ diffinitionum huiuſcemodi compēdijs ſca
tet: ⁊ immoꝛtalium litigiorum materia: Plerunqꝫ
autem quid ipſum uerum ſit quod loquuntur igno
rant. Itaqꝫ ſi quem ex eo grege de diffinitione nō
tantum hominis ſed rei alterius interroges para
ta reſponſio eſt. Si ultra pꝛogrediare ſilentiū fiet
aut ſi aſſiduitas diſſerendi: uerborum copiam au
daciamqꝫ pepererit: mores tamen loquentis oſtē
dent: ueram ſibi rei diffinite notitiam non adeſſe:
contra hoc tam faſtidioſe negligens tamqꝫ ſuper
uacuo curioſum genus hominum iuuat inuehi.
Quid ſemper fruſtra laboratis: ha miſeri: ⁊ inani
bus tendiculis exercetis ingenium? Quid obliti
rerū: inter uerba ſeneſcitis: atqꝫ inter pueriles in
eptias albicātibꝰ comis ⁊ rugoſa fronte uerſami
ni? Uobis utinam ſolis ueſtra noceret inſania ⁊ nō
nobiliſſima ſepe adoleſcentuꝫ ingenia coꝛrupiſſet.
¶ Auguſtinus. Contra id fateoꝛ ſtudiorum mon
ſtrum: nihil ſatis moꝛdaciter dici poteſt: tu tamen
interea dicendi ſtudio euectus quod de diffinitio
ne hominis inceperas omiſiſti. ¶ Franciſcꝰ. Abū
de dictum rebar: ſed agam expꝛeſſius: hominē qui
dem eſſe animal: immo v̓o animalium pꝛincipem
cunctorum: nemo tam durus paſtoꝛ inuenitur ut
neſciat: nemo rurſum puer ſi interroget̄: aut ratio
nale animal aut moꝛtale negauerit. Itaqꝫ omnibꝰ
diffinitio nota eſt. ¶ Auguſtinus. Immo v̓o per
paucis. ¶ Franciſcus. Quid ergo? Si queꝫ vide P
ris adeo ratione pollentem: ut ſecundum eam vitā
ſuam inſtituerit: ut ſibi ſoli ſubiecerit appetituſ: ut
illius freno motꝰ animi coherceat: ut intelligat ſeſe
per illam tantum a bꝛutorum animantiuꝫ feritate
diſtingui: nec niſi quatenus ratione degit: nomen
hoc ipſum hominis mereri. ¶ Auguſtinus. Adeo
pꝛimo moꝛtalitatis ſue conſcium: ut eam quotidie
ante oculos habeat: per eam ſeipſum temperet: ⁊
hec peritura deſpiciens ad illam vitaꝫ ſuſpiret ubi
ratione ſuperauctus deſinet eſſe moꝛtalis: hanc tā
dem ueram de diffinitione hominis atqꝫ utilē ſen
tentiam habere dicito: Huius ultimi: quoniaꝫ de
eo nobis ſermo erat: dicebam paucos cognitioneꝫ
aut meditationem idoneaꝫ ſoꝛtitos. ¶ Franciſcꝰ.
Ego me hactenus ex paucis rebar. ¶ Auguſtinꝰ.
Et ego quidem non ambigo tibi taꝫ multa per om
nem vitā experientia magr̄a: tā multa ex libꝛoꝝ le
ctione repetēti: crebꝛas cogitatiōes moꝛtis occur
rere: ſꝫ que nec ſatis alte deſcēdāt nec ſatis tenaci
ter hereāt. ¶ Frā. Quid uocas alte deſcēdē? ⁊ ſi
met itelligē mihi videar: cupio ex te clariꝰ audire.
¶ Au. Dicaꝫ: q̄ꝫuis iaꝫ vulgo ꝑſuaſuꝫ ſit: atqꝫ ēt e Q

medio grege philoſophorum clariſſimi teſtes ac-
ceſſerunt:mortem inter tremenda principium poſ
ſidere:uſqꝫadeo:ut iam:pridem nomen ipſuꝫ mor
tis auditu tetrum atqꝫ aſperum videatur. Ne ta-
men uel ſimilia hec ſummis auribus excepta : uel
rei ipſius recordatio compendioſa ſufficiat : im-
mo rari diutius oportet atqꝫ acerrima meditatio-
ne ſingula morientium membra percurrere: ⁊ ex-
tremis quidem iam algentibus media terreri : ⁊
in ſummo opportuno ſudore defluere:ilia pulſari:
vitalem ſpiritum mortis vicinitate lenteſcere : ad
hec defoſſos natanteſqꝫ oculos:obtuitum lachry-
moſum:contractam frontem liuentemqꝫ:labenteſ
genas:lucidos dentes:rugenteſqꝫ atqꝫ acutos na
res:ſpumantia labia:torpentem ſquamoſamqꝫ lin
guam:aridum palatum:fatigatum caput:anheluꝫ
pectus : raucum murmur ⁊ meſta ſuſpiria:odoreꝫ
totius corporis moleſtum:precipueqꝫ alienati vul
tus horrorē:que omnia facilius ac uelut in prom-
ptu ⁊ ad manum collocata ſuccurrent:Si cui fa-
miliariter obſeruari ceperit memorādum aliquod
conſpecte mortis exemplum : Tenacior enim eſſe
ſolet viſorum q̄ꝫ auditorum recordatio. Quaꝫ ob
cauſam non ſine alto conſilio:in quibuſdaꝫ religio
nibus atqꝫ ſanctiſſimis:uſqꝫ etiam ad hanc etateꝫ
que bonis moribꝰ inimica eſt:illa conſuetudo per
durat:ꝙ ad cernenda corpora defunctorum:dum
lauantur preparanturqꝫ ſepulture:eiuſdem rigidi
propoſiti profeſſores interſint:ut ſcilicet triſte mi-
ſerandumqꝫ ſpectaculum oculis ſubiectum: ⁊ me-
moriam ſemper admoneat: ⁊ animos ſuperſtituꝫ
ab omni ſpe mundi fugatis exterreat:Hoc eſt igi-
tur quod ſatis alte deſcendere dicebam:nondum
forte conſuetudinis cauſa mortem nominatis dū
nil morte certius:nil hora mortis incertiꝰ : cetera
qꝫ huius generis uſu quotidiani ſermonis itera-
tiſ:preteruolant enim illa:non inſident. ¶ Franci-
ſcus. Aſſentior eo facilius:quia multa que mecuꝫ
tacitus agere ſoleo : nunc te loquente recognoſco.
Signum tamen aliquod memorie mee ſi videtur
imprime:quo admonitus poſt hoc de me ipſe mi-
hi nō mentiar:nec erroribus meis interblandiar.
Id enim eſt:ut video:ꝙ mentes hominum calle
virtutis auertit:dum methaꝫ apprehendiſſe rate:
ulterius non aſpirant. ¶ Auguſtinus. Libens hec
R audio ex te:neqꝫ enim ocioſi ⁊ a caſu pendentis:
ſed multa circumſpicientis animi uerba ſunt. Si-
gnum igitur quo nunq̄ꝫ fallaris accipe:Si quoti-
ens de morte cogitabis:loco non moueberis:ſci-
to te uelut de rebus ceteris inutiliter cogitaſſe. At
ſi in ip̄o cogitatu obrigueris:contremueris:expal
lueris:tibiqꝫ iam huic laborare viſus fueris me-
dias inter mortis anguſtias:ſi cum hoc ⁊ illud oc
currat:animam illiciet:ut ex his membriſ exierit:
ſiſtendam in eterno iudicio totius vite preterite:
actuūqꝫ ⁊ uerborum rationem exactiſſimam ſum
mam eſſe reddendam:nullam deniqꝫ in forma cor
poris aut in mundi gloria:nullam ingenio eloquē
tiam:nullam in opibus aut potentia ſpem haben-
dam:nec corrumpi poſſe:nec falli iudicem:nec pla
cari mortem ipſam:laboruꝫ non finem eſſe ſed trā
ſitum:Hec inter mille ſuppliciorum : mille tortoꝝ
genera ⁊ ſtridor ⁊ gemitus auerni ⁊ ſulphurei am
nes ⁊ tenebre ⁊ ultrices furie:poſtremo aduerſa
ſimul orci pallentis immanitas:que ue his omni-
bus preponderant malis:infelix ſine fine perpetu
as:terminandeqꝫ calamitatis deſperatio ⁊ in eter
num manſura:nō iam amplius miſerātis ira dei.
Si hec omnia ſimul ante oculos uenerint:non ut
ficta ſed ut uera:non ut poſſibilia ſed ut neceſſaria
ineuitabiliterqꝫ uentura ⁊ pene iam preſentia: In
qꝫ his curis non preteriēs nec deſperans:ſed ſpei
plenus ꝙ dei dextera potens promptaqꝫ ſit ex tā
tis malis eruere : tu modo te curabilem prebeas
ſurgendiqꝫ auidus: ⁊ propoſiti tenax:aſſiduꝰ uer-
ſaberis : non fruſtra te meditatum eſſe confide.
¶ Franciſcus. Grauiter me fateor tantis ante ocu S
los coaceruatꝭ miſerijs terruiſti. Sed ſic mihi de-
us uenie largus ſit:ut ego per dies ſinglos in has
cogitationes immergar:precipueqꝫ noctibus cuꝫ
diurnis curis relaxatus animus ſe in ipſum recol-
ligit:cum corpus hoc in morem morientium:com
pono:ipſam quoqꝫ mortis horam: ⁊ quicquid cir
ca eam mens horrenduꝫ repperit:intentiſſime mi-
hi ipſe confingo:uſqꝫadeo ut in agone moriendi
poſitus:mihi videar interdum tartara: ⁊ que nar
ras:omnia mala conſpicere:eaqꝫ tam grauiter vi-
ſione cōturbor:ut exterritus tremenſqꝫ conſurgā:
⁊ ſepe uſqꝫ ad horrorem aſtantium : hec in uerba
prorumpam:Heu quid ago? quid patior? cui me
exitio fortuna reſeruat miſerie? Jeſu per opeꝫ:eri
pe me inuicte his malis:Da dextram miſero ⁊ te
cum me tolle per vndas : Sedibus ut ſaltem pla-
cidis in morte quieſcam. Multa preter hec alia:
phrenetici in morem quocunqꝫ uagum animum
pauentemqꝫ tulit impetus:mecum loquor:multa
quoqꝫ cum amicis:quibus illachrymans ipſe nō-
nunq̄ꝫ ceteros in lachrymas coegi:lꝫ utiqꝫ poſt la
chrymas reuertemur ad ſolita. Que cum ita ſint:
quid ergo me retinet? quid latentis obſtaculi eſt:
ut nunc uſqꝫ nil iſta mihi cogitatio preter moleſti
as terroreſqꝫ pepererit : ego autem idem ſim ad-
huc qui fueram prius : ꝙqꝫ hi ſunt quibus forte
nunq̄ꝫ tale aliquod contigit in vita:eoqꝫ miſerior:
quo illi (quiſquis ſit futurus exitus) preſentibus
ſaltem uoluptatibus delectantur : mihi vͦo ⁊ fi-
nis incertus ſit: ⁊ nulla uoluptas:niſi talibus ama
ritudinibus reſperſa proueniat. ¶ Auguſtinus.
Noli precor:ubi gaudendum eſt dolere:peccator T
enim quo maiorem uoluptatē ⁊ titillationem per
cipit ex ſceleribus ſuis:eo miſerior calamitoſior-
qꝫ iudicandus eſt. ¶ Franciſcus. Forte ideo:quia
nunq̄ꝫ ad virtutis ſemitam reflectitur:quem nuſ-
q̄ꝫ interrupta uoluptas ſui raptat immemorem.
Qui vͦo inter carnis illecebras ⁊ blandimēta for
tune:durum aliquid experitur : totiens conditio-
nis ſue meminit:quotiens illū delectatio preceps
⁊ inconſulta deſtituit. Qꝫ ſi vnus eſſet amborum
finis:non intelligo:cur non felicior dici poſſit qui
nunc gaudet doliturus in poſterum:q̄ꝫ qui nec ſen
tit in preſens gaudium nec expectat : niſi te forte
moueat:ꝙ in fine riſus ſit luctus acerbior. ¶ Au-
guſtinus. Illud magis : quoniam freno rationis
abiecto (quod quidem prorſus in illa ſuprema uo-
luptate deſerit) grauior caſus eſt:q̄ꝫ eodem uel te
nuiter retento ex pari precipitio corruentis. Ante
omnia tamen illud a te prius dictum attendo : ꝙ
de alterius ſperandum:de alterius conuerſatione
deſperandū eſt. ¶ Frā. Iſtud quidem ſic eſſe con-
ſidero:ſed tu interim:nūquid non prime queſtio-

nis oblitus es? ¶ Aug. Cuius? ¶ Frã. Quid eſt
quod me retinet? Hic enim queſiueram: cur mihi
vni cogitatio mortis intenſa nõ profuit quã miris
U modis fructuoſam dicis? ¶ Augu. Primuꝫ quip
pe: quia de longinquo forſitan illa conſideras: que
tamen propter breuiſſime vite curſum: tum ꝓpter
incertos ⁊ uarios caſus: longinqua eſſe non poſ-
ſunt. Omnes eniꝫ ferme in hoc fallimur: ut ait Ci
cero: ꝙ mortem proſpicimus: quem textum corre-
ctores quidam: at uerius corruptores: immutare
uoluerunt: negationeꝫ uerbo preponentes: ⁊ mor
tem non proſpicimus: dicenduꝫ eſſe firmãtes. Ce
terum qui mortẽ omnino non aſpiciat: ſani capitis
nullus inuenitur: re autem uera proſpicere procul
aſpicere eſt: quod vnũ ſuper cogitanda morte mul
tos illuſit: dũ illã viuẽdi methã ſibi quiſqꝫ propo
ſuit: ad quam ſi peruenire poſſit per naturaꝫ: tamẽ
pauciſſimi peruenerunt. Fere enim nullus mori-
tur cui non conueniat poeticum illud: Caniciemqꝫ
ſibi ⁊ longos promiſerat annos. Hoc nocere tibi
potuit: Nam ⁊ etas ⁊ complexionis vigor ⁊ vite
modeſtioris obſeruantia: hanc tibi ſpem fortaſſe
prebuerunt. ¶ Franciſcus. Noli queſo de me ta-
lia ſuſpicari: auertat deus hãc inſaniam: me ne hu
ic confidere monſtro: quod apud Uirgiliuꝫ famo
ſiſſimus ille magiſter maris ait: Et ego in mari ma
gno ſeuoqꝫ ac turbido iactatus: tremulam cymbã
fatiſcentemqꝫ ⁊ rimoſam: uentis obluctantibus:
per tumidos flatus ago: hanc diu durare non poſ
ſe: certe ſcio: Nullam ſpem ſalutis ſupereſſe mihi
video: niſi miſerator omnipotens prebeat: ut gu-
bernaculum ſumma vi flectens anteq̃ꝫ peream: lit
tus apprehendam qui in pelago vixerim: moritu
rus in portu. Huic opinioni debear: ꝙ opum ma-
gneqꝫ potentie deſiderio: quo multos non modo
coetaneos meos: ſed longeuos homines: ⁊ com-
munem viuendi modum ſupergreſſos exeſtuare
vidimus: nunq̃ꝫ arſiſſe me recolo. Quis enim fu-
ror eſt: omnem etatem in laboribus ⁊ in pauperta
te traducere: ut inter tot curis coaceruandas diui
tias ſtatim moriar? Sic itaqꝫ de his formidoloſiſ
rebus cogito non ut longe diſtantibus ſed mox af
futuris iamiamqꝫ preſentibus. Necdum de me-
moria mea exceſſit uerſiculus quidam: quem ad-
huc admodum iuuenis: inter multa que ad amicũ
ſcripſi: hec in fine ſubiungens: Loquimur dum ta
lia: forſan Innumeriſ ꝓperata viiſ: in limine mors
eſt. Quid ſi tunc dicere potui: quid modo dicam
⁊ experimento rerum ⁊ etate prouectior? Quic-
quid video: quicquid audio: quicquid ſentio: quic
quid cogito ad hoc vnum refero: ꝙ ſi in hac cogi-
tatione nõ fallor: ad hec queſtio illa ſupereſt: quid
X ergo me retinet? ¶ Auguſtin⁹. Humiles deo gra-
tias age qui te tam ſalubribus habenis frenare: ſti
muliſqꝫ tam pungentib⁹ ſollicitare dignatur. Uix
eniꝫ poſſibile fuit: ut queꝫ cogitatio mortis habet
tam quotidiana tam preſens: hũc mors eterna cõ
tingat. Sed quoniaꝫ deeſſe aliquid tibi ſentis: nec
immerito: quid illud ſit aperire temptabo: ut eo (ſi
deus fauerit) amoto: in cogitationes tuas tot⁹ aſ-
ſurgens: quo adhuc premeris uetuſtum ſeruitutiſ
iugum poſſis excutere. ¶ Franciſcus. Utinaꝫ id
tibi contingat efficere: ⁊ ego tanti muneris capax
inueniar. ¶ Auguſtinus. Inuenire ſi uoles: neqꝫ
enim res impoſſibilis eſt: Sed in actibus huma-
nis duo uerſantur: quorum ſi deeſt alterum: prepe
dire conſtat effectuꝫ: uoluntas igitur preſto ſit: ea
qꝫ tam uehemens ut merito deſiderij uocabulum
ſortiatur. ¶ Franciſcus. Ita fiet. ¶ Auguſtinus.
Scis quid cogitationi tui officiat? ¶ Franciſcus
Hoc eſt quod peto: hoc eſt quod tãto tempore de-
ſidero. ¶ Auguſtinus. Audi ergo: animam quidẽ
tuam ſic celitus bene inſtitutam eſſe: non negaue-
rim: ſic ex contagione corporis huius: ubi circum
ſepta eſt multum a primeua nobilitate ſua degene
raſſe non dubiteſ. Nec degeneraſſe dumtaxat: ſed
longo iam tractu temporis obtorpuiſſe: factam ue
lut proprie originis ac ſuperni conditoris imme-
moreꝫ. Nempe paſſiones ex corporea commixtio
ne ſubortas: obliuionemqꝫ nature nobilioris diui
nitus videtur attigiſſe Uirgilius ubi ait: Igneus
eſt illis vigor ⁊ celeſtis origo Seminibus quan-
tum non noxia corpora tardant: Terreniqꝫ hebe-
tant artus moribundaqꝫ membra. Hinc metuũt
cupiuntqꝫ dolent gaudenqꝫ: nec auras Reſpiciũt
clauſe tenebris ⁊ carcere ceco. Diſcernis ne in uer
bis poeticis quadriceps illud monſtrũ nature ho
minũ tam aduerſum? ¶ Franciſcus. Diſcerno cla
riſſime quadripartitam animi paſſionem: que pri-
mum quidem ex preſentis futuriqꝫ temporis re-
ſpectu in duas ſcinditur partes: rurſus quelibet in
duas alias: ex boni maliqꝫ opinione ſubdiſtingui-
tur. Ita quatuor uelut flatibus aduerſis: huma-
narum mentium tranquillitas perit. ¶ Auguſti-
nus. Rite diſcernis atqꝫ uerificatum eſt in nobis Y
illud Apoſtolicuꝫ: Corpus quod corrumpitur ag
grauat animam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio
ſenſum multa cogitantem. Conglobantur ſiquidẽ
ſpecies innumere ⁊ imagines rerum viſibiliũ: que
corporeis introgreſſe ſenſibus: poſtq̃ꝫ ſingulari-
ter admiſſe ſunt: cateruatim in anime penetrabili-
bus denſantur: eamqꝫ nec ad ingenitam: nec tam
multorum difformium capacem pregrauant atqꝫ
confundunt. Hinc peſtis illa phantaſmatum ue-
ſtros diſcerpens laceranſqꝫ cogitatus: meditatio
nibus clarificis quibus ad vnum ſolum ſummum
qꝫ limen aſcenditur iter obſtruens uarietate mor-
tifera. ¶ Franciſcus. Huius quidem peſtis ſepe
al's cum in libro de uera religione (cui nihil cõſtat
eſſe repugnãtius) preclariſſime meminiſti: In quẽ
librum nuper incidi: a philoſophorum ⁊ poetarũ
lectione digrediens: Itaqꝫ cupidiſſime perlegi:
haud aliter q̃ꝫ qui videndi ſtudio peregrinatur
a pr̃ia: ubi ignotum famoſe cuiuſpiã urbis limẽ in
gredit: noua captus dulcedine locoruꝫ: paſſimqꝫ
ſubſiſtẽs: obuia queqꝫ circũſpicit. ¶ Augu. Atqui
(licet aliter ſonãtibus v̉bis: ſicut catholice v̉itatis
preceptorem decuit) repies libri illius magna ex
parte philoſophicã p̃cipueqꝫ Platonicam ac So
craticam fuiſſe doctrinã. Et ne q̇d tibi ſubtraham:
ſcito me ut opus illṓ icipere: vnũ maxime. Cicero
nis tui v̉bum induxiſſe: Affuit deus incepto: ut ex
paucis ſeminibus meſſis optima ꝯſurgeret: Sed
ad ꝓpoſitum reuertamur. ¶ Frã. Ut libet pr̃ opti
me: Ante tñ vnum oro: ne mihi abſcondas uerbũ
id quod tam preclaro operi: ut ais: prebuit materi Z
am. ¶ Auguſtinus. Cicero ſiquidem in quodam
loco: iam tunc errores temporum peroſus ſic ait:
Nihil animo videre poterant: ad oculoſ omnia re
ferebãt: Magni autem eſt ingenij reuocare men-

tem a ſenſibus ⁊ cogitationē a conſuetudine:hec
ille.Ego autem hoc uelut fundamentum nactus:
deſuper illud quot tibi placuiſſe dicis opus extru
xi.¶ Fran.Teneo locū:In Tuſculano eſt:Te au
tem hic Ciceronis dicto ⁊ illic ⁊ alibi in operibus
tuis delectari ſolitum animaduerti:Nec immeri
to:eſt enim ex eorum genere quibus cum ueritate
permixtus lepos ac maieſtas ineſt:Tu vero tandez
iam ut videtur ad propoſitum redi.¶ Augu.Hec
tibi peſtis nocuit:hec te niſi prouideris:perditum
ire feſtinat. Siquidem phantaſmatibus ſuis ob
rutus multiſqꝫ ⁊ uarijs ac ſecum ſine pace pugnā
tibus curis animus fragilis oppreſſus:cui p̄mum
occurrat ꝗ̄ nutriat:ꝗ̄ perimat:ꝗ̄ repellat exami
nare non poteſt:vigorqꝫ eius omnis ac tēpus:par
ca quod tribuit manus ad tam multa non ſufficit.
Quod igitur euenire ſolet in anguſto multa ſeren
tibus:ut impediant ſe ſata concurſu:Idem tibi cō
tingit:ut in animo nimis occupato:nihil utile radi
ces agant nihilqꝫ fructiferū coaleſcat:Tuqꝫ inops
conſilij: modo huc:modo illuc mira fluctuatione
uoluaris: nuſq̄ integer: nuſq̄ totus.Hinc eſt ut
quotiens ad hanc cogitationez mortis aliaſqꝫ per
quas iri poſſet ad vitam:generoſus:ſi ſinatur:ani
mus acceſſit:inqꝫ altum naturali deſcendit acumi
ne ſtare ibi non ualens: turba curarum uariarum
pellente reſileat:Ex quo fit:ut tam ſalutare propo
ſitum nimia mobilitate fatiſcat:oriturqꝫ illa inte
ſtina diſcordia de qua multa iam diximus: illaqꝫ
anime ſibi iraſcentis anxietas:dum horret ſordes
ſuas ip̄a nec diluit:vias tortuoſas agnoſcit nec de
ſerit:impendenſqꝫ periculuz metuit nec declinat.
¶ Fran.Heu mihi miſero: nunc profunde manū
in vulnus adegiſti.Illic dolor meus habitat:iſtic
mortem metuo.¶ Augu.Bene habes:torpor ab
ſceſſit.Sed quoniam iam ſatis hodiernum collo
quium abſqꝫ intermiſſione protulimus:Reliquis
ſi placet in diem proximum dilatis:nunc aliquan
tiſper in ſilētio reſpiremus.¶ Fran.Peropportu
na quidem languori meo quies ⁊ ſilentium.

¶ Franciſci Petrarche poete Oratoriſqꝫ Clariſſimi:Libri quem ſecretum ſuuz inſcripſit:de contemptu mundi diſputātis:Colloquiuz Secundi diei:Incipit.

¶ Auguſtinus.

A ſ Atis ne feriati ſumus?
¶ Frā.Ut libet quidē.
¶ Aug. Quid tibi nūc
animi eſt:quantum ue fi
ducie?Prefuit enim nō
leue ſalutis indiciū ſpes
lāguētij. ¶ Frā. Quid
de me ſperem non ha
beo:ſpes mea deus eſt.
¶ Aug.Sapienter nūc
ad rem redeo: multa te
obſident:multa circumſtrepūt:Tuqꝫ ipſe quot ad
huc aut ꝗ̄ ualidis hoſtibus circūſideris ignoras.
Quod igitur euenire ſolet condenſam procul aciē
cernenti:ut contemptus paucitatis hoſtiuz fallat:
quo vero propius acceſſerit:quoqꝫ diſtrictius ſubie
cte oculis cohortes affluxerint:preſtringente ocu
los fulgore:metus creſcat: ⁊ minus debito timuiſ
ſe peniteat.Idem tibi euenturū reor:ubi ante ocu
los tuos hinc atqꝫ illinc prementia teqꝫ circumſal
lantia mala coniecero: pudebit te minus doluiſſe
minus ue metuiſſe ꝗ̄ decuit:partiuſqꝫ miraberis
animum tam multis obſeſſum:per medios hoſti
um cuneos erumpere nequiuiſſe.Uidebis profe
cto:Cogitatio illa ſalubris ad quam te nitor attol
lere:quot aduerſantibus cogitationibus victa ſit.
¶ Fran.Perhorreſco grauiter:quoniam ſi pericu
lum meum magnum ſemper agnoui:tuqꝫ illud tā
tum ſuper eſtimationez meam eſſe ais:ut reſpectu
ei⁹ quod timere debui nihil pene timuerim:qd iam
ſpei reliquum eſt?¶ Augu.Ultimum malorum om
nium deſperatio eſt:ad quam nemo vnq̄ niſi ante
tempus acceſſit:Ideoqꝫ hoc in p̄mis ſcias uelim:
nihil eſſe deſperandum.¶ Frā.Sciebam:ſed me B
moriam terror abſtulerat. ¶ Augu.Nunc ad me
oculos animumqꝫ conuerte: ⁊ ut familiariſſimi ti
bi uatis uerbo utar:Aſpice qui coeant populi que
menia clauſis Ferrum acuant portis:in te excidi
umqꝫ tuorum.Uide quos tibi mundus laqueos
tendit:quot inanes ſpecies circumuolant:quot ſu
peruacue premunt cure.Primum quidem ut inde
initium faciam:vnde ab initio creaturaruz omniū
illi nobiliſſimi ſpiritus corruerunt: tibiqꝫ ne poſt
illos corruas:ſummopere prouidendum eſt. Quam
multa ſunt que animum tuum funeſtis alis extol
lunt: ⁊ ſub inſite nobilitatis obtentu:totiēs ex par
te fragilitatis immemorem fatigant:occupant:cir
cumuoluunt:aliud cogitare non ſinunt:ſuperbien
tem fidentemqꝫ ſuis viribus ⁊ uſqꝫ ad creatoris
odium: placentem ſibi:ꝗ̄ ꝗ̄ grandia equalia tibi
fingis eſſe:non in ſuperbiam tamen:ſed in humili
tatem inducere debuiſſent memorantez:nullis tu
is meritis illa tibi ſingularia cōtigiſſe. Quid eniz
ne dicam eterno:ſed temporali domino obſequen
tiores fecerit ſubiectorum animos: ꝗ̄ in illo ſpe
ctata liberalitas:nullis ſuorum meritis excitata?
Student enim benefactis ſubſequi:quaz preueni
re debuerant. Nunc vero facillime licebit ꝗ̄ puſilla
ſunt quibus ſuperbis intelligere. Fidis ingenio:
⁊ librorum lectione multorum gloriaris eloquio:
⁊ forma morituri corporis delectaris.Enimuero
ſentis igeniū in ꝗ̄ multis te ſepe deſtituat.Quot
ſunt artium ſpēs in quibus viliſſimorum acumē ho
minum equare non poteris?Minus dixi:anima
lia ignobilia ⁊ puſilla reperies:quorū opera nul
lo ſtudio queas imitari.I nunc ⁊ ingenio gloria
re.Lectio autē iſta quid profuit?Ex multis enim
que legiſti:ꝗ̄tum eſt quod inheſerit animo? quod
radices egerit:quod fructum proferat tempeſti
uum?Excute pectus tuum acriter:inuenies cun
cta que noſti:ſi ad ignorata referantur:eam ꝓpor
tionē obtinē:quā collatus oceano riuulus eſtiuis
ſiccādus ardoribus.Quam ꝗ̄ uel multa noſſe qd rele
uat? Si cum celi terreqꝫ ambitum:ſi cum maris
ſpatium ⁊ aſtrorum curſus herbarumqꝫ virtu
tes ac lapidum ⁊ nature ſecreta didiceritis:uobis
eſtis incogniti:ſi cum rectam virtutis ardue ſemi
tam ſcripturis ducibus agnoueritis:obliquo calle
tranſuerſos agit furor:ſi cum omnis eui claroruz
hominū geſta memineritis:quid uos quotidie agi

tis:non curatis?De eloquio quid dicam:niſi ꝙ tu
ipſe fateberis: ſepe te quidem eius fiducia fuiſſe
deluſum?Quid autẽ attinet:audientes foꝛſan ap-
pꝛobaſſe que diceres: ſi te iudice damnabantur?
Qꝛuis enim audientium plauſus non ſpernendus
eloquentie fructus eſſe videatur: ſi tamen ipſius
oratoris plauſus interioꝛ deſit: quantulum uolu-
ptatis pꝛeſtare poteſt ſtrepitꝰ ille vulgaris?Quo-
modo autem alios loquendo mulcebis:niſi te pꝛi-
mum ipſe permulſeris?Idcirco ſane nõnunq̃ ſpe
rata eloquẽtie gloria fruſtratus es:ut facili cogno
ſceres argumento:q̃ uentoſa ineptia ſuperbires.
Quid enim queſo puerilius:immo vͦo quid inſani
us:q̃ in tanta rerum omnium incuria tantaqꝫ ſe-
gnitie uerborum ſtudio tempus impendere:⁊ lip-
pis oculis nunq̃ ſua pꝛobꝛa cernentem:tantaꝫ uo
luptatem ex ſermone percipere: quarundam aui-
cularum philomenarum in morem:quas aiunt uſ
qꝫ in pernitiem pꝛopꝛij cantus dulcedine delecta-
ri?Et hoc quidem tibi ſepe contingit in rebus quo
tidianis ⁊ vulgaribus:quo magis erubeſceres:q̈s
tu inferiores arbitrabaris eloquio:eas te uerbis
equare nequiuiſſe.Qꝛ multa ſunt autem in rerum
natura:quibꝰ nominãdis pꝛopꝛie uoces deſũt?Qꝛ
multa p̃terea que quanq̃ ſuis uocabulis diſcernã
tur:tamen ad eorum dignitatem uerbis amplectẽ
dam:ante ullam experientiam ſentis eloquentiam
non peruenire moꝛtaliuꝫ?Quotiens ergo te que
rentem audiui:quotiens tacitum indignantemqꝫ
ꝯſperi:ꝙ que clariſſima cognituqꝫ facillima eẽnt:
animo cogitanti:ea nec lingua nec calamus ſuffici
enter expꝛimeret? Que eſt igitur iſta eloquentia
tam anguſta:tam fragilis:que nec cuncta comple-
ctitur:⁊ que ſi fuerit complexa non ſtringit?Gꝛe-
ci uobis:uos viciſſim grecis uerborum penuriam
ſoletis obijcere.Seneca quideꝫ illos uerbis ditio
res eſtimat: At Marcus Tullius in pꝛimoꝛdio
operis quod de bonorum ⁊ malorum finibus edi
dit:Ego inquit mirari non queo:vnde hoc ſit tam
inſolens domeſticarum rerum faſtidium: non eſt
omnino hic dicendi locus:ſed ita ſentio ⁊ ſepe diſ
ſerui:latinam linguam non modo inopem:ut vul-
go putarent:ſed locupletioreꝫ etiam eſſe q̃ grecã.
Et idem cum ſepe alias:tum in Tuſculano ſuo:diſ
putãs exclamauit:O uerboꝝ inops quibus abũ-
dare te ſemper putas grecia.Dixit hec vir ille fidẽ
tiſſime:ut qui ſe latine eloquentie pꝛincipeꝫ ſciret:
audiretqꝫ de huius rei gloria iam tunc belluꝫ gre-
cie mouere:iuxta id quod ab eodem Seneca:gre-
ci ſermonis minatorie in declamationibus ſcriptũ
eſt: Quicquid inquit habet Romana facundia:
quod inſolenti grecie aut opponat aut pꝛeferat:cir
ca Ciceronem effloruit magna laus: ſed ſine ulla
dubitatiõe ueriſſima.Eſt ergo ut vides de eloquẽ
tie pꝛincipatu:non tm̃ inter uos ⁊ grecos:ſed iter
noſtrorum etiam doctiſſimos magna contentio:
Inqꝫ his caſtris eſt qui illis faueat:ſicut in illis foꝛ
ſitan qui nobis:quod de Plutarcho illuſtri philo
ſopho quidam referunt.Deniqꝫ Seneca noſter ⁊
ſi Ciceroni deferat ut dixi:coactus maieſtate tam
pꝛedulcis eloquij: In reliquis tamen grecie pal-
mam defert:Ciceroni contrarium videtur.Si vͦo
meum his de rebus iudicium expectas: utrunqꝫ
ueridicum pꝛonuncio:⁊ qui Gꝛeciam ⁊ qui Itali
am uerborum dixit inopem.Qꝛ ſi de his duabus
tam famoſis regionibus recte dicit:quid poſſunt
ſperare alie?Qꝛtuꝫ tibi pꝛeterea in hac re fidendũ
viribus tuis ſit:ubi toti ꝓuincie:cuius perexigua
poꝛtiuncula es: hanc ſermonis vides eſſe penuri-
am:tecum ipſe conſidera:pudebit tantum tempo-
ris conſumpſiſſe in eam rem: quam ⁊ aſſequi im-
poſſibile:⁊ aſſecutum eſſe uaniſſimum ſit. Ut vͦo
iam hinc ad alia pertractanda tranſgrediar: Coꝛ-
poris huius bonis extolleris? nec que te circum-
ſtent deinde pericula cernis?Quid auteꝫ tuo tibi
placet in coꝛpore?robur ne an ualitudo ꝓſperioꝛ?
At nihil imbecillius: fatigatio ex leuibus cauſis
obrepens:⁊ inſultus moꝛborum varij:⁊ uermicu
lorum moꝛſus ſeu leuiſſimus afflatus:atqꝫ huius
generis multa confirmant. An foꝛme foꝛſan fulgo
re deciperis:⁊ pꝛopꝛij vultus coloreꝫ ſeu liniamẽ
ta conſpiciẽs:habes cui inhies:quod mireris: qͦd
mulceat:quod delectet? Necqꝫ te Narciſſi terruit
fabula:nec quid eſſes introꝛſus vilis conſideratio
coꝛporee feditatis admonuit:exterioris cutis cõ-
tẽtus aſpectu:oculoſqꝫ mentis ultra nõ poꝛrigis.
Atqui huius quoqꝫ caducum fore pꝛecipitemqꝫ
floſculum: ⁊ ſi alia que innumerabilia ſunt argu-
menta ceſſarent:ipſe tibi etatis inquietus curſus:
per ſingulos aliquid decerpens dies:luce clarius
oſtendere debuiſſet:Et ſi foꝛte:quod dicere nõ au
debis:aduerſus etatem ⁊ moꝛbos:ceteraqꝫ foꝛmã
coꝛporis alterantia:tibiipſe videreris indomitus:
at illius ſaltem cuncta ſubruentis extremi non de
cuit obliuiſci: fixumqꝫ alta ſub mente geri debuit
illud Satyricũ:Moꝛs ſola fatetur q̃tula ſint ho-
minum coꝛpuſcula:Hec ni falloꝛ ſunt que te ſuper-
bis flatibus elatum:humilitatem conditionis tue
conſiderare pꝛohibent moꝛtiſqꝫ reminiſci.Sunt ⁊
alia que iam hinc exequi fert animꝰ. ¶ Frã.Sub
ſiſte paululum queſo:ne tanta mole rerum obru-
tus:nequeam reſponſurus ſurgere. ¶ Augu. Dic
age:ſubſiſtã libens.¶ Fran. In admirationeꝫ me
non modicam coegiſti: multa mihi obijciens que
nunq̃ in animum meum deſcendiſſe ſum conſcius
Me ne confiſum ais ingenio?At pꝛofecto nullum
ingenioli mei ſignum eſt:niſi hoc vnum:nullaꝫ me
in eo poſuiſſe fiduciam:ego ne libꝛorum ex electio
ne ſuperbioꝛ fiam:que mihi ſicut ſcientie modicuꝫ
inuexit:ſic curarum materiam multarum. An lin-
gue gloriam ſectatus dicoꝛ:qui ut tu ipſe memora
ſti:nihil magis indigner:q̃ conceptibus illam me
is non poſſe ſufficere:niſi temptandi ꝓpoſituꝫ tibi
ſit:ſcis me paruitatis mee mihi conſcium ſemper
fuiſſe:⁊ ſi quid foꝛte mihi viſus ſum:potuit hoc in
terduꝫ aliene ruditatis conſideratione cõtingere.
Eo enim(quod ſepe dicere ſoleo)peruentũ eſt:ut
iuxta vulgatum Ciceronis dictũ potius aliorum
imbecillitate q̃ noſtra virtute ualeamꝰ.Quid aũt
⁊ ſi abunde cõtigiſſent iſta que narras?Quid mi
hi tam magnificum contuliſſent:ut hinc ſuperbien
dum foret?Non ſum tam meiipſius imemoꝛ:ne-
qꝫ tam leuis:ut his meam aurem agitandã p̃beã.
Quãtulũ enim uel ingeniũ uel ſcientia uel eloquẽ
tia pꝛofuerit:nullũ lacerantibus aiuꝫ moꝛbis affe
rens remediũ?quã rem in epiſtola quadam me di
ligentius queſtum fuiſſe commemini. Iam qͦd de
coꝛporeis bonis quaſi ſerio dixiſti:pene in riſuꝫ ex
citauit:Me ne in hoc moꝛtali ⁊ caduco coꝛpuſcu-
lo ſpeꝫ poſuiſſe:quotidianas eiꝰ ruinas ſentientẽ?

Deus meliora. Fuit hec puero fateoꝛ cura pecten-
di capitis: vultus oꝛnandi: uerum hoc cum pꝛimis
annis ſimul euanuit: reqꝫ ipſa nunc experioꝛ illud
Domitiani pꝛincipis: qui in epiſtola ad amicam
de ſeipſo ſcribens querenſqꝫ coꝛporee pulchꝛitudi
D nis pꝛerapidam fugam: Scias inquit nil gratius
decore: nil bꝛeuius. ¶ Augu. Copioſe poſſem ad-
uerſus iſta diſſerere: malo tamen tibi conſcientia
tua ꝙ̃ ſermo meus incutiat pudorem: non agam
pertinaciter neqꝫ toꝛmentis uerbum extoꝛquebo:
quod generoſi ſolent ultores: ſimplici negociatio-
ne contentus pꝛecaboꝛ ut poſſe ac omni ſtudio de-
clines: quod hactenus te non admiſiſſe cõtendis.
Si quando autꝫ vultus tui ſpecies temptare ani
mum foꝛte ceperit: occurrat qualia mox eadem fu
tura ſint membꝛa que nunc placent: ꝙ̃ feda: ꝙ̃ tri-
ſtia: ꝙ̃ tibiipſi ſi reuidere poſſes hoꝛrenda: tecum
qꝫ hoc inter philoſophicũ illud frequenter ingemi
na: Ad maiora ſum genitus ꝙ̃ ut ſim mancipium
coꝛporis mei. Pꝛofecto enꝫ ſumma inſania eſt ho
minum ſeſe negligentium: coꝛpori autem ⁊ in qui
bus habitant membꝛa gementium. Siquis in car
cerem tenebꝛoſum atqꝫ humentem olentemqꝫ pe-
ſtifere ad bꝛeue tempus intruſus ſit: nonne ſi non
deſipiat: intactum ſe quantum poſſibile fuerit ab
omni parietum ⁊ ſoli contagione ſeruabit: ⁊ iam
iam egreſſurus: intentis auribus liberatoris ſui ex
pectabit aduentum? Qꝫ ſi his curis abiectis: ceno
qꝫ ⁊ hoꝛrore carceris delibutus exire metuat: ac
pingendis oꝛnandiſqꝫ circa ſe menibus omnꝫ cu
ram ſtudioſus impendat: loci ſtillantis naturã fru
ſtra ſuperare meditans: nunqnid non merito inſa-
nus videatur ⁊ miſer? Nempe uos carcerem ue-
ſtrum ⁊ noſtis ⁊ amatis: Ha miſeri ⁊ mox uel edu
cendi certe uel extrahendi heretis: in eo exoꝛnan-
do ſolliciti quem odiſſe decuerat: Sicut tu ipſe in
Africa tua Scipionis illius magni patrem loquẽ-
tem induxiſti: Odimus laqueos ⁊ vincula nota ti
memus: Libertatis onus quod nunc ſumus illud
amamus. Pꝛeclare quidem modo quod alios di-
cere facis: ipſe tibi diceres. Unum uerbum quod
ex omni ſermone tuo tibi foꝛtaſſis humillimũ: mi
hi autem arrogantiſſimuꝫ videtur: diſſimulare nõ
E ualeo. ¶ Fran. Doleo ſi ſuperbe aliquid dixi: at ſi
factorum dictorum ue moderatoꝛ eſt animus: ni-
hil me arroganter dixiſſe ipſe mihi teſtis eſt. ¶ Au
gu. Multo quidem impoꝛtunius ſuperbie genus
eſt alios depꝛimere: ꝙ̃ ſeipſuꝫ debito magis attol
lere: longeqꝫ maluiſſem: ceteros magnificares: te
quoqꝫ ceteris anteferres: ꝙ̃ calcatis omnibus ex
alieno contemptu ſuperbiſſime tibi clypeuꝫ humi-
litatis aſſumeres. ¶ Fran. Ut uoles accipe; ego
nec mihi nec alijs multum tribuo: piget referre qd
de maiore parte hominum ſentiam expertꝰ. ¶ Au
gu. Seipſum ſpernere tutiſſimum eſt: alios ꝓ o pe
riculoſiſſimum atqꝫ uaniſſimum. Sed pꝛogredia-
mur ad reliqua: Scis qd te aliud auertit? ¶ Frã.
Quicquid libuerit dicito: modo ne accuſes inui-
die. ¶ Augu. Utinam non tibi magis ſuperbia ꝙ̃
inuidia nocuiſſet: hoc enim crimine: me iudice: li-
ber es: ſed alia quedam dicturus ſuꝫ. ¶ Frã. Nul
la me deinceps accuſatione turbaueris: dic inge-
nue: quid eſt quod me tranſuerſum agat? ¶ Aug.
Rerum temporalium appetitus. ¶ Fran. Apage
obſecro: nihil vnꝙ̃ abſurdius audiui. ¶ Aug. Re
pente turbatus ⁊ pꝛopꝛie pꝛomiſſionis oblitus es:
Jam inuidie mentio nulla eſt. ¶ Fran. Aſt auari-
tie: a quo crimine neſcio an remotioꝛ quiſꝙ̃ ſit.
¶ Augu. Multum te iuſtificas: ſed mihi crede: nõ
es ab hac peſte: ut tibi videris alienus. ¶ Fran.
Ego ne ab auaritie labe immunis ſum? ¶ Augu.
Ne ab ambitione quidem. ¶ Frã. Age iam urge:
ingemina: accuſatoris officiuꝫ imple: quid iam no
ui vulneris infligere uelis expecto? ¶ Augu. Pꝛo F
pꝛie quidem ueritatis teſtimonium accuſationem
⁊ vulnus appellaſti: uerum eſt enim illud Satyri-
cum: Accuſatoꝛ erit qui uerum dixerit. Nec minꝰ
⁊ Comicũ id: Obſequium amicoſ: ueritas odium
parit. Sed dic oro quoꝛſuꝫ he ſollicitudines ⁊ edẽ
tes animum cure? quid neceſſe erat in tam bꝛeui-
bus vite ſpatijs tam longas ſpes oꝛdiri? Uite ſum
ma bꝛeuis ſpem nos uetat inchoare longam: Le-
gis ſemper iſta ſed negligis. Reſpondebis: ut ar-
bitroꝛ: amicorum te charitate compelli: ⁊ pulchꝛũ
errori nomen inuenies. Atqui demẽtia quanta eſt
ut alteri ſis amicus: tibiipſi bellum ⁊ inimicitias
indicere? ¶ Fran. ¶ Non ſum tam illiberalis ⁊
inhumanus ut non me contingat amicorum cura:
eorum pꝛeſertim quos virtus mihi uel merituꝫ cõ
ciliat: Sũt eni quos ſuſpiciã: quos ueneroꝛ: quos
amem: quoſue miſerear amicos. Ex aduerſo autꝫ
nec adeo liberalis ſum ut pꝛopter amicos me per-
ditum eam. At quoad vixerim: pꝛo victu quotidia
no pꝛeparare aliquid mens optat: atqꝫ hoc in ſtu-
dio (ut quoniam Horatij iaculis me petis: horatia
nus clypeus me tegat) Sit bona libꝛorum ⁊ pꝛo-
uiſe frugis in annum Copia: neu fluitem dubie ſpe
pendulus hore. Et quia pꝛopoſitum eſt mihi: ut
ait idem: nec turpem ſenectam degere: nec cithara
carentem. Et quia multum uereoꝛ vite pꝛolixioris
inſidias: lõge in utrunqꝫ mihi ipſe pꝛouideo: ⁊ mu
ſarum ſtudijs: reifamiliaris curas interſero: uerũ
id ago tam ſegniter: ut euidenter appareat me co-
actum ad iſta deſcendere. ¶ Augu. Intelligo ꝙ̃ al G
te in coꝛ tuum iſta penetrarint: quibus excuſatio
quereretur amentie. Cur autem non eque Satyri
cũ illud pꝛecoꝛdijs inheſit: Sed quo diuitias hic
per toꝛmenta coactas: Cum furoꝛ haud dubius:
cum ſit manifeſta phꝛeneſis: Ut locuples moria-
ris egẽti viuere fato? Credo quia pꝛeclarius eſti-
mas purpureis ſtratis obſitum mori: ſepulchꝛo ia
cere marmoreo: linquere ſucceſſoribus de opulen
ta hereditate certamen: illaſqꝫ ideo quibus iſta pa
rantur diuitias concupiſcis: Superuacuus laboꝛ:
⁊ ſi mihi credis: inſanus. Jam ſi ad communẽ ho
minum reſpicis naturam: noſti eam paucis eſſe cõ
tentam: Sin ad pꝛopꝛiam cogitando reflecteris:
vix natus eſt cui pauciora ſufficerent: niſi publicꝰ
erroꝛ obſtreperet. Ad populares mores: uel ad ip
ſius foꝛte qui loquebatur animum reſpexit poeta
dum diceret: Uictum infelicem tellus lapidoſaqꝫ
coꝛna Dant rami: ⁊ vulſis paſcunt radicibus her-
be. Tibi cõtra fatearis opoꝛtet: nihil tali victu dul
cius nihilqꝫ ſuauius: ſi tuis ⁊ non inſanientis vul
gi legibus viuas. Quid ergo te crucias ſi ad natu
ram tuam te meteris? Jam pꝛidꝫ diues eras: ſed
ad populi plauſum diues eſſe nunꝙ̃ poteris: ſem-
per aliquid reſtabit: quod ſequens per cupiditatũ
abrupta rapiaris. Meminiſti quanta cuꝫ uolupta
te repoſto quõdã rure uagabaris; ⁊ nũc herboſis

pꝛatorum choris accubans:murmur aque luctan-
tis hauriebas:nunc apertis collibus reſidens ſub
iectam planitiem libero metiebaris intuitu: nunc
in apꝛice uallis vmbꝛaculo dulci ſopore coꝛreptus
optato ſilentio fruebaris:nunꝙ ocioſus mente ali
quid altum ſemper agitans: ⁊ ſolis muſis comita
tibus nuſꝙ ſolus:deniqꝫ Uirgiliani ſenis exēplo:
Qui regum equabat opes animo ſeraqꝫ reuertēs
Nocte domum:dapibus menſas onerabat in em-
ptis:ſub occaſum ſolis anguſtam domuʒ repetēs:
⁊ tuis contentus bonis:nunquid non tibi omniuʒ
moꝛtalium longe ditiſſimus ⁊ plane feliciſſimꝰ vi-
debaris? ¶Fran. Heu mihi nunc credo atqꝫ illi-
us temporis commemoratione ſuſpiro. ¶Augu.
H Quid ſuſpiras:aut quis tibi demēs tēpoꝝ maloꝝ
ꝑbuit materiaʒ? Nempe animus ipſe tuus quem
puduit tam diu nature ſue legibus parere: quiqꝫ
frenuʒ non fregiſſe credidit ſeruitutis:is modo te
raptat violentus: ⁊ niſi habenas contrahas pꝛeci-
pitaturus ad moꝛtem:ex quo pꝛimuʒ cepiſti ramo
rum tuorum baccas faſtidire:amictuſqꝫ ſimplici-
oꝛ: ⁊ agreſtium hominum ſoꝛduit conuictus: In
medios urbium tumultus urgente cupiditate re-
lapſus es:ubi ꝙ late quanqꝫ tranquille degas:frō
tis tue habitus ⁊ uerba teſtantur. Quid enim ibi
miſeriarum non vidiſti:pertinaciſſimus aduerſus
infeliciter experta: ⁊ adhuc heſitas? Peccatorum
foꝛſan illigatus nexibus:ac patientie deo: ut ubi
ſub aliena ferula pueritiam exegiſti:ibidem tui iu-
ris effectus miſerabilem conteras ſenectutē? Cer-
te ego pꝛeſens aderam:cum adhuc adoleſcentuluʒ
te nulla cupiditas:nulla pꝛoꝛſus tāgebat ambitio:
cum cuiuſdam magni futuri viri ſpecimen pꝛefere
bas: Nunc mutatis moribus:infelix: quo magis
ad terminum appꝛopinquas: eo viatici reliquum
conquiris ⁊ attentius. Quid ſupereſt igitur niſi
ut in die moꝛtis(que foꝛte iam iuxta eſt: ⁊ pꝛofe-
cto pꝛocul eſſe non poteſt)aurum ſitiens:calenda-
rio ſemiuiuus incumbans? Siquidem quod per
dies ſingulos creſcit:ſupꝛema die neceſſe eſt ad ſū
mum ⁊ augeri: ⁊ ad uetitum pꝛouenire incremen
tum. ¶Fran. Senectutis pauperiem ante pꝛoſpi
ciens:ſi fatigate etati adiumenta conquiro:qd hic
I tam repꝛehēſibile eſt? ¶Aug. O ridiculas curas
inſanamqꝫ negligentiaʒ:id anxie cogitare quo uel
nunꝙ foꝛte peruenturus certe:uel ubi bꝛeuiſſimo
tempore permanſurus ſis: Illius autem obliuiſci
quo ⁊ peruenire neceſſarium ſit ⁊ irremeabile per
ueniſſe. Sed ille mos ueſter execrandus: Tranſito
ria curatis:eterna negligitis. In eo quidem quod
de ſenili paupertate clypeum queris:errori inhe-
ſit:credo tibi Uirgilianum illud: Atqꝫ inopis me-
tuens foꝛmica ſenecte: Itaqꝫ illam tibi vite ma-
giſtram delegiſti:excuſabilioꝛ:dicente Satyrico:
Friguſqꝫ famemqꝫ Foꝛmica tandem quidaʒ expa
uere magiſtra. Ac ſi non tutus in foꝛmice magiſte-
rium abijſti:reperies nihil miſerius:nihil amenti-
us ꝙ ſemper pauperiem pati:nequando patiaris.
¶Fran. Quid ergo? Pauperiem ne ſuades? Op
tarem quidem minime:tolerare ſummopere:ſi ſic
res humanas miſcens foꝛtuna coegerit. ¶Augu.
Mediocritatem ſane in omni ſtatu expetendū cē-
ſeo. Non igitur ad illorum ſtatuta te reuoco: qui
aiunt: Satis eſt vite hominum panis ⁊ aqua:ne-
mo adhuc pauper eſt:intra que quiſqꝫ deſiderium
ſuum clauſit:cuʒ ipſo Ioue de felicitate cōtendet:
nec medium vite hominum fluuium ceceremqꝫ cō
ſtituo. Sunt enim ut magnifice:ſic auribus homi-
num impoꝛtune pꝛidem odioſe ſententie: Itaqꝫ in-
firmitati tue more ingeram:exinanire naturam nō
doceo ſed frenare. Sufficiebant tua quidem uſibꝰ
neceſſarijs ſi tu ipſe tibi ſuffeciſſes:nunc autem ip
ſe quam pateris indigentiaʒ peperiſti. Cumulatio
nem enim opum:neceſſitatem ac ſollicitudineʒ cu-
mulare:iam totiens diſputatum eſt:ut amplioribꝰ
iam non egeat argumentis:mirus erroꝛ ⁊ miſerā
da cecitas:pꝛeclariſſime nature ac celeſtis originis
humanum animum:celeſtibus neglectis:metallis
inhiare terreſtribꝰ. Cogita queſo acriter atqꝫ ocu-
los mentis intende:nec eos circumradiantis auri
fulgoꝛ impediat:quotiens vncis auaritie tractus:
ab altiſſimis curis ad hec inferiora diuerteris:nō
ne de celo in terras pꝛecipitem coꝛruiſſe remotiſqꝫ
ſyderibus in pꝛofundiſſimam uoraginem demer-
ſum te eſſe cognoſcis? ¶Fran. Cognoſco equideʒ
⁊ dici non poſſet ꝙ grauiter pꝛecipitatus allidoꝛ.
¶Augu. Quid ergo totiens expertus non metu- K
is: ⁊ cum fueris erectus ad ſuperna non tenacius
pedem figis? ¶Fran. Nitoꝛ quippe:ſed quoniam
humane cōditionis concutitur neceſſitas:inuitus
auelloꝛ: Nec enim ſine cauſa ueteres poetas:gemi
num Parnaſi collem:duobus dijs dedicaſſe ſuſpi
coꝛ:ſed ut ab Apolline(quem deuʒ ingenij uocāt)
internum animi pꝛeſidium:a Baccho autem rerū
externarum ſufficientiam implorarent. In quam
ſententiam me non modo rerum experientia magi
ſtra:ſed crebꝛa etiam doctiſſimorum hominum in
clinauit auctoritas:quos tibi quideʒ inculcare nō
attinet. Ita ꝙuis turba deorum ridiculoſa ſit:hec
tamen uatum opinio haud pꝛoꝛſus inſenſata eſt:
quam ego ſi ad vnum retulerim deum:a quo om-
nis oppoꝛtuna ſubuentio eſt:non me delirare qui-
dem arbitroꝛ:niſi tibi aliter videatur. ¶Aug. Ego
ita eſſe non nego:ſed quia tempus tam inique par
tiaris indignoꝛ. ¶Uniuerſam enim etatem tuam
honeſtis olim curis deſtinaueras: ſi quid in alijs
coactus expenderes:id tempus perditum iudica
bas:nunc ꝟo tantum honeſtati tribuis:ꝙtum ti-
bi reliquum fecit auaritie ſtudium. Quis non ad
etatem pꝛouectiorem perueniſſe cupiat:que ſic con
ſilia hominum alternat? Sed quis erit finis: aut
quis modus? Pꝛefige tibi metham:ad quam duʒ
perueneris ſubſiſtas ⁊ aliquando reſpires. Scis
illō humano ore ꝓlatū oraculi vim habere: Sem
per auarus eget: Certū uoto pete finē:qs auteʒ cu
piditatibꝰ tuis erit finis? ¶Fran. Nec egere: nec
abūdare:nec pͤeſſe: nec ſubeſſe alijs:finis eſt meꝰ.
¶Augꝰ. Humanitatē exuas opoꝛtet ⁊ deus fias: L
ut tibi non egere contingat. An ignoras ex cunctis
aialibus:egentiſſimum eſſe hoiem? ¶Frā. Audie
rā ſepiſſime:ſed integrare memoriā uelim. ¶Au-
gu. Aſpice nudum ⁊ infoꝛmē inter uagitus ⁊ lachꝛy
mas naſcentem:exiguo lacte ſolandum:tremuluʒ
atqꝫ reptantem: opis indignum aliene:quem mu
ta paſcunt animantia ⁊ ueſtiunt:caduci animi:in-
quieti:moꝛbis obſeſſum uarijs:ſubiectuʒ paſſioni
bus innumeris:cōſilij inopē:alterna letitia ⁊ triſti-
tia fluctuantem:impotentemqꝫ arbitrij appetitus
cohibere:neſcium quid quantum ue ſibi expedi-
at:quis cibo potuiqꝫ modus ignorantem: Cui ali-

menta corporis ceteris animantibus in aperto po
ſita:multo labore conquirenda ſunt:quem ſomnuſ
inflat:cibus diſtendit:potus precipitat:vigilie ex-
tenuant:fames contrahit:ſitis arefacit:auidum ti
midumqꝫ faſtidientem:poſſeſſa perdita deploran-
tem:⁊ preſentibus ſimul ⁊ preteritis ⁊ futuris an
xium:ſuperbientem inter miſerias ſuas:⁊ fragili-
tatis ſibi conſcium:viliſſimis uermibus imparem:
vite breuis:etatis ambigue:fati ieuitabilis ac mil
le generibus mortis expoſitum. ¶ Fran. Coacer-
uaſti miſerias infinitas ⁊ egeſtates:ut pene iã me
hominem natum peniteat. ¶ Augu. In hac tanta
hominum imbecillitate tantaqꝫ penuria:tu tibi co
piam auſpicaris ac potentiam:que nullis Ceſari-
bus nulliſqꝫ vnqꝫ regibus perfecta contigerit.
¶ Fran. Quis nam his uocabulis uſus eſt?quis
ſeu copiam ſeu potentiam nominauit? ¶ Aug. At
que maior copia qꝫ non egere?que maior potentia
qꝫ non ſubeſſe? Profecto eniꝫ reges dominiqꝫ ter
rarum quos opulentiſſimos reor:innumerabilibꝰ
rebus egent. Ipſi quoqꝫ duces exercituum quibꝰ
preeſſe videntur:ſubſunt:⁊ ab armatis legionibꝰ
obſeſſi:per quas metuuntur:viciſſim metuãt opor
tet. Deſine iaꝫ impoſſibilia ſperare:⁊ humana ſor
te contentus abundare ⁊ egere:preeſſe ⁊ ſubeſſe
condiſcas:non his moribus degens:fortune iugũ
quo colla regum premuntur excutias:quod tamẽ
demum excidiſſe tibi noueris:cum calcatis paſſio
nibus humanis:totus ſub virtutis imperiuꝫ acceſ
ſeris:liber illic futurus:nulla egens re:nulli ſubie-
ctus hominum:deniqꝫ rex ⁊ uere potens abſolu-
teqꝫ felix. ¶ Frã. Iam piget incepti cupioqꝫ nihil
cupere:ſed conſuetudine rapior peruerſa:ſentioqꝫ
inexpletum quoddam in precordijs meis ſemper.
¶ Augu. Hoc eſt ut ad propoſituꝫ ſpectet oratio:
hoc eſt quod te a cognitione mortis auertit:dum
terrenis ſollicitudinibus implicitus:oculos ad al-
tiora non erigis:quas quidem uelut peſtiferas ani
morum ſarcinas:ſi quid mihi credis abijcies:nec
abieciſſe labor magnus fuerit:dummodo te ad na
turam tuam compoſueris:eiqꝫ potius qꝫ vulgi fu-
rijs te uehendum regendumqꝫ cõmiſeris. ¶ Frã.
Fiet id quidem me uolẽte:ſed quod de ambitione
loqui ceperas:iam pridem audire deſidero. ¶ Au
gu. Quid a me expetis quod tibiipſe preſtare po-
tes? Pectus tuum examina:reperies inter peſtes
ceteras non minimum ambitionũ locum. ¶ Frã.
Nihil ergo mihi profuit urbes fugiſſe:dum licuit
populoſqꝫ ⁊ actus publicos deſpexiſſe:ſiluarum
receſſus ⁊ ſilentia rura ſecutum:odium uentoſis
honoribus indixiſſe:adhuc ambitionis inſimulor.
¶ Augu. Multa linquitis mortales:non quia con
temnitis ſed quia deſperatis poſſe conſequi:exci-
tant enim ſe alternis ſtimulis:ſpes ⁊ deſiderium:
uſqꝫadeo:ut altero frigeſcente:tepeſcat alterum ⁊
recalente referueat. ¶ Fran. Quid oro me ſpera-
re prohibeat:adeo ne cuncte bone artes deerant?
¶ Aug. De bonis artibus ſileo:at ille deerant pro
fecto:quibus hodie ꝓſertim ad altos gradus aſcẽ
ditur:ambiendi ſcilicet magnorum limina blandi-
endi:fallendi:promittendi:mentiendi:ſimulandi:
diſſimulandiqꝫ:grauia ⁊ indigna quelibet patien-
di:harum ⁊ ſimilium egenus artium:nec naturaꝫ
vinci poſſe ratus:ad alia ſtudia tranſiuiſti:caute
quidem ⁊ prudenter:quid eſt enim aliud:ut ait Ci
cero:gigantium more pugnare cum dijs:niſi natu
re repugnare? ¶ Fran. Ualeant magni honores:
ſi his artibus acquiruntur. ¶ Augu. Bene ais:nõ
tamen prorſus in auribus meis tuam innocentiaꝫ
comprobaſti:neqꝫ enim honores te non optaſſe cõ
cludis:tametſi querendi moleſtiam perhorreſcas:
ſicut nec Romam vidiſſe contempſit quiſquis via
rum labore perterritus:pedem retulit ab incepto:
adde ꝙ nec pedem retuliſti:ut tibiipſe perſuades
mihiqꝫ perſuadere niteris:neu te:ut aiunt:digito
contexeris:quicquid cogitas:quicquid agis ante
oculos meos eſt:⁊ ꝙ fuga urbium ſiluarumqꝫ cu
pidine gloriaris:non excuſationem ſed culpe imi-
tationem arguit. Multis nanqꝫ vijs ad vnum ter
minum peruenitur:⁊ tu mihi crede:lꝫ calcatã vul
go deſerueris viam:tamen ad eandem quam ſpre
uiſſe te dicis ambitionem:obliquo calle contẽdis:
ad quaꝫ ocium:ſolitudo:incurioſitas tantarum re
rum humanarũ:atqꝫ iſta tua te perducunt ſtudia:
quorum uſqꝫ nunc finis eſt gloria. ¶ Fran. Ad an-
gulum urges me:vnde poſſem licet ſubterfugere:
quia tamen tempus breue eſt:⁊ in multa diſpartiẽ
dum:ſi libet progrediamur ad reliqua. ¶ Augu.
Sequere igitur ad precedentem:gule nulla ſit mẽ
tio:cuius ſtudio nullatenus teneris:niſi uoluptati
fauens nonnunqꝫ amicorum blandior conuictus
obreperet:Ueruntamen nihil hinc metuo:quoti-
ens enim urbibus ereptum:rus ſuuꝫ recuperauit
incolam:omnes repente diffugiunt inſidie talium
uoluptatum:quibus amotis:ita te viuentem fate-
ar animaduerti:ut ⁊ proprios ⁊ communes ami-
cos ſupergreſſa ſobrietate ac modeſtia delectarer.
Iraꝫ quoqꝫ preteruehor:qua ⁊ ſi ſepe iuſto magis
exardeas:cõfeſtim tamen nature bonitate mitiga-
bilis compeſcere motus animi ſoles:memor Ho
ratiani conſilij:Ira furor breuis eſt:animum rege:
qui niſi paret Imperat:hunc vinculis:hũc tu com
peſce catena. ¶ Fran. Aliquantulum mihi:fateor:
⁊ poeticuꝫ hoc:⁊ plurima huius generis philoſo
phoruꝫ conſilia profuerunt:atqꝫ in primis eui bre
uis recordatio. Que enim rabies eſt:pauculos di
es quos inter homines agimus in hominum odi-
um pernitiemqꝫ conſumere? Aderit ecce dies ulti-
ma:que has flammas in pectoribus humanis ex-
tinguat:⁊ finem poſitura odijs ⁊ ſi inimico nihil
morte grauius optamus:iniquiſſimi uoti compo-
tes factura:Itaqꝫ quid ſe:quid alios precipitare
iuuat?quid opportunas partes breuiſſimi tempo
ris amittere?⁊ uel preſentibus honeſtis gaudijs
uel future vite conſilijs deputatos dies:vix ſuffer-
turos ad ſingula ſumma:licet cum parſi monia diſ
penſatis auferre neceſſarijs ac ꝓprijs uſibus:inqꝫ
alienam pariter ⁊ noſtrã triſtitiam mortẽqꝫ cõuer
tere:Uerum hec mihi meditatio eouſqꝫ profuit:ut
impulſus non totus ruerẽ:⁊ ſi corruiſſem mox ex
urgerem:ne ullis aũt iracũdie flatibꝰ agitarer:nul
lũ mihi hactenus ſtudiũ ꝓſtare quiuit. ¶ Aug. At
quia nullum ex huius te flatibus aut tibi aut alte
ri uereor naufragium:facile patiar:ut ſi Stoico-
rum promiſſa non attingis:qui morbos animoruꝫ
radicitus ſe vulſuros ſpondent:ſis in hac re Peri
pateticorum mitigatione contentus:his igitur in
preſens omiſſis:ad perículoſiora ⁊ tibi multo dili
gentius prouidenda feſtino. ¶ Fran. Deus bone:
quid adhuc periculoſius reſtat? ¶ Augu. Quãtis

luxurie flammis incenderis? ¶ Fran. Tātis equi-
dem interdum ut grauiter doleam ꝙ nō inſenſibi
lis natus ſum: Immobile ſaxum aliquod eſſe ma-
luerim: q̄ꝫ tam multis coꝛporis mei motibuſ turba
ri. ¶ Augu. Habes igitur quod te uel maxime ab
omni diuinoꝝ cogitatione dimoueat: Quid enim
aliud celeſtis doctrina Platonis admonet: niſi ani
mum a libidinibus coꝛporis arcendum ⁊ eraden
da phantaſmata: ut ad prouidenda diuinitatis ar-
cana: cui ꝓprie moꝛtalitatis annexa cogitatio eſt:
purus expeditusqꝫ conſurgat? Scis quid loquoꝛ
⁊ hec ex Platonis libriſ tibi familiariter nota ſūt:
quibꝰ auidiſſime nuper incubuiſſe diceris. ¶ Frā.
Incubueraꝫ fateoꝛ alacri ſpe magnoqꝫ deſiderio:
ſed peregrine lingue nouitas ⁊ feſtinata precepto
ris abſentia: preciderunt propoſitum meum: Cete
rum iſta quam memoras diſciplina ⁊ ex ſcripturis
tuis ⁊ ex aliorum Platonicorum relatione notiſ-
Q ſima eſt. ¶ Augu. Haud refert quo uerum mōſtrā
te didiceris: q̄ꝫuis multum ſepe poſſit auctoritas.
¶ Frā. Apud me preſertim hominis illius de quo
alte mihi quidem inſedit illud Ciceronis in Tuſcu
lano: Plato inquit: Et ſi rationem nullam afferret
(vide quid homini tribuo) ipſa auctoritate me frā
geret: mihi autem ſepe diuinum illud ingenium co
gitanti: iniurioſum videretur: ſi cum ducem ſuum
Analogiſtam facit Pythagoreum vulgus: redden
de rationi foret obnoxius Plato: Sed ne a propo
ſito longius eam: Platonis hanc ſententiam mihi
pridem adeo ⁊ auctoritas ⁊ ratio ⁊ experientia
commendauit: ut nil uerius nilqꝫ ſanctius dici poſ
ſe non dubitem. Ita enim interduꝫ deo manū poꝛ-
rigente ſurrexi: ut incredibile quadam ⁊ immenſa
cum dulcedine: quid mihi tunc prodeſſet: quid ue
antea nocuiſſet agnoſcerem: ⁊ nunc meo pondere
in antiquas miſerias relapſus: quid me iteruꝫ per
diderit: cum amariſſimo guſtu mentis experioꝛ:
Qđ idcirco retuli: ne foꝛte miraris huius me Pla
tonici dogmatis experientiam profiteri. ¶ Augu.
Non miroꝛ equidem: laboribus eniꝫ tuis interfui
⁊ cadentem ⁊ reſurgentem vidi: ⁊ nunc proſtra-
tum miſertus opem ferre diſpoſui. ¶ Fran. Grati-
as ago tam miſericoꝛdis affectus: quid auteꝫ opis
ſupereſt humane? ¶ Augu. Nihil: at diuine pluri
mum: continens equidem niſi cui deus dedit eſſe
nō poteſt. Ab eo igitur munus hoc ⁊ in primis hu
militer ⁊ ſepe cum lachrymis poſtulandum eſt: ſo
let ille que rite poſcuntur non negare. ¶ Fran. Fe
ci tam ſepe ut pene iam ſibi moleſtus eſſe uereoꝛ.
R ¶ Aug. At nō ſatis humiliter: nō ſatis ſobꝛie: ſem
per aliquid loci uenturis cupiditatibuſ reſeruaſti:
ſemper in longum preces extendiſti: Expertus lo-
quoꝛ hic ⁊ mihi contigit: Dicebam da mihi caſtita
tem: ſed noli modo: differ paululum: ſtatim ueniet
tempus: virentioꝛ adhuc etas: ſuis eat ſemitis: ſu-
is utatur legibus: turpius ad iuuenilia iſta redire
tur: Tunc igitur abeundum erit cum ⁊ minus ad
hoc habilis decurſu temporis factus fuero: ⁊ ſa-
tietas uoluptatum metum regreſſionis abſtulerit:
hec dicens aliud te uelle precari: aliud non intelli-
gis. ¶ Fran. Quo nam modo? ¶ Aug. Quia qui
in diem poſcit: in preſens negligit. ¶ Fran. Ego in
preſens ſepe cū lachrymis popoſci: ſperans ſimul
⁊ illud euenturum: ut effractis cupiditatum laque
is ⁊ calcatis vite miſerijs ſaluus euaderem: ⁊ ue-
lut in aliquem ſalutarem poꝛtum ex tam multis cu
rarum inutiliuꝫ tempeſtatibus enatarem. At quo
tiens poſtea inter eoſdem ſcopulos naufragiū paſ
ſus ſum: quotienſqꝫ ſi deſtituoꝛ paſſurus intelligiſ.
¶ Augu. Crede mihi: aliquid ſemper defuit oran
ti: alioquin uel annuiſſet largitoꝛ ille ſupremus: uel
quod Paulo fecit apoſtolo: ad perfectionem vir-
tutis ⁊ infirmitatis expientiā denegaſſet. ¶ Frā.
Credo ita eſſe: precaboꝛ tamen aſſidue nec fatiga-
boꝛ: nec erubeſcam: nec deſperabo: ſi foꝛte miſera-
tus omnipotens labores meos: aureꝫ precibꝰ quo
tidianis accōmodet: ⁊ quibus ſi iuſte fuiſſent gra-
tiam non negaſſet: idem ipſe iuſtificet. ¶ Aug. Cō-
ſulte tamen tu enitere: ⁊ (quod proſtrati ſolent) in S
cubitum erectus: ingruentia mala circumſpice: ne
ad repentinum cuiuſlibet molis incurſum: iacen-
tia membꝛa diſſileant: nec ſegnius interim opeꝫ at
tollere ualentis implora: Aderit ille tunc foꝛſitan
cum abeſſe credideris: vnum ſemper ante oculos
habeto: Platonis ſuperiorem illam haud ſpernen
dam ſententiam: Ab agnitione deitatis nil magiſ
q̄ꝫ appetitus carnalis ⁊ inflammatam obſtare li-
bidinem. Hanc igitur doctrinam aſſidue tecuꝫ uer
ſa: hec noſtri conſilij ſumma eſt. ¶ Fran. Ut intelli
gas me hanc adamaſſe ſententiam: non modo in
atrijs ſuis ſedentem: ſed peregrinis etiam nemori
bus latitantem: auidiſſime complexus ſum. At lo-
cum animo mutaui ubi illa oculis meis occurrat.
¶ Aug. Quid dicere uelis expecto. ¶ Frā. Scis
Uirgilium virum foꝛtem: per quot pericula: in illa
ſupꝛema ⁊ hoꝛrenda Troiani excidij nocte circum
duxit? ¶ Augu. Scio: quid enim ſcholis omnibuſ
vulgatius: ipſum quoqꝫ caſus ſuos enarrantem fa
cit? Quid cladem illius noctis: quis funera fando
Explicet? aut poſſit lachrymiſ eq̄re laboreſ? Urbs
antiqua ruit multos dominata per annos: Pluri-
ma perqꝫ vias ſternuntur inertia paſſim Coꝛpora:
perqꝫ domos ⁊ religioſa domorum Lumina: nec
ſoli penas dant ſanguine teucri. Quondam etiam
victis redit in precoꝛdia virtus: Uictoreſqꝫ cadūt
Danai crudelis ubiqꝫ Luctus: ubiqꝫ pauoꝛ ⁊ plu-
rima moꝛtis imago. ¶ Fran. At qui q̄ꝫdiu Uene-
re comitāte: inter hoſtes ⁊ incendiuꝫ errauit: aptis
lꝫ oculis: offenſorum iram numinum videre nō po
tuit: eaqꝫ illum eloquentem: nil niſi terrenum intel
lexit: At poſtq̄ꝫ illa diſceſſit ꝗd euenerit noſti. Si
quidem mox iratas deorum facies eū vidiſſe ſub
ſequitur: ⁊ omne circunſtans periculuꝫ agnouiſſe.
Apparēt dire facieſ inimicaqꝫ Troie Numina ma
gna deū: ex ꝗbus hoc excerpſi: uſum Ueneris con-
ſpectū diuinitatis eripe. ¶ Augu. Preclare lucem
ſub nubibꝰ iueniſti. Sic nēpe poeticis itereſt ueri- T
tas figmētis: tenuiſſimis riuuliſ adeūda. Sed qm̄
rurſus ad iſta redeūdū eſt: que reſtāt ad ultimum
reſeruemꝰ. ¶ Frā. Ne ignotis me tramitibꝰ agas:
que nā te redditurū polliceris? ¶ Aug. Maxima
tue mentis vulnera nondum attigi: ⁊ conſulto di-
lata res eſt: ut nouiſſime poſita hereant memorie.
In illorum altero appetituum carnalium de qui-
bus aliqua diximus cumulatioꝛ aderit materia.
¶ Fran. Progredere iam ut libet. ¶ Augu. Niſi
impudenti pertinacia ſis: nulla deinceps ſupereſt
contentio. ¶ Fran. Nihil gratius videre poſſeꝫ q̄ꝫ
omnē contentioneꝫ cauſam oblatam ex oꝛbe terra
rum: Nihil deniqꝫ tam clare mihi cognitum fuit

vnq̄ꝫ:ut de eo non inuitus altercarer:ꝙ inter amicos licet orta contentio:aſperum quidem ⁊ hoſtile ⁊ amicitiarum moribus aduerſuꝫ habet:ſed perge ad hec quibus me ſtatim aſſenſurum putas.
¶ Augu. Habet te funeſta quedam peſtis animi: quaꝫ accidiam moderni:ueteres egritudinem dixerunt. ¶ Fran. Ipſum morbi nomen horreo.
¶ Augu. Nimirum: q: diu per hunc grauiter uexatus es. ¶ Fran. Fateor ⁊ illud accidit quod omnibus ferme quib[9] angor:aliquid falſi licet dulcoris immixtum eſt. In hac autem triſtitia ⁊ aſpera ⁊ miſera ⁊ horrenda omnia:aptaqꝫ ſemper ad deſperationem via: ⁊ quicquid infelices animas urget in interitum. Ad hoc ⁊ reliquarum paſſionum ut crebras:ſic breues ⁊ momentaneos experior inſultus. Hec autem peſtis tam tenaciter me arripit interdum:ut integros dies nocteſqꝫ illigarum torqueat:quod mihi tēpus non lucis aut vite:ſed tartaree noctis ⁊ acerbiſſime mortis inſtar eſt: ⁊ (qui ſupremus miſeriarum cumulus dici poteſt) ſic laboribus ⁊ doloribus paſcor atra quadam cuꝫ uoluptate ut inuitus auellar. ¶ Aug[9]. Morbum tuū noſti optime:modo cauſam noſces: Dic ergo quid eſt quod te adeo contriſtat? Temporalium ne diſcurſus: aut corporis dolor:an aliqua fortune du-
u rioris iniuria? ¶ Fran. Non vnum horum aliqđ: ſi ſingulari certamine temptarer:ſtarem utiqꝫ:nūc auteꝫ toto ſubruor exercitu. ¶ Augu. Diſtinctius quid te urgeat eloquere? ¶ Fran. Quotiens vnuꝫ aliquod fortune vulnus infligitur perſiſto interritus:memorans ſepe me ab ea grauiter perculſuꝫ: abijſſe victorem. Si mox illa vulnus ingeminet:titubare parumper incipio:quod ſi duobus tertiuꝫ quartum ue ſucceſſerit: tum coactus non quidem fuga precipiti:ſed pede ſenſim relato:in arcem rationis euado. Illic ſi toto rerum agmine incubuerit fortuna:meqꝫ ad expugnandum cōditionis humane miſerias ⁊ laborum preteritorum memoriam:futurorumqꝫ formidinem congeſſerit:tum demum pulſatus vndiqꝫ: ⁊ tantam malorum congeriem perhorreſcens ingemiſco:hinc dolor ille grauis oritur:ueluti ſiquis ab innumeris hoſtib[9] circumcluſus:cui nullus pateat egreſſus:nulla ſit miſericordie ſpes:nullumqꝫ ſolatium:ſed infeſta omnia:erecte machine:defoſſi ſuper terram cuniculi: tremuntqꝫ iam turres: ſtant ſcale propugnaculis admote:herēt menibus vnci: ⁊ ignis tabulata percurrit:vndiqꝫ fulgentes gladios minanteſqꝫ vultus hoſtium:cernenſqꝫ vicinum:cogitans excidiū: quid ni paueat ⁊ lugeat:quando his licet ceſſantibus:ipſa libertatis amiſſio viris fortibus meſtiſſima eſt? ¶ Augu. Quanq̄ꝫ confuſius iſta percurreris:intelligo tamen opinionem tibi peruerſam:cauſam eſſe malorum omniū:que innumerabiles olim ſtrauit ſternetqꝫ:male tibi arbitraris. ¶ Fran. Immo ꝟo peſſime. ¶ Augu. Quam ob cām? ¶ Frā.
x Non vna quidem ſed innumeras. ¶ Augu. Idem tibi accidit ex his qui ob leuiſſimaꝫ quālibet offenſam in memoriam redeunt ueterum ſimultatum.
¶ Fran. Nullum in me adeo uetuſtum vulnuſ:ut obliuione deletum ſit:recentia ſunt cuncta que cruciant: ⁊ ſi quod tempore potuiſſet aboleri:tam crebro locum repetijt fortuna:ut hians vulnus nulla vnq̄ꝫ cicatrix aſtrinxerit. Accedit ⁊ humane conditionis odium atqꝫ contemptus: quibus omnibus oppreſſus:non meſtiſſimus eſſe non ualeo:hanc ſibi egritudinem ſiue accidiam: ſiue quid aliud eſſe diffinis: haud magnifacio: ipſa de re conuenit.
¶ Augu. Quoniam ut video altis radicibus morbus innititur: ſuperficietenus hunc ſuſtuliſſe non ſufficiet:repullulabit etenim celeriter:radicit[9] euellendus eſt. Unde autem incipiam incertus ſum:tā multa me terrent: Sed ut facilior ſit diſtincti operis effectus:diſcurram per ſingula. Dic ergo quid in primis tibi moleſtum putas? ¶ Fran. Quicqd primum video:quicquid audio:quicquid ſentio.
¶ Augu. Pene nil ne placet tibi ex oibus? ¶ Frā. Aut nihil:aut perpauca quidem. ¶ Augu. Utinaꝫ ſaltem ſalubriora delectent:ſed quid apprime diſplicet reſponde mihi queſo? ¶ Fran. Iam reſpondi. ¶ Augu. Totum eſt hoc eius quam dixi accidie:tua omnia tibi diſplicent. ¶ Fran. Aliena non minus. ¶ Augu. Et hoc ex eodem fonte procedit: ut ꝟo aliquis dicendorū ordo ſit:adeo ne tibi tua diſplicent ut ais? ¶ Fran. Deſine queſtiunculis: quater plus etiam q̄ꝫ dici poſſet. ¶ Augu. Ergo illa tibi fordeſcunt:que multis alijs inuidioſum faciunt. ¶ Fran. Qui miſero inuidet: neceſſe eſt ut
ſit ipſe miſerrimus. ¶ Augu. Quid autem magis y
diſplicet ex omnibus? ¶ Fran. Neſcio. ¶ Augu. Quid ſi ego dinumerem: fateberis ne? ¶ Fran. Fatebor ingenue. ¶ Aug. Fortune tue iratus es. ¶ Fran. Quid ni oderim ſuperbaꝫ:violentam:cecam: ⁊ mortalia hec ſine diſcretione uoluentem? ¶ Augu. De communibus publica eſt querela: nunc proprias proſequamur iniurias. Quid ſi iniuſte cōquereris:uelles ne in grāꝫ reuerti. ¶ Frā. Difficillima quidē perſuaſio:ſi tamen id mihi mōſtraueris conquieſcam. ¶ Augu. Parcius tecum agere eſtimas fortunam. ¶ Fran. Immo amariſſime:immo iniquiſſime:immo ſuperbiſſime: immo crudeliſſime. ¶ Augu. Non vnus eſt apud Comicum poetaꝫ querulus:inumerabiles ſunt: Tu quoqꝫ adhuc vnus ex multis es:malleꝫ ex paucis. Ceteruꝫ quia adeo trita materia eſt:ut vix noui quicq̄ꝫ poſſit afferri: Poteriſne morbo ueteri uetus remediū adhiberi? ¶ Fran. Ut libet. ¶ Augu. Age ergo:famem ne an ſitim:frigus ue perpeti compulit paupertas? ¶ Fran. Nonduꝫ eouſqꝫ fortuna ſeuit mea. ¶ Augu. At q̄ꝫ multiſ iſta quotidiana ſūt. ¶ Fran. Aliud adhibe remediuꝫ ſi potes:me quoniam iſta nil adiuuant. Non enim ex illis ſuꝫ quos in malis ſuis:calamitoſorum ⁊ circumlugentium delectat exercitus:nec minus interdum alienis q̄ꝫ
proprijs miſerijs ingemiſco. ¶ Augu. Nec ego ut z
delectet: ſed ut ſoletur expecto: doceatqꝫ alienas cernentem fortunas:ſuis eſſe ꝯtentum: Neqꝫ eniꝫ omnes primum tenere locum poſſunt: Alioquin quomodo primus erit niſi quem ſecundus ſequitur? Bene uobiſcum agitur mortales ſi non in extrema reiecti:de tā multis fortune ludibrijs:tantū mediocria ꝑtuliſtis:q̄ꝫ q̄ꝫ ⁊ extrema perpeſſis:ſuis qbuſdā acriorib[9] remedijs ſuccurrēdum eſt:qbus tu pn̄s eger es minime mediocri leſus aſꝑitate fortune. Sed hoc eſt qđ uos in has ꝑcipitat erūnas: proprie quilibet fortis oblitus:ſupremum mēte locum agitat:quem:quoniam ut dixi:nequeunt oēs apprehendere:eluſis conatibus ſubit indignatio. Qꝫ ſi ſummi ſtatus miſerias agnoſcerēt homines: quem exoptant perhorreſcerent. Idqꝫ illoruꝫ pro

batur teſtimonio:quos ad ſumma rerum faſtigia
multis laboribus euectos vidimus:⁊ uotoꝝ mox
ſuorum nimis facilem exitum execrantes: Quod
⁊ ſi omnibus notum eſſe debeat:tibi tamen pꝛeci-
pue:longa cui experientia perſuaſum eſt omnem
ſtatus altiſſimi laborioſam atqꝫ ſollicitam ⁊ pꝛoꝛ-
ſus miſerabileꝫ eſſe foꝛtunam:ita fit ut nullus que
rimonie gradus uacet: dum ⁊ optata conſecuti ⁊
repulſi:iuſtam lamentandi cauſam pꝛe ſe ferūt. Il
li ſe deceptos:hi ſe neglectos eſtimant. Sequere
igitur Senece conſilium:cuꝫ aſpexerit quot te an
tecedunt: cogita quot te ſequantur. Si vis gra-
tus eſſe aduerſus deum ⁊ aduerſus vitam tu-
am: cogita q̃ꝫ multos anteceſſeris. Et ut eodem
loco ait idem: ⁊ finem conſtitue: quem tranſire ne
poſſis quidem ſi uelis. ℭ Fran. Conſtitui pꝛidem
deſiderijs meis finem certum: ⁊ niſi falloꝛ mode-
ſtiſſimum: At inter pꝛocaces impudenteſqꝫ ſeculi
mei mores:qui modeſtie locus eſt:ſecoꝛdiam atqꝫ
AA ſegnitiē uocant. ℭ Augu. Potenſne igitur eſt ani-
mi tui ſtatuꝫ vulgaris aura conuellere:que nunq̃ꝫ
rectum iudicat:nunq̃ꝫ res ſuis nominibus uocat:
at illam ſi rite recolo ſpernere ſolebas. ℭ Frā. Nū
q̃ꝫ mihi crede magis ſpꝛeui:non pluris facio quid
de me vulgus eſtimet:q̃ꝫ qui bꝛutoruꝫ greges ani
mantiuꝫ. ℭ Augu. Quid ergo? ℭ Fran. Moleſte
fero ꝙ cum nullus ex coetaneis meis queꝫ ego no
uerim modeſtiora cōcupiuerit:nemo difficiliuſ ad
concupita pꝛofectus eſt. Summum nempe nunq̃ꝫ
me locum exoptaſſe:teſtis hec noſtra ſimul ⁊ om-
nium ſpectatrix:que cogitationes meas ſemper in
troſpiciens nouit:quotiens humani more ingenij:
per omnes ſtatuū gradus mente diſcurrereꝫ:nun-
q̃ꝫ tranquillitatem illam ac ſerenitatem animi quā
rebus omnibus pꝛeferendaꝫ arbitroꝛ:in ſupꝛemo
foꝛtune culmine poſitam agnouiſſe. Ideoqꝫ ⁊ cura
rum ⁊ ſollicitudinum refertam vitam:exhoꝛrentē
mediocria:ſobꝛie ſe ſemper iudicio pꝛetuliſſe: nec
uerbo ſolum:ſed mente etiam Horatianum illud
appꝛobaſſe: Auream quiſquis mediocritatem dili
git tutus caret:abſoleti ſoꝛdibus tecti: caret inui-
daqꝫ ſobꝛius aula: nec minus mihi ratio placuit:
q̃ꝫ dictuꝫ. Sepius uentis agitatur ingens Pinus:
excelſe grauiore caſu Decidunt turres: feriuntqꝫ
ſummos fulgura montes:hāc pꝛofecto mediocri-
tatem nunq̃ꝫ mihi contigiſſe doleo. ℭ Au. Quid ſi
que putaſ mediocria ſupꝛa te ſunt? quid ſi uera me
diocritas iam pꝛidem contigit? quid ſi abunde cō
tigit? quid ſi illam longe poſt tergum reliquiſti: ⁊
multo pluribus inuidie q̃ꝫ contemptus materiam
pꝛebes? ℭ Fran. Et ſi ita eſſet:mihi tamen contra
rium videtur. ℭ Augu. Peruerſam opinioneꝫ ma
lorum omniuꝫ:ſed huius pꝛecipue cauſam eſſe nō
ambigitur. Ab hac igitur charybdi: omnium: ut
ait Tullius:remorum ac uelorum auxilio fugien-
dum eſt. ℭ Fran. Unde me fugere:quo ue pꝛoraꝫ
tendere:quid deniqꝫ opinari iubes niſi qđ video?
B ℭ Augu. Uides ubi oculos intendiſti: ac ſi retro
reſpicias:videbis innumerabilem turbam ſequi:
teqꝫ pꝛimo agmine: aliquanto pꝛoximiorem eē q̃ꝫ
ultimo:ſed timoꝛ animi rigoꝛqꝫ pꝛopoſiti:non per
mittunt oculos in tergum flectere. ℭ Fran. Defle-
xi cum interdum multoſqꝫ poſt me uenire perpen
di:neqꝫ ſoꝛtis mee pudet:ſed curarum piget ac pe
nitet tantarum. Qꝫ ut eiuſdeꝫ Horatij uerbo utar:
Fluitem dubie ſpe pendulus hore. Si hec anxie-
tas tollatur:quantum habeo abunde ſufficiat:di-
camqꝫ equanimiter quod eodem loco ait idem:
Quid credis amice pꝛecari: Sit mihi:quod nunc
eſt etiam minus ut mihi viuā: quid ſupereſt eui?
Si quid ſupereſſe uolunt dij: Ego ſemper dubius
futuri:ſemper animo ſuſpenſus:nullaꝫ ex foꝛtune
muneribus dulcedinem capio:adhuc ut vides ha
ctenus alijs viuo: quod miſerrimum ex omnibuſ
eſt: Atqꝫ utinam uel ſenectutis mihi reliquie cō
tingant: ut qui pꝛocelloſos inter fluctus vixe-
rim: moriar in poꝛtu. ℭ Augu. Tu ne igitur in
tanto rerum humanarum turbine: tanta uarieta-
te ſucceſſuum: tantaqꝫ caligine futurorum (⁊ ut
bꝛeuiter dicam) ſub imperio poſitus foꝛtune:ſolus
ex cunctis hominum milibus curarum uacuā eta-
tem ages? Uide quid cupias moꝛtalis: vide quid
poſtules. Qꝫ vero non tibi te vixiſſe conquereris:nō
inopie ſed ſeruitutis eſt:quam licet (ut tu ideꝫ aſſe
ris) miſeriam eſſe confitear:tamen ſi circumſpicis:
pauciſſimos hoies ſibi vixiſſe reperies: Nam ⁊ hi
qui putantur feliciſſimi: ⁊ quibus innumerabiles
viuunt:ſeipſos ſimul alijs viuere:vigiliarum ⁊ la-
borum aſſiduitate teſtantur. Quid enim (ut ſupꝛe
mo te commoneri faciam exemplo) Julius Ceſar:
cuius illud uerum:licet arrogans dictum eſt: Hu-
manum paucis genus viuit:nunquid poſtq̃ꝫ eo ge
nus redegerat humanum ut ſibi vni viueret: ipſe
interim alijs viuebat? Interrogabis foꝛtaſſe qui-
bus? His nimirum a quibus occiſus eſt. De Bꝛu-
to uel Cimbꝛo ceteriſqꝫ perfide coniurationis au-
ctoribus quorum cupiditates explere non ualuit
tanti munificētia largitoris. ℭ Fran. Mouiſti ani
mum fateoꝛ:ut iam nec ſeruum me nec inopem in-
digner. ℭ Augu. Indignare potius te non eſſe ſa-
pientem:quod vnum ⁊ libertatem ⁊ ueras diuiti
as pꝛeſtare potuiſſet. Ceterum quiſquis cauſarum
abſentiam equo ferens animo:effectus non adeſſe
conqueritur:nec cauſarum certam tenet ille ratio-
nem nec effectuum. Exequere autem nunc quid te
pꝛemit pꝛeter hec que dicta ſunt:coꝛporis ne fragi
litas:an latens moleſtia? ℭ Fran. Nempe coꝛpus
hoc oneroſum mihi ſemper fuit:quotiens meipſuꝫ
contemplatus fui:at cum alienorum grauedinem
coꝛporum reſpexi: ſatis obediens me mancipium
habere fateoꝛ:poſſem idem utinā: ⁊ de animo glo
riari:ſed ille imperat. ℭ Augu. Utinā rationis ip-
ſe ſubditus imperio: Sed ad coꝛpꝰ redeo quid in C
eo moleſtum experiris? ℭ Fran. Nihil equidem
niſi communia quedam:ꝙ moꝛtale eſt:ꝙ ſuis me
doloribus implicat:mole pꝛegrauat:ſomnum ſua-
det ſpiritu vigilante alijſqꝫ neceſſitatibus ſubigit
humanis:quas enumerare ⁊ longum ⁊ inamenū
eſt. ℭ Augu. Compone animuꝫ pꝛecoꝛ:teqꝫ homi
nem eſſe recoꝛdare:licet anxietas iſta ceſſauerit: ſi
quid pꝛeter hoc angerit exquire. ℭ Fran. Illa ne ti
bi inaudita eſt foꝛtune nouercantis imanitas:cuꝫ
vno die me ſpeſqꝫ ⁊ opes meas omnes ⁊ genus ⁊
domū impulſu ſtrauit impio. ℭ Augu. Uideo ocu
lorum tuoꝝ ſcatebꝛas:ideoqꝫ pꝛetereo:neqꝫ enim
nunc docendus ſed admonendus es. Unuꝫ igitur
hic admonuiſſe ſufficiet: Si enim non pꝛiuatarum
modo familiarum:ſed notiſſimas tibi regnoruꝫ ex
omnibus ſeculis recoles ruinas:nō nihil tibi Tra
gediarum lectio pꝛofuerit:ut non pudeat tugurio-

lum tuum cum tot regijs edibus ꝯflagraſſe:proce
de modo:hec enim partiꝰ dicta:ſpatioſius tibi ru
minanda ſeruabis.¶ Fran.Quis vite mee tedia
⁊ quotidianū faſtidiū ſufficiēter exprimat:meſtiſ-
ſimam turbulentiſſimamqꝫ orbem terrarū omniū
anguſtiſſimam atqꝫ ultimam ſentinam: ⁊ totiꝰ or-
bis ſordibus exundantē?Quis uerbis equet que
paſſim nauſeā ꝯcitāt graue3:olētes ſemitas ꝑmix
tas rabidis canibꝰ:obſcenas ſues: ⁊ rotaꝛ muros
quatientium ſtridorem : aut tranſuerſas obliquis
itineribus quadrigas:tam diuerſas hominu3 ſpe-
cies : tot horrenda mendicantiū ſpectacula:tot di
uitu3 furores illos meſtitia deuictos:hos gaudio
laſciuiaqꝫ fluitantes:tam deniqꝫ diſcordātes ani-
mos arteſqꝫ tā uarias:tantum confuſis uocibꝰ cla
morem: ⁊ populi inter ſe anxietatis incurſum:que
omnia ⁊ ſenſus melioribus aſſuetos conficiunt ⁊
generoſis animis eripiunt quietem ⁊ ſtudia bo-
narum artium interpellāt? Itaqꝫ me deus ex hoc
naufragio:puppe liberat illeſa:ut ego ſepe circū-
ſpiciens:in infernum viuens deſcendiſſe mihi vi-
deor.I nunc ⁊ honeſtis cogitationibus incumbe.
I nunc ⁊ uerſus tecum compone canoros.¶ Au.
DD Hic me Flacci uerſiculus quid potiſſimum lamē-
teris admonuit:doles ꝙ importunum ſtudijs tu-
is locum nactus es:quoniam ut ait ide3: Scripto
rum chorus omnis amat nemus ⁊ fugit urbes:
Tuqꝫ ipſe in epiſtola quadam eande3 ſententiam
uerbis alijs expreſſiſti: Silua placet muſis: urbs
eſt inimica poetis.Quod ſi vnq̄ꝫ itestinus tumul-
tus tue mentis conquieſceret fragor iſte circumto
nans(mihi crede)ſenſus quidē pulſaret ſed aium
non moueret.At ne nota pridem auribus tuis in-
geram:habes Senece de hac re non inutilem epi
ſtolam:habes ⁊ librum eiuſdem de tranquillitate
animi:habes ⁊ de tota hac mentis egritudine tol
lenda:librum.M.Ciceronis egregium quem he-
ſterne diei diſputationibus in Tuſculano ſuo ha-
bitis ad Brutum ſcripſit.¶ Franci.Singula hic
haud negligenter legiſſe me noueris.¶ Auguſti.
Quid ergo:nihil ne profuerūt?¶ Frā.Immo ue
ro inter legendum plurimum:libro autem e mani
bus elapſo:aſſenſio ſimul omnis intercidit.¶ Au
guſtinus.Communis legentium mos eſt : ex quo
monſtrum illud execrabile litteratorum paſſi3 fla
gitioſiſſimos errare greges: ⁊ de arte viuēdi mul
ta licet in ſcholis diſputent:in acta paucum cōuer
ti : Tu vō ſi ſuis locis notas certas impreſſeris ⁊
fructum ex lectione percipies.¶ Fran.Quas no
EE tas?¶ Augu. Quotiens legenti ſalutares ſeſe of
ferunt ſententie quibus uel excitari ſentis animu3
uel frenari : noli viribus ingenij fidere:ſed illas in
memorie penetrabilibus abſcōde:multoqꝫ ſtudio
tibi familiares effice:ut quod experti ſolent medi-
ci:quocunqꝫ loco uel tempore dilationis impatiēs
morbus inuaſerit:habeas uelut in animo conſcri-
pta remedia.Sunt enim quedam ſicut in corpori-
bus humanis ſic in animis paſſiones:in quibꝰ ta3
mortifera mora eſt:ut qui diſtulerit medela3:ſpe3
ſalutis abſtulerit.Quis enim ignorat(exēpli gra
tia eſſe quoſdam motus tam precipites:ut niſi eos
in ipſis exordijs ratio frenauerit animu3 corpuſqꝫ
⁊ totum hominem perdant: ⁊ ſerum ſit quicquid
poſt tempus apponitur.In quibus primum obti-
nere locum reor iram:Cui non fruſtra rationis ſe-

dem ſuperpoſitam eſſe diffiniūt:hi qui in tres par
tes animam diuiſerunt: Rationem in capite uelut
in arce:ira3 in pectore:concupiſcentia3 ſubter pre
cordia collocātes:ut ſcilicet preſto ſit que ſubiecta
rum peſtiu3 violentos impetus repēte coherceat :
⁊ ex alto uelut receptui canat : quod frenum quia
ire magis neceſſariū erat:illi vicinior ſita ē.¶ Frā
ciſcus.Conſulte equidē:qꝺ ut me nō tantū ex phi
ſicis ſed ex poeticis etiam ſcripturis elicuiſſe pro-
uideas per illorum uentorū rabiē : quā Maro de
ſcribit:Speluncis abditis latitantē: ſuperiectoſqꝫ
montes ⁊ regem in arce ſedente3:atqꝫ illos īperio
mitigantem. Ira3 atqꝫ impetus animi poſſe deno
tari mecum ſepe cogitaui. In profundo ſcilicet pe
ctoris deferuētes:qui niſi coherceant rationis fre
no(ut ibidem legitur)Maria ac terras celūqꝫ pro
fundum:Quippe ferant rapidi ſecū uerrantqꝫ per
auras.Per terras enim quid niſi terream corpo-
ris materiam ? Per maria ꝗd niſi humorē quo vi-
uitur?Per celum vō profundum:quid niſi interio
re loco habitantem animā itelligit?Cuius(ut alio
loco ait ide3)igneus eſt vigor ⁊ celeſtis origo:qua
ſi diceret:corpus atqꝫ animā: ⁊ breuiter totu3 ho
minem cui dominabunt:in precipitium agent.Ex
aduerſo aūt montes regemqꝫ preſidentē:quid niſi
capitis arcem ⁊ rationem eſſe que illic inhabitat?
Sic enim ait : Hinc uaſto rex Eolus antro: Lu-
ctantes uentos tēpeſtateſqꝫ ſonoras Imperio pre
mit ⁊ vinclis ac carcere frenat. Illi indignātes ma
gno cu3 murmure montis. Circū clauſtra fremūt
ſumma ſedet Eolus arce Sceptra tenēs.Hec ille.
Ego autē ſingula uerba diſcutiēs:audiui indigna
tionem:audiui luctamē : audiui tempeſtates ſono
ras:audiui murmur ac fremitum:hec ad irā refer
ri poſſūt.Audiui rurſus regē in arce ſedētē:audiui
ſceptra tenētē: audiui īperio tremētē: ⁊ vīculis ac
carcē frenātē que ad rōnē q̊qꝫ referri poſſe ꝗs du
bitet?Attñ ut de aīo atqꝫ ira aīu3 turbāte:dici oīa
ꝯſtaret vide ꝗd addidit:Mollitqꝫ aīos ⁊ temperat
iras.¶ Au.Laudo hec ꝗbꝰ abūdare te video poe FF
tice narrationis arcana : Siue enim id Uirgilius
ipſe ſenſit dum ſcriberet: ſiue ab omni tali conſide
ratione remotiſſimus maritimā his vſibus : ⁊ nil
aliud reſcribere uoluit tempeſtatē hoc tñ de irarū
impetu ⁊ rationis īperio dixiſti facete ſatis: ⁊ pro
prie dictum puto.Sed ut vnde diſceſſeram reuer
tar: ⁊ aduerſus iram ⁊ aduerſus reliquos motus
precipueqꝫ aduerſus hanc de qua multa iam diu
loquimur peſtē:aliquid ſemper excogita:quod cū
intenta tibi ex lectione contigerit: Imprime ſentē
tijs utilibus(ut incipiens dixeram)certas notas:
quibus uelut vncis memoria uolentes abire cōti
neas.Hoc equidem preſidio conſiſtes immobilis
tum aduerſus cetera:tum contra animi triſtitiam
que vmbra uelut peſtilentiſſima virtutum ſemina
⁊ omnes ingeniorū fructus enecat.In qūa poſtre
mo(ut eleganter ait Tullius)fons eſt ⁊ caput mi
ſeriarum omnium.Profecto aute3 ſi alios teqꝫ di
ligenter ſimul excuſſeris:omiſſoqꝫ ꝙ nullus homi
nu3 eſt cui nō multe ſint lugēde cauſe:Omiſſo pre
terea ꝙ delictorum tuoru3 recordatio:iure meſtū
⁊ ſollicitū facit : ꝙ vnum meſtitie genus ſalutare
eſt:modo deſperatio non ſurrepat:multa tibi diui
nitus cōceſſa fateberis:que inter turbas querulo
rum atqꝫ gementium conſolandi gaudendiqꝫ ma-

teriam pꝛeſtare queant. Nam in eo ꝙ tibi nondū
vixiſſe quereris: ꝙ ue tumultus urbiū: ſtomacho-
rum: ⁊ maximorum hominum ſimilis querela ⁊ il
la cogitatio: ꝙ tua ſponte in hoc incideris anfra-
ctus tuaqꝫ ſponte: ſi omnino uelle ceperis: poſſis
emergere: non parum tibi conferrent ſolamen ubi
⁊ conſuetudo longioꝛ pꝛofuerit: Si ſtrepitū popu
lorum uelut cadentis aque ſonitū aures tuas edo
mueris: cum delectatione percipere. Id autem: ut
dixi facillime conſequeris: ſi tue pꝛimum mentis
compeſcueris tumultus: Pectus enim ſerenum ⁊
tranquillū frustra uel peregrine circūeunt nubes
uel circumtonat externus fragoꝛ: Itaqꝫ uelut inſi
ſtens ſicco littore tutus: aliorum naufragium ſpe-
ctabis: ⁊ miſerabiles fluitantium uoces tacitꝰ ex
cipies: quantum ue turbidum ſpectaculum cōpaſ
ſiones attulerit: tantū gaudij afferet pꝛopꝛie ſoꝛtiſ
alienis periculis collata ſecuritas: Ex quibus om
nem animi triſtitiam te iamiam depoſiturum eſſe
cōfido. ¶ Franciſcus. Quanq̄ multa me uellicēt
atqꝫ illud in pꝛimis ꝙ urbes relinquere: quaſi reꝫ
facilē mei cenſes arbitrij: tamen quia in multiſ me
ratione ſuperaſti: uolo ⁊ hic pꝛiuſq̄ deijciar: arma
bb deponere. ¶ Auguſtinus. Potes ergo iam triſti-
tiā relegata: cum foꝛtuna tua in gratiam redire?
¶ Franciſcus. Poſſum utiqꝫ ſi modo aliquid eſt
foꝛtuna: nam ut vides: inter Hoꝛatium ⁊ noſtrū poe
tas: hac de re tanta diſſenſio eſt: ut cū ille foꝛtunā
in operibus ſuis nuſq̄ nominare dignatꝰ ſit: quaſi
nil eam eſſe crederet: hic noſter ⁊ ſepe eam nomi-
net: ⁊ quodam in loco omnipotentem eam etiā uo
cet. Cui ſententie ⁊ hiſtoricus ille nobilis fauet: ⁊
oratoꝛ egregius: Nam ⁊ Criſpus Saluſtius do-
minari pꝛofecto ait in re qualibet foꝛtunā: ⁊ Mar
cus Tullius humanarum rerum dominam aſſeue
rare non timuit: Ego autem quid ſentiā: aliud foꝛ
te tempus ac locus aliter fuit dicendi. Quod ue-
ro ad inceptum attinet: eouſqꝫ mihi pꝛofuit admo
nitio tua: ut meipſum cum maiore parte hominū
conferenti: non tam miſer (ut ſolebat) ſtatus meus
appareat. ¶ Auguſtinus. Gaudeo ſi quid tibi pꝛo
fui cupioqꝫ pꝛodeſſe cumulatius. Sed quoniaꝫ ſa
tis hodiernum colloquiū pꝛoceſſit: poteris ne que
reſtant in diem tertium differri atqꝫ ibi finem ſta-
tui. ¶ Franciſcus. Ego ṽo numerum ipſum terna
rium tota mente complectoꝛ: Non tam quia tres
eo gratie continētur: q̄ quia diuinitati amiciſſimū
eſſe conſtat: ꝙ non tibi ſolū alijſqꝫ uere religionis
pꝛofeſſoribus perſuaſum: quibus eſt omnis in tri
nitate fiducia: ſed ipſis etiam gentiū philoſophis
a quibus traditur uti nos hoc numero in conſecra
tionibus deorum. Quod nec Uirgilius meꝰ igno
raſſe videtur: ubi ait: Numero deus impare gau-
gaudet. De ternario enim loqui eum pꝛecedentia
manifeſtāt. Tertiā igit̄ deinceps de manibus tuiſ
partē huius tripartiti muneris expecto.

¶ Franciſci Petrarche poete Oratoriſqꝫ Clariſſimi: Libꝛi quem Secretum ſuū inſcripſit: de Contemptu mūdi diſputātis: Colloquium Tertij diei: Feliciter incipit.

Auguſtinus.

ſ I qd hactenꝰ ſmo tibi me- A
us contulit: oro obteſtoꝛqꝫ
ut te facilē hauriendiſ que
ſupſunt pꝛebeas: cōtentio
ſumqꝫ reluctanteꝫ aiū de-
ponas. ¶ Fran. Factū pu-
to: Sentio eni me tuis mo
nitis magna ſollicitudinū
mearum parte liberatum ⁊
eoq̄ paratioꝛ ad reliq̄ au-
dienda tranſgredioꝛ. ¶ Augu. Nondum intracta
bilia ⁊ infixa viſceribus vulnera tua contigi ⁊ con-
tingere metuo: recolens quātū altercationis ⁊ que
relarum leuioꝛ contactus expꝛeſſerit. Spero autē
ex aduerſo collectis viribus: animum foꝛtiorē aſ-
periora deiceps equanimius laturū. ¶ Frā. Nil
metuas. Jam aſſueui ⁊ moꝛborū meorū nomē au
dire ⁊ medici manus auxilium pati. ¶ Auguſti.
Duabꝰ adhuc adamantinis dextera leuaqꝫ pꝛeme
ris catenis: que neqꝫ de moꝛte neqꝫ de vita ſinunt
cogitare: has ſemper extimui: ne te in interitū age
rent: necdum quidem ſecurus ſum nec pꝛius ero:
q̄ te ſolutum ac liberum illis effractis abiectiſqꝫ
videro. Neqꝫ eni reoꝛ impoſſibile: ſed ꝓfecto diffi
cile: alioquin fruſtra circa impoſſibilia uerſarer.
Eſt auteꝫ ut in adamāte frangendo hircinū dicūt
ſic in huiuſcemodi duricie curarum molliēda: ſan
guis ille miruꝫ imodū efficax: qui cū coꝛ aſperum
ꝯtigerit: frangit ac penetrat: Tamen id metuo quo
niam in hac re: tuo ſimul opus eſt aſcenſu: quē ne
pꝛeſtare poſſis: ſiue (ut dicā uerius) ne uelis mul-
tum uereoꝛ: ne ipſe cathenarum circumradians at
qꝫ oculos mulcens fulgoꝛ impediat: ne foꝛte ꝯtin-
gat quod euenturum ſuſpicoꝛ: ſi auarus quiſpiam
aureis catenis vinctus in carcere teneretur ſolui
etiam uellet ſed catenas nollet amittere: Tibi au-
tem ea carceris indicta lex eſt: ut niſi catenas abie
ceris: ſolutus eſſe non poſſis. ¶ Franciſcus. Heu
mihi: miſerioꝛ eram q̄ putabam: due ne nunc etiā
illaqueant animum catene quas ego nō agnoſco? B
¶ Auguſtinus. Immo ṽo clariſſime: ſed earū pul
chꝛitudine delectatus: nō catenas ſed diuitias ar
bitraris: euenitqꝫ tibi (ut ſimilitudine uerſar in ea
dem) nō aliter q̄ ſiquis aureis manicis atqꝫ com-
pedibus tentus: aurum letus aſpiceret: ſed laque-
os nō videret: Tu quoqꝫ nunc apertis oculis que
te vincunt vides: ſed o cecitas: ipſis ad moꝛteꝫ tra
hentibus vinculis delectaris: quodqꝫ eſt omnium
miſerrimuꝫ gloriaris. ¶ Fran. Que nā ſunt quas
memoras catene? ¶ Aug. Amoꝛ ⁊ gloria. ¶ Frā.
Pꝛoh ſuperi quid audio: has tu ne catenas uocaſ
has quoqꝫ ſi patiar excuties. ¶ Aug. Hoc molioꝛ
ſed incertus de euentu: Relique enim omnes qui
bus tenebaris ⁊ fragiliores erant ⁊ inameniores:
Ideoqꝫ dum confringerem fauiſti: he autē nocen-
do placent ac fallunt quadaꝫ ſpe decoris. Ideoqꝫ
plus negocij ſubeſt: reluctaberis eniꝫ ceu ſummis
te bonis ſpoliare te uelim: aggrediar tn̄. ¶ Fran-
cic. Quādo ego de te alia merui ut ſpecioſiſſimas
mihi curas uelles eripere ⁊ tenebꝛis dānare per-
petuiſ ſereniſſimam animi mei partē? ¶ Aug. Ha
miſer: an tibi phiſica illa uox excidit: tum cōſuma
tum fore miſeriarum cumulum: cum opinionibus

falſis perſuaſio funeſta ſuccreſcit:ita fieri opoꝛte-
re?⸿ Fran. Haud quaq̄ꝫ excidit:ſed a ꝓpoſito re-
mota ſn̄ia eſt. Cur eni nō ita fieri opoꝛtē arbitrer?
Atqui nihil vnq̄ꝫ rectius arbitratꝰ ſum q̄ꝫ eſſe hos
nobiliſſimos quos mihi obijcis affectus. ⸿ Aug.
Segregemꝰ hic tantiſper dū remedijs cōquirēdiſ
inhio:ne dū huc illuc diſtraboꝛ:fragiliore impetu
ferar ad ſingula. Dic ergo qm̄ pꝛius amoris men-
tio facta eſt: Nōne hāc oīum extremā ducis inſa-
niā?⸿ Fran. Nequid ueritati ſubtrahā:pꝛo diuer
ſitate ſubiecti:amorē uel deterrimam animi paſſio
nē uel nobiliſſimā actionē dici poſſe cenſeo. ⸿ Au.
Ne res egeat exēplo aliqd in mediū ꝓfer. ⸿ Frā.
E Si infamē turpēqꝫ mulierem ardeo:inſaniſſimus
ardoꝛ eſt. Si reruꝫ aliquod ſpecimen virtutis alli
cit:inqꝫ illud amandū uenerādumqꝫ molitus ſum
quid putas:nullum ne tā diuerſis in rebus ſtatuiſ
diſcrimen:adeo ne pudoꝛ omnis euanuit? Ego vō
ut ex me aliquid loquar:ſicut pꝛimum graue ⁊ in-
fauſtum animi pōdus eſtimo:ſic ſecundo vix quic
q̄ꝫ reoꝛ eſſe felicius:qđ ſi tibi cōtrarium foꝛſitā vi
detur:ſuam quiſqꝫ ſententiam ſequatur. Eſt enim
ut noſti opinionum ingens ueritas libertaſqꝫ iudi
candi. ⸿ Aug. In rebus cōtrarijs opinio diuerſa:
ueritas autem vna atqꝫ eadem ſemper eſt. ⸿ Frā-
ciſcus. Iſtud quideꝫ ita eſſe fateoꝛ:Sed hoc eſt ꝙ
tranſuerſos agit:opinionibus antiquis inheremꝰ
pertinaciter nec facile diuellimur. ⸿ Aug. Utinā
tā recte de tota amoris q̄ſtione ſentires:ut de hoc
ſentiſ articulo. ⸿ Franciſcus. Quid multa?taꝫ re
cte ſentire mihi videoꝛ:ut contraſentientes inſani
re non dubitem. ⸿ Auguſtinus. Inueteratum mē
dacium pꝛo ueritate ducere:nouiterqꝫ compertaꝫ
ueritatem eſtimare mendacium:ut omnis rerū au
ctoritas in tempore ſita ſit:dementia ſumma eſt.
⸿ Franciſcus. Perdis operam : nulli crediturus
ſum:ſuccurritqꝫ illud Tulianum: Si in hoc erro
libenter erro:neqꝫ hunc errorem auferri mihi uo-
lo dum viuo. ⸿ Auguſtinus. Ille quidem de ani-
me immoꝛtalitate loquēs:opinionē pulcherrimā
omniuꝫ ac uolens q̄ꝫ nihil in ea dubitaret: q̄ꝫq̄ꝫ cō
trarium audire nollet : huiuſcemodi uerbis uſus
eſt:Tu in opinione fediſſima atqꝫ falſiſſima hiſdē
uerbis abuteris:Pꝛofecto enim ⁊ ſi moꝛtalis eēt
anima:immoꝛtalem tamen eſtimare melius foret:
Erroꝛqꝫ ille ſalutaris videri poſſet:virtutis incu-
tiens amorem:que q̄uis etiam ſpe pꝛemij ſublata
per ſeipſam expetenda ſit:deſiderium tamen eius
pꝛoculdubio pꝛopoſita anime moꝛtalitate lenteſce
ret:Contraqꝫ licet mendax future vite ꝓmiſſio ad
excitandum animos moꝛtalium non inefficax vi-
deretur : tibi vō quid allaturus erroꝛ iſte tuus ſit
vides:nempe in omnes animuꝫ pꝛecipitaturus in
ſanias:ubi pudoꝛ ⁊ metus ⁊ que frenare ſolet im-
petus rationis ac cognitio ueritatis exciderint.
⸿ Franciſcus. Dixi iam ꝙ operaꝫ perderes. Ego
D enim nihil vnq̄ꝫ turpe:immo vō nihil niſi pulcher
rimum amaſſe me recolo. ⸿ Auguſtinus. Etiam
pulchꝛa turpiter amari poſſe certum eſt. ⸿ Fran-
ciſcus. Nec in nominibus certe : nec in aduerbijs
peccaui:deſine iam amplius inſectari. ⸿ Auguſti
nus. Quid ergo:vis ne ut phꝛenetici quideꝫ ſolēt:
inter iocos ⁊ riſus expirare? An animo miſerabili
ter egrotanti adhuc aliquid remedij adhibere ma
uis? ⸿ Franciſcus. Non reſpuo:remedium q̄dem

accidit ſi me egere monſtraueris:bene ualentibuſ
autem remediorum inculcatio ſepe funeſta eſt.
⸿ Auguſtinus. Conualeſcendo tu quidem quod
multis accidit te grauiter egrotaſſe fateberis.
⸿ Franciſcus. Ad poſtremum ſpꝛeuiſſe nequeo :
cuius ⁊ ſepe alias ⁊ his pꝛeſertim pꝛoximis die-
bus ſana conſilia ſum expertus:Perge igiť. ⸿ Au
guſtinus. Pꝛimū ergo vnā hāc mihi ueniaꝫ tribui
uelim ſi cogēte materia aduerſus delitias tuas ali
quid foꝛtaſſis infectus fuero. Jam enim hoc pꝛeui
deo q̄ꝫ grauiter in auribꝰ tuis ſonitura ſit ueritas.
⸿ Franciſcus. Anteq̄ꝫ incipias:audi paululū:ſciſ
ne de quo loquendum tibi ſit? ⸿ Auguſtinus. Di-
ligenter mihi pꝛeuiſa ſunt omnia:de muliere moꝛ-
tali ſermo nobis inſtituitur:in qua admiranda co
lendaqꝫ te magnam etatis parteꝫ conſumpſiſſe do
leo:⁊ in tali ingenio tantam ⁊ tam longeuam inſa
niam uehementer admiroꝛ. ⸿ Franciſcus. Parce
conuitijs pꝛecoꝛ:mulier moꝛtalis erat ⁊ Thais ⁊
Liuia:Ceterum ſcis ne de ea muliere mentionem
tibi exoꝛtam:cuius mens terrenarum neſcia cura
rum:celeſtibus deſiderijs ardet. In cuius aſpectu
ſi quid vſq̄ꝫ ueri eſt:diuini ſpecimen decoris efful
get. Cuius mores conſumate honeſtatis exēplar
ſunt:cuius nec uox nec oculorum vigoꝛ moꝛtale
aliquid:nec inceſſus hómineꝫ repꝛeſentat:hic que
ſo iterum ac iterum cogita:credo quibꝰ uerbis utē
dum ſit intelliges. ⸿ Auguſtinus. Ha demenſ ita E
ne flammas animi in ſextum decimum annum fal
ſis blanditijs aluiſti:Pꝛofecto non diutius Italie
famoſiſſimus oliꝫ Hannibal incubuit:nec crebꝛio
res illa tunc amatorum impetus paſſa eſt nec uali
dioribus arſit incēdijs:q̄ꝫ tu his temporibus vio
lentiſſime paſſionis flammas atqꝫ impetus pertu
liſti. Inuentus tamen eſt qui illum tandē abire cō-
pelleret Hannibalem tuum quis ab his vnq̄ꝫ cer-
uicibus auertet ? Si tu eum ⁊ exire uetas : ⁊ ut
tecum maneat ſponte iam ſerius iuitas:malo pꝛo
pꝛio delectaris infelix : atqꝫ oculos illos uſqꝫ tibi
in pernitiem placentes ſupꝛema clauſerit dies:cū
effigiem moꝛte uariatam ⁊ pallētia membꝛa con-
ſpexeris:pudebit animū moꝛtalē caduco applicuiſ
ſe coꝛpuſculo:⁊ que nunc tam pertinaciter aſtruis
cuꝫ rubore recoꝛdaberis. ⸿ Franciſcus. Auertat
deus omen:ego iſta non videbo. ⸿ Auguſtinus.
Equidem neceſſario euentura ſunt. ⸿ Frāciſcus.
Scio:ſed non tam inimica mihi ſunt ſidera :ut na-
ture oꝛdinem in hac moꝛte perturbent:pꝛius intra
ui pꝛius ingrediar. ⸿ Auguſtinuſ. Meminiſti cre
do temporis illius quo contrariuꝫ timuiſti:⁊ qua
ſi iam moriture amice funereum carmen dictante
triſtitia ceciniſti. ⸿ Franciſcus. Memini certe ſed
dolui:⁊ adhuc recolens cōtremiſco:Indignabar
qꝫ me nobiliori uelut anime mee parte truncatum
illi eſſe ſuperſtiteꝫ:que dulcem mihi vitaꝫ ſola ſui
pꝛeſentia faciebat:Hoc enim carmen illud deflet :
quod tunc multo lachꝛymarum imbꝛe reſperſum
excidit mihi:ſententiam memini ſi uerba tenereꝫ.
⸿ Auguſtinus. Non hoc queritur quantuꝫ tibi la F
chꝛymarum moꝛs illius foꝛmidata:q̄ꝫ tuꝫ ue dolo
ris inuexerit:ſed hoc agitur ut itelligas que ſemel
concuſſit poſſe foꝛmidineꝫ reuerti:eoqꝫ facilius ꝙ
⁊ omnis dies ad moꝛtem pꝛopius accedit:⁊ coꝛ-
pus illud egregium moꝛbis ac crebꝛis ꝑturbatio-
nibus exhauſtum:multum pꝛiſtini vigoriſ amiſit.

¶ Franciſcus. Ego quoq; ⁊ curis grauior ⁊ etate
prouectior factus ſum: Itaq; illa ad mortē appro
pinquāte precucurri. ¶ Auguſtinꝰ. O furor: ex na
ſcendi ordine ordinem mortis arguere. Quid enī
aliud orba ſenectus queritur parentum niſi adole
ſcentium filiorum feſtinatas mortes? Quid anno
ſe lugent aliud nutrices: niſi infantium ſuoruꝫ an-
ticipatum tempus quos dulcis vite exortes ⁊ ab
ubere raptos abſtulit atra dies ⁊ funere merſit
acerbo? Si vero paucoruꝫ numerus annorum quo
illam precedis ſpem tribuit uaniſſimam: prius te
q̄ꝫ furoris tui fomitē eſſe moriturū: ⁊ hunc nature
ordinem tibi fingis immobileꝫ. ¶ Frāciſcus. Nō
uſq;adeo immobilem ut contrarium fieri poſſe ſiꝫ
neſcius: ſed aſſidue ne idem adueniat precor: ſem-
perq; de eius morte cogitāti ſuccurrit iſte uerſus
Ouidij: Tarda ſit illa dies ⁊ noſtro ſerior euo.
¶ Auguſtinus. Has ineptias amplius audire nō
ualeo: quid enim quando pre mori illam poſſe non
ignoras? quid illa moriente dicturus es? ¶ Fran
ciſcus. Quid dicturus aliud niſi me preſente cala
mitate miſerrimum? Solamen vero ex recordatio-
ne tranſacti temporis habiturum rapiant uenti: ta
men iſta que loquimur ⁊ ſpargant augurium pro-
G celle. ¶ Auguſtinus. O cece: necduꝫ itelligis quā
ta dementia eſt ſic animuꝫ rebus ſubieciſſe morta
libuſ: que eum ⁊ deſiderij flammis accēdant: nec
quietare nouerint: nec permanere ualeant in fineꝫ
⁊ crebris motibus quem demulcere pollicentur
excruciant. ¶ Franciſcus. Si quid habes effica-
cius profer: nunq̄ꝫ hoc me ſermone terrueris: neq;
enim: ut putas: mortali rei animuꝫ addixi: nec me
tam corpus noueris amaſſe q̄ꝫ animam: moribus
humana tranſcendentibus delectatum quoruꝫ ex
emplo qualiter inter celicolas viuatur admoneo.
Itaq; ſi (quod ſolo torquet auditu) me prior mo-
riens illa deſereret: quid agerem interrogas: cum
Lelio Romanorum ſapientiſſimo proprias miſe-
rias conſolarer: virtutem illius amaui que extin-
cta non eſt: hec dicerem atq; alia que illum dixiſſe
audio: poſt eius interitum quem miro quodā amo
re dilexerat. ¶ Auguſtinus. Inexpugnabili erro-
ris arce conſiſtis: vnde te deijcere non ocioſus la-
bor eſt: Et quoniam ita te affectuꝫ video ut multo
patiētius auditurus ſis quicquid de te q̄ꝫ ꝙ de ip
ſa liberius dicetur: mulierculam tuaꝫ quā talibus
laudibus cumules licebit: Nihil eniꝫ aduerſabor
Sit regina: ſit ſancta: ſit dea certe an phebi ſoror:
an nympharum ſanguinis vna? Ingens tamen eiꝰ
virtus: minimum tibi ad excuſationem erroris cō
ferret. ¶ Franciſcus. Quid noui litigij ordiaris
experior. ¶ Auguſtinus. Dubitari non pōt quin
pulcherrima ſepe turpiter amentur. ¶ Franciſcꝰ.
Iam ad hec ſupra reſponſum eſt: Si enim amoris
in me regnantis facies cerni poſſet: eiuſ vultꝰ (quē
licet multum tamen debito partius laudaui) non
abſimilis videretur: hec mihi coraꝫ quo loquimur
teſtis eſt: ꝙ in amore meo nil vnq̄ꝫ turpe: nil obſce
num fuerit: nil deniq; preter magnitudinē culpabi
le: Adde moduꝫ: nihil pulchrius excogitari queat.
¶ Auguſtinus. Poſſum tibi Tulliano uerbo re-
ſpondere: modum tu queris vitio. ¶ Franciſcus.
H Nō vitio ſed amori. ¶ Auguſtinꝰ. Et ille cū id di-
ceret: de amore loquebatur: Locuꝫ tenes? ¶ Frā
ciſcus. Quid ni in Tuſculano hec legi: uerum ille
de communi amore hominum ſentiebat: in me au
tem ſingularia quedam ſunt. ¶ Auguſtinus. Eni-
uero idem de ſe alijs fortaſſe videatꝰ: uerumq; eſt:
tum in alijs: tum in hac precipue paſſione: ꝙ vnuſ
quiſq; ſuarum rerum eſt benignus interpres. Nec
inepte illud: a plebeo licet quodam poeta: dictum
laudatur: Suam cuiq; ſponſam: mihi meam: ſuuꝫ
cuiq; amorem: mihi meuꝫ. ¶ Franciſcus. Uis ne
ſi tempus ſuppetit pauca de multis exponaꝫ: que
te in admirationeꝫ ſtuporemq; compellant? ¶ Au
guſtinus. Me ne putes ignorare: ꝙ qui amant ip
ſi ſibi ſomnia fingunt? omnibus ſcholis notiſſimū
carmen eſt: Ceterum ex ore eius piget has inſani-
as audire: quē decet altius ⁊ ſapere ⁊ loqui. ¶ Frā
ciſcus. Unum hoc (ſeu gratitudini ſeu ineptie
aſcribendum) non ſileo: me quantulumcunq; con
ſpicis: per illam eſſe: nec vnq̄ꝫ ad hoc ſi quid eſt no
minis aut glorie fuiſſe uenturum: niſi virtutū tenu
iſſimam ſementem quam pectore in hoc natura lo
cauerat: nobiliſſimis his affectibus coluiſſet. Illa
iuuenilem animuꝫ ab omni turpitudine reuocauit
vncoq;: ut aiunt: retraxit: atq; alta compulit ſpecta
re. Quid ni eniꝫ in amatos mores trāſformare: at
q; nemo vnq̄ꝫ tam mordax cōuitiator inuētus eſt:
qui huius famam canino dente cōtingeret: qui di-
cere auderet (ne dicaꝫ in actibus eius ſed in geſtu
uerborū) reprehenſibile aliquid ſe vidiſſe. Ita qui
nihil intactum liquerant: hanc mirantes ueneran
teſq; reliquerunt. Minime igitur miruꝫ eſt: ſi hec
tam celebris fama: mihi quoq; deſideriū fame cla
rioris attulit laboreſq; duriſſimos quibus optata
conſequerer molliuit. Quid enim adoleſcens aliō
optabam q̄ꝫ ut illi uel ſoli placereꝫ que mihi uel ſo
la placuerat. Quid ut mihi contingeret ſpretis mil-
le uoluptatum illecebris: quot me ante tempus cu
ris laboribuſq; ſubiecerim noſti: ⁊ iubes illam ob
liuiſci uel partius amare: que me a vulgi cōſortio
ſegregauit: que dux viarum omnium: torpenti in-
genio calcar admouit: ac ſemiſopitum animum ex
citauit. ¶ Auguſtinus. Infelix: q̄ꝫto ſatius fuerat I
tacere q̄ꝫ loqui: q̄ꝫuis enim uel in ſilentio talem te
introrſus aſpicerem: aſſeueratio tamen ipſa tā per
tinax bilem ſtomachumq; percuſſit. ¶ Franciſcꝰ.
Cur queſo. ¶ Auguſtinus. Quia falſum opinari
ignorantis eſt: falſum impudenter aſſerere: igno-
rantis pariter ⁊ ſuperbi. ¶ Franciſcus. Quid me
tam falſum uel ſenſiſſe uel pertuliſſe confirmas?
¶ Auguſtinꝰ. Nempe vniuerſa que memoras pri
mum omnium ubi ais: te quod es per illam eſſe: ſi
ſic intelligis ut hec eſſe illa dederit: mētiris haud
dubie. Si uero ſic ut non amplius eſſe permiſerit:
uerum dicis. O quantum iurgium euadere pote-
ras: niſi illa te forme blanditijs retraxiſſet. Quod
es igitur: nature bonitas dedit: quod eſſe poteras
ille preripuit: immo tu tibi potius abſtuliſti. Illa
enim innocens eſt: forma q̄dē tibi viſa eſt tā blāda
tā dulcis: ut in te omneꝫ ex natiuis virtutum ſemi
nibus prouenturam ſegetem ardentiſſimi deſide-
rij eſtibus ⁊ aſſiduo lachrymarum imbre uaſtaue
rit. Quod autem te ab omni turpitudine illa retraxe-
rit: falſo gloriatus es: retraxit forſan a multis: ſed
in maiores impulit erumnas. Enimuero neq; ua-
rijs ſordibus obſcenam viam declinare monuit: ſi
in precipitium perduxit: nec que minutiora ſanās
ulcera: letale interiꝫ iugulo vulnus iflixit: liberaſſe

potius q̃ occidiſſe dicẽdũ eſt. Ita quoqꝫ quã tuã
predicas ducem: a multis te obſcenis abſtrahens
in ſplendidũ impulit baratrũ. Q̃ uero alta ſpectare
docuit: ꝙ ſegregauit a populo: quid aliud fuit q̃
preſidentẽ ſibi ⁊ vnius captũ dulcedine cõtempto
rem rerum omnium ſtudioſeqꝫ negligentez reddi
diſſe? Quo nihil in conuictu hominum ſcias eſſe
moleſtius. Iam ꝙ innumeris illam te laborib⁹ im
plicuiſſe commemoras: hoc vnum uere predicas.
Quid autez hic tam magni muneris inuenias co
gita: cum multiformes enim ſint labores quos de
clinare non licet: quanta dementia eſt nouos ſpon
te ſectari? At ꝙ fame clarioris auidum: per illã te
factum gloriaris cõpatior errori tuo: ſiquidem ex
animi tui ſarcinis nullã tibi funeſtiorem eſſe mon-
ſtrabo: ſed nondum eo peruenit oratio. ¶ Franci
K ſcus. Promptiſſimus dimicator comminatẽ ⁊ vul-
nerat: ego autem ⁊ vulnere ⁊ comminatione pro-
moueor: ⁊ titubare iam grauiter incipio. ¶ Augu
ſtinus. Quanto grauius titubabis cum grauiſſi-
muz vulnus inflixero? Iſta nempe quaz predicas
cui omnia te debere aſſeris: iſta te peremit. ¶ Frã
ciſcus. Deus bone: quibus hoc mihi perſuadebi-
tur modis? ¶ Auguſtinus. Ab amore celeſtiũ elõ
gauit animum ⁊ a creatore ad creaturam deſide-
rium inclinauit: que vna quidem ad mortem pro-
nior fuit via. ¶ Franciſcus. Noli queſo precipita-
re ſententiam: deum profecto ut amarem: illius
amor preſtitit. ¶ Auguſtinus. At peruertit ordi-
nem. ¶ Franciſcus. Quo nam modo? ¶ Augu-
ſtinus. Quia cum creatum omne creatoris amore
diligendũ ſit: tu contra creature captus illecebris
creatorem non quomodo decuit amaſti: ſed mira-
tus artificem fuiſti: quaſi nihil ex omnibus formo
ſius creaſſet: cum tamen ultima pulchritudinũ ſit
forma corporea. ¶ Franciſcus. Hanc preſentem
in teſtimonium euoco: conſcientiamqꝫ meaz facio
conteſtem: me (quod ſuperius dixeram) illius non
tam corpus amaſſe q̃ animã: quod hinc percipies
licebit: quoniam quo illa magis in etate progreſſa
eſt (quod corporee pulchritudinis ineluctabile ful
men eſt) eo firmior in opinione permanſi. Et ſi eniz
viſibiliter in uere flos tractu temporis langueſce-
ret: animi decus amplius augebatur: qn ſicut amã
di principium ſic incepti perſeuerantiam miniſtra
uit: Alioquin ſi poſt corpus abijſſem: iaz pridẽ mu
tandi propoſiti tempus erat. ¶ Auguſtinus. Me
ne ludis? an ſi idem animus in ſqualido ⁊ nodoſo
corpore habitaret ſimiliter placuiſſet? ¶ Franci-
L ſcus. Non audeo quidem id dicere: neqꝫ enim ani
mus cerni poteſt: nec imago corporis talem ſpopõ
diſſet: ac ſi oculis appareret: amarem profecto pul
chritudinem animi: deforme licet habentis habi-
taculum. ¶ Auguſtinus. Verborum queris admi
nicula. Si enim non niſi quod oculis apparet ama
re potes: corpus igitur amaſti: nec tamen negaue-
rim animum quoqꝫ illius ⁊ mores flãmis tuis ali
menta prebuiſſe: nimirum cũ (uti paulopoſt dicã)
nomen ipſum non nihil: immo uel plurimum furo
ribus iſtis addiderit. Cum enim in omnibus ani-
mi paſſionibus: in hac preſertim euenit: ut ex mini
mis fauillis ſepe incendia magna ꝯſurgãt. ¶ Frã
ciſcus. Video quo me cogas: ut ſcilicet cum Oui-
dio fatear: animam cum corpore amaui. ¶ Augu
ſtin⁹. Hoc quoqꝫ quod ſequitur fatearis oportet:

neutrum te ſatis ſobrie: neutruz amaſſe quomodo
decuit. ¶ Franciſcus. Torquẽdus tibi ſuz anteq̃
fatear. ¶ Auguſtin⁹. Aliud quoqꝫ te propter hũc
amorem in magnas concidiſſe miſerias. ¶ Franci
ſcus. Hoc q̃uis in eculeum ſuſtuleris nõ fatebor:
¶ Auguſtinus. Immo uero ſponte tua mox utrũqꝫ
fateberis niſi rationes meas interrogationeſqꝫ ne
glexeris. Dic ergo meminiſti ne puerilium annoꝝ
an uero preſentium turba ſollicitudinum: memo-
ria omnis illius etatis euanuit? ¶ Frãciſcus. Nẽ
pe infantia pueritiaqꝫ nõ aliter ante oculos meos
ſunt q̃ dies heſterna. ¶ Auguſtinus. Meminiſti:
quãt⁹ in illa etate timor dei? quanta mortis cogita
tio? quãtus religionis affect⁹? quãt⁹ amor honeſta
tis? ¶ Franciſcus. Memini profecto doleoqꝫ cre
ſcentib⁹ annis decreuiſſe virtutes. ¶ Auguſtinus.
Ego quidem ſemper extimui ne illum tam intem-
peſtiuum florem uernalis aura diſcuteret: qui ſi in
teger illeſuſqꝫ manſiſſet mirabilem fructuz ſuis tẽ
poribus protuliſſet. ¶ Franciſcus. Ne a propoſi
to diuertas: quid eniz hoc ad ea de quibus ſermo
nobis inceptus erat. ¶ Auguſtinus. Dicam: ꝑcur M
rere tecum tacitus quando integram tibi ſentis re
centemqꝫ memoriaz: percurre vniuerſe vite tue tẽ
pus: ⁊ ubi tanta morum uarietas inceſſerit: recor
dare. ¶ Franciſcus. En in ictu oculi trepidãtis an
norum meorum numerum ſeriẽqꝫ recenſui. ¶ Au
guſtinus. Quid reperis igitur? ¶ Frãciſcus. Lit
tere uelut Pythagore quaz audiuimus: legi non
inanem eſſe doctrinam. Cum enim recto tramite
aſcendens ad biuium perueniſſem modeſtus ⁊ ſo
brius: ⁊ dexteram iuberer arripere: ad leuã incau
tus dicam aut contumax deflexi: neqꝫ enim mihi
ꝓfuit quod ſepe puer legerã. Hic locus eſt partes
ubi ſe via ſcindit in ambas: Dextera que ditis ma
gni ſub menia ducit. Hac iter Heliſeuz nobis at le
ua maloruz Exercet penas ⁊ ad impia tartara mit
tit. Hec nimirum quanq̃ ante legiſſem: non tamẽ
prius intellexi q̃ expertus ſum. Ex tunc autẽ obli
quo ſordidoqꝫ calle diſtractus ⁊ ſepe retro lachry
mans conuerſus: dexterum iter tenere non potui:
quod cum deſerui: tunc profecto fuerat illa moruz
meorum facta cõfuſio. ¶ Auguſtinus. At qua nã
hoc etatis tue parte ꝯtigerat? ¶ Franciſcus. Me
dio ſub adoleſcentie feruore: ⁊ ſi aliquantiſper ex
pectas: quotus mihi tunc etatis annus ageretur
facile recordabor. ¶ Auguſtinus. Non tam exa N
ctum calculum requiro quin potius illud ediſſere
quando illius tibi primũ mulieris ſpecies viſa eſt?
¶ Franciſcus. Id utiqꝫ nunq̃ obliuiſcar. ¶ Augu
ſtinus. Iunge igitur tempora. ¶ Frãciſcus. Pro
fecto ⁊ illius occurſus ⁊ exorbatio mea vnum in
tẽpus inciderũt. ¶ Auguſtinus. Habeo quod uo
lebam: obſtupuiſti credo: perſtrinxitqꝫ oculos ful
gor inſolitus. Dicunt enim ſtuporem amoris eſſe
principiũ: hinc eſt apud nature conſciũ poetã: Ob
ſtupuit primo aſpecta Sidonia Dido. Poſt quod
ſequitur: Ardet amãs Dido: Que q̃uis: ut noſti
optime: fabuloſa narratio tota ſit: ad nature tamẽ
ordinem reſpexit ille dum fingeret. Sed cum ob
ſtupuiſſes ad illius occurſum: cur ad leuam potiſſi
mum deflexiſti: puto quia decliuior videbatur ⁊
latior: dextera enim ⁊ ardua ⁊ anguſta eſt: laborez
igitur timuiſti. At mulier iſta tam celebris quam
tibi certiſſimã ducẽ fingis: ad ſuperos cur non he

ſitantem trepidumqꝫ dixerit: ⁊ quod cecis fieri ſo
let: manu apprehenſum non tenuit: quo ⁊ gradien
dum foret admonuit? ¶ Frãciſcus. Fecit hoc illa
quãtũ potuit: qd eni aliud egit cũ nullis mota p̃ci
cib⁹: nullis victa blãditijs muliebrẽ tenuit decorẽ
⁊ aduerſus ſuam ſimul ⁊ meã etatẽ: aduerſus mul
ta ⁊ uaria que flectere adamantium licet ſpiritum
debuiſſent inexpugnabilis ⁊ firma permãſit. Pro
fecto animus iſte femineus: quid viruꝫ decuit ad
monebat: preſtabatqꝫ ne mihi inſectando pudici-
tie ſtudio (ut uerbis utar Senece) uel exemplum
deeſſet uel conuitium: poſtremo cum lorifragum
ac precipitem videret: deſerere maluit q̃ꝫ ſequi.
O ¶ Auguſtinus. Turpe igitur aliquid interduꝫ uo
luiſti: quod ſupra negaueras. At iſte vulgat⁹ amã-
tium: uel ut dicam uerius: amentium furor eſt: ut
oib⁹ merito dici poſſit: Uolo nolo: nolo uolo: uobiſ
ipſis quid uelitis aut nolitis ignotum eſt. ¶ Fran
ciſcus. Incautus in laqueum offendi: ſi quid tamẽ
olim aliter forte uoluiſſem: amor etaſqꝫ coegerunt
nunc quid uelim ⁊ cupiam ſcio: firmauiqꝫ iam tan
dem animum labentem. Contra autem illa propo
ſiti tenax ⁊ ſemper vna permanſit: quã conſtanti-
am femineam: quo magis intelligo: magis admi-
ror. Idqꝫ ſibi conſiliuꝫ fuiſſe: ſi vnq̃ꝫ dolui gaudeo
nunc ⁊ gratias ago. ¶ Auguſtinus. Semel fallẽ-
ti: non facile rurſus fides habenda eſt: Tu prius
mores atqꝫ habitum vitamqꝫ mutaueris: q̃ꝫ aium
mutaſſe perſuadeas: mitigatus forte ſi tuus leni-
terqꝫ Ignis extinctus non eſt. Tu uero qui tantum
dilectioni tribuis: non aduertis illam abſoluendo
quantum te ipſe condemnes. Illam fateri libet fu
iſſe ſanctiſſimam dum te inſanum ſceleſtumqꝫ fa-
teare. Illam quoqꝫ feliciſſimam: dum te eius amo
re miſerrimum: hoc enim ſi recordaris: inceperaꝫ.
¶ Franciſcus. Recordor equidem: atqꝫ id ita eſſe
negare non ualeo: ⁊ quo me ſenſim deduxeris cer
P no. ¶ Auguſtinus. Ut cernas: apertius animum
intende: Nihil eſt quod eque obliuionem dei con-
temptum ue pariat: q̃ꝫ amor rerum temporalium:
iſte precipue quem proprio quodam nomine amo
rem: ⁊ (quod ſacrilegium omne tranſcendit) deuꝫ
etiam uocant: ut ſcilicet humanis furoribus excu
ſatio celeſtis accedat: fiatqꝫ diuino inſtinctu ſceluſ
immane licentius. Nec mirari conueniat tantum
poſſe hunc effectuꝫ in pectoribus humanis: ad re-
liqua enim viſa rei ſpecies ac ſperata fruendi dele
ctatio: ⁊ proprie uos mentis ĩpetus rapit. In amo
re autem ⁊ huius ſimul ⁊ mutuus preterea ſucce-
dit affectus: qua ſpe prorſus amota: amorem ip̃m
lenteſcere oportet: Sicut cum alibi ametis dumta
xat: hic etiam redamantiũ alterniſqꝫ uelut ſtimu-
lis mortale pectus impellitur: ut non fruſtra Cice
ro noſter dixiſſe videatur: ꝙ oibuſ ex animi paſſio
nibus: profecto nulla eſt amore uehementior: ual
de equidem certus erat: ubi adidit profecto: is qui
iam libris quatuor Achademiam vidit de omni
bus dubitantem. ¶ Franciſcus. Notaui ſepius il
lum locum: ⁊ miratus ſum ꝙ ita uehementiſſimã
hanc ex omnibus paſſionibus dixerit. ¶ Auguſti
Q nus. Minime mirareris niſi quia animum inuaſit
obliuio. Ceterum breui admonitione in multoruꝫ
malorum memoriam reuocandus es. Cogita nũc
ex quo mentem tuam peſtis illa corripuit: q̃ꝫ repẽ-
te totus in gemitũ uerſus es miſeriarũ ⁊ perueni-
ſti ut funeſta cum uoluptate lachrymis ⁊ ſuſpiri-
is paſceris: cum tibi noctes inſomnes ⁊ pernox in
ore dilecte nomen: cum rerum omnium contem-
ptus viteqꝫ odium: ⁊ deſiderium mortis triſtis
⁊ amor ſollicitudinis atqꝫ hominum fuga: ut de
te non minus proprie q̃ꝫ de Bellerophonte illud
Homericum dici poſſet: Qui miſer in campis me-
rens errabat amenis. Ipſe ſuũ cor edens hominũ
ueſtigia vitans. Huic pallor ⁊ macies ⁊ langue-
ſcens ante tempus flos etatis. Tum graues eter-
numqꝫ madentes oculi: tum confuſa mens ⁊ tur-
bata quies in ſomnis ⁊ dormientis flebiles quere
le ac uox fragilis: luctu rauca: fractuſqꝫ ⁊ interru
ptus uerborum ſonus: Et quicquid tumultuoſiuſ
aut miſerius fingi poteſt. Hec ne tibi videntur ſi
gna ſanitatis? Quid ꝙ illa tibi feſtos lugubreſqꝫ
dies inchoauit ⁊ clauſit? Illa adueniente ſol illu
xit: illaqꝫ obeunte nox rediit: illius mutata frons
tibi animum mutauit ⁊ meſtus pro illius uarieta
te factus es: Deniqꝫ totus ab illius arbitrio pepẽ-
diſti. Scis me uera ⁊ vulgo etiã nota memorare
Quid autem inſanius q̃ꝫ non contentum preſenti
illius vultus effigie: vnde hec tibi cuncta prouene
rant: aliam fictam illuſtris artificis ingenio queſi
uiſſe: quam tecum ubiqꝫ circumferens: haberes
materiam ſemper immortalium lachrymarum: ue
ritus ne fortaſſe areſcerent irritamenta earum?
Omnia vigilantiſſime cogitaſti: negligenter incu-
rioſus in reliquis. At ut omnium delirationum
tuarum ſupremum culmen attingam: ⁊ quod pau
loante comminatus ſum pergamus. Quis digne
ſatis execretur aut ſtupeat hanc alienate mẽtis in
ſaniam: cum non minus nominis q̃ꝫ ipſius corpo
ris ſplendore captus: quicquid illi conſonum fu-
it incredibili uanitate coluiſti? Quã ob cauſaꝫ tã-
topere ſiue Ceſaream ſiue poeticam lauream ꝙ il
la hoc nomine uocaretur adamaſti: ex eoqꝫ tempo
re ſine lauri mentione: vix ullum tibi carmen efflu
xit: Nõ aliter q̃ꝫ ſi uel Penei gurgitis accola: uel
Cirrhei vticis ſacerdos exiſteres. Deniqꝫ qa Ce
ſaream ſperare fas nõ erat laureã poeticã quã ſtu
dioꝝ tuoꝝ tibi meritũ ꝓmittebat: nihilo modeſti⁹
q̃ꝫ dñam ip̃aꝫ adamaueras ⁊ cupiſti: Ad quaꝫ adi
piſcẽdã: q̃ꝫ q̃ꝫ alijs ingenijs ſubuectus: quanto tñ
cũ labore perueneris: tecum ip̃e recogitans phorre
ſces. Nec me latet qn reſpõſioni paratuꝫ ⁊ adhuc
hiſcere meditantẽ video qd tibi nũc in aio uerſet.
Cogitas nẽpe te his ſtudijs aliquãto ꝑus ẽt' q̃ꝫ ar
deres dedituꝫ fuiſſe poeticũqꝫ illud tibi decus ab
annis puerilib⁹ aium excitaſſe: qð ego qdeꝫ nec iſi
cior nec ignoro: ueꝝ enimuero ⁊ multis retro ſcl'is
obſolefact⁹ mos atqꝫ hec etas ſtudijs talib⁹ aduer
ſa ⁊ lõgaꝝ diſcrimina viarũ: quib⁹ uſqꝫ ad limẽ nõ
carceris mõ ſed mortis acceſſiſſe: aliaqꝫ nõ minus
violẽta fortune obſtacula ꝓpoſitũ retardaſſẽt ſeu
forſitã irritaſſẽt: niſi p̃dulcis noiſ memoria iugiter
aium iterpellãs: ceteris curarũ ſarcinis excuſſis
per terras ⁊ maria iter tot difficultatuꝫ ſcopulos:
Romam te Neapoliqꝫ traxiſſent: ubi tandem ꝙ
tanto ardore cupiebas adeptus es. Que omnia
ſi tui mediocris furoris argumenta videantur: ip
ſe ego non mediocriter furere certus ero. Iam vo
ſciens illa pretereo: que ex Eunucho Terentij imi
tari nõ puduit Ciceronem: ubi ait: In amore hec
oia iſũt vitia: Iniurie: ſuſpitiões inimicitie: inuidie

bellum:par rurſum: Recognoſcis in illius verbiſ
inſanias tuas precipueqꝫ ʒelum:quem ſicut inter
paſſiones amor:ſic in hac parte peſte:primas par
tes obtinere non ambigitur. Sed occurres forſi-
tan ⁊ dices: Hoc ita eſſe non inficior:ſed aderit ra
tio:cuius hec vita temperetur arbitrio. Jam ita te
reſponſurum ille prouideat:ubi addidit: Jncerta
hec:ſi tu poſtules ratione certa facere:nihilo plus
agas : q̃ſ ſi des operam ut cum ratione inſanias.
Hoc equidem dicto qꝺ abſqꝫ dubitatione veriſſi
mum ſentis:omnibus(niſi fallor)euaſionibus tu
is obuiatuʒ eſt. He atqꝫ huiuſcemodi ſunt in amo
re miſerie:quarum accurata dinumeratio nec exꝑ
to neceſſaria nec credibilis inexperto. Jlla tamen
eſt omnium precipua(ut ad propoſituʒ reuertar)
ꝙ dei ſuiqꝫ pariter obliuionem parit. Quomodo
enim tot malorum molibus incuruatus anim⁹ad
illum vnum puriſſimũqꝫ veri boni fontem reptan
do ꝑueniet? Que cuʒ ita ſint mirari iaʒ deſine nul
lam vehementiorem animi paſſionem Tullio vi-
ſam eſſe. ℂ Fran. Uictus ſuʒ fateor:qm̃ cũcta que
memoras de medio exꝑientie libro mihi videris
excerpſiſſe. Jtaqꝫ libet : qm̃ Terentiani Eunuchi
mẽtionem feciſti:ex eodem loco ſumptã inſeruiſſe
querimoniam. O indignum facinus:nũc ego me
miſerum ſentio ⁊ tedet ⁊ amore ardeo: ⁊ prudẽs
ſciẽs:viuus videſqꝫ pereo:nec quid agam ſcio. Li
bet ⁊ eiuſdem poete verbis a te cõſilium flagitare
proinde dum tempuſ eſt etiam atqꝫ etiam cogita.
ℂ Augu. Ego quoqꝫ Terẽtianis tibi reſponſum
verbis dabo. Que enim res in ſe neqꝫ conſilium
neqꝫ modum habet ullum :eam conſilio regere nõ
potes. ℂ Fran. Quid igit̃ faciam:deſperabimus
ne? ℂ Augu. Omnia prius tẽptanda ſunt: Quod
autem nũc probati cõſilij mihi ſit:breuiter accipe.
Noſti de hac re nõ tãtũ ab egregijs philoſophis
ſingulares tractatus:ſed ab illuſtribus etiaʒ poe
tis:integros libros eſſe cõpoſitos:qui ubi naʒ que
rendi qualiter ve ſint intelligẽdi:tibi preſertiʒ qui
harum rerum magiſterium profiteris:ingerere in
iurioſuʒ fuerit:qualiter aũt lecta intellectaqꝫ in ſa
lutem tuam vertenda ſint:admonuiſſe forſitan nõ
erit alienum. Primum igitur quod ait Cicero:nõ
nulli veterem amorem nouo amore tanq̃ꝫ clauum
clauo excutiendum putãt. Cui cõſilio ⁊ magiſter
amoris Naſo cõſentit:regulam afferens genera-
lem: Oꝫ ſucceſſore nouo vincitur omnis amor: ⁊ ꝓ
culdubio ſic eſt:diſgregatus eniʒ ⁊ in multa diſtra
ctus animus:ſegnior fertur ad ſingula. Sic Gan
ges(ut aiunt)a rege Perſarum innumerabilibus
alueis diſtinctuſ:atqꝫ ex vno alto metuendoqꝫ flu
mine:in multos ſpernẽdoſqꝫ riuulos ſectus eſt:ſic
ſparſa acies penetrabilis hoſti redditur:ſic diffu-
ſum leneſcit incẽdium. Deniqꝫ omnis vis ut vni
ta creſcit:ſic diſperſa minuitur. At cõtra quid hic
mihi videatur intellige. Ualde ſiquidem metuen
dum eſt ne dum ex vna eaqꝫ(ſi dici fas eſt)nobi-
liori paſſione ſubtraheris:dilabaris in plurima ⁊
ex amãte mulieroſus:vagus ⁊ iſtabilis fias. Meo
nempe iudicio ſi ineuitabiliter pereũdum:ſit nobi
liori morbo perijſſe ſolatium eſt. Quid igitur cõ
ſulam queris? collige animum ⁊ effugere ſi poſſis
ac de carcere in carcerem migrare non improbo:
Spes enim forſan in tranſitu libertatis fuerit aut
leuioris imperij. Ereptuʒ vo vni iugo:collum per
infinita ſordidorum ſeruitiorum genera circumfer
re:non laudo. ℂ Fran. Pateris ne medico perorã
te egrum morbi ſui conſcium aliquid interloqui?
ℂ Augu. Quid ni patiar? multi enim egrotantis
vocibus quaſi quibuſdaʒ indicijs ad inquiſitionẽ
opportuni remedij penetrarunt. ℂ Fran. Hoc igi
tur vnuʒ ſcito:me aliud amare non poſſe. Aſſueuit
animus illam adamare:aſſueuerunt oculi illam in
tueri: ⁊ quicquid non illa eſt:inamenum ⁊ tenebro
ſuʒ dicunt. Jtaqꝫ ſi aliã amare iubeſ:ut ſic ab amo
re liberer:impoſſibilem mihi conditioneʒ obijcis:
actum eſt perij. ℂ Augu. Senſus hebet ⁊ appeti-
tus obtorpuit:nihil ergo cum admittere valeas in
trorſum:exteriora tibi remedia adhibenda ſunt:
Potes ne igitur in animũ inducere fugam exiliuʒ
ve: ⁊ notorum locorũ caruiſſe conſpectu? ℂ Frã.
Licet tenaciſſimis vĩcis trahar:poſſum tamen.
ℂ Aug. Si hoc potes ſaluus eris. Quid ergo ali
ud dicam niſi virgilianuʒ verſiculum paucis imu
tatis: Heu fuge dilectas terras fuge litt⁹ amatuʒ?
Quõ enim vnq̃ꝫ his in locis tut⁹ eſſe poteris:ubi
tam multa vulnerum tuorum extant veſtigia : ubi
⁊ preſentium conſpectu: ⁊ preteritorum recorda-
tione fatigaris? Ut igitur idẽ ait Cicero: Loci mu
tatione tanq̃ꝫ egroti iã cõualeſcẽtis curãdus eris.
ℂ Fran. Uide oro quid ꝑcipis:quoticns enim cõ
ualeſcẽdi auidus:atqꝫ huius cõſilij nõ ignaruſ:fu
gam retẽtaui ⁊ licet varias ſimulauerim cauſas:
vnus tñ hic ſemꝑ peregrinationum ruſticationum
qꝫ mearum omnium finis erat libertas. Quam ſe
quenſ per occidẽtem: ⁊ per ſeptẽtrionem ⁊ uſqꝫ ad
oceani terminos : lõge lateqꝫ circũactus ſum : qꝺ
quantum mihi profuerit vides. Jtaqꝫ ſepe animũ
tetigit Uirgiliana cõparatio:qualis cõiecta cerua
ſagitta:quam procul incautam nemora inter Creſ
ſea fixit Paſtor agẽs telis : liquit volatile ferrum.
Neſcius illa fuga ſiluas ſaltuſqꝫ ꝑagrat Dicteas:
heret lateri letalis arundo. Huic enim ceruo non
abſimilis fact⁹ ſum:fugi enim ſed malũ meũ ubiqꝫ
circũferẽs. ℂ Aug. Qꝺ a me nũc poſtulas ipſe ti
bi reſpõdiſti. ℂ Frã. Quo pacto? ℂ Augu. Quia
malũ ſuũ circũferenti:locoꝝ mutatio laborem cu-
mulat:nõ tribuit ſanitatem. Põt ergo tibi nõ ĩpro
prie dici qꝺ adoleſcẽti qui ꝑegrinationem nil ſibi
ꝓfuiſſe querebat̃: Reſpõdit Socrates: Tecũ eniʒ
inquit ꝑegrinaberis:tibi q̄dem in ꝑ̇mis ſequeſtrã
da vetus hec curarũ ſarcina ⁊ preparãdus eſt ani
mus:tum deniqꝫ fugiẽduʒ. Hoc enim nõ in corpo
ribus modo:ſed in animis quoqꝫ cõpertuʒ eſt:qꝺ
niſi in patiẽte ſit diſpoſito:virtus eſt agẽtis ineffi
cax: Alioq̄n ad extremos Jndoꝝ fines penetrare
q̄dem poteris:ſemꝑ Flaccum vera locutũ fatebe-
ris:ubi ait: Celum nõ aium mutãt : qui trãs mare
currunt. ℂ Frã. Miro modo perplexus ſum. Tu
eniʒ cũ mihi curãdi ſanãdiqꝫ animi documẽta pre
bes:curãdum ꝑ̇us ſanãdũqꝫ predicas:ac deinde
fugiẽdum. Atqui de hoc ipſo aius dubitat q̃liter
ſit curãdus. Si enim curat⁹ eſt:q̄d ultra queritur?
Si aũt incuratus:ubi locoꝝ mutatio? quod tuipſe
aſtris nõ adiuuat:dic exꝑ̃ſſius:q̄bus remedijſ utẽ
dum eſt? ℂ Aug. Nõ curãdum ſanãdũqꝫ:ſed pre
parãdum dixi aium. Ceterum ſiue curat⁹ erit ⁊ po
terit locoꝝ mutatio perennem ſanitatem cõſerua-
re:ſiue nondum curatus:ſed preparat⁹ tñ ⁊ ipſam
eãdem afferre põt. At ſi neutrũ:q̄d niſi doloris ir

ritamēta ꝑſtabit iſta mutatio: ⁊ de loco in loca cre
bꝛa iactatio: Non deſinam Flacco teſte uti: ratio
ne inquit ⁊ pꝛudentia: curas non locus effuſi late
maris arbiter aufert. Et uere ſic eſt: Jbis eniꝫ ſpe
plenus ⁊ deſiderio reuertēdi: oēs animi laqueos
tecū trahens ubicūqꝫ fueris quocūqꝫ te uerteris:
relinque vultum ⁊ uerba cōtemplaberis. Et quod
eſt amātium infame pꝛiuilegiū: illam abſentem ab
¶ De eloquētia Ariſtotelis. Cap̄.XVI.

A i Am dudū de Ariſtotele dubius ſum:erro-
ri ne publico taciturnus obſequar:furenti
q; cedā vulgo:an uera potius e latebris in
apertū eruam. De huius quidē ingenio nulla lis
mouetr:de eloquētia apud multos ambigitr. Con-
ſtat aūt hūc virū iam doctrine nomine clariſſimū:
aiaduerſa Iſocratis oratoris gloria ƥmotū:ad elo
quētie ſtudiū uertiſſe animū. Qđ cū in multis lo-
cis:tū in Oratore Ciceronis habetr expreſſius hiſ
uerbis: Ariſtoteles cū florere Iſocratē nobilitate
diſcipulorum videret:ꝙ ipſe ſuas diſputatiōes a
cauſis forēſibus ⁊ ciuilib⁹:ad inanē ſermonis ele-
gātiā trāſtuliſſet:imutauit repēte totā formā pro-
prie diſcipline. Et poſt pauca. Itaq; ornauit ⁊ illu
ſtrauit doctrinā illā:oēm rerū cognitionē cū oratio
nis exercitatiōe cōiunxit. Nec ꝟo hoc fuit ſapien-
tiſſimū regē Philippū:qui hūc Alexādro filio do-
ctorē addiderit:hūc ſcilicet a quo ⁊ ſciendi ƥcepta
B ƥcipere ⁊ loquēdi. Hinc eſt ut inter tripartite phi-
loſophie multiplices tractat⁹:rhetoricorū quoq; li
bros ſcriberet: q̄les hinc collige: ꝙ Cicero ipſe in
rhetorice ſue libris:non diſſimulat illum huic arti
plurima adiumēta atq; ornamēta ſubminiſtraſſe.
In eiſdē libris de eodē loquēs: Ueteres ingt ſcri-
ptores artis a ƥncipe illo atq; inuētore Lyſia:vnū
in locū cōduxit Ariſtoteles: ⁊ noiatim cuiuſcūq;
ƥcepta magna cōgſita cura ꝑſpicue cōſcripſit:atq;
denudata diligēter expoſuit. Hinc tm̄ inuentorib⁹
ipſis ſuauitate ⁊ breuitate dicēdi ƥſtitit: ut nemo
illorū ƥcepta ex ipſorū libris cognoſcat: ſ; omnes
qui qđ illi ƥcipiāt:uelint intelligere:ad hunc quaſi
ad multo cōmodiorē explicatorē reuertantr. Hec
Cicero. Ego aūt curioſior ſuā q̄ neceſſe eſt:memor
tamen q: cū ƥſcriptis alijſq; claris ⁊ crebris teſti-
monijs: Ariſtotelē nō minus eloquētia q̄ ſcientia
copioſum:in libris tm̄ eius qui ad nos uenerūt:ſa-
ne certa fides eloquentie ueſtigiū nullū eſt. Unde
grādis mihi ſtupor oboritr:illos mētiri cōſtat:elin
gues ſimul ⁊ ꝓcaces:qui quoniam Ariſtoteli ſuo
quē ſemꝑ in ore habēt:ſimileſ eſſe nullo modo poſ
ſunt:illū ſibi ſimilē nituntr efficere:dicētes eum ut
qui altiſſimis reb⁹ intēderet:ois eloquētie cōtem-
ptorē:q̄ſi in altis nulla uerborū claritas habitare
poſſit: Sic qđ a Cicerone dictū eſt: Cū (inquit) de C
rebus grādib⁹ dicas:ipſe res uerba rapiūt: ita fit
tum grauior:tū etiā ſplēdidior oratio. Sꝫ ibi qui-
dē dū inertie ꝓprie excuſatiōes querūt: duci ſuo
par crimē obijciūt. Quātum ꝟo ex ƥmiſſis appa-
ruit:dicerē huic mōſtro ſubeſſe cāā poſſe: ⁊ ex gre-
ca in latinā ſeruatis ornamētis eloquentie trāſiri
nō poſſit:niſi aliquod Platōis libelli:ex illa in hāc
linguā trāſlati:ſuſpicari tale aliqd nō ſineret. Se-
pe igitr de hac re cogitāti:nil aliud occurrit q̄ Ari-
ſtotelicos libros transferentium uel pigritiā cer-
te:uel inuidiam:uel inſcitiā:deniq; quocūq; uoces
nomine vitium fuiſſe:cuius tam late contagia flu-
xerunt:ut iam ſpes remedij nulla ſit.

¶ De eloquentia Iſocratis. Cap̄.XVII.

e T ſi nihil amplius dixero:licet ex ƥmiſſis
Iſocratis eloquētiā cōtēplari. Q̄tū enim
fuit tātū philoſophū: ⁊ ꝓpoſito tā tenaci-
ter inherētē:ab incepto diuertere: ⁊ ad peregrini
ſtudij amorē deſideriūq; traducere: Preſertiē cū
Ariſtotelis cōſuetudinē exprimēs Calcidius:di-
cat hūc virū ſuo quodā more pleni ꝑfectiq; dog-
matis electū:qđ viſū eſt ceterorū faſtidioſa icu-
ria negligētē:q̄uis enī quē primū fuerat ſtudio
ſe imitatus:idē poſtmodū enixe aduerſatus ſit:tm̄
ꝑfecto nō ſine quadam magna vi:mouendus fuit
Ariſtoteles.

¶ De eloquentia Thucydidis. Cap̄.XVII.

t Hucydides ſcriptor hiſtoriarū populo At
henienſi ƥfuit:tandem ab eiſdē patria pul
ſus:forte ad exilij ſolamē Tragedie operā
dedit. Que cū ad ſuorū aures ueniſſet:publico cō
ſenſu reuocauerūt eum ab exilio. Cuius iperiū ne-
glexerunt:eius (ut ait Plinius) eloquētiā mirati.

¶ De eloquentia Piſiſtrati. Cap̄.XVIII.

h Oc uelut medio ad externe militaris elo-
quētie mētionē uentū eſt:cuius ƥmas par
tes Piſiſtratus obtinet:quē nulla rē alia
ciuibus ſuis opportunū:ſed rara quadā eloquētia
florētē:ob hoc ſolum Athenīēſibus imperitaſſe pa
tiētibus:atq; ultro deferentibus imperiū conſtat:
Gens ſapiētiſſima uſq; adeo vnius hominis elo-
quētiā ſuſpexit:ut ſe ſuaq; oia:ƥcipueq; libertatē
(qua nihil chari⁹ habebāt) ei vni poſtpōerēt. Qđ
ne magis obliuione q̄ iudicio factum extimetr:nō
defuit inſtātiſſimus atq; grauiſſimus orator. Si-
quidē pro libertate:cōtra Piſiſtratū Solon ſtetit:
ſed nec armis ſed uerbis certabatr:tamē Piſiſtrati
eloquētie:ſuccubuit libertas cū Solone ipſo:qui

ſub iugum trahebatᷣ populo plaudēte. Fuit autem Piſiſtratus ⁊ doctrina ⁊ igenio clarus: ut qui primus Homeri libꝛos: confuſos antea (ſicut Cicero teſtatur) ſic diſpoſuiſſe dicitᷣ: ut nūc habemus.

¶ De eloquentia Periclis. Cap. XIX.

b Uius ⁊ tyrānidis ⁊ eloquentie ſucceſſoꝛ Pericles: dicendo tam ſimilis fuit: ut qui hunc audiret: illū audire ſe crederet: ſi mō vnq̄ꝫ audiuiſſet. Hoc tñ iſte ualētioꝛ quod alter eloquētiaꝫ armis inuerat: huic ſola lingua ſuffecit ad imperium. Quod ⁊ diuturnū geſſit ⁊ magnificuꝫ quadraginta annis rēpublicaꝫ tenuit: eodemqꝫ tēpore ⁊ urbanis rebus pꝛefuit ⁊ bellicis. Inermis ipſe: ſed tam armata fultus eloquentia: ut cum aduerſus omnium ſalutē diceret: cum delectatiōe tamen ab omnibuſ audiretur. Aduerſa enim rebus erat ſpecies uerboruꝫ ⁊ populo nocēs: populariter loqui videbatᷣ. Neqꝫ ſolū vulguſ dulcedine captū deludebat: ſed pꝛouectos ⁊ ingenioſos viros: obtrectātes in reliquis: ad cōfeſſionem eloquētie coegit. Siquidē ⁊ ueteres Comici (ut ait Cicero) cū illi maledicerēt (qd̓ tūc Athenis fieri licebat) leporē tamē melle dulcioreꝫ in labꝛis eius habuiſſe dixerūt: tātamqꝫ in eo vi fuiſſe: ut in eoꝝ mētibꝰ qui illū audiſſent: quaſi aculeos quoſdā relinqueret.

¶ De ingenio Antipatris Sidonij. Cap. XX.

a Ntipater Sidonius qdā: tā exercitati ingenij fuiſſe creditur: ut ꝟſus hexametros alioſqꝫ diuerſorū generū ex impꝛouiſo copioſe diceret: Quocūqꝫ animū linguāqꝫ uertiſſet: nihil operoſius illi q̄ꝫ ſermo: Uulgaris alijs ſolet: huic numeri aderāt ⁊ carmina reſonabāt. Feciſſe ferunᷣ idē ex modernis qdā: ſed tā pueriliter tāqꝫ ridicule: ut iudice me: nec nomē nec locū inter illuſtria mereanᷣ. Deinceps parūper frena ſtilo laxentur: ut non tam pꝛeterito defeſſuſ: q̄ꝫ uēturo ſe pꝛeparans labori: in aliquod vicinum gratūqꝫ diuerſorium deflectat oratio.

¶ Tractatus tertius eſt de alia parte eloquentie: que dicacitas ſiue facecitas ſiue ſales poſſunt appellari.

¶ De declaratiōe quarūdā facetiarū: qbus ꝓpꝛium uocabulū apud nos nō eſt: De modo quoqꝫ ꝓcedēdi: ⁊ quem auctoꝛ uelit imitari. Cap. I.

A p Ars eloquētie leuioꝛ in manibus eſt. Ut enim in cogitatiōibus inqꝫ actibꝰ humanis: ſic in uerbis quoqꝫ ſerijs: cōtracta fatigatio iocorū viciſſitudine mitigatur. Qd̓ genus: uel facetiaſ appellare poſſumus uel ſales: qd̓ ſermonibus noſtris ſapidiſſimū cōdimētuꝫ ꝑbeāt: uel ut eſt apud Ciceronē apophthegmata: ſed latētes ⁊ taciti: cui apud grecos: ſcōmatos: apud nos ꝓpꝛiuꝫ uocabulum nō eſt: niſi foꝛte dicamus cū Macrobio: moꝛſum figuratū fraude: uel urbanitate tectū. Cui quoniā lepos admixtus eſt: vngit (ut aiunt) ac pungit: mulcet eniꝫ exterius: introꝛſum vulnerat. Hinc videmus interdū ridētibus qui adſunt: ipſuꝫ ad quē iactati ſcōmatiſ ſenſus penetrauerit: iraſci. Poteſt quidē nuda ſine figuris expꝛobꝛatio tam ꝓpꝛijs tāqꝫ ſonantibus ac bꝛeuibus uerbis ꝓferri: ut ⁊ ſi nihil pꝛeter vulnus agat: ipſi tamē ꝓmpte vibꝛati ſermonis acies: ſicut ei in quē cōtoꝛta fuerit doloreꝫ: ſic ceteris neſcio qd acerbe uoluptatis afferat: nihil pꝛeter uerba curātibꝰ. De ſingulis quāq̄ꝫ diuertar: attingā: Sed de his pꝛimum qbus auſteritas minoꝛ ineſt. Et licet eloquētie (cuius mētio pꝛeceſſit) ars pulcherrima ſit: vnaqꝫ de ſeptē liberalibꝰ: tñ partis aut ars oīno nulla eſt: aut ſi qua eſt: a Cicerone traditᷣ in libꝛo qui inſcribitur Oratoꝛ. Illic enim ut ipſum libꝛi nomē indicat: Oratorē iſtruit ⁊ ad cōcionāduꝫ acuit. Nos aūt hoc loco de vita cōmuni ⁊ quotidianis hominū ſermūculis exempla decerpimus: Illud qdē per oēs ut ita dicā artus eque cōſperſuꝫ eſt: hoc per ſe ſtat limitatū ſuis finibus anguſtis. Sane atqꝫ ut ipſe uocat pacutū ⁊ bꝛeue illa a ueteribꝰ cauillatio: hec dicacitas nominata eſt: ſed uocabula ꝑmiſcemus atqꝫ cōfundimus. Sane de his rebus apud grecos libꝛi ſcripti ſunt: qui ridiculorū artem ſiue rōnē pollicētur. Titulus libꝛorum ſpem diſcēdi faciet: per legeꝫ inuenies: ut eſt apud ipſuꝫ quē ſepe nomino Ciceronē: ridicula ⁊ falſa multa grecoruꝫ: ut nihil in eis niſi ipſa inſulſitas rideatᷣ. Q̄to melius Cato ille Cenſorius: qui nō arteꝫ que nō erat pollicetᷣ: ſed ipſos iocos ac facetias tam Socraticoruꝫ: qui in hac re nomē habēt apud grecos: ſicut apud nr̄os Plautꝰ q̄ꝫ ceterorū ſtudioſe recolligit. Cuius hoc loco ſtudium imitari diſpoſui: non artem daturus: ſed hec legētibus ſi modo quiſq̄ꝫ tā ocioſus vnq̄ꝫ erit: qui hec in manus accipiet: nō paruā indaginis moleſtiam ꝑrepturus. Que eniꝫ queſo ars dicenda eſt rei repētine: inopinate: impꝛouiſe: ⁊ ex tp̄e iaculande? Eſt enim rerum huiuſcemodi ꝑcipua in reſpōdēte laus. Cui nō longe inſultatiōis ſpatium datᷣ ad manum habeat opoꝛtet: que in laceſſentem ſine cūctatiōe retoꝛqueat. Qualia ſunt multa eorū que ſequunᷣ. Quale eſt ne exēplum ꝑſenti dicto deſit illud. P. Sulpitij: qui cū aduerſus. L. Philippuꝫ turbulētū hominē: ⁊ publice dignitatis uſurpatorem: ſenatus cām aioſius defenderet: Interrogatus ab illo: qd latraret? ſubito reſpōdit: Quia furē video. Quid bꝛeuius: qdue liberalius: meditatio longioꝛ obtuliſſet? Solet enim canis latrare cōſpecto fure. Aut q̄le eſt illud: qd̓ noſtri tp̄is adoleſcēs decrepito cuidā reſpōdit. Cum enim ille ludēs inſultaret: ꝙ adhuc eo ꝓmptius in equū aſcēderet: Nimiruꝫ inquit: ſeptuaginta annis anteq̄ꝫ ego naſcerer artē hāc exercuiſti. Innumerabilia ſunt generis huius: in qbus artē ponere cuꝫ ne cogitationi qdē locus ſit artificioris fuerit foꝛtaſſis ingenij. Mei qdē ꝑſentis ꝓpoſiti ut dixi nō eſt: artē ne dicam ſuffodere: ſed tradere: etiaꝫ ubi in ꝓmptu eſt: Feroꝛ enim alio. Et qm̄ pꝛo euidētia dicēdorū: nō alienū fuerit hactenꝰ ꝓfari: ceptū deinceps ꝓſeq̄r.

B

C

¶ De dicacitate ſiue facetitate Auguſti Ceſaris. Cap. II.

A c Eſar Auguſtus (ut eſt in Saturnalibuſ) in huiuſmodi dicacitate non eſt quoq̄ꝫ minoꝛ ⁊ foꝛtaſſe nec Tullio: Affectauit enim iocos: ſaluo tamē maieſtatis pudoris reſpectu: de quibus aliqua delegi: ſimiliter ⁊ de ceteris arbitrio meo: nō ut de iocis libꝝ texere Ciceronis exēplo dici poſſim: Sed ut inter tot ſeria ⁊ grauia: reſpirandi locū fatigatus lectoꝛ inueniat: in his que apud maiores noua: apud nos magna ex parte in quotidiani ſermonis cōſuetudinem abierūt. Igitᷣ Auguſtus ab adoleſcētia iocatus eſt. Uatinꝰ po-

dagre morbū(qui fere omniū mos eſt)diſſimulare
nitebat̄:dicēs ſe iā mille paſſus per diē ambulare:
Dixit hoc ille forſitan poſt hyemale ſolſtitiū. Hinc
irridēdi materiā Ceſar arripuit: Et minus inquit
miri eſt:lōgiuſculi dies icipiūt. Cuidā libellū ſibi
timidius efferēti: ⁊ ob multā p̄ſentie ſue reuerētiā:
nūc porrigēti dexterā:nūc itentidē retrahēti: Pu-
tas ne ait aſſem elephāti dare? Urbanus p̄ncipis
iocuſ: ⁊ tā humane cōditiōis memor:q̄ꝫ qđ maior
p̄ncipū pars uellet obliuiſci. Aliū(nolētis Romē
culator ille fuit)quē obliuioſum ⁊ officio ſuo ipa-
rē:grauiter ferebat:egreſſuro igit̄ ⁊ Auguſtū nuȝ
qd in foro agi uellet ꝑcūctāti: Cōmendatorias ait
B litteras tecū ꝓfer:notū eniȝ ibi nullū habes. Ora-
tor qdā clarus ſȝ gibbo ꝓminēti deformatꝰ Galba
de quo lolij vulgatiſſimꝰ iocus erat: Ingeniū Gal-
be male habitare. Is inq̄ꝫ corā Ceſare cām agens
⁊ uelut eloquio gloriabundus:ſepe iterās:corri-
ge in me ſi quod corrigēdū videris Auguſte: hoc
ab eo tādē reſpōſum habuit: Ego te Galba mone-
re poſſuȝ corrigere aūt nullo modo. Purpurā emi
p̄cepat:nō reſpōdebat aio ſuo color:uēditor vitiuȝ
excuſabat. Et attolle dicebat purpuram Ceſar:ac
ſurſum oculos intēde. Cui Ceſar: Ego ne ut popu
lo Romano bn̄ ueſtitus videar:in ſolatio ambulē
oportet. Solebat ad cenā inuitatiſ nō negare:quo
ſe ciuibꝰ ſuis cōuictu nō ſuꝑbo q̄ꝫ familiariſſimum
faceret: A pauprima ac tenuiſſima cuiuſdam cena
rediēs:hoſpiti illū ꝟbis ꝓſequēti:hoc vnū ad au-
re iocoſo murmure reſpōdit: Tā familiarē me tibi
nō putabā. Cū extrui forū p̄cepiſſet: ⁊ cōſumatio-
nis auidus:architecti nimiā tarditatē inuiſam ha-
beret:eodēq̄ꝫ tpe ⁊ a Caſſio Seuero accuſati plu
rimuȝ abſoluerent̄:acuelut ab inquieti ⁊ calūnioſi
hois laqueiſ eqtate iudicū expedirent̄: Utinā inqt
Auguſtus forū meū accuſaret Caſſius. Petebat a
Ceſare cōgiariū Patinus cautꝰ:quo melius pſua-
deret: Vulgatū iā apud oēs affirmabat:magnam
pecuniā ſibi ab illo datā: Reſpōdit: Sȝ tu noli cre-
C dere. Alteri cuidā cū ab officio remotꝰ eſſet: ſimi-
lia flagitāti:atq̄ꝫ addēti: Nō ſe cupiditate ad id pe
tēdū induci:ſȝ pudoris proprij reſpectu: ⁊ ut ſine
noxa p̄fecturā equitū ſpōte dimiſiſſe: Inſuꝑ ⁊ libe
ralitate ceſarea dignus putaretur:ſic eluſit: Tu te
accepiſſe palā dicito:ego me dediſſe non negabo.
Quidā Romanus eques diez functꝰ erat:poſt cu
ius mortē es alienū ingēs qđ uſq̄ꝫ ad extremū uel
ex̄ terminū occl'tauerat emerſit: Re cōperta mira
tus Ceſar: Ite ait ⁊ cubicularē mihi culcitrā eius
cōparate. Obſtupētibꝰ mādatum:rationē adiecit:
Sōnos inquit alliciet culcitra:in qua ille tātis de
bitorū molibus oppreſſus ſomnū capere poterat.
Mos antiqs erat in agris ſuis ſepeliri: Vectius
qdā agrū excolēs:illic inuēto ſepulchro patris nō
peꝑcit:ſȝ aratrū ſupinduxit:qua in re ita luſit Au-
guſtus: Hoc eſt(inquit)uere ſepulchrū patris co-
lere. Filia eiuſ Iulia feſtinatos canos egre ferēs:
clā uellere cōſueuerat:ſuꝑuenit ornatricibꝰ operi
inhiātibus improuiſus Ceſar: ⁊ vulſos capillos in
illarū gremio notauit:ſic tn̄ oculos auertit:ut nec
vidiſſe videret̄. Et tūc qdē nihil hac re:poſt tēpus
ſciēs in ſermonē ſenectutis icidit:filiā ſciſcitatꝰ eſt:
utrū ſuo tpe canos:an nullas habere comas mal-
let: Atq̄ꝫ illi ſine heſitatiōe reſpōdēti: ⁊ caniciē cal
D uitio p̄ferēti:ſic inſultauit: Cur igit̄ hec ante tem-
pus te decaluāt? Audita fama Herodis Iudeoꝝ
regis:ꝙ infantes circa bimatum oēs in Syria na
tos:inter quos mādaſſet ⁊ ꝓpriū filiū occidi: Me
lius eſt:inqt: Herodis porcū eſſe q̄ꝫ filiū: Alludēs
mori hebraico:ſic eni carnibꝰ ſuillis:ſicut huma-
nis abſtineret. Tragediā ſcribere adortꝰ erat:cuiꝰ
mentionē iter ſtudia eiꝰ feci. Tragedie nomē erat
Aiax. Eā eni ſiue iā ꝙ diſplicuiſſet:ut Macrobiꝰ
refert:ſiue iceptū ſtilo nō ſuccedēte:ut Suetonio
videt̄:aboleuerat. Et iterrogātibꝰ amicis: qd iam
Aiax ſuus ageret? In ſpōgiā inqt icubuit: Nō in-
cōſulte(niſi fallor) ageremus:bona ꝑs ſcriptorū:
ſi in iudicādo de opuſculis noſtris huius ioci me
moriā haberemꝰ. Sȝ ne forte dicatior Auguſtus
q̄ꝫ principem decet:ceteris ſilentium indixiſſe vi
deatur: Attingam alios.

¶De dicacitate Marci Tullij. Cap. III.

Arcus Tulliꝰ Ciceronē fratrē:ac Lētulū A
m habebat generum: homūtiōes puſille ad
modū ſtature: In utrūq̄ꝫ cauillatꝰ eſt. Ve-
nerat in ꝓuinciā cui frater p̄fuerat: Illic imaginē
eius clypeatā q̄ꝫ ampliſſima forma ⁊ ad pectꝰ de-
pictā(ut mos erat)cernēs: Frater inqt meus ma-
ior eſt dimidius q̄ꝫ totꝰ. Rurſus generū ingēti gla
dio accinctū vidēs: Quis generū meū ad gladiuȝ
alligauit? Quo ioco nūc erga inſignis paruitatis
homines vulgo utimur. Alter illi gener erat Piſo
qui cū in inceſſu cūctatior foret q̄ꝫ cōueniret viro:
filia ex diuerſo cōcitatior q̄ꝫ deceret feminaȝ:vno
ꝟbo luſit in utrūq̄ꝫ: Ait eniȝ filie: Ambula ut vir.
Anceps iocus duos ſimul pupugit. Apud Dama
ſippū cenās:cū ille mediocre vinū mēſe adhibitū:
grādilogs ꝟbis attollēs diceret: Bibite phaler-
nū hoc:q̄draginta annorū eſt: Reſpōdit: Bn̄ fert
etatē. Facete vnde gloriā ille vino petebat:hic ue-
niā dedit. Illuſit ⁊ in Iuliū Ceſarē:ad quē cū poſt B
ciuilis belli victoriā ueniſſet:iterrogatus:cur ho-
mo doctꝰ in electiōe ptiū tā pueriliter aberraſſet?
Hoc vnū qđ reſpōderet habuit: Precinctura me
decepit caute ſimul ⁊ iocoſe: Cū eni meritorū cō-
paratiōi locus amplius nō eſſet:habitꝰ ducū cōtu
lit: ⁊ q̄ſi rerū omniū p̄cellētiā Ceſari tribuēs:ſolo
quo videret̄ iferior ſe deceptū affirmauit. Conſta-
bat eniȝ Ceſarē ꝓpter habitꝰ negligētiā:ab ineun-
te etate male p̄cinctū puerū uocari ſolitū. Illuſit
⁊ Vatinio qui paucis diebꝰ cōſul fuerat: Grande
inqt ꝓdigiū anno Vatinij:ꝙ illo cōſule nec pruina
nec uer:nec eſtas:nec autūnus fuit. Eidē querēti:
ꝙ ad ſe uenire neglexiſſet: Volebā inqt in cōſula-
tu tuo uenire:ſed nox me cōprehēdit. Mihi tm̄ ⁊
ſi vno loco ſic ſcriptū inueni:ueriſimiliuſ videt̄ qđ
alibi legit̄: hic iocus Caninio potiꝰ dictꝰ q̄ꝫ Vati-
nio:ꝙ Vatiniꝰ paucis: Caniniꝰ nō niſi vno tm̄ die C
cōſulatū tenuit. De quo eſt alter Ciceronis iocus:
Vigilātē cōſulē habemꝰ qui in cōſulatu ſuo ſom-
nū nō admiſit. Illud vulgatū:ſolere flamines dia
les eſſe cōſules. Et iterrogatio ludicra qbus cōſul
cōſulibꝰ fuiſſet. Longior ſuȝ ſi Ciceronis iocos ad
vnū colligā. Ceterū ex paucis acerui totiꝰ libamē
obtuliſſe ſufficiet. Hoc qdē iter p̄tereūda nō fuerit
qđ magnis auctoribꝰ cōſtat eū ſepe ſontes in iudi
cio defendētē:deficiēte iuſtitia cōfugiſſe ad iocoſ:
⁊ eo p̄ſidio victoriā queſiſſe. Nec illud ignotū ꝙ
in his creberrimꝰ foret: cōſularē ſcurrā ab hoſtibꝰ
uocitatū: quin ab ipſo de quo ſupra diximꝰ Vati

nio qui hāc eius notā ſcriptis edidit. Sed iam ſa
tis iocatus eſt Cicero: maior quidẽ iocator inter
uenit: cedendum eſt.

¶ De facetitate Veſpaſiani Auguſti. Cap. IIII.

Eſpaſiani principis facetiſſima qdā ſunt:
a u Illud in p̄mis. Mulier amorẽ faſſa ſeqꝫ
amādo periturā niſi opẽ ferret: rigorẽ ma
ieſtatis p̄cibꝰ ac blāditijſ euicit: ⁊ in āplexus tādẽ
Ceſareos admiſſa eſt. Cū certā pecunie ſummā uł
cōcubitꝰ uel amoris p̄ciū p̄nceps amāti daret: di
ſpẽſator ignarus q̄liter eā pecuniā rōnibꝰ iſcribe
ret p̄cunctabat: Reſpōdit: Veſpaſiano adamato.
b Quid in tali p̄ſertim ſene iocoſius? Unus ex do
meſticis: cuidaꝫ externo ſub obtẽtu germanitatis
diſpẽſationẽ impetrare nitebat: agnouit fraudẽ: ⁊
dilata re: illū pro quo petebatur accerſijt: certiorqꝫ
ab eo factꝰ qd pro ſe ſupplicaturo ſpopondiſſet: id
ſibi numerari iuſſit ⁊ uoti cōpotẽ dimiſit. Reuer
ſus itercessor iſtare. Cui Veſpaſianꝰ: Aliū tibi fra
trẽ quere: quẽ tuū putas meus eſt. Dū iter ageret:
mulio auriga deſcẽdit ad calciādas mulas: ſubſti
titqꝫ uehiculū. Rapta interī occaſiōe: litigator an
xius acceſſit ad p̄ncipẽ: que uellet narrandi tẽpus
habuit. Aiaduertit tātū cōmẽtū Ceſar: iterrogato
qꝫ mulione q̄ꝫti calciaſſet: pepigit lucri p̄tẽ. Feſti
ue utrūlibet niſi auaritie ſuſpitio iocis inſita vide
ret. Sed de hoc alias. Plura ſtāt eius talia: qn ⁊
ſupremo vite t̄pe iocat nō deſtitit. Ad primū egri
tudinis inſultū: ſtatim qđ erat mortiferū arbitra
tus: ut puto: inquit: deus fio: Illudens predeceſſo
ribus ſuis in deorum numerum relatis.

¶ De facetitate Tiberij Ceſaris. Cap. V.

Xciderūt a ſeuiſſimis ingenijs facetiſſimi
e ſermūculi: quos uel ob hocipſuꝫ cōmemo
rare libuit: Quis eni imitior Tiberio Ce
ſare: p̄ſertiꝫ poſtq̄ꝫ Capreas attigit cruẽtiſſimo eiꝰ
ocio famoſaꝫ ⁊ infelicẽ iſulā? Illic moras trahẽtẽ:
Ilieſiū adijt legatio cōſolatiōiſ obſequiū p̄ncipi fe
rẽſ ſup mortẽ vnici filij: Cuius mortis dolorẽ ille
memoriāqꝫ oẽm nō tā forti q̄ꝫ inhumano aīo cōfe
ſtim aboleuerat. Itaqꝫ uelut intẽpeſtiuis cōſolato
ribus ſic alluſit: Ego quoqꝫ fortune ueſtre compa
tior: quia magnificum ciuẽ Hectorem p̄didiſtis:
Ultra milleſimum annum iocandi materiam que
ſiuit: animo ferox actiſqꝫ metuendus.

¶ De facetitate Domitiani. Cap. VI.

Uis preterea Domitiano ſeuior? quis ab
q honeſtarū artiū ſtudio remotior? Et tamẽ
agẽte natura: non nihil paterni leporis in
erat. Eiuſ illa referunt de Metio qui in cultu cor
poris multꝰ erat: Vellẽ inq̄t tam formoſus eſſe q̄ꝫ
Metius ſibi videt. Alteriꝰ comaꝫ p̄mixta canicie
flaueſcentem: perfuſam mulſo niuem appellauit.

¶ De dicacitate Lucij Cecilij. Cap. VII.

Ecilius iuriſcōſultꝰ ab hoc ordine nequaq̄ꝫ
c repellẽdus eſt: Lapidatus erat a populo
Vatinius dū gladiatoriū munꝰ ederet: ea
iniuria p̄motꝰ: edilitio edicto caueri p̄curauerat:
ne qs ſibi pomū in arenā mitteret. Per eos dies
cōtigit ut Ceciliū qdā cōſuleret: Eſſet pomum nux
pinea? Si in Vatiniū inquit miſſurus es: pomum
eſt haud dubie. Idẽ mercatori cōſulenti: quo nam
modo nauem cum ſocio diuideret? Reſpondit: Si
nauem diuiſeritis neuter habebit.

¶ De dicacitate Lucij Cecilij. Cap. VIII.

Ucius Cecilius cū Caio Ceſare pila lude
l bat: nec deerāt colluſoreſ alij. Iuſſit Ceſar
ceteris cẽtena ſextertia per ſingulos nume
rari: quinquaginta Cecilio. At ille: vna ne tantum
manu (inquit) ludo.

¶ De facetitate Virgilij. Cap. IX.

Ec illepide Virgilius cū ſibi exprobratuꝫ
n eſſet q̄ ꝟſus Homericos abſtuliſſet: ⁊ in
opis ſui cōgeriẽ redegiſſet: reſpōdiſſe tra
dit: magnaꝝ eſſe viriū auferre clauā de manu Her
culis: nō diſſimulās ſe illis ꝟſibꝰ nō p̄cario ſꝫ pro
ſuis uti. Qđ eſſe permaximum ex Herculea Ho
meri magnitudine: latenter affirmās facete admo
dum ⁊ breuiter: qđ ad ignominiam dicebatur: in
gloriam ſuam uertit.

¶ De dicacitate Valerij. Cap. X.

Aleriꝰ. P. Clodio iſenſo ſibi: Quid ait du
u rius minariſ q̄ꝫ ut eā Dyrrhachiū ⁊ reuer
tar? ſumpta iocādi materia de exilio Cice
ronis: qui eo in exilium perrexerat: agente Clodio
confeſtimqꝫ redierat.

¶ De dicacitate Quinti pretoris. Cap. XI.

Uintus uel Egntius p̄tor de optime atqꝫ
q innocẽtiſſime adminiſtrata p̄uincia reuer
ſus: in morbū iciderat: Is dū gelidas ma
nus ſe habere amico cōquereret aſſidẽti: Certe ait
ille nup̄ calidas de p̄uincia retuliſti: de furtorū ſci
licet ⁊ rapinarū frequẽtia iocū terens. Qui viro
integerrimo ⁊ bene ſibi conſcio riſum mouit: faſti
diūqꝫ diſcuſſit: ſuffuſurus noxio ruborem.

¶ De dicacitate Lucij Mallij. Cap. XII.

Ucius Mallius pictor egregiꝰ deformes
l filios habebat: qbꝰ viſis amicus apud euꝫ
cenans: non ſimiliter ait pingis ⁊ fingis
Malli? Ille autem nimirū fingo enim in tenebriſ:
in luce pingo.

¶ De dicacitate Satellij Quadrati contra Sabi
num. Cap. XIII.

Abinus qdam noie: diues ineptiſſimus a
ſ Seneca refertur: qui etate ſua fuit hebes
q̄ꝫ q̄ꝫ ⁊ obliuioſus: glorie tamẽ auidiſſimꝰ:
quā ex litterarūꝫ notitia p̄curabat. Itaqꝫ magnis
precijs ſeruos cōparauit: quorum alter hūc: alter
illum poetam familiariter memoriter noſſet: hoc
ſcilicet expeditum iter ad eam quā appetebat glo
riam ratus: ſi ſerui ut peculiū ſic ⁊ litteras domi
no quereſt. Hac tali familia inſtructus: cōuiuas ſu
os queſtiūculis exagitabat. Serui ad pedes ade
rant: ⁊ de quacūqꝫ re ſermo eſſet obortus: accom
modatos materie uerſus inſuſurrabāt. Quos ille
gloriabūdus dum p̄nūciare uellet: in medio here
bat. In hūc igit Satellius Quadratꝰ: ut ipſiꝰ hoc
narrātis uerbis utar: ſtultorū diuitū irriſor ⁊ arri
ſor ⁊ deriſor ita iocatꝰ eſt. Cū ille iactaret cẽtenis
milibus ſeruos ſibi ſingulos ꝯſtitiſſe: Minori pre
cio inquit Quadratus totidẽ ſcrinia emiſſes. Idẽ
Sabinū ut luctaretur orabat. Cūqꝫ ille admirans
diceret: Quomodo luctabor homo eger ac fragi
lis ⁊ vix viuere ualens? Noli queſo inquit Qua
dratus hoc dicere: Aſpice quot ſeruos habes ro
buſtiſſimos. Merito has nugas audiebat demẽs
qui ex alienis gloriam ſperaret. Sed ⁊ aliq̄ꝫtiſper
locum iocis muliebribus prebeamus.

¶ De dicacitate Iulie Auguſti filie. Cap. XIIII.

i

Ulia Auguſti filia(que pꝛofecto non ultima inter illuſtres feminas fuiſſet:ſi pꝛudētie curā quam pꝛmā eſſe par fuerat:non in ultimis habuiſſet)iter multas ⁊ uarias nature dotes:humanitatē morū comitatēqꝫ ſermōis habuit cauillatrix in pꝛimis iucūdiſſima. Contra crebꝛos patris mōitus:culta laſciuius:oculos eiꝰ turbaſſe cognouerat: modeſtiore habitu reuerſa mitigare paternam idignatiōem cogitauit ⁊ obtinuit. Itaqꝫ uerba que doloꝛ oppꝛeſſerat:gaudiū expꝛeſſit. Et ſentis ne ait q̃ꝫtomagis hic q̃ꝫ externꝰ habitus deceat Auguſti filiam? Nō obſtupuit illa tāti cēſoris maieſtatē:Sed heri me(ingt)viri:hodie pr̄is oculis oꝛnaui. Eandē in ſpectaculo ludorū circūualla uerāt adoleſcentū impudicorum agmina:cū ex aduerſo Liuia Auguſta uenerādo modeſta comitatu ſtaret. Hec Ceſaree cōiugis ac nate uarietaſ populū erexerat:ſed ipſum pͥncipaliter Auguſtū. Cōmonefecit ergo Juliam bꝛeui ſcripto:circūſpiceret q̃ꝫta morū iparitas:iter duaſ dignitate pares feminaſ foret. Illa caſtigatorē ſuū repulit:his ꝟ bis:Et hi mecū ſeneſcēt. Amico ſobꝛio ⁊ pꝛudēti:ut ſe paterne frugalitatis imitatricē faceret: modeſtoſqꝫ illius mores in animum induceret:reſpondit:Ille ſe Ceſarem obliuiſcitur:ego Ceſaris me filiam recoꝛdoꝛ. Sed iam ſatis multa de noſtris.

C De dicacitate Diogenis philoſophi. Cap̄.XV.

d

Jogenes Cynicus ille famoſiſſimus cōtēptoꝛ omnium que optanꝰ ab alijs:de Antiſthene p̄ceptore ſuo ſic iocari ſolitus traditur:Ille me ex magnis diuitijs ad inopiā deduxit:effecitqꝫ ut latas edes cum anguſto ⁊ uolubili dolio pmutarem:Quātum ultro citroqꝫ laudum ac glorie ſub hac irriſione claudebaꝰ. Item aduerſus dialecticum ſophiſtā lepidiſſime cauillatꝰ eſt. Pꝛopoſuerat ille per cōtumeliam hoc modo:Qđ ego ſum:id tu nō es. Annuit Diogenes. Ille pꝛocedens in ſophiſmate:homo autē inquit ego ſuꝫ. Et id quoqꝫ cōfeſſus eſt. Tunc ex cōceſſis concluſit: Igitur homo tu nō es. Indignatus has ineptias: hoc inquit ultimum falſum eſt pꝛoculdubio: Et ſi uerum fieri vis:a me incipe.

C De dicacitate cuiuſdam iuuenis qui ſimilis erat Auguſto. Cap̄.XVI.

i

Uuenis alienigena Romam uenit:foꝛma coꝛporis taꝫ ſimilis Auguſto:ut omnē populū ſpectaculi admiratiōe ſuſpēderet. Auguſtus re audita:ad ſe iuuenē euocatum cernens: effigiēqꝫ ſuā in illius facie recognoſcēs:in hāc ſentētiam interrogauit:Fuit ne vnq̃ꝫ o adoleſcēs mater tua Rome? Senſit ille quo pergeret:Et minime(inquit)mater:at pater meus ſepe. Facete ⁊ illatam ſuſpitionē repulit: ⁊ nouam peperit. Et hec gdē hiſtoria ſic in Saturnalibus tradita eſt. Ualerius autē Maximus: nō Auguſti ſed innominati pꝛetoris:neqꝫ matris ſed duorum patrū mētioneꝫ facit:p̄terea nō Rome ſed in Sicilia interrogatuꝫ reſpōſum ue cōmemorat. Percūctāte enim magiſtratu Romano quendā eius pꝛouincie ſibi foꝛma coꝛporis ſimillimū: ⁊ mirari ſe dicēte vnde hec tāta ſimilitudo cum pater ſuus nunq̃ꝫ in Sicilia fuiſſet. At ille reſpondit:Pater meus ſepe Romā uenit. Que nam ſane uerioꝛ fidelioꝛqꝫ narratio eſt:fides(ut aiunt)apud auctores maneat.

C De dicacitate Mithꝛidatis regis. Cap̄.XVII.

m

Ithꝛidates Ponti rex Cappadocuꝫ:ſororis ſue filio ſub ſimulatiōe colloquij inſidias tēdēs:gladiū abdiderat:crudelis licet adoleſcēs ⁊ ad interitū deſtinatꝰ: regio tn̄ illoruꝫ more tēporū:ſcrutatorē pꝛemiſit:qui duꝫ Mithꝛidati manū in ſecretiores ptes coꝛporis mittit:Jocatus ille:Caue ait ne aliud telū q̃ꝫ quod queris inuenias. Eoqꝫ modo ſuſpitiōe detracta:iocis texit inſidias. Miruꝫ quod in eo ſtatu iocari poſſet:ſanguine mox nepotis reſpergendus.

C De dicacitate Publij Syri. Cap̄.XVIII.

n

On eſt huic loco ſubtrahendus Publius quidam e Syria:qui a pꝛimis annis huic rei deditus: ⁊ libertatem ob id vnum conſecutus: Rome tandem ⁊ per italiam victis omnibus ſimilium ſtudioſis:pꝛeter fauorem populorū Julij Ceſaris ingentem quoqꝫ gratiaꝫ pꝛomeruit. Is ⁊ mimos ſcriptitauit: ⁊ multa eiuſ extant non magis iocoſa q̃ꝫ grauia:pꝛopter que tum pꝛimum charus ⁊ libertate dignus haberi cepit:duo referuntur:domini ſui patronus ſeruum ſuum hydropicum in arena reſupinum ad ſolem cernens:quid illic ageret queſierat:anteq̃ꝫ eger reſponſum expꝛimet:pꝛoceſſit Publius puer ex inopinato: ⁊ aquā inquit calefecit. Idem inter conuiuas diſceptantes:quid eſſet ocium moleſtum:acceptam omnibꝰ ſententiam dedit:podagrici pedes dicēs. Hec atqꝫ huiuſcemodi latentis ingenij indicium ⁊ manumiſſo erudiendi materiam pꝛebuerunt.

C De dicacitate coniugis Açonis Comitis Eſtenſiſ contra virum. Cap̄.XIX.

t

Ot nature foꝛtuneqꝫ muneribus quibus Aço Marchio Eſtenſis etate patrum claruit:ne abſqꝫ moleſtia frueretur:minus ſpectatam habuiſſe creditur uxoris fidem: Ita cum foꝛtiſſimum ex illa ſuſceptum puerum in ulnis habens:ſuſpiraſſet:cauſam queſiuit illa ſuſpirij:Cui maritus:uellem inquit hunc puerum meum eſſe: omni dubietate ſubmota ut tuus eſt: Et hanc certitudinem libens magna foꝛtunarum mearuꝫ parte redimerem:Atqui ait illa:nihil hic impenſe eſt: negocij parum:Arreptoqꝫ filio:hic inquit quod nemo dubitat meus eſt:Annuente viro:Ut nihil igitur dubij ſuperſit:de manibus meis ſuſcipe eum ait:tuus ſit.

C De facetitate uxoris Agapiti de columna contra Bonifacium papam octauum. Cap̄.XX.

b

Onifacius octauus Romanus pontifex: duobus fere luſtris domum de Columna uagam egit:ac toto oꝛbe diſperſam. Fulminabat ille de terris: ⁊ ad exemplum tonantis etherei cuius gerebat vices edictis minacibus intonabat. Capitale fuerat aliquem de generoſis exulibus hoſpitio ſuſcepiſſe. Nunciatum eſt interea Agapiti uxorem que ſanguine illum cōtingebat eſſe pꝛegnantem. Senſit hoſtem ſuum Rome fuiſſe: ⁊ acceſus ira atqꝫ odio:perduci ante

pedes ſuos mulierem iuſſit. Uenit illa uerecunde
ꝛ uentrem ſtudio tegens. At ille: ut erat in ſermo-
ne moꝛdaciſſimus: Demitte inquit pallium mere-
trix: Quis te grauidam fecit? Loqui coacta: Pa-
ter ait ſanctiſſime: tu mihi virum meuʒ abſtuleras
quid facerem? quod ꝛ etas ꝛ foꝛma ſuaſerunt: cō-
ſiliuʒ cepi: Inter innumerabiles peregrinos quos
hic annus in urbe hac cōgregauit: circunſpiciens
vnum viro meo ſimillimum: notaui: placuit oculis
meis ille: ꝛ in exulantis viri memoriam ſuſceptus
eſt per noctem: mane abiens qualem cernis me di-
miſit. Hec autem alludēs ad viri habitum dicebat
qui ſub ueſte peregrini ignotiſſimus ad uxoreʒ pe
netrauerat. Riſit Bonifacius: ꝛ muliebꝛi facun-
dia mitigatus eſt.

¶ De facetitate cuiuſdam nobilis inoiati. Cap̄.XXI.

i N collibus apd̄ quos natꝰ ſum: vidit etas
noſtra nobilem quēdam virum: cuius pꝛi
mum ſtudium fuit excipere trāſeūtes ap-
paratu magnifico. Die quodam a ſiluis ꝛ uenatu:
cuius quoqꝫ ꝑſtudioſus erat: icultā ꝛ dumis lacē
ratā tunicā idutus: rediēs plenā hoſpitibꝰ domuʒ
repperit. Quibus honorādis itētus: dum huc il-
luc cūcta ꝓuidēs diſcurrit: in quēdam illoꝝ ſuper
bum ꝛ ſtabula miſcentem famulum icidit: cepitqꝫ
eum blāde coꝛrigere. Impatiēs ire furcifer: exten
ta manu faciem eius ꝑcuſſit: Seceſſit ille tacitus:
Mox cernēs famulus quem pulſauerat: iter diſ-
cūbētes medium trepidare ceperat: Tādeʒ explo
rato qſnam eēt affuſus erroris ueniam popoſcit.
Cui edium dominus: Tibi inqt libēs parco: huic
autem: ꝛ tunicam ſuā digito ſignauit: non parco:
que ut ita tractarer pꝛeſtitit.

¶ De facetitate Santij regis Caſtelle contra pa-
pam. Cap̄.XXII.

q Uodam tēpore dum chꝛiſtianorū ꝓceres
fines ſarracenoꝝ inuadere: ꝛ terrā Chꝛi
ſti ſanguine ꝯſecratam idigno ſeruitio de-
creuiſſent liberare (qd̄ heu ſepe facimus nunq̄ꝫ
ꝑficimꝰ) agitatū eſt in ꝯſilijs: qs nam tātis ceptis
dux aptiſſimus foret: Uiſuſqꝫ eſt ꝛ optimus Sā
tius Hiſpani regis frater: quem ꝛ expictia armo-
rum cōmēdabat ꝛ genus ꝛ pꝛobitas: nec ſuſpectuʒ
luxus faciebat (frequēs ꝑ̄ncipatus malum) nullis
enim ingnatus opibꝰ aut delitijs: ſed hiſpano mo-
re aſper ꝛ agreſtis: ꝛ ſub diuo inter labores edu-
catus erat. Accerſitꝰ igit̃ omnium ꝯſenſu Romaʒ
uenit ꝛ latine lingue neſcius: vnum ex fidis inter-
pꝛetis loco habuit. Publicum qd̄ in tali ſolet cele
bꝛabat̃ ꝯſiſtorium. Illuc iter multa recitatum erat
Romani pōtificis decretum: ubi Egypti regeʒ fe-
cerat. Quo audito ſublatꝰ eſt igēs plauſus omni
um: admirās Santius: ſedētem ad pedes interp̄-
tem quid ſibi uellet ſtrepitus ꝑcūctatus eſt: Ubi
audiuit ſe Egypti regem ꝓnūciatum: Surge ait:
ꝛ diuum papam ꝓnūcia Calliphum de Balda-
cho: Feſtiua ꝛ uere regia libertas: pꝛo inefficacis
regni noīe inanis pōtificatus titulum penſauit.

¶ De facetitate cuiuſdā comitis Fuxi. Cap̄.XXIII.

c Omeſ olim Fuxi in Cathaloniam ꝓfectꝰ:
erat homo liberalis ꝛ qui nil negare didi
ciſſet. Illic ut aiūt turba petētiuʒ obſeſſus
nihil ſibi reliquerat ꝑ̄ter mulam quam pōderoſuſ
ſenex eqtabat. Reditum parāti: nō defuit qui cal-
caria iſuꝑ ꝑ̄cibus extoꝛquere niteret̃. At ille ꝓtēto
pede ſubridēs: Accipe inqt: modo mihi aliqueʒ ex
pedias qui mulam meam Fuxum uſqꝫ ſollicitet.

¶ De dicacitate Dini ꝯ̄ aliqs ſenes. Cap̄.XXIIII.

d Inus qdam ꝯciuis meus: qui etate noſtra
gratiſſime dicacitatis adoleſcēs fuit: caſu
ꝑ̄teriēs per loca frequētiſſima ſepulchꝛis:
aliquos ſibi notos ſenes illic ꝯfabulātes cōperit.
Qui ut iocādi ꝓ̄ritum irritarent: iocari ſimul om-
nes (ut eſt etas illa loq̄cior) ꝛ manibus etiam ap
pꝛehēdere ceperūt. Ille ſe ꝓripiēs: hoc vnum om
nibus rn̄dit: Iniquum hoc loco certamē: uos añ
domos ueſtras animoſiores eſtis: ſenio ſcilicet eo
rum ꝛ vicine moꝛti alludēs: Nec ꝑ̄us itellectꝰ q̄ꝫ
eo ab oculis ablato: cemiterium circūſpiciētes: q̄s
ille domoſ loq̄ret̃ ꝑ̄pēderūt. Innumerabilia dixit
ad hūc modum que apud nos vulgo etiam nota
ſunt. Hoc enim loco non iocos eius pꝛoſequi: ſed
nomen attingere pꝛopoſitum fuit.

¶ De dicacitate Donati Patauini contra quendam
iudicem. Cap̄.XXV.

d Onatus Patauinus fuit nuꝑ poetarum
oium quos noſtra uel patrum noſtroꝝ vi-
dit etas facillime ꝑ̄nceps: niſi iuris ciuilis
ſtudium amplexus ꝛ nouem muſis duodecim ta
bulas imiſcuiſſet: ꝛ animum ab heliconijs curis
ad forenſem ſtrepitum deflexiſſet. Is amici ſubita
cauſa ꝛ moras reſpuente neceſſitate: ipſo quotidia
no ac domeſtico quo foꝛte inuentus eſt habitu: ro-
gatus in iudicium uenit: Nouus iudex qui tribu-
nal impleuerat: egregio viro nec aſſurrexit: nec ali-
quo cum honore dignatus eſt. Ceperat Donatus
amici cauſam planis uerbis ac vulgaribus agere:
ꝛ illum in ſingulis dictis obluctantem urbane ad
modum ac ſuauiter conuincere. Indignatuſ iudex
tanq̄ꝫ maius aliqd dicturus: ſic interrogauit: Sciſ
litteras? At ille: ſcio paucas inquit. Riſit inſulſus
iudex idiotam ratus: Ad inceptum redijt ſermonē
Nec ante ſe deluſum ſenſit q̄ꝫ diſertiſſimi viri ꝛ ra
tione ſimul ꝛ oratione ſuperatus: Nomen abeun-
tis querens: ab aſtantibus didicit Donatum eſſe:
cuius ea tempeſtate non Padue tm̄ celebꝛis: ſed
per omneʒ Italiam fama erat. Deinceps ad ea trā
ſeamus in quibus permagnum ingenium nec mi-
noꝛ feſtiuitas ſed moꝛſus eſt acrioꝛ: quibus abun-
dare ꝛ ſi pꝛudentis non eſt: qui tamen pꝛecedenti-
bus ſimilia erant: ad eloquentiam ſimiliter ſpecta-
re videbantur: qualiacūqꝫ forent ſegreganda non
cenſui. De moꝛdacibus iocis.

¶ De dicacitate Publij contra Mutium inuidum.
Cap̄.XXVI.

m Utius quidam fuit inuidi ꝛ iniqui animi:
qui eque alienis bonis ꝛ ſuis malis toꝛque
retur ingemiſceretqꝫ. Hunc moleſtiorem
ſolito cernens Publius: ita iocatus eſt: Aut Mu-
tio neſcio quid mali accidit: aut cuipiam neſcio qd
boni.

¶ De dicacitate contra Antonium fugientem: cuiuſ-
dam ſerui ſui. Cap̄.XXVII.

p Oſt obſidionem Mutinēſem fugiēs An-
tonius: ſeu naturali humore ſeu coꝛꝑibus
exhauſtis creberrime bibebat: ſubſiſtebat
qꝫ per ſingulos paſſus ubi bibēdi facultas afforet
mox fugam ꝑ̄cipiti ꝯſternatione reſumebat. Inter
rogatus vnus ex familiaribus eius: quid naʒ An
tonius ageret? Reſpōdit: qd̄ canis in egypto: bibit

⁊ fugit. Certum eſt enim canes egyptiacos crocodillorũ cõtactu anxios atq; lymphaticos fugere ⁊ bibere.

¶De dicacitate cuiuſdam ſutoris contra Plancum. Cap.XXVIII.

P Lancus Meuiam Gallam uxorem habuit: nõ ſatis ꝓbati nois feminam. Cum autem amici cauſam agenti: teſtis ex aduerſo ſutor ꝓceſſiſſet qdam: putãs Plancus vilitate officij teſtem ſuſpectum reddere qſi icognitũ: ſciſcitatus erat qua arte ſe regeret: Gallam iquit calco. Galla autem ſutoris iſtrumẽtũ erat. Qua equocatione nois: inter uanam artis ſue ꝓfeſſionẽ ⁊ interrogãtis ignominiam mordaciter luſit.

¶De dicacitate Fauſti Sylle filij ⁊ Catonis cenſorij. Cap.XXIX.

S Ylle filia duos ſimul adulteros habebat: Põpeium quẽdam cognomẽto Maculã ⁊ Fuluium fullonis filium. Luſit in dedecore domeſtico Fauſtus ſic: Miror ingt ſororem meam cum fullonem habeat: maculam habere. Nec Catonis cẽſoria aſperitas iocorũ talium expers fuit: Sacrificio utebaẽ antiqtas: cui Proteruia nomẽ erat: ex quo qcqd tibi ſacrificãtibus reſtabat: ignibus tradebaẽ. Albidius qdam nebulo: patrimonium omne deuorauerat: domum ſolam que gule ſuperat ignis abſumpſerat: feciſſe Albidium Proteruiam iocabaẽ Cato: cuius nomẽ Catonis Uticẽſis memoriam reuocat: ⁊ rei quam illo ĩſpectãte potuiſſe contingere: uehemẽter indignor ac ſtupeo.

¶De dicacitate Catuli ſenatoris contra iudices corruptos. Cap.XXX.

P Ublio Clodio violatarum religionum ac manifeſti adulterij reo dati iudices: qa de criminibus cõſtabat ſentẽtiam ꝓnũciaturi p̃ſidium a ſenatu petierũt: tum demum peti ſolitũ cum aliqs reus potẽs ꝯdẽnãdus eẽt. Interim. P. Clodius ad artes ſuas in extremis caſibus ſeſe vertẽs: aliquos ex iudicibus illuſtrium feminarũ ap̃d qs cõſuetudine ⁊ muneribus ⁊ ſuarum interuẽtu p̃cum potẽs erat: ꝓmiſſo cõcubitu ⁊ p̃ſcito adulteriorũ ſtuprorũq; ꝑticipes: ⁊ ob hoc ſibi ꝓpitios fecit: alios magnis pecunijs oneratos corrupit. Quid multa? Ubi cõdẽnatio ſperabaẽ: ſumma cũ populi Ro. ⁊ illius ſeculi infamia abſolutus: nocẽtior abſolutione q̃ crimie. Qm̃ ut elegãter ait Seneca: plus eſt diſtribuere adulteria q̃ facere. Itaq; prius adulter: poſt leno. Propter p̃mum accuſatus: ꝓpter ſecũdum liberatus. Mira res ⁊ vix credibilis: niſi eam clariſſimi auctores lr̃is mãdaſſent: Hos iudices abſoluto Clodio mordaciter ludẽs Catulus: ſenatum bis percõtatus eſt uerbis: Quid a nobis p̃ſidium poſcebatis: an forte ne pecunia ꝓſidie ueſtre p̃cium nobis eripeẽ? Erubuiſſe poterat ſceleſti hoies: ſed apud aios libidinibꝰ auaritieq; deditos pudoris iactura leuiſſima eſt. Facile igiẽ p̃ntem pudorem: ꝓceptis uoluptatibuſ ac pecunia ſolabanẽ. Iſtud potius miror: vñ illis tpibus tãti ⁊ tam compti facinoris ĩpunitas: Ut enĩ cum eodem Seneca cõcludam: pudet dicere: nunq̃ apertius q̃ coram peccatum eſt.

¶De facetitate Ciceronis. Cap.XXXI.

A S Ed qs oium iocator aut ꝓmptior aut mordacior Cicerone? Cui enim queſo pepciſſet aut cuius magnitudinem timuiſſet: qui ⁊ Pompeio ſuo non pepercit: ⁊ fortunam Ceſaris nõ expauit. Sane cum eq̃liter ambos laceſſeret: grauius offendebaẽ amicior. Uenerat ad caſtra Põpeij in p̃mordio ciuilis belli: rep̃hẽdẽtibus amicis qđ nimis diſtuliſſet: Minime ingt ueni nam nihil hic paratũ video: Põpeij tarditatem in apparatibus bellorũ ludẽs. Cum vero ad ipſius Pompeij cõſpectum ꝑueniſſet: ⁊ ille interrogatus dixiſſet ubi nã Dolobella gener tuus? Reſpõdit: Cuz ſocero tuo. Unico uerbo diſcuſſa calũnia: ⁊ generi ⁊ ſua: qui in diſſẽtiẽdo de re publica p̃ncipum ueſtigia ſequerenẽ. Gallus qdam de Ceſaris exercitu ad Põpeium trãſfugerat: illi ciuitatem Romanaz dederat Põpeius: Exclamauit Cicero: O belluz hominẽ: Gallo ciuitatem promittit alienam: nobis noſtraz reddere nõ põt. Solebat de Põpeio nimiuz mordaciter iocari his v̇bis: Ego quem fugiam habeo: quem ſeq̃r nõ habeo. His horũq; ſi̇libus hoc vnũ Põpeius reludebat: Cupio ad hoſtes Cicero trãſeat: ut nos timeat: Quaſi tãtam illam loquendi fiduciam Ciceroni nõ aliũde q̃ ex familiaritate nimia ꝑuenire cõfirmãs. Iam quotiẽs ⁊ q̃ grauiter luſit in Ceſarem: Andron qdam Laodicenus Romam uenerat: ⁊ aduẽtus ſui cauſam interrogauit Cicero: Atq; illo rñdẽte: pro patrie ſue libertate legatum ad Ceſarem ueniſſe: ſeruitutem Romanaz diſſimulare nõ ualẽs: greco ſermone in hãc ſniam rñdit: Si obtinueris: ⁊ pro nobis itercede. Abutebaẽ Ceſar vno tpe mr̃e ⁊ filia: nomẽ mr̃i Seruilia que ⁊ Marci Bruti genitrix fuit: quã ut ait Suetonius: añ alias dilexit: ⁊ cui ſup alias donationeſ margaritam ingẽti p̃cio mercatus eſt: Filie nomẽ Tertia que ipſius ſoror Bruti: ⁊ .G. Caſſij cõiunx erat: Cum itaq; bona ciuitatuz ſubhaſtarenẽ iuſſu Ceſaris: ⁊ ſeruilia magni ualoris p̃diũ exigua pecunie cõparaſſet: luſit Cicero: Eqdem quo melius emptum ſciatis: cõparauit hũc fundum Seruilia: Tertia deducta. Rogatus pro amico ut ei decurionatuz ꝓcuraret: multis audiẽtibus rñdit: Rome ius hñte Pompeio difficile eſt qđ poſtulas: tacite facilitatem Ceſaris nimiam incuſans: ſup ſenatus dignitatibus paſſim ꝓfundẽdis. Eodem pertinet qđ Laberio ait: Cum enim ſenatu ſupra modum aucto: parum afforet qn loca ſenatoribus nouis deeſſent: vna ⁊ rudem ſenatum: ⁊ Laberium nõ iueniẽtem ubi nam aſſideret: ⁊ ipſum qui anguſtiarũ mãm p̃buerat Ceſarem illuſit: Recepiſſem ingt te niſi anguſte ſederem. Hũc tñ iocum nõ inultum tulit. Ita enim ille repcuſſit: Miruz ſi anguſte ſedes qui duabus ſellis ſedere ſoles: duplicitatez animi ⁊ fidei cõſtãtiam obiectãs: quam multi tunc obijciebãt viro egregio. Sed immerẽter ⁊ idigne hec optimus ⁊ innocuus ciuis audiebat: ne excuſationem eius ſileam: que eſt in Saturnalibus: vñ iocoſa huius magna ex pte decerpta ſunt. Eqdez qđ ſe quiẽ excuſare neſcio: parũq; abeſt ut ſniam reuocẽ Egrediẽ enim oẽm ludi modum ⁊ aptum cõtinet odium: qđ dicam eo magis: quo nõ uolatili leuitate loquẽdi excidit: ſed mãſura grauitate a ſcribẽte dictatum. Sic enim in epiſtola quadam ait: quaz ad. G. Caſſium interfectorem Ceſaris miſit: Uellem idibus Martijs me ad cenam inuitaſſes: profecto reliquiarum nihil fuiſſet: Nunc me relīqe ueſtre exterrẽt: Auguſtũ Ceſarẽ ac Marcũ Antoniũ

religarum noīe ſignificās. O hoſtilem ⁊ virulētuꝫ iocum: ⁊ qui Laberij dictum Antonijꝗ factuꝫ ꝓpe iuſtificet. Multa ſe offerūt ſimilia. Sed nimis amicum meum urgeo: Subſiſtam igiť. Nec a Cicerone tm̄: ſed etiaꝫ vulgo laceratus eſt Ceſar. Siquideꝫ ꝑegrinis ac nouis hominibus admiſſis in ſenatum: pꝛecipue gallis: inuentus eſt libellus hoc

D continens: Bonum factum: ne quis ſenatori nouo curiam moſtrare uelit. Item illa publice canebantur: Gallos Ceſar in triūphum duxit: idem in curiam. Et rurſus: Galli bꝛachas depoſuerūt: latuꝫ clauum ſumpſerūt. Et hec qdem ideo: ṗmum: qa illud idem reſpiciūt qȯ in Laberiū iocās Cicero moꝛdebat. Nūc paulo ſupius redeūdum eſt. Edilitatem agēs Ceſar cum Marco Bibulo Capitolium ac forum comitiūꝗ ⁊ baſilicas ac poꝛticus adoꝛnauerat: ludoſꝗ īſuper fecerat cōmuni ipēſa: Sed qꝛ college obſcurius: clariſſimuꝫ Ceſaris nomen erat: cum apud animos hominum omnium gratia reflecteret in Ceſareꝫ: iocatus eſt Bibulus idem ſibi qȯ Polluci ꝯtigiſſe: Etenim cū fratre ille cōmunem domum habēs: ſileret in populo: ⁊ Caſtoris tm̄ domus diceret: ſic communem ipſius ac Ceſaris largitatem vnius ⁊ nō alterius iactari. Cum eodem poſtmodū Marco Bibulo cōſulatum gerens: qȯ abſꝗ ullo eius reſpectu rempublicam ꝟſaret: iocādi occaſionem vulgo dedit: Fuere qui quotiēs ex more tale aliqd agerēt: qȯ ꝯſignatione diei ⁊ cōſulis egeret: nō Ceſare ⁊ Bibulo: ſed Julio ⁊ Ceſare ꝯſulibus geſtum ſcriptis mādarēt. Hic vulgati mox ſine auctore uerſiculi: Nō Bibulo quicꝗ̄ nuꝑ ſed Ceſare geſtū eſt: Nā Bibulo fieri ꝯſule nil memini. Et hec iuidioſa ma-

E gis q̄ꝫ obſcena. Cōtra illa turpiſſima. Adoleſcens admodum adhuc Sylla ſuꝑſtite: cuꝫ foꝛtune ſue nauigium patrie tēpeſtatibꝰ nuꝑ agnoſceret: ſeceſſit: Aſiam petēs atꝗ apud Nicomedeꝫ Bithynie regem paulo familiarius ſubſiſtēs: ex leuiſſima cā grauiſſimam ⁊ inexpurgabilem ꝯtraxit infamiaꝫ tanꝗ̄ adoleſcētie flore ꝓſtrato regie libidini. Hic ſuſpitio pꝛo ueritate ſuſcepta: ⁊ omnibus ſine fine: non tam iocundum q̄ꝫ obtrectandum materia data eſt. Cōſul ingēti patrum repugnātia Galliaꝫ ꝓuinciaꝫ obtinuerat. Hinc imodice letus magna ſenatus frequētia linguam frenare nō ualuit: meſtis ⁊ nolētibꝰ inimicis ſe qȯ optaſſet cōſecutum dictitās: cūctiſꝗ vices odij redditurum. Ubi cuꝫ qdam eas minas egre ferēs id nulli femine facile fore dixiſſet: ſatis habuit moꝛdacem iocum: urbana reſpōſione diſcutere: Et regnauit inqt in Syria Semiramis: magnāꝗ quōdam Aſie ꝑtem Amaꝫones tenuere. Jam iſta nō inter iocos numero: in qbꝰ nihil colorate agiť ſed palam igeruntˀ obpꝛobꝛia. Dolobella regine pellicem: ſpōſum iterioreꝫ regie lectice uocauit. Bibulus ipſe nō Ceſarem ſꝫ Bithynicam dicit: ⁊ feditati miſcet inuidiam: dicēs ante ſibi regem coꝛdi fuiſſe: nūc regnuꝫ. Octauius qdaꝫ eger oīo: eoqꝫ lingue moꝛdacioꝛ in publicum ꝓgreſſus: Pōpeium regis noīe ſalutauit: Mox uerſus in Ceſarem: Aue inqt regina. Cicero ipſe queꝫ ad moꝛdaces iocos cogoꝛ reuocare: Cū apte nimis multa de hac re ſcriptis etiam mādaſſet: defendētem quōdam Ceſarem Nicomedis filie cauſaꝫ in ſenatu: ac magna regis erga ſe merita recēſentē iterpellauit: Et remoue inqt iſta oro te: qm̄ notum eſt ⁊ qd ille tibi ⁊ qd illi tu dederis. Cu-

F rio cum ſtabulum Nicomedis: ⁊ Bithynicuꝫ foꝛnicem appellaſſet: ſimplici nō cōtētus macula utriuſꝗ ſexus ignominiam adiecit in oro̅ne quadam: oīum mulierum virum: ⁊ oīum virorum muliereꝫ uocitās. Sed qd hoſtilia miramur: cum a ſuis etiam militibus a qbus nullum imꝑatoruꝫ aut ducū eque dilectum cōſtat irriſus ſit: Quo die de Galliis triūphabat: currum de more ꝓſequētes: hoc inter multa cecinerūt. Gallias Ceſar ſubegit: Nicomedeſ Ceſarem. Item illud: Ecce Ceſar nunc triūphat qui ſubegit Gallias: Nicomedes non triumphat qui ſubegit Ceſarem. Illud pꝛeterea urbani: Seruate uxores: mechum caluū adducimus: Au-

G rum in Gallia effudiſti: hic ſumpſiſti mutuuꝫ. Hec tamē triūphalis utcūꝗ pōpe libertas excuſauerit Sed qs nam in illis patiētiam habuiſſet? Circa ſupꝛemum vite tēpus Lucij Bꝛuti qui Tarqnum expulerat: ſtatue ſubſcriptum fuit: Utinam viueres. Statue Ceſaris hoc mō: Bꝛutus quia regeſ eiecit cōſul ṗmum factus eſt: Hic qꝛ cōſules eiecit: Rex poſtremo factus eſt. Mirum ꝙ hō inuicti ſpirituſ ⁊ nullos metuēs: tam ꝑtulerit multa. Qȯ non minus ꝓpter admirationem eius attigi: q̄ꝫ ꝓpter rerum ſeu ꝟboꝝ ḡram: ut ſcilicet apperet quanta maieſtas aī uelut ex alto deſpiciētis terrirepas moꝛtalium nugas. Neꝗ enim facile videbam vn̄ meliuſ exēpla congrerem: qbus moneremur nō confeſtim excādeſcere: ⁊ ad omne ꝟbum acrius in iram rabiemꝗ ꝓrumpere: Pꝛeſertim memorātes illum. ⁊ ab hoſtibus ⁊ a ſuis grauiſſima toleraſſe. Cui quidem in utroſꝗ ꝓmpta facultas ultionis ſi libuiſſet affuit. Sed hec hactenus.

¶ De dicacitate Aſinij Pollionis contra Ceſarem. Cap̄. XXXII.

a Uguſtus quoꝗ cuꝫ multa luderet: aliquot interdum moꝛdaciora pertulit. In illa triūuirali ꝓſcriptione feſceninos in Aſinium Pollionem ſcripſerat: Ille pꝛo reſpōſo hoc tm̄ reddidit: At ego taceo: non eſt enim facile in eum ſcribere qui poteſt pꝛoſcribere.

¶ De dicacitate Curtij. Cap̄. XXXIII.

c Urtio eqti Romano molli ac ſtomachoſo: ad mēſaꝫ Ceſaris foꝛte macer turdus inuenerat: Nihil autem impoꝛtunius diuite delicato: mediocria cuncta faſtidit dāte animos gula. Queſiuit Curtius nunqd mittere liceret? Quid ni inqt Ceſar? Nō expectauit ille amplius: ꝓtinuſꝗ per feneſtram miſit: ꝓpe dignus qui pari ꝓteruia iocādi poſt turdum mitteretur.

¶ De dicacitate Licinij liberti Auguſti contra eundem Auguſtum. Cap̄. XXXIIII.

l Icinius libertꝰ Auguſti: operibꝰ patroni pecuniam largiter in ſubſidium p̄ſtare cōſueuerat. Cepto opere: ſcripſit ei certam pecuniam ꝓmittere: Sed id nō explicite: imo litteris numeros rep̄ſentātibus: Animaduertit Ceſar aliquantulum ſpatij uacātis: illud pꝛopꝛia manu totidem q̄ꝫ ſimilibus additis litteris impleuit: duplicauitꝗ ſummam tam ſolerter ut nulla ſuſpitio ineſſet: Agnouit libertus ⁊ pꝛomiſſi duplum ſoluit tacuitꝗ. Dehinc opus aliud aggreſſo ſic allucita Miſſo chirographo in quo ſcriptum erat: Confero tibi domine ad noui operis impenſam quod videbitur: Jocoſam fraudem retemptari:

urbana dicacitate pꝛohibuit.

¶De duplici dicacitate contra eūdem. Cap̄.XXXV.

A i Am illa moꝛdaciora ſunt. Cenam clādeſtinam magno ſumptu ſtudioqꝫ fecerat: qua ipſe qdem Apollinis habitu: ceteri cōuiue ſinguloruʒ deoꝝ dearūqꝫ geſta diſcubuerāt. Eius cene inuidiam infamiamqꝫ cumulauit publica fames atqꝫ inopia que illis diebus urbem inuaſerat Itaqꝫ p̄ter aptas inimicorum expꝛobꝛationes: ⁊ effuſos in populum uerſus ſine auctore famoſiſſimos: cōclamatum eſſe omne frumētuʒ deos comediſſe. Item uere Ceſarem eē Apollinem ſed toꝛtorem: quo qdem cognomine Apollo q̄dam urbis ꝑte colebat̄. Nec defuerūt qui famam p̄ncipis ab oī parte moꝛderēt: Culte ſupellectilis uaſoruʒ Corinthiorum auidioꝛ putabat̄: quin ⁊ aliquoruʒ nomina ob hoc vnum ut uaſis eorum potiret̄: in pꝛoſcri-
B ptorum numerum retuliſſe. Laborabat ⁊ altera īfamia: ꝙ in alee ludo multum tp̄is expēderet. Ex q̄bus p̄mum notam ſecuti tp̄is egregia cōtinentia diſcuſſit ac diluit: ſecūdam nō expauit. Ideoqꝫ ab omni ꝑte integerrimus: atqꝫ ut Trangllus ait: ſine ſuſpitione ullius vitij: alee famam uſqꝫ ad ſenectutem ſine diſſimulatione ſuſtinuit. De p̄mo qdeʒ ita luſum eſt: ut triūuiratus tp̄e ſubſcriberet̄ ad ſtatuam ipſius: Pater ergo Argētarius: ego Corinthiarius. His cynicus iocus ⁊ mores ſimul ꝑtīgit ⁊ originem: quam qdam ab argētarijs deriuatam dicūt: lʒ alij antiq̄ſſimam honoratiſſimāqꝫ diffiniant. De ſecūdo aūt bello Siculo moꝛdax epigramma iactatuʒ eſt huiuſmodi: Poſtq̄ꝫ bis claſſe vict⁹ naues ꝑdidit: aliqn̄ ut vincat: ludit aſſidue alea.

¶Item alie dicacitates contra Ueſpaſianum Auguſtum. Cap̄.XXXVI.

A e Xtant ⁊ in Ueſpaſianum moꝛdaces ioci: p̄cipue cupiditatem in p̄ncipe lacerātes. Fama erat eū auariſſimos q̄ſqꝫ ad amplas ꝓcurationes ꝓmouere: ut publicis dānis ditatos: plurimis cōdēnaret: ⁊ ad inopiam reduceret: Hic vulgare ꝓuerbium: talibus eum pꝛo ſpōgijs uti ſolitum: ſitiētes ſcilicet implēdo plenoſqꝫ uacuando. Eidem uetus auaritia ad hūc modum expꝛobꝛata eſt: Senex bubulcus in p̄moꝛdio p̄ncipatus eum adijt: libertatem gratuitam ſuppliciter petēs. Negāte Ceſare: exclamās: Uulpes ait pilum mutant ſed nō mores. Sane lʒ intēpeſtiuum hoc loco videat̄: ne tn̄ ex his ſuſpitio falſa foꝛtaſſis aium lectoris occupet: differre nolui: ꝙ hāc auaritie notam ⁊ Suetonius Trangllus ſcriptoꝛ fideliſſimus: nec nō ⁊ ipſius facta dictaqꝫ p̄ncipis excuſant. Siquidem ⁊ initio impij: teſtatus eſt imēſa pecunia op⁹ eē: ut poſſit inopia coꝛruētes reſpublicas ſubſiſte-
B re. Preterea q̄litercūqꝫ queſitis: optime: ut ait idē Suetonius: uſus eſt in oē genus hoīum liberaliſſimus. Sed nihil eſt iniqus iudicio populari: pꝛo libito craſſat̄ inexorabiliterqꝫ diffinit. Nec v̄ba: nec facta ꝓfuerūt: quo minus etiam defunctum ſequeret̄ infamia. Uiuus ex more ueteri ſumēs moꝛtui ꝑſonam: factorūqꝫ ac dictorum viuētis repn̄tatoꝛ: ꝑcōtatus publice diſpēſatores: quāti funeralia cōſtarēt? Ut audiuit cētum ſextertia cōſtare: moꝛdaciter exclamās ex ꝑſona p̄ncipis: Date mihi cētuʒ ſextertia meqꝫ uel in tyberim ꝓijcite. Et hoc qdeʒ in mores iocatum eſt: ⁊ in oris ſui habitum. Quidam urbanus natura dicatioꝛ: hoꝛtāte Ueſpaſiano: ut cōtra ſe aliqd diceret: Faciam inq̄t cum uentrem exonerare deſieris. Nitēti enim atqꝫ impellēti ſimillimam faciem habuiſſe eum: ⁊ ſcriptores rerum tradūt: ⁊ imago vultus ſui que vulgo adhuc aureis uel argēteis ereiſqꝫ nūmiſmatibus inſculpta reperitur indicat.

¶De dicacitate Ambij Criſpi contra Domitianum Auguſtum. Cap̄.XXXVII.

d Omitiani quoqꝫ pꝛincipis mores tragico dente digniores iocātium licētia momoꝛdit: Certam diei partem deputare ſolitudini in conſuetudinem adduxerat: Illic nihil q̄ꝫ muſcas aucupari ſolitus: graphioqꝫ acutiſſimo trāſfigere. Querebat̄ ad ianuaʒ: ulluſ ne in thalamo ſtaret cum imꝑatore? Rn̄dit Ambius Criſpus: Nullus: immo ne muſca quidem.

¶Item alia dicacitas contra Claudium Auguſtuʒ. Cap̄.XXXVIII.

c Laudius Auguſtus p̄nceps: inter multa turpis ⁊ nefarie demētie: libertis ac ſpadonibus ſe ſuaqꝫ oīa credidit: eiſqꝫ miſer paruit: cui Romanum late impiuʒ parebat: oībus tamen Narciſſum ⁊ Pallātem p̄tulit: Quibus ⁊ honores ⁊ lucra ſine fine cōtulit: rapinaſqꝫ q̄s uellēt ꝑmiſit exercere: eouſqꝫ donec illis ſolis locupletibus uēditis oībus: erarium inſuꝑ impos eſſet. De cuius interdum pauꝑtate cōquerēti Claudio: ſic libani moꝛdacitate riſum eſt: Abūdare incipies: ſi a duobus libertis tuis admiſſus in ſocietatē fueris.

¶De dicacitate contra Neronem. Cap̄.XXXIX.

i Am v̄o q̄ꝫ moꝛdacibus v̄bis potit⁹ eſt Nero: Tāetſi nulla moꝛdacitas infandi pudēdiqꝫ p̄ncipis meritum poſſit adeq̄re: Puerum quēdam Sporū noīe cuius infami amore deperibat: dēpta virilitate in ſexum femineum transfoꝛmare niſus: obluctāte natura: eoqꝫ dementie raptus erat: ut nō ſine dote ⁊ oꝛnatu exq̄ſitiſſimo: q̄lis cōiugibus Ceſaris eē ꝯſueu erat: magnifico apparatu nuptiarum in domum ſuam publice euocatum: haberet legitime uxoris loco. In quo ꝯiugio ita iocatus eſt qdam: Bn̄ agi poterat cum reb⁹ humanis: ſi Domitius pater talem habuiſſet uxorem q̄ꝫ ꝓpꝛie damnoſam mundo Neronis originem denotauit?

¶De dicacitate Lucij Craſſi contra Gaium Domitium. Cap̄.XL.

b Uius imꝑatoris attauus: Gaius Domiti⁹ Enobarbuſ: homo durus ſeditioſuſqꝫ ⁊ arrogās fuit. In cuius mores ita luſiſſe traditur Lucius Craſſus oratoꝛ: Quid miruʒ ſi eneam barbam Domitius habet: cum ⁊ os ferreum ⁊ plūbeum coꝛ habeat? Sed iam ſatis domi luſum eſt.

¶Alia dicacitas cuiuſdam philoſophi cōtra quēdaʒ libertum ſuperbum. Cap̄.XLI.

l Ibertus regius repētinis opibus inflatus philoſophos aliquos ad cenam inuitauerat: Qui cum de rebus uarijs ex more diſſererēt: ⁊ queſtiones eorum nō intelligēti pridicule viderent̄: alludēs libertus: Immo agite inquit: o cōuiue: dicite mihi quid cauſe eſt ꝙ ex albis nigriſqꝫ fabis non niſi vnius coloris efficitur pulmentum? Tangit ⁊ modeſtos animos indignitas Igitur arridens vnus ex philoſophis: non paſſus has ineptias: Quin tu nobis ediſſere: cur de albiſ ⁊ de nigris flagris vnifoꝛmes macule reſultant:

Satis mordaciter preterite ſeruitutis elatum preſentibus admonuit.

¶ Alia dicacitas regis philippi macedonū. C.XLII

p Philippus rex Macedonū: is cum quo Romani primum bellum Macedonicum geſſere: iocoſior etiam inter ſeria fuiſſe tradit̄ q̄ȝ deceret regem. Js cū ad Tarquini Quinti Flaminij multorumq; grecie principum colloquium ueniſſet: ⁊ diſceptatio de altiſſimis rebus eēt: ubi ſuus regniq; ſui ſtatus uertebatur: dicente Etolorum ꝓtore phana: qd multis uerbis opus eſt: inter nos bellum iudicabit. Jſtud qdem (inqt rex) etiaȝ cecus videt: cauillatus in loquētis lippitudinem.

¶ Alia dicacitas contra regem Antigonuȝ monoculum. Cap̄.XLIII.

n Ec minus mordacior: at alioquin ſtultior Theocritus nō Syracuſius ſed Chius: q cum ad infenſum ſibi regem Antigonuȝ altero oculo captum traheret̄: ſpem ꝓbentibus ſuis fore ut cum ad oculos regis ꝑueniſſet miſericordiam inueniret: Rn̄dit: Jmpoſſibilis igit̄ eſt iſta conditio: Actum eſt perij. Ceterum hec itēpeſtiua mordacitas: ⁊ Theocrito mortis: ⁊ Antigono homicidij ſimul ⁊ periurij cauſa fuit. Jurauerat ſibi eniȝ parcere: ſed aſperitate motus nō pepcit.

¶ Alia dicacitas Hānibalis contra Antiochum Syrie regem. Cap̄.XLIIII.

v Ulgatiſſimus eſt Hānibalis iocus: qui cū vir tādeȝ bello victus a Romanis: ad Antiochum Syrie regem ꝯfugiſſet: Et ille bellum moturus populo Romano: inumerabiles eqtes elephātorūq; turritorū ⁊ falcatoꝝ curruuȝ copias cāpis explicaret: noſcēdarum virium gr̄a: exercitūq; auro ⁊ purpura atq; exqſitis cultib⁹ onuſtum intuēs: Hannibalem quem lateri hēbat interrogaſſet: Satis ne putaret illa omnia Romanis eſſe? Reſpondit mordaciter irridēs: ut qui exercitum illum ducēq; nec minus Romanos noſſet: Optime ⁊ ſatis iquit eē puto Romanis hec: q̄ȝ-uis auariſſimi ſint. Acris urbanitas ſi diligenter attēdit̄: q̄ȝtum iter querētis ⁊ reſpōdētis animuȝ interſit. Sed aliquantiſper ab exēplis ueteribus abeundum eſt.

¶ De Dicacitate Dini ꝯtra quendam ipſum illudentem. Cap̄.XLV.

d Jnus idem cuius ſupra memini: cuȝ q̄daȝ muliē nobili ab adoleſcētia ſtupri ꝯſuetudinē habuerat: cui⁹ vir uel ꝯiectura rei⁹ uł notitia ifeſtus illi erat: ſed nil niſi v̄botenus audebat: Jtaq; ſub ſpecie iocādi multa iterdum aſpera iactare: Die quodaȝ icomitatus Dinus in magna populi frequentia humili uehebat̄ equo. Alter ut pudorem incuteret riuali: arrepta equi coma: ⁊ illius paruitatem ⁊ iſedētis proceritatem irridere putās: Hūc ambulare (inquit) doces: ſed ubi queſo ꝑmum hāc artem didiciſti? At ille equo calcaribus adacto: Domi tue inquit. Sic deſtinatum ſibi ruborem in interrogantis faciem refudit.

¶ Alia dicacitas Dantis contra Canem Ueronenſem. Cap̄.XLVI.

d Antes Allegerius: ⁊ ipſe ꝯciuis nuper meus: vir vulgari eloqo clariſſimus fuit: Sȝ moribus paruꝫ per ꝯtumaciam ⁊ oratione liberior q̄ȝ delicatis ac ſtudioſis etatis noſtre ꝑncipum auribus atq; oculis acceptum foret. Js igit̄ exul patria: cum apud Canem magnum: commune tūc afflictoꝝ ſolamē ac profugiuȝ uerſaret̄: primo qdem in honore habitus deide pedetētim retrocedere ceperat minuſq; in dies dn̄o placere. Erant in eodem cōuictu hiſtriones ac nebulones omnis generiſ: ut mos eſt: quoꝝ vnuſ ꝓcaciſſim⁹: obſcenis uerbis ac geſtib⁹ multum apud omnes loci ac gratie tenebat. Q̄ȯ moleſte ferre Dantem ſuſpicatus Canis: ꝓducto illo in medium: ⁊ magnis laudibus cōcelebrato: uerſus in Dātem: Miror ingt qd cauſe ſubſit: cur hic cum ſit demēs: nobis tn̄ omnibus placere nouit: ⁊ ob omnibus diligit̄: qȯ tu qui ſapiēs diceris nō potes? Jlle autem mime ingt mirareris ſi noſſes: qȯ morum paritas ⁊ ſił'itudo aioꝝ amicitie cauſa eſt. Jdem cum iter cōuiuas nobiles diſcūberet: ⁊ cōuiuij dn̄s iaȝ vino hilarior ⁊ cibo grauis ubertim ſudaret: viciſſimq; loqueret̄ friuola multa ⁊ falſa ⁊ inania: nec fineȝ faceret: aliquādiu indignās tacitus audiuit. Cūctis tādem ſilētio attonitis: gł'iabūdus iꝑe qui loquebat̄: ⁊ q̄ſi facūdie laudem oium teſtimonio cōſecutus: humētibus palmis Dātem arripit: Et quid ingt: Sentis ne ꝙ qui uerum dicit nō laborat? Et ille: Mirabar (ait) vnde hic ſudor tāt⁹ tibi.

¶ Alia dicacitas Petri Naui contra Hugutionem. Cap̄.XLVII.

h Ugutio etate nr̄a multis actus fortune tēpeſtatibus: ad aulam tādeȝ memorati Canis magni Ueronēſis: uelut in portum aliquem feſſus ſenex appulit: ubi magnifice exceptuſ qȯ in illa domo ꝑcipuum erat: nō hoſpitis ſed parētis locum tenuit. Orta aūt (ut fit) ſuꝑ menſas ſemel edēdi mētione: cum multi magni comeſtores referrent̄ ab alijs: expectatus Hugutio ipſe qui inter maximos habebat̄: ut de ſe aliqd loqueret̄: Cepiſſetq; vir immēſi corpis de eſu ſuo in etate iuuenili quedam incredibilia narrare. Petrus Nauus qui in eadem Canis aula ſapiētia celebris ſed mordax habebat̄: rn̄diſſe tradit̄: Minime qdem miror hec que dicis: cum maiora ſileas que tn̄ ſcim⁹ Piſas ⁊ Lucam vno prādio comediſti. Pūgentis ioci cuſpidem trāſfixiſſe ſenis aium reor. Cōſtās eſt enim opinio: potuiſſe die illo quo de dictarum ciuitatum dn̄io pulſus erat: vulgi tumultu cōprimi: ſi e conuiuio ſurrexiſſet.

¶ De facetijs pauꝑum ⁊ ingenioſis remedijs in neceſſitatibus adinuētis in generali. Cap̄.XLVIII.

h Abet ⁊ pauꝑtas ingenium ſuum: habet ⁊ cogitationes alias: Nec nūc ulla cōmemoro que vniuerſis urbibus cāpiſq; ⁊ littorib⁹ nota ſunt: quot curas quātoſq; labores pro mortali felicitate ſolliciti: domi militieq;: terra pelagoq; ſuſcipimus: q̄ȝ cupide q̄ȝq; ꝑiculorum omnium oblitus: Jmpiger extremos currit mercator ad indos: Per mare pauꝑieȝ fugiēs per ſaxa per ignes Sed illa dūtaxat que in remedium ſuiipſius ocioſa pauꝑtas excogitat: qualia ſunt hec in Saturnalium libris precedētibus intermixta: que quoniam facetiarum non expertia ſunt: relatu non indigna iudicaui.

¶ De ingenio pauperis erga Ceſarem Auguſtum ſalutandum per coruos ſic edoctos. Cap̄.XLIX.

p Endente inter Auguſtum Ceſarē ⁊ Marcum Antoniū fortuna: cuius belli neq; mediocres caſus erāt: neq; vulgaria premia

victorie:ingẽſqꝫ apud oẽs gentes finis expectatio:
Pauꝑ qdam Rome in cũctos ſibi ꝓuidẽs euẽt⁹:i
genium tale cõmẽtus eſt:omni diligẽtia duos cor
uos enutriuit:effecitqꝫ (tantum in omni re ſtudiuꝫ
ualet) ut dicacibus ṽbis:alter Auguſtuꝫ:alter An
toniuꝫ ſalutaret. Idem Auguſto tãdem victore in
pr̃iam reuertẽti:ſalutatorem ſuum manu p̄ferens
occurrit:qui iter crocitãdũ hec ṽba fundebat:Aue
Ceſar victor impator:Delectat⁹ Auguſtus vigin
ti milia nũmoꝝ loq̃cem uolucreꝫ comꝑauit. Argu
ta qdem:ſed diu precõcepta ſubtilitas.

Item de eodem. Cap̄.L.

T huius ſocius ex tꝑe cõſilium cepit. So
s cio eniꝫ ditato inuidẽs (neqꝫ latius apd̄ ul
lum genus hoium regnat iuidia) Ceſarem
adijt:obtinuitqꝫ ut coruum alteruꝫ afferri iuberet.
Iuſſus illum attulit qui hoſtem ſalutare didicerat
his ṽbis:Aue victor impator Antoni: Non ampli
us motus eſt Ceſar:q̃ꝫ ut p̄oris auis precium:pre
ciperet cum delatore partiri.

De eodem. Cap̄.LI.

Er ideꝫ tẽpus inuẽtus eſt qui picam ad ſa
p lutationem ſimilem:inuẽtus ⁊ qui pſitacũ
erudiret. Et hunc ⁊ illam emi placuit.

Item de eodem. Cap̄.LII.

Ot vicinoꝝ ſucceſſibus admonit⁹ iops ſu
t tor: ⁊ ipſe corui ingenium agẽ inſtituit:qd̄
cum fruſtra diutius tẽtaſſet:tedio affectus
crebroqꝫ mutam auem icrepitãs aiebat:Opa ⁊ im
pẽſa perijt. Uix tãdeꝫ coruus ⁊ hoc ⁊ ſalutationẽ
que iubebaꝛ exp̄ſſit: ⁊ in publico poſitus p̄tereũtẽ
Ceſarem ſalutauit. Qd̄ ille audiẽs:Satis inqt ſa
lutatoꝝ talium domi hẽo. Procedẽs in uociferati
one ſolita coru⁹ ait:Opa ⁊ impẽſa perijt. Effuſus
in riſum Ceſar:maiori q̃ꝫ ceteras precio redemit.

**De ingenio cuiuſdam homũculi greci erga Augu
ſtum quomõ ſue cõſuluit pauꝑtati. Cap̄.LIII.**

D Auguſti famam:nõ ex Italia tm̃:ſed ex
s grecia atqꝫ orbe toto ꝯcurſus fiebat lr̃atoꝝ
hoium. Uenit iter multos Greculus poeta
pauꝑ:qui nihil p̄ter muſas ⁊ calamuꝫ hẽret:Is in
ꝯſuetudinem adduxerat p̄ncipem a palatio deſcẽ
dẽtem p̄occupare oblato carmine aliquo ipſi⁹ gr̃aꝫ
cõtinẽte. Qd̄ cum nõ intelligẽte uel diſſimulante
eo ne qcq̃ꝫ ſepius expt⁹ foret nec adhuc ceſſaturus
videreꝛ:ſcripſit Auguſtus manu ꝓpria breue car
mẽ grecum:qd̄ illi ad ſe de more ꝓperãti premiſit:
carmine carmẽ pẽſaturus. Ille cum ueneratiõe ſu
ſceptum:cũ admiratione ꝑlegit. Poſtq̃ꝫ ſatis ⁊ ge
ſtu ⁊ ṽbis dictãtis igenium collaudaſſe viſus eſt:
accedẽs ꝓpius ex macri crumena paucos excuſſit
nũmulos porrexitqꝫ p̄ncipi munuſculum greco ſer
mone ꝓſecut⁹. Cuius hec fuit ſnia:Nõ ꝓm factum
tuum Auguſte:ſi plus hẽrem plus darem:Cũctis
qui aderãt in letitiam ṽſis. Ex illius actu qd agen
dum ſibi foret admonitus Ceſar:accerſito diſpẽſa
tore diſerti homũculi cõſuluit pauꝑtati.

**De duab⁹ vijs qbus religioſi multi habuerunt ma
gnas diuitias a domino Ioanne papa viceſimoſe
cundo. Cap̄.LIIII.**

Rincipum morib⁹ itẽdere: ⁊ que illis ſal
p uo decore placeãt excogitare:nõ iutile ꝯſi
lium egẽti. Qd̄ ſi vnq̃ꝫ:clariſſime dieb⁹ no
ſtris apꝑuit ſub Ioãne viceſimoſcd̄o romano põti
fice. Hõ ꝑſtudioſus ⁊ uehemẽtioris animi:hinc le
ctioni libroꝝ ihiabat:illinc ſimultates acerbas ⁊ i
extricabiles agẽs cum impio Romano:alteraꝫ vi
le ꝑtem huic ſtudio deuouerat. Ceterum cũ a legẽ
do ⁊ ſenium ⁊ curarum uarietas retardaret: gra
tiſſimus erat illi qſqs defloratos:ut ꝓprie dicaꝫ:li
bros ſub breuilogo ꝑſtringeret redigeretqꝫ in eas
q̃s tabulas uocãt. In qb⁹ oẽ qd̄ ex libris quereref
facillimũ eẽt inuentu. Rurſus affectu alio ipulſus
nihil cupidius audiebat q̃ꝫ rumores ex Italia ger
maniaqꝫ. Has enim añ alias ſupra ſtomachum ge
rebat:qb⁹ audiẽdis ſiue ueri ſiue falſi:nihil ad reꝫ:
mõ leti eẽnt atqꝫ magnifici:mirũ in modum credu
li ſenis icẽſum pectus mulcebaꝛ. His duabus igiꝛ
vijs multos eo tꝑe vidimus ab extrema iopia ra
ptim ad magnas diuitias ꝑueniſſe:Ex illoꝝ grege
p̄cipue qui religionis titulo gl'iantes:quam ꝓfeſſi
videnꝛ pauꝑtatem:pre cũctis mortalibus exoſam
habẽt. Hic mihi qm̃ lectoris faſtidio parcere ꝓpo
ſitum eſt:ſecũdi uoluminis finis eſto.

Franciſci Petrarche poete oratoriſqꝫ clariſſimi:rerum memorandarum Liber tertius incipit.

Tractat⁹ p̄mus eſt de ſolertia:aſtutia ſiue calliditate operationes aut uerba hominum concerneñ.

**De ſolertia Lucij Iunij Bruti Tarquini ſuperbi
auunculi. Cap̄.I.**

Upereſt acumẽ animi ſolertiaqꝫ rerũ
gerẽdaruꝫ:quam ſolam prudẽtiã vul
s gus appellat:Qua in re p̄mo roma
ne libertatis auctori p̄mus quoqꝫ lo
cus dabiꝛ. Lucius Iunius Brutus:
Tarqni ſuꝑbi auũculi ſui nãm ⁊ mores ab adole
ſcẽtia ꝯtẽplatus:cum oẽm illi ṽtutis hitũ odioſuꝫ
ac formidabilem videret:ob eãqꝫ ſuſpitioneꝫ iuuẽ
tutis p̄cipuum florem: ⁊ in p̄mis frẽm ſuuꝫ crude
litate extinctũ:Qd̄ vnum ſibi de ſpe reipublice cõ
ſilium erat a ſolertia mutuat⁹ eſt:ṽbis atqꝫ actib⁹
delirãtis ſpẽm iduit:vnoqꝫ item altero ridiculoſi
us admiſſo affectate uecordie breui fidẽ fecit. Su
p̄eruacuum viſum eſt ferruꝫ adigere iugulo demẽ
tis:ita cũctis pereũtibus ſub hac nube latuit: do
nec erũpẽdi tẽpus affuit. Idem adoleſcẽtib⁹ regi
is iuſſu patris munera Delphico Apollini ferenti
bus ridiculi gr̃a:ut Plinij uerbis utar:comes ad
ditus eſt metuẽſqꝫ ne manifeſta reuerẽtia diſſimu
late prudẽtie daret ſignuꝫ terrebrate virge ſambu
ce aurum infuſum aris obtulit. Deniqꝫ regis filijs
poſt iuſſionem patris adimpletam:de regni ſucceſ
ſione percõtãtibus:cum reſpõſum eſſet ab Apolli
ne:de regno qdem nihil:ſed ſummam poteſtatem
obuẽturam illi qui matri primum oſculum tuliſſet
Ceteris de regina dictum eſtimãtibus:Brut⁹ pa
rẽtem publicam humani generis terram intellexit
Subitoqꝫ uelut ab aliquo ſociorum impellereꝛ ꝓ
nus corruẽs furtiuum terre oſculum ingeſſit. Nec
multo poſt aſſumpta libertate primus conſul men
tiri Apollinem non eſt paſſus.

De ſolertia ⁊ aſtutia Romuli. Cap̄.II.

Tqꝫ ut ad infãtiam ⁊ icunabula Romani
s iperij reuertar:q̃ꝫ uerſutuꝫ ⁊ q̃ꝫ ſolers Ro
muli ꝯſilium:qui ad fũdãdam incolẽdãqꝫ
nouam urbem:letiſſima iuuẽtute ꝯtracta: cogitãs

vnius nec ampliꝰ etatis populuʒ ope feminea de
ſtitutuʒ:finitimoꝝ matrimonia:q̄ ꝑces ſp̄ete fue
rāt: caliditate q̄ſiuit. Simulata naq̄ʒ ludoꝝ eque
ſtriū pōpa:cum ad rei famā igēs ex vicinis circū
urbibꝰ utriuſq̄ʒ ſexus turba ꝯcurreret:nuptis in
tactis ut ſcilicet raptus adulterio uacaret:v̄gines
frequētu rapuit ſpectaculo plurimoꝝ:lʒ belloꝝ cāʒ
at ꝓfecto neceſſariam ſtirpis marcie ꝓpaginem ⁊
vnicum ꝑpetuāde ciuitatis adminiculum

¶De ſolertia Nume Pompilij. Cap.III.

e T ut ordinē diadematum teneāt exempla
ſolertie: Numa Pōpilius ſecūdus roma
noꝝ rex:aiaduerſa populi ferocia quaʒ ar
dētiſſima p̄deceſſoris inſtitutione cōcepat:mitigā
doſq̄ʒ mores: ratus occaſione nouitatis tēporum
uſus eſt:Sentiebat adhuc Alpinum qddaʒ ac pa
ſtoriuʒ ineſſe animis. Itaq̄ʒ ſepe ſolus Aricini ne
moris opaciore ⁊ gelido fonte roſcidam ſpelūcaʒ
igredi longaſq̄ʒ ibi noctu moras agere: ſubmotis
ꝓcul arbitris ſolebat ſimulato cōiugis egregie fa
miliari uti collogo. Sic iniecto deoruʒ metu facile
credulum ⁊ inexꝑtū populū quibus libuit legibuſ
ac ſupſtitionibus inuoluit. Q̄ō mirātes qdā uſuʒ
Pythagore pħi ꝯſilio putauerūt:quoꝝ opinioni ⁊
tēpoꝝ ⁊ locoꝝ rō aduerſa eſt. Cōſtat enim Pytha
goram in Italiam ueniſſe Sup̄bo regnante:qō tē
puſ ab iteritu Pōpilij ſuper humane vite longiſſi
mum modum diſtare notum eſt. Illud quoq̄ʒ com
pertum:non urbem Romam ſed extremum italie
angulū tenuiſſe Pythagoraʒ:ut appareat iter euʒ
⁊ illum de quo agimꝰ Romanum regem:nullum
ꝓrſus uel loci uel tp̄is fuiſſe cōmerciuʒ. Quo rex
iſte maior vir habenduſ eſt:ut Marci Tullij v̄bis
utar:q̄r ſapiam ꝯſtituēde ciuitatis duobus ꝓpe ſe
culis ante cognouit q̄ʒ eam greci notaʒ eē ſenſerit.

¶De aſtutia Minois ac Lycurgi. Cap.IIII.

n On tū negaueriʒ in ꝯſtitutione cerimonia
rum ac legum Minois ac Lycurgi ſolerti
am ſecutū. Quoꝝ primus ex antro Iouis
leges uelut ipſius Iouis de manibꝰ acceptas eſſe
rebat:ut earum iugo Cretēſes mixta cuʒ impio re
ligiōe p̄merent. Alter eadem arte:ſed diuerſo nu
mine in cōdēdis Lacedemonū legibus uſus eſt.

¶De aſtutia ⁊ calliditate cuiuſdam ſummi ſacerdo
tis idolatre circa initia urbis Romane. Cap.V.

e Adem p̄ma etate Romanoꝝ uacca porte
tuoſe pulchritudis ac ſtatute in finibꝰ Sa
binoꝝ edita. Cōſulti aruſpices reſpōderūt
fore ut qſqs Diane cuius in Auētino tēplum erat
eam victimaʒ mactaſſet:vniuerſi orbis monarchi
am p̄tie ſue q̄reret. Bouis dn̄s gaudio exultans:
ne qd ꝑ moras de igētis rei occaſiōe p̄termitteret
in Auētinū ꝓpere perductam ante aram ſtatuit.
Etiam cultris ac uaſculis ex more congſitis acci
gebat. erat totꝰ in ſacrificium intentꝰ Sabinus ur
lut omniuʒ terrarum imꝑiū queſiturus. Inter hec
anxium re compta ſummꝰ tēpli ſacerdos ſub obtē
tu religiōis abſtrahit ab icepto:ꝑ q̄ʒ ſancte admo
nēs:ne ante ſacrificet q̄ʒ ſeſe viuis vndis p̄terlabē
tis fluminis abluerit. Deſit ille: ⁊ dum uenerabū
dus ad ſiniſtram ripam Tiberis ex colle deſcēde
ret:callidus ꝑſuaſor raptim ſacrificium ꝑegit. Nō
inſulſa ſacerdotis aſtutia:ut tūc res erāt: Sed qō
Valeriꝰ addit hac arte q̄ſitum Romanis impiuʒ
terrarum orbis p̄ridiculum ꝓfecto nunq̄ʒ eo ma
gnitudinis ꝑuētuʒ foret:ſi nō magis ardēs excel
lēſq̄ʒ claroꝝ viriꝰ ciuium ⁊ armoꝝ exꝑiētia q̄ʒ fur
tiuum ꝑegrine bouis ſacrificium contuliſſet.

¶De ſolertia Scipionis Africani maioris. Ca.VI.

ſ Cipio Africanus maior ꝓrimum tenebit
locum. Hic exercitum in africam traiectu A
rus Libyū ꝑuenerat. Erāt circa latus eiꝰ
trecēti iuuenes Romani:qbus ad bellum ſtrenue
gerendū nec animi deerāt nec corꝑa:ſʒ arma ⁊ eq
Quoꝝ congſitio fatigato erario haud facilis vide
baf. Itaq̄ʒ cum longi apparatus facultatem tēpo
ris anguſtie negarēt:niſi in caſtris eſſe:ut inermes
cum armatis mixti tenerenf ⁊ ipſi cōſiliorum du
ris ignari mirabanf ⁊ mirari reliquos cogebant.
Scipio igitur ſolertia ſuccurrēdum ratus egeſta
ti totideʒ Siculis eqtibus qui ex oibus genere ac
diuitijs florebāt:ut armati egregie atq̄ʒ eqs excel
lentibus inſtructi ſtatuta die adeſſent:ꝑcepit. Q̄ō
cuʒ non ſine querelis tacitis exequerenf: ⁊ affines B
ſingulorum metus urgeret:prefixa dies affuit:me
ſti atq̄ʒ ſolliciti ob hoc vnum q̄r prouocādi ius nō
erat:paruere. Legēs in frontibus ſecreta pectorū
Scipio:in tēpore reuerſos alloquif mitius: Et vi
deo uos inqt tedio ac labore lōginque militie con
territos: ⁊ quo nā pacto uos hoc onere leuare que
am iādudum cogito. Proinde dicite interpidi pri
us q̄ʒ in diſcrimen uētum ſit:quid cuiuſq̄ʒ fert aiuſ
hic. Cuʒ vnus ex eo numero ſeu loquēdi prompti
or ſeu timidior pugnādi:malle ſe detractare militi
am ſi ſue poteſtatis fieret:aperte reſpōdiſſet. Tum
Scipio:quādo palam mihi loqueris:vicarium in
quit tibi dabo. Quod cum ille libēs amplecteref:
vni ex romanis inermibus in medium ꝓlata arma
⁊ equum tradidit adoleſcens Siculus. Id exēplū
ſecuti oēs qbus qes eēt charior q̄ʒ gloria:cū bona
gr̄a romani ducis exēplum imparato labori mili
tem vidētes:eādem cōditionem acceperunt. Sic
militandi neceſſitas querulis remiſſa: ⁊ igenio ef C
fectū ut qō alioqn inimici feciſſent:leti ⁊ gr̄as agē
tes arma ⁊ equos traderent Romanis. Eximiāq̄ʒ
illam eqtuʒ alam eoq̄ʒ atq̄ʒ alijs bellis ꝓbatiſſimā
euaſiſſe:auctor eſt Titus Liuius. Idem ab adole
ſcētia ſupra q̄ʒ credi poſſet mira q̄dam arte in oſtē
tationem v̄tutis ac glie inſtructꝰ erat. Percrebrue
rat aūt fama ſeu ex rebus geſtis ſeu ex moribꝰ ſeu
ex forma corꝑis oriēs:nō humana ſed diuina eum
ſtirpe ꝓgenitum:cui qō in tali re uſu euenit ⁊ fabu
larum ambages aderāt:viſum ſerpētem iſuete ma
gnitudinis in lecto mr̄is:ſibi ifantulo draconē cir
cūfuſum nihil nocuiſſe: ⁊ multa huius gn̄is vulgꝰ
credulum motura hāc de ſe opinionem tali igenio
nutriuit:ut de origine qdem ſua nihil ſpōte loque
ref. Et cum iterrogaref an uera eēnt que paſſim fe
rebanf: nec affirmaret:ne quam exinde maculam
uanitatis icurreret:nec negaret qō credi ab oibuſ
gaudebat:hac taciturnitate plus aſſecutus eſt q̄ʒ
ſi ſe palā Iouis filium p̄dicaſſet. Addidit aliud ſo
lertie genꝰ. Per ſingulos dieſ anteq̄ʒ qcq̄ʒ publici D
p̄uatiq̄ʒ negocij ageret:in capitoliū aſcēdēs:ſellaʒ
Iouis ſolus intrabat:ubi aliquādiu ueluti diuino
collogo frueref vulgo ꝑſuaſerat:ide ſpei plenuſ di
grediebaf ad agēdas res. Idq̄ʒ in multis bellis re
pletis ſpe militibus q̄ſi ex celo ꝓmiſſis ꝓſpis euē
tibꝰ ad victoriā cōtuliſſe notū eſt. Imitatū opinari
triū quos pauloan̄ retulimꝰ exēpla nō alienū eſt.

Ⓒ De aſtutia ⁊ ſolertia Hānibalis: Fabij: Solonis
⁊ Themiſtoclis i gn̄ali: ⁊ Fabij i ſpāli. Cap̄.VII.

T apud Ciceronez ſcriptum eſt: callidum
A u Hānibalē ex penoꝝ: ex nr̄is ducibus. Q.
Fabium maximū accepimus: Facilē cela
re: tacē: diſſimulare: iſidiari: ꝑripe hoſtium cōſilia
Addit ⁊ alioꝝ noīa: quos apud Grecos huiuſce-
modi artib⁹ nobilitatos refert: In qbus Themiſto
clem ⁊ Solonem. Poſſem multos ſupaddere: niſi
curioſi ⁊ ocioſi ꝑiter eēt igenij vniuerſa congrere:
ꝑcipue quoꝝ explicatio ſb bellicis cautelis erit op
portunior. Nūc pauca de tranqlliore quorūdā ex
his ducib⁹ ſolertia expediā: Atq̄ ut a nr̄ij more ſo
lito icipiam. Q. Fabius Maximus Lucanum eq
tem ac romanuz peditem: duos eo tp̄e fortiſſimos
B bellatores: ceterum ſuo quēlibet vitio laborātē in
caſtris nouerat. Eqtem turpi meretricis amore ꝑ-
eūtem: peditem parum ſpectate in romanos fidei:
Utriuſq̄ potius morbo cōſulē: q̄ alteri⁹ uel ambo
rum opa carē ſtatuit. Eqtem igit̄ occulto ꝑmittēs
comꝑare ſcortuluz qd̄ ardebat: peditem v̓o nō mō
nō ſuſpitionib⁹ aggrauās: ſed eximijs iſuꝑ laudi-
bus atq̄ honorib⁹ pro cōcione ꝯcelebrās. In utro
q̄ qd̄ optabat conſecut⁹ eſt. In p̄mo qdē ut noti cō
pos expeditiſſimus ac ꝓmptiſſim⁹ in oē diſcrimē
eēt: nec imerito dici poſſit: is demum militaris di-
ſcipline rigor utiliſſimus tātiſper de rigore amiſiſ
ſe. In ſcd̄o aūt phici cōſilij effectum feliciſſime na
ctus eſt: Seruum enim bonū ⁊ fidelem nō ſolum
q̄r crediſſet. ſed q̄r uel credē ſimulaſſet: effecit.

Ⓒ De aſtutia publij Uillij. Cap̄.VIII.

I tn̄ in omni re ſupm̄ū viciſſe ſūma eſt gl'ia
s qs Publio Uillio ꝑferēdus: qui igenio fe
fellit Hānibalem? Ad antiochuz Syrie re
gez bello victus Hānibal ꝯfugerat: eratq̄ apd̄ eū
honorificētiſſime ꝑticeps cōſilioꝝ oium: qm̄ roma
na bella meditāti nullus magis idoneus cōſultor
occurrebat. Eo igit̄ pēdente belli apꝑatu: romana
legatio ꝓfecta eſt: in qua Publium Uillium fuiſſe
tradit̄. Is ꝑiculoſiſſimū ratus ſi potētia regis ꝯſi-
lio Hānibalis diutius fulta foret: pēſata credulita
te ac uanitate regia: ⁊ exiſtimās id qd̄ erat: Hāni-
balem ut externum hoiem iter aulicos iuidioſum
ac ſuſpectum fore: ex eo gradu quem apud regem
obtinebat: iprouiſum dicere ador⁹ eſt effecitq̄ ex
aſtu facili: Siqdem aſſidue apud Hānibalem v̓ſa
tus: oē q̄uis leuiſſimum v̓bum aurib⁹ eius inſuſur
rās: frequēti nimiūq̄ domeſtico collogo ⁊ emulis
criminandi ⁊ regi ſuſpicādi ꝑbuit māz. Ita factuz
eſt ut inaduertēs Hānibal eſt ꝯſilio reiectus. Et ſi
poſtea in gr̄am redierit: q̄r tn̄ id nimis ſero accidit
⁊ regi grauiorem caſum ⁊ romanis faciliorem pe
perit victoriam. Nec ſum neſcius apud quoſdam
ex hiſtoricis nomē Uillij apud liuz hūc actū ita
referri: ut oia caſu fortuito: nihil penitus eiuſdē ſo
lertia geſtum ſit. Sed illos in hac ꝑte ſeq malui q
ad ꝓpoſitum meum ꝑtinētē hiſtoriā tradebant.

Ⓒ De aſtutia cuiuſdā pr̄is ad correctionē filij. C.IX.

Recipitis quondam ⁊ ꝑiculoſi exit⁹ amo-
p re filij dep̄hēſo pr̄ anxius: cum apta via re
uocare eum poſſe diffideret: nouo genē ſo-
lertie māſueti pr̄is cautiq̄ cōſultoris officium iple
uit. Et queſo inqt fili pro ſalute tua: ut quotiēs ami
cam aditurus es cōem ꝑus ⁊ cōceſſam ueneré ex
periare. Qd̄ cum ille nō abnueret: atq̄ ideo ſemi-
exarmat⁹ obtuſaq̄ uelut acie libidinis ad eā quaz
afflictim diligebat ſepius acceſſiſſet: ſenſim laxato
pectore ſaniora cōſilia recepit. Et qd̄ alienis moni
tis nunq̄ feciſſet: per ſeipſum amoris flāmas rabi
emq̄ compeſcuit.

Ⓒ De aſtutia Marci Uoluſij ⁊ Saturnini ꝓſcripto
rum ad euadēdum periculum. Cap̄.X.

Uo in ſil'i imo in eodem gn̄e ꝑiculi lōge di
d uerſa: ſeu uerius aduerſa calliditatis exem
pla ꝓferant̄. Alter enim Marcus Uoluſi
us cum edilitatem plebis ageret: a triūuiris ſe pro
ſcriptum audiēs: abiectis iſignibus magr̄atus ſub
inopi mēdicātis tegmine per exploratores medi-
os nulli cognitus ad Marci Bruti exercitum eua
ſit. Alter Saturninus Uetulo de triūuiralibus ꝓ
cellis ubi ſe ꝓſcriptum cōperit: cōfeſtim ꝑture ha-
bitum arripuit cum ꝑuatus eēt: ꝑmiſſoq̄ lōgo or-
dine ſeruoꝝ qui lictoꝝ ſpēm ꝑferrēt: apphēſiſq̄ ue
hiculis ⁊ iure uelut ꝓprio per oēs terras occupa-
tis hoſpitijs: obtinuit tam ꝯſtāti aio ut nō ꝓſcript⁹
ſed magiſtratus populi romani ⁊ ab hoſtibus ⁊ a
quolibet ꝑtereūte crederet̄: nō aliter q̄ ſi oiuz ocu
los ſplēdore hu⁹ ꝑſtrinxiſſet: utroq̄ figmēto mox
ut puteolos attigit: naues in ſtatiōe reꝑtas ſeu pu
blice neceſſitatis gr̄a nemine aduerſari auſo cepit
cōſcēditq̄: qbus in Siciliam tutiſſimuz ea tempe
ſtate ꝓſcriptoꝝ portum fortunatus ſimulator ena-
uauit. Et hi qdem ſingulorum actus.

Ⓒ De aſtutia ciuium Tuſculanoꝝ ad vitādum furo-
rem exercitus Romanorum. Cap̄.XI.

Lla diſſimulatio mirabilior que vniuerſo
i quōdam Tuſculanoꝝ populo in extremis
caſibus opem tulit. Ingēs Romanoꝝ odi
um fracta ſepe fide meriti: cum in excidium patrie
ſue accēſum ultionis deſiderio Furium Camillum
aduētare romanaſq̄ legiones audiſſent: nec aduer
ſus tātum ducem ⁊ exercitum ſpei qcq̄ in armis
foret: ſpem oēm in ſolertia poſuerūt: Igit̄ tranqllo
pacificoq̄ habitu ois ſexus atq̄ etas menia urbis
egrediēs: hoſtes ſuos uelut ignari: ob quam cau-
ſam ueniſſent humane atq̄ alacriter exceperūt: ar
matoſq̄ nullo ueſtigio timoris edito in urbem in-
troduxerūt: comeatibus ⁊ cūctis que in rem eēnt
affatim miniſtratis: quo tam in ꝑato obſeqoruz cu
mulo pudor hoſtib⁹ iniectus eſt: qn pro odio ami
citiam: pro impēdēti patrie ruina: Romane urbis
nomē ⁊ iura meruerunt.

Ⓒ De aſtutia Auguſti Ceſaris ad dep̄hēdēdum ꝯiu
rationes que fiebant cōtra eum. Cap̄.XII.

N Auguſto qdem Ceſare adulterioruz cō
i ſuetudinem legimus. Hoc enim ⁊ inimici
eius exprobrāt: nec amici factum negant
ſed excuſant multis ꝑiculis iactatuz principem in-
ſidijſq̄ tam domeſticis q̄ externis ad id non uolu
ꝑtate turpi ſed ſolerti cōſilio ductuz: aſſerētes quo
facilius ſci icet familiaritate feminarum quid eoꝝ
viri aduerſarij ſui uel ſibi ſuſpecti agerēt mollirent
turq̄ deprehēderet: cōſtat ſiue hinc ſiue aliūde cō
iurationes contra eum omnes fere ſurgentes op-
preſſiſſe.

Ⓒ De aſtutia Otthonis. Cap̄.XIII.

Thbo qui ſeptimus ab Auguſto Romani
o imperij frena corripuit: ⁊ ſi apud quoſdaz
hiſtoricos: an ꝓpter morum feditatem: an
ꝓpter tp̄is breuitatem: incertum hinc cū Uitello

e numero ꝓ̃cipum excludatur:non abſimili conſi-
lio uſus:dum libertine anus ⁊ ſortis ⁊ etatis ul-
time ob hoc vnum quia inter aulicos gratioſaȝ ac
fauorabilem videbat:nõ obſequium modo:ſed ꝙ
anilem credulitatem mulcere ſolet amorem plane
ridiculum ſimulauit. Non inefficaci ꝗdem ſoler-
tia quãdo per illam Neroni conciliatus tunc tem-
poris Imperãti: ꝓ̃mum inter amicos ſortitus lo-
cum:ipſe poſt uerſante res hominum fortuna: ad
principatum quoqȝ ſubuectus eſt. Tantum ualuit
obſequioſa calliditas.

¶ De aſtutia Galbe principis ſuper iudicio iumen-
ti. Cap.XIIII.

g Albe ꝓ̃cipis haud ſtolidum iudiciũ: qui
cum de iumẽti dominio non ſatis idoneis
uel teſtibus uel iudicijs agereť:tum quibꝰ
ad obuolutam ambagibus ueritateȝ penetrare la-
borioſum eſſet:ſic ſtatuit:ut iumẽtum tecto capite
ꝑduceretur ubi adaquari conſueuerat:eoqȝ confe-
ſtim adaperto:illi ex litigatoribus cederet ad quẽ
ſponte ſua ſeſe potu digrediens contuliſſet.

¶ De prouido conſilio Tiberij in dimittendo curiaȝ
imperatoris Auguſti. Cap.XV.

A a T poſtq̃ȝ ad Ceſaris mẽtionem uentũ eſt:
ne obmittã Tiberij cõſiliũ qui ſumma tũc
Impatoris Auguſti gratia:maximaqȝ ho-
norum affluẽtia in ipſius ad nutum ꝓcurãtis for-
tune fauoribus:quaſi ſatietate ductus rerum feli-
cium ⁊ quietis ſtudio:ab urbe Romana ubi ſecũ-
dum a ꝓ̃cipe locum obtinebat:nullis Ceſaris pre-
cibus aut ſuorum lachrymis victus receſſit: Rho-
dum inſulam petẽs:ubi mãſit habitu victuqȝ me-
diocri multũqȝ intra fortune ſue faſtigiũ dimiſſo.
Et de facto ꝗdem cõſtat:de cauſis ambigiť. Alij
impudice ⁊ procacis uxoris tedio:cuiꝰ mores nec
ferre poſſet nec corrigere:Alij ut imperatoris filijſ
iam adultis cederet ⁊ omni ſe inuidia ac ſuſpitio-
ne liberaret:Alij autem ut raritate uenerationem
ſuijpſius aleret: ⁊ reipublice deſideriũ per abſen-
tiam augeret ſemperqȝ familiaritatis nimie comi-
B tem cõtemptuȝ remoueret. Queqȝ ſane fuerit cau-
ſa de ꝓ̃miſſis uerior:effectuſ cõſilij haud ſpernen-
dus videreť:niſi quia diſcedẽdi ꝑtinacia offendit
Auguſtum:uſqȝ adeo:ut ad reuiſendas charoruȝ
neceſſitudines redeũdi licẽtiam poſt multũ tem-
poris ſuppliciter flagitanti:reſpõſuȝ tale retulerit:
dimitteret omnẽ ſuorum curam quos tñ reliqſſet:
Et vix tandem poſt octauum annum optatum uo-
tis reditum interuentu magnoruȝ impetrauerit.

¶ De callido conſilio Marci Antonij in omittendo
ſcribere orationes ſuas. Cap.XVI.

a D externa cõuertar ſi vnum domeſticũ ad-
didero:Marcus Antonius idcirco de taȝ
multis oratiõibus ſuis nullam in ſcriptis
ſe redegiſſe iactabat:ne forſan ex ſcripturiſ ſuis ad-
uerſus ſe ſumi poſſet argumẽtũ:ſi qñ prius dictis
aliqd cõtrarium dixiſſet:Callidum magis ⁊ clien-
tibus ſuis utile cõſilium:q̃ȝ ſibi glorioſuȝ atqȝ ma-
gnificum. Atqȝ hic extrema inter noſtros figimus
ueſtigia.

¶ De cuiuſdam artificis calliditate ad magnifican-
dum nomen ſuum. Cap.XVII.

A b Uic ſimillimum calliditatis genus licet in
longinqua materia ſecutus mihi videť ar-
tifex:qui operibus ſuis uſqȝ in miraculum
excultis:nunq̃ȝ ſe ſupremam manuȝ impoſuiſſe di-
cebat:ut ſcilicet ⁊ ſibi addendi ſemꝑ mutandiqȝ li-
bertatem reſeruaret: ⁊ ſuſpẽſo iudicio ſpectantiuȝ
animis quiddam tam de artifice q̃ȝ de opere ma-
gnificentius ac perfectius ſemper occurreret.

¶ De aſtutia cuiuſdam ſerui:per quaȝ fecit dominuȝ
ſuuȝ Darium regem eſſe Perſarũ. Cap.XVIII.

q Uo tp̃e fedam magorũ tyrandinem apud A
Perſas ꝓ̃fortium virorum virtus obtriue-
rat:Cum inter tyrãnicidas uel nobilitate
uel meritis pene pares de regno lis eſſet: ⁊ aliud
ex alio ꝑiculum timereť:vnius ſerui calliditas ⁊
publicam ſollicitudinẽ omnibus eripuit: ⁊ opta-
tiſſimo dño uotorum tribuit finem. Magne qui-
dem rei exitus religioſe tandem creditus fortune:
eo reȝ deduxerat:ut qm̃ pro deo ſol in Perſide co-
leret:eiqȝ(ꝙ agilem deum ſegnis victima nõ de-
ceret)equus ſacer habereť: die certa ſolis ortum
ante regiam ad oriẽtẽ uerſi omnes in equis eſſent:
⁊ cuius equus aduẽtum ſolis hinnitu primus nũ-
ciaſſet:ille rex foret. Interea cum nihil ꝓ̃ter condi-
ctum diem expectarẽt:vnum ex eo numero Dariũ
de euentu anxiuȝ:conſpicatus ſeruus equi cuſtos:
ubi cauſam rei comperit: Noli inquit mi dñe ſuꝑ-
uacuis curis angi:ſi nil aliud agiť ego te regem fa-
ciam. Duplex hinc fama eſt: Alij demerſiſſe clam B
ſeruum digitos inter eque genitalia: ⁊ cum ad lo-
cum ueniſſent equi naribus ingeſſiſſe manuȝ:quo
odore cõcitum mox hinnitum ſuſtuliſſe. Alij per
noctem quam lux cõuẽta ſequebať: ſeruum illum
duxiſſe dñi ſui equum in cõſtitutum locum: ⁊ illic
equam habuiſſe cuius illecebris delinitum equuȝ
⁊ mane memorem nocturne uoluptatis ut ibideȝ
cõſtitit hinnijſſe. Quicquid horuȝ uerius:illud cõ-
ſtat:hinnitu audito:reliquos oẽs religione tactos
ex equis deſcẽdiſſe: ⁊ Perſico more ꝓiectos terre
ſalutaſſe regem Darium:ppl̃mqȝ oẽm primatum
ſentẽtiam ſecutum:illum regẽ habuiſſe. Ita ingẽs
regnum ſeptem ꝓ̃cellẽtium virorum periculo que-
ſitum:vnius arte ſeruuli ad vnum redijt regem.

¶ De reprehenſione aſtutia illorum qui nimias ami-
citias fugiendas aſſerunt gratia vitandi honoris
⁊ laboris. Cap.XIX.

f Uerũt in Grecia ſapiẽtes habiti qui dice-
rent: Nimias amititias fugiẽdas: Ratio-
nem afferẽtes:ꝙ innumeris ⁊ ineuitabili-
bus noſtris laboribus ac curis oneratos:ſtultum
ſit alienis inuolui: ⁊ vnius humeris multoruȝ fa-
ſce pregrauari:ſatis ſub ꝓprio fatigatos: Funda-
mẽtum beate vite ac ſecuritatem hoc uelut ariete
cõuelli: ſi externa pro amicis ſollicitudo animum
impellat: ⁊ ut ait Cicero:tanq̃ȝ parturiat vnuſ pro
pluribus. Itaqȝ cõmodiſſimum cenſent q̃ȝ latiſſi-
mas habenas habere amicitie:quas uel adducas
cum uelis uel remittas. Hoc eorum conſilium eſt:
Qḋ nõ ideo quia uel ſolers uel ſapiens eſſet inſe-
rui:ſed quia calliditatis ſpecieȝ prefert ⁊ illuſtres
habet auctores. Et ſcio ꝙ a multis atqȝ a meipſo
ꝓpter nimias curas rerum uariarum ſepe lauda-
tum eſt:Apud Ciceroneȝ tamẽ reprobať. Nec im-
merito:Tollit enim omnem bene inſtitute mentis
affectum:Quo ſublato:ut ait idem:quid intereſt:
non dico inter hominem ⁊ pecudem:ſed inter ho-
minem ⁊ trũcum:aut ſaxũ aut ꝗduis generis eiuſ-
dem. Aufert igitur humanitatem:cuius eſt ꝓpriũ

⁊ gaudere bonis rebus ⁊ dolere cõtrarijs. Tollit enim e vita amicitiam quaſi e mũdo ſolẽ: Q; ſi ꝓpter ſollicitudinem fugiẽdam amicitia negligẽda eſt: ſimiliter ⁊ virtus que ſollicitudinibus ⁊ curis multiplicibus ſcatet: quo nihil poteſt eſſe miſerius nihil amentius. Q̇ ſequitur quoq; ut excludẽdũ intelligatur inſertum eſt.

¶ De excluſione aliorum aſtutia qui ꝓpter periculum odij futuri ⁊ meriti vitandas dicunt amicitias. Cap̄.XX.

b Jantis de eadem re cõſilium notũ eſt: Jta utẽdum amicitijs ut meminerimus ex amicis inimicos acerrimos fieri poſſe. Siue ut in dialogo Lelij ſcriptum eſt: Jta amare oportere ut aliqñ ſis oſurus. Q̇ ſi diligẽtius cõſideretur: per q̄ utile reperiri Ualerius aſtruit. Ego doloſuz etſi urgear: callidum forte nõ negabo. Sed idem ſentio q̇ Ciceronianus Scipio: nullaz uocẽ amicitie inimicitiorẽ potuiſſe reperiri: Nec induci poſſum ut a Biãte dictum putẽ: q̇ is ſapiẽtie cognomine clarus ſit: ſed ab ĩpuro potius aliquo uel ambitioſo omnia ad ſuam potẽtiam reuocãte. Sane cuiuſcũq; dictuz ad extinguẽdas amicitias ⁊ magnam humane vite ſobriamq; dulcedinem efficaciſſimum abijciẽdum cenſeo. Jllud ſolertius utiliuſq; cõſilium q̇ eſt apud eundem Ciceronez: Eã nos in cõparandis amicitijs diligentiam adhibere: ne quãdo amare ĩcipiamus quem aliqñ odiſſe poſſimus.

¶ De aſtutia Solonis fingentis ſe ſtultum: quo liberius poſſet loqui legem ꝑnitioſam. Cap̄.XXI.

a O Biantis nomẽ identitate ꝓfeſſionum ⁊ Solonis admoneor: Huius illud callidũ factuz ⁊ memorabile refer̄: Cũ iter Athenienſes ⁊ Megarẽſes de dominio Salamine grauiſſimis prelijs ſepe certatum eſſet: attẽtis ultro citroq; viribus capitale crimen Athenis eſſe ceperat bellum amplius ob eam cauſam ſuadere. Contigit ut adipiſcẽde inſule cõſilium Solon vnus ex tot milibus videbatur: Angebat̄ aĩo vir ⁊ ſue reipublice ⁊ virtutis amiciſſimus: metuẽs ne aut uetitus ſermo ſibi aut im̄patum ſilẽtium patrie noceret: repẽtinum tãdem ſimulat furorem dictiſq; factiſq; oĩbus ad id q̇ aĩo cõceperat mira arte compoſitis habitu quinetiaz corporis ſimillimus amẽti ſeſe in publicum ꝓripuit impune q̇libet auſurus. Jllic cõuentus ingẽs populi factus eſt: q̄buſdam attonitis nouitate rei: omnibus finẽ expectãtibus: At ille cõclamãtis in morẽ aliquanto altius aſcẽdẽs: nõ uſitato q̄dem orõnis genere ne q̄d de ſimulatiõe detegeret: ſed premeditatis carminib⁹ ſuadere q̇ per leges non licebat aggreſſus: adeo cũctorum mouit animos ut in dicto raptim bello ex ſententia Solonis Athenienſis populus ⁊ exoptata inſula ⁊ glorioſa victoria potiretur.

¶ De ſimili figmento Ulyxis. Cap̄.XXII.

u T q̄dam memorãt Ulyxis ſimile figmentum: ſed intẽtio longe alia: q̄n Solon ut ſine capitis ſui periculo reipublice ꝯſuleret: Ulyxes ṽo ut militiam ſubterfugeret ⁊ regnaret: atq; Jthace viueret ocioſe cum parẽtibus cuz uxore cum filio ſimulauit amentiam: licet ut ait Cicero: apud Homerum optimum auctorem talis de Ulyxe ſuſpitio nulla ſit.

¶ De aſtutia Themiſtoclis contra inuidiaz Lacedemoniorum uolentium impedire refectionem murorum Athenienſium. Cap̄.XXIII.

t Empus eſt: duos ſolertiſſimos duces: q̄s ſupra pollicitus ſum in medium ꝓferre. Themiſtocles afflictis Atheniẽſium fortunis: nõ armis modo ſed argutis ſepe cõſilijs opez tulit. Parãtibus ꝓſtratos impetu Perſarum muros urbis attollere: ⁊ pluſculum inſuper telluris amplecti: legatio a Lacedemone miſſa denunciat ab incepto ut deſiſterẽt. Senſit Themiſtocles vicinie urbis inuidiam: ⁊ q̇ in earum ſtatu rerũ tutius viſum eſt: reſpõdit: uenturos ab Athenis qui in cõſilio Spartanorum ad hoc p̄ſentes agerent. Jta remiſſis domum legatis: Atheniẽſes obſecrat ut opus inceptum ſummis cum ſtudijs accelerẽt: Paretur. Jpſe poſt tempus ſub legatiõis titulo digredit̄: ſed modo morbum modo ſociorum cũctationem ſimulãs ac uelut ſine his agi nihil poſſit expectãs: tempus de induſtria trahebat. Crebreſcẽte interi opis fama: legati Lacedemoniorũ Athenas redeunt: At Themiſtocles magiſtratibus atticis per epiſtolam ſuadet: legatos capere ⁊ loco pignoris ſeruare quo ipſe tutior apud Spartanos foret. Ad quos p̄ciſis morulis ꝑueniens: aduocata cõcione patriam ſuam menibus circũdataz iam q; ⁊ armis ⁊ ꝓpugnaculis cõmunitam docet: Si quas eius cõſilij penas daret: legatos eorum eaſdem paſſuros. Poſt hoc acriter increpuit illorum ignauiam ⁊ inſolẽtiam: qui de vicinoruz imbecillitate potius q̄ de propria virtute confiderent. Jta caſtigatis ⁊ pene triumphatis emulis Athenas redijt.

¶ De aſtutia Hannibalis ut ĩcrepari nõ poſſit a ſuis Carthaginẽſibus de ꝑdito prelio. Cap̄.XXIIII.

h Annibal cum ſe forte rebus omnibus ſuperiorem crederet: ducib⁹ noſtris cõgreſſus ac nauali p̄lio fuſus erat: metuẽſq; ideo ſuorum de ſe ciuium iudicia quoruz emulationẽ uſq; uel in cladem ꝑtulit ex ipſa nũciuz pro re inſtructũ anteq̄ caſus fama p̄curreret in patriam miſit: qui frequẽti Carthaginenſiuz ſenatu quo in ſtatu ⁊ eorum atq; hoſtium res ante pugnam fuerant expoſuit: ⁊ adiecit: Hec cum ita ſint: dubitat tamẽ Hãnibal in iuſſu ueſtro fortunam p̄lij tẽptare. Et partium cõditio ꝓponebat̄: ut uériſimiliter ad penas eſſet inclinata victoria. Jtaq; conclamatum eſt ab omni parte cõſilij: nemini dubium quin pugnãduz foret: ſequeret̄ igitur fortunã ac pugnaret. Ad hec nũcius: ita fecit inquit: ſed illa eum fefellit ⁊ vict⁹ eſt: Precluſerat prima ꝑcontatio obtrectatoribus improbãdi q̇ modo probauerãt facultatẽ. Fortunam culpare poterãt: factum Hannibalis laudare cogebantur.

¶ De conſilio Demoſthenis dato mulieri paupercule que receperat depoſitum. Cap̄.XXV.

d Uo ſimul hoſpites pecunie certaz ſummã apud ancillulã depoſuerant: ea lege ut ambobus ſimul reſtitueret̄. Alter deinde hoſpitum ſqualidus: defunctum ſocium deflẽs: pecuniam repetit: mulier credula bonam fidez agnouit ⁊ depoſitum reddidit petẽti. Nec multo poſt qui defunctus ferebat̄ affuit ⁊ fractam depoſiti legez queſtus pecuniam poſcebat. Jnfelix ⁊ pecunie inops ⁊ cõſilij: nullum niſi uoluntarie mortis remedium habitura videbatur: Jã circũſpicere ceperat

quem funē collo circūdaret:qua naꝫ ſe trabe ſuſpē
deret: Miſeratus Demoſthenes innocētis ⁊ per
ſimplicitatem circūuente patrocinium ſuſcepit: ⁊
in iudicium pꝛogreſſus ita cauſaꝫ egit: Mulier ait
pꝛeſto eſt depoſitum reddere:ſed ut tu ipſe fateris
ſm cōtractus cōditionem alteri ſine altero reſtitui
non poteſt:ſocium igitur adducito:nulla mora eſt
quominuſ pecuniam cōmunem ambo ſumatis.

¶De aſtutia Ariſtotelis ſuper titulo quorūdaꝫ libꝛo-
rum a ſe factorum. Cap̄.XXVI.

l Jbet hic Ariſtotelis factum interſerere:ab
alijs q̃uis alio loco poſitum: Theodecti
diſcipulo quoſdā artis libꝛos oratorie do
no dederat:ut ille titulo libꝛorum in ſe trāſlato pu
blicaret eos:ex alieno ſtudio ſibi nomē ⁊ gloriam
queſiturus. Poſt hoc ſeu diſcipulo iratus:ſeu do-
lens alteri laboraſſe:ſeu glorie cupidioꝛ effectꝰ mu
tare cōſilium ceperat: ⁊ ad ſe reuocare uelle qꝺ de
derat. Jn alio igitur quodam libꝛo de re quapiam
ſermonem habēs addidit plenius ſibi de eo diſpu
tatum in libꝛis qui Theodectis dicerent̃. Jta pau
ciſſimis uerbis ⁊ amici gloriam ⁊ liberalitatē pꝛo
pꝛiam:qua nulla maioꝛ eſſe poterat ſubuertit:q̃ꝫ id
recte ipſe viderit ſed pꝛofecto callide.

¶De aſtutia cuiuſdā Athenienſis:qui ut vitaret moꝛ-
tis periculum publice petijt dignitatis gradum.
Cap̄.XXVII.

f Erunt Athenis quendam accuſatuꝫ apud
populum de capitali crimine:cum ſe publi
ce odioſum intelligeret:metuentem ſibi ꝙ
res grauis ac periculoſa ſub infeſtiſ iudicibus uer
teretur:hmōi cōſilium cepiſſe. Siqdem repente in
petitionem honoris deſcendiſſe: ⁊ ubi miſericoꝛ-
diam petiturus putabat̃:ſupꝛemum in ciuitate di
gnitatis gradum poſtulaſſe:nō ſpe aliqua obtinen
di qꝺ poſcebat:quippe qui extrema quoqꝫ foꝛmi-
daret:ſed ut eſſet ubi ſe aduerſus eum cōceptꝰ po-
pularis furoꝛ abſumeret. Nec aliter euenit:Sibi-
lo enim ⁊ ignominioſis omnium expꝛobꝛationibꝰ
e comitio fugatus:cum repulſam grauiſſimam re-
tuliſſet: Nec poſt multo:dicēde cauſe dies afforet:
populus idem pꝛiore inſectatiōe ſatiatus:in ſecun
da miſericoꝛditer ſecum egit: ſic alioquin moꝛtis
periculum aditurus in ſolatium negati honoris re
manſit in vita.

¶De aſtutia ruſtici aſinarij contra Alexandruꝫ per
quam moꝛtem vitauit. Cap̄.XXVIII.

a Lexander Macedo reſpōſis iuſſus:ꝑmuꝫ
extra muros urbis inuctum: moꝛti trade-
re:obuium foꝛte aſinariū occidi ꝑceperat.
Jlle q̃ꝫq̃ꝫ ſubito cōſternatus malo:nō uſqꝫadeo tn̄
obtoꝛpuit qn in uerba ꝓrumperet:Et oro inqt rex
ne me ſaltem cauſe inſcium ad tartara mittas:dic
mihi pꝛiuſq̃ꝫ moriar:quid dignum moꝛte cōmiſe-
rim? Tum rex: Nihil eqdem:ſed ſoꝛs tua his caſi
bus te obtulit:nempe ſuperuꝫ cōſilijs agoꝛ:ut qui
pꝛimum mihi hodie occurriſſet interfici iuberem.
Cōfirmatus hoc ſermone ruſticulus minime:ruſti
canam euadēdi viam arripuit:Si hec uera ſunt in
quit:hāc ob cauſaꝫ ego non moriar:immo hic qui
me pꝛeibat: ⁊ aſellum ſuum digito mōſtrabat. Ta
li ⁊;tam pꝛompta ſolertia ſibi vitam: regi autem
innocentioris victime facultatem tribuit. Ceteruꝫ
ruſticus hic ut ruſticus ſibi ſoliꝰ pꝛofuit: qui ſequit̃
ut philoſophus multis conſilio utilis fuit.

¶De aſtutia Anaximenis philoſophi contra Alexā-
drum per quam ſaluauit ciuitatem euertendam.
Cap̄.XXIX.

a D euertēdam Lampſacum magnis odijs
impulſus ꝓperabat Alexāder: Erat intra
ciuitatis menia Anaximenes ipſiuſ Alexā
dri familiaris ac ꝑceptoꝛ: Qui ad lenīēdum diſci-
puli furorem poꝛtas egreſſus obuiam ꝑgebat. Ui
dit hūc uenīētem Alexāder ⁊ uaticinatus aduen-
tus ſui cauſam: Juro inquit me non facturum quic
quid id erit qꝺ tu me rogaueriſ. At ille: Oro ait ut
Lampſacum euertas. Subſiſtit Alexander: ⁊ iu-
ramenti religione ceptum differre coactus eſt.

¶De aſtutia cuiuſdam contra opinionem commu-
nem notantis myſterium ſtatue publice ⁊ littera-
rum ſuarum. Cap̄.XXX.

i Llud quoqꝫ ſatis callidum:ſi modo uerū:
qꝺ nō multis retro ſeculis cōtigiſſe qdam
memorant. Erat in Sicilia:ut aiunt:ingēs
ſtatua que in loco notiſſimo ab extrema hominum
memoria intacta ꝑmāſerat:in qua litteris uetuſtiſ-
ſimis inſculptum erat: Kalendis maijs habebo ca
put aureum. Eniuero id ludicrum cōmētum qdaꝫ
credidere: Alij nudum uerborum ſonum ſecuti:eo
uanitatis exceſſerant:ut in die kalēdaruꝫ ſtatue ca
put terebꝛarēt:ubi cum nihil ꝑter ſolum marmoꝛ
inueniſſent:fabularum ac riſus materiaꝫ vulgo de-
derāt. Unus tādem antiquitateꝫ ſtatue ſimul atqꝫ
artificiuꝫ cōtēplatus:cogitanſqꝫ in re tam ſeria ali-
quid ꝑter fabulam latere:ſcripturam ab omnibus
cōſpectam:ſed a nemine intellectam acutiori pene
trauit ingenio. Siqdem die kalēdarum redeunte:
animo atqꝫ oculis intētus oꝛtum ſolis operiēs:lo-
cum ubi caput ſtatue pꝛimis radijs vmbꝛam iace-
ret diligenter annotatum conſignauit: Jllic poſtea
clam ⁊ ex commodo ſuffodiens:magnū auri pon
dus repperit.

¶De aſtutia Caſtrutij contra Lippum diſpēſatoreꝫ
ſuū appoſita in ambiguitate ſcripture. Cap̄.XXXI

c Aſtrutius dux Lucanus:vir etatis noſtre
clariſſimuſ:cum diſpēſatorem ſuū Lippuꝫ
nomine de ſuo locupletatum noſceret:cogi
tās nō paruam pecuniam ab eo per ludum exige-
re:ſubmiſit qui ad eum tunc abſenteꝫ ꝑgeret ⁊ dn̄i
uerbis pecuniā flagitaret. Stetit in dubio diſpēſa
toꝛ:litteras Caſtrutij nō vidēs:q̃uis id uarietate
negociorū qꝺ in illo viro ueriſimillimū erat omiſ-
ſum diceretur: Statuit tādem incōſulto dn̄o nihil
agere: Cuius uolūtatem cum per litteras exquire-
ret:ille ſcripſit tam ambiguis tanqꝫ duplicibꝰ uer-
bis:ut licet ſuperficie affirmationem claram conti
nere viderentur:introꝛſus tamē ad utrūlibet flecti
poſſent. Jn fine uerborum addidit: Ut petitam a
te pecuniam numeres omnino uolumus: Hoc aūt
tante pꝛime littere confuſione ſcriptum erat ut nō
magis nolumus q̃ꝫ uolumus legi poſſet. Lippus
litteras domini iubentis cum uerbis nuncij peten
tis conferens:pecuniam numerauit. Jnteriecto tē-
pore cum rationem redderet:negabat Caſtrutius
iuſſū ſuo traditam pecuniam: Lippus litterā ma-
nu eius ſcriptam pꝛoferebat: Caſtrutius illam rele
gens ſuaꝫ quidē non negare ſed oīa aduerſus illiꝰ
ſentētiam interpꝛetari. Et cū ad finē ꝑueniſſet:ſine
ulla heſitatione nolumus legit ⁊ nō uolumus. Jn
tellexit iocum Lippus ⁊ ſubridens ſiluit.

¶ Tractatus ſecundus: De communi hominuz ſapiētia in factis uel dictis: ⁊ de exēplis eorum.

¶ De intentione auctoris in hoc tractatu. Cap.I.

f Si quis erit forſitā qui magnam ſpem materie felicioris ex tituli preſentis inſpectiōe cōceperit: ſciat me hoc loco neqꝫ meiipſius neqꝫ ꝓpoſiti oblitū de cōmuni hominuz ſapientia tractare: q̄ꝫobrem ſi qd altius expectabat: errorem ſuſceptū in limine linquens in ueſtibulo rebus integris abeat: qd̓ apud me querebat apud alios repertu-rus: At cui exemplorum illuſtrium prefertilem uetuſtatem ſcrutari propoſitum eſt: multis hec diffu-ſa uoluminibus coaceruantem calamum ſequat.

¶ De ſapientia Scipionis Africani circa erudiēdos homines indomitos ⁊ inexptos malorū. Cap.II.

f Scipionem Africanum hac ſimilitudine uti ſolitum accepimus: Ut equi bellis ⁊ victorijs feroces domitoribus tradunt: Sic homines ꝓſperis ſucceſſibus elatos atqꝫ intractabiles: rationis ac doctrine frenis ſubigēdos ducēdoſqꝫ uelut in gyrum in experientiam humanoruz caſuum ac fortune uolubilis: ut agnoſcant quibus ſuperbiunt q̄ꝫ fragilia q̄ꝫqꝫ caduca ſint.

¶ De commendatiōe hominis ſine aduerſitate ſeipſum domātis: Et de laude Julij Ceſaris circa illō exemplum. Cap.III.

A q Quod ſi ſapiēter fit ⁊ dicit: q̄ꝫtus extimandus eſt vir qui ſine ullo domitore externo circa omnem aduerſitatis experiētiaz perpetuis victorijs inſolentem animum frenauit atqꝫ compeſcuit? Qui in eam quam diximus conſiderationem per ſeipſum uenit: ut fortune blādientis inſidias anteq̄ꝫ pateret agnoſceret: Et quo pluſ ab ea recepiſſet: eo minus moribus fidēdum ſuis partiuſqꝫ retētādos caſus intelligeret. Qd̓ de Julio Ceſare lectum eſt: qui licet bellandi ſemper cupidiſſimus fuiſſet: uſqꝫadeo: ut non ex deſtinato tm̄: ſed ex occaſiōe ⁊ ſepe horridis tempeſtatibuſ: quibus nedū caſtra moturus: ſed nec iter ingreſſurus quiſqꝫ videret pugnam capeſſere conſuſcet: In extremo autem etatis ad certamen ob hoc vnuz paululuz moroſior ac liberatior eſſe cepit: nec uolupta-te ſed aut neceſſitate aut euidēti ⁊ magna utilitate

B ſuſcipere. Ex eodem crebro auditum memoratur uerbum omnibus ſed in magno p̄ſertim cōſtitutis imperio memorādum: Difficilius p̄cipem cōmunitatis a primo in ſecūdum ordinem q̄ꝫ a ſecundo in nouiſſimum detrudi. Quod dictum eo ptinet: ut in omni niſu p̄ncipijs obſiſtamus: nō ignari maioris ibi rei q̄ꝫ que cernitur fortunaz uerti. Id a ſapientiſſimis viris cōſultum: ⁊ ab ipſo nō ſecus factum q̄ꝫ dictum nouimus. Idem iuuenili etate ante ullum maius imperium Pompeie uxori Lucij Sylle dictatoris nepti repudiū miſerat ꝓpter ſuſpitionem adulterij cū. P. Clodio admiſſi: qui ad eam inter publicas cerimonias habitu femine ſurrepſiſſe ferebat: cuius rei ſupra meminimus. Erat tam violēta ſuſpitio: ut ſenatus ob id queſtionē de pollutis ſacris aduerſus adulterū decerneret. In qua uocatus ad iudicium Ceſar: matre ac ſorore ſine heſitatione teſtātibus: certi nihil ſe ſcire ait: Interrogatus cur ergo coniugez repudiaſſet: Reſpōdit his uerbis: Qm̄ meos tam ſuſpitione q̄ꝫ crimine iudico carere oportere.

¶ De ſapienti practica Ceſaris Auguſti ad animandum ſubditos ad bonū ⁊ virtutem. Cap.IIII.

i Illum Auguſti Ceſaris morez ꝓbo: qꝫ glorificādis ducibus antiquis qui Romanū imperium auxiſſent exactiſſimam diligentiam impēdit: opera cuiuſqꝫ reintegrās ac titulos: dedicatis omnium ſtatuis triūphali habitu in porticibus fori ſui factum. Factum placet nec minus ratio: Siqdem edicto p̄fatus eſt: eo ſe propoſito id agere: ut eſſet quoruz ad exemplar ⁊ ipſius ⁊ ſucceſſorum formarent mores: atqꝫ ad quorum uelu-ti p̄ſentem regulam inſtitutos p̄ncipes ſuos exigeret populus Roman⁹. Sapiēter vndiqꝫ: nā haud dubie virorum illuſtriuz memoria que his p̄cipue modis alitur: ⁊ populos deſiderio illorum aut ſimilium accendit: ⁊ generoſis pectoribus ualidiſſimum calcar adigit. Ipſi qdem virtuti cōſtat nullū ab hoie mortali uel charius uel diuturnius p̄miū p̄ſtari poſſe q̄ꝫ glorie. Ita viuentibus quoqꝫ ducibus p̄claris multos honores largitus eſt: pari conſilio: ut ⁊ benemeritis ſuuz redderet: ⁊ animos expectātium ſpe aut cupiditate ſimilium p̄miorū ad imitationem virtutis indiceret. His actibus vnaz eiuſdem uocem addēdam puto. Caſu quodam in domo Catonis illius qui Utice iterierat ingreſſuſ Strabonem audiuit in adulationez ſui Catonis inflexibilem duritiem accuſantem: Reſpōdit Ceſar Quiſquis preſentem ciuitatis ſtatum commutari non vult ⁊ ciuis ⁊ vir bonus eſt. Ita paucis ⁊ grauibus uerbis alienam famam ⁊ fortunaz propriā reſpexit: dum ſimul ⁊ egregium virum excuſauit: ⁊ uelut aliud agens: ne quis nouandarum rerum ſtudio teneretur: admonuit.

¶ De quibuſdam uerbis ſapientie: que aliquando dicuntur ab inſanis q̄ꝫuis notabilia. Cap.V.

e Excidunt ⁊ inſanis interdum uerba: que ſi cuius ſint neſcias: ſapientum putes. Qualia ſunt illa Domitiani principis (cuius ut meminerim facit genitor fraterqꝫ) Miſerrimā eſſe cōditionem principum dicebat quibus de cōiuratione aperta nō creditur niſi occiſis. Id q̄ꝫ uere diceret norunt certius experti qui in eminēti fortune gradu poſiti: quotiēs inſidiatores ſuos q̄ꝫuis iuſte puniunt: totiens ex libidine ſeuiēdi finxiſſe cauſas: ⁊ quia nocere potuerūt etiam uoluiſſe cenſentur. Eiuſdem eſt illud: Nil gratius decore: nil breuius. Huius quoqꝫ dicti ueritatem quiſquis adoleſcentie ſue florem corporeeqꝫ forme dulcedinem uelut in ictu trepidantis oculi dum p̄teruolat mulcentem ſimul ⁊ fallentem repetit: quiſquis ⁊ fugaciſſime vite lapſum metitur: intelliget q̄ꝫ ⁊ illud ſapienter: princeps qui delatores nō caſtigat irritat: dignum uerbuz qd̓ ſemper in animo hereat regnātium: dum ⁊ in actum transferant: nec a Domitiano prodiſſe meminerint: ne forte dictis illecti: rerū imitatores eſſe condiſcant.

¶ De ſapienti uerbo imperatoris Ueſpaſiani dicto cuidam Mechanico Romano ad commoduz plebis. Cap.VI.

e Exhauſto erario: multum inopi republica: ſub Imperatore Ueſpaſiano: Mechanic⁹ quidam ingentes in capitolio colūnas modico ere deducturum ſe promiſit: ⁊ oſtēdit modū.

Placuit inuentum principi. Opimum igitur precium tribuens artifici: opera eius uti nō uoluit. Et habe inquit hoc tibi: Ceterum ſine me paſcere plebiculam eſurientem. Q̄ȝ ſapienter ⁊ q̄ȝ lepide prouidit ne aut ingeniū primo careret: aut cederet neceſſitas uoluptati: quo nihil pōt eſſe dementius.

℄ De ſapientia Titi Imperatoris circa cognitionē gratie dei ī captiōe ciuitatis Hieruſalē. Cap. VII

c Uius filius: tanto patre digniſſimus Titus: Hieroſolymā victor ingrediens ⁊ murorum compaginem turreſq; ⁊ propugnacula urbis admirans: Uere inquit deo iuuante pugnauimus. Deus ipſe ab his menibus hoſtes noſtros depulit. Quid enī aduerſuſ hec manus mortalium ualuiſſet? Sapientis animi ⁊ fragilitatis humane ſibi cōſcij eſt: ſicut nihil ſibi fidere ſed omnem rerum ſuarum ſpem in deo ponere: ſic ſecundis ſucceſſibus nihil attolli: ſed vniuerſe felicitatiſ gloriam auctori deo reddere. Ad quem enim ſpes honeſte diriguntur: ab eodem leti redeunt euētuſ.

℄ De ſapienti lege lata a populo in Senatu Romano ſuper exceptione Maſaniſſe regis ⁊ regimine ſui ab eorum imperio. Cap. VIII.

a Ceſaribus ad Senatū tranſeo. Quis enīȝ proximior gradus eſt? Cuius ſapientiā ſi quot locis appareat enumerare uelim: multum mihi arrogem. Ceterum qd̄ numerū excedit: tacita extimatione colligitur cōſiderantibus: Imperium Romanum a q̄ȝ humili principio ad quantum claritatis ⁊ glorie: non minus cētumuirali cōſilio: q̄ȝ bellicis artibus euaſerit. De qua re pſ̄ſius cogitantem: ſtupor opprimit: ⁊ q̄ȝ multa ſapienter apud ordinē prouiſa ſunt: ut me neſcire fateor: ſic memorabilia ex ipſis rerū effectibuſ arbitrari profiteor. Pauca ſane que nominatim a ſcriptoribus referuntur annotabimus: ne faſtidioſe videantur notiſſima pretermitti. In primis erga Maſaniſſā hoc conſilij cepit: Erat is rex amiciſſimus populo Romano: ⁊ a quo ſibi pro meritis omnia magnifica deberentur. Hic amplificandi regni cupiditate flagrabat: iniuſſu tñ Senatus nil penit⁹ auſurus. Erant in circuitu tam ſibi q̄ȝ imperio infeſte nationes: Mauri Numideq; : ⁊ nunq̄ȝ ſponte quietura barbaries: Et amici uotis ſuccurſum ⁊ inimicorum odijs occurſum eſt: lege lata: qua Maſaniſſe plena ⁊ ab omni iugo Romanorum excepta libertas data eſt. Ita ⁊ ſibi aggredie̅di qd̄ optabat honorificentiſſime patefactus aditus: ⁊ illis ſine iuſta materia querelarū finitimo bello implicitis in Italiam reſpiciendi: aut turbidos effundendi preclusa via eſt: Si ad amicum reſpicimus beniuole: ſi ad hoſtem caute: ſi ad utrunq; ſapienter.

℄ De alijs duobus caſibus in quibus idē Senatuſ ſapienter prouidit reipublice. Cap. IX.

A i Dem erga illud nobile par ducum preſtitit. C. Neronem ⁊ L. Salinatorem cōſules: claritate rerum pene pares: ſed uoluntatibus longe diſcordes: In bellum atrociſſimum miſſurus: ante omnia prouidit: Salinatore pertinacius obluctāte: ut ab odio ac reipublice ſimultate diſcederent. Itaq; factum eſt ut alioquin iter ſe diurnis q̄ȝ cum hoſtibus congreſſuri animis ac viribus vnitis: fortiſſimam feliciſſimaq; victoriam fuſo Carthaginenſium exercitu obtrūcato formidabili duce retulerit. Per idem tempus in eiſdem ducibus illud ſapienter ſtatuit: ut ab impetitione acri ⁊ importuna Bebij Tribuni plebis: coſ ob exacte cenſure ſuperuacuum rigorem intēpeſtiue ad iudicium euocantis: liberi ⁊ immunes eſſent: iniquā rem arbitratus: turbatis ordinibus maiores magiſtratus a minoribus moleſtari. Ad hec commodius eſt viſum: duces domeſticis ſollicitudinibus relaxatos proficiſci omnes in bellū curas ſtudiumq; uerſuros. Illud eiuſdem ordinis memorabile conſilium. T. Gracchus Tribunus plebis: homo ſeditioſiſſimus: legeȝ Agrariam multorum B malorum cauſam ⁊ latori ſuo ſimillimam protulerat: tāto populi aſſenſu: ut tolli lex ſine urbis ⁊ imperij concuſſione nō poſſet: Prouidit in extremis caſibus Senatus: ⁊ ipſum quidem tribunum ſic meritum: capitali ſupplicio affecit: agrum ſm̄ legē pro virilibus portionibus inter ciues diſtribui paſſus eſt. Sic auctore extincto: lege ſeruata: cauſam tumult⁹ extinxit diuerſiſq; modis ciuili diſcordie ⁊ in preſens ⁊ in poſterum occurrit.

℄ De ſapientia Catonis in generali: ⁊ de quatuor ſuis dictis ſapiētibus in ſpeciali. Cap. X.

a B ampliſſimi ordinis cōmemoratiōe: quo A potius diuertam: q̄ȝ ad. M. Portium Catonem? Is enim apud Romanos pcipuū nomē obtinuit ſapientis. De quo eſt illud ingens Lelij preconium apud Ciceronem: Aut enim nemo inquit ſapiens fuit (qd̄ quidem magis credo) aut ſi quiſq; ſapiens: ille fuit ſapiens. Nec minus Lelio aut Ciceroni: immo magis incōparabiliter: credendum q̄ȝ Apollini: qui Socratem vnum ex cunctis mortalibus ſapientiſſimū iudicauit. Itaq; apud eundem Ciceronem ſtatim ſequitur: Cauendum ne ipſum ab Apolline laudatum Catoni anteponamus. Et additur ratio ualidiſſima: Qm̄ Catonis facta: illius dicta ⁊ inuenta laudantur. Nos tñ hoc loco: non facta ſed dicta Catonis: eaq; non omnia: ſed vnum ex mille referemus: ſeruatis non ſententijs modo: ſed uerbis etiam: qd̄ uel eorum breuitas uel loquētis auctoritas meretur. In oratione de preda militibus diuidenda: ubi aduerſus predones reipublice grauiter inuehit̄: uerba ſunt hec: Fures priuatorum furtorum in neruo atq; in cōpedibus agunt etatem: fures publici in auro atq; in purpura. Deuſ bone q̄ȝ id uere ſancte q̄ȝ mihi dictum videtur: q̄ȝ id cupide nūc apertius latiuſq; differerem: niſi fures publicos formidarē. Neq; ludus eſt inſultare ſceleribus illorum: qbus uoluntas peſſima: ſic ⁊ poteſtas maxima: ⁊ flagitiorum omnium impunitas in penam humani generis data eſt. Eiuſdem ex oratione de Edilibus vitio creatis hec uerba placuerūt: Nūc inquit ita B agunt in ſegetibus in herbis bona frumenta eſſe: nolite ibi nimiā ſpem habere: ſepe audiui inter os atq; offam multa interuenire poſſe: Quid igit̄ inter offam ⁊ herbam: ubi longum interuallum eſt? Hec quidem q̄ȝ ſapienter dixerit: cogitēt qui ſpes ſuas: tū cum maxime propinque atq; infallibiles videbantur: ſepe repentinis caſibus caducas ⁊ inermes experti ſunt. Tertium his adijciam Catonis dictum ex oratione quā in exercitu apud equites habitam ſcirpis edidit ſcriptaȝ: Cogite inquit cum animis ueſtris ſi quid uos per laborem recte feceritis: labor ille cito a uobis recedet: beneſactū a uobis dum viuitis non abſcedet. Si qua per uo

luptatē nequiter feceritis uoluptas cito abibit:ne-
quiter factum illud apud uos ſemp̱ manebit.Hec
ille.Ego autem hoc dictum mecum ſepe cogitanſ:
ita ſemper habui uelut dei potius q̃ hominis ore
prolatum ſit.Nec ad laborioſe virtutis ſtudiuꝫ ⁊
meritum odium uoluptatis quicq̃ uel ſapientius
arbitror uel efficacius dici poſſe.Nec quartū p̱re-
termittam apud Ciceronem a Lelio relatū.Mul-
to melius de quibuſdā merentur:inquit Cato:qui
acerbi:q̃ qui amici dulces eſtimantur.Illi enim
ſepe uerum dicunt:hi nunq̃.Sine dubio quidem
hoſtilis mordacitas multis ſepe correctionis occa
ſio fuit:at contra amicorum blandiciem multis la-
pſuſ turpiſſimi materiam prebuerūt.Et huius qui
dem dicta:ſequentis ꝓo ſilentium laudatur.

¶De ſapienti ſilentio Licinij Fimbrie. Cap.XI.

I Utatius quidam Romanus equeſ ſeſe bo
num virum ferens:negante altero:ſponſio
nem cuꝫ illo fecerat ꝙ vir bonus eſſet.Hu
ius rei iudicium Licinio Fimbrie claro ac ſapien-
ti viro creditum erat:Ad quem cum partes ueniſ-
ſent ſententiamqꝫ flagitarent:diffinire recuſauit:
utrunqꝫ proſpiciens:ne ſcilicet aut virum bonum
negando pronunciatione ſua famam illi qua polle
bateriperet:aut affirmando peioraret:Non igna-
rus meritum viri boni nomē multis ⁊ magnis vir
tutibus conſtare:quartū aliquanto facilius fama
q̃ effectus queritur.

¶De ſapientia Marci Agrippe in tenendo concor-
diā:Et de exhortatione.M.Tullij Ciceronis mo
nentis fratrem ſuum ut imitetur ſapientem viruꝫ.
Cap.XII.

A m Arcum Agrippam:qui ſapientia ⁊ virtu-
te animi dignus eſt habitus:quem diuus
Auguſtus optimus rerum extimator:ple-
beum hominem nullis maiorum ſtatuis aut titu-
lis clarum:tot generoſis principum patriciorum
familijs preferret:⁊ ex cunctis mortalibus vni-
ce chariſſimeqꝫ filie virum deligeret:dicere ſoli-
tum accepimus:plurimum ſe teneri illi Saluſtia-
ne ſententie:que apud eum in oratione Maſaniſſe
morientis inſeritur his uerbis:Concordia parue
res creſcunt:diſcordia maxime dilabunt̄.Per hāc
enim ſe didiciſſe ⁊ fratrem ⁊ amicum bonum ac fi
delem agere.Quod idcirco inter memoranda re-
tulimus:quia bene inſtituti ⁊ ad felicitatem peruē
turi animi mos eſt:ſalutares huiuſcemodi uoces
in uſum vite traducere:Alioquin multa legiſſe uel
ſcripſiſſe ingenij aut diligētie aut fortaſſis eloquij
ſignum erit:illud ꝓo ſapientie:hic ſi philoſopho-
rum:quorum ⁊ oratio ⁊ vita ſapientie exemplar
eſſe debet ita cōquiram:quid oberit quo minus in
tegros noſtrorum:precipue Ciceronis ac Senece
libros ſapientiſſimis ſententijs refertos huic ope-
ri inſeram?Sed non hoc mihi propoſitum:nec ne
B ceſſe eſt eorum potius quorum apud nos libri non
extant:ſingulas ⁊ ratas ſparſaſqꝫ ſentētiaſ collige
re:Noſtrorum quoqꝫ aliunde potius q̃ ex eorum
diſciplinis attingere fert animus.Et ut a principe
noſtrorum incipiam:Marcus Tullius Cicero fra
trem habebat.Q.Ciceroneꝫ:non ſatis ſpectati no
minis in adminiſtratione proconſulatus Aſie.Eo
dem tempore Octauius ille qui Ceſarem Augu-
ſtum genuit:prouinciam Macedoniā ſumma uel
erga ſocios fide ul' aduerſus hoſtes fortitudie pre
tor obtinebat.Itaqꝫ Tullius fratrem per epiſtolā
hortatus eſt:ut in gubernanda prouincia vicinum
ſuum Octauium ſtuderet imitari.Que quideꝫ ex
hortatio p̄ma fronte ſimplex ac facilis:ſi excutias
ſapientie plena eſt.In omni enim operatione no-
ſtra:ſiue is virtutis ac modeſtie ſiue pacis ſiue ar-
morū ſiue litterarū aut eloquētie actus ſit:expedi
tiſſime plerūqꝫ noſ imitatio p̱ducit:quo uel nunq̃
uel ſerius ingeniū p̱duxiſſet.Quia ſicut vultuſ ad
ſpeculū:ſic mores hominū ad exemplar facillime
corriguntur.Sicut preterea certius illum callem
ambulamus qui aliorum ueſtigijs ſignatus eſt:ſic
in vita alienis exemplis promptius inheremus q̃
nouam ipſi viam nullo duce ſuſcipimus.Et hoc to
tum eſt imitationis illius:quam fratri ſuadebat ſa
piens frater.

¶De ſapienti conſilio Quinti Ciceronis dato.M.
Tullio Ciceroni fratri ſuo quod ſi ſeruaſſet:neca-
tus non fuiſſet. Cap.XIII.

u Eruꝫ ut appareat quemqꝫ facilius alijs cō
ſulere q̃ ſibi:Idem ille Quintus Cicero:
Marco Ciceroni fratri conſiliū dedit:qḋ
ſi ſeruaſſet:potuiſſet forſan in lectulo ſuo mori:po-
tuiſſet integro cadauere ſepeliri.Conſilium fuit:ut
libratis equalium ſuorum virorum illuſtrium mi-
ſerandis caſibus:periculiſqꝫ ſuis circumſpectis ſe
ſe a contentionibus ⁊ nihil profuturis reipublice:
ſibi autem nouiſſime nocituris dimicationibuſ ab
ſtineret.Prouidentiſſime quidem:Quid enim
ſtultius q̃ deſperantem:preſertim de effectu liti-
bus perpetuis implicari?Itaqꝫ Tullius ipſe hu-
ius fraterni conſilij quodam loco meminit:uerum
qꝫ ⁊ ſapiens fatetur:At q̃ id ſapienter obſeruaue-
rit notum eſt.Sed fatalis eum forte neceſſitas ur
gebat:Cui obſiſtere neſcio an impoſſibile ſed pro-
fecto difficillimum.Et hic mihi qui ſequitur in me
moriam redit.

¶Qualiter Seneca ſapienti conſilio uſus:ut mor-
tem vitaret ceſſit bonis:quam tamen vitare nō po
tuit. Cap.XIIII.

a Aneus Seneca:de exilio quod in inſula
Corſice dulci ocio ſummaqꝫ cum trāquilli
tate ac ſtudiorum libertate tranſegerat:re-
uerſus.Quem reditum in quadam Tragedia gra
uiter ac magnifice deplorat.Neronis impietatem
creſcentem indies ſingulos ⁊ circumfuſam auli-
corum inuidiam perhorreſcens:ſepe cōmeatuꝫ pe
tijt:Ac ueritus ne diuitiarum ſuarum uelut vndis
quibuſdam teneretur:bonis ſuis omnibus ceſſit.
Sapienti nempe conſilio:Nam ⁊ prudentis nau
te eſt theſauros in tempeſtate ut uel nudus enatet
⁊ ab hoſte mortem metuentis equanimiter mem-
brum quo vincitur amittere ut uel truncus effugi
at.Nemo itaqꝫ Senecam arguat:quaſi nolēs illi
officine ſcelerum adheſerit:Omnia temptauit ut
preuiſum diſcrimen euaderet:ſed inuicta neceſſi-
tas huic quoqꝫ p̄ſtitit in limine:nec abſcedere paſ-
ſa eſt donec inhumanus ⁊ periurus princeps qui
ei crebro iurauerat moriturum ſe potius q̃ illi no-
citurum:extremam preceptoris ſui ſenectutem:nō
quidem immatura ſed impia ⁊ indigna morte pre
uerteret.

¶De ſapienti conſilio Uarronis:in expēdendo pro
aliquo bono ſaltem duodecimam partem tempo-
ris eius quod qs expēdit in ſuo ōrio. Cap.XV.

Ed ubi Uarronem linquimus? Is quideʒ
o ait: Si quantum opere ſumpſiſti: ut tuus piſtor bonum faceret panem: eis duodecimam philoſophie dediſſes: ipſe bonus iam prideʒ eſſes factus. De pane loquitur: ꝙ is cibus quotidianus eſt homini: Idem fere de rebus omnibus dici poteſt. Si eius cure quam in diuitijs poſuiſti: partem duodecimam in bonis artibus poſuiſſes: iam pridem ueris diuitijs abundares. Si eius tēporis quod amico obſequens perdidiſti duodecimam partem obſequijs dei dedicaſſes: iam pridē amiciſſimus illi fores. Si eius opere quam circa bonam ualitudinem ac formam corporis conſumpſiſti duodecimam partem circa cultum animi cōſumpſiſſes: iam pridem tibi ⁊ pulchritudo ⁊ ſanitas contigiſſet: quas nec morbꝰ nec ferruʒ eriperet. Nunc igitur quantus furor mortaliuʒ: qui precioſiſſima negligētes: in rebus viliſſimis ac fugaciſſimis occupantur.

¶ De ſapienti doctrina Fauorini: ⁊ aliorum pluriuʒ ſapientum: contra dictum diuinatorum ⁊ eorū falſa uaticinia. Cap. XVI.

A Auorini philoſophi ingenio agili atqꝫ elo-
f quentia iucunda: dictuʒ vnū quod in vita hominum frequens ⁊ quotidianū eſt. Solebat Fauorinꝰ dicere: Peius de fama noſtra mereri lentos ac ſteriles laudatores q̃ʒ acerrimos detractores. Huius fore rationē: ꝙ detractores quāto id ardentius agerent: tanto maiori odio accenſos appareret: tantoqꝫ minus fidei apud animos reperirent audientium: At exiliter laudantes: amicitie ſpeciem preferrent: qȯ niſi diligerent non laudarent: ceterum nihil aut modicum in nobis laude dignum inuenire crederentur. Ideʒ diuinos ⁊ futurorum notitiā promittentes copioſiſſime refellebat: nullam eis habendam omnino fidem docens. Et ſi enim aliqua interdum oſcitātes uera iactarēt caſu id non ratione contingere: Uti eos lubricis ⁊ fallacibus cōiecturis: ac uelut per tenebras ſuſpēſo gradu pretentaqꝫ manu palpitantes: nonnunq̃ʒ in ipſam ueritateʒ ignoranter incurrere: ne quicq̃ʒ per eadem ueſtigia ſi iubeas reuerſuros: ut quibꝰ nihil comperti foret ⁊ nulla arte ducerentur: Sepe preteritarum auditu rerum abuti in conſulētiū uanitate ⁊ credulitate dementium: multaqꝫ de circūſtantibus percunctando ad ipſa que ſilētur quadam uerſuta ratiocinatione penetrare: Ideoqꝫ ſepius videri preteritorum q̃ʒ futurorū uates: Sed ob hoc ipſum apud animos noſcendi deſiderio flagrantes ſecuturi temporis fideʒ promereri. Ita tū uel fortuite uel callide uaticinantes conſequi non poſſe: ut cum omnia mentiantur reſpōſorum pars milleſima uera ſit. Stultum ergo dicebat Fauorinus inter tot mendacia tam uariam tamqꝫ ancipitem ueritatem aucupari. Addebat hiſ eſſe optimū nihil de futuris inquirere: Et chaldeos totūqꝫ id genus hominum contemnere: Nihil enim ab his audire poſſe niſi graue ⁊ moleſtum. Quoniā aut
B uera reſpondebunt aiebat (qȯ rariſſime ſolent) ⁊ quidem mala: Aut falſa. Si uera: miſeriaʒ ante tēpus afferent ⁊ ſuperuacuam ſollicitudinem. Poſita illic ueritate: adeſt neceſſitas: Iſta p̄ſciſſe nihil niſi dolorem afferet. Libet hoc loco ſubſiſtere: ⁊ quod communis rerum natura non patitur tēptare: An minori maior ſine offenſione poſſit interſeri: hoc eſt Fauorino Marcus Tullius: cuius hec ſunt: ut omittamus ſuperiores: Marco Craſſo putas utile fuiſſe: tuʒ cuʒ maximis opibus fortuniſqꝫ florebat: ſcire ſibi iterfecto filio Publio exercituqꝫ deleto trans euphratem cuʒ ignominia ⁊ dedecore eſſe pereundum? An tu Pompeium cenſes tribus ſuis conſulatibus: tribus triumphis maximarum rerum gloria letaturum fuiſſe: ſi ſciret ſe in ſolitudine Egyptiorum trucidandum iri amiſſo exercitu: poſt morteʒ ꝟo ea cōſecutura que ſine lachrymis non poſſumus dicere? Quid ꝟo Ceſareʒ putamus ſi diuinaſſet ut in eo ſenatu quem ex maiori parte ipſe cooptaſſet in curia Pompeiana: ante ipſius Pompeij ſimulachrum tot centurionibus ſpectantibus ⁊ nobiliſſimis ciuibus: partim etiam a ſe omnibus rebus ordinatis: trucidatus ita iaceret: ut ad eius corpus: non modo amicorum ſed ne ſeruorum quidem quiſq̃ʒ accederet? Quo cruciatu eum vitam acturum fuiſſe: certe ignorantia futurorum maloruʒ utilior eſt q̃ʒ ſcientia. Et idcirco poſſem ego ⁊ antiquos ⁊ fortunatiſſimos etatis noſtre viros in huius ſententie teſtimonium uocare: ſed nec neceſſe eſt: nec locus hic longiorem digreſſionem recipit: ⁊ attigiſſe videtur ille clariſſima. Sin autem bona pronunciant: duplex incommoditas: expectationis tedium: ⁊ precogniti gaudij extenuatio: qȯ repentinum cumulatius ac gratius obueniſſet. Aut falſa dicent: qȯ quotidianum apud eos eſt. Et ſi erunt infelicia: angoribus falſoqꝫ metu: ſi felicia inani ſpe ⁊ gaudio triſtitiaqꝫ te ubi deluſum ſenties: torqueberis. In omnem igitur euentum hos nugatores ſycophantas contēnēdos fore. Ad hanc fere ſententiam: ut preteream C
Dicearchum: qui expedire nobis omnino futura neſcire magno uolumine concluſit: breue: ⁊ ut ita dixerim: manuale Fauorini conſilium extat: Meo quidem iudicio ſalutiferum ac ſummopere ſeruandum. Et cuius ipſe mihi cōſiliū ſim conſcius a me ſemꝑ obſeruatū: ante etiā q̃ʒ uł Fauorini uel Dicearchi nomen audiuiſſem. Meminerā quippe poetici illius: Quid craſtina uoluerit hora ſcire nefas homini. Sʒ multo maxime natura ipſa me in hāc ſententiam ducebat: hiſipſis rationū vinculis: que poſt philoſophica eſſe didici. Accedunt ⁊ antiquorum teſtimonia multa: E quibus duo in Noctibuſ Atticis ſcripta ſunt poetarū in illa prima etate preilluſtrium. Pantinius enim ait: Nam ſi que uentura ſunt preuident: equiparentur Ioui. Rurſum qȯ in illis Noctibus non habetur: Pacuuius idē ait: Iſtis qui linguam auium intelligunt: pluſqꝫ ex alieno iecore ſapiunt q̃ʒ ex ſuo: magis audiendum q̃ʒ auſcultandum cenſeo. Actius ꝟo: Nihil inquit credo auguribus qui aures uerbis ditant alienaſ. Tertium his Ennium addiderim: qui uetuſta illa ⁊ uenerabili facundia hos ipſos elegāter irridet: Ut uerbis etiā eius utar: qui ſui queſtus cā fictas ſuſcitant ſentētias: Nō enim ſunt hi aut ſcia aut arte diuini: ſed ſuperſtitioſi uates impudenteſqꝫ harioli inertes aut inſani aut quibus egeſtas imperat: qui ſemitam ſibi non ſapiunt alijs monſtrāt viam: quibus diuitias pollicentur ab his drachmaʒ ipſi petant: de his diuitijs ſibi deducant drachmā ceteram. Hec Ennius. His ⁊ quartum aggregauerim Phyſicum Democritum: hominē ſpectate auctoritatis. Is ergo aduerſus diuinationem iocās:

Qđ eſt inquit ante pedes nemo ſpectat:celi ſcrutā
tur plagas. Quintus ecce ſuperuenit p̄miſſis om-
nibus fide dignior Cato:qui mirari ſe ait:ꝙ nō ri-
det haruſpex haruſpicem cum videt: Qđ eo ſpe-
ctat:quia tot ineptijs credulos homunculos illu-
dunt:ut occurſus memoriam ⁊ riſuꝫ ex mutua cō
ſcientia mouere debeat. Infinita ſunt doctorū ho-
minum in hanc ſententiam. Hec raptim ad retra-
hendū ab his ineptijs adoleſcentes dixerim:q̃ꝫ q̃ꝫ
deliros ſimiliter ſenes ineptos videam: qui cum
mirari potius deberent quomodo tandiu mēbris
trementibus vixerunt: conſulunt qualiter victuri
ſint:de morte autem nihil interrogāt: quaſi illa qr
tātū eos diſtulit oblita ſit. Ceterum de tota hac re
ad utrāqꝫ partem conquiſitis argumentis ⁊ pſua-
ſionibus uarijs:libri duo extant Marci Tullij ac-
curatiſſime compoſiti:qui inſcribuntur de Diuina
tione. Illi quidem cui hec breuiora non ſufficient
adeundi ſunt.

¶ Q ſapientes nunq̃ꝫ debeant intendere in uerborū
auctoritate ſm Domitium. Cap̄.XVII.

ſ Ed mihi mentio Fauorini:Domitium ur-
bis Rome clariſſimum grāmaticum in ani
mum adducit:Cuius reſponſio licet paulo
q̃ꝫ virum modeſtum deceat concitatior facta ſit:ſa
pientie tamen plenam continet ſententiam. Inter-
rogatus enim ab illorum aliquo de peregrinorum
quorūdam proprietate:animo ſimul ⁊ fronte per
motus: Nulla inquit prorſus bone ſalutis ſpes re-
liqua eſt:cum uos philoſophorum illuſtriſſimi ni-
hil iam aliud q̃ꝫ uerba auctoritateſqꝫ uerborū cor-
di habetis. Pauca preterea turbata uoce in hanc
ſententiam queſtuſ ita concluſit: Utinam muti om
nes homines eſſemus: minus improbitas inſtru-
menti haberet. Quid nunc diceres Domiti:quan-
do philoſophia poſthabita ⁊ neglecta: garrulita-
tem pro virtute ſectātes:omnes ſe certatim ad dia
lecticam tranſtulerunt:nec pudet in puerilibus ſe-
neſcere ſapientie ſtudium profeſſos.

¶ Q ſapientia ſm Affraniuꝫ eſt filia memorie: ⁊ effi
cacius habetur ex rerum experientia q̃ꝫ ex libris.
Cap̄.XVIII.

d Etur ⁊ poetis locuſ. Affranij circa hāc ip-
ſam de qua iam diu loquimur ſapientiam
celebris ac vulgata ſententia eſt Uſus:eaꝫ
ac memorie filiam opinantis: Quo intelligi vult:
ſapientiam non in libris tm̄ ac diſciplinis morali-
bus conſiſtere: ſed in experientia rerum omnium
magiſtra:accedente fideli eorum que quis viderit
memoria: Hinc ſibi enim ⁊ alijs certius quēqꝫ cō
ſulere argumento rerum:in quibus ſepe periclita-
tus ſit:q̃ꝫ uerborum:in quibus alienis ingenijs lu
ſum eſt. Altius quidem in animos deſcendere ſe-
mel viſa q̃ꝫ ſepties audita compertum eſt. Ipſius
Affranij uerba in togata cui Cecſllie eſt nomen:in
Atticarum noctium libris poſita:huc trāſferre pro
pter eorum uetuſtam elegantiam videtur. Sūt au
teꝫ huiuſmodi: Uſus me genuit:mater peperit me
moria. Sophiam me uocant Graij:uos ſapiētiaꝫ.

¶ De ſapienti dicto Pacuuij loquentis de his qui
habent ſapientiam in ore ⁊ in uerbis: ⁊ non in fa-
ctis. Cap̄.XIX.

n Ec Pacuuium excludam:cuius dictū vnū
ſcribi debere pro foribus templorum om-
nium:in eiſdem libris ſcriptum eſt: Ego in
quit odi homines quorum ignaua opera: ⁊ philo
ſophica ſententia: Nihil indigniuſ neqꝫ intolerabi
lius fieri poteſt:q̃ꝫ ꝙ homines ignaui ac deſides:
operti barba ⁊ pallio:mores ⁊ emolimenta philo
ſophie in lingue uerborūqꝫ artes conuertant: ⁊ vi
tia facundiſſime accuſent:ipſi vitijs madentes.

¶ De quadā poetica fictione Ariſtophanis:per quā
ſtatus humane vite monſtratur illuſio ex falſis ⁊
breuibus gaudijs ſuis. Cap̄.XX.

i Nter exempla ſapientie: cernens Ariſto-
phanem:temperare mihi nequeo:quo mi-
nus vnuꝫ quoqꝫ de tam multis noſtri poe-
te figmētis ⁊ illuſtribus dictis annumerē. In illa
etenim horrenda nocte Troiani excidij:per quam
non inepte quideꝫ intelligitur humane vite ſtatus
falſis quideꝫ ac breuibus gaudijs illuſus ⁊ uelut
ſomno felix: mox ut expergiſci ceperis: tenebris
atqꝫ horrore obſitus:iter innumerabiles miſerias
ac labores ⁊ pericula urgere cuꝫ lachrymis ad in
eluctabilem interitū. In illa inq̃ꝫ nocte Eneam ip-
ſum ſuum per hoſtes ac flammas errantem fecit:
Sꝫ donec lateri genitrix Uenus affixa eſt caligā
tibus oculis ſecurū. At ubi primum illa digredit̄:
purgatis luminibus viri fortis:iratas facies deo-
rum apparuiſſe:ſubiūgit. Qua in re more poetico:
magne ſapiētie recōdit arcanū: Quin ⁊ expimēto
cōpertū ⁊ magnorum hominum auctoritate teſta
tum eſt:ab aſpectu diuinitatis nihil magis abſtra
here q̃ꝫ uſus ueneris:quo amoto ⁊ ſimul viſus di
ſcuſſa caligine incipit quidem deus apparere ſed
iratus. Ita tn̄ ut euadendi non abripiat facultatē.

¶ De ſapientia uoluptatis:que potius dementia eſt:
optata hoſtibus populi Romani. Cap̄.XXI.

u T auteꝫ retrogrado ferar ſtilo: Fabricius
ad Pyrrhum legatus a ſenatu:dum morā
trahit apud regē:audiuit a Cynea qui uer
ſa vice a rege legatuſ ad ſenatū uenit Athenis eſſe
quēdam qui ſapiens haberetur:diſputare ſolitum
ac diffinire: Omnia que agimus in vita:ad uolu-
ptatem referri:illam finem eſſe ac premium actio-
num laborūqꝫ omnium. Eo autem audito:vir tē-
peratiſſimus obſtupuit. Qđ cum domi narraret:
Titum Coruncaneum ⁊ Marcū Curiū ſic optaſſe
ferunt: Dent dij talem ſapientiaꝫ hoſtibus populi
Romani. Sapientiſ ſui ludo dicta illiſ imprecati.
Profecto enim qui uoluptati rerū ſuaruꝫ terminū
conſtituit: nihil glorioſi aut magnifici operis: illa
ſemper animum retorquente ſuſcipiet.

¶ De ſapienti optatu cuiuſdam hoſtis Romani Im
perij:ut donis corrumpi poſſet:quo citius perire
poſſet ipſum imperium. Cap̄.XXII.

a Tqꝫ ut parumper in italia ſubſiſtamus:nō
abſimiles. C. Pontij Sannituꝫ imperato-
ris preces: Utinam inquit ad id tēpus me
fata reſeruaſſent quo Romani dona accipere cepiſ
ſent: Non eſſem paſſus eos diutius regnare. Sa-
pienter id quidem hoſtis optabat:videbat eni im-
perium donis corruptibile: diuturnum eſſe non
poſſe.

¶ De ſapienti demonſtratione periculoſi ſtatus Ty-
rannici: facta a Dionyſio Syracuſano Tyranno
Damoni. Cap.XXIII.

A d Jonyſius maioꝛ: qui Syracuſas Sicilie
nobiliſſimam quondam ac florentiſſimam
ciuitatem graui ſeruitio calcauit: tam deli-
tijs q̃ꝫ feritate notiſſimus: cunctis uarie blandien-
tibus: ſolus de ſe uerum teſtimonium dedit. Cum
enim Damon quidam foꝛtunarum eius precipuuſ
miratoꝛ: ſtatum illius celotenus attollens: euʒ om
nium moꝛtalium longe feliciſſimuʒ p̄dicaret. Uis
ne iquit igitur felicitatis mee particulam deguſta
re? Jmmo v̊o inquit ille: nihil magis opto. Tum
Dionyſius imperauit Damonem in conuiuium ꝑ-
duci: ⁊ in loco oꝛnatiſſimo diſcumbere: oſtro ⁊ ſyn
done circumamictum: parietes ſerico: floribus ſo-
lum omne ſubſtratum: Electiſſimarum dapium in
gens copia ⁊ ſuauis Bacchi diſcoloꝛ uarietas in
gemmis tranſlucentibus ⁊ in uaſiſ aureis artificio
vincente materiam alternatim apponebantur con
uiue attonito ⁊ gaudenti. Aderant omnis gene-
ris odores ⁊ gule irritamenta extremo pꝛocul ori
ente tranſmiſſa. Miniſtrabant tenerrime etatis ⁊
foꝛme uarioris adoleſcentuli: nutuʒ edentis obſer
B uantes attentius ⁊ alacrius obſequentes. Coro-
natus Damon purpureum lectuʒ molli p̄mebat ac
cubitu. Jam felix: iam ſibi ſapiēs videbat̃ ⁊ tyran-
nice felicitatis uerum ſibi iudiciū arrogabat. Hec
inter ex laqueari inaurata trabe ſupꝛa caput diſcū
bentis coruſcus mucro demittit̃: equine caude ſe-
tula tremente ſuſpenſus: iam caſurus ⁊ ſimilis iā
cadenti. Jlle autem ſubito hoꝛrore ꝑcuſſus expal-
luit: Herere cibus faucibus: non apparatum: non
miniſtros: non epulas circūſpectare: deniq̃ꝫ nuſq̃ꝫ
oculos ab acie ferri minantis auertere. Orauit tā
dem ut abire permitteretur: nolle ſe diutius eſſe fe
licem. Atqui inq̄t Dionyſius: talis die noctuq̃ꝫ vi-
ta mea eſt qualem tu momento temporis pꝛotuli-
C ſti: Hec eſt illa felicitas quam inexpertus tantope
re mirabaris: Sic caſtigatum hominem dimiſit.
Hactenus hec a multis rerum ſcriptoribus tradi-
ta: ſentētijs alienis: noſtro ſermone retulimus: hoc
addentes hiſtorie: nequaq̃ꝫ potuiſſe tale aliquid ni
ſi ab homine acuto ⁊ pꝛopꝛium atq̃ꝫ omnium tyrā
norum ſtatum altius intelligente confingi. Et actū
quidem magne ſapientie nullus negauerit. Quod
idcirco minus miroꝛ: quia hunc ipſum Dionyſium
fuiſſe acrem ⁊ in victu temperantem: atq̃ꝫ in gerē-
dis rebus induſtrium: teſtis eſt Cicero: tam ſcele-
ſti tam peruerſiq̃ꝫ pꝛopoſiti tantiſq̃ꝫ ciuium ſuoruʒ
circūuentum odijs pꝛopter exacti temporis flagi-
tia: ut ⁊ ſi vitam tyrānicam dediſcere uellet (O mi
ſera peccantium conditio) ſine capitis ſui pericu-
lo non liceret. Hinc iam ſeruato regionum ſitu: ſi-
cut ex Jtalia in Siciliam: ſic e Sicilia in Africam
nauigemus.

¶ De ſapienti dicto Jugurthe contra coꝛruptam ue-
nalitatem ſenatorum urbis. Cap.XXIIII.

a T quoniam ſenſim ad extrema delapſi ſu-
mus: quod uelut longinquo potius cerne-
bat non multo poſt tempore genitus alter
hoſtis ante oculos habebat: tam cito romani mo-
res euerſi ſunt ſimul cum victorijs regum ac genti
um irrumpente urbem auaritia: De Jugurtha lo-
quoꝛ Numidarum rege: qui coꝛrupta muneribus
ſenatus parte atq̃ꝫ auro victis belli ducibus: ſepe
uotorum iniquiſſimorum compos: Cum tandem
pecunie ⁊ artibus ſuis fidens Romaʒ ſub fide pu
blica ueniſſet: atq̃ꝫ inde pꝛeter ſpem uerecūdia vin
cēte cupidinē iuſſus ſecederet: poꝛtas urbis egreſ-
ſus crebꝛoq̃ꝫ tacitus ſubſiſtens ⁊ in tergum v̊ſus:
in finem traditur dixiſſe: O urbem uenalem ⁊ ma
ture perituram ſi emptorem inuenerit. Quod uer
bum q̃ꝫuis ab hoſte pꝛolatum: dictu mirum eſt q̃ꝫ
late vulgatum ſit ad infamiam romanorum. Cete-
rum ex eodem ſapientie fonte pꝛodierunt ⁊ ſupio
ris uotum ⁊ huiuſmodi expꝛobꝛatio.

¶ Aliud dictum ad pꝛopoſitum pꝛecedentis: Philip
pi Regis Macedonum in epiſtola ad Alexan-
drum. Cap.XXV.

i Am v̊o qui cum Jugurtha inter templa re-
gum uenimus: Philippus occurrit Mace
donie rex: Cuius ad Alexandrum filiū ſub
iectorum beniuolentiam muneribus aucupantem
extat epiſtola huius ſententie: Quis tibi erroꝛ ſug
gerit fili: eos te fideles habiturum quos pecunia
paraueris amicos? Sapienter ac regie. Pecunie
ſiquidem mercennariorum atq̃ꝫ ſeruorum opera:
amore atq̃ꝫ humanitate ingenuorum amoꝛ ⁊ fides
queritur.

¶ Qualiter Olympias mater Alexandri ſapiēter ca
ſtigauit filiuʒ dulci admonitione quia ſe dicebat fi
lium Jouis. Cap.XXVI.

b Uius lateri cōiunx hereat Olympias: que
ab Alexandro filio litteris receptis: in qui
bus ſe Jouis Ammonis ⁊ Olympiadis re
gine filium inſcribebat. Reſcripſit uentoſam nati
caſtigans inſolentiam his uerbis. Amabo inquit
fili mi quieſcas: ne deferas me neq̃ꝫ crimineris ad
uerſus Junonem. Malum mihi pꝛoꝛſus illa dabit
magnum: cum me litteris tuis pellicem eſſe illi con
fiteris. Laudata mulieris ſapientia: adulatorū fla
tibus ⁊ falſis opinionibus imbutum filium: non
aſpere ne notam ferociaʒ irritaret: ſed lepide ac ſa
lubꝛiter admonentis.

¶ De ſapiēti coꝛreptione Alexādri ſuiipſiuſ a uanita
te: ex occaſione Olympiadis mr̄is ſue. C.XXVII.

s Jc ⁊ ipſe filius reſipiſcens aliquando ſapi
entius loquitur. Dum enim Jndiam bello
pꝛemit: ⁊ muros ciuitatis quam obſidione
cinxerat incautius obequitat: ſagitta crus traiect⁹
non dimiſit inceptum ſed intempeſtiuo dolorem
labore auxit: Uerum poſtq̃ꝫ refrigeſcens ſanguis
⁊ ſubareſcens vulnus patientiam vicerunt: excla-
mauit: Omnes me filium Jouis dicunt: ſed doloꝛ
hic hominem me eſſe teſtatur. Conſcientiam ꝓpꝛi
am excutere: ⁊ illi potius q̃ꝫ blandientium ſermū-
culis fidem dare ac ſtultitiam dediſcere: uel ſero ꝓ
ximus ad ſapientiam gradus eſt.

¶ De ſapienti doctrina regis Cyri de ꝑpetuitate aīe
⁊ imoꝛtalitate mentis humane. Cap.XXVIII.

n Ec extoꝛquebit aut bꝛeuitatis ſtudiuʒ: aut A
vulgate rei vitandum repetitione faſtidiū:
ut ſermoneʒ Cyri maioris moriētis a Tul
lio ex Zenophonte tranſlatum pꝛetermittam. Sic
enim filios alloquitur: Nolite arbitrari o mi filij
chariſſimi: me cū a uobis diſceſſero: nuſq̃ꝫ aut nul-
lum fore. Neq̃ꝫ enim dum eram uobiſcum animū

meum videbatis:ſed eum eē in hoc corpore ex his
rebus quas gerebam intelligebatis:Eundem igi
tur eſſe creditote ⁊ ſi nulluꝫ videbitis.Nec vo cla
rorum viroruꝫ poſt mortem honores permanerēt
ſi nihil eorum ipſorum animi efficerent:quo diuti-
us memoriam ſui teneremus.Mihi quidem nun-
q̄ꝫ perſuaderi potuit:animos dum in mortalibus
eēnt corpib⁹ viuē cū exiſſent ex his emori.Nec vo
tunc animuꝫ eſſe inſipientem cum ex inſipienti cor
pore euaſiſſet:ſed cum omni admixtione corporis
liberatus:purus ⁊ integer eſſe cepiſſet:tunc eſſe ſa
pientem.Hec ad contextum de regijs uerbis eli-
B cui.Opinio quidem immortalitatis anime:non ſo
lum ut uera ſed ut ſtudio quoqꝫ virtutis amiciſſi-
ma pie ac tenaciter amplectenda eſt.Hac eniꝫ ſub-
lata omnis profecto mortalium ardor refrigeſcet
quo ad honeſta ſuccēdamur.Quis enim dempta
ſpe premij mortis tot humane vite pericula tātoſ-
qꝫ labores perferet?Quis ſe a uoluptatibus arce
bit:aut impetus animi frenare uolet?Qua ira aut
libido uocauerit:ſequeť quiſqꝫ:Ita totus hic pul-
cherrimus atqꝫ optimus rationis ordo turbabiť:
interqꝫ marcidum ocium ⁊ effrenatam rabiem ſi-
ne ſalutis reſpectu fluctuabit humanum genus.
Duo igitur in rege miror:Et ꝙ dogma tam ueruꝫ
tamqꝫ ſalutiferum:Ceterum in illa etate vir dum
p̄ncipibus cognitum philoſophis:tam conſtanter
affirmat:⁊ qđ in ipſa morte faciat.Neutrum eniꝫ
ſine magna quadam ſapientia ⁊ ſingulari contigiť
ſe arbitror.

¶De ſapienti dicto Themiſtoclis:Potius uelle da-
re filiam viro ſine pecunia:q̄ꝫ pecunie ſine viro.
Cap̄.XXIX.

p Reſcriptis regibus Themiſtocles Athe-
nienſis accedat:non ipſe quidem Rex:ſed
nec Perſidis aut Grecie regum inferior.
Hic interroganti amico:an honeſto inopi:an diui
ti ſed infami vnicam filiam in matrimonium daret
Uirum ſine pecunia:q̄ꝫ pecuniam ſine viro ſe mal-
le reſpondit:Uirtutem in homine ſpectandam po-
tius q̄ꝫ fortunam.

¶De ſapienti conſilio Damocletis dato Athenienſi
bus ut complacerent alexandro. Cap̄.XXX.

a Thenienſibus quondaꝫ diuinos honores
negantibus Alexandro:Uidete ait Damo
cles ne dum celum cuſtoditis terram amit
tatis.Nō minus ſapienter dictum q̄ꝫ feſtiue.Qui
enim potenti minora negat:maiora permittit.Et i
modicus libertatis uſus ſeruitutis occaſio eſt.Et
his quidem dicto:ac vicinis eorum facto ſapiens
inuentus eſt.

¶De ſapienti abrogatione legum ⁊ reſtitutione ea-
rundem facta per Ageſilaum:ut extraordinariam
iuſtitiam exerceret. Cap̄.XXXI.

a Geſilaus Lacedemonius:deprehenſa cō-
iuratione ſceleſtorum ciuium aduerſus ſa
lutem publicam:cum eos nec raptim aut
citra iuris ordinem condemnare poſſet:nec de in-
demnatis ſm̄ Lycurgij leges ſumi ſuppliciuꝫ lice-
ret:⁊ periculoſam animaduerſionis moram eē cō
ſtaret.Inter has difficultates dubius:hoc tandeꝫ
conſilij cepit:Legibus abrogatis cōiuratos mor-
te mulctauit:confeſtim reſtituit leges.Ita nec con
tra eas nec contra rempublicam factum eſt:⁊ hu-
iuſmodi abrogatio confirmatio iuris fuit.Sed iā
ſatis iter duces heſimus:deinceps ſapiētie ac phi
loſophoruꝫ qui in grecia floruerunt ex innumeris
pauca memorie prodita renouare tentabimus:le-
ctores orantes:dent ueniam ſi in rebus magnifi-
cis paulo cunctatior ſtilus eſt:nec tacita noſtri ad-
miratione contentus:alienis parumper dictis in-
terſtrepit.

¶De ſapientibus dictis Attici Solonis:ſuper uari
etate ⁊ equanimi tolerātia ipſius. Cap̄.XXXII.

a Ticicū Solonem predicare ſolitum ferunt: A
Expectandum fore nouiſſimum vite dieꝫ
ut quis beatus iure uocareť:Omnes nem
pe dum viuimus:quocunqꝫ gradu poſiti:ſubiace-
mus imperio ⁊ ludibrijs fortune:a quib⁹ perraro
quidem immunes:a periculo autem ac minis nun
q̄ꝫ tuti ſumus.In quantalibet igiť rerum affluen-
tia:de futuro ſemper incerti:dici nō poſſumus feli
ces.Quod uerbum altius intelligiť ab his qui ex
altiſſimo dignitatis ac potentie ſolio:ubi firmiter
ſtare videbātur:repēte corruerunt.Id cum in mul
tis ſepe:tum clariſſime in Creſo Lydorū rege:ubi
hoc dictuꝫ a Solone tradit Herodotus apparuit.
Hunc enim potentiſſimum ſue etatis:Solon ut a
longe vite finem reſpiceret:monuit:nec prius intel
lexit q̄ꝫ a Cyro Perſarum rege breui poſt victus
flāmiſqꝫ traditus:in mediaqꝫ iam morte Solonē
uerum uateꝫ exclamauit.Quod admirās Cyrus:
auferri tantiſper ſuppliciuꝫ imperauit:donec quid
ille uociferaretur agnoſceret:Et adiuuit repētinus
imber qui impetum flāmaſqꝫ compeſcuit.Re au-
tē intellecta:fortune vim reputans ⁊ ſtatim hoſtis
miſeratus:vitam ſibi ſed ſine regno:⁊ ut quidam
adijciūt:ſine libertate reſtituit.Recte igiť dici po-
teſt:ꝙ de mortali felicitate ſola mors iudicat.Q̄ꝫ
obrem breuibus quidem incluſum:ſed late patēs B
ſalutare conſilium Solonis vni datum:ab omni-
bus obſeruandum:qui uel ſunt uel fieri cupiunt ſa
pientes.Nō ſolum ſi propter felicitatis de qua di
ximus iudicium:quod ita Solonem ſenſiſſe Cre-
ſi finis indicat:ſed etiam ſi propter vite ad vnum
aliquod ſignum diſponende certitudinem:quod v̄
ba ipſa non reſpuunt:intelligere uellemus ad fineꝫ
vite reſpicere.Profecto ſi hoc temporis momen-
tum degere cupimus:tranquille proponēdus ani
mo eſt aliquis certus vite curſus ac terminus:ad
quem omnia noſtra referantur.In quo q̄ꝫ commu-
niter peccetur ab omnibus:nō audeo dicere.Pro-
gredere in vulgus quiſquis hoc ſcire cupis:paſſiꝫ
tibi ſenes ridiculi occurrent:noua in te cōſilia poſt
ultimum mortis tempus agitantes:nec aliter an-
xij q̄ꝫ ſi per eadem vite ueſtigia reuerſuri ſint.Cu-
ram que prima eſſe debuerat:ad extrema tranſtu-
lit mortalis incuria:Atqꝫ utinam ſenectutis conſi-
lia conſtarent miſeris:quibus ſaltem in morte tue-
rentur:Ad hec quoqꝫ titubant aſſidue:eoqꝫ magis
quia multa videndo multiuoli facti ſumus.Om-
ne genus hominum percurre:rariſſimos inueni
es qui liquido quid ſibi uelint explicare queant:

C Bene qdem ac feliciter ſibi eſſe cupere affirmabūt omnes:ſed id quo nam modo aut qbus vijs expe-ctāt. Hec eſt illa cōſilioꝝ incōſtātia:uotorum cōfu ſio. Nec mirum: Sicut enim in alto nauis quem poꝛtuꝫ petat ignara:ſic vita hominum ad quem fi nem dirigat̃ neſcia:uaga ſemꝑ ꝛ incerta fluctuabi tur:ut diuerſis illa flatibus:ſic aduerſis hec agitā da ſentētijs. Ad milleſimum licet annum viuatur: pluribus certe conſilijs ſed pari uanitate peccabi tur. Ego autem uereoꝛ ne ſapientiſſimi viri uerbuꝫ puerilibus magis querimonijſ implicuiſſe videar ꝙ̄ꝫ declaraſſe: Hinc igit̃ ad aliud eiuſdem dictum trāſco: Foꝛtunam ꝓpꝛiam miſerabiliter flenti ami co huiuſcemodi ſolamē adhibuit. In locuꝫ eminē teꝫ vnde omnis ciuitas videri poſſit adducto: Cir cūſpice inqt hāc terram incolumis. Quod cum is
D ſedulo feciſſet: Nūc ait apꝺ aium tuuꝫ uerſa quot quātiqꝫ hacten⁹ in domib⁹ merores fuerint: quot modo ſint: quot i poſterum futuri: cōmunēqꝫ moꝛ-talium querelam in patiētia ꝛ lamētis ꝓpꝛiam tu aꝫ facere definito. Sapiēter atqꝫ magnifice. Quā tus eſt enim erroꝛ? Nemo ſe hominem natum eē ꝯquerit̃: humana cūcti patimur cum gemitu: tāta qꝫ ꝑuerſitas inceſſit: homines eſſe cupimus ꝛ do-lemus. Hinc cōſequēs eſt eiuſdem dictuꝫ: Si om nium calamitates ꝛ miſerie in vnum cōuehant̃: vi ritim in ſingulos refūdēde: ꝛ ad hūc immēſum at qꝫ ineſtimabilem maloꝝ cumulum cūcti ꝯueniāt moꝛtales: fore: ut attonitus qſqꝫ cum ꝓpꝛijs ꝛ uſi tatis abire malit: ꝙ̄ꝫ nouam ex vniuerſo ſibi obue-nientem poꝛtionem ſumere. Quod dictum eo ſpe ctat: ut non qui mediocribus agimur incōmodis ſoꝛtem noſtram equanimiter toleremꝰ: nō tam ad aliqꝺ pōdus pꝛeeūtium: ꝙ̄ꝫ ad ſequētium turbam oculos habentes. Nec ignari ſi qbuſdam inuide-mus: inumerabiles eſſe quibus inuidioſi ſumus: ut ꝑmiſceri ſinguloꝝ mala ꝛ equis partibus diſtri bui nobis qui nunc de ſtatu noſtro ſine fine cōque rimur nequaꝙ̄ꝫ expediat.

C De ſapiēti dicto Chilōis Lacedemonij ſcripto in tēplo Apollinis: Noſce teipſuꝫ. Cap. XXXIII.

A p Rogreſſo in medium Solone: qd ſex alij qui in eodem ſapiētie nomine gloriant̃ fa-ciēt? Falſo gloriari dixerit qſpiam: niſi ꝛ ipſi de ſapiētie ſue fōtibus ſingl'os ſalteꝫ hauſtus ſitiēti ꝓbeant lectori. Qꝺ igit̃ in ducibus obſerua tum eſt: obſeruet̃ in hoc oꝛdine. Ad latus Athenie ſis Lacedemonius ſedeat Chilo. Ipſe eſt qui illi us auctoꝛ ſentētie tradit̃: que in templo Delphici Apollinis ſcripta fuit: Noſce teipſum. Cuius pꝛe-cepti tāta eſt: ut nō hominum cuipiam: ſicut ait Ci cero: tribueret̃: ſed deo: Quo qdeꝫ: ut ait idem: nō credo id ꝓcipit̃ ut mēbꝛa noſtra aut ſtaturam figu ramue noſcamus: neqꝫ nos coꝛpa ſumus: nec ego hec dicēs coꝛpi tuo dico. Cum igit̃ noſce te dicit:
B hoc dicit: noſce animum. Nam coꝛpus qdem qua ſi uas eſt aut aliqd animi receptaculuꝫ. Ab animo tuo qcqd agit̃: id agit̃ a te. Hec Cicero. Qꝺ ꝛ mi-hi plane ꝓbatiſſimum ꝛ eo ſpectare videt̃: ut ꝛ co gnitos animi defectus refoꝛmemus: ꝛ in actioni-bus noſtris noſmetipſos metiamur: atqꝫ extime-mus acriter quid quiſqꝫ animi roboꝛe: qd lingua: quid ingenio ualeat: quid viribus coꝛporeis: ne aut ignarus ſui nobilitatem inſitam deſidia coꝛrū pi ſinat: aut uaria opinione tumefactꝰ ridicula coꝛ ruat audacia.

C De ſapiēti doctrīa Cleoboli Lyndij: ꝛ Comici Te rētij: ꝛ Flacci: i cūctꝭ ſuare modū. Cap. XXXIIII.

c Leobolus Lyndius dixiſſe fert̃ Ariſtome tron: qꝺ latine ſonat moduſ. Quid hoc bꝛe uius: qd ſapiētius dici pōt? Cuiuſ in ſingu lis vite nr̃e particulis meminiſſe cōueniet: ſeu vigi lādum: ſeu doꝛmiēdum: ſeu laborādum: ſeu qeſcē-dum erit: ſeu loquēdum uel tacēdum. Et ut bꝛeui-ter cūcta cōplectar: quicqd agemus: quicqd cogi-tabimus: niſi hoc an̄ oculos ſemꝑ habuerimus: fa cillime crebꝛo nimis oberrabimus. Hinc traxiſſe videt̃ Comicus Terētius qꝺ ait in Andria: Nam hoc arbitroꝛ apꝓme in vita eē utile: ut ne qd nimis explicauerat alijs uerbis Cleoboli ſentētiam: ſi ad didiſſet: Et ne qd parum: niſi foꝛte hocipſuꝫ nimis ad utrūqꝫ poꝛriget̃. Itaqꝫ plenius locutus mihi vi det̃ Flaccus: ubi ait: Eſt modus in rebus ſunt cer-ti deniqꝫ fines: Quos ultra citraqꝫ nequit conſiſte re rectum.

C Qꝫ raro fideiubēduꝫ ſit pꝛo alio: ſm Thaletē Mi leſium: ꝛ ꝙ deus introſpicit mentes ſicut exterio-ra. Cap. XXXV.

n Oram ꝓſto eē ſpondēti uel adeſſe uadimo nio: Thaletis Mileſij ſententia eſt: Quam cōperte ſapiētie lachꝛymoſe ſero penitētiū querele ꝛ miſerabiles ꝑimonioꝝ caſus īdicāt eo-rum qui pꝛo alijs ſpopōderūt. Idem cū ab eo que-reret̃: Nunqd opationes hoīum laterēt deos? Ne cogitationes qdem ait. Quo tacite monemur non minus abdita mētium ꝙ̄ꝫ exteriora coꝛpoꝝ actuū-qꝫ introſpiciētis dei oculis appꝛobare: nullā in la-tebꝛis ſpem habentes.

C De ſapiēti uerbo Biātis: Plures mali. Et de alio uerbo eiuſdem: uel Stilbonis: Omnia mea mecū poꝛto. Cap. XXXVI.

b Iantis Pꝛiēnei dictum eſt: Plures mali. A
De cuius ſcilicet dicti ueritate nemo ambi git: qui modo inter homines educatus ſit: quoꝝ ex milibuſ quot reꝑire liceat bonos: utinam minus euidens foret. Parum abeſt quin melius fuiſſe videat̃: Oēs mali. Eo enim ꝑuētū eſt: ut bo-nus habeat̃ quiſqs diſtat a peſſimo. Eiuſdem eſt uox illa famoſiſſima. Cum enim patria eius expu gnata ꝛ incēſa: oēs ciues quos cladis publice foꝛ tuna ſubduxerat: chariorūꝫ rerum ſarcinulas effe rēt: atqꝫ ipſum uacuum abeuntem ut idem faceret monerēt: Ita inqt Bias facio: Omnia mea mecuꝫ poꝛto. Quecūqꝫ extra animum ſunt nec bona nec ſua iudicās ſed foꝛtune. Nec ſum neſcius dictum hoc non Bianti ſed Stilboni tribuere Senecam. Quem in epiſtola q̈dam refert capta patria: amiſ ſis liberis ꝛ uxore: ſolum ſed beatum ex incendio B
publico exeuntem: interrogatuꝫ a Demetrio rege illo foꝛmidato urbium euerſore: utrum omnia ꝑdi diſſet rn̄diſſe: Oīa ſua ſecuꝫ eē. Ut uolet qſqꝫ acci-piat: ſiue Bias: ſiue Stilbō dixerit: de auctore po teſt dubitari: de dicti ipſius maieſtate ac ſapiētia nequaꝙ̄ꝫ. Qui Bianti hoc aſcribere maluerūt: te-ſtem locupletiſſimum ac fide digniſſimum Cicero nem ꝛ ſequaces eius: qui Stilboni Senecam cita būt ꝛ ipſum quoqꝫ magnum teſtem. Pōt aūt fieri ut ꝛ Bias hoc dixerit ꝛ Stilbon. Siue qꝛ alter al terius dictum legendo uel audiendo didiciſſet: ſi-ue quia: ut in Oratore ait Cicero: ſimilitudine

ingenij in eadem ueſtigia icurriſſent.Q̄ð ſi res oi-
no in diſcrepationem ueniat:ſcio cui ex teſtib⁹plus
apud me fidei ſit:Niſi qꝛ Cicero quodaꝫ loco hoc
narrans ſic ait:Sepe illuꝫ laudabo ſapientem Bi
antem:dubitationem omnem abſciderat:ſed addi
dit:ut opinoꝛ:hoc uerbum ne Stilbonem Senece
reijciam facit.

¶De ſapienti doctrina Pittaci ſuper tempore expē-dendo. Cap̄.XXXVII.

Ittacus mitylenëus:tēpus agnoſcere p̄ce-
p pit.Q̄ð ſiue oppoꝛtunitatem atqꝫ occaſio
nem ne q̄d intēpeſtiue agam⁹ aut loq̄mur:
cum oīa tēpus ſuum habeāt:ſiue tp̄is p̄cipitem fu
gam:cui nullo modo p̄terq̄ꝫ bonis ⁊ gl'ioſis actib⁹
reſiſtit̄:cōcernit:ut ƀm p̄mum ſenſum rebus aptuꝫ
tēpus diſcernamus:ƀm alterum tp̄e partius uten-
tes:rem anguſtam ⁊ irreꝑabilem quo vno poſſu-
mus remedio laxemus:q̄litercūqꝫ inq̄ꝫ ſapiēter ſit
ſapienterqꝫ conſulitur.

¶De ſapienti uerbo Periandri: Meditatio totum. Cap̄.XXXVIII.

Eriander Corinthius ait:Meditatio totū
p Sic eſt haud dubie:q̄cq̄d acturus es ante
q̄ꝫ incipias meditare:ut te ratio ad optatū
ꝓuehat finem:Alioq̄n p̄iculoſe quodlibet aggredi
eris:nō rōni ſed caſibus obſequēs foꝛtuitis.Jllud
quoqꝫ ueriſſimum:Totam docti hoīs vitam in me
ditatione cōſiſtere.Recte itaqꝫ dictum eſt:Medi-
tatio totum.

¶De ſapientiſſima lege Lycurgi lata Lacedemoni-is. Cap̄.XXXIX.

A Uit aius mihi Lycurgum inter Solonem
f ⁊ Chilonem collocare:ut ⁊ cōciuem ſuum
p̄cederet:⁊ legiferum Athenīēſem legifer
Lacedemonius ſequeret̄.Retrahēdi manum ab i
ceptis cauſa fuit:ut in his ſeptem uetuſte Graioꝝ
ꝑſuaſioni morem gererem : nec ſtilo cōfunderem:
aut alijs ꝑmiſcerem:quos ſegregatos abſqꝫ ꝑtici-
pe famoſi cognominis eē uoluerūt:q̄ꝫuis eoſipſos
ut eſt apud Ciceronem:qui iſta ſubtilius querūt in
numero ſapiētiuꝫ nō habēt:Sed utcūq̄ꝫ res ſe ha
beat:cur inter hos nō fuerit Lycurgus ſepe mira-
tus ſum.Sane admirationem tēpus abſtulit : q̄m̄
ut in epiſtola quadam ait Seneca:Lycurgus ſi ea
dem etas fuiſſet:ſacro illi numero acceſſiſſet octa-
B uus.Quia ergo tātum plebiſcitum abrogare non
poteram:hactenus tantum differre ſum cōpulſus
Jtaqꝫ Lycurgus e duob⁹ grecie luminib⁹ illuſtra
uit alterum:cum alterum Solon illuſtraſſet.Ex le
gibus aūt quas ciuib⁹ ſuis ſanxit: hec memoratu
digna narrant̄:Auri ⁊ argēti uſum uelut cūctorū
criminum radicem extirpauit:in pecunie locum re
rum cōpēſationem ſtatuēs .Populos p̄ncipibus:
p̄ncipes iuſtitie ſubegit:utroſq̄ꝫ ꝑſimonie quaꝫ do
mi militieq̄ꝫ utiliſſimam arbitratuſ eſt.Regib⁹bel
la:magiſtratibus iudicia:ſenatui leges:populo ſe-
natus ac magiſtratuum creādoꝝ ius ꝑmiſit.Cō-
uiuia oībus equalia:eaq̄ꝫ non niſi in publico fieri.
Juuenes ſingulis in annos ueſtibus ꝯtentos eſſe:
Hiſq̄ꝫ vnius cultus ac p̄cij uoluit:ne aut latebꝛe lu
xum:aut imparitas emulationeꝫ pareret .Primā
etatem foro arcuit:⁊ rure agi uoluit ꝓcul ab urba
na luxuria duriter ac ſeuere:ſine pulmēto ſine mol
li accubitu viros in urbem reuerti.Senes p̄mum
honoris gradum:nō diuites tenere:Unde uenera

bile ⁊ Lyſandrum dicere ſolitum refert Cicero:
honeſtiſſimum ſenectutis domiciliuꝫ Lacedemō.
C Uirgines indotatas nubere:ne dotis reſpect⁹ aut
eis inſolētiam adderet:aut viris ⁊ in uxorum ele
ctione uerum iudicium ⁊ in m̄rimonijs regendis
virilem p̄riperet libertatem.Agros deniq̄ꝫ cūcto-
rū ita diuidi:ut ad ſingulos ciues eque poꝛtiones
ꝓuenirēt:ne patrimonioꝝ ineq̄litas quoſdaꝫ in ci
uitate p̄potētes:quoſdam egenos ⁊ imbecilles fa
ceret:ſed oēs ſicut in iure ciuium : ſic in bonorum
abūdātia pares eēnt.Q̄ð in illa foꝛtaſſe republica
expedire vir ſapiēs ītelligebat:apud romanos au-
tem quot quātarūq̄ꝫ ſeditionum cauſam iuexerit:
que idipſum cōtinebat:notum eſt oībus qui roma
nos legerint labores.Jtaq̄ꝫ legem illam ⁊ docti ⁊
boni oēs execrant̄.Un̄ Cicero:p̄mum officium eē
dicit rēpublicam gubernātis:ut ſuum q̄ſq̄ꝫ teneat.
Et poſt pauca:Capitalis inq̄t ōro eſt ad eq̄tionem
bonoꝝ ꝑtinēs:qua peſte que pōt eſſe maioꝛ?Hanc
enim ob cauſam maxime ut ſua tenerent̄ reſpubli-
ce ciuitateſq̄ꝫ cōſtitute ſunt.Quam q̄dem ciuita-
tuꝫ cōmoditatem eo articulo quem in extremo po
ſui ſuſtuliſſe videt̄ lex Lycurgi.

¶De ſapientia Pythagore philoſophi:Et de refoꝛ-matione ciuitatis Crotonis ⁊ legibus ibi datis ꝑ eum. Cap̄.XL.

E quo ut dixi:cur in numerum ſapientum A
d grecie nō ſit admiſſus mirabar:de Pytha
gora nō admiroꝛ.Js enim ut in ſuꝑioribꝰ
expoſitum eſt:gl'ioſum illud arrogās cognomē ſa
piētie erubuit:p̄muſq̄ꝫ philoſophū ſe dici maluit:
Nec pauca tm̄ eiuſdem ſapiētie extāt argumenta.
Primum oium urbs Croton in extremo Jtalie lit
tore ſita eſt:nūc lꝫ ad minimum redacta:quondam
tm̄ ut Cicero teſtat̄:oībus copijs florētiſſima ⁊ in-
ter urbes Jtalicas beatiſſima.Eius ciuitatis po-
pulus graui p̄lio attritus:armoꝝ deſꝑationem at
q̄ꝫ ois virtutis odium ſimul ⁊ ocio inherere cepe-
rat.Qua tēpeſtate ꝑpoꝛtune trāſuectus ad ita-
liam Pythagoras:Crotonem adijt labēteſq̄ꝫ ⁊ iā
in luxuriam ꝓlapſos:ciuitatis mores ſapiētie ſue
p̄ſidio firmauit erexitq̄ꝫ.Tātūq̄ꝫ apud eos ualuit:
ut populum nō minus vitijs q̄ꝫ ferro domitum aſ-
ſiduis monitis ad antique virtutis habitum refoꝛ
maret.Sapiētiſſimus oratoꝛ pꝛo affectuum uarie B
tate:uario remedioꝝ genere utēdum ratus:ſexum
⁊ etatem in cōcionibus diſtinxit:ſua ōrone ſepa-
ratim apud quēlibet uſurus:Uiris foꝛtitudinem:
⁊ ignauie fugam:mulieribus pudicitiam ⁊ coniu
galem fidem:pueris uerecūdiam ⁊ litterarū amo
rem:oībus pariter frugalitatis ſtudium ſuadebat
Extoꝛſitq̄ꝫ ꝑorādo:ut nō tm̄ viri:ſed femine etiam
ab omni morum ꝑuerſitate uelut ab ancipiti fouea
pedem retraherēt:eumq̄ꝫ ad alta uocitātem ſeque
rent̄:uſqueadeo ut ſpōte ſua ueſtes quoq̄ꝫ purpu-
reas aureaſq̄ꝫ ⁊ cetera coꝛporum oꝛnamēta reijce
rēt:docte oꝛnatum muliebꝛem in pudicitia non in
auro gēmiſqꝫ conſiſtere:hiſqꝫ potiſſimuꝫ armis at
qꝫ his facibus ſeuire luxuriam.Quid igit̄ miri eſt
ſi cuius ſinguli tam ſalubꝛe cōſilium exꝑti fuerāt:
eundem omnes conſultorem publicum elegerunt
Huius eſt illud dictum:Alium animum fieri tem
pla ingredientibus : ⁊ deorum ſimulacra de pꝛo-
pinquo ſpectantibus : ꝙ moꝛtalis infirmitas di-
uinitatis quadam ueluti vicinitate contremiſcat.

Eiuſdem ⁊ illud inſtitutum: Ut diſcipuli prius q̃ꝫ
queſtionibus atqꝫ altercationibuſ implicarenť: qn
quēnio tacerēt: audire ⁊ meminiſſe cōtenti: Nec a
temeraria ꝓcacitate: ut nr̄i iuuenes: ſed a ſobrio at
tentoqꝫ ſilentio ſapientiam auſpicantes.

¶ De Socratis ſapiētiſſima doctrina circa diuinam
orationem: deſideriorum moderationem: cognitio
nem ſui: hypocriſis fugam: ⁊ malorum toleranti
am. Cap. XLI.

A Apientie titulum cōſecutum hoīum cōſen
s ſu: dei: ut aiūt: reſpōſo ſapiētiſſimum iudi
catum: Socratem ſubijciā: Inde alios nō
ſapiētiſſimos: ſed amorem ac ſtudium ſapiētie pro
feſſos. Sed a Socrate incipiam: Cuius in primis
ſanctum ac uenerabile cōſiliuꝫ habemus: Adeo ni
ſi ut nobis bn̄faciat nihil poſtulare. Ille eniꝫ quid
nobis expediat ſolus nouit: Nos autem ceci: futu
rorum neſcij: aduerſus ꝓpriam ſalutem ineptis ⁊
iopportunis p̄cibus ſepiſſime laboramus. In quo
A Ebris tue nūcius beatiſſime pater: tremorem membris meis ⁊ horrorem attulit. Nec idcirco blandiloquens aut ſimilis dicar illi: de quo Satyricus ait: Flet ſi lachrymas conſpexit amici. Et iterum: Si dixerit eſtuo ſudat: ſed illi potius: qui (ut ait Cicero) de ſalute populi romani extimeſcebat: in qua etiam ſuam incluſam videbat. Mea quidem ac multorum ſalus in tua ſalute fundata eſt: Nō igitur ſimulatus eſt tremor: neqꝫ enim alieno periculo permoueor ſed proprio. Oēs qui de te pendemus ⁊ in te ſperamus: te egrotante ſani forte videmur: ſed non ſumus. Verū quia tum ſemper: tum precipue in hoc ſtatu breuem decet eſſe ſermonē: qui in diuinas aures humano ore transfunditur. Pauca tibi nunc animo affuſus ⁊ uenerabundus loquar. Lectum tuum obſeſſum medicis ſcio: hinc prima mihi timēdi cauſa eſt: diſcordant enim de induſtria: dū pudet noui nihil afferentem alterius heſiſſe ueſtigijs. Nec eſt dubium (ut eleganter ait Plinius) omnes iſtos famam nouitate aliqua aucupantes: animas ſtatim noſtras negociari: ⁊ in hac ſola artium euenire: ut cuicūqꝫ ſe medicum profitenti ſtatim credatur: cum ſit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud intuemur: adeo blanda eſt ſperādi pro ſe cuiqꝫ dulcedo. Nulla preterea lex que puniat inſcitiam capitalem: nullum exemplum vindicte: diſcunt periculis noſtris: ⁊ experimenta per mortes agunt: Medicoqꝫ tantum hominem occidiſſe impunitas ſumma eſt.

B Horum turbam uelut inimicorum aciem clementiſſime pater intuere: Inſtruat te illius infauſti epigrammatis memoria inſcribi iubentis in ſepulchro hoc ſolū: Turba medicorum perij. In etatem noſtram potiſſime videt̄ incidiſſe illud Marci Catonis ſenis uaticinium: quandocunqꝫ greci ad nos litteras ſuas ac preſertim medicos tranſmiſiſſent: omnia corrupturos. Sed quia iam ſine medicis viuere non audemus: ſine quibus tamen innumerabiles nationes: forte melius atqꝫ ſalubrius viuunt: ⁊ populus Romanus etate florentiſſima: eodem teſte Plinio: ultra ſexcenteſimum annū vixit. Unum tibi de multis elige: non eloquentia: ſed ſcientia ⁊ fide conſpicuum. Iam enim profeſſionis ſue immemores ⁊ dumetis proprijs exire auſi: poetarum nemus ⁊ rhetorum campum petant: ⁊ quaſi non curaturi ſed perſuaſuri circa miſerorum grabatulos: magno boatu diſputant atqꝫ illis morientibus Hippocraticos nodos Tulliano ſtamine permiſcentes: ſiniſtro q̄uis euentu ſuperbiunt: nec rerum effectibus: ſed inani uerborum elegantia gloriantur.

C At ne quid a me hodie fictum medici tui putent: quem ſepe nomino Plinium: qꝛ is ⁊ de medicinis multa ⁊ de medicis plura q̄ quiſq̄ ⁊ ueriora diceret: in omnibus fere huius epiſtole partibus ducem habui. Ipſum ergo audiant: palam inquit eſt: ut quiſqꝫ inter iſtos loquendo polleat: Imperatorem ilico vite noſtre neciſqꝫ fieri. Sed ego longius q̄ deſtinaueram: metu calamum urgente prouectus ſum. Ut ꝟo iam deſinam: medicum non conſilio: ſed eloquio pollentem: uelut inſidiatorem vite ſiccarium aut ueneficum vitare debes. Huic quidem iure optimo dici poteſt: quod loquaci coquo Plautinus ille ſenex in Aulularia: Ubi inquit: opera hic conducta eſt ueſtra: non oratio. Ad hec ⁊ exactam tui cuſtodiam: ⁊ (que ad ſalutē corporis miris modis adiuuant) ſpem bonam ac letum animum habeto: ſi te: ſi nos oēs: ſi tecum egrotantem eccleſiam ſaluam cupis. Vale.

¶ Franciſci Petrarche poete laureati in quatuoꝛ libꝛos inuectiuarum in medicuꝫ obiurgantem: Epiſtolaris pꝛefatio.

A Q[uatuoꝛ] inuectiuarum libꝛos di cā: an quid aliud: ad te miſi: libētiſſime negauerimus ſi uel negare tibi aliquid poſſeꝫ: p̄ſertiꝫ obnixius poſtulanti uel illi iam in publicum non exiſſent. Ridebis interlegēdo ⁊ tacitus dices: Ille meus vnam amplius ꝙ̄ꝫ putabam artem habet: male loqui didicit. Bene ais: Teſtoꝛ enim tuuꝫ caput: meum hoc artificium non fuit: non ſum totus indocilis: mallem lectioꝛ. Sed hoc didici in his ſcholis ubi impertinens ⁊ ineptus conuitiatoꝛ docere non potuit qđ neſciuit: meliora foꝛſan in Academia in Parnaſo. Neſcis quia ſicut in plateis urbium rixantur anicole: in roſtriſ litigant cauſidici: in foꝛnicibus lenones: in tabernis ebꝛij: ſic in ſcholis diſputāt philoſophi ⁊ in ſiluis cogitant poete. Didici qđ res: qđ locus tēpuſqꝫ poſcebant: Immo v̇o qđ cogebat impoꝛtuniſſimus magiſter. Ꝙuis
B enim in ocio in ſolitudine mea eſſem: ille tamen urbicus iurgatoꝛ nec ſolitudini nec ocio meo parcēs nec ipſam locorum faciem ueneratus: cui diuinum neſcio quid ineſſe ipſe ſi videas: non neges in illis: ut pꝛopꝛie mihi videoꝛ dicturus: pierijs penetralibus latitantem: conuitijs aggreſſus exciuit: in aliis longe inꝙ̄ꝫ alijs conſopitum curis: ⁊ hanc quaꝫ in me miraris inſuetam artem docuit uel inuitum. Illud egrius fero qđ ⁊ glorioſius aliqua de me loqui ⁊ neſcio an ineptis ſed certe neceſſarijs laudibus dare operam me cogit: Utriuſqꝫ rei excuſationem in fine libꝛi ultimi videbis: vnum pꝛope diem mirabere: ꝙ eandeꝫ quam mihi olim hoſtis impoſuit: gloriandi neceſſitatem impoſuerūt amici. Ante alios Zenobius noſter vir doctus: ⁊ quem auxonijs armatum muſis barbarica nuper laurus oꝛnauit: deqꝫ nr̄is ingenijs: mirum dictu: iudex cenſoꝛqꝫ germanicus ferre ſententiam non expauit. Il
C le inꝙ̄ꝫ amiciſſime quidem admonens efficaciterqꝫ coarguens impulerit etiam qua nolebam: ut quod nunꝙ̄ꝫ amplius euenturum ſuſpicabar pꝛo excuſatione mei nominis nunc denuo gloriarer. Epiſtolam eius ad me vidiſti puto: aliorum v̇o non ita ꝗbus ſtilus uarius: ſed oībus vna mens eſt moram meam his in locis: niſi ſat relique vite mee conſentaneam pꝛobare. Reſponſionem meam ad omnes quia vna non capiebat epiſtola: ⁊ de fama totiens certare durum erat: ꝙ̄ꝫꝗ̄ꝫ tota res alto animo ſperni poſſet: ne tantorum uoces hominuꝫ contempſiſſe dicerer: libellum de vite mee curſu cōtexui: ubi ſi res meas: non dicam irrepꝛehenſibiles aut laudabiles: ſed tolerabiles excuſabileſqꝫ: mira v̇o ⁊ illi amico ⁊ alijs miratoribus meis ſiue amātibus ſiue tēptantibus ſiue ex pꝛofeſſo carpētibus puto reſponſum erit: Hactenus inuectiuarum mētio calamus tulit: cum quibus ⁊ libꝛum iſtum ſenio victum ⁊ canum moꝛſibus lacerum ſimul ⁊ uetuſtiſſimam meam quam poſtulas chartam mitto: In quibus nihil mihi charius ꝙ̄ꝫ uetuſtas ipſa: cuius ueneratoꝛ noſtra etate niſi falloꝛ nemo inde maioꝛ fuit. Uale. Mediolani: quarto idus Iulij.

¶ Capitulorum libꝛi pꝛimi inuectiuarum in medicum obiurgantem collecta: oꝛdinata: enumeratiuaqꝫ Annotatio.

Cap̄. I. De intentione auctoris: ⁊ ꝙ quaſi coactus ſit ſcribere: ueniam etiam a lectore ſi contra ſuuꝫ morem dixerit petentis.
Cap̄. II. de repꝛehenſione medici ꝙ inuehendi calamum contra immeritum ſumpſerit.
Cap̄. III. Ꝙ non artificium ſed artifices: ⁊ nō oēs ſed pꝛocaces conueniat impꝛobare.
Cap̄. IIII. de excuſatione auctoris ꝙ non adulandi pꝛopoſito neqꝫ inuidia ſcripſerit: deqꝫ inextricabili diſcoꝛdia medicorum: ꝙqꝫ rhetorica nō ſit medicine ſubiecta.
Cap̄. V. de comparatione poetice ad medicinaꝫ: ⁊ medicine ad agriculturam.
Cap̄. VI. de effectibus medicorum an ſint mirabiles: ⁊ de colore medicorum.
Cap̄. VII. de laude Hippocratis: Galieni ⁊ Plinij. Pꝛobationeqꝫ auctoruꝫ uetuſtatis: quos moderniores turpi ſegnitie ⁊ ingenij hebetudine arguunt.
Cap̄. VIII. de poetarum immoꝛtali gloria: Et quēadmodum medici de omni materia etiam ſibi incognita loqui uelint.
Cap̄. IX. de intellectu contra quos poetas Boetius loqui uelit: ⁊ iucundiſſimo poetarum ꝯſenſu.
Cap̄. X. de officio poete ſm̄ Lactantium.
Cap̄. XI. de medicorum mendacio ⁊ poetarum uelata ueritate.
Cap̄. XII. de poetarum raritate atqꝫ claritate: medicorumqꝫ uanitate.
Cap̄. XIII. Ꝙ auctoꝛ non aduerſus excellētes medicos: ſed delirantes ſcribat: ⁊ quare libellū pꝛo epiſtola remiſerit.
Cap̄. XIIII. Ꝙ libellus hic etiam a medicina ipſa laudari mereatur.

¶ Finis capituloꝝ pꝛimi libꝛi.

¶ Franciſci Petrarche poete oratoriſq̃ clariſſimi: Liber Inuectiuaru͂ in medicu͂ obiurgantem Primus Incipit.

¶ De intentione auctoris: ⁊ ꝙ quaſi coactus ſcripſe
rit: ueniam etiam a lectore ſi contra ſuum morem
dixerit petentis. Cap̄.I.

q Uiſquis es qui iacētem cala-
mum: ⁊ ſopitum (ut ita dixe-
rim) leonem importunis latra
tibꝰ excitaſti: Jam ſenties ali-
ud eſſe alienam famam pruri-
enti lingua carpe: aliud ꝓpria
rōne defendere. Iniquum fa-
teor: inter nos certamē iſtitui-
tur: Ubi me ꝑcutias habeo: ubi te reꝑcutiam non
hēs. Qd̄ enim nomē hēre pōt mercenarius ⁊ ifa-
mis artifex? Profecto aūt mihi tecum non de opi
bus aut de impio: ſed de ſolo noīe pugna eſt: cuius
te egenum atq̃ inopem eē: ⁊ ſiqd iterdum non ad
monearis itelligis: Quia tñ cogis ad id ad quod
nunq̃ ſpōte deſcēderem: ⁊ loqui aliqd neceſſe eſt:
ne ſi (qd̄ iterdum in aium uenit) ꝓpter ꝯtēptum re
ru͂ tuarum tacuero: tu tibi forſan ex mea taciturni
tate cōplaceas: petita nō a te ſed a lectore uenia: ſi
qd cōtra morem meum dixero: Rñdebo ad aliq̃.
Multa enim tam inepte dicis: ut quiſq̃ ea riſu di
gna duxerit: ipſe merito uideri poſſit ineptior.

¶ De reꝑhenſione medici: ꝙ inuehēdi calamum con
tra immeritum ſumpſerit. Cap̄.II.

p Rimum itaq̃ lr̄is tuis lectis: riſum me co-
hibere nequiſſe noueris: Quo nam enim
alio modo clarius ꝓbare poteras: ueru͂ eē
qd̄ negas: te ſcilicet egreſſum tuis: alienis in finibꝰ
oberrare: magno cum eorum diſcrimine qui nimi
um creduli te ſequuntur: q̇bus ſanitatis fructum
pollicitus: nil niſi intēpeſtiuos floſculos inutilium
uerboꝝ igeris: cu͂ facto nō uerbis opus ſit? Quā
to enim ſudore quātoq̃ cu͂ ſtudio inane͂ ſed am-
pulloſam ⁊ tumidam plenamq̃ cōuitijs epiſtolam
effudiſti? Sed hic ueſter eſt mos: aduerſus ueru͂
iurgio certatis: Et nimirum: hoc ipſo quātu͂ tibi fi
deres aptiſſime declaraſti: Si enim nō extremus
ꝑditiſſimuſq̃ omnium fuiſſes: nō deſperaſſes fie-
ri poſſe ille vnus ex multis: qui iuxta ſentētia͂ me
am eſſes in Romani pōtificis cōſilium euocādus:
Immo ꝟo generoſe mētis idicium eſt: etſi vni tan-
tu͂ ſpes glorie ꝓpoſita ſit: in id niti ut vnus iſte tu
ſis: qd̄ ſi aſſecutꝰ fueris uoti cōpos egregij: alioq̃n
laudabili ſaltem ſis commendandus affectu.

¶ Q̃ nō artificium ſed artifices: ⁊ nō omnes ſed ꝓ-
caces conueniat improbare. Cap̄.III.

A e Go q̇dem (nam memini) nō artificium: ſed
artifices iprobaui: eoſq̃ nō omnes ſed ꝓ-
caces atq̃ diſcordes: Miru͂ dictu: ut ſibi
cōſcius tuus multoru͂q̃ aīus idoluit ⁊ exarſit: ne
ſcio q̇d hoc rei eſt. Argue tardos philoſophos: pu͂
ge inertes poetas: carpe incōpoſitos oratores: nu͂
q̃ Plato ⁊ Ariſtoteles: nunq̃ Homerus ⁊ Uir-
gilius: nunq̃ Cicero aut Domoſthenes miſcentur
Increpa medicos inutiles ⁊ ignaros: omnes ꝓpe
fremēt ⁊ inſaniēt: qd̄ ante nō noueram: breui litte
rula ſum exꝑtus: ſingulare q̇ddā hoc in genere di-
xerim. An forte ideo quia vniuerſali macule nemo
ſubtrahit? Nolo id q̇dem opinari: nec dum deſpe B
ro fore aliquem medicum cui ualde ꝓbet̄ q̇cq̇d di
xi dicturus ue ſum: quiq̃ ſuam ſingularem laudē
in cōmuni ceteroꝝ infamia recognoſcat: ⁊ (qd̄ cun
ctis excellētibꝰ igenijs iſitu͂ reor) gaudeat ſe pau
coꝝ ſimile͂: diſſimilēq̃ multoꝝ. Qd̄ niſi ita eē cre
derem: fruſtra ſuaſiſſem vnum de multis eligēdu͂:
ut uerba mea repetam: nō eloquētia ſed ſcientia ⁊
fide cōſpicuum: tu tñ ille vnus ꝓculdubio nō es:
qd̄ ſi eſſes: nunq̃ diſcordes ac neſcios medicos in
crepāti: tam uētoſa reſpōdiſſes epiſtola: ꝓfundiſſi
me tāgebaris: tam grauiter exclamaſti.

¶ De excuſatione auctoris ꝙ non adulandi propo
ſito neq̃ inuidia ſcripſerit: deq̃ iextricabili diſcor
dia medicorum: ꝙq̃ rhetorica nō ſit medicine ſub
iecta. Cap̄.IIII.

n Ec puduit illud etia͂ iter ꝯfuſum murmur A
iſerere: me pōtifici adulatu͂. Ego nec cuiq̃
adularer: cui ꝓpoſitum ſit (vulgo etiam nō
ignotum) p̄ter virtutem ac bonam famam vniuer-
ſa cōtēnere. Quid aūt me moueret: ut nūc fierem
qd̄ ab annis tenerioribus nunq̃ fui? Percontare
ipſum illum de quo loq̇mur: ⁊ dicet tibi: ſepe ultro
ſe mihi obtuliſſe: quātum tu optare (l͂ ſis importu
niſſimus) nō auderes: meq̃ ꝓpter amorem liber-
tatis: qd̄ tibi inexꝑtum ⁊ incognitum bonum eſt:
oīa recuſaſſe. Deſine itaq̃ lepram tuam ⁊ ambitio
nis auaritieq̃ malum: bñ ualētibus imponere: tu
palpator: tu nō ſolum blādus: ſed (ſi es ille quē pu
to) tedioſiſſimus etiam adulator: nō modo pontifi
cu͂: ſed ⁊ pauꝑum latrinas viliſſimi ſpe lucelli: ego
florētes ſiluas ⁊ ſolitarios colles ambire ſoleo: nō
niſi uel ſciētie cupiditate uel glorie. Id non ſcripto
ſed cachinno refellēdum arbitror: qd̄ iter anxie cō
quiſitas euadēdi vias: q̇bus inenodabilem ueri la
queum tētas abru͂pere: palpitādo dixiſti: me forſā
tui noīs inuidia tactum: illud ſcripſiſſe quo tibi gre
giq̃ tuo famam eripem. Ego ne tibi miſero iuide-
rem? Abſit: auertat deus: qui enim miſero inuidet B
neceſſe eſt ſit ipſe miſerrimus. Ego tibi nomen eri-
pere nitar inglorie? Procul ab hoc ꝑiculo es. Ire
potes toto ſecurus orbe terrarum: qd̄ ad fame ia-
cturam attinet: Cantabis uacuus corā latrone via
tor: Erit qui forte nares amputet: oculos effodiat:
famam tibi nullus eripiet quam nō habes. Quid
aūt intolerabilius eſt hoīe inſolēti? Qui ubi pudo
rem ſemel abiecerit: quicq̇d dixeris negabit: ma-
gna meretricie frontis impudētia eſt. Negas ecce
medicos diſcordare: que publica totius humani
generis eſt querela. Utinam tñ ita ſit: malim eſſe
mētitum: q̃; q̃ hac in re mētitus eē non poſſim: Ce
terum ſaluis oībus erraſſe maluerim: q̃ me ueridi
co ꝑiclitari tot hoīum milia: qui diſcordi ⁊ uario ⁊
ꝓrſus incerto medicorum impio gubernant̄. Nē-
pe ꝙ in ſummi pōtificis cura nuꝑ dicis fuiſſe con-
cordes: vide: non dico nō mētiaris (id eni͂ iam uo
bis quotidianum atq̃ vulgare eſt) ſed ne maximis
teſtibus: ueritas uos ipſa ꝯfundat. Concordaſtis
forte poſtq̃ ille cōualuit: qui qd̄ nemo ne ipſe qui-
dem dubitat: multo ante cōualuiſſet ſi tu ſalte͂ per
totum egritudinis ſue tempus in extremis Indie
littoribus habitaſſes. O ſi qd̄ ominari horreo (ſed C
l͂ immortalis dei vicarius deus eſt: tamē ipſe mor
talis) Si ergo tūc nature debitum ꝑſoluiſſet: quā-
ta fuiſſet inter uos ⁊ q̃ idecīſa diſcordia de pulſis:

de humoribus:de die cretico:de pharmacis:celū ac terram diſſonis clamoribus impleſſetis:cauſaꝫ ipſam egritudinis ignorantes. Miſeri qui ſub auxilij ueſtri fiducia egrotant. Chriſtus autem in cuius manu ſalus hominum ſita eſt:ſaluum illū ignorantibus omnibꝰ uobis fecit:⁊ faciat precor:quātum ſibi:quantum eccleſie cui preſidet eſt neceſſe. Uos dei beneficium:⁊ cōplexionis ac nature ſue laudem uſurpantes:videri vultis illum a mortuis ſuſcitaſſe:⁊ nunc tandem tranſacto periculo cōcordatis:non ineleganti uafricia:ne ſi pater ille doctiſſimus:quiqꝫ uel ingenio uel experientia(non dicā omnia ut tu adulator)ſed multa cognoſcit ac prouidet:diſcordare uos ſenſerit:precipites ancipitis vie duces abijciat:aſpernat:atqꝫ oderit. Sed mihi crede ne quicq̄ꝫ rete iacitur ante oculos pennatorꝫ nouit ille mores ueſtros:Et ſi me interroges:propter cuiuſdam ſpeciem honeſtatis:⁊ ne conſuetudinem publicam damnaſſe videatur:ueſtra potius vult faſtidia q̄ꝫ quia ignoret aliquāto grauius eſſe periculum:vitam ſuam nugis ueſtris q̄ꝫ fragilem ſine gubernaculo carinam pelago uentiſqꝫ cōmit-
D tere. Quod ad me attinet: Iracundiam tuam minime quidēꝫ miror:ſciebam uerum eſſe Satyricū illud:Accuſator erit:qui uerum dixerit. Nec minꝰ illud Comicū:Obſequium amicos:ueritas odiū parit. Quod cum cōmuniter uerum ſit:tum precipue inter illos qui mēdacio viuūt. Illud miror ꝙ ira in rabiem furoremqꝫ conuertitur. Nihil enim tibi ſcripſeram:Quippe qui nunc(etiam inuitus) nō intellecturum alloquor:At Romano pontifici:graui tunc egritudine laborāti:metu ac deuotiōe dictantibus:epiſtolam ſcripſi breuē:Sed(niſi fallor)utilem ſibi:tibi forte non ita. Admonuiqꝫ ut turbam diſſidentium medicorum:necnon etiā medicum non ſcientie ſed inanis eloquentie curioſuꝫ que ingens noſtris temporibus multitudo eſt)omni ſtudio caueret. Quod lꝫ grauiſſime ſtomacheris:me tamen neqꝫ conſilij mei penitet:neqꝫ me lapidandum credidi: ſi ſibi lꝫ non egenti fidele conſilium dediſſem:cui omnes qui chriſtiano nomine gloriamur:non modo cōſilium:ſed obſequium inſuper ⁊ obedientiaꝫ deberemus. Debuiſti ſi ſanus eſſes non mihi reſcribere:qui tibi nil ſcripſeraꝫ:ſed eidem illi ſcribere:ſi ſibi forſan aromatico illo tuo ac medicinali ſuadere poſſes eloquio: ut tibi ſeipſum ⁊ res ſuas crederet:vitam ac ſalutem niſi de
E tuis manibus nō ſperaret. Contra autem me ſtudijſqꝫ meis deditos: nociuum atqꝫ inutile genus hominum declinaret:ſeu me poetaꝫ:ſeu quodlibet aliud dicere libuiſſet:Omnia enim tibi licere arbitror idiote:qui ꝓpter mei:quin potius ueri odiuꝫ in poetas immeritos es inuectus. Ego tamen hac in re poetice nihil ſcripſi:quod ita eē:niſi plane deſiperes:ipſe ſtilus indicio eſt:Cogeret me procacitas forte tua poetice aliquid de te loqui:teqꝫ omnibus ſeculis lacerādum tradere:niſi quia indignus viſus es:qui per me poſteris notus eſſes:aut locū in meis opuſculis inuenires. Sed quid colores ceco? Quid ſurdo ſonos ingero? Mechanice res tuas age oro te:cura ſi potes:Si minus:interfice:⁊ precium poſce cum occideris. Id nulli imperatori aut regi:ſed tibi vni vite neciſqꝫ domino ut iactas humani generis cecitate permittitur. Utere funeſto priuilegio: Optime eniꝫ tutiſſime arti cerebrū addixiſti:quiſquis euaſerit:tibi vitam det:quiſqꝫ obierit:tu illi preter experiētiā nihil debes:Mors nature aut egroti vitium:vita tuum munus eſt. Iure igitur Socrates cum factum de pictore medicum audiſſet:Caute inquit: Artem enim deſeruit que defectus ſuos habuit in aperto: eamqꝫ complexus eſt cuius error certa terra tegitur. Quid te autem non auſurum rear:qui rhetoricam medici-
ne ſubijcias:ſacrilegio inaudito:ancille dominaꝫ: mechāice liberalē? Niſi forſan illa te cogitatio has in inſanias traxit:que ſi vnq̄ꝫ caput tuum potuiſſet irrumpere:nunq̄ꝫ uſqꝫ adeo aſininuꝫ diceręꝫ:ut ſcilicet quoniam etate noſtra iniquiſſimos homines imperitare viris optimis facto reruꝫ peſſimo videmus:Ad artes quoqꝫ ſpeciem hanc tyrannidis trahendam ac propagandam putes. Sed prius omnia q̄ꝫ huiuſce rei arbitrium fortune traditūꝫ videbis:Faciet illa Nerones atqꝫ Caligulas regnare:Dionyſios atqꝫ Phalaridas in patria florere:Catonem intra peſtes Libycas errare:mori Regulū in carcere:In paupertate Fabricium:Marcellum in inſidijs:in exilio Scipionem:Hec ⁊ his ſimilia faciet:quotiens uolet more ſolito iocari: medicine ſuppeditare rhetoricam non poterit:extra ſuos fines imperium non habet. Sed quid loquor? Neſcio an prius q̄ꝫ ad finem ſuſcepti ſermonis ueniā: libeat mutare ſententiam:ac fateri ius illam etiam in artibus habere:Quod niſi ita eſſet:nunq̄ꝫ tu de tanta ignorantia tam ſuperbus incederes:cū multi interim viri litteratiſſimi mendicent:Uerum ea
non artium fortuna:ſed artificuꝫ dici debet. Ad id G
mihi reſpondeas uelim:ſi rebus omnibus fortune imperio confuſis:artes quoqꝫ confundere:⁊ liberales mechanicarum ſeruas facere(quod utrarūqꝫ prohibebaris nomine)uoluiſti:Cur non potius nauigationi q̄ꝫ medicine rhetoricam ſeruam faciebas? Nauigationem certe ſui generis:hoc eſt mechanicarum quidam dixere rhetoricā:eo ꝙ in primis illi cui mercatura omnis ſubiacet:in peragrādo orbe luſtrādiſqꝫ littoribus atqꝫ innumerabiliū nationū cōciliandis ratiōe animis:multa ſit opus eloquentia:Unde ⁊ Mercurium quem ſermonis deum uocant:inde dictum uolūt:ꝙ mercature kyrios:hoc eſt dominus eſſe videtur. Quod cum ita ſit:cur non potius(ut dixi)nauigationi rhetoricaꝫ ancillari precipis? Qđ equanimius propter ſimilitudinem latura ſit:niſi quia ruditatem illam tuā: ⁊ calligantis ingenij cecitatem occultare nullo modo potes:Proximis tuis litteris expecto ridiculoſiſſime reruꝫ cenſor:ut lanificio iubeas ſubeſſe grāmaticam:dialecticaꝫ armature. Quid enim te rurſus non auſurum puteꝫ:qui me os in celū poſuiſſe dicas:quoniam medicos diuinuꝫ ac celeſte genus attigerim:cum tu impuriſſimum os aperire nō ſis ueritus in Pliniū ſcōm virum ex omnibus ſue etatis doctrina ingenioqꝫ preſtantiſſimum? Ita enim de illo ſcriptum video:nec excipitur Galienus coetaneus(niſi fallor)ſuus:Uir ⁊ ipſe non indoctus: ſed in doctoruꝫ atqꝫ loquacium abundantiſſimus ſucceſſorum.

De comparatione poetice ad medicinam:⁊ medicine ad agriculturam. Cap.V.

Ue autem iſta dementia? Que ue iſta uo- A
q luptas eſt? A pedite vulnus acceptuꝫ:equiti refundis innoxio:⁊ ſoluta oratione cum

ſis leſus:iram ulciſceris in poetas:quaſi poeticū
ſit omne quod neſcias. Jd ſi tibi permiſero:q̄d uſ-
q̃z queſo nō poeticum relinquetur? Quid eniz nō
te penitus ignorare crediderim:qui ad exprimen-
dum ineptiſſimos ſenſus tuos:tam pueriliter de-
ſudaſti? Deus bone que deliramenta? Que ſom-
nia? Inſultas poetice:cuius nunq̃z faciem vidiſti:
Laudas medicinam quā ego non improbo. Quiſ
enim ſane mētis hoc audeat? Scio artem eſſe non
inutilem: ⁊ ſero licet a noſtris hominibus receptā
poſtea tamen in honore habitam:quinetiam inuē
tioni deorum(ut perhibent)immortalium conſe-
cratam:tam magna res viſa eſt:ut humana nō pu-
taretur inuentio. Quaz opinionem certioris fidei
B auctor in Eccleſiaſtico confirmans: Altiſſimus de
terra inquit creauit medicinaz:q̃uis ad omnia ſit
cōmune:quicquid nouimus:quicq̄d ſcimus:quic-
quid ſapimus:quid niſi diuina inuentio dominiq̃z
donum eſt? cum in eiuſdem libri principio ſcriptuz
ſit: Omnis ſapiētia a dño deo eſt. At ne tibi de me
chanice tue ſingulari ceu laude complaceas:audi
quid de agricultura altera mechanicarum:eodem
ſcribitur libro: Non oderis(inq̄t) laborioſa opera
⁊ ruſticationem ab altiſſimo creatam:quid habes
qđ ſuper quēcūq̃z agricolam accolas? Ambe arteſ
vno de fonte prodeunt:ambas creauit altiſſimus:
Jmmo ꝟo q̄d habes:quo te agricole conferas:cū
humanā ille vitam adiuuet:quā tu(licet cōtrariū
profeſſus)oppugnas: Jlle humano generi laborā
do proſit:tu noceas quieſcēdo: Jlle nudus in cam-
pis fame ſua publicam pariat ſaturitatem:tu pha-
leratus in thalamis:uoce tua publicam deſtruas
ſanitatem.

¶ De affectibus medicorum an ſint mirabiles: ⁊ de
colore medicorum. Cap̃.VI.

i Neo q̄dem nō ſimiliter concordamus:ꝙ
effectus medicorum dicis eſſe mirabiles.
Quos effectꝰ queſo te:niſi illud forſan iter
miraculoſa cōnumeras:ꝙ uos ſepius q̃z ceteri ho
minū: Jmmo ꝟo q̃ſi cōtinuo egrotatis? Jtaq̃z ma
Color medici gnis in populis facies ueſtra ſolo pallore diſcerni
tur: Jamq̃z in ꝓuerbium abijt: Colorem medici di
cere quotiens croceum hominem aut tabeſcentez
videris. Parum ne hic miraculum eſt:ſalutē alijs
quam ipſe nō habeas polliceri? Eſſet ꝓfecto mira
culum:niſi illud extenuaret aſſiduitas mentiendi:
Niſi forte ille mirabilior eſt effectus:ꝙ qui ſe totū
ueſtro cōſilio tradiderit:ſanus eſſe nunq̃z poterit.
Hi ſunt medicorū:non tātū miri:ſed ſtupendi etiā
effectus:medicorum ꝟo non omnium:ſed multo-
rum atq̃z in primis tui.

¶ De laude Hippocratis: Galieni ⁊ Plinij: Proba-
tioneq̃z auctorum uetuſtatis:quos moderniores
turpi ſegnitie ⁊ igenij hebetudīe arguūt. Ca.VII.

c Redo ego Hippocratem viruz doctiſſimū
fuiſſe:puto Galienum(illo duce)multa pri
mis inuentiōibus addidiſſe: Nō detraho
claris viris:ne fiam tui ſimilis:qui obtrectādi ſtu-
dio me cum Plinio miſcuiſti:quē ſi intelligere poſ
ſes:eſſes hortādus ut legeres: ⁊ teipſum in eo ſpe
culo intuens:uel deformitatem tuam corrigeres:
uel deſineres ſuperbire. Sed crede mihi grecū ho
minem putares:cū tamen is inter raros latine elo
quentie principes in Staturnalibus numeretur.
Si te in litteris tuis video:arrogās ⁊ ignarus eſ:
alterum facit ut nil diſcas:alterum ut nil ſcias:q̄d
enim de hoc tāto viro ſomniaſ? Dicis eniz ꝙ quic
quid ueri habet:ab antiq̄s medicis accepiſſe:uos
a quibus tot mēdacia didiceritis nō dicis: Sz q̄d
iterum tēpore gloriaris? Jgnauiſſimorum quorū
dam hominum cōſuetudo eſt:ut cum inter vitia ſe
nuerint:nulliq̃z pares ſint:ſola ſe preferāt ſenectu-
te. Atqui ne hancipſam vnā gloriādi tibi materiā
cōceſſerim: Jn ſingulis eni te uerbis detegis: ni-
hil eē nihil ſapere:nihil noſſe. Cōputa annos: ⁊ re
peries virum illum omnes fere quibus uteris me
dicos preceſſiſſe: q̃z q̃z quid attinet medicorum an
tiquitate noibuſq̃z confidere:qui ſi ad lucē redeāt:
vna uoce fatebuntur:nullos ſe hoſtes alios habe-
re q̃z uos:quorum uel turpi ſegnitie:uel ingeniorū
hebetudine:ſui labores ac vigilie perierūt: quiq̃z
quotidie mentiēdo illas arguitis fuiſſe mēdaces.

¶ De poetarum immortali gloria: Et quēadmodum
medici de omni materia etiam ſibi incognita loqui
uelint. Cap̃.VIII.

l Ege ſi libet(⁊ niſi ego quoq̃z tibi grecꝰ vi- A
deor)epiſtolam illam totam:que cum ad
hoc vnum ſcripta eſſet:ut vniuerſali domi-
no cautionem pareret:tibi neſcio cui(immo q̄dem
ſcio ſed diſſimulo)dolorem peperit ac furorē. Jllā
lege ſi libet: Jnuenies me nil oīno cōtra medicinā
nilq̃z contra ueros medicos locutū:ſed ꝯtra diſcer
ptores atq̃z aduerſarios Hippocratis: qđ eodem
plaudente fieri credidi: Tu autem non cōtentus in
me multa dixiſſe:multa itidem contra poeticam ac
poetas quadam libidine uobis inſita loquendi:de
rebus peregrinis ⁊ incognitis euomuiſti: Non le-
geras apud Uarronem Romanorum doctiſſimū:
neq̃z apud Tullium quem fidenter(licet forte ob-
ſtrepas)dixerim principem latinorum:q̄d de poe-
tis ſcriptum eſt: Uerba enim ipſa ne quid me mu-
taſſe uel addidiſſe ſuſpiceris appoſui. A ſummiſ in
quit hoibus eruditiſſimiſq̃z ſic accepimus:cetera-
rum rerum ſtudia ⁊ doctrina ⁊ preceptis ⁊ arte
cōſtare:poetam ipſa natura ualere: ⁊ mentis viri-
bus excitari: ⁊ quaſi diuino quodam ſpū affiari:
Quare ſuo iure noſter ille Ennius:ſanctos appel-
lat poetas:ꝙ q̃ſi deoruz aliquo dono atq̃z munere
commēdati nobis eſſe videant. Sit ergo iudices
ſanctum apud nos humaniſſimos hoies hoc poe-
te nomē:qđ nulla vnq̃z barbaries violauit:hec Ci
cero. Multa ſequuntur in eandem ſentētiam gra-
uiſſima. Jnnumerabilia etiam apud alios:que ſpō
te pretereo: Neq̃z enim mihi propoſitum eſt in au B
ribus tuis nobilitare uelle poetarum nomen:qđ ti
bi ignobile videri:ea demum ſumma mihi nobili-
tas videtur. Cui autem hec narrem neſcio an te ri-
diculoſior ſim ſi aſino lyram tangam. Reſpōdebiſ
audio:ſed nihil intelligo: ⁊ poete nomen nulla vn-
quā(ut modo dicebam)barbaria violatum: atq̃z
omni ex parte tibi incognitū:violabis plus q̃z bar
barica feritate. Jtaq̃z popportune audies:qđ cui-
dam nuper tue profeſſionis homunculo cuz aſſen-
ſu ⁊ approbatione multorum dixi. Cum enim ue-
ſtro more multa contra poetas hiſceret:potius q̃z
diceret: nunc poetam Ciceronem:nunc Plinium
affirmans:queſiui ab eo:quid poete nomine cre-
deret importari? Qđ cum ſe neſcire non negaſſet:
pro tempore hiſtoriam dixi non inamenam cogni-
tu:magnis ab auctoribus relatam:quā tibi quoq̃z

dicam:puto ſi.ꝗd oīno aliud q̃ꝫ de febꝛibus audi-
re potes.Hannibal vir bellicoſiſſimus:bello victꝰ
a Romanis:Epheſum ad Antiochum regem Sy
rie pꝛofugerat:a quo letiſſime ſuſceptus:eo ꝙ Ro
manorum odijs eſtuanti:nullus vnq̃ꝫ cōſultoꝛ taꝫ
idoneus videbatur:in ſummo honore apud illum
erat.Contigit autem Phoꝛmionem quēdam noīe
ſecta Peripateticum : qui ea tēpeſtate litterarum
ſcientia clarus habebaẗ : ſimul illic foꝛte apud re-
gem eſſe:ad quē(ſi uellet)audiēdū inuitatus:Hā-
nibal:duꝫ fama viri tactus:annuiſſet:ſeniculus nō
indoctus : ⁊ ut homo grecus audax ⁊ uerboſus
Phoꝛmio:credo extimans nihil ſe melius in pꝛe-
ſentia tanti ducis:nihilqꝫ cōueniētius loqui poſſe
materiam rei militaris ingreſſus:in plures horas
ſermonem cōtinuum pꝛotraxit:Deniqꝫ dum quali
ter ſit ductandus exercitus:qualiter inſtruēda aci
es:qualiter capiendus caſtris locus:quādo ſignū
pugne dari:quādo cani receptui cōueniat:Poſtre
mo que ante pꝛelium:que in pꝛelio:que ue poſt pꝛe
lium ſint ſeruāda copioſe diſſeruiſſet:ſecutuſqꝫ ect
plauſus omnium:queſitūqꝫ ab Hannibale:ꝗd ſibi
etiam videreẗ de illo ſapientie pꝛofeſſore:Multoſ
(inquit ille) ſtultos deliroſqꝫ ſenes vidi:nullū tñ
quo magis delectarer q̃ꝫ ſene hoc:quippe qui tam
multa de rebus incognitis loqueretur.Quo dicto
facete admodum ⁊ illius ⁊ ueſtram impudenteꝫ
notauit audaciam:De omni enim materia loq̄ vul
tis:ueſtre ꝓfeſſionis obliti:que eſt ſi neſcis urinaſ:
⁊ que nominare pudoꝛ ꝓhibet cōtemplari:nec pu
det inſultare his quibus virtutum atqꝫ animi cura
eſt.Elegāter de hoc Phoꝛmione loquens Cicero:
Quid iquit aut arrogātius aut loquacius fieri po
tuit q̃ꝫ Hānibali:qui tot annis de imperio cum po
pulo Romano omnium gētium victore certaſſet:
grecum hominem qui nunq̃ꝫ caſtra vidiſſet:nunq̃ꝫ
deniqꝫ minimam partē ullius publici muneris at-
tigiſſet:pꝛecepta de re militari dare?Quãq̃ꝫ nō oīno
par tua ⁊ Phoꝛmioniſ cauſa:multoqꝫ iuſtius ego
te rideo:q̃ꝫ illum riſit Hānibal.Jlle eniꝫ de rebus
licet experientia ignotis:at ſaltem lectione cogni-
tis loquebaẗ:tu de his rebus loqueris quaruꝫ nō
tantum uſu atqꝫ arte es indoctus:ſed ingenio etiā
pꝛoꝛſus indocilis.Hanc hiſtoriam cum illi conten
tioſo hoī narraſſem:ꝙ erat ipſe ſenex : ſibi dictum
credidit:quaſi ⁊ ſenium ei ⁊ ſtultitiam expꝛobꝛaſ
ſem:itaqꝫ uehementer excanduit.

¶De intellectu contra quos poetas Boetius loqui
uelit: ⁊ iucundiſſimo poetarū ꝯſenſu. Cap̄.IX.

U qua etate ſis nō ſatis ſcio:niſi ꝙ delira-
t re ſepius ſolent ſenes:nō quidem oēs:ſed
quorum iuuenilis etas vilibus curis ⁊ ob
ſceno artificio acta eſt.Quo autem ingenio ſis:mi
hi incognituꝫ eſſe noluiſti.Audiens ergo te video
moꝛdendi auidum:ſed ignorantia toꝛpētem:algen
tis more aſpidis coactuꝫ virus:nō poſſe diffunde
re:niſi ꝙ in fine multum irarum attritu terrifice cō
caleſcens:neqꝫ tamen tam moꝛſu q̃ꝫ ſibilo metuen
dus.Jn me calcaneotenꝰ erigeris:ubi ſcilicet Boe
tium Seuerinum:aduerſus ſacras pierides teſtē
citas:atqꝫ ut teſtimonio fideꝫ queras:cautiſſimus
diſputatoꝛ Patricium illum uocas:quaſi de pꝛetu
ra uel conſulatu queſtio ſit: ⁊ q̃ſi non multi teſtes:
licet minime Patricij ſint:hac in re multum Boe-
tio pꝛeferendi.Uerum abſit ut huius uel alterius
fidedigni hominis teſtimonium recuſem:ad inqui
ſitionem ueri omne genus ſtudioſorum hominuꝫ
admitto:mechanicis dūtaxat excluſis.Jlle igitur
quid:ab egrotātis cura ſcenicas meretriculas:phi
loſophico pꝛocul arcet edicto.Uiue bellatoꝛ egre-
gie:vniuerſaꝫ poeſim letali iaculo tranſfixiſti.Cer
te ſi quid eorum de quibus tam temerarie diſpu-
tas didiciſſes:ſcires ſcenicam illam quam Boetiꝰ
notat:ipſos inter poetas in pꝛecio nō haberi:Nō
auteꝫ vidiſti:cece qꝺ iuxta erat:licet idipſum litte
ris tuis ignoranter insereres.Quid enim ait:Ue-
ris eum muſis curandum ſanādūqꝫ relinqte?He
ſunt muſe quibus ſi qui uſq̃ꝫ hodie ſuperſunt poe-
te:gloriantur ac fidunt:quarum ope non egra coꝛ-
poꝛa mactare:ſed egris animis ſuccurrere didice-
runt.De quibus ſi loqui uelim:donec cerebꝛo hu-
mido ac fluenti tanta res inſideat amens ero:Ne-
qꝫ enim Amphionis uel Oꝛphei cithara tam du-
ram ſilicem mouere poſſet:Neqꝫ enim tam hirſu-
tam tigridem lenire:quas tu ac omnes id genus fi
ctiones ueluti ꝓo aduerſas:mira plebei artificis
temeritate condemnas.Jn quibus tibi tuiqꝫ ſimi
libus ſtudioſe abditus allegoricus ſapidiſſimus
ac iucundiſſimus ſenſus ineſt : quo fere omnis ſa-
crarum etiam ſcripturarum textus abūdat:quas
te animo irridere non dubito:ſed ſuppliciū timeſ.
Quam ob rem feram equo animo te poetis quos
ignoras uanitate notiſſima inſultantem.Jdqꝫ mi-
hi alicuius bone ſpei argumentuꝫ fuerit:ſi tibi ual
de diſpliceam.Cur autem indigner audere te ali-
ꝗd aduerſus me:cum aduerſus Chꝛiſtum ſi impu
ne liceat ſis auſurus:cui Auerroim(tacito licet iu
dicio)pꝛetuliſti?Scis ꝙ nō mentioꝛ:q̃ꝫuis aliud
uerbo clames:ceſſet pene metus:pꝛofecto ut ſcio-
lus videaris eſſe uoles hereticus.

¶De officio poete ſm̄ Lactantium. Cap̄.X.

Ed ad fictiones quas carpebas redeo.Au
ſ di ergo quid Lactantius:vir ⁊ poetarum
⁊ philoſophorum notitia : ⁊ Ciceroniana
facundia: ⁊(qꝺ cuncta tranſcendit)catholica reli-
gione clariſſimus:pꝛimo ſuarum inſtitutionum li-
bꝛo ait : Neſciunt quid ſit poetice licētie modus:
quouſqꝫ pꝛogredi fingendo liceat:cum officiū poe
te in eo ſit:ut que uera ſint:in alia ſpecie obliquis
figurationibus cum decore aliquo conuerſa tradu
cat:totum autem qꝺ referas fingere:ideſt ineptuꝫ
eſſe ⁊ mendacem potius q̃ꝫ poetam . Stupes be-
lua:nunq̃ꝫ puto iſtud audieras.

¶De medicorum mendacio ⁊ poetarum uelata ue-
ritate. Cap̄.XI.

Entiri uobis linquimus:quodqꝫ grauiſſi-
m mum mendacij genus eſt : mentiri ſummo
cum diſcrimine dānoqꝫ credentium.Jd ſi
mihi non credis:vulgus interroga : cui ⁊ illud in
pꝛouerbium uerſum eſt : ut apertiſſime mentienti:
dicant:Mentiris ut medicus . Poete(neqꝫ enim
me hoc nomine dignari auſim:qꝺ tu mihi demēs
ad infamiam obieciſti)poete inquam ſtudium eſt:
ueritatem rerum pulchꝛis uelaminibus adoꝛnare
ut vulgus inſulſum(cuius tu pars ultima es)late
at:Jngenioſis autem ſtudioſiſqꝫ lectoribuſ: ⁊ que
ſitu difficilioꝛ ⁊ dulcioꝛ ſit inuentu:Alioquin ſi ti-
bi falſo perſuadeas : qꝺ ꝗdā indocti ſolent:qui qꝺ
conſequi nequeunt execrantur:ut ſcilicet poete of-
ficium ſit mentiri:illud tibi conſequenter pſuadeaſ

uelim:eſſe te poetarum maximum:cuiuſ prope plura mendacia ſunt q̄ȝ uerba. Ultro tibi Meoniuſ ſenex cedet:victuſ cedet Euripides:cedet Maro:uacuus tibi Helicon linquetur:indecerpta laurea:illibatuſqȝ Caſtallius fons.

¶ De poetarum raritate atqȝ claritate: medicorū qȝ uanitate. Cap̄.XII.

ſ Ed expergiſcere ſi potes:lippienteſqȝ oculos aperi:videbis poetas raros qdem natura rerum diſponēte:ut rara quelibet chara ſimul ⁊ clara ſint. Uidebis eos gloria ⁊ noīe ⁊ immortalitate fulgentes:quam non ſibi tm̄: ſed ⁊ alijs peperere:ut quibuſ ante alios perituris cōſulere noībus datum eſt: ⁊ quorū adminiculo ipſa etiam virtus eget:nō equidē in ſeipſa:ſed in eo qꝺ habet cum vitijs ⁊ obliuione certamen: Te ꝟo cū tuis nudos videbis:omni uera laude uanitatibuſ obſitos:obrutoſqȝ mendacijs.

¶ Ꝙ auctor non aduerſus excellentes medicos:ſed delirantes ſcribat: ⁊ quare libelluȝ pro epiſtola remiſerit. Cap̄.XIII.

h Ec nō aduerſus medicinam(qꝺ ſepe teſtatus ſum(neqȝ aduerſus excellentes medicos qui iraſci nō debent:qui cuȝ ſemper rari:noſtra ſunt etate rariſſimi:ſed aduerſus te:deliranteſqȝ ſimiliter dicta ſint. In quibus illud forte mirabitur quiſpiam:ꝙ libellum pro epiſtola remiſi:ſed meminiſſe conueniet:facilius infligi vulnus q̄ȝ curari: ⁊ citius dici conuitia q̄ȝ repelli. Ideoqȝ ⁊ maior defenſio Demoſthenis:q̄ȝ Eſchinis accuſatio eſt: ⁊ longior Ciceronis q̄ȝ Saluſtij inuectiua. Hactenus hec:cetera in tempus aliud reſeruo. Nolo enim putes me laceſſiti ſtili ⁊ iuſtiſſime indignationiis aculeos more apuȝ in vulnere religſſe: Experire iterum cum uoles: quid inter ingenium ⁊ ingenium:quid inter calamum ⁊ calamuȝ interſit. Illud uerendum ne dum per abrupta diſtractꝰ multūqȝ huic tue ridiculoſe eloquentie intētus: in inſuetis conflictationibꝰ tempus teras: his quos pecunia pariter ac ſanitate ſpolias:magni periculi cauſa ſim: de hoc tamen ipſe videris: ego mihi quicquid attemptaueris:ad cumulum glorie aſcribam. Alta petentibus non ſemper quies:ſed eoruȝ ſepe qui ſine graui periculo vinci poſſunt:optanda rebellio eſt.

¶ Ꝙ libellus hic etiam a medicina ipſa laudari mereatur. Cap̄.XIIII.

ſ I bene dixiſſes audiſſes bene: Audiſti autem non quod ego loqui ſum ſolitus: ſed qꝺ tu meritus es audire. Sile parumper ⁊ rumina: ⁊ tibijpſi da ueniam qui cepiſti. Ueruȝ ego ſatis ne ſanus ſim ſi diutius tecuȝ loquar:qui quod ridiculum omne ſupergreditur medicine nomine: mortem mihi litterarum tuarum in fine denuncies:ad quam differendam medicina forte aliquid:tu profecto nihil:ad accelerandaȝ ꝟo q̄ȝ plurimum conferre potes: Preclarum fortius artificium:longeuis corpuſculū ſcis expedire lāguoribꝰ. Certe ipſa mihi viuas(modo uoces habeat)medicina gratias actura ſit:ſi eorum preſentem infamiam fando nudauero:qui antiquam illius gloriam nouis erroribus extinxerunt.

¶ Franciſci Petrarche Liber Inuectiuarum Primus Explicit.

¶ Sequitur Annotatio Capitulorum Libri Secundi eiuſdem.

Cap̄.I. Ꝙ cōſultius ſit ſtulto ſilere q̄ȝ loqui: Et q̄ȝ ineptum ſit indocto libros ſcribere: Atqȝ de rhetorice facultatis officio.

Cap̄.II. De reprehēſione aduerſarij appellātis ſe medicū:philoſophum ⁊ aīarū curatorē: ſuamqȝ eſſe philoſophiam dicentis.

Cap̄.III. De iurgatoris confutatione ꝙ ſe rhetorice dn̄m appellet.

Cap̄.IIII. De eo ꝙ iurgator ſe philoſophuȝ dixerit:auctorem autem arrogantem.

Cap̄.V. De ſuperbie ⁊ libertatis differentia.

Cap̄.VI. De iudicio vulgi inter ſupbiā ⁊ fiduciā.

Cap̄.VII. De Scipionis fiducia ⁊ ſuijpſiꝰ laude.

Cap̄.VIII. De excuſatione auctoris ꝙ nō arrogāter ſcripſerit.

Cap̄.IX. Ꝙ liceat quandoqȝ de ſe virtutes predicare preter arrogantiam.

Cap̄.X. Ꝙ exemplo Enee conceſſum ſit ignoranti ſe commendare.

Cap̄.XI. Ꝙ aduerſarius indignus ſit ut libris auctoris inſcribatur.

Cap̄.XII. Ꝙ ueneranda ſit ſenectus bonis conſtituta fundamentis: ⁊ de ſtultis ſenibus.

Cap̄.XIII. Ꝙ propter malos medicos nolit bōis detraxiſſe.

Cap̄.XIIII. Ꝙ paucitas bonorum medicorū non eſt ad artis infamiam ſed gloriam: ⁊ doctos potius exhilarat q̄ȝ perturbet.

Cap̄.XV. De excuſatione auctoris erga aduerſarium incuſantem eum aliqua ſcripſiſſe:aſſerentis etiam ſe non hic de medicis loqui ſed de ipſo aduerſario.

Cap̄.XVI. Quomodo imperitus medicus homines a mortuis ſuſcitet: ⁊ q̄re populis ille credat.

Cap̄.XVII. Ad quid dialectica homini ſit neceſſaria: ⁊ q̄ȝ ſtultum ſit ſeneſcere in ea:de commēdatione quoqȝ philoſophie que uēdi nō poteſt:ꝙqȝ aduerſarius ſimilior ſit upupe q̄ȝ philoſopho.

Cap̄.XVIII. De pallore medicorum:probat etiaȝ iurgatorem non eſſe philoſophum.

¶ Franciſci Petrarche Poete Oratoriſqȝ Clariſſimi Inuectiuaruȝ Liber Secundus Incipit.

¶ Ꝙ conſultius ſit ſtulto ſilere q̄ȝ loqui: Et q̄ȝ ineptū ſit indocto libros ſcribere: Atqȝ de rhetorice facultatis officio. Cap̄.I.

h Abes vnde mihi perpetuo gratias agas:de muto ⁊ elingui argutulus atqȝ facetulus factꝰ es diſertiſſime Hippocrates: Neſcis q̄ȝtuȝ huic calamo debeas: Ecce iam proſam ſcriptitas:cito facies carmina: Iamqȝ hymnos incipis balbutiendo conterere. Boni ingenij puer eris: Immo ꝟo ſtulte ſenex ⁊ ignare:multo cōſultius tacuiſſes:nō ut ideo philoſophū te ꝓbares:ſȝ ut ignorantiā ſaltem tuam ſilentio uelares: Tacendo enim latere poteras:loquendo nō potes: Lingua animi ſera eſt:hanc tu nullo ad oſtium pulſante:neſcio cur mouiſti:tenebroſam fedāqȝ tui pecto A

ris domuꝫ oibus aperiens:que melius ſemp clau-
ſa manſiſſet:niſi quia demētiam diutius occultare
difficile eſt.Credo nō legeras qꝺ ſcriptū eſt:Stul
tus quoqꝫ ſi tacuerit ſapiēs reputabi᷑:⁊ ſi cōpreſ
ſerit labia ſua intelligēs.Bene Socrates:cum de
corum adoleſcentē tacitū vidiſſet:Loquere(inqt)
ut te videaꝫ:nō tam in vultu putabat videri homi
nem q̄ꝫ in uerbis.Ecce locut⁹ es:vidimus te:iam-
qꝫ ſi milies taceas videmus:Uoluiſti apparere:
⁊ multis quos latere poteras eſſe ludibrio:In qꝺ
gaude prepotens orator:externa ope nō eges:nul
lo opus eſt indice:operoſe nimis:tuo te prodis
indicio:tam late triſtis male coagulati eloquij fu-
mus manat.O ridiculum aial:uolebam dicere:li-
B brum ſcribis:rectius dixerim(qꝺ tue ꝓfeſſiōis eſt
ꝓprium)aromatum lenta fedas inuoluere:⁊ ubi
periculoſis ambagibus dictare ſoles:miſerorum
mortes:utqꝫ vilia magno conſtent fallaſqꝫ licenti⁹
radicibus noſtri orbis imponere peregrina uoca-
bula:ubi nūc ut tibi videtur philoſophicos locos:
ut ego ſentio tabificos iocos ſcribis:Sed ut libri
formam habeat uerſutus opifex diſtinguis in par
tes:⁊ forſitan victor eris.Apothecarij ſcripſiſſe
te libruꝫ dicent:Quid ni igitur exclamem?Accur
rite philoſophi:accurrite poete:accurrite ſtudioſi:
quicunqꝫ vnq̄ꝫ ſcribēdis libris operam datis:ac-
currite:ueſtra res agitur:mechanicus libros ſcri-
bit:penituſqꝫ uerum fit illud ſapientis habrei:Fa
ciendi libros nullus eſt finis.Quid enim fiet ſi me
chanici paſſim calamos arripiunt?Actuꝫ eſt.Ipſi
boues:ipſiqꝫ lapides ſcribent:Nilotica biblus nō
ſufficiet:Siqs eſt pudor:dimittite illaꝫ litteratis:
Uos ſi glorie cupiditas tāgit:in uento ⁊ aqua ſcri
bite:ut ad poſteros fama citius ueſtra perueniat.
Quid querar?Quid eloquar?Quid dicaꝫ?Deſi-
C nite queſo qui papyros arte cōficitis:quiqꝫ tenueſ
in mēbranas ceſorum animaliuꝫ terga cōuertitis:
hetruſcis expiādum ſacris infauſtū ⁊ infame mō-
ſtrum incidit.Quid enim bicipitem puerum:aut
quadrupem miramur?Quid obſtupeſcimus mu-
le partum:tactumqꝫ de celo tēplum Iouiſ:aut ſub
nubibus viſas faces?Quid Etneis uaporibus ar
dens equor:⁊ cruentum amnem:imbremqꝫ lapi-
deum:aut ſi quid tale in annalibus ueterum repe-
ritur?Habeāt ſuum ſecula noſtra portētum:Me-
chanicus etiam libros arat.Quis nō Roſcio de-
inceps artis hiſtrionice librum donet?Erat ⁊ ille
mechanicus:ſed inſignis:ingenioqꝫ ꝓmeritus nō
modo maximorū ducum gratiaꝫ:ſed ipſius quoqꝫ
familiaritatem atqꝫ amicitiā Ciceronis.Mulce-
bat ille oculos:mechanicus noſter aures vulnerat
Agebat ille quod placeret omnibus:hic quod nul
li.Aut qs coquine magiſtrum indignetur Apitiū:
ſuam litteris inſerere diſciplinam?Cur enim inter
culinas nō ſcribitur:inter latrinas ſcribit᷑?Cogna
tas res eſſe nomen arguit:Cur autē nō inter epu-
D las libri fiant:inter urinas fiunt:ad quas ſtilo cele-
brādas florētiſſima artium rhetorica captiua per
ducitur:⁊ que populos moderat᷑:inqꝫ animis re-
gum regnat:inter medicos ancillat᷑?Sed queſo te
philoſophie atqꝫ artium dñe:quo animo Tullius
rhetoricā tot uoluminib⁹ tātoqꝫ ſtudio tractaſſet:
ſi futuram talis ingenij ſeruā ſciret?Quere(nō di
cā ſerua)ſꝫ famularis etiā tua ſit:ſi aliunde neſci-
rem:abunde qdē artificioſus ⁊ hybleo melle dul-
cior orationis tue contexus inſinuat.Certe quod
ſcholis omnibus eſt notum:rhetorice facultatis
officium eſt:appoſite dicere:ad preſuadendum fi-
nis perſuadere dictione.Quanta autem illud ar-
te facias:quanta hoc felicitate perficias:qui te ſe-
mel audierit non ignorat.Sed iſta ſuum locum in
uenient:a primordijs inchoandum.Excuſet autē
prolixitatem mei ſermonis:tue ignorantie magni
tudo de qua aut nihil oino dici debuit:aut parum
dici non debuit.

¶De reprehēſione aduerſarij appellantis ſe medicū
philoſophum ⁊ animaruꝫ curatorem:ſuamqꝫ eſſe
philoſophiaꝫ dicentis. Cap.II.

p Rima qdem libri tui pars:de teipſo agit: A
quis:qualis ue tu ſis.Iam idipſum caute.
Sciebas te incognitum niſi tabellionū mo
re de teipſo aliqd loquereris:atqꝫ ita qua ſcribe-
res auctoritate cōſtaret.Qui ſim(inqs)perlecto
hoc toto iaꝫ noſces opuſculo.O magne vir:nimis
humiliter de te ſentis:Immo ꝟo cōfeſtiꝫ accepto
in manus opuſculo noui te:quem ⁊ ante noueraꝫ:
Sed nūc ſciētiam tuam omnem funditus detexi-
ſti:⁊ ut ſcriptum eſt in pſalmo:Denudaſti funda-
mētum eius uſqꝫ ad collum.Quid auteꝫ de te di-
cas:quem te facias audiamus.Sum(inqs)medi
cus.Audis hec medicine reperto Apollo uel am-
plificator Eſculapi?Cōſequenter ⁊ philoſophus.
Audis iſta Pythagoras:qui nomen hoc primus
omnium inueniſti?Flete repertores artium:fines
ueſtros proterit aſinus infulatus:nō ſe modo phi
loſophum:ſed philoſophiam ſuam iactans.Phi-
loſophia noſtra inquit.Heu quid hoc eſt?Peiora
ſunt audiēda ſi viuimus:Iam(ut ſuſpicor)ad finē B
ſeculi propinquamus:Erūt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊
ſtellis.Hoc ſignum in euāgelio nec fuit:quādo aſi
nus philoſophabat᷑:celum ruet.Quid vis dicaꝫ?
Iam philoſophie miſereor ſi tua eſt:ſed meo peri-
culo iurare auſiꝫ:neſcire te qd ſit eſſe philoſophū.
At ne omnia vnam in ꝑtem cōgeram:multa etiam
nunc de hac re tecum loqui habeo.Premiſi auteꝫ
hec:ut ſcires apꝺ me philoſophū te nō eſſe.Quid
ꝟo:quid deinde intulit audax ſtultus:ſe his alti-
bus armatum:nō tm̄ corporis:ſed animi vitia cu
raturum?Uenite huc qui egrotatis:ſalus nō ſem
per ex Iudeis eſt:adeſt:ſemibarbarus ſoſpitator.
Et me ſuperbum uocitas:Relege nunc epiſtolam
illam meaꝫ:que te furere fecit ⁊ faciet mori:quan
do ego uel philoſophiam uel poeſim meam:quan-
do me aut philoſophum aut poetaꝫ dixi:aut aliud
quicq̄ꝫ:q̄ꝫ tuorum morum ⁊ ingenij contemptorē:
qꝺ mihi non modo licitum ſed debitum rebar.

¶De iurgatoris confutatione ꝙ ſe rhetorice domi
num appellet. Cap.III.

u Erecunde ſe ſolius rhetorice magiſtruꝫ di
cit Auguſtinus:tu te philoſophū dicis ac
medicum.Addis ⁊ tertiū:rhetorice dñm.
Quartū licet addere:poſtq̄ꝫ titulis gaudes:Cloa-
ca es magna qdem(ut eſt apud Senecam)⁊ pro-
funda:En qꝺ ad primam tui glorioſi partem ope-
ris modo reſponſum uelim.

¶De eo ꝙ iurgator ſe philoſophum dixerit:aucto-
rem autem arrogantem. Cap.IIII.

ſ Ecunda apologetici tui pars de me erat:
cuius in cognitione ſi falleris:non miror.
Quid enim non tibi alius videri poſſit:cū

tu tibi philoſophus uidearis? Dixiſti eq̄dē: Phi-
loſophus ſum. Tam hoc uerum q̃ quod ſequitur
tam philoſophus tu: q̃ ego ambitioſus: arrogans
ſuperbus: Nunquā mihi (fateor) cum populo con
uenit: tanta tamen animi ſecuritas eſt: ut iudicem
populum non recuſem: quos honores ambierim:
⁊ non potius ſpreuerim oblatos. Quid mihi vn-
quā arrogauerim? Ubi ſuperbe me geſſerim? De
qua re ⁊ dictum eſt aliquid: ⁊ pluſculum dicere
eſt animus.

¶ De ſuperbie ⁊ libertatis differentia. Cap̄.V.

Oquar autem tibi iam: non ut aduerſario
l ꝓcaci ⁊ infeſto: ſed ut homini: neſcio tamē
an ratiōis ullum ueſtigium habēti: ⁊ dicā
quod ut puto nō itelliges: quoniā vicinarū rerum
ne dum idiotis ſed doctis etiā laborioſa diſcretio
eſt. Sed dicam clarius q̃ dici ſoleat ut ſi nō intel-
lexeris: cerebri tui nō ſtili mei vitiū accuſet. Audi
ergo: Superbo libertas oīs ſupbia videt: ſapiens
ꝟo inter ſuperbiam fiduciāq̄ diſcernit: ⁊ ſcit lar-
giter referre quo animo quid dicatur aut fiat.

¶ De iudicio vulgi iter ſupbiā ⁊ fiduciā. Cap̄.VI.

Ic ille vir optime ſibi cōſcius: dum in pu-
h blico perorāti populus obſtreperet: Tace-
te inquit: Melius ego vnus noui q̄d reipu
blice expediat q̃ uos omnes: qđ ut animoſe: ſic
uere dictum: aliquos qui ad ſuperbiam traherent
fuiſſe: a vulgi moribus non abhorret: docti autē
glorioſe fiducie aſcribunt.

¶ De Scipionis fiducia ⁊ ſuiipſi⁹ laude. Cap̄.VII.

Cipio ille vir maximus: qui famoſum pri-
A ſ mus agnomē ex Africa reportauit: capita
lem cām dicturus: Primo q̄dem die ſine
ulla criminum mētione (ut ait Liuius) orationem
adeo magnificā de rebus a ſe geſtis eſt orſus: ut
ſatis cōſtaret neminem vnquā neq̄ melius neq̄
uerius laudatum eſſe. Quid ergo? Nunq̄d in pro
prio ore laus ſordebat? Audiebant inquit ab eodē
animo ingenioq̄ quo geſta erāt: ⁊ aurium faſtidiū
aberat: quia pro periculo: nō in gloriam referebā
tur. Secūdo aūt dicēde cauſe die: dum artius ur-
B geret: nō modo ſordidam ⁊ obſoletā ueſtem reo-
rum more nō induit: aut ſubmiſſe iudicū miſericor
diam implorauit: ſed cum forte reuolutis annis di
es eſſet: quo ipſe bello punico ſecūdo periculoſiſſi-
mo omnium atq̄ grauiſſimo ſuprema manum im
poſuerat: virtutis ac felicitatis ꝓprie recordatus:
⁊ ob hoc cōſciētie fiducia euect⁹: victricem capiti
lauream impoſuit: teſtatuſq̄ eo die litibus ac iur-
giis abſtinendum ꝓpter diei illius anniuerſariū
honorem quo ipſe olim cū Hannibale ⁊ Cartha-
ginēſibus bene ac feliciter decertaſſet: agendaſq̄
potius deis gratias: precādoſq̄ ut populo Roma
no ſemꝑ ſui ſimiles duces darēt: deſertis in curia
accuſatorib⁹ atq̄ iudicibus: fauēte ac ꝓſequente
vniuerſo populo Capitolium: ⁊ deorū tēpla triū-
phantis in morem circūiuit: non minus glorioſus
ciuium q̃ fuerat hoſtium triumphator. Rem no-
tiſſimam narro: tuis licet ab auctoribus nō tracta
tam: Nec cuiq̃ dubium eſſe poteſt: quin inaniter
effuſa laudatio turpiter ſonuiſſet: niſi eā natura re
rum ⁊ quedā quaſi viri neceſſitas extorſiſſet.

¶ De excuſatione auctoris ꝙ nō arroganter ſcripſe-
rit. Cap̄.VIII.

I leonē latratibus excitatū dixi: ſi me oīa
s preter virtutē ⁊ bonā famā ſolere contem
nere: arroganter tibi videor locutus: falle-
ris ut in multis. Neq̄ enim inſolēter me locutum
noueris ſed fidēter: ut teipſū uel graui rogitu exꝑ
gefact⁹ agnoſceres. Quid enim putas aut q̄d ais?
Nonne iam (precor) erubeſceres: niſi suborē tuus
ille letheus ⁊ imedicabilis pallor excluderet? Nō
ne iā tacitus ſaltē ac pallidus recognoſcere icipis
quod dixiſſe tibi uerꝝ videor inſolēter: quātū inter
ingeniū ⁊ ingeniū: quātū inter calamū ⁊ calamū
interſit? Profecto aūt ille quē mihi aſſumpſiſſe vi
deor virtutis amor ac laudis: nō ocioſe iactātie eſt
ſed eo pertinet: ut ſcias me ab ea quā mihi obiecta
bas adulatoris infamia remotū: cū ceſſet illa cupi
ditas que tuā ⁊ multorꝝ linguas docuit adulari.

¶ Qꝫ liceat quādoq̄ de ſe virtutes predicare preter
arrogantiam. Cap̄.IX.

Ed hec turpiter: quāuis uere ꝓprio ex ore A
ſ ſonuerunt. Iam reſponſū habes: Tunc id
uere diceres: quādo nulla iuſta cauſa: ſed
inanis tm̄ glorie ſtudio dicerentur: Nunc non ma
gis pro mei nominis q̃ pro ipſius defenſione ueri
dicta ferre debebis equanimiter: ⁊ tibi parcere qđ
in me arguis Cato ultime grauiſſime morꝝ cenſor.
Adde ꝙ ego nō mihi ſcientiā aut gloriā eſſe: ſed ea
rum cupiditatē: neq̄ me virtutē aut bonā famā ha
bere dixi: ſed optare: uel qđ minus eſt nō ſpernere
q̄d hic oro tā ſupbū notas: niſi quia tibi res iſueta
eſt aliq̄d ꝑter pecunias optari uel amari? Accinge B
re q̄cq̄d potes calūnie: ꝑter deſideriū ⁊ affectum
boni nihil mihi tribuo: q̄bus q̄ caret: ſibi ⁊ aliis iu
tilis viuit: ſi tm̄ dicēdū eſt viuere: q̄ optimarꝝ ſenſu
rerꝝ eget: peſſimarꝝ paſſionibus abundat. Accedit
ꝙ ⁊ hec ⁊ ſiq̄d in me laudabile: aut ſi q̄d penitus
boni eſt: quāuis id tibi doliture iuide in oculos in
geſſerim ut doleres: teſte tm̄ cōſciētia: nō inde me:
ſed auctorē omnis boni deū laudo: neq̄ in meipo
glorior: ſed in illo ad quē omnia refero: preter de
fectus erroreſq̄ meos: quos mihi imputo: ſcit ip-
ſe me uerꝝ loqui. Ecce ut in pſalmo centeſimo qua
drageſimoquarto ait Auguſtinus: Inuentum eſt
quō ⁊ me laudare poſſī ⁊ arrogās nō ſim.

¶ Qꝫ exemplo Enee conceſſū ſit ignoranti ſe cōmē
dare. Cap̄.X.

Erum ut de poetis quibus ut canis ad lu
u nam latras: aliquid imiſceā: Apud Uirgi A
lium Eneas de ſe interrogatus: inter cete-
ra quid ait: Sum pius Eneas fama ſuper ethera
notus. Idem apud Homerꝝ reſpondiſſe nouimus
Ulyxem. Ad hoc reſponſum meū: tu atq̄ alii qui
nihil de nobis loqui uerum ſimul atq̄ magnificū
poteſtis: uel ſuperbe dictum ab Enea: uel turpiter
fictū a Uirgilio clamaretis: Sed doctores excu-
ſant: quia ſcilicet ut ignorātē alloquēs: laude pro
pria pro indicio ſit uſus: ⁊ fuerit ea ſibi neceſſitas
nō uolūtas. Quid autem? Nōne ego etiam igno-
ranti ſe: ignorāti me: ignorāti omnia? Equidem ſi
uel te uel me uel aliquid boni noſſes: nunq̃ me nil
tibi dicētem aut dicere cogitātem: nullam tui noti
tiam habētem aut habere cupiētem: tam importu
nis (ut repetam quod te premit) latratibus exci-
taſſes. Cuius te hodie puto peniteat: ſꝫ pudor ani B
mi retrahere pedē uetat. Anxius itaq̄ ridiculuſ-
q̄ luctator: alienam qđ mihi forſitan credis inco-

gnitam in tuis reſpōſiunculis opem queris: piget
hinc percepiſſe: pudet inde deſinere: ita tergiuer-
ſaris incertus heres: atqꝫ ut eſt in antiquo prouer-
xe admodum atqꝫ oībꝰ modis ingenijs ſui tpis fa
uiſſe cōpertū eſt? Noſtri reges de ſaporibꝰ epula-
rū: de uolatu auiū iudicare poſſunt: de ingenijs ho
minū nō poſſunt. Qḋ ſi forte p̄ſumpſerint: ſupbie
tumoꝛ aperire oculos aut flectere ⁊ in uerū figere
nō ſinit. Itaqꝫ ne qd ſue etatis ſuſpicere videātur
miranť ueteres quos nouere contēnunt: ut defun-
ctorum laus: viuentiuꝫ cōtumelia nō uacet. Inter
hos iudices viuēdū moriendūqꝫ nobis eſt: ⁊ (qḋ
eſt durius) tacendū. Ubi eni ut dixi Auguſtū iudi
cem queremus? Unuꝫ habet Italia: immo ꝟo ter
rarum oꝛbis vnū habet: Robertū Siculū regem:
foꝛtunata Neapolis: que vnicū ſeculi noſtri decꝰ:
incōparabili felicitate ſoꝛtita es. Foꝛtunata inquā
⁊ inuidioſa Neapolis litterarū domus auguſtiſſi
ma: que ſi Maroni quōdā dulcis viſa es: quanto
nūc dulcioꝛ videris: ubi īgeniorū ac ſtudiorū eqſſi-
mus extimatoꝛ habitat. Ad te cōfugiat quiſqs in-
C genio fidit. Neqꝫ ꝟo differēdū putet: ſuſpecta mo
ra eſt: deuexa eniꝫ eſt etas: ⁊ mūdus iā pꝛidem eo
carere: ⁊ ipſe ad meliora regna trāſire meritꝰ. Ue
reoꝛqꝫ ne multa ipſe mihi ſere penitētie materiam
ꝓtādo queſierim: oīs qdē pulchꝛe rei dilatio tur
pis ⁊ oīs de honeſto deliberatio longioꝛ inhone-
ſta eſt: rapienda eſt occaſio: cōfeſtimqꝫ faciendum
qḋ añ tēpus fieri nō pōt. Qḋ ad me attinet: curre-
re ⁊ ꝓperare ꝓpoſitū eſt (ut qḋ de Julio Ceſare:
in ep̄la quadam ait Cicero) oīa mea ſtudia in iſtuꝫ
cōferam. Ego ꝟo ardenti qdem ſtudio ac foꝛtaſſe
efficiam: qḋ ſepe viatoribꝰ cū ꝓperant euenit: ut ſi
ſeriuſ q̄ꝫ uoluerint forte ſurrexerint: ꝓperādo etiā
citius q̄ꝫ ſi de nocte vigilaſſent ꝑueniāt quo uelit:
Sic ego qm̄ in iſto hoīe colendo: tā indoꝛmiui diu
curſu coꝛrigā tarditatē. Tibi aūt tuo foro uti neceſ
ſe eſt: qñ ad eum regeꝫ aſpirare nō tā freti q̄ꝫ belli
obice ꝓhiberis. Patria enim tua: cuiꝰ nemo amā-
tioꝛ ciuis eſt: inimici regis imperio ſubiacet. Dice
reꝫ Tyrāni: niſi quia timeo aures tuas offendere.
Ad hec ⁊ magna res eſt: neqꝫ noſtris calamis di-
ſcernēda ſed illoꝝ gladijs. Igiť ad inceptū redeo.
Si hec tibi exempla de illuſtriſſimis electa nō ſuf
ficiunt: alia ex alio grege hoīuꝫ adijciā ⁊ etate recē
tiora ⁊ ſanctitate clariſſima. Quātos oliꝫ emulos
Auguſtinus noſter: quātos Hieronymus: quātos
habuit Gregorius. donec ſpectata virtus ⁊ littera
rū diuina ⁊ admirabilis ubertas iuidiā vinceret?
Uix horū qſq̄ꝫ integrū fame pꝛeconiū: niſi ab ipſo
die moꝛtis accepit. Unū emulo ac repꝛehēſore ca-
rentem: vnū plena ⁊ indecerpta laude decoratuꝫ
Ambꝛoſiū: cuius ne inuētis quidē famā moꝛdax
liuoꝛ attigerit: apud quoſdaꝫ inuenio: qḋ forte ad
purā eius ac ſimplicem doctrinā oīs ambigui ex-
pertem referendū eſt: Nā apud Paulinū qui Am
bꝛoſij vitā ⁊ obtrectatorū eius noīa legimꝰ ⁊ vin
dictā diuino irrogatā. Perfer igiť iā ſine lamētis:
D qḋ ſummis ingenijs cōtigiſſe vides. Uideris aūt
quadā in ꝑte tuaruꝫ litterarū: hoc ipſum cōqueri:
ꝙ multos noueris magnū in vita nomē aſſecutoſ:
⁊ hoc quoqꝫ ſi me audire uolueris: magnifice con-
temnes. Scis enim quibus hoc euenit: his eqdeꝫ
ſolis qui famam ſuam: qm̄ calamo nequeunt: cla-

more defendunt. Aſpice iſtos purpuratos qui in-
genti ſtrepitu: populorū in ſe ora conuertūt: qui ſe
ſapientes dici uolūt: ⁊ quos ſapientes vulgus ap
pellat: ſingulis ciuitatibus aſcribēs ſapientū gre-
ges: cū tñ illa florēs olim ſtudiorum mater grecia
nō amplius q̄ꝫ ſeptem ſapientū noībus gloriet: qḋ
ipſum poſteris ipoꝛtune nomē arrogātie viſuꝫ eſt.
Sed qui eos excuſant: aiunt nō id eis cognomen
ꝓpꝛio iudicio: ſed populoruꝫ ſuffragijs obtigiſſe.
Unus ex oībus ſeculis Epicurus: ſapienteꝫ ſe ꝓfi-
teri auſus intollerāda ſupbia: ſeu potius ridiculo-
ſa dementia: Cuius ſecūdo de finibuſ bonorum ⁊
malorū meminit Cicero: hodie in noſtrorū cauſi-
dicorum grege furoꝛ ille vulgaris eſt. Reſpice ⁊
hos qui in altercationibus ⁊ cauillationibus dia-
lecticis totū vite tempus expēdunt: ſeqꝫ inanibus
ſemꝑ queſtiūculis exagitant: ⁊ pꝛeſagium meū de
oībus habeto. Omniū nempe cuꝫ ipſis fama coꝛ-
ruet: vnumqꝫ ſepulchꝛum nomini oſſibuſqꝫ ſuffici-
et. Cū enim moꝛs frigidā linguā ſtare coegerit: nō
modo ut ſileāt neceſſe eſt: ſed ut de his etiā ſileať.
Poſſem exēplis affluere: teqꝫ ipſum in multis te-
ſtem facere: Quot loquaciſſimas picas agnouimꝰ
in oculis inſane multitudinis ꝑſtrepētes: quorum
repēte uox cecidit: niſi lōga ⁊ apud quoſdā ſupſti
tuꝫ odioſa foꝛte narratio eſſet? Sed de his ⁊ ſepe
alias: ⁊ nūc qḋ res ipſa poſcebat diximus: Neqꝫ
eni ut eos monerē ſermo mihi inſtitutꝰ: ſꝫ ut tibi ſa
tiſfacerē: cuiꝰ oīno diuerſa cōditio eſt: tūc eniꝫ ma-
xime reſonabis cū iā loq amplius nequeris. Cete-
rū ualde ipatiētis animi eſt: bꝛeuiſſima expectati-
one toꝛqueri. Expecta paululū: eris uoti cōpoſ: cū
obſtare tibi ipſe deſieris: id ex ꝑte longeua foꝛſan
abſentia: ad plenum moꝛs ſola p̄ſtabit. Reduc ad
memoriā ex oībꝰ ſeculis illuſtres viros Romanos
grecos: barbaros: cuiꝰ nō p̄ſentia fame nocuerit: ti
bi (ſi recētiore memoria eſt) plures foꝛte ex hiſto-
rijs occurrēt. Ego id vni oīuꝫ Africano tributum
memini: ut ſcilicet ⁊ fama mirabilis ⁊ p̄ſentia mi-
rabilioꝛ haberet. Ideꝫ ſacris in lr̄is tribuiť Salo
moni: quere aliū: foꝛte nō inuenies: ⁊ ſi Uirgilius
imodico ſtudio Eneā ſuū exoꝛnādi hoc ad eū glo-
rie genus trāſferre ꝯtēdat: ſed imobile uerū eſt: ex
cuſant tñ q̄ſi nō Eneā ſed ſub Enee nomine virum
foꝛtē ꝑfectūqꝫ deſcribat: dedit idē oratorū vni dū
taxat is qui hoc ſicut uerius uſurpaſſet: p̄illuſtris
ſcilicet oratorū p̄nceps Marcꝰ Tulliꝰ: vni quoqꝫ
poetarū idē tribuit Aulo Licinio Archie: ſꝫ uere-
oꝛ ne id amore iudiciū obliquāte p̄ceptori ſuo me-
diocris ingenij viro tribuat: qḋ nec Homero tribu
it nec Uirgilio tribuiſſet. Ceterū ut ad te reuertar
nihil ex oībus que dixi: qḋ tibi iuſtā idignādi ma
teriam pꝛeſtare poſſit inuenies. Nemo enim ſe an-
teiri ab vno uľ a paucis egrefert: niſi qui glorie p̄n
cipatum pertinaci ſibi mente cōſtituit. Patere (ut
ceterarum rerum) ſic ingenij tui ſoꝛtem noīſqꝫ foꝛ-
tunam: putabas eam in ſolis diuitijs ius habere?
Humanarū rerū oīuꝫ excepta virtute dñā eſt. Illā
quoqꝫ ſepe oppugnare: ſed nunq̄ꝫ expugnare ꝑmit
titur. Famam certe qua nihil eſt leuiꝰ facile rotat
ac uentoſis ſuffragijs circūuoluit: a dignis eam
trāſferēs ad indignos: nihil qdē mobiliꝰ: nihil ini-
quius vulgari iudicio ſuꝑ quo fama fundata eſt.
Itaqꝫ mirum non eſt ſi aſſidue quatiť que tam tre-
mulis initiť fūdamētis. Hec ſane nō niſi in viuos

E Impatientis eē aī bꝛeuiſſima expectatōne toꝛqri. Scipio africanꝰ ⁊ Salomon fama ⁊ p̄ñtia mirabiles fuerunt

F Foꝛtūa oīa p̄ter virtutē expugt.

regnum habet:morſ hoiem eximit ab impio fortune.Ceſſãt exidẽ ludibria:hec uelit ipa uł nolit:ỽtutem fama:ceu ſolidũ corpꝰ vmbra ꝯſequit̃.Habes ergo(ni fallor)gloriãdi potiꝰ cãz q̃ꝫ idignãdi: ſi cũ oibꝰ fere p̃ſtãtibus atq̃ꝫ clariſſimis viris cõis tibi tua ſors eſt.Quoqꝫ etiaz nũc egore aio ſis:Africanum ip̃m quem ex hac acie ſegregare viſus eram: in cõe reſtituam:cui q̃ꝫuis qǒ rariſſimum eſt:ut dixi:p̃ſentia nõ noceret:nocuit tñ(ut ceteris)hoium iuidia:quaz tãtis ỽtutibꝰ nõ potuit extiguẽ:incẽditq̃ꝫ potiꝰ ⁊ iflãmauit:Nocuit(qǒ ſine idignatione nõ poſſum meminiſſe)ꝯuerſatio lõgior ⁊ naſcẽſ ex familiaritate cõtẽptus.Uñ aũt hec eliciã pcõtabere.Nolo me aliqd imutaſſe ſuſpiceriſ:Ipa Titi Liuij clariſſimi ſcriptoris ỽba ponã:qui orta cõtẽtione dignitatis honorũq̃ꝫ iter Scipionẽ Africanum Titumq̃ꝫ Flaminiũ:In qua ſuccubuiſſe Scipione refert.Maior ingt gloria Scipionis:⁊ quo maior:eo ppior iuidie.Et ſtatim poſtea: Accedebat ingt ⁊ aliǒ.Scipio Africanꝰ iam ppe annuz decimum aſſiduꝰ in oculis hoium fuerat:que res minꝰ uerendos magnos hoies ipa ſatietate facit.

B

Titi liuij ỽba de Scipiõis ⁊ Titi flaminij dignitate.

Et hec qdez ille:Tu ỽo(ut iam finem faciam)fortunã tuã tanto comite ſolabere:expectabiſq̃ꝫ tranqllius:memor uetus apǒ Flaccũ uerbuz eẽ:qǒ ut vina:ſic poemata meliora dies reddit.Apǒ Plautũ aliquãto uetuſtius:Ille eni ait:Qui utunt̃ vino uetere ſapiẽtes puto: ⁊ qui libẽter ueteres inſpectãt fabulas:qǒ nõ minꝰ ipſi Flacco bilem cõmouiſſe ſuſpicor q̃ꝫ tibi tãtam eẽ uetuſtatis reuerẽtiam:ut crimẽ lõgo ſermõe purgãduz ſibi fuerit Luciliuz rep̃hendiſſe.Poſtremo tecum cogita qd eſt hoc pro quo tam ſollicite torqueamur:Uẽtꝰ eſt fama quaz ſeqmur:fumꝰ eſt:vmbra eſt:nihil eſt.Ita q̃ꝫ facillime recto atq̃ꝫ acri iudicio cõteni põt:Qǒ ſi forte(qm̃ generoſos aios familiaris hec peſtis inſeq ſolet)appetitũ hũc extirpare radicitꝰ nõ potes excreſcẽtẽ:rationis ſaltẽ falce cõpeſce:parẽdũ tẽpori parẽdũ rebus eſt.Deniq̃ꝫ(ut ſñie mee ſũmã breuius expediã)virtutẽ cole dum viuis:famaz inuenies in ſepulchro.Uale.

Uetuſta poemata vino ueťi adeq̃ri: ex Flacci ⁊ plauti auc̃te

CFrãciſci Petrarche ad Raimũdum ſupantiũ:hominũ vitam eque ac floſculuz momẽto ⁊ virere ⁊ areſcere aſſerẽtis. Epiſtola.II.

A

N Ereri mihi(nec imerito)viſus eſ:ne(qǒ fere oibꝰ adoleſcẽtibꝰ accidit)etatis flore decipiar.Nõ pollicebor tibi pater aium ſoliduz ac ſtabilez oiſq̃ꝫ uanitatis exortem(qǒ in hac etate difficillimum ⁊ potiꝰ diuine gratie q̃ꝫ hũane ỽtutis arbitror:ſed mẽtez haud quaq̃ꝫ ſue ꝯditiõis ignaram ſpõdeo.Sẽtio me(mihi crede)nũc dum maxime florere videor:maxime ad areſcẽduz pgere.Quid in re celerrima ſegnibꝰ uerbis utor:imo ỽo pperare:imo currere:imo(ut loq̃r pprie)uolare.Uolat eni etas (ut ait Cicero)Et oino nihil eſt aliǒ tẽpꝰ vite huiꝰ q̃ꝫ curſus ad mortez:In quo(ut ait Auguſtinꝰ)nemo uel paulo ſtare uel aliquãto tardus ire pmittit̃:ſꝫ urgent̃ oẽs pari motu:nec diuerſo ipellunt̃ acceſſu:Neq̃ꝫ eniz cuiꝰ vita breuior fuit: celeriꝰ diez duxit:q̃ꝫ ille cui lõgior:ſed cũ eq̃liter eq̃lia momẽta raperent̃ ambobꝰ: Alter abijt ppiꝰ:alter remotiꝰ: quo nõ ipari uelocitate ambo currebãt.Aliǒ eſt eni ampliꝰ vie pegiſſe:aliud tardius ambulaſſe.Qui ergo uſq̃ꝫ ad mortem pductiora ſpatia tpis agit:nõ lẽtius pgit:ſed plus itineris ꝯficit.Ecce quanti duo viri uelocitatem vite mortalis deſcribẽtes:uolare eaz ⁊ currere aſſerũt:Quotiẽs ỽo Uirgilius fugẽ tẽpꝰ ait:Quid ſi oẽs tacerẽt:qd ẽt ſi negarẽt:nũqd iǒ ſegniꝰ fugiẽs curreret aut uolaret:Neq̃ꝫ ỽo me talia ſũmiſ labijſ locutũ puteſ(qq̃ꝫ coetaneis meis eſt mos)p auctoꝝ vireta captare floſculos :qǒ viro turpe ait Seneca:nobis ita pmiſſũ putãt:ut nihil videat̃ in adoleſcẽtia formoſius.Ego me nõ nego floſculos iterdum legere:qbꝰ iter ſenioꝝ choros(ſi res tulerit) uti queã:ſed ita ad optatã ſenectutẽ merita cũ laude pueniã:ut ego magis oia ad vitã extimẽ q̃ꝫ ad eloquẽtiã referẽda:Et q̃ꝫuis(ut eſt uſus:ut eſt ingeniũ:ut eſt aius:ut eſt etas)eloquẽtie ſtudio delecter:tñ ⁊ duz alioꝝ bene dicta recẽſeo: ⁊ ſi qñ mihi aliqd forte ſonãtiꝰ excidit:utrobiq̃ꝫ magis meditor:ut qcqd id eſt vite pſit:adoleſcẽtieq̃ꝫ me malis expediat:q̃ꝫ ut ỽbis ornatioribꝰ iuuenilis ligua laſciuiat.Sũme qdem demẽtie videt̃ in id niti:ad qǒ forte nunq̃ꝫ ſis uẽturꝰ: ⁊ qǒ paucis accidit:qǒ q̃ꝫ cũ adeptꝰ fueris modicũ pſit:fortaſſis ⁊ multũ noceat:illud ỽo negligere:qǒ ⁊ oibꝰ pmptum:pre oibꝰ utile:dãnoſũq̃ꝫ nunq̃ꝫ eẽ poſſit.Scimus aũt magnoꝝ auctoritate hoium expimẽtoq̃ꝫ reꝝ edocti:qm̃ paucis bene loq:bene viuere aũt oibꝰ datũ eſt: ⁊ tñ plures illud amplectunt̃ : hoc fugiũt.Ita eſt natura hoium:difficultatibꝰ icũbere ⁊ ea cupidius appetere:que laborioſius parant̃.Ego qdez (⁊ ſi mihi fidem etas deroget)teſte tñ ꝯſcia lego: nõ ut eloquẽtior aut argutior:ſed ut melior fiã:Et qǒ de morali phie pte dixit Ariſtotiles:ad oẽs trahor:q̃ꝫq̃ꝫ ſi uterq̃ꝫ fructꝰ ſequeret̃ ifortunatiorez me laboꝝ nõ negarẽ.Tibi aũt pr grãs ago:qꝑ me pr̃ne mones: ⁊ oro ut idẽ ſepe facias:Sed ſic hẽto : me iam hinc cepiſſe cognoſcẽ curſum meũ ⁊ picula numerare: ⁊ multos noſſe decrepitos:me altiꝰ humi fixos ac tenacius iherẽtes.Multũ me tangit illud Domitiani p̃ncipis iam ſeneſcẽtis.Nil ingt gratiꝰ decore:nil breuiꝰ.Et illud Catonis ſenis apǒ Tullium:Quis eſt tam ſtultus q̃ꝫuis ſit adoleſcẽs:cui ſit exploratũ ad ueſpum eẽ victurũ:Et illud Uirgilij tũc iuuenis iuuenilr̃ dictum:ſed uere:ſed grauiter:ſed mature:Collige ỽgo roſas dũ flos nouuſ ⁊ noua pubes:Et memor eſto euuz ſic pperare tuum.Ego ỽo memor ſum(⁊ q̃ꝫuis nõduz plene poſſim)cogito tñ ut poſſum: ⁊ indies ut pfundiꝰ poſſum:nitor.Cogito nõ qd alijs videor:ſed qd ſum ⁊ etatem hãc ⁊ q̃lẽcũq̃ꝫ formam corpis: ⁊ reliq̃(vñ mihi forſan ab alijs inuidet̃)ſentio data mihi ad piculum:ad exercitium:ad laborem.Deniq̃ꝫ(ut breuiter cõcludam)Scio me aſcẽdere ut deſcendam: virere ut areſcam:ut ſeneſcaz adoleſcere:viuere ut moriar.Uale.

B

Etatem uolare: ex Ciceroniſ auctõitate Dibus idẽ vite ſpatium mõtiſq̃ꝫ eq̃lẽ terminũ eẽ ex Aug. ſñia

C

Demẽtẽ eẽ ai niti i id ad qǒ peruenire non poteſt.

Cupidius homieſ appetet̃ q̃ laborioſiꝰ pant̃.

D

Nil g̃tius decore nil breuius Catõis ⁊ Uirgilij ſñie

CFranciſci Petrarche ad Joãnem Colũne: Galliam:Germaniam:Rheniq̃ꝫ ripas ſe peragraſſe narrãtis:Inq̃ꝫ his regionibus mores hoium ſollicite cõtemplatum eſſe ⁊ aſpectu telluris incognite delectatum:Italiam tamen ſibi magis placere affirmantis. Epła.III.

A

G Allias ego nuper nullo qdem negocio(ut noſti)ſed viſendi tñ ſtudio ⁊ iuuenili quodam ardore pagraui:Germaniam tandez Rheniq̃ꝫ ripas attigi:contemplatus ſollicite mores hoium: ⁊ aſpectu telluris incognite delectatꝰ: ac ſingula cum nr̃is conferẽs: ⁊ lꝫ multa utrobiq̃ꝫ

magnifica viderim:me tn̄ Italice originis nō peni
tet:imo(ut uerum fatear)quo latius peregrinoꝛ:
eo maioꝛ Itali ſoli ſubit admiratio. Qđ ſi gratias
agebat Plato dijs(ut uerbo eius utar) immoꝛta-
libus:inter multa ꝙ grecum eum ⁊ nō alienigenā
edidiſſent:quid nos ꝓhibet pꝛo eodem quoqꝫ gra
tias agere oꝛtuſqꝫ noſtri deum auctorem recogno
ſcere? Niſi foꝛte nobilius eſt grecum naſci q̃ꝫ Ita-
licū:qđ ſiquis dixerit:dicat idē ⁊ ſeruum eſſe no-
biliorem q̃ꝫ dn̄m. Atqꝫ nullus hoc greculus quan
tūlibet pꝛocax impudēſqꝫ dicere audebit:duꝫ me-
minerit diu ante urbem cōditam ante partuꝫ ⁊ au
ctum virtutibꝰ imperium. Deniqꝫ an̄ Romanos
rerum dn̄os gentēqꝫ togatam:nō Italiaꝫ ſed quo
tam Italie partem eo tēpore deſertam ⁊ uacuam
grecis habitatoribus poſſeſſam magnāqꝫ greciaꝫ
nūcupatam: Que enim tūc magna viſa eſt:q̃ꝫ ma-
xima:q̃ꝫ immēſa videri potuit poſt euerſam Corin
B thum:poſt uaſtatam Etoliam:poſt Argos ⁊ My-
cenas ceteraſqꝫ urbes triūphatas:poſt Macedo-
nie reges captos Pyrrhūqꝫ deuictum ⁊ maden-
tes iterum Aſiatico cruore Thermopylas:Credo
neminem negaturum aliq̃ꝫto clarius Italicuꝫ eſſe
q̃ꝫ grecum. Sed de hoc foꝛte alibi:nūc in Gallias
Pariſeoꝝ urbē a. J. Ceſare conditam
reuertamur. Pariſeorum ciuitatem regni caput:
que auctorem Julium Ceſarem pꝛetendit introij:
nō aliter aio affectus q̃ꝫ olim Theſſalie ciuitatem
Hypatam dum luſtrat Apuleius. Ita enim ſollici
to ſtupore ſuſpenſus ⁊ cūcta circumſpiciēs viden
di cupidus explorādiqꝫ uera ne an ficta eſſent que
de illa ciuitate audierā:nō paruū in ea tempus ab
ſumpſi:⁊ quotiens operi lux defuit noctem ſuper
addidi. Demuꝫ ambiēdo ⁊ inhiādo magna ex par
te didiciſſe videoꝛ qs in eadē ueritati qs fabulis lo
cus ſit:que(qm̄ longa narratio eſt:neqꝫ hoc loco ſa
tis explicabilis) differēda eſt donec ex me oia co-
Sandauum ab Julio ꝯditū.
ram audies. Sandauū quoqꝫ(ut media ſileā)eo-
dem cōditore ſupbū vidi:⁊ ceteros Flādrie Bra
bātieqꝫ populos lanificos atqꝫ textores:Uidi Le
odium inſignem clero locū:Uidi Aquēſem Karo
li ſedē:⁊ in tēplo marmoreo uerēdū barbaris gen
tibus illius pꝛincipis ſepulchꝛum. Ubi fabellā audi
ui nō inamenā cognitu a qbuſdā tēpli ſacerdotibꝰ
quā ſcriptā mihi oſtēderūt:⁊ poſtea apud moder-
nos ſcriptores accuratius etiā tractatā legi:quam
tibi quoqꝫ ut referā incidit animus:ita tn̄ ut rei fi-
C
des nō apud me querat:ſed(ut aiūt)penes aucto
Karoli magni r̃ ceſetur amoꝛ.
res maneat: Karoluꝫ regē quē magni cognomine
equare Pōpeio:⁊ Alexādro audēt:mulierculam
quādam ꝑdite ⁊ efflictim amaſſe memorāt:eius
blāditijs eneruatū neglecta fama(cui plurimū in-
ſeruire cōſueuerat) ⁊ poſthabitis regni curis:alia
rū rerū oiuꝫ:⁊ poſtremo ſuipſius oblitū:diu nul-
la pꝛſus in re niſi in illius amplexibus acquieuiſſe
ſumma cū indignatione ſuorū ac dolore. Cādem
cū iā ſpei nihil ſupeſſet(qm̄ aures regias ſalutari-
bus cōſilijs inſanꝰ amoꝛ obſtruxerat)feminā ipſā
maloꝝ iſperata moꝛs abſtulit:cuiꝰ rei igēs ꝑmū in
regia:ſꝫ latēs gaudiū fuit. Deinde dolor q̃m pꝛio-
re grauioꝛ:quātum fediori moꝛbo coꝛreptū regis
aium videbāt:cuius nec moꝛte lenitus furoꝛ ſed in
ipſum obſcenum cadauer ⁊ exāgue trāſlatꝰ eſt:qđ
balſmo ⁊ aromatibꝰ cōditū:onuſtū gemis ⁊ uela
tum purpura diebꝰ ac noctibꝰ:tā miſerabili q̃ꝫ cu-
pido fouebat amplexu. Dici neqt q̃ꝫ diſcoꝛs ⁊ q̃ꝫ
male ſe cōpaſſura cōditio eſt amātis ac regis:nun
q̃ꝫ pꝛofecto cōtraria ſine lite iungunt̃. Quid eſt at D
regnum niſi iuſta ⁊ glorioſa dn̄atio? Cōtra:quid
eſt amoꝛ:niſi feda ſeruitus ⁊ iniuſta? Itaqꝫ cū cer-
tatim ad amātem(ſeu rectius)ad amētem regem
pꝛo ſummis regni negocijs:legatiōes gētiuꝫ pꝛefe
ctiqꝫ ⁊ pꝛouinciarū pꝛeſides conuenirent:Is in le
ctulo ſuo miſer oibus excluſis ⁊ obſeratis foribꝰ
amato coꝛpuſculo coherebat:amicam ſuaꝫ crebꝛo
uelut ſpiratem reſponſurāqꝫ compellans. Illi cu-
ras laboreſqꝫ ſuos narrabat:Illi blandū murmur
⁊ nocturna ſuſpiria:Illi ſemp amoris comites la-
chꝛymas iſtillabat(hoꝛredū miſerie ſolamē)ſꝫ qđ
vnū tn̄ ex oibꝰ:rex alioqui(ut aiūt)ſapiētiſſimꝰ ele
giſſet. Addunt fabule qđ ego nec fieri potuiſſe nec
narrari debere arbitroꝛ. Erat ea tēpeſtate in aula
Colonienſis antiſtes:vir(ut memorāt)ſanctita-
te ⁊ ſapientia clarus:necnō comitatus ⁊ cōſilij re
gij pꝛima uox:qui domini ſui ſtatum miſeratꝰ:ubi
aiaduertit humanis remedijs nihil agi:ad deum
uerſus illum aſſidue pꝛecari:in illo ſpem reponere:
ab eo finem mali poſcere:multo cuꝫ gemitu:quod
cum diu feciſſet nec deſiturus videretur:die quo
dam illuſtri miraculo recreatus eſt. Siquidem ex
more ſacrificanti:⁊ poſt deuotiſſimas pꝛeces pe-
ctus ⁊ araꝫ lachꝛymis implēti:de celo uox iſonuit
ſub extincte mulieris lingua furoris regij cauſam
latere. Quo letioꝛ:mox peracto ſacrificio ad locuꝫ
ubi coꝛpus erat ſe pꝛoripuit ⁊ iure notiſſime fa-
miliaritatis regie itrogreſſus:os digito clam ſcru
tatus gemmam perexiguo anulo incluſam:ſub ge
lida rigentiqꝫ lingua repertam feſtinabundus aue
xit. Nec multo poſt rediens Karolus ⁊ ex conſue
E
tudine ad optatuꝫ moꝛtue congreſſum pꝛoperans
repēte aridi cadaueris ſpectaculo concuſſus obri-
guit exhoꝛruitqꝫ contactum:auferri eam quamto
tius ac ſepeliri iubens:inde totus in antiſtitem cō
uerſus:illum amare:illum colere:illum indies ar-
tius amplecti:deniqꝫ nihil niſi ex ſententia illius
agere:ab illo nec diebus nec noctibus auelli. Qđ
ubi ſenſit vir iuſtus ac pꝛudens:optabilem foꝛte
multis:ſed oneroſam ſibi ſarcinam abijcere ſta-
tuit:uerituſqꝫ ne ſi uel ad manus alterius perueni
ret:uel flammis cōſumeretur domino ſuo aliquid
periculi afferret:anulum in vicine paludis pꝛeal-
tam uoraginem demerſit. Aquis foꝛte tum rex cū
pꝛoceribus ſuis habitabat:ex eoqꝫ tempore cun-
ctis ciuitatibus ſedes illa pꝛelata eſt. In ea nil ſibi
palude gratius:ibi aſſidere:illis aquis mira cum
uoluptate:illiꝰ odore uelut ſuauiſſimo delectari.
Poſtremo illuc regiam ſuam trāſtulit ⁊ in medio
paluſtris limi immenſo ſumptu iactis molibus:pa
latium templumqꝫ conſtruxit:ut nihil diuine uel
humane rei eum inde abſtraheret:poſtremo ibi vi
te ſue reliquum egit:ibiqꝫ ſepultus eſt. Cauto pꝛi
us ut ſucceſſores ſui pꝛimam inde coronam ⁊ pꝛi
ma imperij auſpicia capeſſerent:quod hodie quo-
qꝫ ſeruatur ſeruabiturqꝫ q̃ꝫ diu Romani frena im
perij Theutonica manus aget. Lōgioꝛ fui in hac
narratione q̃ꝫ debui. Sed quoniam peregrinatio
ne longinqua libꝛorum ſolatio deſtituta eſt:⁊ in
ꝑpetuo motu facilius eſt multa cogitare:q̃ꝫ gran
dia:iuſtum epiſtole modum implere ſerijs non ua
lens:eam(ut vides) obuijs quibuſqꝫ confartio.
Uale.

Gemma ſub lingua mortua amica Caroli magni que vim amatoriam haben

¶ Franciſci Petrarche ad Joannē Columne: Coloniam Agrippinam ciuitatem Germanie: que ad ſiniſtrum latus Rheni ſita eſt: ciuilitatemqꝫ ⁊ mores eiuſdem populi commendantis: ſeqꝫ in eadem plures reliquias ſanctorum ⁊ multa alia vidiſſe recitantis: digreſſum etiaꝫ ſuum uſqꝫ in Auinionem narrantis. Epiſtola.IIII.

A

a

Quis digreſſum: ſed pꝛius vnde oꝛtuꝫ oppidi nomen putant: aquis baiano more tepentibuſ ablutum: excepit Agrippina Colonia: que ad ſiniſtrum Rheni latus ſita eſt: locus ⁊ ſitu ⁊ flumine clarus ⁊ populo. Mirum in terra barbarica quanta ciuilitas: que urbis ſpecies: que viorum grauitas: que mundicie matronarū. Foꝛte Joannis Baptiſte vigilia erat: duꝫ illuc applicui: ⁊ iam ad occidentem ſol uergebat: confeſtiꝫ amicorum monitu (nam ⁊ ibi amicos pꝛius mihi fama pepererat: q̃ꝫ meritum) ab hoſpitio traducoꝛ ad fluuium: inſigne ſpectaculum viſurus: Nec fallebar: Omnis enim ripa pꝛeclaro ⁊ ingenti mulieꝝ agmine tegebatur: Obſtupui: dij boni que foꝛma: quis habitus: amare potuiſſet: quiſquis eo nō pꝛeoccupatum animum attuliſſet. In loco paulum altiore conſtiteram: vnde in ea que gerebantur intenderem: incredibilis ſine offenſione concurſuſ erat: viciſſimqꝫ alacres: pars herbis odoriferis incincte: reductiſqꝫ poſt cubitum manicis: candidas in gurgite manus: ac barchia lauabant: neſcio quid blandum peregrino murmure colloquentes: Uix nunq̃ꝫ clarius intellexi: quod Ciceroni placet: ⁊ ueteri Pꝛouerbio dici ſolet: Inter linguas incognitas: omnes pꝛopemodum ſurdos ac mutos eſſe. Unuꝫ mihi ſolatiuꝫ gratiſſimoꝝ interpꝛtum nō deerat: Naꝫ ⁊ hoc iter cūcta mirabere celuꝫ illō ſpiritꝰ pierios alere: Itaqꝫ dū miratˀ Juuenalis ꝙ Gallia cauſidicos docuit facūda Bꝛitānos: mireˀ itidē: docta ꝙ argutos aluit germania uates. At ne me auctore fallaris: ſcito ibi nulluꝫ Maronem eē. Naſones plurimos: ut dicas uerū fuiſſe pꝛeſagiū quod in fine libꝛi Metamoꝛphoſeos multum uel poſteritatis gratie: uel ingenio ſuo fidens ponit. Siquidem qua Romana potētia (ſeu uerius) qua Romanum nomen domito oꝛbe ſe poꝛrigit: plauſibiliter nunc fauentis populi ore perlegitur. His ego comitibus: ubi quid audiēdum ſeu reſpondēdum incidit: pꝛo lingua ⁊ pꝛo auribus uſus ſum. Unum igitur ex eo numero admirans ⁊ ignarus rerum percontatꝰ Uirgiliano illo uerſiculo. Quid vult concurſus ad amnem: quid ue petunt anime? Reſponſum accepi: peruetuſtum gentis ritum eſſe: vulgo perſuaſum pꝛeſertim femineo: omneꝫ totius anni calamitatem imminentem: fluuiali illius diei ablutione purgari: ⁊ deinceps letiora ſuccedere: itaqꝫ luſtrationem eſſe annuā: inexhauſto ſemper ſtudio cultam colendamqꝫ. Ad hec ego ſubridens: O nimiū felices inquam Rheni accole: quorum ille miſerias purgat: noſtras quidem nec Padus vnq̃ꝫ ualuit purgare nec Tyberiſ: Uos ueſtra mala Bꝛitānis Rheno uectore tranſmittitis: nos noſtra libenter Afris atqꝫ Illyrijs mitteremus: ſꝫ nobis (ut intelligi datur) pigriora ſunt flumina.

Agrippina colonia ad ſiniſtruꝫ latꝰ rheni

Intˀ icognitaſ liguaſ oēſ ⁊ ſurdeſcē ⁊ muteſcē: ex cicerōis dicto

B

Cōmoto riſu: ſero tandem inde diſceſſimus. Pꝛoximis aliquot diebus a mane ad ueſperam: ciuitatem iiſdem ducibus circumiui haud iniucundum exercitium: non tam ob id quod ante oculos erat: q̃ꝫ recoꝛdatione noſtrorum maiorum qui tam pꝛocul a patria monumenta Romane virtutis tam illuſtria reliquiſſent. In pꝛimis autem occurrebat Marcus Agrippa Colonie illius auctoꝛ: qui licet multa domi: multa foris pꝛeclara conſtruxerit illā tñ ex omnibus dignam cenſuit: cui ſuū nomen imponeret edificatoꝛ ac bellatoꝛ egregius: dignuſqꝫ habitus quem Auguſtus ſibi generum ex toto oꝛbe deligeret qualiſcunqꝫ filie viruꝫ: ſed dilecte: ſed vnice: ſed auguſte. Uidi tot ſimul trunca milia ſacrarum virginum ⁊ terram generoſis dicatam reliquijs ac degenerum: ut aiunt: cadauerum expultricem. Uidi capitoliuꝫ effigiem noſtri: niſi ꝙ pꝛo ſenatu illic pacis ac belli conſilia agitante: hic foꝛmoſi iuuenes ac puelle mixtim: nocturnas laudes deo concinunt: eterna concoꝛdia. Ibi rotarū ⁊ armoruꝫ ſtrepitus ac gemitus captiuoruꝫ: hic quies ⁊ gaudium ⁊ iocantium uoces. Deniqꝫ illuc bellicus: huc pacificus triūphatoꝛ ingreditur. Uidi tēplum urbe media pulcherrimum: q̃ꝫuis inexpletū qō haud immerito ſummum uocant: Magorum ibi regum coꝛpora ab oꝛtu ad occaſum tribus ſaltibus tranſuecta: quos ethereum quondam regem ād pꝛeſepia uagientem: cuꝫ muneribus ueneratos legimus: uenerabūdus aſpexi. Parumper hic pater optie: ⁊ pudoris mei methas exceſſiſſe videoꝛ ⁊ plura collegiſſe q̃ꝫ neceſſe erat: Utrūqꝫ fateoꝛ ſꝫ mihi nil tam neceſſe eſt: q̃ꝫ ut imperio tuo paream Inter multa ſane que abeunti iuſſeras: hoc fuit extremum: ut de terris ad quas ibam ⁊ de ſingulis que vidiſſem: audiuiſſemqꝫ perinde te certiorē ſcripto facerē ac v̄bo ſoleo ne calamo parcerē: ne bꝛeuitati ulˀ oꝛnatui ſtuderē: ne ue floridiora decerperē: ſꝫ cūcta cōplecterer. Deniqꝫ Tulliano v̄bo uſuſ Scribe dixiſti: quicquid in buccā uenerit. Pꝛomiſi me facturū: ꝓmiſſum crebꝛis ex itinere litteruliſ impleſſe videoꝛ. Si iuſſiſſes loq de altioribus: tēptaſſem: Nunc epiſtole officium reoꝛ: nō ut ſcribētem nobilitet: ſed ut certificet legētem: ꝙ ſi omnino videri uolumus: oſtendemus nos in libꝛis: in epiſtolis colloquamur. Pꝛocedo: Ad ſecūdas Kalendas Julias Colonia diſceſſi: tāto ſole ac puluere ut ſepe alpinas niues ac frigora rheni a Uirgilio requirerem. Inde Arduēnam ſiluam: ſcriptoꝝ teſtimonio pꝛidem mihi cognitam: ſed viſu atram atqꝫ hoꝛrificam trāſiui ſolus (⁊ qō magis admireris) belli tempore: ſed incautos (ut aiunt) deus adiuuat: At ne longum iter vix equo peracto calamo remetiar: multis ego regionibus ambitis: hodierno die Lugdunum perueni. Nobilis ⁊ ipſa Romanorum Colonia eſt paululumqꝫ uetuſtioꝛ Agrippia: duo hic noti amnes in noſtrū mare currentes: Rhodanus Arariſqꝫ conueniunt Sonam incole appellant. Sed de his nihil amplius: Juncti enim ad te pꝛoperant: alter cogēti: alter coacto ſimilis: ⁊ Auinionem ubi te nunc ac genus humanum Romanus pōtifex detinet: permixtis uadis abluunt. Huc ego cum mane perueniſſem ⁊ intrāti foꝛte familiaris hic tuus occurriſſet: mille eum queſtiunculis (ut mos eſt peregre redeuntium) aggredioꝛ. Ille autem nihil ad reliqua: Sed p̄clariſſimum fratrem tuum ad quem maxime pꝛoperabam: ſine me Romaꝫ petijſſe narrauit: Quo audito querendi ueniendiqꝫ ardoꝛ repente deferuit.

Epiſtole offm̄

C

Arduenna ſilua

Lugdunū Romanorū colonia.

D Hic igitur expectare in animo eſt: donec ⁊ eſtas ipſa deferueat:quam hucuſqꝫ nõ ſenſeram: ⁊ me uegetiorem quies faciat:qui me feſſum eſſe hoc ipſo primum loquente perpendi. Nulla quidem fatigatio maioꝛ q̃ȝ animi eſt:ꝙ ſi reliqui itineris tediũ ſubierit: Rhodanus mihi pꝛo uehiculo erit. Interim ut noris ubi ſum:hec tibi feſtinãte nuncio trãſcurrere non piguit. De fratre item tuo:duce olim: nũc (da dolori ueniã) deſtore meo:nuſq̃ȝ alibi q̃ȝ apud ipſum conqueri viſum eſt:quam querelam: ut ſibi q̃ȝ pꝛimum mitti iubeas: oratus facito. Et Uale noſtri memoꝛ.

Franciſci Petrarche ad Jacobum Columne Lõbericenſem pꝛeſulem: ꝙ ſe non expectato Romã petierit familiariter conquerentis:ſimulqꝫ nõ pauca de fide ⁊ taciturnitate cõmemorãtis. Ep̄la.V.

A Euertebar e germania ⁊ iam Lugdunum
r peruenerã:pꝛecum tuaruȝ ⁊ deſiderij mei vncis retrahentibus: non taȝ poetico aut phiſico: q̃ȝ curſorio more feſtinans. Illic curſui meo moleſtiſſimum frenum adhibuit inſperat⁹ rumoꝛ aufugiſſe te abſẽtie mee uelut oppoꝛtunitate captata ⁊ ſine me Romaȝ petijſſe:q̃ꝺ pꝛofecto nũq̃ȝ facturum eſſe pꝛomiſeras. Quid dicam? Amãte nõ amato nil reoꝛ eſſe miſerius. Quomodo autem te:ſeu quibus pꝛimum uerbis aggrediar? Suſpitioſum ne an tuorum contẽptorem putem? Nihil moribus minus tuis cõuenit. Obliuioſuȝ querar miratoꝛ ipſe memorie tue? Fidefragum dicam ſȝ notiſſima fides eſt. Quid ergo? Tu culpe nomẽ inuenies ⁊ teipſum condemnabis:uel ſi libet abſolues:apud tribunal tuum tecum agitur:tu idem ⁊ reus ⁊ teſtis ⁊ iudex eris. Sede igitur ⁊ mecũ aliquãtiſper equo iure diſcepta. Equat enim amoꝛ imparia. Qꝫ ſi contra me foꝛte lingua tua pꝛonunciauerit:ad conſciam ꝓuocabo. Rñde dolori meo querenti: Cur tu Rome:ego in Gallia ſum? Quid tanto diuoꝛtio dignum feci? An ut inutilis ⁊ inamena ſarcina in tergum abijcioꝛ? De utilitate quidem videris:de reliquo (q̄m doloꝛ ingens libertatiſ aſſertoꝛ eſſe ſolet) ipſe ꝓnuncio. Nulla igiꝫ (ſi te noui) amenioꝛ:nulla curis tuis oppoꝛtunioꝛ:tecuȝ eſt Lelij mei ⁊ ceterorum pace dixerim quib⁹ (ut me equare audeam) ſuperbe foꝛſitan foꝛtune illoꝝ cogit ⁊ doloꝛ mei: Ego enim te mundo pꝛetuli:tu mihi queſo quid non pꝛefers? An timuiſti ne ſecretum tuũ ex me in vulgus erumperet? Ita ne rimoſum expertus es:ita infirmi ac futilis animi:cui tã facile commiſſa diffluerent? Egiſti incaute qui mihi totiens grauiora credideris. Sed (crede mihi) quoniam hodie (ut video) doloꝛ uerecũdiam ſuperat: crede inq̃ȝ mihi pater optĩe:nullius (quẽ q̄dẽ ego nouerim) fido ſilentio ſecundus ſum. Nemo me ideo ꝙ ſecreta nõ teneam:ne dicam fideli amicitie:ſed uel ſenatorio gradui:uel ſacerdotio cere-

B ris inhabilem arguerit. Legimus apud perſas:nihil fide ſanctius:nihil pulchꝛius ſilentio:nihil loquacitate defoꝛmius. Itaqꝫ illud uel moꝛte cuſtodiunt:hanc moꝛte caſtigant:non eſt qui quocunqꝫ ſupplicio ſui regis pandat arcanum. Si quis foꝛte contrafecerit:nullo non ſupplicio dignus habebitur pꝛeclare. Quid eniȝ oĩno facilius q̃ȝ tacere? Ad quid ergo utilis:aut cui magne rei ſit habendus idoneus:qui rem longe facillimaȝ implere nequiuerit? An ꝟo occupationes meas interrumpere noluiſti? Conuerſatio igitur longeua quid pꝛofuit? Nondum intelligis:non eſſe me de illorũ gregem qui (ut ait Flaccus) bꝛeui foꝛtes iaculantur euo multa:qui terras alio calentes ſole permutãt: qui penetrant aulas ⁊ limina regũ: Ut Uirgilius ait:qui aium ſuuȝ in fruſta diſcerpũt:huic arridẽt: illi ſeruiũt:neminẽ ex itegro diligũt:nulli plene cõfidũt:certe ego q̄ ſiȝ neſcio. Ualde enĩ ĩ iudicio reꝝ noſtrarũ fallimur: Sȝ ut ſim de grege nihil optantium:magnopere laboro:de multis nunq̃ȝ ſperaui Sciebam enim ꝙ qui paucorum ſimilis fieri ſtudet:multiſ fiet inuiſus. Spes ⁊ occupatiões mee in te hactenus ſite erant: In quo ſi me diutius errare non es paſſus:perurbane mecum agi non negauerim:ꝙ alienationem animi tui:non cõtumclioſo quidem actu:non uerbo aſpero:nõ graui ſupcilio:ſed fuge ſilentis indicio perceperim. Sin experiri aut inflãmare deſiderium meum cogitaſti: vide ne aduerſus imbecillem animum nimis aculeatum ludi genus elegeris. At foꝛte indulgentioꝛ C

cauſa eſt:peperciſti arbitroꝛ labori meo:uerit⁹ ne faſtidio pelagi impar eſſem: ⁊ quoniaȝ id tibi quoqꝫ reſtat iter per ſiticuloſam Apuliam: ſub eſtiuo ſole deficerem. Sed queſo nõne hoc tuo de me iudicio iniurioſus es fame mee? Ubi ego hanc opinionem merui? Quis me laboꝛ fregit:aut terruit. Sola videndi dulcedo per ignotaȝ me Barbariẽ circunducit:per Italiam credo pulchꝛa neceſſitas non duxiſſet:ſub pireneis olim collibus:ut tibi comes eſſem:niſi pudet:quantis me pꝛecibus ac blãditijs oneraſti? Quanq̃ȝ (ut uerum fatear) ſequebar ego ꝑpe cupidius:q̃ȝ detrahebar:quid ita nũc ſub Apenini iugis comes eſſe nõ merui? Niſi foꝛte inertiam meam illa peregrinatio patefecit: tu ꝟo quotidie miraberiſ vnde ea laborum patientia in litterarum ocio mihi nato ac enutrito:pꝛeſertim cum ⁊ anni tempus eſſet aduerſum ⁊ uepꝛicoſum iter ⁊ inculta regio (quodqꝫ ſuper omnia nos angebat) conuerſatio dura ⁊ multum noſtris moribus aliena. Sed foꝛte (quoniam ſenſim ratiocinatio ad uerum ducit) non quecũqꝫ potuimus poſſumus:dies auget:dies imminuit ab ea peregrinatione:quarta nunc eſtas agitur:triennio ſenioꝛ factus ſum:q̃ꝺ tempus nõ tm̄ mutando coꝛpuſculo moꝛtalis hoĩs:ſed euertendis imperijs atqꝫ urbibus late patet. Ludo tecuȝ (ut vides Magnus in- D

terdum doloꝛ ubi lamenta defuerint in iocos uertitur:omnis quidem dies fateoꝛ gradus eſt ad moꝛtem: ⁊ uagiẽtes in cunabulis ĩfantes:creſcẽdo pariter ſeneſcunt. Neqꝫ tñ ea etas eſt mihi:que naturale detrimentum ſentiat:quippe que nõdum plena eſt. Itaqꝫ creſcentibus adhuc annis ꝓuehoꝛ: multoqꝫ ⁊ membꝛis ⁊ animo ualidioꝛ indies fio: q̃ȝuis non ignorẽ quid ſequatur. Uiatoꝛ enim quo altius aſcendit:eo deſcenſui pꝛoximioꝛ fit: ⁊ ſi dici fas eſſet quodãmodo aſcendendo deſcendit. Ideȝ mihi accidit: Interim tamen aſcendo. Que cuȝ ita ſint: Idoneã facti tui cauſam foꝛte tu noueris:ego eaȝ palpitabũdus inquiro nec inuenio: ⁊ hoc vno uel maxime amare me intelligo (ꝙ amantiuȝ mos eſt pꝛimis quidem offenſiõibus moueri:mox ubi flãmam extinguere non datur ad excuſationũ medicamenta confugere: ⁊ q̃ꝺ acrius factum dolent: uel nequaq̃ȝ factum ſi liceat:uel bono aĩo factum dicere). Hoc igitur ago ſi poſſum:ut iure deſertus

Amare ⁊ ñ amari nihil miſeri⁹

Apꝺ pſas fidẽ ⁊ taciꝫnitateȝ eẽ integram.

Dies dies gradu ſ ẽ ad moꝛteȝ

videar:qđ utinam mihi perſuadeam : ⁊ profecto
fieri poteſt ut tu nec profectionem meã impedire
uolueris:nec potueris reditum expectare : ⁊ cum
me ab amplexu tuo lachrymantẽ dimitteres:no-
uam mihi gemendi materiam inculcare uolueris.
Uellem inclemẽtior fuiſſes:pietas enĩ tua in con
Inexpe ctato ho ſte nil no centius
trariũ uerſa eſt. Inexpectato nil hoſte nocentius:
⁊ intẽpeſtiua quelibet grauiora ſunt. Unde ſi abſ-
q̃ fletibus eſſe non poterã:melius tunc fleuiſſem:
quoniã natura hoc habet:ut abeuntium potius q̃
redeuntiũ comites lachrymas videamus. Tu pre
cor q̃ primũ cogita:qualiter te mihi exundãti illo
defendas eloquio:q̃ uere nihil ad rem:modo ue-
riſimiliter ſatis erit. Credere parato nulla ineffi-
cax perſuaſio eſt : Interim facilius inducar ut tue
culpe ignoſcã:q̃ fortune mee. Uale noſtri memor.

¶ Franciſci Petrarche ad Thomã Meſſanenſẽ:
dialecticorum inanem ac contentioſam petulãtiã
deteſtantis. Epiſtola.VI.

A

T Emerarium eſt cũ eo hoſte cõfligere:qui
non tã victoriã appetit q̃ certamen. Scri
bis quẽdam ſenẽ dialecticũ:litteris meis
uehementiſſime ꝑmotum:quaſi artificiũ ſuũ ego
dãnauerim:ideo palã fremere ⁊ minari multa ſe
quoq̃ in ſtudia noſtra ſuis litteris inuecturũ:eas
te litteras multis ne q̃cq̃ mẽſibꝰ expectaſſe. Noli
eas expectare amplius:crede mihi:nunq̃ ueniẽt.
Hoc modeſtie remanſit : Siue ijs ſtili pudor:ſiue
ignorantie cõfeſſio eſt:lingua ĩplacabiles : calamo
non contendunt. Nolunt apparere q̃ friuola ſunt
q̃bus armanť:ideoq̃ more parthico fugitiuũ pu
gne genus exercẽt: ⁊ uolatilia uerba iactãtes:q̃ſi
uentis tela committunt. Cum his(ut dixi)ſuo mo
re cõtendere temerariũ eſt:quippe qui ſummã uo
luptatẽ ex cõtentione percipiunt:quibus nõ uerũ
Nimiũ altercan do ueri tas amit titur
inuenire ꝓpoſitũ eſt:ſed altercari. Atqui Uarro-
nis prouerbiũ eſt: Nimiũ altercãdo ueritas amit-
titur. Noli autẽ trepidare:ne in apertum ſcripture
ſolidiq̃ colloquij cãpũ deſcendant. Hi ſunt enim
de quibus Quintilianus inter inſtitutiones orato
rias loquebatur:quos reperias in diſputando mi-
re callidos:cum ab illa cauillatione diſceſſerint:nõ
magis ſufficere in aliquo grauiore actu q̃ parua
quedã aĩalia:que in anguſtijs mobilia cãpo depre
hendũtur:merito itaq̃ cãpũ timẽt:uerum eſt enĩ
illud eiuſdẽ:diuerticula ⁊ anfractus ſuffragia eſſe
infirmitatis:ut qui curſu parum ualent:flexu elu-
B
dant. Tibi ꝟo amice vnũ hoc dixiſſe uelĩ:Si vir
tutem:ſi ueritatem ſequeris:id genus hoiũ vita.
Sed quo nã fugiemus a facie inſanorũ:ſi ne inſu-
le quidẽ tute ſunt? Ergo nec ſcylla nec charybdis
obſtiterit quo minus hec peſtis in Trinacriã trãſ-
nataret:immo ꝟo iam inſularũ peculiare malum
eſt. Si dialecticorũ agmini Britãnico Etnea nũc
nouorũ Cyclopum acies acceſſerit:hoccine eſt qđ
in Coſmographia Pomponij legerã:Sicilie ma-
xime ſimilẽ eſſe Britanniã. Ego quidem putabam
ſimilitudinẽ hanc in terrarũ ſitu ac prope triãgu
lari utriuſq̃ ſpecie: ⁊ fortaſſe etiã in circũfuſi ma-
ris perpetua colliſione conſiſtere: Nihil de diale-
cticis cogitabã. Audierã Cyclopas primũ:poſtea
tyrãnos:utroſq̃ feroces incolas:tertiũ mõſtri ge-
nus adueniſſe non nouerã:armatũ enthymemate
bis acuto: ⁊ ipſo tauro Minitani littoris feruore
procacius. Unum ſane ⁊ ego pridẽ aĩaduerterã:
⁊ tu nunc admones:eos ſectam ſuam Ariſtotelici
nominis ſplendore protegere:dicunt enim Ariſto
telẽ ita ſolitum diſputare. Eſt fateor qualiſqualis
excuſatio clarorũ ducũ inheſiſſe ueſtigijs : Nã ⁊
Marcus Tullius non inuitũ ſe cũ platone ſi opor
teat erraturum dicit. Sed falluntur : Ariſtoteles
enim vir ardentis ingenij : de rebus altiſſimis vi-
ciſſim ⁊ diſputabat ⁊ ſcribebat: Alioq̃n vnde huiꝰ
tã multa uolumina ſummo ſtudio ⁊ tãtis exhau
ſta vigilijs:inter multorum ⁊ preſertim illius for
tunati diſcipuli:graues occupatiões ⁊ in etate nõ
longa ſi quidem circa illum apud ſcriptores infa-
mẽ:tertium ſcilicet ⁊ ſexageſimũ vite annum de
functum accepimus: Iſti autem cur a duce ſuo tã
diuerſi abeunt? Cur queſo Ariſtotelicos dici iu-
uat: ⁊ non potius pudet? Nihil illi tanto philoſo-
pho diſſimilius hoie nihil ſcribente parum intelli-
gente:multũq̃ ⁊ inutiliter clamante. Quis illas
C
concluſiunculas non rideat:quibus litterati hoieſ
ſe ſimul ⁊ alios fatigant? In quibus oẽm etatẽ cõ
terunt:quippe ad illa inutiles:ad hocipſum preci-
pue dãnoſi:qualia ſunt que a Cicerone ⁊ a Sene-
ca pluribus locis irridentur. Quale eſt illud Dio-
Diogenis callida rñſio dialectice interrogationi
geni propoſitũ:quẽ dum contumelioſus dialecti
cus uerbis eſſet aggreſſus hoc modo: Qđ ego ſũ
id tu non es. Annuiſſetq̃ Diogenes. Ille ſubiun-
xit:homo autẽ ego ſum:cũ id etiam nõ negaſſet:
concluſionem ſubintulit cauillator: Homo igiť tu
non es: Eniuero ultimũ hoc inquit Diogenes fal
ſum eſt: ⁊ ſi uerũ fieri vis:a me incipe. Multa ſũt
id genus perridicula:in quibus quid querãt:an fa
mam:an oblectamentũ:an bene beateq̃ viuẽdi cõ
ſilium:ſciunt ipſi forſitan:mihi nihil ignotius. Nã
lucrum aut digna ſtudiorum merces nobilibus in
genijs videri debet. Mechanicorũ eſt lucra capta
re: Honeſtarum artium generoſior finis eſt. Dum
hec audiunt iraſcuntur: Eſt enim fere multiloquiũ
contentioſi hois iracũdie proximũ. Ergo inquiũt
dialecticam tu condẽnas? Abſit. Scio enim quan
tum illi Stoici tribuant:ſecta philoſophorum for-
tis ⁊ maſcula:cuius cum ſepe alias:tũ in libro de
finibus Cicero noſter meminit. Scio ꝙ vna libe-
D
ralium eſt: ⁊ gradus ad alta nitentibus : Interq̃
philoſophorum dumeta gradientibus:non inuti-
lis armatura:excitat intellectũ:ſignat ueri viam:
monſtrat vitare fallacias:deniq̃ ſi nihil aliud:ꝓm
ptos ⁊ perargutulos facit. Hoc ita eſſe non inſi-
cior:ſed non ſtatim qua honeſte tranſimus lauda-
Inſãi viatoris ẽ viaꝝ ꝑ amẽitatẽ obliuiſci.
biliter imoramur:quinimo viatoris inſani eſt ame
nitate viarũ metham quã deſtinauerat obliuiſci:
multa cito tranſiſſe ⁊ nuſq̃ citra terminum ſubſti-
tiſſe viatoris laus eſt. Et quis non viator ex nobis
eſt? Breui oẽs aduerſoq̃ tempore tanq̃ hyberno
pluuialiq̃ die longũ ac difficile iter agimus : cuiꝰ
dialectica pars eſſe poteſt:utiq̃ terminus non eſt:
⁊ poteſt pars eſſe matutina:non ſerotina:plurima
quidẽ honeſte fecimus:que turpiſſime faceremꝰ.
Si enim dialectice ſcholas:qđ in eis pueri luſimꝰ
ſenes relinquere neſcimus:eodem iure nec par im
par ludere:nec arũdine tremula equitare pudeat:
nec rurſum cunis infantilibus agitari. Sunt mire
uarietates rerum ac viciſſitudines temporũ:quas
occurrens natura faſtidio vigilantiſſimo artificio
meditata eſt: Eas non putes in anni tm̃ circulo : ſꝫ
multomagis in longa etate reperiri: Uer floribꝰ ⁊

arborum comis:eſtas frugibus diues eſt:autum
E nus pomis:hyems niuibus abundat. Hec modo
non tm̄ tolerabilia:ſed grata:ſi peruertantur fient
concuſſis nature legibus inportuna. Et nemo erit:
qui uel hyemis glaciem equo animo per eſtatē per
ferat:uel ſolis ardorem alienis menſibus ſeuiētē:
Sic nemo reperit̄ qui uel ſenem infantibus collu-
dentem non oderit aut rideat:uel puerum canum
aut podagricum non miretur. Quid autem queſo
ad oēm diſciplinam tam utile:imo tam neceſſariū
eſt q̄ʒ ipſarum litterarum prima cognitio:in quibꝰ
oium ſtudiorum fundamenta conſiſtunt? Sed ex
diuerſo quid ſene ridiculoſius in talibus occupa-
to? Tu ergo ſenis tui diſcipulos meis uerbis exci
ta:neqʒ deterreas ſed hortare:non quidē ut ad dia
lecticam ſed ut per eam ad meliora feſtinent. Se-
ni autem dic non me liberales artes dānare: ſʒ ſe-
nes pueros. Ut eni nihil elementario ſene turpiꝰ:
qȯ ait Seneca: ſic nihil dialectico ſene defor miꝰ.
Et ſi ſillogiſmos eructare ceperit:fuge conſulo:ac
iube illum diſputare cum Encelado. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Thomam Meſſanen̄. eū
dem quid in Inuentionibus ⁊ vi ingenij obſerua-
re debeat inſtruentis. Epiſtola. VII.

A

q Uid agendum tibi ſit conſulis:in eo ſtatu
in quo fere oīs ſcribentium turba eſt:qm̄ ⁊
ſua cuiqʒ non ſufficiūt ⁊ uti pudet alienis:
⁊ interim a ſcribendo ceſſare non ſinit ipſa rerum
dulcedo inſitaqʒ mortalium animis glorie cupidi
tas. Sic itaqʒ perplexus atqʒ heſitans ad me re-
dis: Primum oium cōſultius fuerat certiorē adijſ
ſe conſultorem:a quo uel multa ⁊ uaria:uel vnum
quodcūqʒ optimum ⁊ electiſſimū eſſet:accepiſſes.
Enimuero nunc ad oſtiū pauperis pulſaſti: vnde
tamen:me uolente:nō oino uacuus abibis: qȯ ab
alio mendicaui:id tibi libens impartiar. Mihi qui
dem fateor:de hac re nō amplius q̄ʒ vnicū cōſiliū
eſt:qȯ ſi fortaſſis inefficax experimento deprehen
deris:Senecā culpabis. At ſi efficax:ſibi nō mihi
gratiaʒ referes. Deniqʒ in oēm euentū:illū nō qui
dem ſolū:nam ⁊ hoc ante Flaccus dixerat: ⁊ (qȯ
ſatis auguror) ante Flaccuʒ alij qȯ querendi nūc
ocium nō eſt:ſed expreſſiorem habeas uelim con-
Apes in inuētionibꝰ imitandas eſſe ſilij huius auctoreʒ. Cuius ſumma eſt: Apes in in-
uentionibus imitādas:que flores nō quales acce-
perint:referunt:ſed ceras ac mella: mirifica qua-
dam ꝑmixtione cōficiūt. Eius autē nō ſenſum mō
ſed uerba Macrobius in ſaturnalibus poſuit: ut
mihi quidem vno eodēqʒ tēpore:qȯ legēdo ſimul
ac ſcribendo ꝓbauerat rebus ipſis improbare vi-
deret̄: Non enim flores apud Senecā lectos in fa
uos uertere ſtuduit:ſed integros ⁊ quales in alie-
nis ramis inuenerit ꝓtulit:q̄ʒq̄ʒ qȯ alienū ego ali-
qd dixerim:licet ab alijs elaboratū:cū Epicuri ſen
tētia ſit ab eodē Seneca relata:quicqd ab ullo be-
ne dictū eſt nō alienū eſſe ſed noſtrū. Nō eſt itaqʒ
cur Macrobius culpandus ſit ꝙ magnā epiſtole
vnius partē in prohemio operis illius nō tā tran-
ſtulit q̄ʒ trāſcripſit: Id enim ⁊ mihi forſan interdū
⁊ multis maioribus accidit: Sʒ illud affirmo ele
gātioris eſſe ſolertie ut apium imitatores noſtris
uerbis:q̄ʒuis aliorū hoiuʒ ſentētias proferamus.
Rurſus nec huius ſtilum aut illius:ſed vnum no
B ſtrū conflatū ex pluribus habeamus. Felicius qui
dem nō apiū more paſſim ſparſa colligere:ſʒ quo-
rundā haud multo maiorum uermiū exēplo:quo-
rū ex viſceribus ſericū prodit:ex ſeipſo ſapere po-
tius ⁊ loqui:dūmodo ⁊ ſenſus grauis ac uerus ⁊
ſermo eſſet ornatus. Uerum qꝛ hoc aut nulli pror-
ſus:aut pauciſſimis datum eſt:feramus equanimi
ter ingenij noſtri ſortem:nec altioribus inuidētes:
nec deſpicientes qui infra nos ſunt:nec paribꝰ im-
portuni. Scio aūt quid tu nunc tacitus dicis: Ho-
mo hic me a ſtudio retrahit ⁊ ab induſtria dehor-
tatur:dum patiēter ignorantiam ferre docet: Ego
ꝟo nihil magis cauendum arbitror:q̄ʒ ne ignauia
conſeneſcat ingenium: Licet enim Cicero ſcribat
videri ſibi hoies cū multis rebꝰ humiliores ⁊ in-
firmiores ſint: hac re maxime beſtijs preſtare ꝙ
loqui poſſunt:tm̄ id uel oratori ad cōmendationeʒ
artis quam tradebat indulgendū fuit:uel ſic acci-
piendum ut ipſum loqui poſſe ſine preuio intelle-
ctu eſſe non poſſit: Aliogn multo mihi potius vidē
tur in eo precellere:ꝙ intelligere:ꝙ multa ſcire ac
meminiſſe poſſunt: qȯ beluis natura non tribuit:
tametſi aliquam intellectus diſcretionis ⁊ memo
C rie ſimilitudinē habere videant̄. Quid ergo? Hor
tor atqʒ obſecro:ut omni vigilātia ⁊ ſummis viri-
bus:animi tenebras:ignorantiā depellamus:eni-
tamurqʒ in terris aliquid addiſcere:quo via nobis
ad celum fiat: Sed interdum meminerimus:ſi for
te (quia non omēs vnos ſydere naſcimur) tardita-
ti noſtre iter ad ſumma nō panditur:decere nos in
genij terminis eſſe contentos quos deus nobis ⁊
natura prefixerint. Qȯ niſi fecerimus:nunq̄ʒ ſine
mentis anxietate futuri ſumus: Q̄ʒdiu enim in co-
gnitionem rerum ibimus:qȯ iter nunq̄ʒ intermit-
tere uſqʒ ad extremum ſpiritū debemus:noui quo
tidie receſſus apparebunt: ad quos ſe ignorantia
noſtra porriget:hinc meror ⁊ indignatio ⁊ cōtem
ptus noſtri:quas latebras (qm̄ vulgus indoctum
nō videbit) letius deget atqʒ tranquillius: Ita fiet
ut ſcientia que ingens cauſa ſacre delectatiōis eſſe
debuerat:moleſtiſſimam ſollicitudinem inferat: ⁊
vitam cuius ſe ducē pollicebatur interimat. Aſſit
ergo cunctis in rebus modeſtia. Illa nobis ſuade-
bit: ut non in his ſolum que fortune aut corporis
dicuntur:ſed in his etiaʒ que animi bona ſunt que
cūqʒ nobis portiūcula obuenerit:de modicis quo
qʒ non modicas grates agere conſueſcamus largi
tori eterno:qui optime quid nobis expediat videt
idqʒ largitus eſt:nō qȯ delectabilius ſʒ qȯ oppor
tunius nouit. Et nimiruʒ ſicut iure laudatur ſenex
paucorum ille iugerum qui regum equabat opes
animo:ſic ille laudabitur deformis:hebes aut bal
bus:qui Alcibiadis formam animo:qui Platonis
ingenium:aut eloquentiam Ciceronis equauerit.
Cui igitur ingenium deeſt:non deſit equanimitas:
cui adeſt:aſſit ⁊ moderatrix rerum oium diſcretio
ut incorrupto iudicio vires ſuas extimet. Ne for-
te ſibi blandiens ⁊ ipſe ſe fallens importabili fa-
ſce pregrauet:contra illud qȯ in arte poetica ſcri-
D ptum eſt: Sumite materiam ueſtris qui ſcribitis
equaʒ Uiribus ⁊ uerſate diu:quid ferre recuſent:
quid ualeant humeri. Nempe adiuuādum ſtudio
ingenium eſt ⁊ meditationibus ſubleuandum:ſed
minime cogendum quo non poſſit aſcendere: Alio
quin preterq̄ʒ ꝙ conatus erit irritus ſepe accidit:
ut dum impoſſibilia cupimus: poſſibilia negliga-
mus. Dictum breue ſed utile (niſi fallor) ⁊ memo

Quintilianus

rabile inſeram:quod apud Quintilianum acutiſſimum virum legi: quod quoniam breuiter ac dilucide ab eodem ſcriptum erat:mutare uerba non licuit. Accidit enim inquit etiam ingenioſis adoleſcentibus frequenter ut labore conſumantur ⁊ in ſilentium uſqꝫ deſcendant:nimia bene dicendi cupiditate. Qua de re memini narraſſe mihi Juliuꝫ ſecundum: illum equalem meum:atqꝫ a me(ut notum eſt)familiariter amatum:mire facundie viruꝫ infinite tamen cure quid eſſet ſibi a patruo ſuo dictum.

Julius Florus

Is fuit Julius Florus in eloquentia Galliarum(quoniam ibi demum exercuit eam)princeps:alioquin inter paucos diſertus:⁊ dignus illa propinquitate:Is cum ſcōm ſchole adhuc operatum:triſtem forte vidiſſet:interrogauit que cauſa frontis tam obducte:nec diſſimulauit adoleſcēſ tertium iam diem eſſe ꝙ omni labore materie ad ſcribendum deſtinate non inueniret exordiuꝫ quo ſibi non preſens tantum dolor:ſed etiam deſperatio in poſterum fieret. Tum Florus arridens:nū quid tu inquit melius dicere vis q̄ poteſ? Hoc nepoti ſuo Florus.

E

Quintilianus autem nobis imo omnibus:Ita inquit ſe res habet:Curandum eſt:ut q̄ optime dicamus:dicēdum tamen pro facultate:Ad profectum enim opus eſt ſtudio:non indignatione. Quod conſilium ab eloquentia ad actꝰ alios vite hominum multipliciter trahi pōt. Sed quoniam de ingenio facundiaqꝫ ſermo erat: utriuſqꝫ rei ut ceterarum omnium: diuitie ⁊ paupertas equo animo ferende. Si quem ſane tam benigno lumine aſtra reſpexerint:ut ipſe ſibi ſine externe opis adminiculo ſatis ſit:⁊ per ſeipſum magnificos ſenſus poſſit exprimere:multuꝫ habet quod dono gratie celeſtis aſcribat:caueat inſolentiam: ⁊ cum multa humilitate fruatur muneribus dei: ſuum apibus morem linquat: Nos autem quibuſ non tam magna contigerunt: apes imitari non pudeat.

Virgilius.iiij. Geor.

Ille quidem ut Virgilius noſter ait: Venture hyemis memores eſtate laborem Experiuntur:⁊ in medium queſita reponunt. Experiamur ⁊ nos dum tempus eſt: dum feruet etas ⁊ viget ingenium: Non expectemus donec friguſ ſenectutis obrepat:⁊ eſtiue claritati nubila hyberna ſuccedant. De apibus apud eundem poetam legimꝰ ꝙ eas eſtate noua per florea rura:exercet ſub ſole labor:Et iteruꝫ alio loco:ꝙ ille in pratis eſtate ſerena floribus inſidunt uarijs:⁊ cādida circū lilia fundunt:ſtrepit oīs murmure campus. Si uolumus itaqꝫ cōſilium ad utilitateꝫ noſtraꝫ latius extendere:quecūqꝫ de apibus ſcripta ſunt:ad humane inuentiōis induſtriaꝫ referamus:Eſtas noſtra quid eſt aliud niſi etas iſta flagrātior? Rurſus qd eſt algenti brume ſimilius q̄ ſenectus? Quem votūc nobis huius tpis:aut ocij fructum ſperādum eſſe ꝓponimus:quas ingenij meſſes:ſi nūc facie laboris exterriti ceſſamus? Quid ex horreis noſtriſ poſteritas feret: ſi deſidia torpente conſiſtimus?

F

Nudus ara: ſere nudus: hyems ignaua colono. Sꝫ ne ab apibus:ad colonos dilabat̃ oratio: nūc potius:nunc in pratis ⁊ per rura multorum floribus uarijs inſidamus:pſcrutemur doctorū hoīuꝫ libros:ex quibus ſentētias florētiſſimas ac ſuauiſſimas eligētes cādida circum lilia fundamur: Idqꝫ ſicut indefeſſe:ſic modeſte leniterqꝫ faciendum eſt:ſtudiorum noſtrorū nō inanem vulgi gloriam uentoſe cōtentionis argutijs partaꝫ:ſed ueritatis effectum ac virtutis honeſtiorē terminum ſtatuamus. Licet(mihi crede)ſine clamoſis altercationibus ſcire aliqd: Nō facit clamor ſed meditatio doctoreꝫ. Profecto itaqꝫ:niſi videri magis q̄ eē propoſitū nobis eſt:nō tam plauſus inſane multitudinis:q̄ ueritas in ſilentio placebit. Erimuſqꝫ tenui ſono ꝓtuliſſe nobiſipſis interdum auctēticarū ſcripturarū uerba cōtenti:Atqꝫ ita nō fragore reſonabit:ſed ſtrepet oīs murmure cāpus. Et qm̄(ut vides)liberalius ago q̄ dubitatiōis tue neceſſitas exigebat:Aliud etiā premiſſis addiderim:ut oēm locum fugias:ubi autturpiter:aut cuꝫ pōpa viuit̃ ⁊ ad ſolius fame popularis arbitriuꝫ:nec minus tibi q̄ apibus peſtiferū ſcias habitaculū. Aut ubi odor ceni grauis: aut ubi concaua pulſu ſaxa ſonāt uociſqꝫ offenſa reſultat imago. Neqꝫ tibi ſoli hoc dictuꝫ putes:ſed oībus qcunqꝫ in aliqua rerū laudabilium inuētione uerſant̃. Duobus his p̄cipue nobilia multoruꝫ ſuffocātur ingenia:libidinū conſuetudine ⁊ opinionū puerſitate vulgarium. Dum enim illa ſedet intrinſecus:exterius iſta circumſidet:eneruatur animus ⁊ longius ab ipſa ueritatis agnitiōe diſtrahitur. Hec viſa ſunt de apiū imitatione que dicerē:quarū exemplo ex cunctis que occurrēt electiora in alueario cordis abſconde:eaqꝫ ſumma diligentia parce tenaciterqꝫ cōſerua:ne quid excidat ſi fieri pōt: Ne ue diutius apō te qualia decerpſeris:maneāt caue. Nulla qdem eſſet apibus gloria:niſi in aliud ⁊ in melius inuenta cōuerterent. Tibi quoqꝫ ſi qua legēdi meditandiqꝫ ſtudio reppereris:in fauū ſtilo redigenda ſuadeo. Hinc enim illa profluent que tibi iure optimo ⁊ preſens ⁊ uētura etas attribuet. Atqꝫ ut nullos hodie floſculos:niſi ex Virgilianis carpamus arboribus:hinc anni tēpore certo dulcia mella premes:nec tātū dulcia quantum ⁊ liquida ⁊ durum bacchi domitura ſaporem. Vale.

B

Franciſci Petrarche ad Thomā Meſſaneſ̄. Eloquentiam animiqꝫ equitatem ceteris rebus eē anteponendam exhortantis. Epiſtola.VIII.

A

a Nimi cura philoſophum querit: eruditio lingue oratoris eſt propria. Neutra nobis negligēda:ſi nos(ut aiunt)humo tollere: ⁊ per ora virum uolitare nobis propoſitū eſt. Sꝫ de priore alibi:magna enim res eſt ⁊ labor ingēs ſed meſſis uberrima: Hoc loco(ne in aliud exeam q̄ qō me ad calamū traxit)exhortor ac moneo:ut nō vitā tātū ⁊ mores(qō p̄mū virtutis eſt opus) ſed ſermonis etiā noſtri cōſuetudinem corrigamꝰ: qō artificioſe nobis eloquētie cura preſtabit. Nec enim:paruus aut iudex animi ſermo eſt:aut ſermonis moderator eſt animus:alter pendet ex altero. Ceteꝝ ille latet in pectore:hic exit in publicū. Ille comit egreſſurū ⁊ qualem eſſe vult fingit:hic egrediēs qualis ille ſit nūciat. Illius paretur arbitrio: huius teſtimonio credit̃. Utriqꝫ igit̃ conſulenduꝫ eſt:ut ⁊ ille in hunc ſobrie ſeuerus: ⁊ hic in illum ueraciter norit eſſe magnificꝰ: Quanq̄ ubi animo cōſultū fuerit:neglectꝰ eſſe ſermo nō poſſit:ſicut ex diuerſo adeſſe ſ̄moni dignitas nō pōt:niſi animo ſua maieſtas affuerit. Quid eni attinet ꝙ Ciceronianis te fontibꝰ prorſus imerſeriſ:ꝙ nulla te neqꝫ noſtrorū ſcripta ꝑtereāt:ornate qdē:lepide:dulciter:altiſone loq poteris:grauiter:ſeuere:ſapiēter

Judex ai ſermo moderator ſ̄monis animus eſt

Solꝰ ſapiēs aī deſideria tēperare pōt

cꝫ: ⁊ (qđ ſuper omnia eſt) vniformiter certe nō po
teris? Quoniam niſi primum deſideria inuicem
noſtra conueniāt (quod ꝑter ſapientē: ſcito nemini
poſſe cōtingere) illud neceſſe eſt ut diſſidentibus
curis ⁊ mores ⁊ uerba diſſideant. At bene diſpo-
ſita mens inſtar in monte ſerenitatis: placida ſem-
per ac tranquilla eſt: ſcit quid uelit: ⁊ quod ſemel
uoluit: uelle nō deſinit. Itaqꝫ tametſi oratorie ar-
tis ornamenta nō ſuppetāt: ex ſeipſa magnificētiſ-
B
ſimas ⁊ certe ſicut cōſonas elicit. Negari autē ne
quit quiddam ſingularius emergere quotiēs com
poſitis primum animi motibus: quibus eſtuanti-
bus nihil feliciter eventurum ſperare licet: eloquē
tie ſtudio tēpus impenditur: que ſi nobis neceſſa-
ria nō foret: ⁊ mens ſuis viribus niſa: bonaqꝫ ſua
in ſilentio explicās: uerborum ſuffragijs non ege-
ret: ad ceterorum ſaltem utilitatem: quibꝰ cum vi-
uimus laborandum erat: quorum animos noſtris
collocutionibꝰ plurimum adiuuari poſſe non am-
bigitur. Inſtabis autem ⁊ dices: Heu quātum ⁊
nobis tutius: ⁊ illis efficacius fuerat ſuadere: ut
eorum oculis noſtre virtutis exēpla preberemus:
quorum illi pulchritudine delectati ad imitatiōis

Nā ſuadēte homies potiꝰ factiſ qꝫ ꝟbis excitanť

impetuꝫ raperētur: Natura eni hoc habet: ut mul
to melius: multoqꝫ facilius factorum qꝫ uerboruꝫ
ſtimulis excitemur: perqꝫ hāc viam expeditius ad
omnem virtutis altitudinem conſurgamus. Ego
ꝟo non aduerſor: Quid enim de hoc ſentirem: iaꝫ
tunc intelligere potuiſti: cum in primis animuꝫ cō
ponendum eſſe premonui. Nō equidem ſine cauſa
C
reor dixiſſe Satyricum: Prima mihi debes animi
bona: nō eſſent autem prima: ſi quod illa precede-
ret: Uerumtamen quātum quoqꝫ ad informatio-
nem humane vite poſſit eloquentia: ⁊ apud mul-
tos auctores lectum: ⁊ quotidiana experiētia mō
ſtrante cōpertum eſt: qꝫ multos quibus nihil oīno
loquētium exēpla contulerant: etate noſtra uelut
experrectos agnouimꝰ: ⁊ a ſceleratiſſime vite cur-
ſu: ad ſummā repente modeſtiam: alienis tantū uo

Cicero ī li. Inuētionum

cibus fuiſſe cōuerſos. Nō referam tibi nunc que
de hac re Marcus Cicero in libris Inuentionum
copioſius diſputat: Eſt enim locus ille notiſſimus
nec fabulam Orphei uel Amphionis interſeram:
quorum ille beluas immanes: hic arbores ac ſaxa
cantu mouiſſe: ⁊ quocūqꝫ uellet duxiſſe perhibeť:
nō niſi ꝓpter excellentem facūdiam: qua fretus al
ter libidinoſos ac truces: brutorumqꝫ animātium
moribus ſimillimos: alter agreſtes ⁊ duros in ſa-
xi modū atqꝫ intractabiles animos ad māſuetudi
nē ⁊ omniuꝫ rerū patiētiā creditur animaſſe. Ad-
de qꝫ hoc ſtudio multis in longinqua regione de
gētibus ꝓdeſſe ꝑmittimur: Ad quos enim noſtri
copia ⁊ conuictus nunqꝫ forte uenturus eſt: ſmo
perueniet. Jam ꝟo quantum poſteris collaturi ſi-
mus optime metiemur: ſi quātum nobis contule-
rint maiorū noſtroruꝫ inuenta meminerimus. Sꝫ
hic rurſus occurres: Quid eniꝫ eſt opus ampliuſ
elaborare: ſi omnia que ad utilitateſ hoīuꝫ ſpectāt
iam ante mille annos tam multis uoluminibus ſti
lo prorſus mirabili ⁊ diuinis ingenijs ſcripta ma-
nent? Pone queſo hāc ſollicitudineꝫ: nunqꝫ te res
iſta trahat ad inertiam. Hunc enim metū ⁊ qdam
ex ueteribꝰ nobis abſtulerūt: ⁊ ego poſt me uentu
ris aufero: Decē adhuc redeāt annoꝝ milia: ſecula
ſeculis aggregenť: nunqꝫ ſatis laudabiť virtꝰ: nun

qꝫ ad amorē dei: ad odiuꝫ uoluptatū precepta ſuf-
D
ficient: nunqꝫ acutis ingenijs iter obſtrueť ad no
uarum rerū indaginē. Bono igiť animo ſimus: nō
laboramus in irritū: nō fruſtra laborabūt qui poſt
multas etates ſub finē mūdi ſeneſcētis orienť: Po
tius illud metuendū eſt: ne prius homines eē de-
ſināt qꝫ ad intimū ueritatis arcanū humanorū ſtu
diorū cura ꝑuperit. Poſtremo ſi ceterorū hoīum
charitas nulla nos cogeret: optimuꝫ tn̄ ⁊ nobiſip
ſis fructuoſiſſimum arbitrarer: eloquētie ſtudiuꝫ:
nō in ultimis habere. De ſe alij viderint: de me āt
qd mereanť in ſolitudine quedā uoces familiares
ac note: nō modo corde cōcepte ſed etiā ore ꝓlate:
qbus dormitātem aīum excitare ſoleo: qꝫ preterea
delectet uel alioruꝫ uel mea nōnunqꝫ ſcripta reuol
uere: quantū ue ex ea lectiōe exonerari me ſentiaꝫ
grauiſſimis acerbiſſimiſqꝫ moleſtijs: non facile di-
cturū me ſperauerim. Eoqꝫ magis ꝓprijs adiuuor
interdum: quo illa lāguoribus meis aptiora ſunt:
que cōſcia manus medici languētis: ⁊ ubi dolor
eſſet ſentientis: apponit. Qđ nunqꝫ ꝑfecto conſe-
querer niſi uerba ipſa ſalutaria demulcerēt aures
⁊ me ad ſepius relegendum vi quadam inſite dul
cedinis excitantia: ſenſim illaberētur atqꝫ abditis
aculeis interiora tranſfigerent. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Thomam Meſſanenſeꝫ: quendā ſenem dialecticū deteſtātis. Epiſtola. IX.

A
Eniculum tuū optime ualentem noueris:
ſ mores nō animo tm̄: ſed ⁊ corpori opitu-
lātur: frugalitas bone ualitudinis ſoror eſt
hunc (niſi fame cōficitur) imortalē ſcito: Ita ſiccuꝫ
⁊ defecatum corpuſculū eſt: ita nihil loci febribus
aut podagre. Uictū hominis aſpectus ipſe teſtať:
vultus: pallor: macies ⁊ oculoruꝫ ſpecus ⁊ triſte
ſuperciliuꝫ ⁊ inculta ſeueritas. Accedit in coturni
morem ſubductus calceus ⁊ attritum ſenio pallio
lum: modo litteras noſſet philoſophum aut poetā
diceres: phiſicum enim tergū: tragicos pedes ha
bet: quicqd ad hec additur ſuperuacuū erit. Ut tn̄

Ex plauti Aulularia deſcriptus ſenex

paucis expediam: haud abſimilis eſt ſeni Plauti-
no: cuius mores atqꝫ aīuꝫ mordaci ſale reſpergēs
ſeruus ille in Aulularia. Pumex inqt nō eque ari
duſ: atqꝫ hic eſt ſenex: Suā rem ꝑijſſe: ſeqꝫ eradica
rier: Quin diuū atqꝫ hoīum clamat cōtinuo fideꝫ:
De ſuo tigillo fumus ſi qua exit foras: Quin cum
B
it dormitū: follē obſtrixit ob gulā: ne qd anime for
te amittat dormiens. Aquā hercle plorat cū lauat
ꝓfundere. Famē hercle utendā ſi roges nunqꝫ da
bit: Quin ipſi pridē tōſor vngues dempſerat Col-
legit: oīa abſtulitqꝫ ꝑſegmina: Pulmētū ꝓdē ei eri
puit miluus: Hō ad ꝑtorē plorabundus deuenit:
Inſit ibi poſtulare: plorans: eiulās: Ut ſibi liceret
miluū uadarier: Sexcēta ſunt que memoreꝫ: ſi ſit
ociū. Hec ille. Huius aūt noſtri: ſexies ſexcēta ta-
lia curioſus fabulator inueniet: hoſpitem Apuleij
Milonē ꝓdigalitatis arguet: quiſqs hūc viderit
uel ſemel audierit diſciplinā rei familiaris: econo-
micis nulli vnqꝫ philoſopho cognitis reguliſ coar
tātē. Sed nimis alienis vitijs imoramur: Redea-

Omnes mortaleſ inſanire: Ex Flacci ſnia

mus ad ꝓpria: oēs fere mortales vno morbo labo
ramus: extremis ꝯrijs iactamur. Et eſt illud Flac
ci ueriſſimū: Dū vitāt ſtulti vitia in ꝯria currunt.
Quid aūt intereſſe credimꝰ iter Ruſilli paſtillos:
Gorgonij hircū: aut inter Ariſtippi iacturā: Stal-
lerij epigrāma? Non oportet errare per deuia: ⁊

lōge querere quid beatos faciat:vitia in extremis habitant:virtus in medio ſita eſt.Uale.

¶ Frāciſci Petrarche:Thome Meſſaneñ.Paraſitum faceta periphraſi famelico homini cōparātis. Epiſtola.X.

A

Feliciter puto ſucceſſit pꝛima ꝓcontatio:ſecūdam facis.Experiri vis(ut arbitroꝛ)in demōſtratiuo cauſe genere qd poſſim.In laudibꝰ potiꝰ q̄ʒ in ꝯrio me ꝓbaſſes uelìʒ:ſʒ qm̄ ſic placitū tibi ⁊ ſine noīe res agit̄:q̄ʒuis exacta periphꝛaſis vicē ꝓpꝛij noīs obtineat:⁊ hic quoqʒ queſtioni tue morē gerā.Is de quo queris:ſcurra uagus eſt:qualē deſcribit Horatiꝰ:qui nō certū p̄ſepe teneret ipꝛanſus:nō qui ciuē dinoſceret hoſte.In ſumma oīum ipoꝛtuniſſimus qui vnq̄ʒ paraſitice arti operā dederūt.Nihilo tm̄ felicioꝛ q̄ʒ ſi oīuʒ deſidioſiſſimꝰ foret:nō tā uł nauta ſcopulū uel grādinē agricola:uel mercatoꝛ furē q̄ʒ eū oēs metuūt:Omnes declināt:oēs cedūt ſemita:quaſi oneratꝰ ſpinis adueniat.Ubiqʒ vias uacuas:deſerta atria obſeratas fores iuenit:Perinde aduētu eius fugitur ac ſi in gremio belluʒ ferat.Nunq̄ʒ tm̄ incōmo-

B

dius iſta cōtingūt q̄ʒ hoc anni tēpore:eſtas utcunqʒ pauperū poꝛtus eſt.Una arboꝛ ⁊ ueſtē ⁊ cibuʒ ⁊ tectū ⁊ cubile ſufficit.Nūc quid agat:conſpirat hyems:ſenectꝰ:inopia:nullus opē fert:⁊(que omnium rerū duriſſima)ſine miſeratione miſeria eſt:Uidi illū hodie ualido aquilone iactatū.Ibat alte ſuccinctꝰ:dederatqʒ oīa diffundē uentis maronee

B

ueneris in moreʒ:Si fuluū lupi de pelle galerum tegmē capiti habuiſſet:in religs hernico a Pelaſgis accepto habitu in bellū ibat:ſiniſtri eni pedis ueſtigia nudus erat:Ea rabies urgebat ut coueni re ſibi poſſet qđ apđ Plautū de ſe p̄ceps ille paſitus p̄dicat:Meus eſt baliſta pugnꝰ:cubitꝰ catapulta:humerus aries:talis erat.Ita tm̄ ut iter minas diuturne famis ueſtigia cernerent̄:hoīem deniqʒ (ut Plautꝰ idē ait)neqʒ ieiunioſiorem neqʒ magis effractū fame vidi:nec cui minus ꝓcedat qcqd facere occepit.Poſtremo dū e cōſpectu in Angipoꝛtū deflexiſſet:ut Piraticū uelut Scalmū latebꝛis euaderē:vidi illū in trāſitu fumi globos per nebulas exhalātē:ceu Caci ſpelūcā:aut quālibet eolicarū iſularū p̄terueherer:Audiui neſcio quē tremulū atqʒ cōfuſuʒ illi e faucibꝰ erūpētē ſonū:qd dicere uellet ignoro tā cōciſim v̇ba frāgebat:ſed puto ꝓpꝛios pedes ac ſcapulas:illo Satyrico ſolaret̄ elogio:durate atqʒ expectate cicadas.Habes qđ optabas:maledicum me feciſti.Uale.

Plautinus paraſitus

¶ Frāciſci Petrarche ad Thomā Meſſaneñ.In eundē ſenē dialecticum inuehentis.Epiſtola. XI.

A

Ecce iterū tēptamur.Dialecticꝰ tuus ut ſcribis qeſcere nō pōt:miraris?Mirarer ego ſi qeſceret:cuius gł'ia in ſtrepitu ⁊ cōuitijs ſita eſt.Sed bn̄ hēt ꝙ nec ille ſcribere aliqd nouit:nec ego eum hinc exaudio.Ita ⁊ aures interiecto maris ac terrarū ſpatio:⁊ oculi mei illius ignorātia tuti ſunt:totū ipoꝛtuni collocutoris pondus in tuū caput refundit̄:Et merito:qm̄ lr̄as meas dialecticis oſtēdiſti.Ex oībus ſane que de illiꝰ rauciſſimo latratu collegiſſe te dicis:hoc p̄mū erat ⁊ maximū:ꝙ artificiū noſtrū oīuʒ minime neceſſariū dicit.Ecce iā virus qđ in alijs lr̄is miabat̄ euomuit.Sʒ eſt ne hoc qđ in ſtudia nr̄a ſe inuecturū p̄dixerat?Pꝛeclare qdē.Artificiū inqt ueſtrū ex oībus minime neceſſariū:Pꝛimū de artificio viderem9:

Dialectici gloriā in ſtrepitu ⁊ conuitijs ſitā eſſe

B

Neſcio eniʒ qd artificij nobis attribuat:ſʒ puto de poetica eū itelligere.Hāc minime neceſſariā dicit:nō inficioꝛ:Idē eniʒ videt̄ ⁊ noſtris.Nāqʒ ais natū inuentūqʒ poema inuādis:⁊ Flaccꝰ ipſe teſtat̄:⁊ res ipſa docuit poeticā delectatiōīa tqʒ ornamēto eſſe:nō neceſſitati editā.Uiuat ergo dialecticus tuus ⁊ coꝛnutis ſp̄ affluat ſillogiſmis:qm̄ ⁊ nobiſcuʒ ſentit ⁊ nō eſt ignarus oīum ut rebar.Sʒ nequaq̄ʒ his terminis cōtinet̄ toꝛrēs ⁊ feruidū ingeniū.Quid ergo?Rapidū enthymema cōtoꝛquet.Si minus neceſſaria inqt ⁊ minꝰ nobilis:o q̄ʒ male tegit̄ inſania.Iā ſe nō dialecticū mō:ſed phꝛeneticū oſtēdit.Ergo ſutrina ⁊ p̄ſtina:⁊ viliſſimaruʒ mechanicarū artiū:ſi neceſſitas nobilitare illas poteſt:nobiliſſime oīum fient.Philoſophia aūt ⁊ reliqu oēs quecūqʒ beatā atqʒ excultā ⁊ oꝛnatā vitā faciūt ſi neceſſitatibꝰ vulgi nil cōferūt ignobiles O doctrinā nouā ⁊ exoticā ipſiqʒ(cuius nomē infamāt)Ariſtoteli incognitā.Ille enim ait:Neceſſariores qdē oēs:dignioꝛ v̇o nulla.Legat p̄mū Methaphiſice libꝛū ⁊ inueniet.Sed ignota regione uerū ſequi ⁊ ſcrupuloſo tramite ſenem ire iubeo:non paruus laboꝛ.Uale.

¶ Eiuſdē Franciſci Petrarche Liber ſecūdus Epiſtolarū de rebus familiaribus incipit.

¶ Frāciſci Petrarche ad Philippū Cauallicenſem epm̄:Eundem pꝛopter obitum amātiſſimi fratris acerbo dolore merentem:cōſolantis. Epł'a.XII.

A

Negens ſcribēdi negociuʒ mihi nunc adimit v̇tus tua.Ut enim coꝛpis:ſic animi grauius affecti:difficilioꝛ cura eſt:Utriqʒ aūt ſano aut nullis aut plane leuioribꝰ remedijs eſt opus.Utqʒ illic medicoꝛ:ita hic cōſolatore minus(immo v̇o nihil)eſt opus:Tecū ergo vir optime accuratiꝰ agerē ſi te fregiſſet aut ſtrauiſſet aduerſitas:Nūc cuʒ foꝛtune ipetū foꝛti aīo tuleris:ꝯſolatoris mihi partes eripiens:laudatoris ac miratoris officiū reliqſti:qua in re:ut dicebā:opoſioris ſtili mihi materiam p̄cidiſti.Cōſolatio eniʒ:ut meſti auditoris animū penetraret:eget multa uerboꝝ maieſtate:eget grauibꝰ aīoſiſqʒ ſentētijs:Uirtuti teſtimoniū ſimplex ⁊ incultū ſufficit:nec opoꝛtet ueritatē rerum fictis adūbꝛare coloribꝰ:qm̄ virtꝰ ipſa ſibi plaudit:⁊ ꝓpꝛio cōtēta p̄conio:alteriꝰ theatri ſtrepitū nō reqrit.Uenerā ad te nuꝑ acri rumore ꝑculſus imature moꝛtis amātiſſimi fratris tui:⁊ q̄ʒ concuſſus eēt animꝰ tuus:ex mei pectoris māſuetudine metiebar:nec cogitabā quoſdā ictus iualidis tyrōibus fuiſſe moꝛtiferos:quos ſpꝛeuiſſet foꝛtis ⁊ exꝑtus miles:quoſdā alieni ſanguinis effuſione ꝑterritos exclamaſſe:ingemuiſſe:expalluiſſe:ſepe in extaſim ꝯcidiſſe:cū tm̄ iteri quoꝝ ille pectoribꝰ emanabat:taciti ⁊ itrepidi ſtarēt ſiccíſqʒ oculis vulneꝝ ſuorū fluēta cōſpicerēt.Uenerā itaqʒ meſtꝰ ⁊ ad bn̄ ualētē:medicꝰ eger acceſſerā:Inueni faciē tuā iter affectū debite pietatꝫ ac decorē ꝓꝑe hōeſtatis fraterne cōpaſſiōis:⁊ virilis animi ſigna p̄ferētē:Utrūqʒ mihi placuit:alterū manſuetudinē:alterū ſapientiā tuā decet.Humanū eſt in moꝛte ſuorū pietatis teſtes lachꝛymas fundere:Uirile eſt modum illis

Uirtuti ſimplex teſtimoniuʒ ſufficere

Humanū eē lachꝛimas in moꝛte amici fundē:ſapiētiſ aūt viri eiſ modum imponere

imponere:eaſqꝫ cū aliquādiu fluxerint coercere.
Id te utrimqꝫ qua decuit impleſſe vultus tui habi
tus deſignabat. Acceſſerunt ⁊ uerba maximoruꝫ
plena ſenſuū:ex qbus ego qui cōſolādi ꝓpoſito ad
uenerā:nō tā tibi opē meā neceſſariaꝫ cognoui:q̄ꝫ
ipſa ſolamē curis meis elicui. Nihil ergo ꝯſolātis
in morē locuturus: Laudo:probo:admiror: ⁊ ſtu-
peo magnitudinē animi tui: Fratrē optimū amiſi-
ſti: Immo ῡo nō amiſiſti:ſed in patriā ꝑmiſiſti:ad
quā tibi quoqꝫ ueniēdū eſt. Sed loquamur ut vul (B)
gus:non ſentiamus ut vulgus:fratrē amiſiſti:non
amiſiſſes niſi foret ille mortalis. Querela eſt igit̄
nō de vnius hoīs morte:ſꝫ de mortalitate nature:
que nos ea lege introduxit in hanc vitā:ut egrede
remur ad reuocātis imperiū: At reuocauit ante tē
puſ: ⁊ precipiti edicto feciſſe videt̄ iniuriā: Nullū
hic ꝑfinitū tēpus eſt ſine termino debitores ſumꝰ.
Si eſſemus in diē obligati:poſſemꝰ utiqꝫ differre
tergiuerſari: ⁊ exactricis auaritiā culpare:nūc de
celeritate cōqueri nō poſſumuſ quaſi ante diē repe
tat̄:qđ ſtatim ut accepimꝰ:debuimꝰ. Sed poterat
ulterius viuere:poterat ⁊ citius mori: poterat ⁊
aliter mori: ⁊ q̄ꝫq̄ꝫ honeſto viro nulla mors poſſit
inhoneſta cōtingere:poterat tñ durius mori. Iſte
ῡo ſic vixit:ſic mortuus eſt:ut deo grās agere de-
beas: ⁊ qđ talē dedit: ⁊ qđ taliter abſtulit. Et ſi fa
ta rerū humanarū ac uarietatē caſuū recognoſcas
nō ſolū nō lugebis:ſꝫ fortaſſis etiā gaudebis extin
ctū: Sepe eñi mors labores vite ꝑſentisītercipit: (Mors humanos labores ītercipit)
ſepe ꝑoccupat. Quis anxietates:ſollicitudīes mū
di huiꝰ:qs miſerias:qs erumnas ⁊ tot ꝯtumelias
fortune:qs animi corpiſqꝫ ꝑicula: ⁊ in utrūqꝫ ius
habētium morborū turbas enumeret? Quibꝰ ⁊ ſi
oibꝰ ꝑmimur:ſemꝑ tñ ſubiacemus:donec nos ab
eorū poteſtate ſuꝑma dies exemerit. Ab his oibꝰ
itaqꝫ frater tuus bñficio tēpeſtiue mortis imunis
eſt. In hoc aūt pater benigniſſime fallimur: ⁊ ni-
mis vulgariter erramus:quod moriētes dicimus
vite cōmodis abduci:qui tñ ſiqs altius cōſideret:
ab innumerabilibꝰ malis morte diſcedūt: Qđ fa-
cillime poſſem ⁊ auctoritatibꝰ ⁊ ratiōibus ⁊ exē-
plis oſtēdere:niſi qr longū ſermonē epiſtole breui
tas nō capit. Iam ergo felix adoleſcēs iſta nō me-
tuit:euaſit eñi hinc ⁊ modicuꝫ diſceſſit a nobis:ta
lē ſui nominis odorē poſt ſe linquēs:ut non parua
dulcedine memorantiū ſenſus ⁊ corda ꝑmulceat.
(C) At hoc inquiet qſpiā dolemus ꝙ bonum nobis ⁊
egregiū virū mors ꝑripuit: Laus eniꝫ defunctorū
quadā dāni memoria:lachrymas viuētibꝰ excutit:
⁊ incōſolabilē gemitū parit irreparabilis iactura.
Nō ſuꝫ neſcius:hoc a pleriſqꝫ dici ſolere: Ego aūt
(ut viua uoce tecū dixiſſe memini) lōge aliter exi-
ſtimo. Agebat̄ ad ſuppliciū Socrates iniqſſimis (Cōſtātia Socratis morientis)
iudicū ſentētijs:eoqꝫ animo ibat ad mortē quo ſte
terat ſemꝑ in vita:magno qdē ⁊ recto: ⁊ qui fortu
ne iugū ferre nō poſſet:letus erat ꝙ tyrannorum
minas quas viuēdo deſpexerat:moriēdo relinque
ret. Hūc tali cōſtātia porrectū ſibi a carnifice uene
ni uaſculū:iam labijs applicātē:multū diſpariter
affecta uxor auertit:cuius inter cetera feminei ulu
latus cōmiſeratio viri erat:qđ is iuſtus atqꝫ inno-
cens moreret̄. Quod ille audiēs: ⁊ a potu tantiſ-
per in uxorē uerſus: Quid ergo? An tu inqt ſatius
putabas nocētē ⁊ iniuſtū mori? Hoc ille qdē ele-
gāter ut reliqua. Ego itaqꝫ ut vñ diſceſſerā reuer-
tar:a plurimorū opinionibꝰ auerſus:ſic cenſeo lu-
gēdā eſſe malorū mortē:que aiam ſimul ⁊ corpus
interemit:cōtraqꝫ bonorū exitū gaudio ꝓſequen-
dū:ꝙ eos deus ex hac ualle miſeriarū miſericor-
diter eruens ad letiora traduxerit. Niſi forte fra-
tris tui mors ideo acerbior viſa eſt:ꝙ eū ꝓcul a fi-
nibus patrijs inuaſit. Sed nō ſumus uſqꝫadeo re
rū ignari: Scimuſ a poeta ueriſſime dictuꝫ eſſe:ꝙ
omne ſoluꝫ forti patria eſt: Et tñ hoc ῡo uerius eſt (Omne ſoluꝫ viro forti patria)
quod ait Apoſtolus: Nō habemus hic manētem
ciuitatē:ſed aliam inqrimus. Vident̄ hec ſibi inui
cem aduerſa:ſed non ſunt. Quiſqꝫ pro diuerſitate
loquentiū:ſatis breuiter quod ſentiebat exꝑſſit: ⁊
q̄ꝫuis aliter atqꝫ aliter:uterqꝫ tñ uere. Si poetam
ſequeris:nō potuit frater tuus extra patriā ſuam
mori. At ſi credis Apoſtolo: ⁊ omnes extra patriā
morimur:ut ſic tādem in patriā reuertamur. Et ſa
ne utramuis ſentētiaꝫ ſequaris:nihil inuenies:cur
de fatalis ꝯone diſtātia cōqueraris. Detur fortaſſe
viuētibus ut qbuſdā ſeu honeſtis affectibꝰ ſeu tur
pibus inducti:locū vnum alteri ꝑferendū eſſe con-
tendant:morientiuꝫ certe nihil intereſt ubi potiſſi-
mum moriant̄: Et ſi cui cōtrariū videtur:adhuc ſe
nutriciſ ⁊ muliercularuꝫ erroribus imbutū norit.
Interrogatꝰ philoſophus ubi ſepeliri mallet: Ni- (D)
hil ſua itereſt reſpōdit: Undiqꝫ eñi:inqt:ad iferos
tātūdē vie eſt: Nos qbꝰ aſcēdēs Chriſtus in celū:
aſcēdēdi ſpeꝫ reliquit: dicamꝰ aliter: Quid refert
utrū in Italia:an in Gallijs:an in Hiſpanie finibꝰ:
an in rubri maris littoribꝰ iaceamꝰ? Undiqꝫ ad ce- (Undiqꝫ tantūdē vie eē ad inferos)
lum tātūdē vie eſt. Illa nobis via calcāda eſt:arta
qdē ⁊ difficilis:ſꝫ ducē habemꝰ:quē ſequētes ab-
errare nō poſſumus. Si ad illā viā ſpectamꝰ:quid
ad nos ꝑtinet ubi hāc corpoꝝ ſarcinā deponamꝰ?
Niſi ſuſpicari libeat difficiliorē futurā eſſe lōge ia
cētiū corporū reaſſumptionē in die nouiſſimo. Sꝫ
hoc religioſiſſima ⁊ uere tali digna filio:mlier nō
timebat:que moriēs ordināſqꝫ de ſepulchro: Po-
nite ait hoc corpus ubicūqꝫ: Nihil nos eiꝰ cura cō-
turbet. Interrogataqꝫ nūqd nō ꝓcul a patria mor
tē formidaret? Vide qd reſpōdit: Nihil eſt inqt lō
ge deo:neqꝫ timēdū eſt ne ille nō agnoſcat in fine
ſeculi:vñ me reſuſcitet. Hec mulier illa catholica:
nos qui ⁊ catholici ſumꝰ ⁊ viros pollicemur:nun
qd muliebriꝰ ſentiemꝰ? Sꝫ ſcio qd acerrime lugeāt
ſuꝑſtites in mortibꝰ amicoꝝ:ꝙ videlicet nunq̄ꝫ eoſ
reuiſuri ſint:quos ſummo amore dilexerūt: Paga
norū ſit iſta crudelitas:eaqꝫ nō omniū:ſed eoꝝ tñ
qui animos putāt cum corꝑibꝰ iterire. Certe Mar (E)
cus Tulliꝰ quē paganum fuiſſe:ſicut notiſſimū:ita
dolendū eſt:credens animam immortalem ⁊ glo-
rioſis ſpiritibus poſt hanc vitam celeſte habitacu-
lum patere:non hec opinabatur. Nunq̄ꝫ eñi Mar
cum Catonem illum ſenem induceret: in eo libro
qui inſcribitur Cato maior:ſperantem: ⁊ uerbis (Dictum catonis de imortalitate anime)
talibus utentem: O preclarum diem cum in illud
diuinorum animorum conſilium cetumqꝫ profici-
ſcar cumqꝫ ex hacꝰ turba ⁊ colluuione diſcedam:
Proficiſcar enim non ad eos ſolum viros de qui-
bus ante dixi:ſed etiam ad Catonem meum: quo
nemo vir melior natus eſt:nemo pietate preſtanti
or. Et rurſus eodem loco quidem inquit: Efferor
ſtudio patres ueſtros quos colui ⁊ dilexi viden-
di:neqꝫ eos ſoluꝫ cōuenire habeo quos ipe cogno
ui:ſed illos etiā de qbꝰ audiui ⁊ legi ⁊ ipſe ꝯſcripſi.

Hec ⁊ his ſiꝉia que apud Ciceronē Cato loquit̃: ſa
tis q̄d uterqꝫ crederet teſtant̃. Illi tñ utcūqꝫ credi
derint: quoꝝ magna ex p̄te ſpes inanes ac fallaces
fuerāt: Nobis ab illo qui ⁊ falli non pōt ⁊ fallere
nō nouit: ſpes certa p̄ſtat̃: Illuc tādem quo fratrez
tuum tranſlatum confidimus eſſe uenturos. Sed
quid interim faciam: dixerit aliquis: deſiderio tor
queor: amore lāgueo: auiditate crucior fratrem re
uidendi? Quid facias aliud niſi quod facere ſolēt
qui caſu aliquo a perſonis chariſſimis auelluntur?
Memoriam retinent: ⁊ abſentium imaginem pro
fundamento cuſtodiunt: illos amāt: de illis loquū
tur: illis proſperum optant iter. Idem fac (⁊ cer-
tus ſuz iam feciſti) frēm tum in ea parte cordis ab
ſconde: vnde nulla eum pellat obliuio. Illum dili-
ge ſepultum ut viuentem dilexiſti: uel etiam mul-
to uehementius. Illum coge ſepius ad te reuerti
commemoratione pia ⁊ frequenti: Precare iter
ut fauſtum ſibi contingat: ⁊ calcatis perfidi hoſtis
inſidijs: uelox in patriam reditus: Neqꝫ eniz hec
aut patria noſtra eſt aut fuerat ſua: ubi ⁊ nos pere
grinamur adhuc: ⁊ eum irritis uotis expectaui-
mus ad meliora ꝓperantem: exilium eſt hoc: ipſe
in patriam profectus eſt: Oremus ut ſoſpes ⁊ ſine
labore perueniat. Id illi prodeſſe poterit: id aga-
mus: pium obſequij genus eſt pro defunctis ora-

Lachrimas mulierū eē nō viros decere.

re: Lachryme aūt ſunt arma mulierū: viros nō de
cent niſi moderatiſſime forſan atqꝫ rariſſime: Alio
q̄n ⁊ fundentibus eas officiunt: ⁊ illis non ꝓficiūt
quoꝝ amore fundunt̃. Si q̄bus etiam nūc deſide-
rij ſtimulis urgeris: cogita id diuturnum eſſe non
poſſe. Breuis eſt enim hominum vita: ut ſi ad nos
non ſit ille reuerſus: nos tamen ad illum oporteat
ſatis celeriter proficiſci. Omnia autem breuia: ut
ait Cicero tolerabilia eſſe debent etiam ſi magna
ſint. Frater tuus ereptus eſt mille laborib⁹: ⁊ ueri
ſimiliter ſperatur ad eternam requiem perueniſſe:
aut de proximo peruenturus: nos in ſeculi fluitan
tis agone remanſimus. Q̄obrem ſiquis propter
ſeipſum ꝙ relictus eſt deflet: videat ne merito poſ
ſit audire Tullianum illud: Suis icommodis gra
uiter angi non amicum ſed ſeipſum amātis eſt. Si
v̓o propter illum: uerendum eſt ne (ut idem ait) in
uidi magis q̄ꝫ amici ſit. Hec non tam ad informa-
tionem q̄ꝫ ad gloriam tuam retuli: quoniam ſicut
inceperam: gratis conſolatori eterno: tu externa
conſolatione non indiges: q̄ꝫ q̄ꝫ quid etiam indigē
ti conferre potuiſſent: he litterule raptim de are-
F
ſcentis ingenij ſcatebris expreſſe. ¶ Superuacuū
eſt deinceps illorum exempla ſubtexere: qui ſuoꝝ
mortem fortiter tuliſſe memorantur. Et tamen ut
intelligas quorum ego te numeris aſcribo: tanto-
qꝫ fretus comitatu hereas in incepto: quantuz me
moria complecti potuero (pauci enim libelli me in
hanc ſolitudinem ſunt ſecuti) aliquot nobiliora ex

Pauli emilij ꝯſtantia.

empla ex omni copia uetuſtatis interſeraz. ¶ Emi
lius Paulus vir ampliſſimus ⁊ ſue etatis ac patrie
ſummum decus: ex quatuor filijs preclariſſime in-
dolis: duos extra familiaz in adoptionez alijs dā-
do ipſe ſibi abſtulit: duos reliquos itra ſeptez die
rum ſpatium mors rapuit: Ipſe tamen orbitatem
ſuam tam excelſo animo pertulit ut prodiret in pu
blicū: Ubi audiente populo Romano caſum ſuuz
tam magnifice cōſolatus eſt: ut magis metuere ne
quem dolor ille fregiſſet q̄ꝫ ipſe fractus eſſe videre
tur: ex quo non minorem: iudice me: gloriam cepit
q̄ꝫ ex triumpho quem illis diebus ſpecioſiſſimum
egerat: Per illum enim Macedonie: per hoc mor
tis ac fortune victor apparuit. ¶ Pericles Athe-

G Pericl' ꝯſtātia. Catōis fortitu-do i mōte filij.

nienſis dux itra quatuor dies duobus filijs orba-
tus: non ſolum non ingemuit: ſed nec priorem frō-
tis habitum mutauit. ¶ Cato ſenior ille (cuius ſu-
pra mentionem habui) quantum laudetur ab om-
nibus nullus ignorat: qui modo uel tenuiter nouit
hiſtorias (quodqꝫ maius eſt) ſine ulla hiſtoriaruz
notitia: Sic iam apud cunctos huius nōis fama
percrebruit: ut eo audito vir quicq̄ꝫ ad ſapiētie ſū
mam adijci poſſe videatur. Ita fit ut nō magis ue
terum iudicio q̄ꝫ modernorum conſenſu Cato ſa-
pientiſſimus habeatur. Atqꝫ inter multa preclara
hominis illius nihil ſingularius admiramur: q̄ꝫ
ꝙ mortem filij optimi viri modeſtiſſime dicit̃ tu-
liſſe. ¶ Xenophon filij morte nunciata ſacrificium

Xenophōtis exēpluz

(cui tunc intererat) non omiſit: Coronam tantum
quam capite geſtabat depoſuit: mox interrogans
diligentius atqꝫ audiens quod ſtrenue pugnans
cecidiſſet: coronam ipſam capiti repoſuit: ut oſten
deret de cuiq̄ꝫ morte non dolēdum: niſi turpiter ⁊
ignaue morientis: quo metu ueriſimile eſt: virum
ſapientem uereqꝫ Socraticum: ad primum nuncij
relatum depoſuiſſe coronaz. ¶ Anaxagoras mor-

H Anaxagore exempluz

tem filij nuncianti: Nihil inquit nouuz aut inexpe
ctatum audio: ego enim cum ſim mortalis ſciebaz
ex me genitum eſſe mortalem. O uere dignum ho
mine reſponſum. Q̄ꝫ multi ſunt e medio etiam gre
ge philoſophorum: qui ⁊ ſi nature conditionez am
plecti ſimularent: tamen peruerſuz moriendi ordi-
nem taciti non tuliſſent: Anaxagore v̓o nihil inopi
natum poterat contingere: Cogitabat eniz aſſidue
(quod eſt apud Senecam) omnia ⁊ mortalia eſſe:
⁊ incerta lege mortalia. Quodqꝫ alio quodam lo-
co ait idem: Sciebat ſibi omnia reſtare: Ideoqꝫ
quicquid factum eſſet: dicturus fuerat ſciebam.
Multa nunc ultro equidem conſtantie ſimilis ex-
empla ſe offerunt: ſed epiſtole modus plura non
recipit: finem igitur imponam. Et ſi cui forſan pa-
tientia tua ab his laudatiſſimis actibus aliena vi-
debitur propterea ꝙ tu non filium perdideris ſed
fratrem: equo animo patiar vnumquenqꝫ ſentire
quod opinio ſua fert. Ego quidem in meipſo alte-
rum caſum dumtaxat exptus ſum: filij amiſſionez
non noui: At fraterne necis vulnus excepi: de hoc
certius loqui poſſum: Nihil itaqꝫ contendo: neqꝫ
luctus inuicem confero: ſed illud ſcio: ſepe facilius
amiſſum filium reſtaurari poſſe q̄ꝫ fratrem. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Philippum Cauallicen-
ſem epiſcopum: Eundem de obitu inſepulti amici
conſolantis: Illudqꝫ Poete allegantis: Facilis ia
ctura ſepulchri: Non pauca etiaz de uarijs ſepeli-
endi ritibus narrantis. Epiſtola.XIII.

A

a Micum bonum periſſe tibi doleo: ſed ma
gis in te rectuz perijſſe iudicium indignor
Neqꝫ enim aut te ipſe ſatis viriliter: ne di
cam philoſophice conſolaris: aut illum qua flen-
dus eſt defles: ſi modo quiſq̄ꝫ viri fortis exit⁹ non
inuidioſus potius q̄ꝫ miſerabilis videri pōt. Nā
(ut epiſtole tue ſenſuz breuiter ſtringam) non tam
mihi videris aut damnū tuuz aut amici parūper
feſtinatam mortē (ubi parcere poſſem: vulgato for
ſitan errori) q̄ꝫ genus mortis atqꝫ ihumati corpis

iniuriaꝫ:iactatū mari egyptio cadauer deplorare:
hanc non vulgarem magis q̃ꝫ anilem querimoniā
ferre non ualeo. Nonne enim queſo de genere ſe-
pulture taꝫ ſcrupuloſe ſollicito illud occurrit: Se-
pulchri facilem eſſe iacturam? An Maronei uerſi
culi nil alud clamantis oblitus es: qui adeo pue-
ris etiam notus eſt: ut iam in prouerbium abierit:
ꝙ ſi ad mortem reſpicis: falleris: ſi per hanc felicē
aut miſerum fieri putas? Satis eſt notus uerſus
alterius poete: Non fit morte miſer. Uita eſt que
miſeros facit ⁊ beatos: quam qui uſqꝫ ad extremi
fugam ſpiritus bene egit: nullo eget amplius: felix
eſt: ſecurus eſt: in portu eſt. Quid ergo ad ſummā
felicitatis huius pertinere arbitraris: utruꝫ tellus
illum opprimat: an pelagus uoluat: an flamma cō
ſumat? Sed quoniam te de ſepultura ſingulariter
preqꝫ oibus anxium intelligo: quanto tu beatiorē
eſtimas hunc tellure demerſum: q̃ꝫ illum alterum
fluctibus obrutum? Propter vnius credo Uirgi-
liani carminis horrorem: quia ſcilicet: Unda feret
piſceſqꝫ impaſti vulnera lambent? Quid autem ſi
alterius vulnera rabidi canes abſumpſerint: ſi fa-
melicorum grex luporum effoſſis tumulis mem-
bra diſcerpſerint? Reſpōdebis (ut arbitror) ⁊ hoſ
itidem infelices. Ita iam ex oibus felices erunt:
quibus inconcuſſa cōtingit requies ſepulchri? Ni
hil hac opinione puerilius: cum enim cuncta pro-
uideris: negata beluis viſcera: infeſtis uermibus
negare non poteris. Iam cernis qui contactū pul-
cherrimorum fortaſſis animalium formidabas:
quid a turpiſſimis neceſſario ſis paſſurus: Uerum
iſta non adeo metuuntur: quoniam uſu iam quoti-
diana ſunt. Uides itaqꝫ (qđ ſepe dicere ſoleo) nec
mea ſolum eſt: ſed illuſtrium philoſophorum ſen-
tentia: Quicquid in hac vita patimur moleſti: non
tam ex iſta rerum natura: q̃ꝫ ex noſtre mentis imbe
cillitate: ſiue (ut eorum etiam uerbis utar) ex opi
nionum peruerſitate procedere. Noua timemus:
uſitata contemnimus: Cur queſo niſi quia in alte-
ro mens inermis improuiſa rerum facie turbatur:
in altero frequenti meditatione rationis clypeum
fabricata eſt: quem aſperitatibus cunctis oppone-
ret. Reſpice nautarum morem: q̃ꝫ equo animo pa
tiuntur corpora ſuorum in fluctus effundi. Unum
de multis exemplum illuſtre non ſileo: Lambas
de Auria: vir acerrimus atqꝫ fortiſſimus: dux Ja
nuenſiuꝫ fuiſſe narratur: eo maritimo prelio quod
primum cum Uenetiſ habuerunt: omnium memo
rabile (que patrum noſtrorū tēporibus geſta ſunt)
qui hoſtili claſſe conſpecta ubi pugnandi horā ad
ueniſſe cognouit: numero licet inferior: tamen ſuoſ
pro tempore magnifice ac breuiter adhortatꝰ: ma-
num cum hoſte conſeruit. Cumqꝫ in eo cōgreſſu fi-
lius illi vnicus florentiſſimus adoleſcens qui pa-
terne nauis proram obtinebat: ſagitta traiectus:
primus omnium corruiſſet: ac circa iacentem luctꝰ
horrendus ſublatus eſſet: accurrit pater ⁊ non ge
mendi inquit: ſed pugnandi tēpus eſt. Deinde uer
ſus ad filium poſtq̃ꝫ in eo nullam vite ſpem vidit:
Tu vero inquit fili nunq̃ꝫ tam pulchram habuiſſes
ſepulturaꝫ ſi defunctus eſſes in patria. Hec dicēs
armatus armatum tepentemqꝫ complexus: proie
cit in medios fluctus. Ipſa ut mihi quidem vide-
tur calamitate feliciſſimus: cui talem caſuꝫ contin-
git tolerare tam fortiter: Factū nempe eius ac uer

Facileꝫ eē ſepulchri iacturam: ex Uirgi. car.

B

Noua timent: uſitata cōtemnuntur.

C

ba accenſis animis egregiam illo die victoriaꝫ pe-
perere. Nec minus ideo pius eſt habitus: q̃ꝫ ſi in-
cumbens cadaueri ac muliebriter ingemiſcens: in
eo precipue rerum ſtatu: cum ſummo ſue reipubli-
ce diſcrimine torpuiſſet. Tu genas vnguibus fode
res: tale aliquid in tuis videns: nō tam ꝓpter mor
tis dolorē: q̃ꝫ propter ignominiaꝫ ſepulture. Nau
tici ergo hoies qđ amicis cariturí ſint dolent ut ce
teri: qđ mare illos habeat: equabilius ferūt: Idqꝫ
euenit: quia talia perpeti longa conſuetudine didi
cerunt. Quid igitur indigner cum Cicerone: plus
uſum poſſe q̃ꝫ rationem? Poterit nauta rudis ſine
lachrymis cernere: quia conſuetus: qđ tu philoſo-
phus non poteris ratione fretus: ⁊ tot bonis arti-
bus inſtructus tantorum exemploruꝫ copia ſufful
tus? ¶ Aiaduertere licet ex hiſtorijs multiplices
hoiuꝫ ritus in ſepulturis ⁊ ab uſu noſtro multipli
citer abhorrentes. E quibus quoſdam ſuorum cor
pora domi ſeruare ſummo ſtudio condita: quoſdā
ea beſtijs obijcere ſolitos: ad id vnum pro ſingulo
rum facultatibus multo ante comparatis ac nutri
tis ⁊ generoſi canis aluum optimum ſepultura ge
nus opinari: quoſdam vero per ſeipſos deuoraſſe le
gimus. Artemiſia illa Carie regina: ꝯiugalis amo
ris exemplum inter cuncta celeberrimum: nihil ha
buit qđ viro tam dilecto dulcius pſtaret: q̃ꝫ ut de-
functum viuo conderet ſepulchro: Redactuꝫ eniꝫ
in cineres ſummaqꝫ parſimonia reſeruatuꝫ paula
tim potui ſuperfundens bibit: ⁊ amato corpori ta
le ſui corporis hoſpitium dedit. Nec illud modo
queritur recte ne id fecerit: Illud potius agitur: ut
intelligas omnium quibus angimur: in opinioni-
bus: non in rebus eſſe: Inqꝫ his gignendis: alēdiſ-
ue conſuetudinem poſſe q̃ꝫ plurimum. Illa virum
quem amauerat conſumpſit: tu ſi quam ex noſtris
mulieribus idem facientem videris: obſtupeſces
⁊ abomiatiōe ſpectaculi oculos auertes. Fiat idē
ubi fieri ſolitū eſt: nec humanitas nec iſignis amor
ſed vulgare obſequiuꝫ dicet. Nō oportet pegrina
congrere: maioribꝰ noſtris in hac ipſa Italia mos
fuerat ſuoruꝫ corpa flāmis exurere: quē morem ⁊
hiſtoriaruꝫ fides ⁊ uſqꝫ ad noſtrā etatē inuēte ſub
terrā urne cū cineribus teſtant: Neqꝫ tm̄ ea puetu
ſta cōſuetudo eſt. Ante eniꝫ (ut nūc) toti humaban
tur: donec id remedij genus inexplebili odio bello
rū ciuiliū: in ſepulchra etiā ſeuiente cōmēti ſunt: ſe
qꝫ ope flāmaruꝫ hoſtili ludibrio ſubduxere. Itaqꝫ
Scipiones: ut qui merito ſe reipublice charos ſci
rent: oēs integri iacuere. Nec oino ullus in gente
Cornelia uſtus eſt: ante Luciū Syllā dictatoreꝫ.
Is pmus oiuꝫ cōtra familie ſue moreꝫ: multorum
ſibi cōſcius odiorū: corpus cremari ſuū uoluit: no
minatiꝫ ueritus (ut ferūt) ne in ſe Mariana factio
poſt obitū auderet: qđ ipſe auſus fuiſſet in Mariū
Ualuit exēpluꝫ: ſecutiqꝫ ſunt factū: qbus facti ra-
tio nulla erat. Sed poſtq̃ꝫ cremādi mos inualuit:
uſuiqꝫ ſua eſſe cepit auctoritas: tū demū qđ reme-
diū fuerat: decus fuit: ⁊ ex illo probrū ingēs viſuꝫ
ſupremis ignibꝰ caruiſſe. Hinc laudata pietas que
pauculis lignis collectoris in littore niliaco: trūca
tū ipie magni Pōpeij corpus cremare nō tā potu
it q̃ꝫ uoluit: Inde ſibi partū nomē. Quis eniꝫ Co-
drū hūc noſſet: niſi Pōpeij mēbris faculas inferē
tē? Ille āt Codrus Athenienſis alio pietatis genē
⁊ ꝓpria morte cognoſcit. Nunc defunctos cōbu-

D

Attēde ſepulture uarietateꝫ ex gentiuꝫ diuerſitate

E

rere:extreme fuerit uel iniurie uel vindicte.Unde
hec in vna eademqꝫ gente uarietas?Nimirum de
curſu temporis:mutati mores : opiniones homi-
Moreſ num alternant. Nec rurſus id quero de quo ma-
p tpis gnos interdũ viros differentes audiui:Uter eẽ ſe
curſu i- pulture modus honeſtior:ne quẽ maioribꝰ noſtris
mutari. memoriam:quemqꝫ multis adhuc gentibus ſerua
ri fama eſt:lege addita:que ſepeliri hominem in ci
uitatibus uetat quibuſdam paucis admodum ex-
ceptis:quos ſingularis virtus legibus ſolutos fe-
cit:cuius tertio de legibꝰ meminit Cicero:An hic
noſter quem a uetuſtioribus reſumptum chriſtia-
ne religionis uſus obtinuit. Non ea mihi nunc cu
ra eſt:Id potius quod agebam perago:Ideo mul
ta nobis horribilia videri:quia conſuetudine lõga
uarios cõcepimus errores:que apud alios diuer-
ſa conſuetudine nõ timentur.Si vͦo tu mihi(quod
profeſſionis tue proprium eſt)ceteris ſpretis:ueri
tatem regum non vulgi rumoribuſ:ſed inſita ratio
ne queſieris:Inuenies virum ſapientem:opinionẽ
ab erroribus auertere:⁊ aut miſerari delirantium
greges aut ridere.Uale.

Frãciſci Petrarche ad Seuerum Apeninicole
Exilium non multifaciendum exhortantis:⁊ quis
proprie exulare dicatur. Epiſtola.XIIII.

A Xilium ⁊ ſi ab exiliendo tractum rear:uel
Exiliũ e ut Seruio placet : ab eo quod quis extra
vñ dica ſolum eat:non tamen exilium eſſe niſi inui-
tur to accidat annuerim : Alioquin ſepe a regnis ſuis
reges exulant:eoqꝫ maxime tempore:quod proro
gandis tuendiſqꝫ regni finibus ⁊ propagande glo
rie impenditur : quando nemo illos exules dicere
audeat:niſi a quo ratio omnis exulauerit:qppe cũ
nunq̃ꝫ uerius : ⁊ ſint ⁊ dicantur reges.Aliqua er-
go vis dolorqꝫ aliquis interueniat:oportet:ut exi-
lium uerum ſit.Id ſi recipis:iam cernis in tua ma
nu ſitum:utrum exul an peregrinus ſis.Si lachry
mans:ſi meſtus:ſi deiectus exiuiſti:exulem te pro
culdubio noueris.Si vͦo nihil proprie dignitatis
oblitus:neqꝫ coactus ſed libens:⁊ eodem habitu
frontis atqꝫ animi quo domi fueras : iuſſus exire
paruiſti:peregrinaris profecto:non exulas. Nam
⁊ in ceteris formidatarum rerum generibus inue
nies neminem eſſe miſerum:niſi qui ſe miſerum fe
cit:Sic pauperem:nõ rerum paucitas :.ſed cupidi
tes facit:Sic in morte(que exilio ſimillima eſt)nõ
tam rei ipſius aſperitas q̃ꝫ trepidatio ⁊ opinionis
peruerſitas nocet:quibus amotis multos aſpicieſ
non modo equanimiter ſed lete etiam ac feliciter
morientes:Ex quo nimirum intelligitur non eẽ ne
ceſſarium ſed ſpontaneum mortis malum. Nec in
re ipſa ſed totum in obliqua mortalium exiſtima-
tione repoſitum:quod niſi ita eſſet nunq̃ꝫ in pericu
B lo pari tanta eſſet imparitas animorum.Eandem
qꝫ rationem video exilij:quam ceterorum omniuꝫ
non in illo ſed in nobis eſſe quo vincimur:Opinio
nem ſcilicet que ubi paululum a ueritate deflexe-
rit:mox innumerabilibus iactatur erroribus : ut
ad uerum difficillime redeat:ſeqꝫ niſi multum ad-
iuta non erigat ad intuendum proprie originis ma
ieſtatem.Ut enim ceptum perſequar:quid exiliuꝫ
queſo?Ipſa ne rei natura aut intermiſſio dilectaꝝ
perſonarum ? An indignatio potius ⁊ impatiens
deſiderium animi languentis exaſperati?Or ſi tu
mihi quicũqꝫ a patria abſũt exulare ſine ulla diſti-
ctione firmaueris:rari ergo non exules.Quis eni
hominuꝫ niſi deſidioſus ac mollis aliquotiẽs aut
viſendi auidus:aut diſcendi ſtudio : aut illuſtran-
di animi:aut curandi corporis:aut amplificãde rei
familiaris propoſito:aut neceſſitate bellorum:aut
ſue reipublice:ſeu domini:ſeu parentis impio:do-
mum liquit ⁊ patriam?Cur autem ita peregrinan
tes non miſeri omnes ſunt:niſi q: reſtiterũt:nec im
pelli ſeipſos in miſeriam paſſi ſunt.Eque eteniꝫ ca
ruerũt ꝯiugio:liberis:cognatis:parẽtibꝰ:amicorũ
cõuictu:amate urbis aſpectu.Horum tñ omnium
deſiderium lenijt modeſtia:⁊ ſolamen aliquod in
uenit abſentie.Sed ⁊ multum profuit ſpes reditꝰ
Nunq̃ꝫ iuiſſent tam conſtanti animo:niſi ſe reditu
ros in patriam credidiſſent.Sit ita:Tibi vͦo ſpem
quis abſtulit:preſertim cum hec ſit vna ex omnibꝰ
que ab inuito non eripitur?Pellitur in exiliuꝫ vir
bonus ad tyrãni nutum:ſpoliatur rebus omnibus
in carcerem mittitur:detrũcatur:laniatur:occidit̃:
inſepultus abijcitur.Inter tot minas atqꝫ impetꝰ
fortune:cum cogamur ad cetera:ad deſperandum
nemo compellitur.Uidimus in exilium miſſos ꝓ-
uſq̃ꝫ ad deſtinatum perueniſſent:immenſo pr̃ie de C
ſiderio reuocatos:Alios vͦo poſt tempus tanto cũ
honore:tantaqꝫ ciuium penitentia reuerſos:ut mi
hi felices tali exilio viderent̃.Quoſdam ab extre-
ma inopia ad ſummas repente diuitias:quoſdam
ex carcere ad imperium perueniſſe.Nõnullus col
lum ſubduxiſſe ſecuribus morti prereptos ⁊ pro-
ſpitati eximie reſeruatos.Nemo vnq̃ꝫ tam iniquo
loco iacuit ut non ei liceret oculos attollẽ : Nemo
tam deploratum rerum ſuarum vidit exitum ut ꝓ
hiberetur ſperare meliora.Ciceronem ab exilio Exiliuꝫ
Roma reuocauit diebus pauciſ:egregij ciuis pre leuit̃ fe-
ſentia carere vix potuit.Reuocauit ⁊ Metellum rẽdũ eẽ
cui cum in ſpectaculo Trallibꝰ ſedenti honorificen exͦ Ci-
tiſſime littere ſenatus ⁊ populi Romani nomine ceronis
redderentur:nihil in letitiam uerſus:eodem vultu Metel-
fuit:quo menia urbis exierat:Uir nec digreſſu fra li rutilij
ctior:nec inſolentior reditu.Illic patrie furori ceſ- ⁊ Mar
ſit:hic deſiderio paruit.Illic modeſtus:hic pius: celli.
utrobiqꝫ memorabilis.Temptauit pari facilitate
Rutilium:ſed ille durior mãſit : ⁊ patriam reditu
cenſuit indignam ſuo.Eadem fuerat ſors Marcel
li:euentus longe alius:qui dum reuocatuſ a Ceſa
re:ſummo deſiderio bonorum omnium redĩẽs:in
hoſtem incidiſſet:effectum eſt:ut in locum predul-
cis expectationis : publicus luctus incederet : cui
mortem tamen illam nunq̃ꝫ exilio difficiliorem fu Sola vͦ
iſſe crediderim.Una eſt enim virtus : que uarijs li tꝰ ĩ advͦ-
cet aſperitatibus perferendis:animos armat atqꝫ ſiſ ãmat
inſtruit.Fuerat autem hic in exilio talis:ut magnũ
ſui preberet indicium:qualis futurus eſſet in mor-
te.De quo non tacebo quid in libro de virtute ad
Ciceronem Brutus refert:vidiſſe ſe eum videlicet
Mitylenis exulem:tam infracto animo tãqꝫ aui-
do bonorum ſtudiorum:tam deniqꝫ feliciter beate
qꝫ diſpoſito:ut non ille ſibi:q̃ꝫuis longe relegatus
ſed ipſe potius exul cum ab illo diſcederet videre-
tur.Addit etiam Gaium Julium Ceſarem:qui ſi-
bi ⁊ exulandi auctor fuerat:⁊ poſtmodum redeũ
di fuit per ea loca tranſeuntem:uerecundia permo
tum ſuper exilio tanti viri : urbemqꝫ ideo ubi ille
tũc erat de induſtria preteruectum.O glorioſum
exulem:cuius exilium potentiſſimorum ciuiuꝫ al-

ter ſuſpexit:alter erubuit.Sit Ceſar mundo terri-
bilis:Bꝛutus ⁊ Ceſari:utrunqꝫ tamen reuerentia
cepit exulis Marcelli.Quis exilium tale non cu-
D piat:immo uero quis exilium:quod ipſis patrie
dominis inuidioſum eſt?Illos commemoro quoſ
penitētia ciuium reduxit.Q̃ multos autem foꝛtu
Camilli exēplū. na reſtituit?Nunq̃ Camillū Roma uocaſſet:foꝛs
illi ⁊ excidium urbis:quis crederet:ac fremēs per
Italiam tranſalpinarum gentium furoꝛ:viaꝫ fecit
ad reditum:ut eſſet vnus(vix memorandum)cun
ctis exulibuſ ⁊ bone ſpei ſimul ⁊ ſpectate erga in
matthe us vice comes. gratam patriam pietatis exēplar.Atqꝫ(ut aliquā
do ad noſtrorum temporū acta trāſgrediar)Mat
theus vicecomes Mediolano patria:pꝛepotentis
inimici viribus pulſus:q̃ diu ſolus ac pꝛofugus ⁊
in ſumma inopia rerum omnium fuit:complorat⁹
a ſuis:illuſus ab hoſtibus?Quem ferunt die quo
dam curarum plenum:pꝛeter ripam Benaci lacuſ
errantem:habuiſſe obuium ſuperbi hoſtis nunci-
um:atqꝫ ab eo domini ſui uerbis interrogatuꝫ:qd
nam ibi tam incomitatus ageret?Nil aliud reſpō
diſſe niſi ſe retia tendere.Quod reſponſum:tunc
foꝛte contemptui habitum:bꝛeui quid myſterij im
poꝛtarat innotuit.Ita ocioſus ſenex vnus aduerſa
rios ſuos omnes:ceu totidem piſces eſca ſpei ina
nis eluſos:pꝛouidentie ſue retibus circumuenti.
Alio quoqꝫ tempore cum ad eundem nuncius re
dijſſet:⁊ percontaretur irridens:quibus itinerib⁹
aut quando eſſet in patriam reuerſurus?Tranquil
la fronte reſpondit:Tu ꝓo abi:dominoqꝫ tuo nū
cia:ijſdem me rediturum itineribus quibus exiui
ſed non anteq̃ ſua crimina pꝛeponderare meis in
ceperint.Nec fefellit augurium:Siquidem non
multo poſt in immenſum auctis hoſtium ſceleri-
bus:quibus inſolens dabat alimenta felicitas:
Mediolanum illis eiectis victoꝛ ingreſſus eſt.In
qua urbe(ut vides)uſqꝫ in hodiernum diem ⁊ ne
potes dominantur ⁊ filij.Nec in hanc narrationē
incidiſſe ideo videri uelim ut uel tibi uel cuiq̃ vi
ro bono auctoꝛ ſim aduerſus quantumlibet male
meritam patriam arma capiendi(ſatius reoꝛ pau
perem in exilio mori q̃ libertate turbata nolenti
bus imperare)ſed ut ueteribus ⁊ nouis conſtaret
exemplis:non poſſe per vim exulibus ſpem aufer
ri.Et ſi animos difficultatibus obſeſſos ad patien
E dum erigit foꝛtium virorum recoꝛdatio:Accipe
nunc etiam inſigne recenſqꝫ aliud exempluꝫ.Ste
Stephani colūne exilium phanus de Columna ſummum militie decus:cū
in omni foꝛtuna glorioſus:tamen in exilio glorio
ſiſſimus ⁊ admirabilis fuit:Neqꝫ enim vna erat
eius ⁊ ceterorum exulum conditio.Quibuſdam
extra patriam nobilibus tuto viuere permittitur:
hi cum patriam reliquerint:laxiorem retinēt liber
tatem.Alijs artioꝛ dicta lex eſt ut hoc aut illo loco
ſe contineant:illic habitātibus nil durius expectā
dum:Huic ꝓo ⁊ patria interdictum:⁊ nullus in
oꝛbe terrarum tutus locus:nullus in tanta tempe
ſtate poꝛtus aut refugium:Hoſtem habuit ut po
tentem:ita inexorabilem Bonifacium octauū Ro
manum pontificem:quem armis frangere difficil
limuꝫ:humilitate ſeu blanditijs flectere nec poſſi
bile quideꝫ eſſet:Deniqꝫ queꝫ nihil niſi ſola moꝛs
vinceret:ſeuituꝫ eſt inhumane:petitumqꝫ modis
omnibus immerentis caput exulis:pꝛomiſſioni-
bus:minis:potentia:dolis:auctoritate:pecunijs:

ingentia perſecutoribus pꝛemia fautoribus denū
ciata ſupplicia:cum Stephanus nunc citra:nunc
trans equora:nunc diſiunctiſſimas utriuſqꝫ ma-
ris inſulas:Siciliam Bꝛitāniamqꝫ:nunc extrema
Galliarum ſoliuagus circūiret:egenus interea cū
ctarum rerum:ſed pꝛediues animi:Itaqꝫ cū apud
Arelatē caſu quodam in manus explorantium ue
niſſet:interrogatus quis eſſet:Nomen ſuum quod
diſſimulare poterat:multis audiētibus dixit:ſeqꝫ
ciuem Romanū intrepido ore pꝛofeſſus eſt.Quā
ta autem:deus bone:vnius capitis maieſtas que
odioſas etiam ⁊ armatas manus a furore deter-
ruit.Edicto pꝛopoſito ſollicitabantur reges:ne qſ
eum foueret hoſpitio:Cuius obtentu:cum Sici-
lia decedere iuberetur:eo animo paruit:ut exul in
ea pꝛouincia remāſiſſe:rex abijſſe crederetur.Sic
illum:ſic alios toto perſecutionis ſue tempore re-
ges vidit tanq̃ ipſe rex eſſet.Altiſſimo animo nec
ullis aduerſitatibus cōtracto:⁊ ſupꝛa foꝛtune flu
ctus eminente:pꝛoſus ut vni ſibi dictū videri poſ-
ſet poeticum illud:Aſpice ſecurus vultu non ſup-
plice reges.Quotiens Rome ⁊ per Italiam nun
ciata moꝛs eius erat:quotiens actum eſſe de reb⁹
Colūnenſium fama fuit:⁊ cum illo viro egregiaꝫ
coꝛruiſſe familiam?Nulla uſq̃ de illo ſpes pꝛeter
q̃ in ſolo ipſius pectore reſtabat.Nunq̃ tamen in
de diſceſſit:quominus diebus ac noctibus uerſa-
ret animoſa conſilia:⁊ omnem laborem obiret im
perterritus.Ultro enim in medio rerum ſuaruꝫ di
ſcrimen:amicorum bellis interdum:utriqꝫ parti-
um ignotus interfuit ⁊ omnium confeſſione vni⁹
hominis pꝛeſentiam eſt ſecuta victoria:haud am-
bigua:ſed tibiipſi q̃ mihi notiora recenſeo.Quis F
ergo miſerum dicat hunc exulem:cum quo tantus
virtutum comitatus exulabat:quem poſt decen-
nem ſui experientiam in pꝛiorem ſtatum uera ani-
mi magnitudo non foꝛtuna repoſuit?Sed quoꝛ-
ſum hec tam multorum exemplorum conquiſitio?
Ut nemo pꝛeſenti malo attonitus uenturum opi-
nione pꝛeoccupet:⁊ mediocriter graui exilio gra-
uiſſimum malorum omnium deſperationem accu
mulet:pꝛeſertim cum non ſolum virtus operoſa ea
que Stephanum ipſum in patriam reuexit:ſꝫ mu-
tatis ſepe populoruꝫ moribuſ:uel diſſentio ſimul
tatum:uel que feros animos mitigat longa dies:
incidens commiſeratio non digna patientium:uel
ipſa tacite virtutis admiratio:uel impenſum ciui-
bus ſuis obſequium:uel publice neceſſitatis occa
ſio:uel aliqua vis foꝛtune finem imponere poſſit
exilio.Ne quis pꝛeterea qđ ipſe depulſus ſit:vir-
tutum ſuarum pꝛoijciat oꝛnamenta:graue cogitāſ
pꝛecioſiſſima rerum in exilium ferre cum viliora
non liceat.Neqꝫ enim nouum eſt ut efferentes gē-
mas atqꝫ aurum:urbana pꝛedia:⁊ omnem inuti-
lem aut oneroſam ſarcinam in incendio relinqua-
mus.Quod ſi aurum inter pꝛecioſa numeranduꝫ
eſſe perſuaſum eſt hominibus:quid tandeꝫ de vir
tutibus iudicandum eſt?Uilius argentum eſt au-
ro:virtutibus aurum.Atqui cum non ſemper in
exilium ferre argentum ⁊ aurum ſinamur quocū-
qꝫ ferimus:virtutes ⁊ bona animi ferre permitti
mur.Quod feciſſe videmus eos:quorum tibi nūc
exēpla ꝓpoſui:ut ad imitādū exardeſceres:nec dif
fideres fieri poſſe iteꝝ:qđ totiēs fctm̄ eſt.Licet in
exiliū ⁊ in carcerē ⁊ in moꝛtē ipſaꝫ ferre virtutes:

H Licet dixi:immo vo expedit:neceſſarium eſt opor
tet:Alioqn uere exules ſunt qui relictis his abeūt
uere inopes:uere infelices ⁊ miſeri. Nec ſatis eſt
quantum habueris efferre:pluſculum exigit. Ui-
de ꝙ accurate viaticum parat peregre ꝓfecturus:
copioſior cupit eē:quo lōgius pergit. Optimum ti
bi in hac peregrinatione viaticum ex virtutibꝰ con
ſtabit:qbus affluentibus etiam ſi alimenta corpo-
ris deſint:pauper eſſe non poteris. Has igitur con
grega:his te vndiqꝫ fulcias : preclaram tibi fuiſſe
olim ſcio multarum virtutum ſupellectilem:nō im
portuna nec difficilis ſed agilis ⁊ amena res eſt:la
borioſe(fateor)tāta res querit:ceteruʒ poſtꝙ que
ſita fuerit ſine labore circūfertur. Queſiuiſti eam
ab adoleſcētia:ſeruaſti eam domi:noli eaʒ nunc ſe-
nior ⁊ peregrinus amittere:ſed quantum habuiſti
uel eo ampliorem:quo maior ſe oſtendit neceſſitas
perfer:ꝙꝗ id tibi nolenti ſciam euenturum ſponte
ſua viaticum qdem hoc nunꝗ uſu cōſumit:ſed au-
getur potius. Eſt enim ex virtutibus que uſu pul-
lulāt ⁊ in medijs difficultatibꝰ creſcūt:donec poſ
ſeſſorem ſuum ad ſupremum felicitatis culmē eue
xerint. Taceo nunc exilij tui non ſpernēda ſolatia.
Si ſub Arcton eternum illud Scythie gelu aut ſb
ardenti ſole inhoſpitale mundi latus incolere iube
reris:deniqꝫ ꝓpius licet ſed extra italiam ꝓiectus
haberes fortaſſe aliquid qđ fortune tue poſſes obij
M cere: Nunc vide ꝙ digna querela tua ſit:iuſſus es
Florētiam ire ⁊ illic manere:donec te populus re
uocet: Nōne aiaduertis quantas grates agere de
beas magiſtratibus tuis:qui te ocio lōgo conſopi-
tum excitarent: ⁊ ex diuturna conſuetudine mater
nis uberibus herentem abduxerūt:teqꝫ ex patria
(ut pace tua dixerim)multum impari in ciuitatem
florētiſſimam tranſire uoluerunt. Hoc inꝙ ꝑtereo:
quoniam ſic ſumus nāliter affecti:ut incultuʒ licet
ac deſertum ſcopulum:ubi natos nos educatoſqꝫ
meminimus:oibus anteponendum terris arbitre-
mur: Quod ſi aliquādo error iſte ceſſaret:ignoſce-
res profecto fortune:immo vo ueniam peteres ꝙ
beneficium ſuum nō ante cognoueris. Adde ꝙ du
os preclare indolis filios tecum eduxiſti: Alterum
iuuenem:infantem vo alterum:ꝑpoportunis etatū
gradibus diſtantes:ut ſcilicet cum illo curaruʒ ſar
cinam partiri poſſes:cuʒ hoc etiam oblinifci. Hinc
preſidium vides:illinc ſolamen profectionis tue:
Hi tibi dulcem patriaʒ faciebāt. Hos habes:quid
requiris aliud? Expectas ut uxor pudiciſſima : ut
I parētes optimi:ut blādiſſime filie reuiuiſcāt? Nō
illos tibi exilium abſtulit ſed mors:quam cum to-
tiens inſultātem ⁊ rerum tuarum dulciſſima que-
qꝫ rapientem viceris:non debes exilio vinci:quod
te omnia vite ꝑoris adminicula ⁊ precipue natos
tantorum pignorum reliquias auferre non prohi-
bet: Uerum ego(ut dixi) ⁊ hoc ſolatiuʒ ⁊ oē quod
fortune ictibus ſubiectum eſt ſileo. Scio que patri
am abſtulit in filios ius habere:redeo ad virtutuʒ
ſtabiliora preſidia:quas tibi nec ciuium tuoruʒ de
creta:nec impia tyrānorum:nec predonum violen-
tia:nec nocturni fures eripient. Hec ſi tecum detu-
liſti:mentietur quiſquis te exulem dixerit. Si aūt
reliquiſti:omnis dies nouuʒ aliquid quod lugeas
feret:omnis locus non moleſtꝰ tm̄:ſed hoſtilis:nec
exilium modo tibi:ſed carcer erit. Uale.

Laborioſe vtutes qrūtur:ſʒ ꝑ facile circūferuntur.

¶ Franciſci Petrarche ad eūdē Seuerum Apeni
nicole:ꝙ ipſi ſuperiore epiſtola nil remedij contu-
lerit dolentis: ⁊ ut exilium non egreferat iteruʒ cō
ſulentis. Epiſtola.XV.

A Xcidiſſe tibi omnem ſpem video : quod ꝙ
e recte patiaris : epiſtola ſuperiore teſtatus
ſum:doleoqꝫ nil illam tibi remedij contu-
liſſe. Nec ſatis ſcio utrum in medico an in egrotan
te ſit vitium:qui ſi ad ſalutem peruenire cupis:cre
dulum ſe conſilijs ⁊ obſequentiſſimum medicorū
legibus preſtare debet. Ego quidem in illa id age
bam:ut dimiſſa patria ſpem ſeruares:cuius tanta
vis eſt ut preſentes moleſtias non ſentiat:duʒ ſibi
letiora promittens:uenturum tempus cogitatio-
ne complectitur. Quid autem te ſperare prohibe-
bat:patrie ne relegantis aſperitas? Quenā vo ſeu
quid prorſus eſt tibi:preter hoc vnum exilij nomē
ablatum illatumue quo doleas? An ad hec tibi cla
rorum virorum exempla defuerāt? Sed multa an
te oculos poſui ⁊ plurima ponerem:niſi illa perijſ
ſent ex quibus agnoſceres ſpem bonaʒ euētus ha
bere feliciſſimos. An vo timuiſti patriaʒ tuam ſine
fine ſeuituram:quod tantillum ex ſolita dulcedine
remiſiſſet? Sed an ignorabas:nulli natorū patres
eſſe mitiores ꝙ ei quem ſemel male tractauerint?
B Nullius amorem magis ardeſcere:ꝙ eius qui er
ga bene meritam ſe geſſit aſperius. Ante magis ex
terruit edictum patrie:quo penis adhibitis caue-
tur ne reuocandis exulibus mentio ulla fiat ad po
pulum. Scire autem debes populorum uolunta-
tes:ſicut ingreſſu frementes ⁊ uarie ſunt:ſic pro-
greſſu faciles ⁊ inſtabiles fore. Sed eſt quedaʒ in
animis mortalium:quam ⁊ tenuiter video ⁊ uer-
bis conſequi nequeo miſerabilis ⁊ funeſta peruer
ſitas:aures obſtruentium aduerſus ſalutares con
ſolatorum uoces atqꝫ omnibus modis id agentiū
ut miſeriores fiant:ne ue aliquid quod dolorem le
nire poſſit obrepat:quo nihil excogitari poteſt : ne
dicam dementius eſſe. Nunc vo quoniam ſic te af
fectum inuenio:ut deſperationem reditus tui:pro
quadam(ut ita dixerim)uoluptate ſuſcipias:ab il
la parte manum retraham in qua multuʒ intracta
bilem medicamenta nil releuant. Quid autem pro
hibet illorum more qui vno aut altero membro ꝑ-
dito:ne per reliquum corpus infecte partis conta-
gia dilabantur:proxima circūliniūt:vulneris quo-
qꝫ tui oras ambire: ⁊(ne in totum animum dolor
ſerpat)conquiſitis prope fomentiſ occurrere? No
li queſo trepidare:non illuc digitos inferaʒ ubi tu
forſan expectas: Nihil contra opinionem tuaʒ ho
die dicturus ſum : Illud potius ne cum vnius rei
deſperatione:ceterarum omnium ſubeūte faſtidio
totius vite tue tranquillitas pereat enitor:quādo
ita vis ut reintegrande tibi ſpei:nulla mihi ſpes ſu
perſit. Finge itaqꝫ in exilio viuendum tibi:in exi-
lio moriendūʒ: Habes credo quod petis:ut me fa
C uente reditūʒ in patriam deſperare tibi liceat. Ue
rum:ut cumulatius mos geratur egritudini tue:
indulgebo tibi amplius:non ut in tātum exilio ſed
toto diuiſus ut orbe a terra moriare tua hoc tibi
barbara tellus incumbat : plus ego ꝙ tuipſe do-
lori tuo permiſi:tu letius nihil: ego etiam triſtio-
ra propoſui : nec tamen video quid in hac re tam
miſerum ſit : ut virum fortem cogere poſſit ad la-
chrymas. Certe ſi aut inſani amoris aut ambitio-
nis facibus ardere te crederem que procul a pria

Fidē mī dico ab egro eē ꝓſtādā.

Uulgi mos i ꝓmo rex ꝯgreſſu

conflagratur̄e viderentur intenſius:uel ſi exilij co
mes inopiam ſequeretur abeuntem:multa mihi ſi
mul contrahēda fuerāt q̄bus ſeu blādū illud ſeu
uētoſum malum mitigari poſſet:ſeu p̄ſtari ſolatiū
paup̄tati. Que quanq̃ mihi dictu facilia videri
⁊ tibi auditu credibilia debuiſſent:nō tamē facile
uariorum remedia morborum his explicabant an
guſtijs: Q̃ triſtis enim res:q̃ luctuoſa ſit iſte quē
amorem dicimus:q̃ miſerabiles exitus inueniat:
q̃ fucata ⁊ mēdaci fulgore celata ſit:q̃ nihil eoꝝ
que pollicet̄ preſtare poſſit ambitio:q̃ magno ani
mo tolerabilis ſit paup̄tas:nō pōt a quoq̃ homi-
nū breuiter dici. In preſenti v̓o quando nec amo-
ris flāmas morum tuoꝝ grauitas nouit: ⁊ ſi quid
olim tale ſenſiſſes:iam etas extirit:ambitionis p̄-
terea ſuſpitionem:bonoꝝ per omnem vitam fuga
nō recipit: ⁊ paup̄tatem remiſit patrie pietas:ma
gnus mihi labor uberioris cōſolationis eximitur.
D Patria tua nullo te alio affecit incommodo:q̃ ut
eius careres amplexibus:omnia tua aut tecū ſūt
aut tibi ſeruiūt: Nō illa ſolum dico : que nec eripi
poterāt magnanimitatem:modeſtiam aliaſqꝫ vir-
tutes:que ſiue Bias ille ſapiēs(ut Cicero:ut Va-
lerius:utqꝫ oēs)ſiue(ut Seneca:ait)Stilbon:in
cēſa patria p̄fugus ſua ſecum ſe ferre gloriat̄:ſed
vulgariter intelligo tua:etiam que de fortune ma
nibus accepiſti:ueteris enim patrimonij dominꝰ
perinde locuples exul excedis ac domi fueras ci
uis: Ac neſcio:an eo forte locupletior ꝙ manētibꝰ
diuitijs:ſumptus eſt partior. Accedit ꝙ maior p̄s
hominum:nō prius ſe cadere poſſe q̃ tota cecide
rit:ſuſpicatur: Tu v̓o nō cecidiſti ſed impulſus es
Integer igit̄ ac rectus ſentis iam(ut arbitror) nu
tare fortunam: ⁊ q̃ fragilibus fūdamentis inhe-
ſeris:cum tibi magnus videbaris itelligis nec de
inceps dubitas:eam que impulit poſſe p̄ſternere:
Ita(qđ rariſſimis cōtingit)exul diues ⁊ cautior
uadis ut facile duobꝰ grādibus bonis malū vnū:
Quid bonum quidue malū in vita di- ci poſſit
⁊ illud exiguum cōſoleris.ſi q̄d tum in vita bonū
niſi virtus:aut malum aliq̄d niſi virtutis oppoſi-
tum dici debet. Vade itaqꝫ ſecurus:nō te repetet
patria:nō reuehet caſus. At v̓o qđ tantopere de-
fles:exilium ⁊ p̄tinax illuſtrabit iniuria: Multos
magnos viros calamitas fecit:multos declarauit:
neminem ex diuerſo miſerum fecit aduerſitas ſed
deterit:nec latitare diutiꝰ paſſa eſt. Quid palles:
q̃ſi magnum in te ius habeat fortuna ? Nō illa p̄-
tes iudicis obtinet ſed teſtis:qualis ſis in tua po
teſtate eſt:nō eſt in illius quale de te teſtimonium
ferat:ſed ut ferat tātum:mētiri nō pōt: loqui pōt.
E Quis aūt niſi culpe ſibi cōſcius:teſtē metuit ue
re locuturum? Nō eſt que te ad ignauiam cogat:
eſt que digreſſus tuos dinumerat:patiētiam exer
ceat:ſuſpiciat aut deſpiciat pectoris tui robur:de
mum populo referat q̄cq̄d inuenerit. Erige aīum
diſcute tenebras errorum popularium:nō pateāt
aures tue muliercularum uocibus : nunq̃ letus
eris:nunq̃ ſecurus ſi te populo regēdum tradide
ris . Quicq̄d magna pars hominum aut miratur
aut metuit:ridiculum eſt:q̄cq̄d predicat falſum:cō
mitte potius te paucorum cōſilijs:nō ſūt ut viden
tur iſta terribilia:inter que vulgus exilium nume-
rat: ⁊ ſi lectio lōga nō p̄fuit expientia p̄derit for-
taſſe. Noli ſemper terram intueri : interdum ocu-
los attolle : cōfeſtim ueritas occurret: ⁊ exilium

nihil eē fateberis:nec peius viuere virum bonum
quantumlibet procul a patria:immo v̓o non poſſe
extra patriam viuere cui totus hic orbis eſt patria
Quid enim refert q̃ diuerſa parte cōſiſtat:ualles
q̄dem ⁊ lacus ⁊ flumina ⁊ colles alios videt:ce-
lum vnum eſt:illi ſe infert:illuc aīum exigit:eo co-
gitatiōes ſuas ex omni mūdi parte trāſmittit:nec
aliud q̃ ſub tecti vnius amplexu ex alio in alium
thalamum trāſiuiſſe ſe cogitat. Tu quoqꝫ(niſi me
am ⁊ multoꝝ ſpē diutiſſime fefelliſti) Abſit ut ad
vnum huius immēſi edificij angulum ſis aſtrictꝰ:
quo minus ubicūqꝫ terram ſub pedibus calcaue-
ris.ubi celum ſupra uerticem videris:ubi te ſpira
bilis aura p̄flauerit:patriam tuam uoces. Erit igi
tur exilij tui:nō ſolum facilis:ſed iucūda cōditio.
Cum enim duo ſint que hominum affectum ad be
niuolētiam excitēt: Virtꝰ ſcilicet:qua(ut ait Cice- Nil v̓tu
ro)nihil eſt amabilius: ⁊ immerētibus viris infli- te ama-
cta calamitas:quoꝝ primum facit ut amemus mi bilius
remurqꝫ claros viros:ſecūdum ut miſereamur af
flictis. Alterum in hac tēpeſtate tibi aderit:alterū
adeſſe videbit̄. Virum fortem ſentiēt oēs : exulem
dicēt: Et ſane(ſi q̄d Tullio credimus)iter oēs vir
tutes fortitudinis ſplēdidiſſimꝰ vultus eſt : rurſus
inter hominis erumnas:nō in ultimis numeratur
exilium. Aut ego fallor : aut optādum eſt ne forte
recēs hec ciuiū tuoꝝ ira lēteſcat:ne ue tibi hoc ex
ulis nomē caſus aliqs eripiat:in quo miſerie nihil:
fauoris aūt ⁊ glorie vides eē q̃plurimum. Sed
laborem inq̄s atqꝫ ignominiā reformidat animꝰ:
Primum nego tale hic aliq̄d ineſſe:ubi oblatā ti F
bi magne laudis materiam ac generoſam fuiſſe lin
quēde patrie cām:alto animo obiectā tyrānis cō
tumaciam ſcio: Ubi p̄terea ocium ⁊ quas ſemper
optaueras laborum ferias inueniſti : Deinde qui
ignominiam timet quam peperit virtus : fame
nō virtutis amicus eſt:qui v̓o labores refugit:op
tare deſinat gloriam ad quam certe difficilis : ſed
clara(ni fallor) ⁊ delectabilis via fert. Tibi q̄dem
vni(ut dixi)ſingulari q̃dam p̄rogatiua:ingēs glo-
ria nullis moleſtijs:niſi forte quas tuipſe tibi fin-
xeris querit̄: Illud enī uereor ne alienis potiꝰ q̃
tuis oculis ſuſceptum vulnus aſpicias : ⁊ caſum
tuum alieno metiaris arbitrio:que adeo quotidia
na peſtis eſt:ut ad clamorem alienum pleriqꝫ titu
bēt: ⁊ multo prius concidant q̃ impulſi ſint:quan
q̃ ſatis impulſus videri poſſit:quem tot hominū
milia peſſimis opinionibus perurgere nō deſinūt:
Sed ut ualde imbecillis virium eſt quem lenis au
ra p̄ſtrauerit:ſic p̄rſus inſanum animi ſcito quem
videris res ſuas alioꝝ ⁊ preſertim ignorātiū pō
derare ſermunculis : qui quo frequētiores ſūt:eo
cautius cōtagioſus morbus euitādus eſt : paſſim
tam multorum hominum corda corripiēs. Si ali
os audire nolueris:nō deerūt qui fortunam tuam G
multiplicibꝰ onerēt querelis:qui te incolumē atqꝫ
optime ualētem lugeāt : qui femineces uelut fere-
tro viuētis aſſideāt. Audies uoces miſerabiles:vi
debis forſan ⁊ lachrymas aut ſimulatas:aut amē
tie proximas:miſer eſſe incipies:q: miſeris aurē
p̄bere cōſueueris. Nihil enim fere eſt qđ cōuictꝰ
aſſiduus in hominum ingenijs non poſſit : quod
ſi teipſum conſulere tecumqꝫ q̃ cum alijs loqui
malueris:nunqꝫ deſinam de te grādia ſperare teqꝫ
feliciſſimum iudice te dicere: ⁊ inuidioſum magis

extimare q̄ꝫ miſerum. Et ſi ad credēdum alijs ꝓ-
nus es: cur ꝛ mihi nō credis ueriora ſimul ꝛ gra
tiora referenti? Nō tu (mihi crede) corruiſti: nec
corrues quidem niſi uelis: nullam ignominiaꝫ paſ
ſus es: ſed adeunde glorie pennis in limine optio
nem habes: utrum glorioſus incedas an retroce-
das inglorius. Non labor eſt iſte ſed reqes: nō exi
lium ſed libertas. Quam olim mira celeritate fu-
giētez querebaris: occurrētem ultro complectere:
Quo loco Et que tāta fuit Romam tibi cauſa vidēdi? Liber
tas que ſera tm̄ reſpexit inertem. Ille in ſmone pa-
q̄ren- ſtorio ut libertatem inueniret pꝛiam ſe reliqſſe glo-
da ſit riaī: tu phūs defles? Uixiſti alijs diu: incipe iaꝫ tā
liber- dem tibi viuere. Nemo ꝓperaſſe te arguet: qui nec
tas ꝑus incepis q̄ꝫ paſtor ipſe Maroneus: ſed candi-
dior poſtq̄ꝫ tondēti barba cadebat: oē tēpus ab in-
eūte etate ciuibus tuis cōdonaſti: retribuerūt inex
timabilis rei ꝑpetuam largitatem: ꝛ ut longe vite
H religas ſaltem tibi hēas decreuerūt. Agnoſce ciui
tatis aium: ꝛ hinc ꝓpꝛiam erga illam munificenti
am ꝯtēplare: que tāta fuit ut egētiſſimas lꝫ ſui ma
nus pſeuerādo laxauerit: utere letus īmunitate ti-
bi nūc cōceſſa ſic patrie tue menia tanq̄ꝫ ingetuꝫ li
bertatis ꝓpꝛie carcerem recordare euaſiſti. Et (qđ
magnum eſt) ꝯtigit iubētibus abire cuſtodibꝰ inſa
nis: ſiqd forte cōmittis ut redeas: Ad illa potius te
ꝯuerte qbus adoleſcētiam dedicaueras: que robu
ſtiores annos tuos feciſſent utiqꝫ tranquillos: niſi
quam adhuc deſideras patria uetuiſſet. Faciēt au
tem ꝓfecto placidiſſimā ꝛ uenerabilem ſenectutē:
nec exilij mō ſed fortuitarum rerum oium ꝯtēptri-
cem: De ſtudijs liberalibꝰ loquor: ꝛ pſertim de il-
la pte phis que vite magiſtra eſt. Hec tu nunq̄ꝫ aio
ꝓrſus itermiſeras: ꝛ ſi parūper ab eis te ciuilium
negociorū impetus arceret: Nūc vō his qm̄ nihil
obſtat: totus incūbe: teqꝫ melioribus auſpicijs no-
ue vite offer: ꝛ talibus aium exerce muneribꝰ. Re
lege ueterum hiſtorias: quātas emulationes Ro-
manoꝝ ducum ꝛ qdem illuſtrium hinc repis exor
tas: ꝙ aut ſe qſqꝫ q̄ꝫ pꝛimum extra pꝛiam mitti uel-
let aut ſerius reuocari: Cur queſo: niſi qꝛ dulce na-
talis ſoli caruiſſe dulcedine: dum latiorem alibi v̄
tutis exercēde mām inueniret? Celebꝛatis comiti
is ſolebāt cōſules ꝓuincias ſortiri: ꝛ illam genero
ſior aius optabat in qua piculi plurimum videbat
nō ꝙ per ſe qſq̄ꝫ hoium niſi amens picula ſeu diffi-
cultates eligat: ſed ꝙ v̄tutis ſplēdor in illis facilli-
me videaī appere. Quapꝛopter ſiue exilium hoc
I tuum leue eſt: ꝛ importuna querela eſt: inter blan-
da uociferātium: Siue durum ꝛ moleſtuꝫ qđ po
pulus aſſerit: ego aūt aduerſor: nec tm̄ ideo ſiquid
uſq̄ꝫ uetuſte indolis remāſit erit viro digna queri-
monia: oblatum ſibi ſpōte deplorātis: qđ alijs am
biī: locus hic quem tibi magiſtratus ordinaret ꝓ-
uincia tua eſt: Nō pn̄t oēs cum ingenti exercitu in
Africam trāſire: detractoqꝫ ex Italia Hānibale: in
Ad v̄ feſtam oppugnare Carthaginem: Non poſſunt ali
te ro- as ex alijs ꝓpagādo victorias: nūc rebellātes Hi
māos ſpanias: nūc obſeſſa pdonibus maria: nunc Arme-
triū- niam ac Iudeam: ꝛ totius orientis regna penetra
phos re: Non omnibus datum eſt aut fractis Numi-
die viribus ꝛ continuatis imperijs a meridie: in
boreaꝫ arma transferre: bꝛeuiſſimoqꝫ tempore tin-
ctum Libyco ſanguine: theutonicis ac Cymbꝛicis
merſare cruoribus: aut gallicis late pdomitis: ꝛ
regibꝰ ad violētam ꝯfeſſionem Romane virtutis
adductis: Hinc rheni: illinc oceani clauſtra perrū-
pere: ꝛ Germaniam atqꝫ Bꝛitāniam vno impetu
calcare: Nec oibus cōtingit: ante curruꝫ reges ca
ptiuos agere: Nec enim Scipionibus: Pōpeijs:
Marijs: Ceſaribus: Amilijſqꝫ reſeruata ſūt: His
ꝛ ſimilibus viris abſētibus certamē fuit cum ho
ſte lōginquo: tibi cuꝫ exilio pugna eſt: cuius impe
tum nō feres modo: ſed repelles ꝛ cōteres ſi cupi
as quodcūqꝫ neceſſe eſt. Si animo tuo pſuaſeris
vnicum aduerſus aſpera clypeum eē patiētie: ꝛ il
lam ſaluberrimam Cleātis uocem: in latinum ab
Anneo Seneca trāſlatam: in tuum pectus alte de
miſeris: Ducūt uolētez fata: nolētē trahunt. Uale.
¶ Frāciſci Petrarche ad Ioannem Colūne: Epłas
illius auidiſſime ſuſceptas narrātis: ſtatumqꝫ ip-
ſius ꝓſperuꝫ audire optātis: aias etiā multa pati
ex corporum ſocietate exponētis. Epiſtola.XVI.
X itinere medio redeuntem: Epłam tuam A
e auidiſſime ſuſcepi: Optabam enim ſolito
etiam ardētius ſtatum tuum ꝓſperum au
dire: ꝙ amoris comites çelus: ꝛ timor per abſenti
am creſcūt. Angebar aūt ꝛ turbatum erat cor me
um: qm̄ ꝛ turbatum te diſceſſiſſe noueram: ꝛ hos
qui turbationi tue materiam pbuerant: nefarij uo
ti cōpotes videbam ſub oculis meis uelut trium-
phaliter obſeruari: ꝙ ꝛ te in exilium pepuliſſent:
ꝛ me pſentia oris tui cōuictuqꝫ ſobꝛio ac delecta
bili ſpoliaſſent. Terruerant quoqꝫ me viſa mea ꝛ
ſomnioꝝ imagines: que turbulēte miris modis ꝛ
infeſte ſemel ꝛ iterum animam dormiētis imple-
uerāt: nō ꝙ ignorarem ſomnijs temere nō haben
dam fidem: ſed ſic eſt: hoc iter ingreſſus ſum: iter
dico: vite huius labētis ad mortem: in quo ꝛ eſtua
re oportet ꝛ algere: ꝛ famem ꝛ ſitim ꝛ ſomnium
ꝛ ſomni minas atqꝫ ambages ꝛ quietem turbidā
ſentire. Deniqꝫ multa pati: donec illa dieſ expecta
ta pijs: formidata nocentibus: mortalem hūc nos
exuat amictum: ꝛ aios nitētes ad ſupera de com
pedibus tādem huius caliginoſe ſtationis eripiat
Interea fateor nec lōga eſt via paſſionum inſulti-
bus: qcquid de his aut ſedandis aut tollēdis phi-
loſophi diſputēt: qcqd in ſe alij ſentiāt: adhuc ual-
de ſum obnoxius: hec mihi naſcēti lex cum corpo
re data eſt: ut ex eius cōſortio multa patiar: aliter
nō paſſurus. Secretorum nature cōſcius poeta: B
ubi animabus humanis ineſſe quēdam igneuꝫ vi
gorem ꝛ celeſtem dixit originem: excipiendo ſub-
iunxit: Quantum nō noxia corpora tardāt: Terre
niqꝫ hebetāt artus moribundaqꝫ membꝛa: Hinc Uir.vj.
metuūt: cupiuntqꝫ dolent: gaudentqꝫ: neqꝫ auras enei.
Reſpiciūt: clauſe tenebꝛis ꝛ carcere ceco. Sic erā
igiī admirās: ꝙ de te poſt digreſſum tuum aures
meas nulluſ rumor impulerat: duꝫ ecce littere tue
mihi oblate ſūt: agnoui ſignum: ꝛ iam ſecurior le
gi. Ceterum qꝛ nūcius mirum immodum feſtina-
bat: ꝛ res pluribus uerbis egere videbaī: reſpon
ſionem diſtuli in diem alterum: quam iam hinc tri
partitam fore ꝓuideo: ꝙ tua quoqꝫ de rebꝰ uarijs
triplex eſt querela: Unuꝫ qđ bꝛeuiter dici poterat
nō fuit cōſilium differre: me ſcilicet peccatoꝝ meo
rum nodis implicitum: nōdum in portum potuiſ-
ſe cōfugere: ſed in eadem tēpeſtate qua me diſce-
dens reliquiſtii: actatum fluctibus herere: ne qcq̄ꝫ
ſepe retentantem uela facere: ſiquis meus uentus

ab occidēte conſurgeret:hoc tamē ſolo letū ⁊ deo gratias agentem:ꝙ te ſaltem per multos labores euaſiſſe video:ꝙ nauicula tua ex eiſdem periculis ueniēs:aut portū tenet:aut pleno ſubit oſtia uelo. Deinceps expeditior caſibꝰ meis occurram ꝙ ⁊ conſequendi deſiderium inceſſit:⁊ gemine ſollicitudinis dimidia parte liberatus ſum.Uale.

¶Franciſci Petrarche ad Joannem Columne:amicitiam amicorum abſentia non poſſe defraudari comprobātis. Epiſtola.XVII.

A f Perabam ex te magnificum aliquid audire:Sapientia enim tua iampridē mihi videbat̄ finem impoſitura querimonijs:quibus ſtolidum vulgus ⁊ ingratum perſonat.Longe vero fallebar(ut video) atqꝫ utinā ſubmiſſum liceret ab alio ſuſpicari:⁊ non proprijs tuis digitis querulum illud chirographū conſtaret:in quo reʒ vnam exiguam multis uerbis pene muliebriter deplorasti:Cuius lamentationiſ ſumma eſt:te acerrime atqꝫ inconſolabiliter doluiſſe ꝙ huiꝰ exoptatiſſimi atqꝫ optimi ducis noſtri:meamqꝫ ⁊ amicorū faciem videre deſieris.Motū te de digreſſu ſubito turbatumqꝫ non dubito:manſuetudineʒ namqꝫ animi ⁊ ſuauitatem morum tuoruʒ noui:qui omnino cum ulla ſeueritate aut habitu mentis aſperiore nō conueniūt.Unde tū hic tam imodicus dolor non intelligo:Innumerabiles cauſe ſegregant amicos:Amicitiam ueram nulle qua p̄ſente amicus abſens eſſe nō poterit:Quātū enim locorum interuallis ab amicorū cōuerſatione diſiūgimur: tātū abſētie detrimētū aſſidua cōmemoratiōe diſcutimus:Cuius ſi tanta vis eſt ut morte ſuperata defunctos etiā amicos pro viuentibus celebremꝰ quod poſt obitum iunioriſ Africani:ſapientiſſimo ⁊ diuʒ Romanorum in amicitia glorioſiſſimo viro Lelio docente didicimus:qd tam magnum eſt ſi abſentia ſimiliter victa:longe poſitos amicorum vultus pro p̄ſentibus habeamus? Apud poetam ſcriptum eſt:Herēt infixi pectore vultus:uerbaqꝫ. Et iterū:Abſentem abſens auditqꝫ videtqꝫ.Ergo inſanus ⁊ obſcenus amor hoc poterit:pius ac ſobrius nō poterit?Immo vero multo amplius eodeʒ

B poeta dicēte:Ante leues ergo paſcentur in ethere ceruí:Et freta deſtituent nudos in littore piſces. Ante pererratis amborum finibꝰ exul.Aut Arariʒ Parthus bibet aut Germania Tigrim:Qȝ noſtro illius labat̄ pectore vultus.Lelius ipſe de amiciſſimo viro loquēs:vide q̄bus uerbis utat̄.Uirtutē inquit illius viri amaui:que extīcta nō eſt:Tu quare nō dicis:virtutē illius aut illorum amo:que abſens aut longinqua non eſt:ſed ante oculos meos omni tēpore uerſat̄:⁊ in honore ſemper erit apud me.At iucūdiſſimum eſt amicos p̄ſentes habere: intueri frontem atqꝫ oculos:viuis eos uocibꝰ alloqui:⁊ colloquētium admotis auribus uerba percipere.Neqꝫ enim(q̄n in hac re poeticis teſtimonijs uti uacat)ſine quadam animi dulcedine legimus: Anchiſen filij occurſu alacrem:tenſis ad celuʒ palmis ⁊ profuſis lachrymis dicere:Datur ora tueri nate tua ⁊ notas audire ac reddere uoces. Nec ego q̄dem aduerſor dulciſſimam eſſe p̄ſentiaʒ amicorum:Quis enim hoc negauerit niſi inhumanus ideʒ ac ferus?Sed tu mihi negabis:abſentiā quoqꝫ ſuas habere uoluptates:niſi totaʒ fortaſſis amicitie pulchritudineʒ que latiſſime patet ad oculos ſolos reſtringimus:⁊ a ſede eius que eſt in animo ſeuocamus:qđ ſi fieri ceperit:anguſtiſſima q̄dem area reſtabit ubi ſe amicorū charitas oblectet.Ut

C enim mortem:ut carcerem:ut egritudines:ut peregrinationes ſeu neceſſarias ſeu uoluntarias ſileaʒ quis quotidianas nature neceſſitates:ſomnuʒ:fameʒ:ſitim:eſtus:algores:laſſitudinem:q̄s ſtudiorum aliarūqꝫ rerum occupationes innumeras explicet:quibus etiam in eadem domo:ne dicam urbe:degentium:nec vultus aſpicere:nec ſemper uoces audire permittimur?Ita eui breuiſſimi reperitur amicitia:quam lōgiſſime vite:nō equeuā modo:ſed(ut dixi)ſuperſtitē eſſe decuerat.Quis aūt locus in amicitia relinquet̄ Appio ceco?(ceteros enim in eadem cōditione poſitos taceo)Ille mihi primus occurrit:queʒ oīno credibile nō eſt ꝙ oculos nō habuerit nec amicos habuiſſe:qui vniuerſe reipublice talis fuerit amicus. Quid eſt ergo ꝙ tantope lugeas abſentiā:quaſi hec tibi poſſit amicitiā ſurripere:cum illa nihil in hac neqꝫ ceteris rebus tuis:niſi quātū tu ſibi permiſeris poſſit?Memento potius queſo:nō q̄ longe ſis corpe(q̄ꝫuis q̄d longinquum videri poteſt in hac puncti vnius breuitate:cuius nos homines vix integram particulam incolimus)ſed eſſe in tua poteſtate ut animo ⁊ cogitationibus preſens ſis.Hoc igitur vno quo potes modo nos iugiter aſpice:litterarū idētidē frequēti cōmertio teipſū nobis oſtēde.Uale.

¶Franciſci Petrarche ad Joannē Colūne:expectationeʒ de futuris amputandā eſſe ut quiete viuat̄: perſuadentis. Epiſtola.XVIII.

A m Oleſtiſſimam moram traxiſſe te Nicie indignando deſcribis:per menſem integruʒ expectantem aliquaʒ nauem que te in Italiam p̄ferret.Atqui in Italia tūc eras dum ad Italiaʒ ſuſpirabas:Ita dico ſi(qđ poetis atqꝫ coſmographis placet) Italie terminus uarus eſt: intra quem a parte Italie ciuitas illa ſedet: Sed utiqꝫ de re cōſtat:interioreʒ Italiaʒ in ainmo habebas ⁊ pro Italia Romam dicere uoluiſti.Sentio iam morbi huius originem:expectationibus enim talibus plena eſſe ſolet adoleſcentia:qnarum illi etati qualiſqualis uenia debetur: ſenectuti autem que omnes ſpes ſuas iam poſt tergum ſpectare debet: omnis longa vite huius ⁊ anxia expectatio feda eſt.Tu itaqꝫ ſenior de te videris: Ego iunior de me loquar qui adoleſcentia iam exacta:etateʒ tuā adhuc longe(ſi quid hic longū eſt)ante me video. Ceterum quo rarius paſſionis huiuſmodi moleſtias experior:eo frequentiꝰ ueteris mali reliquias incuſo:eoqꝫ certius intelligo:virū prouectum nec preſentibus frangi nec futuris angi:ſed utrunqꝫ tēpus equa fronte deſpicere: ⁊ quicquid ſecum uel attulit uel premiſit paruipendere.Preſentia taceo q̄m ſermonē de futuris inſtitui:que mentes hoīuʒ uanis expectationibus ſuſpendunt:⁊ in q̄bus(niſi fallor)ridiculoſius erratur.Expectās alius peregrine nauis aduentum:totis diebus vndas proſpicit fluitātia longe(ut eſt apud Lucanū)Semp̄ p̄ma vidēs uenientis uela carine.Alius iāiam moturus a littore ſerenam celi tranquillitatem:uotis omnibus expoſcit:Iſte nulli honeſto negocio intētus id agit ſemper qđ agebat olim claſſis Iliace magiſter:ſurgit eniʒ impiger:⁊(ut ait Uirgilius) oēs explorat uentos atqꝫ auribꝰ aera captat:Sy-

Amicitia amicorū abſentia ſeparari nō poteſt

dera cuncta notans tacito labentia celo. Alter bea
ti ſenis herens tabulis: ſegnem mortem icrepitat
B Alter nuptias aut partum cõiugis. Amice noctez
alter expectans dies: horas momentaqꝫ dinume-
rat. Quid multa? Meminiſti credo in Philologia
noſtra: quam ob id ſolum (ut curas tibi iocis excu
terem) ſcripſi quid Tranquillinus noſter ait. Ma-
ior pars hominum expectando moritur: Ita eſt
pauciſſimos inuenies qui nõ toti ex incerto pẽde-
ant. Alexander Macedo: Julius Ceſar: multiqꝫ
alij uel noſtri uel externi duces: q̃ꝫ multa parantes
ab hac luce ſubtracti ſunt: ⁊ medijs eorum conati
bus mors occurrit: tãto (ut mihi quidem videtur)
difficilior: quanto inſperatior. Hinc eſt q̊ idez ille
Julius Ceſar: fragili carina in ancipiti tempeſtate
deprehenſus: cum mortez timere cepiſſet: hoc vnũ
videtur lamentari: ꝙ ingentes abruperit actus fe-
ſtinata dies fatis. Nouerat poeta quid maxime ta
li viro aut moleſtum fuiſſet in eo ſtatu aut eſſe de-
buiſſet: idqꝫ potiſſimum querelis inſeruit: Una eſt
autem aduerſus hũc morbum medicina primo gu
ſtu fortaſſis amarior: hauſtu autẽ ⁊ dulcis ⁊ placi
da: Animuz a terrenis abducere: ſi fieri poteſt: Si
minus: auellere atqꝫ extirpare radicit⁹: Quis enĩ
hoc plerunqꝫ cum dolore ⁊ offenſione ſenſuũ fiat
raro tñ (ut vides) amiſſa corporis abſqꝫ moleſtia
reſtauratur: quãto minus anime ſalus in quã ⁊ ue
hementiores morbi ⁊ frequẽtiores incidunt: Hoc
igitur fac ⁊ preſenti letus: nulla futuri tẽporis ex-
pectatione torqueberis. In Italiam inquis tranſi
re uolo: Nauim expecto uel quietũ mare. Sic di-
ces ſi cor tuũ rebus mũdanis adhuc viſco cõſuete
delectatiõis inheret. At ſi ſurſum nititur dices: In
C Italiaz tranſire uolo: quid enim magis expediat:
nouit deus: homines ignorant: Nauim aliquam:
ſed nõ minus aliquem expecto qui nauim nõ uen
turam nunciet: ⁊ utrunqꝫ rumorem equis aurib⁹
excipiam. Sed habeo inquies in Italia magnum
aliquid agere. Jam ſi quid tibi philoſophie ſtudiũ
cõtulit: vides (ut arbitror) quod extra Italiam ge-
ri nequit: magnum eſſe non poſſe: quotiens me ad
vnum locum coartaueris deſinit eſſe magnus co-
natus qui inter anguſtias cogit. Sed uolo in Ita
lia ſaltem mori ⁊ patria tellure cõtegi cupio. Qui
hec dicit adhuc Italicus eſt: vir magnanimus nõ
dum eſt: Quid enim puerilius q̃ꝫ curã gerere ubi
capillorum ⁊ vnguium purgamẽta: ubi ſanguinis
ſuperuacui uaſculum deponas: ubi ipſe iaceas nõ
curare? Certe ſi corpus conſideras: tua nihil inte-
reſt ubi ſit res a te olim poſſeſſa: nunc autem dere
licta ſi pateris ſi reluctaris ablata: Si ꝟo animuz
reſpicis: nullus eum locus aut ſtringit aut laxat
anguſtus: ⁊ ſiue ad celum aſcendẽdum: ſiue ad in
feros deſcendẽdũ ſit: vndecũqꝫ diſcedat vnus eſt
D labor. Sed dulce eſt ſuorũ manib⁹ ſepeliri: Que-
dam dulcia facit nõ inſitus ſapor: ſed corrupt⁹ mã
ducantiũ guſtus. Quid dulce dicitis aut nihil ſen
Unã tienti aut omne huiuſmodi obſequium cõtemnen
eẽ ex- ti? Una omnium eſt (ut ad ꝓpoſitum redeaz) expe
pectã ctãtium cõditio: dum uentura proſpiciunt: que ſũt
tiũ ꝯ- ante oculos nõ vident: damnum certum ſub ambi
ditio gua ſpe. Hec quidem utiqꝫ trãſeunt: Illa autez ra-
nem. ro plena fide ſuccedũt. Adde ꝙ uel ſuperuacua fe
re ſunt: uel dãnoſa ⁊ in caput noſtruz recaſura que
cupimus: ut ſicut ſepe reiectas indignatio: ſic libi-
tum prouectas uel faſtidium uel improuiſa perni-
ties ſequatur. Adhuc igitꝰ omnem ſpem: omne de
ſiderium auerte ab his fallacibus bonis. Incipe
vnum ſolum ⁊ uerum ⁊ ſummum bonum optare:
ſi tamen uſqꝫ ad hanc etatem rem apprime neceſſa
riam diſtuliſti: tunc diſcurrendi libido ceſſabit: ⁊
odium longioris more: tum ꝟo nõ mõ Nicie: ſed
(ſi ita fors tulerit) inter Libycas ſyrtes ſine mole-
ſtia ſtabis: rebus tuis cõtent⁹: nihilqꝫ aliud requi-
rẽs. Dicet aliqs: Nũquid illud ſaltem vnũ quod E
memoras: bonum expectandum erit: ut pñſens pre
ſenti gaudio deſiderãtem animam impleat? Mi-
nime. Si enim plene deſideras: ſi ſancte: ſi ſobrie
(aliter quippe tãta res optari nõ poteſt) iam quod
petebas tecum eſt: intus in anima illum quem di-
ligis quere ⁊ iuenies: nõ eſt ut eo potiaris exteri⁹
euagandũ. Et ſi quid forte reſtat adhuc: quod am
plius uelis aut cumulatius expectes: erit expecta
tio illa ſuauis ⁊ iucunda. Qui ad hanc regulam
ſe formabit letus: e cunctis mortalibus quotiens
exacta luce cubiculum intrabit: de preterito quidẽ
dicere poterit ſecurus Uirgilianum illud a Se-
neca relatum: Uixi ⁊ quem dederat curſum for-
tuna peregi: Et de futuro illud Horatianũ: Cras
uel atra nube celum patet occupato: uel ſole puro:
nec vnq̃ꝫ uenturi ſtudio pñſenti oblitus aut ſibi aut
alijs inutiliter etatem aget. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Joannem Colũne: ea que
accidunt aduerſa equo animo toleranda admonẽ
tis: leges etiam nature non recuſandas eſſe: cum
tam bona q̃ꝫ mala ex his proueniant exhortan-
tis. Epiſtola. XIX.

Uerelarum tuarum uocibus plenus ſum: A
q iam res ad faſtidium inclinat: iam mollici
em tuam ferre non ualeo. Neqꝫ enim ali-
ter q̃ꝫ ſi in hanc vitam nuper intraſſes ad occurſuz
rei cuiuſlibet expaueſcis: Pudeat inter lamen-
ta ſeneſcere: immo ꝟo pudeat olim ſenem pueri-
liter lamentari: Puerorum eſt ad omnia que vi- Pueris
derint obſtupeſcere: quippe quibus noua ⁊ admi oia eſſe
randa ſunt omnia: Senibus ⁊ preſertim eruditis noua: ſe
nihil nouum aut inopinatũ euenire ſolet: nihil ita nibuſ ni
qꝫ ſtupendum: nihil deplorandum. Unde igitur hil noui
tot querele de rebuſ aſſiduis: ⁊ ſm nature ſtatuta euenire
fluentibus? Portenta mouent animas interdum: ſolet
Si bicipitem puerum: ſi quadrimanum vides: mi
raris imbrem lapideum: bouis uerba: mule partũ
In annalib⁹ legimus: quotidiana deſpicimus. Tu
quid vidiſti ꝓpter quod nunc totus in admiratio-
nem ⁊ lamenta cõuerſus ſis? Admirando quidez
admirationem tuam cogis ut admirer: Non tam
grauiter in alio ferrem immoderatum hunc ſtupo
rem: Qui totiens mare tranſiſti: totiẽs medijs pe-
riculis enataſti: totiens e faucibus mortis erept⁹
es. Admirando ⁊ fortunam tuaz accuſando deſcri-
bis: paſſum te maris magnam (⁊ ut Satyrici uer
bo utar) poeticam tempeſtatem: atqꝫ ad littus vn
de diſceſſeras: flatu cõtrario impellente relatum:
Hanc tu maris iniuriaz exiſtimas? Natura eſt: di
gniorem querele cauſam preferres: ſi uel illud tibi
cõtigiſſet: quod quondaz Ceſarea claſſis inter Ita
liam Greciamqꝫ ſuſtinuit: quando per Hadriati-
cum mare glaciali uelut torpore cõſtrictuz curſuz
expedire non ualuit: Uel illud quod terra ſub pe-
dibus tremente Põpeianus exercitus tulit in Ly

B bia:ubi nullus poteſt cōſiſtere miles inſtabilis:raptis etiam quas calcat harenis. Nūc vō ſi per terrā rigidos lapides aut tumentes colles:ſi per mare fluctus incōſtantiam pertuliſti:nihil eſt quod lamenteris tanq̄ꝫ iniurioſa tibi fuerint elementa: ꝙ nature potius ſue paruerint q̄ꝫ uoluntati tue. Altera litterarū tuarum pars nō minus delicate ac flebiliter:te cum iam Piſis applicuiſſes:in moꝛbum diutinum incidiſſe memorat:nō aliter q̄ꝫ ſi in etate tam longa q̄d moꝛbus eſſet ignorares. Quomodo autem ſe aduerſus moꝛtem pꝛeparabit anim⁹: inter hec quotidiana tam querulus? Sed ne lati⁹ effundar:ampliſſima eniꝫ res eſt ⁊ uerborū egēs: Accipe bꝛeuiter quecūqꝫ de his querelis a me ip̄e diffuſi⁹ dici ſolēt: Nimiſ faciles ſumus ad accuſādum naturam:nemo deflet ꝙ naſcitur:nemo ꝙ viuit:at ꝙ egeſtatē ſentit:ꝙ labores patitur:ꝙ ſeneſcit:ꝙ egrotat: ꝙ moriť quiſqꝫ conqueritur:quaſi ſm̄ naturam minus iſta q̄ꝫ illa ſint: Et naſci ⁊ viuere ⁊ comedere ⁊ eſurire ⁊ doꝛmire ⁊ vigilare ⁊ laborare ⁊ ſeneſcere ⁊ egrotare ⁊ mori naturalia ſunt:ut nemo his moꝛtalium uacet:niſi cui foꝛte ſe neſcēdi neceſſitatem laborūqꝫ moleſtias ⁊ egritu-

C dinū neceſſitas moꝛtis p̄cipitata remiſerit. Quid igitur inutiles querelas effundimus? An q: nobis ſolis iſta cōtingunt:ſolis nobis lugere permiſim⁹? An quia omnibus:cunctorū ſimul in nos lamenta transfundimus ⁊ uelut humani generis ꝓcuratores naturam accuſamus immeritam? Odioſuꝫ ſane negocium ⁊ impoꝛtunum. Illa enim mitiſſima: nos beneficia eius per impatientiam exacerbauimus:in parentē optimam ingrati:in noſmetipſos impij. Oro itaqꝫ pater amantiſſime:etſi etatē hāc nō dedecet etiam cōſulo:ut q̄cquid euenerit:inducamus in animum ferre foꝛtiter: ferre moderate: ferre ſine eiulationibus ⁊ ſine ulla lamētatiōe muliebꝛi. Habuimus eniꝫ deliberādi(⁊ gratias chꝛiſto)habemus adhuc deliberata exequēdi ſpatiū: Et licet vulgus inſaniat:ſunt tn̄ nobiſ aliquāto magis ſobꝛij cōſultores:quorum potius monitis obſequēdum eſt. Nec te moueat vita mea quotiens epiſtolas meas legis:nec in frontē reſpexeris iſta ſuadentis. Uidiſti enim interdū pallentē medicū: qui ſuā nō poterat:alteri⁹ egritudinē curare. Uale

Medic⁹ aliqñ nō ſuaꝫ ſꝫ alteri⁹ pōt egritudinē curare

¶ Franciſci Petrarche ad Jacobum Columne: Epiſtolas illius iocoſis conuitijs refertas eſſe ſignificantis:de uarijs quoqꝫ rebus:non pauca etiaꝫ de laudibus urbis Rome adiungētis. Epiſtola.XX.

A [S]Emiſopitū epiſtole tue clamoꝛ excitat:quā iocoſis refertam conuitijs letus ridenſqꝫ perlegi. Et(ut pꝛimū uenienti iaculo pꝛius occurram)vide queſo pater optime de multis que cōtra me colligis:quantum ab intentione tua:pꝛima etiam ſcribentis uerba diſcoꝛdent. Mirari ſolitum te ais ꝙ mundum in etate adhuc tenera ſic artificioſe decipiam:ut ſcilicet ars hec ſit tam experientie q̄ꝫ nature. Panegyricum pluriuꝫ certe uerborum:ſed minime amplioris glorie ceciniſſe mihi poteras. Mundus deceptoꝛ generis humani: quot vitam laqueis implicitam:q̄ꝫ amare dulcedinis aſperſione cōmēdet:nouit quiſqꝫ apertis oculis iter hoc agit. Cuius ⁊ nos fraudibus de induſtria fauemus:ſtudioſeqꝫ ut ipſi nobis ignoti ſim⁹ aduerſus Apollinis conſilium laboramus. Hunc ſuperbia inflat ſub ſpecie magni ⁊ excelſi animi: Illum malitia ⁊ fraus ⁊ quicquid pꝛudentie pꝛoximum videtur:ſub amictu finitime virtutis infatuat. Ille ſe foꝛtem putat inhumanus ⁊ ferox:hic ſe humilem uocat timidus ⁊ imbelliſ. Eſt ⁊ quē titulo frugalitatis auaritia ſollicitet: ⁊ quem pꝛodigalitas ſpem largitatis exhauriat. Perſonata ſunt vitia ⁊ immania monſtra:foꝛmoſis ſub pellibus delitescunt. Accedit delectabilium ſed tranſituraruꝫ immo vō tranſeuntium ac fugientium rerum turba: Ambitio honorem nobis ⁊ plauſum auraſqꝫ vulgares: Luxuria blandas ⁊ uarias uoluptates pecunia plurimarum rerum ſufficientiam oſtētat: Nullus hamus ſine eſca:nullus ſine viſco ramus: nullus laqueus ſine ſpe. Accedit humana cupiditas: pꝛeceps inopſqꝫ conſilij ⁊ falli facilis ⁊ inſidijs oppoꝛtuna. In hoc igiť ancipiti ⁊ lubꝛico ⁊ ſuſpecto itinere:ſi quem foꝛte tam cautum uel natura uel ſtudium feciſſet:ut mundi fraudibus eluſis:mundum ipſe deciperet:frontem ſcilicet oſtendens populo ſimilem:tota intus mente diſſimilis: quem tu hunc virum diceres? Nūc tamen ubi querimus? ⁊ natura optima ⁊ etate ſolida ſimul ac ſobꝛia opus eſt: ⁊ alienorum caſuum obſeruatione ſollicita: Tu tamen hoc mihi nomen imponis immenſum quidē(modo non irrideas)quod ſi hodie ueruꝫ non eſt:deum oro:qui potens eſt etiaꝫ ab inferis excitare:ut ueruꝫ fiat anteq̄ꝫ moriar. Sꝫ quo hinc iocando ꝓgrederis? multos fictionibus meiſ opiniones de me concepiſſe magnificas. Fuit ars hec fateoꝛ:quibuſdam ex illuſtribus viris:ut ingenio quodā ueras virtutes mirātibus: Hinc ⁊ Nume Pōpilio diuini colloquij: ⁊ Publio Africano diuine etiaꝫ ſtirpis fama queſita eſt: Mihi ars ea nō cōpetit:nihil habeo quod oſtentē: ⁊ tamen neſcio quis me ab incunabulis ſuperuacuus fati fauoꝛ inſequitur:notioꝛ ſuꝫ q̄ꝫ uelīꝫ: ⁊ ſcio de me quātuluſcunqꝫ ſim:in utramuis parteꝫ multa iactari: quibus ego nec depꝛimoꝛ nec extolloꝛ. Scio populi totidē fere mendacia eſſe quot uerba: Et hec quidem hactenus: Neqꝫ eniꝫ ut turbe diſpliceā: magnopere laborandū eſt. Necdū deſinit urbanitas tua:dicis me non modo vulgus inſulſum ſed celū

C ipſuꝫ fictionibus tentare. Itaqꝫ Auguſtinū ⁊ eius libꝛos ſimulata quadā beniuolētia cōplexū:re autē uera a poetis ⁊ philoſophis non auelli. Quid autē inde diuellere:ubi ipſuꝫ Auguſtinū inherētē vides? quod niſi ita eſſet:nunq̄ꝫ libꝛos de Ciuitate dei(ut reliqua ſileā)tanta philoſophorū ⁊ poetarū calce fundaſſet. Nunq̄ꝫ tantis Oratorum ac Hiſtoricorum coloribus exoꝛnaſſet. Nimirū: Nūq̄ꝫ enim in ſomnis ad tribunal eterni iudicis tract⁹ acceſſerat Auguſtinus meus ſicut Hieronymus tuus: Nunq̄ꝫ expꝛobꝛari ſibi Ciceronianuꝫ nomē audierat:quod cū audiſſet Hieronymus fideq̄ꝫ dediſſet:ꝙ nunq̄ꝫ amplius libꝛos gentilium attingeret:q̄ꝫ diligenter ab omnibus:ſed a Cicerone pꝛeſertim abſtinuerit: noſti. Auguſtinum vō cui nullo ſomno interdictum erat:non ſolum familiariter illis uti nō puduit:ſed ingenue etiam fateri:ſe in libꝛis Platonicoruꝫ:magnā fidei noſtre partē inueniſſe: ⁊ ex libꝛo Cicerōis qui uocať Hoꝛtēſiuſ:mutatiōe mirabili ab omni ſpe fallaci ⁊ ab inutilibuſ diſcoꝛdātiū ſectarū cōtētionibus auerſum:ad ſoli⁹ ueritatis ſtudiū fuiſſe ꝯuerſuꝫ: ⁊ lectiōe libꝛi illius inflāmatū:ut mutatis affectib⁹ ⁊ abiectis uolupta

Auguſtinū ex libꝛis platonis: ⁊ Ciceronis Hoꝛtēſio ad chꝛiſtianā religionē multa trāſtuliſſe

tibus uolare altius inciperet. O virum ineffabilē
dignumqꝫ quem cicero ipſe pro roſtris laudet cui
qꝫ publice grates agat ꝙ inter tam multos ingra-
tos: vnus uelit eſſe gratiſſimus. O virum magnifi
ce humilem ⁊ humiliter excelſum: nō qui alienis
plumis ornatus auctoribus hic inſultet: ſed qui iā
chriſtiane religionis fluitātem puppim inter here
ticorū ſcopulos agens preſentiſqꝫ magnitudinis
ſine arrogātia ſibi cōſcius ueritatem primordiorū
ſuorum ⁊ adoleſcentie rudimenta cōmemoret: ⁊
doctor tātus eccleſie nō erubeſcat ducatum Arpi
natis hominis licet alio tendentis. Cur autem eru
D beſceret? Nemo dux ſpernēdus eſt qui viam ſalu-
tis oſtendit. Quid ergo ſtudio ueritatis obeſſe po
teſt: uel Plato uel Cicero? quorum alterius ſchola
fidem ueracē: nō modo nō impugnat ſed docet ⁊
pdicat: alterius libri recti ad illam itineris duces
ſunt. Eadem ⁊ de alijs dici poſſent: ſed piget in re
notiſſima teſtes ſuperuacuos conquirere. Nec tñ
ideo negauerim multa apud illos eſſe: que vitari
oporteat: cum ⁊ apud noſtros quedā ſint pericu
loſa incautis: ⁊ Auguſtinus ipſe in quodam opero
ſo uolumine de uberrima meſſe ſuorum ſtudiorū
internaſcentis erroris lolium pprio pollice decer-
pat. Quid ergo? Rara lectio eſt que periculo ua-
cet: niſi legēti lux diuine ueritatis affluxerit: quid
ſequendum declinādum ue docens. Illa autē du
ce ſecura ſunt omnia: ⁊ que nocere poterāt: iā ſyrti
bus ⁊ charybdi: aut famoſis in alto ſcopulis noti-
ora ſunt. Ut vero iam tandem huic laſciue calūnie
finis fiat: Uero ne an falſo Auguſtinum aio cōple
ctat: ipſe nouit: Etenim ubi nec fallere vult quiſqꝫ
nec falli poteſt. Unde deuiavite mee erroreſqꝫ cer
nentem miſereri arbitror: pſertim ſi adoleſcētie ſue
meminit: quam uagam ⁊ aberrātē miſeratꝰ oipo-
tens retraxit ad rectum iter: ⁊ nunc pro arenoſis
Africe littoribus: ubi aliqꝫdiu noxie delectatꝰ uer
gebat ad mortem: eterne frondētis Hieruſalem ſi-
ne fine municipē eſſe dedit. Inde mihi fauet: inde
me diligit: qd enim dubitē: cū audiam in eo libro
quē de uera religione cōſcripſit: eū ſpe firmiſſima
dicentem: Quiſqs angelorū deū diligit: certꝰ ſum
ꝙ me diligit? Si enim ille cōtēplatiōe cōis dei an
gelicū amorē ſibi pmittere nō metuit cū ſit homo
audebo ⁊ ego qui homo ſum amorē humanū ani-
E me illius ſacratiſſime que nunc celo fruit: ſperare.
Sed enim nouis hic ſalibꝰ aſpergor. Ais enim mi
hi phiſica etiā nūc ⁊ poetica ruminātī Auguſtini
dicta quaſi quedā ſomnia videri. Melius dixiſſes
Illa relegēti: totā mihi vitā meā nihil videri aliud
qꝫ leue ſomniū fugaciſſimumqꝫ phantaſma. Itaqꝫ
lectiōe illa excitor interdū: uelut e ſomno grauiſſi-
mo: ſed urgente mortalitatis ſarcina: palpebre rur
ſus coeunt ⁊ iterū expergiſcor: ⁊ iterū ⁊ iterū ob-
dormio. Uolūtates mee fluctuāt ⁊ deſideria diſ-
cordāt: ⁊ diſcordādo me lacerāt. Sic aduerſus in
teriorē hominē exterior pugnat: nūc dextra igemi
nās ictꝰ: nūc ille ſiniſtra: nec mora: nec reqes: ⁊ ſi
pater eternus uoce plia dirimens fuſū Dareta de
manibus Hentelli ardētis eripiat: vincet exterior.
Quid multa? Adhuc de fine ſuū incertꝰ viuoqꝫ in
ſpe ad victorē mortis exclamās: Eripe me his in-
uicte malis: Da dextrā miſero ⁊ tecū me tolle per
vndas: Sedibꝰ ut ſaltē placidis in morte qeſcam.
Sed nihil iocis lētius: nihil flexibilius: quocunqꝫ

traxeris ſequūtur. Quid ergo ais: finxiſſe me mihi
ſpecioſum lauree nomen: ut eſſet ⁊ de qua ego lo-
querer: ⁊ pter quā de me multi loquerētur: rem
autē uerā in animo meo laureā nihil eſſe: niſi illam
poeticā ad quā aſpirare me longū ⁊ idefeſſum ſtu
diū teſtatur: de hac aūt ſpirāte laurea: cuiꝰ forma
captus videor: manu facta eſſe omnia ficta carmi-
na: ſimulata ſuſpiria. In hoc vno uere ut iocareris
ſimulatio eſſet: utinā: ⁊ non furor: ſed crede mihi:
nemo ſine magno labore diu ſimulat: laborare au
tē gratis: ut inſanus videaris: inſania ſumma eſt.
Adde ꝙ egritudinem geſtibꝰ imitari bene ualen-
tes poſſumus: uerum pallorem ſimulare nō poſſu-
mus. Tibi pallor: tibi labor meus notus eſt. Itaqꝫ
magis uereor: ne tu illa feſtiuitate Socratica quā
Ironiam uocant: quo in genere: nec Socrati qd ce
cedis morbo meo inſultes. Sꝫ expecta: ulcus hoc
cum tempore matureſcet: uerumqꝫ fiet in me Cice
ronianum illud: Dies vulnerat: dies medet. Atqꝫ
aduerſus hanc ſimulatā (ut tu uocas) lauream: ſi-
mulatus ille mihi etiam Auguſtinus forte profue
rit: multa enim ⁊ grauia legendo: multumqꝫ medi
tando: Anteqꝫ ſeneſcam ſenex ero. Quis autē erit
facetiarum modus? Ubi deſines? Quid ais? Tē-
ptatum te quoqꝫ fictionibꝰ meis ac ppe deluſum:
immo vero deluſum aliquandiu expectaſſe me Ro-
me: ſimulantem ingens uenīēdi teqꝫ reuidendi de
ſiderium: tādem (qđ ſpectatores callidi in circula
torum preſtigijs ſolent) aperiēti tibi oculos ⁊ in
artes meas profundius intendenti: omnem inge-
nij mei ſcenam patuiſſe? Deus bone quid hoc eſt?
Calūniando tu qdem facies ut magus ſim. Iam
Zoroaſtres videri mihi incipio repertor magie: ſi-
ue vnus ſuorum. Eſto ſim Dardanus uel Dami-
geron uel Apollo uel alius ſi quem ars ea notiorē
fecit: parum ne preſtigij eſt: preſtigiatorem uerbo
facere? Sed iam ſatis ſuperqꝫ iocū traximus: Se-
rio uelim mihi reſpondeas. Ceſſet qꝫuis ardor fa-
ciem tuam videndi: quem laborioſiſſime in quar-
tum annum iam protraxi: dū cogito: ecce ille cras
aderit: ecce tu poſtridie mouebis: excidat qdā cu-
rarum nō mediocris cumulus: quē cū nullo mor-
talium niſi tecum equo animo partirer. Quieſcat
affectus cernēdi preclariſſimum patrem tuū: ma-
gnanimos fratres: honeſtiſſimas ſorores: exopta-
tos amicorum vultus: quāti demū extimaturum
reris: menia urbis ⁊ colles: ⁊ (ut ait Uirgiliꝰ) Tu
ſcum Tyberim ⁊ Romana palatia cernere? Cre-
di nō poſſet: quātum urbem illam (deſertā qꝫuis)
⁊ ueteris effigiem Rome ſpectare cupiā: quā nun
qꝫ vidi ubi ſegnitiem meam (ſi tñ ſegnities ⁊ non
neceſſitas fuit) incuſo. Exultare mihi videt Sene
ca ad Lucilium ſcribens: ex ipſa villa Scipionis
Africani: nec modicū ducit: vidiſſe locū ubi ille vir
tantus exulauerat: ubi negata patrie oſſa relique-
rat: Qđ ſi ɔtigit Hyſpano homini: qd me hominē
Italicum ſentire putas? Non de villa Literni: aut
de Scipionis ſepulchro: ſed de urbe Roma: ubi
Scipio natus eſt: ubi educatus: ubi victor idē ⁊
reus pari gloria triumphauit: ubi non vnus ille: ſꝫ
innumerabiles vixerunt viri: quos nunqꝫ fama ta
citura eſt. De ciuitate inquam illa: cui nulla ſimilis
fuit: nulla futura eſt: que ciuitas regum etiā ab ho
ſte dicta eſt. De cuius populo ſcriptum legimus:
Magna eſt fortuna populi Romani: magnum ⁊

De laurea ſua qd ſentiat Petrarcha

F

Zoroaſtres magie repertor

G

Laudes Rome

terribile nomen:cuius ſine exēplo magnitudinem
atq; incōparabilem monarchiam:futuram p̄ſentē
ꝙ diuini cecinerunt uates. Neq; ego nūc Roma-
nas proſequor laudes:maior res eſt q̃ ut poſſit a
tranſcurrente tractari:ſed hec curſim attigi:ut in-
telligeres nō paruipēdere me Regine urbis aſpe-
ctum de qua infinita perlegi: ⁊ ipſe multa iā ſcripſi
plura forte ſcripturus:niſi primordia mea p̄cipita
D ta dies mortis abrumpat. Finge me his nequaq̃
tangi:q̃ dulce tñ eſt chriſtiano animo urbem cer-
nere:celi inſtar in terris:ſacroſanctis martyrū ner
uis atq; oſſibus cōſertam: ⁊ ueri teſtinm precioſa
cede reſperſam:Uidere uerendaʒ populis ſaluato
ris imaginem: ⁊ in ſaxo duriſſimo:eternum genti
bus adoranda ueſtigia:Ubi ad litteram luce cla-
Yſaie. rius impletum cernit̄ illud Yſaie:Et uenient ad te
lx. curui filij eorum qui humiliauerūt te: ⁊ adorabūt
ueſtigia peduʒ tuoruʒ omnes qui detrahebāt tibi.
Circūire ſanctorum tumulos:uagari per apoſtolo
rum atria melioribus iam curis comitantibus: ⁊
inquieta ſollicitudine vite p̄ſentis in littore Maſ-
ſilie deſtituta. Que cū ita ſint:qd me ſegnē uocas:
cū ſcias ꝙ iter meū ex alieno pēdet arbitrio? Ego
meipſum tibi dederam:paruū qdē ſʒ ꝑpetuū mu-
nus:Tu me alteri parere uoluiſti:ſi alter ꝓprie di
citur talis ⁊ taʒ vnanimis germanus:nihil hic mi
hi cōſcius ſum:ſi culpa eſt uel tibi parce uel fratri.
In extrema litterarum parte ueritus forte ne lepi
diſſimis iocis tuis offenderer (Solet enim leonis
quantumlibet blanda cōtrectatio animātia parua
proterrere) ſuaue olentis vnguenti drachmā adhi
bes:ubi pupugiſſe videbare:dum me ad te aman-
dum:immo vo ad tibi reddēdas amoris vices pre
Dolor ⁊ dulciter cohortaris. Quid dicā? Multa loqui nō
gaudiū magis dolore q̃ gaudio prepedimur:hoc vnū me
ipediūt tacentem nō ignoras:uſq;adeo ſaxeus nō ſum:ut
multa lo ad tam debitum amorem ſit mihi neceſſarius hor-
qui uolē tator:atq; utinam in amando non magis freno q̃
tem calcaribus egerem:Tranquillior iuuenta ſequere-
tur:hoc ſaltem oro ne finxiſſe me fingas. Uale.

Franciſci Petrarche ad Agapitum Colūne:mor-
tale genus ſemper in peius ruere: ac poſthabitis
melioribus deteriora curare ſtudioſius:deteſtan-
tis. Epiſtola.XXI.

A On miror in te, quod in omnibus ſtupeo:
n in me autem queror ⁊ lugeo:publicum ma
lum eſt. Que negligi ſine periculo poterāt
certatim querimus:quod apprime curanduʒ erat
publice negligitur. O q̃ fertilis ager:q̃ domus cō
poſita:q̃ obſequioſus ſeruus:q̃ ſollicitus procu-
rator:q̃ ſplendida ueſtis:q̃ nitidus equus:q̃ pul
chra uxor:q̃ noſtri corporis ornata ſupficies:om-
nes curamus:q̃ pulcher ⁊ ornatus animus:curat
nemo:nec ſe curaturum ſpondet aut ſperat:ſed qd
primum eſſe debuerat:differimus ad extrema. O
ciues ciues querēda pecunia primū. Uirtus poſt
nūmos. Sic eſt hodie:ſic erat Flacci ſeculo:ſic erit
temporibus pronepotuʒ (niſi forte meliora de po-
ſteris auguramur) Utinam id quidem ſperare poſ
ſemus. Sed (ut res eūt:indies peiora conijcio:q̃
uis iam peiora vix poſſim nedum timere ſed finge
re) certe ſic viuitur:eoq; criminū ac furoruʒ uentū
eſt:ut ꝓcedi ulterius ſine publico p̄cipitio nō poſ-
B ſit. Nūc nunc impletū eſt quod ante tempus dixe-
rat Satyricus:Omne in p̄cipiti vitiū ſtetit:Enite
mur tñ pro viribus ut ſemper aliquid accedat in-
ſanie:Nec nunq̃ a maioribus tradite licentie fini
bus cōtenti erimus:nunq̃ cōmittemus:ut menti-
tus videatur Horatius:ubi ait:Etas parentū pe-
ior auis tulit nos nequiores:mox daturos proge-
niem vitioſiorem. Et (ut in tēpus aliud grauiorem
hāc querimoniam differamus) inſiſtentes cepto:
ſemper ueriſſimum faciemus:quod Marco Uar-
roni viro longe doctiſſimo viſuʒ eſt:quoniā ſi duo
decimam cure partē quā impēdimus ut piſtor bo
num nobis panem faciat: ipendiſſemus in nobis:
ipſi iam prideʒ boni eſſemus (ut de anulis:de cal-
ceis: de calamiſtris ſileam) Sic eſt proculdubio:
ſic erit:ſemper curabunt̄ ſuperuacua:ſemper neceſ
ſaria negligētur. In litteris tñ tuis clariſſime vir:
vnum de te bone ſpei pignus habeo:videris mihi
vim pati: ⁊ (qui proximus ad ſaluteʒ gradus eſt)
ſtatuʒ tue mentis agnoſcere:videris mihi indigna
tione magnifica: cum primum ſe facultas obtule-
rit ex his compedibus euaſurus. Uale.

Franciſci Petrarche ad Agapituʒ Columne:eun
dē ut ad Cenā poeticā ueniat iuitātis. Epl̄a.XXII

D cenam expectatus uenies:memorq; nō A
a hic cupidinariū forum eſſe:Poeticuʒ tibi
cōuiuium preſto eſt. Idq; non Iuuenalis
aut Flacci:ſed quale a Uirgilio paſtorale deſcribi
tur:Mitia poma:caſtanee molles: ⁊ p̄ſſi copia la-
ctis. Cetera duriora:inelaboratum ac rigidum pa
nem:fortuitum leporem aut peregrinā gruē:idq;
perraro: ⁊ callum fortaſſis apri rancidioris inue-
nies. Quid multa? Neq; locorum nec victus aſpe
ritas ignota eſt tibi. Itaq; non pedibus tm̄:ſed ut
facete Plautinus paraſitus ait:calceatis dentibꝰ
ut uenias:admoneo. Uale.

Franciſci Petrarche ad Joannem Columne:mō-
tem Caprarum montēq; Soracte ⁊ oppida non
nulla circunſtantia deſcribentis. Epiſtola.XXIII.

Eroppotunuʒ curis meis locū:ſi nō alio A
p ꝓperat animus:nactus ſum in regiōe Ro
mana. Caprarū mons dictus eſt olim cre- Capraꝝ
do ꝙ ſilueſtribus virgultis obſeſſus: capris q̃ mons
hominibus frequētior haberetur. Paulatiʒ cogni
tus loci ſitus ⁊ ſpectata fertilitas:habitatores ali
quot ſponte cōtraxit a quibus arx eminēti ſatis tu
mulo fundata ⁊ domorum quātum collis angu-
ſtus patit̄:adhuc uetus caprarum uocabulum nō
amiſit:Locus ignobilis fama:nobilioribus cingi
tur locis. Eſt hinc Soracte mons ſilueſtro clarus Sora-
incola:ſed ⁊ ante ſilueſtrum poetaruʒ carminibus cte mōs
illuſtris:Hinc Cymini cum monte lacus:quorum
meminit Uirgilius:Hinc Sutrium quod non niſi Sutriū
duobus paſſuū milibus abeſt:ſedes Cereri gratiſ hetrurie
ſima ⁊ uetus (ut ꝓhibēt) Saturni colonia. Cāpus ciuitas
oſtenditur nō longe a muris:ubi primum in Italia Satur-
frumenti ſemen ab aduena rege iactum dicūt pri- ni colo-
mam meſſem falce deſectam:quo beneficio mira- nia
culoq; delinitis animis:in partem regni viuens in
opinionem diuinitatis vita functus: fauore ho-
minum acceptus ſenex rex ⁊ falcifer deus eſt. Aer
hic (quantum breue tempus oſtendit) ſaluberrimꝰ
tecū maius agito. Sic enim marie iter mundi di-
ſcrimina ſecurus euades: paucis charus:multis
ignot⁹:odioſus nemini. Ne ue me hodie de nihilo
philoſophatuʒ putes:audio te aduerſus iprobos
igēs bellū ⁊ inexorabilē ſimultatē ſuſcepiſſe:quoſ
an corrigere:an delere cogites:incertuʒ eſt:utrobi
qȝ enim par impoſſibilitas:niſi ꝙ aliquāto faciliuſ
arbitror deleri poſſe q̄ȝ corrigi. Generoſe indigna-
tiōis aculeos laudo:certamē irritū ⁊ ſtudiū inane
nō laudo. Si enim laborē ſuꝑuacuū declinare cōſi
liū eſt:qd de eo labore cēſeas:cui⁹ vnicus fructus
eſt odium? Caue itaqȝ receptui obſecro: Alioquin
ſcito multis tibi legionibus opus eſſe. Uale.

Nemo ſine vitiiſ naſcit̄

Contra ſtoicos qui oēm morbuʒ ai extirpare po licebāt̄.

¶ Franciſci Petrarche ad. L. M. eum ut in aduer-
ſis ſe virum prebeat conſolantis:cuʒ animi virtus
maxime in calamitatib⁹ dinoſcatur. Epl'a.XLII.

A Q̄ȝ multa nūc ad litteras tuas dici poſſūt:
o ſed nec mihi ocium:nec tibi uerborū auxi-
lio eſt opus. Aliud cogito remedij genus:
magna eſt enim fortune vis:neqȝ minor celeritas:
Jnterim ſane omniuʒ que uel ex libris uel e media
vita hoīum occurrunt que ſunt multa ⁊ uaria:hec
B ſumma eſt: Dura ſunt fateor ⁊ grauia ⁊ inamena
que pateriſ: Unum eſt difficiliū leuamen:patiētia
Si humana deſpicias:ſi te nō ad delitias:ſʒ ad la
borem in hāc vite paleſtrā deſcendiſſe memineris
Si magno niſu aduerſa ſuſtuleris:memor in pre-
lio militem:in tempeſtate nautam:in rebus malis
bonum animum probari. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad. L. M. ꝙ ad id infelicita
tis tempora deuenerint:ut homines nō niſi ingra-
titudine polleant conquerentis. Epiſtola.XLIII.

A e Go vᷓo abſit ut diſſuadeā petitioni haud iniuſte morē gerē: ſed illō moneo: ut in frōte oculos hēas: quos ego hactenus in tergo habui. Nihil iucundius: nil dulcius q̃ benemeritum ⁊ egentem auxilij compotire. Cōtra autem inexpectato ingrati vitio nil triſtius: Magne qdē eſt nō ſolum prudētie ſed fortune: inter tot pectoꝝ latibula puros aīos factoſqꝫ diſcernere: ⁊ quāti quiſqꝫ ſit priꝰ q̃ experiaris agnoſcere: cuiꝰ honeſte preces ac miſerabiles lachryme: cuius ficta neceſſitas ſimulateqꝫ blāditie. Magne parti hoīum illud ineſt: ut ad īpetrāda que cupiūt memores atqꝫ ſolliciti: ad referēdaꝫ gratiaꝫ ſegnes obliuioſiqꝫ ſint: Tāta ⁊ tam repētina mutatio inuadit aīos: ut quem ꝑcantem mane videriſ: ſero uoti cōpotem, nō agnoſcas. De his in Eccleſiaſtico: Donec accipiāt īqꝫt oſculant̃ manꝰ dātis: ⁊ in ꝓmiſſionibꝰ humiliant uocem ſuam: ⁊ in tpe redditionis poſtulabit tēpꝰ: ⁊ loquet̃ uerba tedij ⁊ murmurationum. Noſti cetera. At qm̄ īter ingratos viuit̃: nō ideo deſinēdū: Alioquin virtus vitio victa videbit̃: ſed aliquanto cautius agēdum reor. Tu uale: ⁊ qcqd acturus es dum mutandi tempus eſt cogita: poſt enim deliberatio ſero eſt.

hoīeſ ſollicitioreſ eē ad īpetrāda q̄ cupiāt q̃ ad referendā ğ̃tiaꝫ ꝓ meritꝭ

B

¶ Frā. Pet. ad Fratreꝫ: ſe hac ſola cupiditate teneri ut antiquoꝝ ſcripta auidus ꝑquirat ſignificātiſ: eū quoqꝫ ut diligēter oēm Hetruriā iueſtiget ſi aliqd ſcriptoꝝ ātiquoꝝ iueniat hortātis. Epl'a. XLIIII.

A q Uod ſepe oliꝫ uel obliuio uel torpor abſtulit attigaꝫ: frater: ſi gloriari licet: apō te gloriabor: in illo in quo ſolo gloriari tutuꝫ eſt. Jam ex oībꝰ humanaꝝ cupiditatum ardoribus ⁊ ſi nō in totum: magna tn̄ ex pte diuina me pietas eripuit: E celo enim eſt: ſeu id mihi nature bonitas ſeu dies ꝑſtiterit. Multa qdem vidēdo: multumqꝫ cogitādo: intelligere tādem cepi: quāti ſint ſtudia hec qbus mortale genꝰ exeſtuat. Ne tn̄ ab oībꝰ hominum piaculis immunē putes: vna inexplebilis cupiditas me tenet: quam frenare hactenuſ nec potui certe nec uolui: mihi enim interblādior honeſtarum rerum: nō inhoneſtaꝫ eē cupidineꝫ. Expectas audire morbi genus: libriſ ſatiari nequeo: ⁊ habeo

B plures forte q̃ oportet. Sed ſicut in ceteris rebus ſic in libris accidit: querēdi ſucceſſus auaritie calcar eſt: quinimo ſingulare qddā in libris eſt. Aurū argētum: gēme: purpurea ueſtis: marmorea domꝰ cultus ager: picte tabule: phaleratꝰ ſonipes: ceteraqꝫ id genꝰ: mutam habēt ⁊ ſuꝑficiariam uoluptatē: libri medullitus delectāt: colloquunt̃: cōſulunt: ⁊ viua quadam nobis atqꝫ arguta familiaritate iungunt̃: Neqꝫ ſolum ſeſe lectoribus qſqꝫ ſuis inſinuat: ſed ⁊ alioꝝ nomē ingerit: ⁊ alter alterius deſiderium facit. At ne res egeat exēplo: Marcum mihi Uarronem charum ⁊ amabileꝫ Ciceronis Academicus fecit: Ennij nomē in Officioꝝ libris audiui: primum Terentij amorem ex Tuſculanarū queſtionuꝫ lectione cōcepi: Catonis origines: ⁊ Xenophontis Economicum ex libro de Senectute cognoui: Eūdemqꝫ a Cicerone tranſlatum in ijſdem Officialibꝰ libris edidici. Sic ⁊ Platonis Timeus Solonis mihi cōmēdauit ingenium: ⁊ Platonicum Phedonem mors Catonis: ⁊ Ptolemei regis interdictum Cyrenaicum Hegeſiam: ⁊ de Ciceronis epiſtolis: Senece prius: q̃ oculis credidi meis: Et Senece cōtra ſuꝑſtitiones librum ut quererere inciperem Auguſtinus admonuit: ⁊ Apollinij Argonautica Seruius oſtēdit: ⁊ reipublice libros cum multi: tum ꝑcipue Lactantius optabiles reddidit: ⁊ Romanam Plinij Tranqllus hiſtoriam: ⁊ Aulus Gellius eloquētiam Fauorini. Itēqꝫ Annei Flori florentiſſima breuitas: ad ingrendas Titi Liuij reliqas animauit. Ut notiſſima ⁊ vulgatiſſima illa preteream: que teſte non egēt: ⁊ tn̄ cum acceſſerit teſtis illuſtrior altius in aīum deſcēdūt: qlis eſt in declamationibꝰ Senece: laudatus ille Ciceroniane facūdie pricipatus ingenijqꝫ ſingulare ꝑconium: Et illud in ſaturnalibus multiforme Maronis eloqum ab Euſebio demonſtratum: Et illud Statij Pāpinij poete reuerens ſubmiſſumqꝫ teſtimonium de Uirgiliana Eneide: cuius lōge ſequēda ⁊ adorāda ueſtigia: Thebaideꝫ ſuam in publicum exitura admonet: ⁊ illud ab Horatio Flacco: imo vᷓo ab oībus cōcorditer delatum Homero poetarum pricipi. Pluribꝰ ago q̃ neceſſe eſt: Nam illa qdem lōga nimis recordatio: Priſciani grāmatici iuuenilis lectio: quot mihi libroꝝ ꝑegrina nomina cōgeſſerit: quot poſtmodum Plinius ſecūdus: quot nouiſſime Noniꝰ Marcellus: quotiēſqꝫ ſaliuam excitauerint. Nemo ergo mirabitur (ut redeam vnde digreſſus ſum) uehementer his animos inflāmari atqꝫ cōfigi: quoꝝ ſingula ſuas ſcintillas: ſuoſqꝫ aculeos palā habēt: alioſqꝫ clāculum in ſinu geſtāt: quos ſibi iuiceꝫ ſubminiſtrāt. Itaqꝫ pudet eqdem: ſed fatēdum igenue ⁊ cedēdū vᷓo eſt: excuſabilior ſemper mihi cupiditas viſa eſt Athenieſis tyranni Egyptijqꝫ regis: q̃ noſtri ducis aliquātoqꝫ nobilius Piſiſtrati primum: deide Ptolemei Philadelphi: ſtudium: q̃ Craſſi aurū: ⁊ ſi multo plures imitatores Craſſus habeat: Sꝫ ne Rome Alexandria ul' Athene: ⁊ Italie Grecia uel Egyptus inſultet: ⁊ nobis ſtudioſi pricipes cōtigerūt: Jiqꝫ tam multi: ut eos uel enumerare difficile ſit tanqꝫ huic rei dediti: ut inuētus ſit cui philoſophie q̃ iperij charius nomē eēt: ⁊ ſtudioſi inquam nō tam libroꝝ q̃ libris cōtentaruꝫ reꝝ. Sūt enim qui libros (ut cetera) non utēdi ſtudio cumulent: ſed habēdi libidine: neqꝫ tam ut ingenij ꝑſidium q̃ ut thalami ornamētuꝫ. Atqꝫ (ut reliquos ſileam) fuit Romane bibliothece cura diuis Imperatoribꝰ Julio Ceſari ⁊ Ceſari Auguſto: tāteqꝫ rei ꝑfectus ab altero: pace Demetrij Phalerij dixeri: qui in hac re clarum apud Egyptios nomē habet: nihil inferior: ne dicam: lōge ſuꝑior: Marcus Uarro: ab altero Pōpeius Macer vir ⁊ ipe doctiſſimꝰ Sūmo quoqꝫ grece latieqꝫ bibliothece ſtudio flagrauit Aſinius Pollio: orator clariſſimus: qui primꝰ hanc Rome publicaſſe tradit̃. Illa enim ꝓuata ſūt Catonis inſatiabilis libroꝝ fames: cuiꝰ Cicero teſtis eſt. Ipſiuſqꝫ Ciceronis ardor ad ingrēdos libros: q̃ multe teſtātur ep'le ad Atticū: cui eaꝫ curā nō ſegniꝰ iponit agēs ſūma iſtātia multaqꝫ ꝑcū vi: q̃ ego nūc tibi: Qꝫ ſi opulētiſſimo igenio ꝑmittit̃ librorꝝ patrocinia mēdicare: qd putas licē iopi? Hec pro excuſatione vitij mei proqꝫ ſolatio tantoꝝ comitū dicta ſint: Tu vᷓo ſi tibi charus ſum: aliqbus fidis ⁊ litteratis viris hāc curaꝫ ipoſito: Hetruriā ꝑquirāt: religioſoꝝ armaria euolāt: ceterorūqꝫ ſtudioſoꝝ hoīuꝫ ſi qd uſq̃ emergeret: leniēde dicam: an irritande ſitis mee idoneum. Ceterum ⁊ ſi non ignores qbus lacubus piſcari: quibuſue fruticetis

C

Romāi ꝑncipes ſtudioſi

D

E

aucupari ſoleo:ne qua tñ falli queas : his ſeoꝛſuʒ litteris quid maxime uelim interſerui:quoqꝫ vigilantioꝛ fias:Scito me eaſdē pꝛeces amicis alijs in Bꝛitanniā Galliaſqꝫ ꝛ Hiſpanias deſtinaſſe. Ne cui ergo fide uel induſtria ceſſiſſe videaris enitere.Uale.

℄ Franciſci petrarche ad. T.M.homines nec experientia quidē ab infelicitate deterreri poſſe:multiſ exemplis oſtendentis. Epl'a.XLV.

A Deo pertinax ꝛ fixa moꝛtaliū ſpes eſt aduerſus infeliciter experta:ut neqꝫ ſterilitaſ agricolā:neqꝫ tempeſtas nautā:neqꝫ tectorum caſus architectum : neqꝫ patremfamilias ſobolis acerbus interitus deterreat ab icepto.Hinc illa cōmunia ut famelicos ſerere ꝛ naufragos nauigare: ꝛ ruinis vix elapſos:noua ſuper eiſdeʒ fundamentis edificia molliri : ꝛ oꝛbos ſenes inter ſepulchꝛa filiorum alijs pꝛocreandis intendere videamus:Piſcatores frigoribus ꝛ fame confectoſ hic añ oculos habeo miruʒ ꝛ pꝛoꝛſus incredibile: totos dies ieiuni ac nudi nocteſqꝫ ad auroram inſomnes agūt:cū interim uel retia temptantiū:vna eademqꝫ ſoꝛs eſt nihil agere:fruſtra toꝛqueri tempus aliquāto foꝛſitā utilius conſumēdū perdere : neqꝫ tamē obſtinatis ad iceptū animiſ a fatali gurgite diuellunť : Uſqꝫadeo etiā amari exercitij conſuetudo longioꝛ dulcis eſt: Infauſtā arenā:immo uerrētes alueo q̃ fugiunt egeſtatē : inter vndas ꝛ ſcopulos inueniunt:nunq̃ foꝛte qȯ tantopere ſatagunt reperturi. Illa quidem dictu minora : neſcio an maiori admiratione digna ſint. Ferarū ſtudiuʒ totiens uacuatis cubilibus nō lenteſcit: Nouis fetibus pariēdis alēdiſqꝫ pꝛioris raptu nunq̃ ſegnioꝛ tigris redit crebꝛi partus ſolatio deſtitute nihilo moderatioꝛ:in reliquum ardoꝛ eſt. Philomena B poſtq̃ paſtorali furto ꝑditos natos : longo gemitu ꝛ pꝛedulcibus querimonijs pꝛoſecuta eſt nidū ab eodē ramo ſequētis puerperij foꝛtunā tēptatura ſuſpendit. Rem dicā nouā tibi ſed oibus uallis huius notiſſimā icolis. Aquila iā pꝛidē in his mōtibus habitat:Subulcus aduena : nedū quos paſcit ſuibus:ſed hirſutis etiam apꝛis aſperioꝛ : claʒ nido inſidiatus eſt:neqꝫ aiam ſuā pluris extimās q̃ ualet de altiſſima rupe que fōti Soꝛgie nubibꝰ par impendet ancipiti fune demiſſus:cuius rei uel meminiſſe hoꝛroꝛ eſt ad aereā domū temerariꝰ pꝛedatoꝛ acceſſit: ꝛ ſollicite genitrici:ſpeʒ generis pullos implumes abſtulit. Id ſemel:idqꝫ iterū auſus nil amplius aquilā mouit:q̃ ut nuper triſti domicilio deſerto:nidum dumoſāqꝫ ſuppellectileʒ in alterā rupis partē parūper auexerit . Illic modo ſepius amiſſe ſobolis ſpeʒ refouet: Nihil ſollicito letius ut reoꝛ. Siquidē ſaxeus iſte ſuus hoſtis exigui lucri cupidus:vite ꝓdigus:iā reſtem nodoſqꝫ pꝛeparat qbꝰ per inane ſuſpēſus ꝛ de inſolito ſpecu ſolitas ꝑdas agat. Iā ſenſim ad minimā rerum ratiocinādo deſcēdimꝰ. Nec apibus quidē percepti mellis iniuria mellificādi dulcedinem: Nec foꝛmicis ſub terra latētiū hoꝛreoꝝ inūdatio graniferi laboris experientiā : frequētiſqꝫ curſus ac recurſus īminuit uoluptatē. Nō eniʒ deſperāt infeliciter tēptata:retēptari poſſe feliciuſ. Alioquin ſi cū ſucceſſibus rerū animorū ſimul ſpes intereat:toꝛpebūt eſtus ij quos vndiqꝫ cernimus actionū uariarum quotidie interpellātibꝰ fatis: ꝛ vitā ſitu marcidam

Uaria boium ſtudia.

exitus inglorius manebit: Qȯ ne foꝛte cōtingeret aiantibus cunctis: ꝛ pꝛeſertiʒ hoi:dura ꝓpoſitiqꝫ tenacia pectora data ſunt. Urbeʒ Romā(ut retro C iā facili ſaltu ab imis rerū ad altiſſima conſcendamus)a Gallis Senonibꝰ incēſam reſtituere maiores:qua in re Camilli auctoritas tribunis ꝯ nitentibus:omine etiā adiuta ꝑualuit. Jidē illi maioreſ noſtri poſt Alliam:poſt Ticinū:poſt Trebiā:poſt Traſimenū in aciē redierunt: poſt Caudine pacis ignominiā glorioſiſſimaſ victorias retulerunt: Et poſt Cannas grauiſſimū ac pene moꝛtiferū reipublice vulnus:ne ab ignauis ciuibus delinquereť Italia contra ſententiam Cecilij Metelli fulgens Africani gladiꝰ obtinuit. Qui niſi iuicta ſpes vnius eiuſdēqꝫ admodū adoleſcētis: multorū ſenum labātes firmaſſet aios:actū erat de imperio: Nulla hodie Romani nominis memoria:nulla Romane potētie ueſtigia ſupereſſent. Faciēte eni(ut Flori hiſtorici uerbis utar)de Italia Africā Hannibale:pꝛofecto non latini ſed Afri coloni Italiā poſſiderent. Et ſiquis foꝛte manſiſſet Italici ſanguinis D tantis ſuperſtes cladibꝰ nō aliter q̃ dulcis aque riuulus pelago mixtus in peregrinos mores victricēqꝫ barbariem cōceſſiſſet: Qȯ non ſumus igiť: ꝛ quod ſumuſ fateamur ingenue:ſpei bone dūtaxat vnius hominis debemus. Et de nobis quideʒ hactenus. Quid Lacedemonios:quidue Carthaginenſes memorē:qui ſperare nō pꝛius q̃ eſſe deſierunt? Quid Saguntinos qui dū ſera nobis auxilia ſperāt:extremaſ a crudeliſſimo hoſte miſerias acceperūt. Lōgū eſt per cuncta diſcurrē. Itaqꝫ ut vnde eſt oꝛtus illic ſermo deſinat : ultima iactare nauis ancora ſpes eſt:quā ſiquis in hoc ꝓcelloſo mari laborātibꝰ abſciderit nulla eſt ad vitam via : nullus ad requiē poꝛtus:nullus redditꝰ ad ſalutē Mirariſ nūc quid tā longa ſibi uelit orō:Scilicet vnū ago ut amicū tuū ſubſcribas exēploruʒ turbe raras ꝛ foꝛte uanas:ſed firmas ſpes habētem. Et hec mihi qdē curioſius explicāda erāt:ut affectuʒ ſcribētis agnoſceres:cetera i ſilētio itelligis. Uale

℄ Frāciſci Petrarche ad Leliū ſuū: illū ut ad ſe ſcribat excitātis:ut etiā apud cōem dñm pꝛo felici rerū ſuaꝝ exitu itercedat rogātis. Epl'a.XLVI.

Epe te lr̄is ad colloquiū elicere niſus ſuʒ : A ſ inefficaciter ad hāc diē:pergā ſilētiū tuuʒ iterrūpere:pudebit amici tot clamores tacitū audire. Labellū clauſum in idignationē foꝛte uel in riſus aperiā uel in ṽba . Nō magnifacio qd reſcribas:modo loq icipias:victoꝛ ſum ſi occupationes te ueteres tenēt:nouas ingerā. Si ſegnitie calamum amiſiſti:ſedulitate reſtituam. At ſi foꝛte ſupbia extolleris: ꝛ qȯ ſuſpicari ne tenuiť qdē poſſum:amicis affatibꝰ indignū cēſes humilitate mihi ab illo animi faſtigio detrahendus: ꝛ in equuʒ campū amicitie retrahēdus es. Itaqꝫ ſic tibi perſuade: Inculcare querelas ꝛ lamēta nō deſinā:donec mihi uel antiquū inter nos cōmertiū litterarū reſtituas q̃diu ſaltē tā ꝓpinqui ſumꝰ ut nūciorum penuriā ꝑtendere neuter poſſit : ꝛ quaſi per manꝰ ab altero ad alterū ſit epiſtolarū tranſitus uel pꝛobabilē cauſam tante mutationis expedias. Nuncius alter:alteriꝰ ueſtigia urgebit:litterarū mearū acerui ante oculos tuos erunt. Amici digitū ꝛ anulum noſti:intactas abijcere amoꝛ ꝛ uerecūdia nō ſinēt. Aperies(licet nolis)ipſe tibi blandientur:ut

D

perlegas. Ita qui breuis ſcripture laborem fugis longe lectionis faſtidiuʒ nō euades. Si quid igiť mihi credis oculos tuos digitorū auxilio libera: ⁊ ignobiliores corporis tui ꝑtes: nobilioribꝰ ſerui re doce. Arripe calamū nō inſueta ſuadeo: calamꝰ
B ab īfantia gladiꝰ tuꝰ eſt. Adulta etas ⁊ patrie ſtatꝰ ad alia te deiceps arma rapuerūt: demū ad roma noꝝ pontificum quietiores aulas retrahente fato ⁊ ad antiqua ſtudia rediiſti. Quid igiť peto? Fac quod quotidie facis ſcribe aliquid: fac itideʒ quod nunq̃ȝ facis: ſcribe mihi: mox nempe ſubſiſtam: ⁊ uel rarius ſcribam ipſe: uel breuius. Uiciſſe: ⁊ de iſta ſilentij tui arce: te deieciſſe ſufficiet. Hic tamē (ſcio cui loquor) ueteri illo ⁊ vulgari clypeo tectꝰ occurres. Quid quereris frater? Nihil habeo qđ ſcribam. Ego vō ⁊ ſi tanta rerū copia talibus ingenio eloquio ue nunq̃ȝ defuturaʒ ſcribendi materiā crediturus fuerim: facile perſuaderi mihi patiar: quālibet ſeu uerā ſeu fictaʒ cauſam potius q̃ȝ obliuionis nebulam: tibi ſilentium induxiſſe: Hoc igiť ſaltem qđ multi ab amicis petierūt: ſed eoꝝ quos ego legeriʒ primus omniū Cicero: Scribe te nihil habuiſſe quod ſcriberes: hocipſum ſcribe: ſed alijs tamē uerbis: alioquin (quod intentionis mee non fuit) breue nimis: ⁊ apertuʒ euadendi tibi iter oſtēdi. Euades (ſi te noui) ſaltu vnico: ⁊ te vno uerbo redimes auctore me. Sic ego (quod multis accidit) conſilio meo ludar. Sed iaʒ ſatis ſuperq̃ȝ que relarum eſt: niſi quia ad ultionē tendo: ⁊ taciturnitatem tuam loquacitate punio. Ut vō aliquid etiā familiariū curarū huic epiſtole includaʒ: queſo ne pigeat apud communē dn̄m pro felici rerū mearū exitu intercedere. Uoco autem quemlibet feliceʒ: modo aliquis ſit: multum eſt frater uana expectatione liberari. Ignorant homines quid lucri eſt ſuperuacua ⁊ infinita deſideria proieciſſe: perdita ſatiant: poſſeſſa cruciant miſerorū animos: pluribus inanibus q̃ȝ ſolidis occupatos: ⁊ tanta eſt inſania extricari ab erroribus: ut fiat uero locus: metuunt
C dū ſibi proſperos rerū ꝓgrandiū exituſ pollicenť. Sibi quippe placētes ac ſuperbi ⁊ iniqui reꝝ ſuarum iudices: dignos ſe finxerunt: quibus ad nutū vniuerſa ſuccederent. Ita quod in amatoria materia dixit Naſo: Duʒ ſibi quiſq̃ȝ placet: credula turba ſumus. Jam medium vite cōmunis late delirādo perduximus. Ut eniʒ eleganter a Tullio dictū eſt: Metelli ſperat quiſq̃ȝ ſibi fortunam: Quot autē in hac uanitate fallunť? imo uero q̃ȝ pauci q̃ȝ pene nulli non fallunť. Hinc licet aduertere ꝙ ſi ueterum ſcriptorū teſtimonio ſtamus: ex omnibus ſeculis felix ille Metellus: nō niſi vnicum comitem eumq̃ȝ ipſum nō domi ſed procul ⁊ extra Italie terminos dicitur inueniſſe: qui tamen ipſi q̃ȝ rite felicitatis hoc inane nomē uſurpauerint: locus iſte nō recipit: ⁊ fortaſſe aliud dicēdi tp̄s adueniet: Nūc (ut ceptū peragā) ſi quod oēs ſperāt nullus aſſequitur: q̃ȝ multos vite ſomnijs eluſos: expectāteſq̃ȝ morſ oppreſſerit: quotq̃ȝ in finē oppreſſura ſit cogita. Quibꝰ ergo territus: hanc ipſe mihi legē ſtatui. Altiora me nō q̄rere: Paria vō pauca q̄dem ⁊ modeſte: quibꝰ ſcilicet ⁊ obtētis ſobrie gaudeā: ⁊ amiſſa ferā fortiter ⁊ repulſe dolore nō torquear. Ad hāc legē ita me formaui: ut vix rei cuiuſq̃ȝ uerear euentum: mō expectationis faſtidia detrahātur. Q̄obreʒ per omnes te celicolas frater oro: ab hac q̃ȝ primū ꝑplexitate diſſolui. Aufer mihi expectationē quicquid erit equanimiter ferā. Finem facio cū illo cuiꝰ hoc mihi placet inter cetera: pars beneficij eſt quod petitur ſi belle neges. Uale.

¶ Frāciſci Petrarche ad Leliū ſuum: factū cuiuſdā iuuenis qui virginē cuiꝰ amore lāguebat vitiauerat narrātis: eumq̃ȝ ut in hoc facto apud dominuʒ illius iuuenis itercedat rogātis. Ep̄la.XLVII.

A Impletū eſt plane in nobis quod de Pompeio tuo Corneliaq̃ȝ ſua ſcribitur: neuterq̃ȝ recedēs ſubſtituit dixiſſe Uale. Sed nec multis inter nos uerbis opus erat: que nil aliud q̃ȝ animoꝝ ⁊ paſſionū que in eis habitāt note ſunt: cū animi noſtri (licet ī ſilētio) viciſſiʒ pateāt. Unū eſt quod te nunc agere: ſi poſſibilitas adeſt uelim. Juuenis q̄daʒ virginē cuiuſ amore lāguebat: ipſa nō obluctāte cognouit matrimonij pactis interpoſitis. Idq̃ȝ quod magis in aures tuas itret: neſcio an ⁊ in thoro: certe apud thorū accidit: Loci dominus nobilis dicā: an ruſticus: Juuenē ip̄m: quē graui ⁊ antiquo odio pſequiť: ad capitale ſupplicium uocat. Mulier factū excuſat: nihil ſe cōtra q̃ȝ optauerit paſſā dicēs: ⁊ ꝓmiſſas amātis nuptias efflagitat. Annuīt ille ſi liceat: ſed carcere ꝯcluſus ſub iniquiſſimo iudice cauſam dicit. Ceteꝝ ubi cōpedes amoueantur: ſoluti ambo ⁊ etate ⁊ animis ⁊ fortuna pares: optatiſſimas nuptias celebrabūt
B Hec ut ad me indignātis primū populi uocibꝰ: deinde etiā amicoruʒ precibus ⁊ lachrymis perlata ſunt tu primus oīum occurriſti: a quo morbi talis auxilium petereť. Et nos aliquando frater arſimꝰ ⁊ opem ferre decet ardentibus: Dn̄m autem nr̄m ⁊ ſi talia ſublimem eius animum non attingāt nō tamē uſq̃ȝ adeo ferreuʒ aut inhumanū reor: ut humanis non miſerať erroribus. Nec eſt qđ partiuſ ardere ruricolas ſuſpicemur: In omne genus hominū par iperiū habet Arcipotēs ille puer. Scio apud Uirgiliū ſcriptū eſſe: ꝙ ſubita incautum dementia cepit amātē. Et ſequiť: Ignoſcenda q̄dem Sed terret qđ in fine ſubiungit: Scirēt ſi ignoſcere manes. Uereor eniʒ ne durior ille Bellerophō nihil humanitatis habēs: inſuper ira aſcenſus: ſit ſanguinis ſitientior q̃ȝ oportet. Utcunq̃ȝ ſuccedat nos partes noſtras implebimus: Ego apud te: tu apud dominuʒ: ut ipſe a prefato thori domino gratuitum munus: captiuū illū per litteras ſuas petat Cuius nomen ⁊ rei geſte ſerieʒ villicus hic noſter ob hoc vnuʒ ad te miſſus exponet: nihilo narrator urbanior: q̃ȝ amator is cuius amētie modo ueniā poſtulamus. Uale.

Uerba ſūt affectionuʒ aī note.

Par impiuʒ hʒ amor in oē genꝰ hoīum.

¶ Fran. Pet. ad Lelium ſuum: eloquentiam plurimum ualere ad mitigandos efferatorum animos exemplo maiorum comprobantis: ꝗq̃ȝ ſuum villicum mitigauerit admirantis.

Epiſtola.XLVIII.

A Quid tibi vis dicam? Sic eſt ut audieram ⁊ legeram: Nullum eſt tam aſperum ingenium quod non morum uerborumq̃ȝ dulcedine mitigetur. Sic Africanus meus ille ſuperior Siphacem regem barbarum: atq̃ȝ (ut Liuij uerbis utar) Romanis moribus inſuetum: ⁊ (qđ mirabilius fuit) Haſtrubalem quoq̃ȝ Carthaginēſium ducem: non barbaruʒ modo: ſed etiaʒ immi-

Vba ꝯcine ꝓnūciata ef feraciſſimos ēt aīoſ molliunt.

tem Romani nominis inimicum inter cenandum
ſuaui cōuictu: ⁊ comi manſuefecit alloquio. Sic
Juliꝰ ceſar. Julius Ceſar Amyclam algis ⁊ equoreis ſpumiſ
aſperſum nudumqꝫ ⁊ inopem piſcatorem: tam le-
niter fando cepit: ⁊ illius Ceſaree facundie retibꝰ
circumuoluit:ut inaudito uerboruꝫ ſono: ⁊ ignoti
hoſpitis admiratione ſuſpenſus:confeſtim iuben-
te illo fragilem atqꝫ impareꝫ pelagi minis cymbā
de tuti littoris ſtatione diſſolueret:parendiqꝫ ſtu-
dio ſciens ac uolens ad interitum properaret. Ac
ne ſemper Africanos ⁊ Ceſares loquamur: Jlle
Plato philoſophorum princeps Plato dionyſium conci
Euripides liare ſibi potuit Syracuſiū tyrannum Archelauū
vo Macedonie regem Euripides poeta. Nec aut
illi tyrānici ſpiritus rigor:aut huic immanitas ob
ſtitit barbarica:utranqꝫ duriciem ingenio ⁊ elo-
quentia molliuerunt. Et quod huius generis oīa
Aphthoniꝰ orator mōſtra tranſgreditur: Orator Aphthonius ſeuos
carnifices ad ſe occidendum miſſos: ⁊ iam ſtrictiſ
mucronibus irruentes:blāda oratione compeſcu-
it:viciſſetqꝫ crudelitatē eloquentia niſi vnus ex eo
numero qui eum loquentem non audierat ceteris
iam digreſſis ſuperueniens:uelut aſpis incantato
ris uoce non audita:virus in illum ſceleſtis mini-
ſterij effudiſſet. Sed quid hominum exempla con
B quirimus? Urſos videmus:pardos ac leones at-
qꝫ alias truces ⁊ preualidas beluas: blāditijs de
linitas:parui domitoris imperium patienter exci-
pere:nexus inſuper: carcerem minas ⁊ uerbera.
Uolucres celo uagas contra primeuā nature ſue
legem:humanā ſocietatē anteponere libertati:vi-
tam in vinculis agere operto capite:prereptoqꝫ ēt
patrie natalis aſpectu:famem ſuam nutritoris ar
bitrio moderari de illius manibus cibum ſumere
uocem iubētis agnoſcere:clamoribus obedire:ire
ad emittentis arbitrium ⁊ reuerti:opimaſqꝫ pre-
das non ſibi ſed dn̄o reportare. De piſcibus mihi
C tale(qd̄ meminerim)legi: niſi ꝙ delphines neſcio
qua humano generi familiaritate cōiūctos ferūt:
Unde ⁊ Arioneꝫ quendam tergo huius piſcis in
Ariō dl'phie uectus. ſidentem per tumidos fluctus maris euaſiſſe hi-
ſtorica(ſeu potius)fabuloſa narratio eſt:Uectorē
ipſum fidibus canentē faciunt:quo nauigationi fa
cilior fides ſit mulcente auras muſica ⁊ nauigium
ſubleuante. Uiſum eſt enim fabulam non admitti
niſi color mēdacio quereretur:gubernaculum:ma
lus:uela :remi deerant:pro his omnibus vniꝰ mu
ſice ſuauitas ſubrogata eſt. Sed quorſum hec taꝫ
peregrina percontaberis? Ut intelligas me inge-
nium tuum ſummis inſerere:qui nō homines: nō
feras aut uolucres:ſed aquaticuꝫ hoc animal edu
catum inter fontes ⁊ flumina : eſcam de ſcopulis
eliciens contactu ac ſermone : in amicitiā pellexi-
ſti. Redijt equidem ad me ſui immemor : tui me-
mor cū multa de domino multa de amicis quere-
rem:nil niſi de Lelio reſpondebat: illius formā:il
lius mores:illius linguam:illius deniqꝫ domici-
lium atqꝫ habitum admirari. Jllum mihi quaſi in-
cognitum ruralibus ⁊ terricrepis uerbis extolle
re:de illo mihi ſepe licet interrumpenti lōgiſſimaſ
narrationes texere. Cumqꝫ ſepe Terentianum illō
obijcerem:Hui mihi illum laudas? Jlle eo magis
D ab exordio cuncta retexere. Quid plura? Jntelle
xi ilico te tuis artibus meum mihi villicum abſtu
liſſe:nec indolui fateor nec iuidi:ſed obſtupui plus
te vna hora qꝫ me tuto decennio potuiſſe. Miruꝫ
eſt niſi tu colloquijs tuis aliquid etiam magice ar
tis immiſceas. Nunc igitur captus amore tui cuꝫ
his litteris iterum ad te redit ſimul ⁊ per te domi
nice interuentionis auxilium ſperans:per qd̄ ami
cum ſuum de quo pridie tibi ſcripſi:iam extremis
fortune laqueis artatuꝫ expediat:niſi iudicis aio
(quod iam ab initio uerebar)ad ſupplicium obſti
nato nō ſit precibꝰ locus. Fama eniꝫ eſt eſt eū dolo
re ſimul ⁊ inuidia delibati virginei floris inſanire
ad quem ipſe ſitienter(ut memorant)aſpirabat:in
dignantem grauiter plus in amoris regno paupe
ris blanditias: qꝫ ſuas ineptas diuitias ualuiſſe.
Quod ſi accidat ut obſtructis auribus uerba fun
dantur:dn̄o tamen partꝰ erit integer miſericordie
ſue:tibi beniuolentie tue fructus. Jſte quoqꝫ agre
ſtis amicitie ſue debitum me opitulante perſolue
rit: Jlle autem amator infelix ſi aliter eſſe non pōt
amoris ſui dulcedinem(quod multi fecerūt) mor
tis acerbitate penſabit. Hunc ſane quo nam humi
lium amicorum loco numeres:tuum erit: Jpſe te
dominorum ſuoruꝫ inter primos numerat:aliquā
toqꝫ mihi de tua gratia iam qꝫ de ueteris amici vi
ta videt̄ ſollicitior. Jtaqꝫ ut ſe tibi prorſus iſinuet
⁊ allegorico munuſculo:animum ſuuꝫ ſuauiſſime
tibi deditum oſtendat. Liquoris omnium moliſſi
mi olei uaſculum tibi affert:quod ſpōte ſua: ⁊ (ut
aiunt)virginitate ſeruata nullo premente defluxit
e baccis arborum noſtrarum:que in collibus iſtis
ſunt ubi poſthabitis Athenis repertriceꝫ olee Mi
neruam habitare dicerem : niſi eam iam pridē Ja
nuenſi littore:ad portum Ueneris atqꝫ hericē col
locaſſem in Africe mee libris. Uale.

Eiuſdem Franciſci Petrarche de rebus familiaribus: Liber Quartus incipit.

Franciſci Petrarche ad Joannem Columne:uentoſum quendam montem in Gallia deſcribentis. Epiſtola.XLIX.

a Ltiſſimum regionis huius mō A
tem quem non immerito uen-
toſum uocant hodierno die ſola
videndi inſigneꝫ loci altitudinē
cupiditate ductus aſcēdi. Mul
tis iter hoc annis in aio fuerat:
Ab iſātia eni his i locis ut noſti
fato reſ hoium uerſante uerſatꝰ
ſum. Mons aūt hic late vndiqꝫ
cōſpectus fere ſemper in oculis
eſt cepit impetus tandem aliquando facere quod
quotidie faciebā:precipue poſtqꝫ relegenti pridie
res Romanas:apud Liuium forte ille mihi locuſ
occurrerat:ubi Philippus Macedonum rex: is
qui cum populo Romano bellum geſſit: Hemum
montem Theſſalicum conſcendit : e cuius uertice
duo maria videri:Hadriaticum ⁊ Euxinum fame
crediderat : Uero ne an falſo ſatis comperti nihil
habeo:ꝙ ⁊ mons a noſtro orbe ſemotus ⁊ ſcripto
rum diſſenſio dubiam rem facit. Ne cunctos euol
uam : Pomponius Mela:coſmographus:ſic eſſe
nihil heſitans refert: Titus Liuius:falſam famaꝫ

opinatur.Mihi ſi tam prompta montis illius ex
perientia eſſet q̃ꝫ huius fuit:diu dubium eſſe nō ſi
nerē.Ceterū ut illo omiſſo:ad hunc mōtē ueniam
excuſabile viſum eſt in iuuene priuato: quod in re
ge ſene non carpitur.Sed de ſocio cogitanti(mi-
B rum dictu)vix amicoruꝫ quiſq̃ꝫ omni ex parte ido
neus videbatur:adeo etiam inter caros exactiſſi-
Concordiā eē inter caros raraꝫ eē. ma illa uoluntatum omniū morumqꝫ cōcordia ra
ra eſt.Hic ſegnior:ille vigilantior:hic tardior: ille
celerior : hic meſtior : ille letior : deniqꝫ hic ſtulti-
or:prudentior ille q̃ꝫ uellem:huius ſilentiū: illius
procacitas:huius pondus ac pinguedo:illius ma
cies atqꝫ imbecillitas terrebat: huius frigida icu-
rioſitas:illius ardens occupatio dehortabaꝶ que
quanq̃ꝫ grauia : toleranter domi(oīa enim ſuffert
charitas: ⁊ nullum pondus recuſat amicitia) ueꝝ
hec eadē fiunt in itinere grauiora. Itaqꝫ delicatuſ
animus honeſteqꝫ delectationis appetens circum
ſpicienſqꝫ librabat ſingula ſine ulla quidem amici
citie leſione:tacitus quicquid ꝓpoſito itineri pre-
uidebat moleſtuꝫ fieri poſſe damnabat. Quid pu
tas:tandē ad domeſtica uertor auxilia: Germano
qꝫ meo vnico minori natu:quem probe noſti : rem
aperio:nil poterat letius audire:gratulatus quod
apud me amici ſimul ac fratris teneat locum.Sta
tuta die digreſſi domo:Malauſanaꝫ uenimus ad
ueſperā:locus eſt in radicibus mōtis uerſus in bo
C ream:illic vnum diem morati: Hodie tandem cuꝫ
ſingulis famulis montem aſcēdimus:nō ſine mul
ta difficultate:Eſt enim prerupta ⁊ pene inacceſſi
bilis ſaxoſe telluris moles:Sed bene a poeta di-
ctum eſt:Labor omnia vincit improbus.Dies lō-
ga blandus aer:animoꝝ vigor: corporuꝫ robur ac
dexteritas: ⁊ (ſi qua ſunt eiuſmodi)euntibus ade
rant:ſola nobiſ obſtabat natura loci. Paſtorē exa
cte etatis inter cōuexa montis inuenimꝰ: qui nos
ab aſcenſu retrahere multis uerbis enixus eſt:di-
cens ſe ante annos quinquaginta eodeꝫ iuuenilis
ardoris impetu ſupremum in uerticem aſcendiſſe:
nihilqꝫ inde retuliſſe preter penitentiam ⁊ laborē
corpuſqꝫ ⁊ amictum lacerum ſaxis ac uepribꝰ:nec
vnq̃ꝫ aut ante illud tēpus:aut poſtea auditū apud
eos quenq̃ꝫ auſum eē ſilia.Hec illo uociferāte:no
bis ut ſunt animi iuuenū monitoribꝰ increduli cre
ſcebat ex prohibitione cupiditas. Itaqꝫ ſenex ubi
aīaduertit ſe nequicq̃ꝫ niti:aliquātulū progreſſus
inter rupes:arduum callem digito nobis oſtendit
multa monens multaqꝫ iam digreſſiſ a tergo inge
minans.Dimiſſo penes illuꝫ ſi quid ueſtiū aut rei
D cuiuſpiam impedimento eſſet:ſoli dumtaxat aſcē-
ſui accingimur alacreſqꝫ conſcendimus : Sed(ut
fere fit)ingentē conatū uelox fatigatio ſubſequiꝶ.
Non procul inde igitur quadaꝫ in rupe ſubſiſtimꝰ
Inde iterum digreſſi:prouehimur:ſed lentius : ⁊
preſertim ego montanū iter greſſu iam modeſtio-
re carpebam: ⁊ frater compendiaria quidē via per
ipſius iuga montis ad altiora tendebat:ego mol-
lior ad ima uergebā. Reuocantiqꝫ ⁊ iter rectiꝰ de
ſignanti:reſpondebam ſperare me alterius lateriſ
faciliorem aditum nec horrere longiorem viā per
quam planius incederem:hanc excuſationē igna-
uie pretendebam aliiſqꝫ iam excelſa tenentibꝰ per
ualles errabam cum nihilo mitior aliūde pateret
acceſſus:ſed ⁊ via creſceret ⁊ inutilis labor igra-
ueſceret. Interea cum iam tedio cōfectum perple-
xi pigeret erroris:penitus alta petere diſpoſui: cū
qꝫ operientē fratrē ⁊ lōgo refectū accubitu:feſſus
⁊ anxius attigiſſem:aliquandiu equis paſſibꝰ iceſ
ſimus.Vix dum collem illum reliqueramus ⁊ ec-
ce prioris anfractus oblitus iterum ad inferiora
deiicior: atqꝫ iterum peragratis uallibus dū via- E
rum facilem longitudinem ſector in longam diffi Nāꝫ rebus hu
cultatem incido:differebam nempe aſcendēdi mo mano i
leſtiam:ſed ingenio humano rerū natura nō tolliꝶ gēio au
Nec fieri poteſt:ut corporeum aliquid ad alta de ferri nō
ſcendendo perueniat. Quid multa? Non ſine fra poſſe.
tris riſu:hoc indignanti mihi:ter aut amplius iter
paucas horas contigit. Sic ſepe deluſus:quadaꝫ
in ualle cōſedi. Illic a corporeis ad incorporea uo
lucri cogitatione tranſiliens:his aut talibꝰ meipm
compellebam uerbis: Quod totiēs hodie in aſcē
ſu mōtis huiꝰ expertus es:id ſcito ⁊ tibi accidere
⁊ multis accedētibus ad beatam vitam : ſed idcir
co tam facile ab hominibus non perdendi : qđ cor
poris motus in aperto ſunt:animorū vō iuiſibiles
⁊ occulti. Equidem vita quam beatam dicimꝰ cel
ſo loco ſita eſt : Arta(ut aiunt)ad illam ducit via:
multi quoqꝫ colles itereminēt: ⁊ de virtute in vir
tutem preclaris gradibus ambulandū eſt. In ſum
mo finis eſt omnium ⁊ vie terminus: ad quem pe
regrinatio noſtra diſponitur. Eo peruenire uolūt
omnes:ſed(ut ait Naſo) Velle parum eſt: cupias
ut re potiaris oportet. Tu certe:niſi(ut in multis)
in hoc quoqꝫ te fallis:non ſolum vis ſed etiam cu
pis. Quid ergo te retinet? Nimirū nihil aliud : ni
ſi per terrenas ⁊ infimas uoluptates planior: ⁊ ut
prima fronte videꝶ expeditior via: Verumtamen
ubi multum erraueris:aut ſub pondere male dila
ti laboris : ad ipſius te beate vie culmen opor-
tet aſcendere : aut in conuallibus peccatorum ſuo
rum ſegnem procumbere: ⁊ ſi(quod ominari hor
reo)ibi te tenebre ⁊ vmbra mortis iuenerint: eter
nam noctem in perpetuis cruciatibus agere. Hec
mihi cogitatio:icredibile dictu eſt : quātum ad ea
que reſtabant: ⁊ aīum ⁊ corpus erexerit: Atqꝫ uti F
nam uel ſic animo peragaꝫ iter illud:cui diebus ⁊
noctibꝰ ſuſpiro : ſicut ſuperatis tandem difficulta
tibus hodiernum iter corporeis pedibus peregi.
Ac neſcio an non longe facilius eſſe debeat: quod
per ipſum animum agilem ⁊ immortalē ſine ullo
locali motu in ictu trepidantis oculi fieri poteſt:q̃ꝫ
ꝙ ſucceſſu tpis per moribundi ⁊ caduci corporis
obſequiū ac ſub graui membrorū faſce gerendum
eſt. Collis eſt oīum ſupremus quem ſilueſtres fi
liolum uocant:cur ignoro : niſi quod per antiphra
ſim:ut quedam alia dici:ſuſpicor:Videtur eniꝫ ue
re pater oīuꝫ vicinorū mōtiū. Illius in uertice pla
nities parua eſt: Illic demum feſſi conquieuimuſ
Et quoniam audiſti que nam aſcendentis impetꝰ
aſcenderint cure: Audi pater ⁊ reliqua ⁊ vnaꝫ pre G
cor horam tuaꝫ relegendis vnius diei mei actibꝰ
tribue. Primum omniuꝫ ſpiritu quodam aeris in
ſolito ⁊ ſpectaculo liberiore permotus:ſtupenti ſi
mulis ſteti: Reſpicio:nubes erant ſub pedibus.
Iamqꝫ mihi minus incredibiles facti ſunt Athos
⁊ Olympus:dū quod de illis audieram ⁊ legerā
in minoris fame monte conſpicio. Dirigo dehinc
oculorum radios ad partes Italicas : quo magis
inclinat animus: Alpes ipſe rigētes ac niuoſe: per
quas ferus ille quondaꝫ hoſtis Romani nominis

tranſiuit:aceto(ſi fame credimus) ſaxa perrūpēs
iuxta mihi viſe ſunt:cum tamē magno diſtent iter
uallo.Suſpiraui fateoꝛ ad italicuꝫ aerem: animo
potius q̃ꝫ oculis apparētē atqꝫ inextimabilis me
ardoꝛ inuaſit ⁊ amicum ⁊ patriam reuidēdi:ita ta
men ut interim in utroqꝫ nondū virilis affectꝰ mol
liciem increparem:q̃ꝫuis excuſatio utrobiqꝫ nō de
foret magnorum teſtium fulta pꝛeſidio. Occupa
uit inde animuꝫ noua cogitatio atqꝫ a locis tradu
H xit ad tempora.Dicebaꝫ enim ad meipſum:hodie
decimus annus completur ex quo puerilibus ſtu
dijs dimiſſis Bononiam exceſſiſti: ⁊ o deus imoꝛ
talis:o immutabilis ſapientia:quot ⁊ quantas mo
rum tuorum mutationes hoc medium tempus vi
dit:Jnfinita pꝛetereo:nondum enim in poꝛtu ſum
ut ſecurus pꝛeteritarum meminerim pꝛocellarum
Tempus foꝛſan ueniet quando eodem que geſta
ſunt oꝛdine vniuerſa percurrā:pꝛefatus illud Au
guſtini tui : Recoꝛdari uolo tranſactas feditates
meas ⁊ carnales coꝛruptiones anime mee: nō qꝺ
eas amem:ſed ut amem te deus meus.Mihi qui
dem multum adhuc ambigui moleſtiqꝫ negocij ſu
pereſt:quod amare ſolebam:iam non amo:mētioꝛ
Amo ſed uerecundius:ſed triſtius. Jam tandē ue
rum dixi.Sic eſt enim:amo:ſed quod non amare
amem quod odiſſe cupiam:Amo tamen: ſed inui
tus:ſed coactus:ſed meſtus ⁊ lugens:Et in meip
ſo uerſiculi illius famoſiſſimi ſententiā miſer expe
rioꝛ.Adero ſi potero:ſi non inuitus amabo. Non
dum mihi tertius annus effluxit ex quo uoluntas
illa peruerſa ⁊ nequam que me totum habebat: ⁊
in aula coꝛdis mei ſola ſine cōtradictore regnabat
I cepit aliam habere rebellem ⁊ reluctantem ſibi:in
ter quas iamdudum in campis cogitationū mea
rum de utriuſqꝫ hoīs imperio laborioſiſſima ⁊ an
ceps etiam nunc pugna cōſeritur. Sic per exactū
decennium cogitatione uoluebar. Hinc iaꝫ curas
meas in anteriora mittebam ⁊ querebam ex me ip
ſe:Si tibi foꝛte contingeret:per alia duo luſtra uo
latilem hanc vitam pꝛoducere: tantumqꝫ pꝛo rata
temporis ad virtutem accedere:quantum hoc biē
nio per congreſſum noue contra ueterem uolūta
tis ab obſtinatione pꝛiſtina receſſiſti: Nonne tunc
poſſes: ⁊ ſi non certos at ſaltem ſperans quadra
geſimo etatis anno moꝛtem oppetere: ⁊ illud reſi
duum vite in ſenium abeuntis equa mente negli
gere?Hec atqꝫ his ſimiles cogitationes in pecto
re meo recuſabant pater.De pꝛouectu meo gaude
bam:imperfectum meum flebam: ⁊ mutabilitateꝫ
communem humanorum actuū miſerebar: ⁊ quē
in locum:quam ob cauſam ueniſſem quodāmodo
videbar oblitus:donec ut omiſſis curis quibꝰ al
ter locus eſſet oppoꝛtunioꝛ reſpicerē: ⁊ viderē que
viſurus adueneram.Jnſtare enim tempus abeun
di:ꝙ inclinaret iam ſol : ⁊ vmbꝛa mōtis excreſce
ret admonitus ⁊ uelut expergefactus : uerto me
in tergum: ad occidentem reſpiciens : Limes ille
Galliarum ⁊ Hyſpanie pyreneuſ uertex inde non
cernitur:nullius quem ſciam obicis interuētu: ſed
ſola fragilitate moꝛtalis viſus.Lugdunēſis auteꝫ
pꝛouincie montes ad dexteram ad leuam vō Maſ
K ſilie fretum: ⁊ quod aquas moꝛtuas uerberat ali
quod dierum ſpatio diſtantia pꝛeclariſſime vide
bantur:Rhodanus ipſe ſub oculis nr̄is erat.Que
dum mirarer ſingula ⁊ nunc terrenum aliquid ſa

perem:nūc exēplo coꝛporis animū ad altiora ſub
ueherem: viſum eſt mihi confeſſionum Auguſtini
libꝛum charitatis tue munus inſpicere:quē ⁊ con
ditoris ⁊ donatoris in memoriā ſuo:habeoqꝫ ſem
per in manibus pugillare opuſculuꝫ perexigui uo
luminis ſed infinite dulcedinis:aperio lecturꝰ:qc
quid occurreret:quid enim niſi piuꝫ ⁊ deuotū poſ
ſet occurrere?Foꝛte autem decimus illius operis
liber oblatus eſt.Frater expectans per os meum
ab Auguſtino aliquid audire intentis auribus ſta
bat:deum teſtoꝛ:ipſumqꝫ qui aderat:ꝙ ubi p̄muꝫ
defixi oculos:ſcriptū erat:Et eūt homīes admira
ri alta mōtiū ⁊ ingētes fluctꝰ maris ⁊ latiſſimos la
pſus fluminū ⁊ oceani ambitū ⁊ gyros ſydeꝝ ⁊ re
linquūt ſeipſos:Obſtupui fateoꝛ:audiēdiqꝫ auidū
frēm rogans ne mihi moleſtꝰ eſſet: libꝝ clauſi iratꝰ
mihimet quod nunc etiam terreſtria mirarer : qui
iampꝛidem ab ipſis gentium philoſophis diſcere
debuiſſem:nihil pꝛeter animum eſſe mirabile : cui
magno nihil eſt magnum . Tunc vō montem ſa L
tis vidiſſe contentus : in meipſum interiores ocu
los reflexi: ⁊ ex illa hora non fuit qui me loquen
tem audiret : donec ad ima peruenimus.Satis
mihi negocij uerbum illud attulerat : nec opina
ri poteram id foꝛtuito contigiſſe:ſed quicquid ibi
legeram mihi ⁊ non alteri dictum rebar:recolens
quod idem de ſeipſo ſuſpicatus oliꝫ eſſet Auguſti Aug.
nus:quando in lectione codicis apoſtolici(ut ipſe
refert pꝛimuꝫ ſibi illud occurit : Non in comeſſati
onibus ⁊ ebꝛietatibus : non in cubilibus ⁊ impu
dicitijs:non in cōtentione ⁊ emulatione:ſed indui
te dominum Jeſum Chꝛiſtum: ⁊ carnis pꝛouiden
tiam ne feceritis in cōcupiſcentijs ueſtris. Quod
iā ante Antonio acciderat:quando audito euange Anto
lio ubi ſcriptum eſt:Si vis perfectus eſſe:uade ⁊ nius.
uende omnia tua quecunqꝫ habes ⁊ da pauperibꝰ
⁊ ueni ſequere me: ⁊ habebis theſaurum in celis :
ueluti ꝓpter ſe hec eſſet ſcriptura recitata (ut ſcri
ptorum rerum eius Athanaſius ait)ad ſe dn̄icum
traxit imperiuꝫ.Et ſicut Antoniꝰ his auditis aliꝺ
non queſiuit: ⁊ ſicut Auguſtinus his lectis ulteriꝰ
nō pꝛoceſſit:Sic ⁊ mihi in paucis uerbis que pꝛe
miſi totius lectionis terminus fuit in ſilentio:cogi
tanti quanta moꝛtalibus conſilij eſſet inopia : qua
nobiliſſima ſui parte neglecta diffundantur in plu
rima: ⁊ inanibus ſpectaculis euaneſcant:quod in
tus inueniri poterat querentes extrinſecus admi
rantiqꝫ nobilitatē animi noſtri: niſi ſponte degene
rans:ab originis ſue pꝛimoꝛdijs aberraſſet: ⁊ que
ſibi dederat in honorem deus ipſe in obpꝛobꝛium
conuertiſſet.Quotiens putas illo die rediens ⁊ in M
tergū uerſus cacumen montis aſpexi: ⁊ vix vnius
cubiti altitudo viſa eſt pꝛe altitudine cōtemplatio
nis humane:ſiquis eam nō in lutum terrene fedi
tatis imergeret: Jllud quoqꝫ per ſingulos paſſus
occurrebat:Si tantū ſudoris ac laboris : ut coꝛpꝰ
celo paululum pꝛoximius fieret ſubire non piguit
que crux:quis carcer:quis aculeus deberet terre
re animum appꝛopinquāte deo:turgidumqꝫ cacu
men inſolentie: ⁊ moꝛtalia fata calcantē ⁊ hoc quo
to cuiqꝫ accidet:ut ab hac ſemita:uel duraruꝫ me
tu rerum:uel molliuꝫ cupidine non diuertat?O ni
miuꝫ felix : ſiquis uſqꝫ eſt:De illo ſenſiſſe arbitrer
poetam:Felix qui potuit rerū cognoſcere cauſas:
Atqꝫ metus moꝛtis ⁊ inexorabile fatū Subiecit

pedibus ſtrepitumqꝫ acherontis auari. O quãto
ſtudio laborandũ eſſet:nõ ut altiorem terram:ſed
ut elatos terrenis impulſibus appetitus ſub pedi
bus haberemus. Hos inter nudos pectoris motꝰ
ſine ſenſu ſcrupuloſi tramitis ad illud hoſpitioluꝫ
ruſticum:vnde ante lucem moueram ꝓfunda no-
cte remeaui:⁊ luna pernox gratum obſequiuꝫ pꝛe
ſtabat euntibus. Interim ergo duꝫ famulos appa
rande cene ſtudium exercet:ſolus ego in partẽ do
mus abditã perrexi:hec tibi raptiꝫ ⁊ ex tẽpore ſcri
pturus:Ne ſi diſtuliſſem pꝛo uarietate locorũ mu
tatis foꝛſan affectibus ſcribendi pꝛopoſituꝫ defer
ueret. Uide itaqꝫ pater amantiſſime:q̃ꝫ nihil in me
oculis tuis occultum uelim: qui tibi nedũ vniuer-
ſam vitam meam:ſed cogitatus ſingulos tam dili
genter aperio:pꝛo quibus ora queſo: ut tã diu ua-
gi ⁊ inſtabiles:aliquãdo ſubſiſtãt: ⁊ inutiliter per
multa iactati:ad vnum bonum uerum certum ſta-
bile ſe conuertant. Uale.

¶ Fran. Pet. ad Dionyſium ſuum:illi ꝙ ad Rober-
tum regem uocatus acceſſerit congratulãtis: mul
ta quoqꝫ de diuitiarum contemptu deqꝫ beate vi-
te deſiderio ac de laudibus regis cõmemorantis.
Epiſtola. L.

A Il dulcius audierãt aures mee:poſtq̃ꝫ uo
n cem tuam audire deſierunt:q̃ꝫ ꝙ ad regeꝫ
uocatus acceſſeris. Rationem inquit expe
cto. Non poſſum bꝛeuiter:Itaqꝫ longius incipiaꝫ
optauit aliquando tibi genitrix longitudinem die
rum innumerabilibus periculis ⁊ calamitatibus
Ditie obiectam. Aliquando diuitias humanarũ mẽtiuꝫ
hũne non mediocrem laqueum ac funeſtam ſarcinam li-
mẽtiſ bertatis. Aliquando foꝛmam coꝛporis defoꝛmita
ſr̃ ſar tis anime plerunqꝫ materiam. Quid de ſodalibꝰ:
cine quid de nutricula tua dicam? Mulierculaꝛuꝫ om
nium vna lex eſt:inepta cupiunt:ridenda foꝛmidãt
De patre libet altiora credẽ. Optauerit ergo filio
quod ait Satyricus:Eloquiũ ⁊ famaꝫ Demoſthe-
B nis aut Ciceronis:que quanti ſepe periculi plena
utriuſqꝫ exitus eſt teſtis. Multis ⁊ inanibꝰ uel tu-
is uel alioꝛuꝫ pꝛo te uotis fatigate ſunt aures dei.
Horũ tibi aliquid anxie non opto:Quare? Quia
ſtultum eſt uehemẽter appetere:quod poteſt peſſi
mo fine concludi: Illud bonuꝫ tibi cupio qđ mihi
btãꝫ vitã ad quã multi ſuſpirãt:pauci ꝑueniũt:Eſt
eni ſalebꝛoſũ iter atqꝫ anguſtũ ⁊ difficile: ⁊ amena
ac pꝛona circum deuia. Eſt aũt ut in ſagittando:ſic
in alia qualibet operatione moꝛtaliũ:aberrare per
facile:ſignum attingere is demũ artificij finis eſt.
Idcirco difficilioꝛ:quia ad illuꝫ vna tantummodo
Qua ad errorem innumerabiles ſunt vie. Hãc ſane quã
re ad dico beatam quanq̃ꝫ ingenioſiſſimis atqꝫ doctiſſi-
virtu mis viris foꝛte aliter viſum ſit:in hoc coꝛporis er
teſ q̃ꝫ gaſtulo mereri quideꝫ utcunqꝫ poteſt laboꝛ huma
ad vi nus ⁊ ſperare:amplecti autem ac tenere non p̃ot.
tia di Hoc ergo ſtudio decurritur: finis eſt: ubi quieſcit
fficili intentio. Neqꝫ nobis hoc ſolis perſuaſũ eſt. Quid
oꝛ ſit eniꝫ aliud Cicero ſentiebat:ubi ait:ꝙ hec vita via
via. eſt in celum? habet tamen interdum illi eterne qđ-
dam hec moꝛtalis vita ſimillimũ:ut ⁊ ſi beata nõ
dum ſit (id enim beatum eſt dumtaxat cui nihil ua
let accedere) iã tamen humanas miſerias longe in
fra ſe videat: ⁊ in imo ſtans adhuc ſuperne felicita

tis luce reſplẽdeat. Hoc ſane nõ diuitie pꝛeſtãt:nõ
inſaniẽtis vulgi plauſus:nõ potẽtia:nõ uoluptas
ſed ỽtutũ comitatꝰ atqꝫ animi tranqllitas:ad quã
adipiſcendam diuerſuꝫ foꝛtaſſe alijs videbit̃:Sed
quantuꝫ opinio mea fert:nihil eque adiuuat:ac no C
bilium ingeniorum familiaritas ⁊ clarorum viro
rum conuerſatio. Cernis (ut arbitroꝛ) quid intẽdã
dicam tñ expꝛeſſius. Quis in grecia clarioꝛ The Robti
miſtocle? ut ait Tullius. Ego fidentiſſime: Quis regis la
in Italia:immo ỽo quis in europa clarioꝛ Rober- udes
to? In quo ſepe cogitãs ſoleo nõ tam diadema:q̃ꝫ
mores:neqꝫ tã regnũ ꝙ animũ admirari. Illũ ego
uere regem dixerim qui nõ ſubditos modo ſed ſe-
ipſum regit ac frenat:qui exercet in paſſiones ſuas
imperium:que ſunt animo rebelles: illuꝫ ſi ceſſerit
oppꝛeſſure:ut nulla eſt quidẽ clarioꝛ victoria q̃ꝫ ſe
ipſum regere. Quomõ ille mihi rex erit in quẽ re-
gnat ambitio? quomodo inuictꝰ quẽ ſternit aduer-
ſitas? quomõ ſerenus quẽ meroꝛ obnubilat? quo-
modo magnanimus quem minimarũ etiã reꝝ pa-
uoꝛ exanimat? Et (ut fulgida virtutum nomina ta
ceamus) quis mihi liberũ dicet eũ:qui cupidinuꝫ
uariarũ iugo pꝛemit̃ multiplici? Infra oia iſta de-
ſcendam:qua fronte hominẽ dicimus quẽ ſcimꝰ ex
hoie nihil ꝑter nudã effigiẽ retinere:beluaꝝ mori-
bꝰ defoꝛmẽ: ⁊ ſeuoꝝ aiantiũ feritate terribilẽ? Mi
ra ergo:licet publica demẽtia: Regẽ eũ dicere qui
nec rex nec liber: ⁊ ſepe ne homo quidem ſit. Ma
gnum eſt regẽ eſſe:perexiguũ regem dici. Rario-
res ſunt reges q̃ꝫ vulgꝰ exiſtimat: Non eſt titulus D
iſte vulgaris:minus gemmaꝝ atqꝫ eboris ſceptra
conſumerẽt:ſi ſoli reges illa poꝛtarent. Ueri reges
intra ſe gerunt:quod eos uenerabiles facit: ſemo-
tis licet ſatellitibus ⁊ abiectis inſignibꝰ reges ſũt.
Ceteros cultus exterioꝛ facit hoꝛribiles: Roberrꝰ
uere iclytus ⁊ uere rex eſt:qui q̃ꝫ ſit imperioſus in
ſeipſum:exempla inaudite patientie ⁊ moderatio-
nis idicãt de qbꝰ alter foꝛte dicẽdi locus fuerit:Q̃ꝫ
ỽo late regnet in alios:diſſonantes lingua ⁊ mori-
bus populi: ⁊ diſiunctiſſimi regionum fines oſten
dunt. Seneca tuus in quadam tragedia: quid re-
gem faciat ⁊ quid nõ faciat egregie recollegit his
uerſibus: Regẽ nõ faciũt opes:nõ ueſtis Tyrie co
loꝛ:non frontis nota regie:non auro nitide trabes: Quis
Rex eſt qui poſuit metꝰ ⁊ diri mala pectoris. Nec iure di-
longe poſt: Mens regnũ bona poſſidet: nil ullis cat̃ rex.
opus eſt equis:nil armis ⁊ inertibus telis que pꝛo
cul igerit Parthus cũ ſimulat fugas. Admotis ni
hil eſt opus:Urbes ſternere machinis longe ſaxa
rotãtibꝰ. Rex eſt qui metuit nihil:hec ille. Ad hũc
itaqꝫ regẽ (ut pꝛincipio conueniat finis) uocatꝰ iui
ſti:quod ut ille iuberet: ⁊ ut tu pareres:quid aliđ
q̃ꝫ ſtudiorum ſumma confoꝛmitas fecit? Ille qdeꝫ
quantum curis ſuis ſolamẽ aſciuerit dicerẽ:ſi apđ
alium loquerer: Tibi certe ad interni hominis pa
cem:quam uti ſepe querebaris Tuſcarum reꝝ fra
goꝛ impulerat:qua compendioſius pergeres non
erat. Congratuloꝛ ergo ſeu pꝛudentie ſeu foꝛtune E
tue: ⁊ uocem que tunc mihi fuit in oꝛe: aliquanto
nunc fidentius repeto. Ubi enim fama pꝛimuꝫ:de
inde per litteras tuas accepi te Florentia digreſſũ
iſſe Neapolim: ⁊ mecum ⁊ cum amicis dixi: Dio
nyſius noſter ad tranquillitatẽ animi magnis paſ
ſibus contendit: ⁊ ad beatam vitam rectum iter in
greſſus eſt. De me autẽ ſic habe:bꝛeui te ɔſequar.

Noſti enim q̄d de laurea cogito:q̃z ſingula librās
preter ipſum de quo loquimur regem:nulli omni-
no mortalium debere conſtitui:ſi tanti fuero ut uo
cer:bene eſt:Alioquin fingam neſcio quid audiſſe
uel epiſtole ſue ſenſum quam ipſe mihi ſumma ho
minis incogniti ⁊ familiariſſima dignatione tranſ
miſit:quaſi dubitans in eaz potiſſimū partē trahā
ut uocatus videar:Et regio quidem ſtilo quiddaz
modo plebeiuz reddidi:fulgore attonitus nec ego
ingenij viribus ⁊ lyra:ut aiunt:longe ipari. Uale.

Francisci Petrarche ad Robertum Sicilie regē ꝙ mortem neptis tam conſtāter laudauerit admirantis:nonnulla etiam de aīe immortalitate: multa autem de regijs laudibus interſerentis.

Epiſtola.LI.

A Reſtrinxit oculos meos fulgor inſolitus:
felix calamuſ viſus eſt:cui talia crederent.
Quod primuz mirer?Eximiam breuitatē
an maieſtatem ſententiarum : an diuinam eloquij
uenuſtatez?Nunq̃z rex inclyte(fateor) credidi: rē
tantam dici poſſe tam breuiter:tam grauiter : tam
ornate:nec iam tale aliquid ex humanis ingenijs
expectabam.Equidem ut cōſtaret te corda homi-
num in manibus habere:quo tota illuſtrium ora-
torum ſuſpirat intentio : legentis animum tam ua
rijs affectibus impuliſti:ut ſine luctamine:in oēm
partē ſtili tua ueſtigia ſequeretur uolubilitate mi-
rabili:Ecce enim in prima ſobrij fronte ſermonis :
dum ſummam humane miſerie acerrimaſq̄z mo-
leſtias laborū ⁊ neceſſitatē mortis acerbiſſimam
tractim ex radicis labe ramis ac frondibus obre-
pentem magnificentiſſime deploraſſes : mouebar
uſq̄zadeo ut crebro inter legendū ſuſpirans : ⁊ in-
eluctabili ſorte perterritus:totumq̄z hoc nomē ho
minis peroſus:pene nec natus eſſe nec vnq̃z naſci-
turus optauerim.Actum erat ⁊ mihi iam trāquil
litas omnis exciderat:niſi que letale vulnus infli-
xerat manus:eadem mox remediū attuliſſet.Sē-
ſi vnum ⁊ repentini meroris ⁊ conſolationis artifi
cem.Nec vnq̃z certi⁹ quid eloquentia poſſit agno
ueram:tam potenter enim paucorum ope uerbo-
ruz ſub immortalis anime futureq̄z repationis ob
tentu egrum atq̄z labantem animū erexiſti ut gau
dio mihi fuerit genitum eſſe mortalem.Naz quid
beatus excogitari poteſt : q̃z erutum ueſte corpo-
rea: ⁊ de compedibus iſtis explicitum ad illā diē
exactis temporum curriculis peruenire : que nos
abſorta morte immortalitatem induat:reparās in
B diſſolubiliter ac reformans putrem ⁊ ſemeſam ti-
neis:atq̄z vndiq̄z fluentē tunicam carnis noſtre?
Quam ſpem ⁊ ſi philoſophorum gentilium nul-
lus attigerit:uetuſtiſſima tamen eſt immortalita-
tis opinio:nec noſtris ſolum:ſed illis etiam proba
ta quibus Chriſti nomen inauditū eſt.Preter Epi
curum eniz: ⁊ neſcio quot ex illo infami grege:im
mortalem eſſe animaz:nemo eſt qui neget.De qua
re(ut Pherecydē primum apud Syrios ſentētie
huius auctorem:diſcipulumq̄z Pherecydis Py-
thagoram totamq̄z pythagoream familiam ⁊ So
cratem omneſq̄z Socraticos pretereaz) Plato ip
ſe ſummus vir:clariſſimum uolumen edidit : quo
Uticenſis Cato moriturus ſuprema illa nocte ſua
pro conſiliario uſus perhibetur:ut ad contemptū
vite huius animoſior: ⁊ ad amorem decrete mor-
tis accederet : Quam ſententiaz poſtea Marcus

Opinio phõr ð imortalitate anime.

Cicero: ⁊ in Tuſculano ſuo: ⁊ in ſeptimo reipubli
ce diuino genere orationis aſſeruit. Nec non ⁊ in
dialogo Lelij:qui de amicitia uera ē: ⁊ in eo libro
qui Cato maior inſcribitur:defenſionem continēs
ſenectutis:Alijſq̄z preterea tam multis in locis at-
tigit:ut ualde mihi quidem ſollicitus videatur:ne
quem ueritas tam cōperta pretereat.Sed cui hec
inſipiens loquor? Profecto non modo regum no-
ſtri temporis:ſed philoſophoruz regi. Ignoſce au
tem queſo:ſic hactenuſ me dicendi calor euexit:ut
regium dogma : cui plurimum me debere fateor :
non amplecterer ſolum:ſed teſtibus adhibitis cō-
firmarē:quod ita mihi animum affecit:ut ſecurus
iam ac ſpei plenus formidatum gentibus diē mor
tis expectem . Hunc diem tranſuecta neptis tua :
quam finis epiſtole canit ac predicat:inuidioſa po
tius:ut mihi quidez videtur:q̃z miſerabili ſorte de
fungitur.Quis enim ab ipſo etatis ⁊ forme flore
ſubtracta ſit:publica fere totius orbiſ querimonia
multiſq̄z precipue populorum utriuſq̄z regni: ⁊ vn
de ortum ⁊ in quod tranſlatum illud rarum ⁊ exi-
mium decus erat lachrymis ac lamentis:Ipſa ta-
men felix eſt : non ſolum ꝙ ad eterne vite delitias
per horificum illud mortis limen ingreſſa eſt : ſed
etiam quod tu eaz nobiliſſimo elogio omnib⁹ ſecu-
lis illuſtraſti:Quis enim mortuaz:immo vō quis
non glorioſiſſime viuentem dicere audebit:quam
deus in celo:tu in terris viuere uoluiſti? O inquā
felix mulier:o iterum felix:que pro vna temporali
vita eademq̄z breui ⁊ incerta: ⁊ mille ſemper caſi C
bus expoſita duas eternitates(ut ita dixeriz)con
ſecuta eſt:quorum alteram celeſti:alteram terreno
regi:Illam chriſto debeat:hanc Roberto ingētia
duo munera a munificentiſſimis largitoribus acci
piens:eo felicior videri debet:ꝙ in celo ⁊ in terra
gratiam digniſſimis relatura eſt:Plurimuz enim
ex perſona tribuentis munerib⁹ ipſis accedit: mul
tum intereſt a quo beneficium acceperis ⁊ cui pro
inde ſit obnoxius. Sane queſitam illi celitus im-
mortalitatis conditionem beatiſſimamq̄z vite mu
tationez ſileo:ne ineffabilia proſequentē deſtituāt
vires:quanta demum gloria eſt quaz tu ſibi ſupre
mis laudibus peperiſti : Certe dum illud tuum ſi
ue epigramma:ſiue epitaphium dici mauis:quod
eterne manſurum eſſe confido : nuper defuncte ne
ptis memoriam celebrabit:ſemper illa tecuz: ⁊ cū
clariſſimis omnis eui nominibus viuet.Erunt qui
mortem immaturam ⁊ iacturaz modici temporis D
tali cupiant compenſaſſe panegyrico : quiq̄z quod
de Achille dixiſſe fertur Alexander Macedo : ſu
ſpirantes dicant o fortunata que talem preconem
tue virtutis inueniſti:Sed iaz metuo ne prolixitaſ
in faſtidium uergat:elegantiſſima quoq̄z breuitas
tua ne longius uager admonuit. Subſiſtaz igitur
deum orans:cunctoſq̄z celicolas ut ſerenitatē tuā
geminis tam bellorum q̃z ſtudiorum laureis orna
tam diu iubeant in ſtatu feliciſſimo florere. Uale.

Multū muneri b⁹ ex pſona tribuēt̃ ac cedere.

Francisci Petrarche ad.T.M. Illuz rome an ne Pariſij aſſumendam ſibi lauream putet cuz utriuſq̄z litteris accerſetur conſulentis.

Epiſtola.LII.

A Ancipiti in biuio ſum: Nec quo potiſſimuz
uertar ſcio.Mira quidem ſed breuis hiſto
ria eſt hodierno die hora ferme tertia:litte

re ſenatus mihi reddite ſunt in quibus obnixe ad-
modum: ⁊ multis perſuaſionibus ad percipiēdaꝫ
lauream poeticam Romam uocoꝛ. Eodem hoc ip
ſo die circa horam decimam: ſuper eadem re ab il
luſtri viro Roberto ſtudij Pariſienſis Cancella-
rio conciue meo mihiqꝫ ⁊ rebus meis amiciſſimo
nuncius cum litteris ad me uenit. Jlle me exquiſi
tiſſimis rationibus: ut eam Pariſium hoꝛtatur.
Quis vnqꝫ oro te euentorum tale aliquid: hos in
ter ſcopulos diuinaſſet? Et ſane quia res pene in-
credibilis videtur: utranqꝫ epiſtolaꝫ illeſis ſignis
ad te miſi. Hec ad orientem: hec ad occidentē uo-
cat. Uidebis q̃ ualidis hinc atqꝫ illinc argumen-
Hūanas res nihil ſolidi hēe — tis pꝛemoꝛ. Scio quidem in rebus hamanis fere
omnibus nihil ſolidi ineſſe: magna ni falloꝛ in par
te curarum actuumqꝫ noſtroruꝫ vmbꝛis eludimur
Tamen ut eſt animus iuuenum glorie appetenti-
oꝛ q̃ virtutis: cur non ego quoniam apud te fami-
liariter gloriandi pꝛeſtas audaciam: tam hoc mihi
glorioſum rear: q̃ ſibi olim potentiſſimus Africe
regum Siphax: quod vno eodemqꝫ tempore dua
rum toto oꝛbe maximarum urbium: Rome atqꝫ
Carthaginis in amicitiam uocaretur? Nimirū id
B regno eius atqꝫ opibus tribuebatur: hoc mihi.
Jtaqꝫ illum inter auruꝫ ac gemmas: ſuperbo ſolio
ſubnixum ⁊ armatis ſtipatum ſatellitibus ſui ſup
plices repperere: Me ſoliuaguꝫ mane in ſiluis: ſe-
ro autem in pꝛatis Soꝛgie ripis obambulantem
inuenerunt mei. Mihi honoꝛ offertur: ab illo au-
Letitia cōſilio inimica eſt. — xilium poſcebatur. Sed quoniam letitia inimica
conſilio eſt: fateoꝛ ut letus euentu: ſic dubi⁹ animi
ſum. Urget enim hinc nouitatis gratia: hinc reue-
rentia uetuſtatis: hinc amicus: hinc patria. Unum
ab altera lance pꝛeponderat: quod rex Siculuſ in
Jtalia eſt: quem e cunctis moꝛtalib⁹: equiore ani-
mo ingenij iudicem pati poſſum. Curarum mearū
fluctus vides: tu quem ad earuꝫ gubernacula ma
nus poꝛrigere nō puduit: fluctuantem animū con
ſilio tuo reges. Uale.

C Franciſci Petrarche ad. T. M. optimum conſiliū illius de aſſumenda laurea ſe executurum aſſerentis. Epiſtola.LIII.

A C Onſilium tuum non tantum ſuſcipio: ſed
amplectoꝛ: magnificum eſt enim tuaqꝫ ſa-
piētia ⁊ humanitate digniſſimuꝫ. Nec me
terret ꝙ patrie ſis amicus: es enim amicioꝛ ueri-
tati. Jbo quo iubes: ſiquis electionem foꝛte mira
bitur: rationes pꝛimum: deinde etiam nomen tuū
mirantibus obijciam: Sepe auctoritas pꝛo ratio
ne ſuſcipitur. Jd modo negocij reſtat: quibus me
uerbis excuſem Roberto meo: ut non ipſe tantuꝫ
cui nobiſcum facile cōueniat: ſed illa quoqꝫ ingēs
vniuerſitas: ſi foꝛte res in lucem uenerit: factum ſi
bi ſatis exiſtimet: Sed de his coraꝫ latius. Audio
enim ipſum aduentare eo pꝛopoſito ut me Pariſi
um trahat: quod ſi ita eſt: res inter pꝛeſentes tran-
B ſigetur. Ad id ſane quod in fine litterarum tuaruꝫ
ex me queris: donec diu rem cum animo meo tra-
ctem niſi fabulam texere uoluero: reſpondere ali-
quid non poſſum: Peregrina hiſtoria meis mori-
bus eſt: ⁊ quod me huic iterrogationi alieniſſimū
facit: pꝛoꝛſus diuerſe me interim exercuerunt cu-
re: Uerumqꝫ eſt illud Saluſtianum: Ubi intende
ris ingenium ualet. Pꝛeterea antiqua res eſt: ⁊ a
memoria mea multorum annoruꝫ ſpatio remota.
Jtaqꝫ ut ait Plautus: Longa dies animum incer
tat meum. Sed de hoc etiam pꝛeſens loquar. Ua
le.

C Franciſci Petrarche ad. T. M. eundem ꝙ romā ſit petiturus pꝛo adipiſcenda laurea quo ue die eā in Capitolio ſit aſſumpturus certiorem reddentis. Epiſtola.LIIII.

F Oꝛtune inſidias non hodie pꝛimum intel
ligere incipio: Non inuadit nos tantum il
la: ſed ſpargit ac ſeparat: ne letis ſcilicet ⁊ A
aduerſis in rebus alter alteri ſolatio ſit. Norat il-
la: quante oliꝫ meū coꝛ urerent cure: quibuſ ad ple
nū mederi pꝛeter te nemo poterat. Tūc ergo mirū
in modum ꝯquiſitis cauſis: te in illo pectoris mei
eſtu refrigerium vnicum auectum ab Arcto redi-
ens inueni. Jtaqꝫ tametſi Romam tuam pꝛopꝛiaꝫ
⁊ communem omnium: mihi vͦ ante omnes ſem
per: tunc autem ⁊ ſeipſam pꝛopter gemino deſide
rio exoptatam patriam petijſſes: tamen conſequē
di difficultas meſtum atqꝫ deiectum animum ha-
bebat: ut cum ubiqꝫ exul mihi ſine te videar: tum
ꝑſertiꝫ anxius atqꝫ amore ardens ⁊ Romam tibi
inuiderem ⁊ te Rome: quo in ſtatu: eadeꝫ illa iuue
nilem animum frenante foꝛtuna: pauci anni qui-
bus ab inuicem: ſic diſtracti viximus multoꝝ apō
me vicem ſeculorum tenuerunt. Ueni tandem (ut
vidiſti) hyeme bello pelagoqꝫ tonantibus. Om-
nes nēpe difficultates fregit amoꝛ: Utqꝫ ait Ma- B
ro: Uicit iter durum pietas: dumqꝫ ſuum uenera-
bile ac pꝛedulce obiectum querunt oculi: nulla ma
ris faſtidia ſtomachuſ: taliuꝫ licet impatientiſſim⁹
natura: nullaꝫ bꝛume terreqꝫ duricieꝫ coꝛpus: nul
las periculorum minas animus ſenſit. Sic ad te
eniꝫ totus totaqꝫ mente pergebam: ut te vnnm co-
gitans pꝛeſentia non viderem: te inuento nulla mi
hi longe vie memoria ſupereſſet. Ecce autem nūc
eundem illa laqueuꝫ: alioꝛſuꝫ licet obuertit: ut me
Romam petente te Uaſconia ⁊ occidui littoris ex
trema poſſideant: ⁊ tum maxime diſtrahamur:
dum maxime te pꝛeſentem cuperem: omnis mee
glorie ſummuꝫ decus: Sed ſic eunt fere uota moꝛ
talium: ut quod uehementius cupiunt egrius aſſe
quant. Ceterum ut meliore tui parte illic in tempo
re pꝛeſens ſis: ſcito me lauree delphice cupidine:
olim clarorum Ceſarum ⁊ ſacrorum uatum ſingu
lare ⁊ pꝛecipuum uotum fuit: nūc uel ſpernitur uel
neſcitur: mihi ſane noctes plurimas inſomnes fe-
cit: ⁊ de qua ſepe multa tecum egi: quanqꝫ cuꝫ me
tantillum: certatim due maxime urbes expoſce-
rēt: Roma atqꝫ Pariſius. Altera mūdi caput ⁊ ur
bium regina: nutrix altera noſtri temporis ſtudio C
rum: poſt uarias deliberationes: ad extremum
non alibi quam Rome: ſuper cineribus antiquo-
rum uatum: inqꝫ illorum ſede percipere: ingēti an
te alios fratre tuo ſuaſore ⁊ conſultore diſpoſui:
hoc ipſo die iter aggredi: Jn quo pluſculum tem
poris exigitur. Adeundus eniꝫ rex: videnda Par

thenope:inde iter erit Romam. Illic aliquot dierum moram video: deniqꝫ niſi fallit extimatio: paſcali die: ad.vj. Idus Aprilis in Capitolio res agetur. Queris quo hic labor: hoc ſtudiuꝫ: hec cura. An doctiorem: an meliorem factura ſit laurea? Notiorem forte ⁊ plurium inuidie expoſituꝫ: Scientie autem ⁊ virtutis ſedes eſt animus: Ibiqꝫ nō in frondoſis ramis auicularum more nidificant. Quorſum igitur hic frondium apparatus? Quid reſpondeam queris? Quid putas? niſi illud ſapiētis Hebreorum: Uanitas uanitatum ⁊ omnia uanitas: ſed ſic ſunt mores hominum. Tu Uale. ⁊ fauenti oro ades animo.

¶ Franciſci Petrarche ad Robertum Sicilie regē: Illi ꝙ laurea ſe dignum eſtimauerit gratias referentis: atqꝫ quo ritu eam Rome ſuſceperit oſtendentis: cōtra ueterum etiam laudatores preſentia contemnentes inuehentis. Epiſtola.LV.

A Quantum tibi liberalium ⁊ honeſtarum artium ſtudia deberent: regum decus: quarum te quoqꝫ regem induſtria feciſti: aliquanto (niſi fallor) q̃ꝫ temporalis regni diademate clariorem: olim mundo natum erat. Nouo nuper beneficio deſertas pierides obligaſti: quibus hoc meum quantulumcunqꝫ eſt ingenium ſolenniter conſecraſti. Ad hec ⁊ urbem Romam ⁊ obſoletum Capitolij palatiuꝫ inſperato gaudio ⁊ inſuetis frondibus decoraſti. Parua res fortaſſe dixerit quiſpiam: ſed profecto nouitate conſpicua: ⁊ populi Romani plauſu ac iucunditate percelebris. Lauree morem non intermiſſum more tot ſeculiſ: ſed ibi iam prorſus obliuioni traditum: alijs multum diuerſis curis ac ſtudijs in republica vigentibus: noſtra etate renouatum te duce: me milite. Scio quedam ⁊ per Italiam ⁊ apud exteras nationes ingenia clariſſima: que nihil ab hoc propoſito: niſi deſuetudo longior ⁊ ſemper ſuſpecta rerꝫ nouitas arcebat: Ea deinceps poſtq̃ꝫ in meo capite periculum fecere: breui conſecutura ⁊ Romanas lauros certantibus ſtudijs decerptura confido. Quis enim metuat Roberto auſpice cunctantis animi ſigna conuellē? Iuuabit in hac acie ꝑmū

B eſſe in qua eſſe ultimum non inglorium reor. Ego quidem non inficior: tanto impar oneri fueram: niſi mihi fauor tuus: vires atqꝫ animos addidiſſet. Atqꝫ utinam diem feſtum ornare sereniſſime frōtis tue preſentia potuiſſes: quod profecto (ut ipſe dicere ſolebas) niſi etas non ſineret nequaq̃ꝫ maieſtas regia uetuiſſet. Senſi quidem multis indicijs Auguſti Ceſaris quoſdam mores tibi admodum probari: Atqꝫ illuꝫ in primis: ꝙ Flacco libertino homini ⁊ qui prius aduerſarum partium fuiſſet: tam nō placatum modo: ſed beniuolū familiaremqꝫ ſe prebuit: ⁊ Maronis ſui ingenio delectatus: plebeiam originem non deſpexit: Preclare: Quid enim minus regium q̃ꝫ in his quos aut virtus aut ingenium commendat: dum ⁊ uera nobilitas non deſit: ⁊ nobilitare ipſe poſſis: ſuffragia aduentitie nobilitatis exquirere? Nec ſum neſcius quid aduerſus hoc litteratores noſtri tp̄is rñdeāt ſuperbum ⁊ ſegne genus hominum Maronem ⁊ Flaccum ſepultos eſſe ne quicq̃ꝫ modo de his magnifica ꝟba iactari: excellentes olim viros perijſſe tolerabiles nuper ⁊ (ut fit) in imo faceꝫ ſubſtitiſſe. Quid dicant ⁊ quid cogitent noui: neqꝫ paſſim obluctor: Uidetur enim mihi vnum Plauti dictum: non tam illi etati que vix eius rei guſtum ceperat cōuenire q̃ꝫ huic noſtre. Ea inquit tempeſtate flos poetarum fuit: qui hinc abierunt in communem locum. Hoc profecto nos dignius lamentamur: tūc enim nonduꝫ uenerant quos abijſſe conqueritur: Iniquiſſima uero horum intentio eſt. Neqꝫ enim id agunt ut interitum ſcientiarum defleant: quas extinctas ac ſepultas cupiunt: ſed ut coetaneos ſuos quos imitari nequeūt: deſperatione deterreāt. Sane illos deſperatio ſua retrahat: noſ impellat: ⁊ vnde illis frenum ac vincula: nobis impetus ac ſtimuli acceſſerint: ut ſtudeamꝰ fieri: qualeꝫ illi nullum opinantur: niſi quē antiquitas illuſtrauit. Rari ſunt fateor: pauci ſunt: ſed aliqui ſunt: quid autē uetat ex paucis fieri: ſi omnes raritas ipſa terruerit? Breui quideꝫ non pauci erunt ſed nulli. Enitamur: ſpemus: dabit̃ forſan ad iſta ꝑtingere. Maro ipſe ait: Poſſunt quia poſſe videntur: ⁊ nos (mihi crede) poterimus ſi nos poſſe crediderimꝰ. Quid enim putas? Plautus ecce ſuā def let etatē. Ennij forte ſeu Neuij mortem dolens: ipſorꝫ quoqꝫ Maronis ac Flacci etas: non equa tantis ingenijſ fuit: Quorum alter diuini ſpiritus poeta dum vixit: emulorum bellis ſine fine uexatus: ut alienorum operuꝫ deflorator carpitur. Alteri vitio datur qđ viſus eſſet antiquos partiꝰ admirari. Fuit hoc eritqꝫ perpetuum: ut ueneratio uetuſtatem: preſentiaꝫ comitetur inuidia. Tibi ꝟo regum optime: nec minus philoſophorum ac poetarum maxime (ut ex te didici) illud eiuſdeꝫ principis altius inſedit: qđ Tranquillus ait: Ingenia ſeculi ſui omnibus modis fouit: ⁊ tu modis omnibus ſeculi tui foues ingenia: eiſqꝫ humanitate ⁊ clementia tua faues: Expertus loquor: recitantes ⁊ benigne ⁊ patienter audis. Nec tantum carmina ⁊ hiſtorias: ſed ⁊ orationes ⁊ dialogos. Componi tamen aliquid de te niſi ⁊ ſerio ⁊ a preſtantiſſimis offenderis. In omnibus his Auguſtum imitatus: auerſatus autē illos qui cuncta faſtidiunt: niſi quibus precium fecit impoſſibilitas conſequendi. His tuis moribus: hac facilitate animi: cum multi ſepe: tum ego nuper hortatus ſum: ſingulari quadam ⁊ ſine meritis fortuna. Neqꝫ hic (ut dixi) ſubſtitiſſet regia dignatio: ſi aut remotior ſenectus: aut Roma propinquior fuiſſet: Uerum hic maieſtatis tue nuncius qui pro te omnibus interfuit: quid nobis uel Roma uel inde digreſſis: ſeu gaudij ſeu periculi acciderit: viua uoce narrabit. De reliquo autem nouiſſimi uerbi tui: ut ad te q̃ꝫ primum redeaꝫ ſine intermiſſione memineror: teſtor deum non taꝫ aule regie ſplendore captꝰ q̃ꝫ ingenij: Alias quidem q̃ꝫ que ſperari a regibus ſolent ex te diuitias expecto: Precor autem ut annos vite tue proroget: ⁊ te demū ab hoc ſolio mortali ad eternum transferat is apud quem fons vite eſt. Uale.

C (margin, beside "lucto: Uidetur enim mihi vnum Plauti dictum")

D (margin) Veneratio uetuſtatē iuidia preſētiā comitatur

¶ Franciſci Petrarche ad Barbatum Sulmoneñ. regium ſecretarium: Illum quo tempore Lauream Rome magno cum populi fauore aſſumpſerit: certificantis. Epiſtola.LVI.

A i Dibus aprilis:Anno etatiſ huius ultime:
Milleſimo trecẽteſimo q̃drageſimop̃mo:
in capitolio romano:magna populi frequẽ
tia ⁊ ingenti gaudio peractum eſt quod nudiuſter
tius de me rex apud Neapolim decreuerat:Ur-
ſus anguillarie comes ac ſenator:prealti vir inge-
nij regio iudicio probatum laureis frondibus inſi
gniuit.Manus regia defuit: ſed non auctoritas
nec maieſtas:Jlla non mihi ſoli ſed omnibus pre-
ſens fuit.Defuerunt oculi tui atqꝫ aures:animus
enim aſſidue mecum eſt:defuit magnanimus Jo-
annes quem a rege tranſmiſſum ⁊ miro ſtudio fe-
ſtinantem preter Ananiam excerpere hernicoruꝫ
inſidie:quas eum euaſiſſe gaudeo:licet expectatꝰ
B in tempore non adeſſet.Cetera ſupra ſpeꝫ ⁊ ſupra
fidem ſucceſſiſſe noueris.At ut recenti experimen
to cognoſcerem:q̃ꝫ ſemper letis iuncta ſint triſtia:
vix menia urbis egreſſi:ego cum his qui me terra
⁊ pelago ſecuti erant:in latronum armatas manꝰ
incidimus:e quibus ut liberati ⁊ romaꝫ redire cõ
pulſi fuimus:quantuſqꝫ ibi ob hanc cauſam popu
li motus:⁊ ut die poſtero certiori armatorum ful
ti preſidio diſceſſimus:ac ceteros vie caſus ſi ex-
plicare temptauero:longa erit hiſtoria:Cũcta igi-
tur ex latore preſentium cognoſces.Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Joannem Columne.Jlli
ꝙ lauream adeptus ſit:⁊ ꝙ Parmenſes a tyran-
nide liberati ſint ſignificantis. Epiſtola.LVII.

A r Oma rediens:diutiꝰ exoptate lauree mee
compos:⁊ uelut victor laureati cognomẽ
referens:quod gauiſuro tibi uerecũde nũ
ciatum uelim:hodierno die quod tibi ad gaudiuꝫ
quoqꝫ ſignifico:ductu ⁊ auſpicijs amicorum tuo-
rum de Corrigia:Parmam vnde(ut ſcis)arceba-
mur ingreſſus ſum.Hoc eodem die ſibiipſi re-
B ſtitutam urbem pulſo hinc preſidio tyrannorum.
Jn quaꝫ repente mutata rerum facie:atqꝫ incredi
bili gaudio liberate plebis:pax: libertas ⁊ iuſti-
tia rediere.Hic ergo precibus eorum victus qui
bus ueniam tuam acceſſurã ipſi ſperant:⁊ ego nõ
dubito eſtatem agere in animum induxi.Jurant
enim ſe preſentia mea admodum egere:quod idul
gentie non neceſſitatis eſſe certũ eſt.Cui eniꝫ uſui
in hoc ſtatu rerum ſim? Non ego urbanis ſtrepiti
bus:ſed ſilueſtribus ſilentijs delector:non legum
aut armorum curis:ſed ſolitudini ⁊ ocio natꝰ ſuꝫ.
Jpſi quidem uoti mei ꝯſcij: miram mihi quietem
pollicentur:cum fragor hic ⁊ ardor letitie geſtien
tis aſſiduitate tepuerit: quicquid erit mos geren-
dus fuit benigne precantibus.Hyemis initio me
videbis:ita dico:niſi uel tibi citius uel fortune ſe-
rius placuerit.Uale.

¶ Fran.Pet.ad Peregrinum Meſſaneñ.Thome
obitum deplorantis:ſimulqꝫ illi epigramma ut ſu
pra defuncti ſepulchrum effigiat deſtinantis.
Epiſtola.LVIII.

S Rauiſſimam querelaꝫ epiſtole finibus nõ
contentam:differre compulſus ſum: non
eſt uſitatuꝫ animi mei vulnuſ aut vulgato
A medicamine releuandum.Altius in precordia de
ſcendit:obſeruauit enim nocendi locuꝫ ac tempus
⁊ toto põdere ferox incubuit fortuna: Thomam
qꝫ meum nunq̃ꝫ mihi ſine lachrymis nominanduꝫ
eximio flore rare indolis:fructuſ uberrimos ⁊ ma
gna rerum incrementa pollicitum:primo(ut ſic di
xerim)etatis uere preripuit.Cuius immatura obi
tu(ipſe mihi fateor)mortalia cuncta viluerunt.Ui
deo quanta rerum noſtrarum firmitas:quid mihi
nunc ſperanduꝫ ſit exemplo coniunctiſſimi fratris
admoneor.Una etas erat:Jdem animus:Sum-
ma ſtudiorum paritas:Jncredibilis identitas uo
luntatũ.Unum eramus:Uno calle gradiebamur:
vnum terminũ petebamus:vnus labor:vna ſpeſ:
vna erat intẽtio:vnus utinã finis eſſet.Hanc acer
biſſimam fati vim:deflere mecum:⁊ profundiſſi-
mo ſimul vulneri meo:paria ſi poſſuꝫ adhibere re
media:meqꝫ ipſum meis litteris ⁊ iuſto uolumine
ꝯſolari ꝓpoſitũ eſt mihi.Fecit hoc primus in mor-
B te dilectiſſime filie:Marcꝰ Cicero:diuino ille qui-
dem ⁊ inacceſſibili quodam ſtilo.Feciť ideꝫ mul
tis poſt ſeculis in morte fratris Ambroſius.Tem
ptare libet modo per occupationes liceat quid in
amici morte poſſit ſtilus humilior.Interiꝫ epigrã
ma quod poſtulas udum fletu:accipe:placet ut ſu
per ſepulchri lapidem breue carmen:⁊ ſuper ami
ci corpus dolor meus emineat.Uale.

Jndolis atqꝫ animi felicem cernite thomam.
  Quem rapuit fati precipitata dies.
Hunc dederat mundo tellus vicina peloro.
  Abſtulit hec eadem munus auara ſuum.
Florentemqꝫ noua iuuenem virtute repente
  Succidit miſero mors inimica mihi.
An ne igitur grates referam pro munere tanto?
  Carminibus ſiculum littus ad aſtra ferens:
An ne gemam potius ſimul indignerqꝫ rapinam
  Flebo:Nihil miſeris dulcius eſt gemitu.

¶ Fran.Pet.ad Jacobum Meſſanenſem:Thome
Meſſaneñ.obitum grauiter ſe tuliſſe cõteſtantis.
Epiſtola.LIX.

p Oſt Thomam meũ fateor mori uolui nec A
potui.Speraui:ſed eluſus ſum.Nec igno
ro quid ſi hoc audiat:reſponſurus ſit An-
neus Seneca.Fruſtra ſcilicet optari qȯ in manu Fruſtra
poſitum noſtra ſit.Ego v̇o in multis hominis inge optari
nium probans:ab eodem tamen in multis ⁊ pre- qȯ i ma
ſertim in hac precipiti ac temeraria opinione diſ- nu nr̃a
ſentio:quã non ſolũ noſtris:ſed philoſophoꝝ quo ſitũ eſt.
qꝫ gentiliũ teſtimonijs ⁊ auctoritate cõuincere:nõ
operoſa diſputatio eſſet:ſed modo non id agimus
Jgitur ut ad rem ueniam infeliciſſimis rumoribꝰ B
affecto ⁊ optima mei parte amiſſa:vitam ſine illo
uere ſolitariam atqꝫ anxiam peroſo: peropportu-
na febris affuit:qua duce letus uſqꝫ ad ipſum li-
men mortis acceſſi:ſed cum tranſire uellem in fori
bus ſcriptum erat:Noli adhuc:nondum uenit ho
ra tua:continui gradum ⁊ repulſus inde: meſtus
ad vitam redij.Atqꝫ ita ſum:ut facile cernentibus
appareat:me inuitum viuere.Uiuo tamen quod
omnes metuunt:ſolus ſperans ⁊ dolorem meum
breuitate conſolor.Scio enim quod mihi cũ mor
te fedus:quod cum carne commertium.Utinam
ſic mihi quantulumcunqꝫ vite ſupereſt:contingat
agere ut omnibus horis in promptu:⁊ (ut dici ſo
let)in numerato habeam quod debeo:ſitqꝫ quod
ait Pſalmiſta:Anima mea in manibus meis ſem
per.Uale.

¶ Fran.Pet.ad Joannẽ Colũne:illum ut mortẽ Ja

cobi fratris foꝛti animo ferat hoꝛtãtis. Epl̃a.LX.

A V Rget doloꝛ:hoꝛtatur charitas ut ſcribaꝫ
aliquid:ſola deſperatio pꝛofectus dehoꝛ
tatur.Credo enim recentiſſimum adhuc
animi tuivulnus talibus auxilijs non egere.Uin
cet doloꝛ:vincet amoꝛ:cedet deſperatio. Inſite de
uotionis imperio damnatum ſepius ⁊ abiectũ re
uertoꝛ ad calamũ.Sic enim ⁊ ſi nihil amplius tã
tiſper euaporabit iſte qui me intus urit ⁊ ꝑgrauat
calamitoſe mentis affectus : atqꝫ utinam merori
tuo nõ intẽpeſtiuus ⁊ inoppoꝛtunus cõſolatoꝛ ac
ceſſerim.Scio irriſos a Tiberio pꝛincipe Ilienſiũ
legatos:quibus cum ad eum ꝯſolandum in moꝛte
filij aliquanto ſerius ueniſſent:mãdatis expoſitis
rñdit.Et ſi illorum viceꝫ dolere ꝙ egregiũ ciuem
Hectorem amiſiſſent.Sed nõ ea tibi mens eſt ne-
qꝫ hi mores:notiſſima tua eſt pietas:ꝑuulgata hu
manitas:nõ in tuos modo : ſed in oẽs. Itaqꝫ non
ſum neſcius:quot gemitus iam foꝛtaſſis uel aĩ vir
tute cõpꝛeſſos uel tractu temporiꝫ parũper abſter
ſos hoc ſim ſuſcitaturus alloquio. Nunq̃ꝫ etenim
caſum tuum ꝟbis extenuare tẽptabo. Illud potiꝰ
fateboꝛ:nullum ex oĩbuꝫ quoꝫ ego q̄dem viderim:
de q̄bus audierim aut legerim:plus vnius moꝛte
fratris amiſiſſe.Uide quãtuꝫ lachꝛymis ĩdulgeo:
⁊ q̃ꝫ latũ ſuſpirijs iter pãdo:duꝫ extirpãdis ſi da
bitur:totiꝰ moꝛbi radicibꝰ ſum intentus:Fluãt in-
terim quacunqꝫ libet dum meminerint:iiſdẽ mox
tramitibꝰ obſtruſis:nõ licere amplius niti : ⁊ (qui
luctuoſarũ mẽtiũ mos eſt) alias atqꝫ alias dolori
rimulas conquirere.Magnã igiť in ṗmis quãdã
⁊ inſignẽ iacturam accidiſſe tibi video:talis ⁊ tam
dilecti fratris interitu:Uerum tunc ego infinitam
⁊ inextimabilem iudicarem:qñ moꝛs illum extin-
xiſſet : ⁊ non ſpatio modici tp̄is ſeparaſſet. Atqui
dum hic fuerat:quãtulam vite ſue particulam ſub

B oculis tuis egit?Cõputa oro tempora(qđ auidiſ-
ſime faciunt amantes) ⁊ ab ultima repetens infan
tia uſqꝫ ad hanc etateꝫ memori aĩo percurre:Iam
ille ꝓcul a patria genitus ⁊ ſub illo glorioſiſſimo
patris exilio ꝓductus in luceꝫ:ṗmos uagitꝰ edidit
in terra lõginqua:ſpectateqꝫ indolis puer tenerio-
ris vite annoꝫ:uel ſine te:uel ſi tecũ egit:ea tñ erat
amboꝝ etas:que nec ueri iudicij capax eſt: ⁊ ſoli-
di amoris fundamẽta non recipit. Ita uel ſemꝑ ea
tenus abſñs fuit:uel abſenti ſimillimuꝫ.Mox ubi
adoleſcẽtie fines attigit:incredibili quodã amore
litterarum:quarũ haud temere quiſq̃ꝫ fuit appetẽ
tioꝛ:nunc per Italiam:nũc per Gallias lõge lateqꝫ
peregrinatus eſt. Ita dũ anhelans ac per diuerſa
terrarum generoſam ſitim ſatagens extinguere:
oĩbus ferme ſtudioꝝ fontibus imergitur : uſqꝫ ad
virilem etatem ſpõtaneum ipſe ſibi indixit exiliũ:
poſt hec ſola virtutis admiratione facillime diſpẽ
ſante:ante annos ad epiſcopatuꝫ eſt ꝓuectus:quẽ
ſic geſſit:ut tantum vixꝫ nõ altiori ſolio ſedẽtem cer
nere cunctos bonos puderet:pꝛeter euꝫ ipſuꝫ qui
ab oĩ ambitionis aut auaritie ardore liberrimꝰ: ⁊
ſoꝛte ſua letus:epiſcopaleꝫ gradũ inſigniter hone
ſtabat:atqꝫ altiorem non modo non optabat aſcẽ
ſum:quinpotius deteſtabať atqꝫ oderat : ⁊ uelut
ꝑcipitij ſedem illud ſupꝛeme foꝛtune faſtigiuꝫ per
hoꝛrebat.Cuius rei cuꝫ totius vite tenoꝛ atqꝫ vnꝰ
ſemper ſecretioris textus eloquij:in quo celſum il
lũ ac tranq̃llum aĩum videbamus:tũ pꝛecipue te-
ſtis eſt grauitatis ac modeſtie cõtẽptuſqꝫ terrena-
rum rerũ plena epl̃a quã manu ꝓpꝛia nouiſſimis
vite ſue tp̄ibꝰ ad te ſcripſit.Quãqꝫ dũ relego:nun

C q̃ꝫ ſine iucũdis lachꝛymis facio. Eſt enim apđ me
quẽ illiꝰ ⁊ cuſtodia ⁊ rñſo dignuꝫ credidiſti. Nũc
ẽt ⁊ pñtem ſpectare ⁊ viuas uoces audire mihi vi-
deoꝛ. Nec magnopeꝛe ullas requirere ꝑhorum ſcho-
las:tã plene ibi pauciſſimis ꝟbis abſoluit:que ad
ſobꝛietatẽ ꝑtinẽt ⁊ ad btãm vitã:Atqꝫ inter cetera
mirũ dictu:cũ de eo attollẽdo altiꝰ aſſidue agereť:
religioſiſſimo iureiurãdo iterpoſito affirmat:ſe ſu
pꝛa q̃ꝫ credi poſſet rebꝰ ſuis eſſe contentũ:nec ullo
pacto altiꝰ aſcẽſurũ: ⁊ in quo tũc erat ſtatu mori ſe
nõ ſperare tm̃ ſed optare. Aſcendiſſet aũt uel inui-
tus:quo eũ ⁊ ſanguinis claritas ⁊ merita trahebãt
niſi olim que mẽtes curialiũ poſſidet:obſtitiſſet in
uidia: ⁊ nũc poſtq̃ꝫ ea iã gl̃ie ac ꝟtuti ceſſerat:virẽ
tiſſime iuuẽtutꝭ curſuꝫ medio calle moꝛs obuia pꝛe
uertiſſet.Sed ad oꝛdinẽ reuertoꝛ. Factꝰ ep̄s com-
miſſi muneris exactiſſimã curã habẽs:te q̃ꝫ pꝛimũ
relicto:ad ſedẽ ꝓpꝛiã maturauit. Nec eũ tãta reꝝ
locorũqꝫ mutatio exterruit : Inter romanas opes
ac delitias enutritꝰ:ad pyreneos ſaltꝰ:ſereniſſima
fronte ⁊ equiſſimo aĩo trãſiuit. Ita ut aduẽtu eiꝰ:
non tã ſua:q̃ꝫ locoꝝ facies mutata:nec tam ipſe in
Uaſconiã q̃ꝫ Uaſconia oĩs in italiã trãſiſſe videre
tur:qđ iter ego ſecũ egi: ⁊ me felicẽ recoꝛdatio ſo-
la facit:dũ memini ⁊ mãſuetudinẽ in ea foꝛtuna ⁊
humilitatem in illis tot nature dotibus: ⁊ honeſta

D tem in ea ſpecie coꝛporis admirãdam. Deniqꝫ dũ
in animũ redit illa cerimoniarũ oĩuꝫ iugis integri
tas:atqꝫ illa iuuenis põtificis optãda potius ſeni-
bus q̃ꝫ ſperãda grauitas(Sicubi errãtem audie-
ris:interrũpe:toto quidem illo tẽpore Germanuꝫ
amãtiſſimũ nõ vidiſti) At inde redicẽs ſubſtitit foꝛ
taſſe uſurus aliqñ fratris optatiſſimo conuictu.
Speraſſe quidẽ id illũ reoꝛ:nam optaſſe certꝰ ſuꝫ:
ſed ea que actus hoiuꝫ diſpẽſat dñа pꝛohibuit foꝛ
tuna.Siquidẽ ⁊ domus ⁊ patrie laboribus ac uo
cibus excitatꝰ: Romam coactus eſt petere:quo ⁊
ego qui tũc lõge aberã:ipſuꝫ(ut ſcis)dulciter euo
cãtem:te vix tãdem ꝑmittẽte ſecutus ſum . Credo
id agẽte deo : ut gemine virtutis miratoꝛ ac teſtis
pace belloqꝫ:illius ꝓuidẽtiſſimi pectoris ꝯſilijs in
tereſſem.Septẽnio in patriã exacto ea pietate : ea
qꝫ animi cõſtantia:ut reliquiaꝝ ſuarũ illũ vnicum
ſeruatorẽ Roma recognoſcat: ⁊ ꝙ in cineres nõ to
ta coꝛruerit:illiꝰ etiã nũc cineribꝰ ſe debere fateať:
ad cõſpectum tuũ nouiſſime remeauit. Neqꝫ am-
pliꝰ ſubſtitit q̃ꝫ ut tibi ſupꝛemũ Aue ſimul ⁊ Uale
diceret. Ilico eniꝫ ⁊ deſerte ſedis viduitatẽ miſera
tus: ⁊ ſolitudinis auiduꝫ:quã diuturnis populoꝝ

E cõcurſibꝰ cõpẽſare decreuerat:aliqñ ſibiipſi victu
rus qui patrie vixerat ⁊ amicis : Rurſus ad epi-
ſcopatum ſuum ſeſe contulit:ubi multa cum hone
ſtate degens: ⁊ ſicut antea ceterorum:ſic tunc ſui
ipſius victoꝛ:vitam ſuam deo ⁊ hominibus exem
plariter commendauit. Anno ibi tandem vix per-
acto:iuuenis admodũ ab huiꝰ vite tempeſtatibus
ad quietis poꝛtum ⁊ ad feliciora regna tranſlatus
eſt. Recognoſce mecum ſingula pater optime:nec
de germano colloquio pigeat cuꝫ illo qui in fratre
tuo decus ſuum ſibi pꝛereptum luget: ⁊ tamẽ(qđ
infantibus pꝛolapſis nutrices ſolent) poſt tam
grauem caſum animo ſuo merenti hec uerbo-

Callida Tiberij ṗncipis rñſio legatis ilienſibus

Mẽtes curialium inuidia poſſidet.

rum adminiculā qualiacūqꝫ conquirit: Receſſe me
cum igit̃ fraterne vite tempus vniuerſum: etatis il
lum anguſtiſſimam portiunculam tecum exegiſſe
teqꝫ germanam eius dulcedineʒ ſemper in trāſitu
⁊ vix ſummis (ut aiūt) labijs deguſtaſſe fateberis
⁊ ſi hactenus abſētem nō luxiſti: iam tandem luge
re deſinito. Ego tamē hinc intelligo ⁊ ſcio: fecit enī
me taliū expertū: crebra mortis iniuria: ſcio qd mi
hi nunc in ſilētio vulnerat⁹ ⁊ ulceroſus aīus rñdet.
Tu ne mihi mortꝭ ⁊ abſētie parē ɔditionē argumēta
ris? Atqui abſētem reuidē cum deſiderio ſpabam:
Ubi nā degeret nouā: aſſiduiſqꝫ rumorib⁹ onus ſo
labar abſentie? Nūc vō ⁊ ſolamē illud: ⁊ ſpes om-
nis intercidit. Mihi aūt fateor nihil omnino mor
te ſimilius ꝙ̃ abſentia videret̃: niſi in morte certio
Mors etiā ſolatio nō caret ra quedam ſolatia reperirem. Utraqꝫ quidem cor
pore ſegregat: animo neutra diſiūgit: uerum ſuſpē
dit abſentia ⁊ ſemp anxias mentes habet: quibus
mors omnem ſupuacuam curam demit. Quis enī
fratres abſentes pſertim uel amicos habere ⁊ ſe-
F curus eſſe poterit: niſi qui caſuum humanoꝝ omni
no neſcius: fortune vim atqꝫ incōſtātiam nō atten
dit? De ſe alij viderint: Ego quideʒ ex quo hic ſuʒ:
nunꝙ̃ meoꝝ litteras niſi tremēs ⁊ pallidus acce-
pi: ⁊ poſtꝙ̃ omnes bene ualere nūciatum eſt: ad-
huc curis nō exoneror. Quis enim me certum fa-
cit: ne duʒ per alpes ac maria ad manus meas ſcri
pta peruenerint: aliqd forſan inciderit aduerſi (qḋ
in ictu oculi fieri ſolet) nec pudebit apud te familia
riter gloriari multum me in hoc tēporis ac ſtudij
poſſuiſſe: ut aduerſus repētinos caſus armatuʒ ac
preparatuʒ aīum habereʒ: utqꝫ ad id ſi quo modo
poſſem peruenirem: qḋ ait Seneca: Sapiens ſcit
ſibi omnia reſtare: quicqd factum eſt: dicit ſciebaʒ:
Ego vō cum in alijs innumerabilibus: tum in hoc
precipue ſentio me nec eſſe ſapiēteʒ: ꝙ uſqꝫ ad hoc
tempus hāc vnam ſarcinaʒ prorſus deponere nul
lo ſtudio ualuerim. Iſtam ſollicitudineʒ tibi mors
eripuiſſe debuit: ⁊ (niſi magnitudine animi tui fal
lor) eripuit. Scis ubi frater tuus eſt: ⁊ qualiter ſi-
bi eſt: Neqꝫ iam ſtatus ſui ueritatem ſolitam perti
meſcis: ſi iuſtitia: ſi fides: ſi pietas: ſi charitas viaʒ
ſternit ad ſuperos. Si terrenis laqueis expedita
mens liberiore ſurſum tollit̃ uolatu: ſi bonis ⁊ be-
ne creatis ſpiritibus ſedes ultima ⁊ eterna celum
eſt: illuc fratreʒ tuum aſcēdiſſe cōfidimus: ⁊ ſi qua
eum mortalitatis noſtre cōtagia (qḋ profecto non
G ſuſpicor) retardaſſent: in via eſt ⁊ iam ſolutus atqꝫ
alacer feſtinat ad patriam. Ceteruʒ ubicūqꝫ eſt: ſe-
pe ad te oculos reflectit oratqꝫ ne feliciſſimaʒ pro
fectionem eius gemitibus tuis impedias. Nec te
videndi fratris deſiderium torquere debet: Uide
bis eum ſuo tēpore multo anguſtiorem ſolito: mul
toqꝫ letiorem. Quid ni: cum ego adhuc eum vide-
re nō deſpereʒ? Alioquin fateor incōſolabiliter an-
gerer. Quis enim mihi catholico ꝙ̃uis peccatori
ſpem negauerit: quam gentiles hoīes habuiſſe cō
perio? intelligis quid uelim. De Catone loquor ⁊
Socrate: quoruʒ in hac parte ſententias annotare
non attinet: quas multo tibi notiores arbitror eē
ꝙ̃ mihi. Non igit̃ mors auferre: ſed differre potu-
it fraterni vultus aſpectum: quē licet in perpetuū
abſtuliſſet: nō tñ imoderati luctus viro digna eēt
occaſio: Nam ſiue illum defles vite laboribus ac
periculis liberatum: ⁊ vide oro ne inuidentie poti
us dici poſſint ꝙ̃ compaſſionis lachryme: Siue te
ipſum tanto pſidio ſpoliatum: ⁊ dulciſſimo iucun
diſſimoqꝫ comite in medio peregrinationis hui⁹
calle deſertum dicis: Et uera qdem: ſed nequaꝙ̃
ſufficiēs cauſa eſt ut egregios aīos proprie cala-
mitatis afflictione deijciat. Accedit ꝙ damni tui
memoria: quotiēs ante oculos mētis rdit: totiens
diuine liberalitatis admoneat: equiſſimum eſt. In
gratus enim eſt qui ablati memor: obliuiſcit̃ acce-
pti. Proinde ubi aīum pupugit: acerba illa cogita
tio: heu qualem frēm amiſi: leniat illa iucūdior: O H
quātum frēm habui: imo vō quātum frēm habeo
⁊ in eternū habebo: lʒ ille donec ſibi ſimul ⁊ mihi
⁊ patrie ⁊ mūdo neceſſarium fuit: breuē hic morā
traxerit: Dū vō ſibi vni expediētius eſſe cepit: ab
his malis ſeparari: eripuerit illum deus: ei ſcilicet
ɔſulens ⁊ nō nobis: Immo forſan ⁊ nobis. Quis
enim ſufficit abditas ⁊ impſcrutabiles diuine pre
ſcientie cauſas aut exitus cōtemplari: dicente (niſi
fallor) Apoſtolo: Senſum dñi qs nouit: aut qs cō
ſiliarius eius fuit? Quis nam hominum iudicare
audeat: an cuicūqꝫ mortē alterius deploranti: non
ſatis ppie dici poſſit qḋ in tabellis reddito reſpō
ſo: patri olim in morte filij dictū eſt tribus his uer
ſiculis: Ignaris homines in vita mētibus errant:
Etynous potitur fatoꝝ numine leto: Sic fuit utili
us extingui ipſiqꝫ tibiqꝫ. Calcitrat aduerſus ſtimu
lum humana temeritas: ⁊ implenti fato ſuperbie
ſue cornibus obluctatur: ne quicꝙ̃ niſi ut grauius
victa ſuccumbat. Quid enim ego nūc de uotis ina vite humāe uarij fluctus
nibus: de gaudio: aut querelis hominum loquar?
Latet alte ueritas abſcōdita: caliginoſa nube cir-
cumcludimur: caſu regimur: ceci cecis ducibus in
nitimur: nec quid optandum: metuendum ue no-
bis ſit per vmbram carnis agnoſcimus: bonis no-
ſtris ingemiſcimus: miſerijs exultamus: ſine dele
ctu flemus ac ridemus. Suam quiſqꝫ ſententiam
ſequatur: Mihi errorum maximus videtur: ꝙ nō
libere nos ⁊ noſtra deo committimus: ꝙ aliquam I
in noſtris conſilijs ſpem habemus totiens dece-
pti: ꝙ tanto huius caduci corporis amore detine-
mur: ut vix aut equanimiter hinc exire ualeamus:
aut noſtros exeuntes aſpicere: quaſi ad nihil aliḋ
nati ſimus: ꝙ̃ ut inter mundi fluctus ⁊ ludibria
fortune perpetuo turbine iactāde carnis noſtre te
naciſſimo limo ac ſordibus hereamus: quod pro-
fecto non accideret cogitantibus uotorum noſtro-
rum multiforme periculum. Breuis eſt equidem
in primis vita ⁊ fugaciſſimū vite tempus: Rerum
humanarum inquietum aduerſis flatibus ⁊ pcel
loſum pelagus: Rari ⁊ vix hoib⁹ acceſſibiles por-
tus: ſcopuli vndiqꝫ inumerabiles: Inter quos dif
ficilis ⁊ prorſus ambigua nauigatio eſt. Iam vix
vni cōtingit ex millib⁹: ut integer enataret: ſic nos
fortune imperium exercet in omnes gradus ho-
minum pari iure craſſantis. Ita in quibus obuiuʒ
cymba fragilis noſtre mortalitatꝭ alliditur. Et poſ
ſumus inter hec nobis: aut noſtris longiuſculam
vitam: Immo (ut uerius dicam) longius pericu-
lū optare? Fingatur aliquis tam benigno ſydere:
tam propitia fortuna: tam deniqꝫ fauente deo: iter
hoc ingreſſus: ut nihil ei poſſit aſperum moleſtūqꝫ
contingere: Rem impoſſibilem ⁊ inauditam ſecu-
lis fingi iubeo. Nec ideo tamen ꝙ̃uis periculum
abſit: aberit metus. Et idcirco fortaſſe non infe-

licius nec incōſultius foret:mō noſtri eſſe arbitrij:
Sicut in equore ſuſpecto naute ſolent circūſpecti
clauum flectere:diuqꝫ ante ſolis occaſum uela ſub
mittere:ſic in vita portum petere: ⁊ adhuc floren-
ti etate atqꝫ animo virenti ⁊ ualentibus membris
mori prius q̄ꝫ eo peruentū ſit:quo ſaltē vita longi-
or perducit ad ultimas ſcilicet anguſtias ſenectu-
tis. Inter quas artati quidam ⁊ vixiſſe dolent ⁊
mori metuūt: ⁊ totiens uotis exoptatum tempus
K accuſant:Deniqꝫ quid uelint ⁊ quid nolint neſciūt:
tanta eſt diſcordia. Hec ⁊ his ſimilia cogitantes
abſtinere decet:ne decretum celeſte:ſeu mortis fe-
ſtinantiam accuſemus:Alioquin pro nobiſipſis tā
tūmodo conqueri videbimur ⁊ affligi. Ego enim
non dubito:ſacre memorie fratrem tuum:nec plus
vixiſſe q̄ꝫ neceſſe ſibi fuerit:nec min⁹ ⁊ opportuno
tempore reuocatum. Et ſi multis inter quos mihi
miſero diu anteq̄ꝫ uellemus:aut ſuſpicaremur:ab
ſceſſerit:Piget opinari in te:ne dicam conſolari:il
los molliſſimos plebeiarum gentium affectus:Ut
quid tam longe poſitum mors abſtulit:quare pa-
trio caruit ſepulchro:cur videre non contingit ex-
pirantem:qualia apud poetam etiaꝫ ille vir fortis:
ſed nimis ſemper pronus ad lachrymas:videt̄ la-
mentari:Te amice nequiui conſpicere: ⁊ patria de
cedens ponere terra. Uulgata non ingerā:nec quā
ta ſit terre totius exiguitas:geometricis demon-
ſtrationibus nitar oſtendere:ꝙ vndecunqꝫ digreſ
ſo:vna eſt ad celū via:ꝙ non ſolum omne ſolū for-
ti patria eſt:ſed omne homini natale ſolum. Quis
enim iſta non nouit? Illud potius dicam:utrunqꝫ
conſulto diuinam ſtatuiſſe ꝓuidentiam:primuꝫ ſci
licet:ut duabus longe licet imparibus urbib⁹: ab
eo dum vixit ſingulariter exornatis:ambe quideꝫ
L defunctuꝫ viriliter partirent̄: ⁊ Roma ſui ciuis per
petuam ⁊ imortalem famam:Lōberienſis eccl'ia
uenerāda pontificis oſſa ſeruaret. Nulluꝫ (niſi fal
lor augurio) celebriorem titulū oībus ſeculis ha-
bitura:ſi tm̄ id illum proprium ac perpetuū ꝓmiſe-
ris. Audio enim te de transferendis Romam reli-
quijs cogitare:qđ nec ſuadere nec diſſuadere pro
poſitum eſt: Ne illum aut urbi in qua ciuis aut ec
cleſie in qua canonicus ſum inuidiſſe videar. Se-
cundum ut vno ex nobiſ aſtāte:qui abeūtis ample
xus ſupremaqꝫ uerba ꝑciperet: ceteroꝝ luminib⁹
parceretur:qm̄ ſicut experimento deprehenſū eſt:
mitiora ſunt aurium q̄ꝫ oculoꝝ vulnera. Longior
ſum in hoc ſermone q̄ꝫ oportet:teqꝫ ꝯtra oēs inſul
tus armis lōge ualidiorib⁹ inſtructum:nihil in eo
quod laudes preter fidem repturuꝫ ſpero. Sit vō
iam finis:Conquieſcant gemitus:areſcant lachry-
me:ſileant lamēta: Noli fratrem tuum mortuū ex
timare:viuit enim: at nos quotidie morimur nec
ſentimus: ⁊ uel mortem o cecitas:uere vite princi-
piū formidamus. Ut viuens itaqꝫ non luctib⁹:ſed
cogitationibus tuis ⁊ colloquijs interſit:prohibe
in aula tua illud puſillanime ſilentium:qđ pleriqꝫ
in luctuoſis domibus obſeruant defunctoruꝫ no-
men ceu triſte aliquid abhorrentes: Immo vō nūc
reſonet glorioſum illud nomen: ⁊ late ramos por-
recturum apud te radices agat:ꝑſertim quia inui-
die nebulam:que excelſos viros libenter inſequi-
tur:ſepulchra non metuunt: ⁊ ſi multos quos do-
mus ac forum odioſos ⁊ obſcuros fecerat claros
M ⁊ amabiles buſtum fecit. Quid de hoc ſperem:cu

ius ⁊ ſuauiſſima ſemper ⁊ preclariſſima fuit vitā?
Et (ſi quid ſuperlatiuo altius) mors quoqꝫ precla-
rior. Ille etiam obſecro vulgaris abuſus quem in
multis:ſed in Romanis meis precipue notaui at
qꝫ interdum caſtigaui: a limine tuo procul exulet.
Solent enim nulluꝫ defunctum nominare ſine pre
fatione miſerie. Ille infelix:ille male ominatus:Et
ſubdunt tandem ipſum inexpletū nomen:vix pri-
mis ſillabis intellectis. At vō germanus tuus feli
citer hic vixit:felicius hinc abijt:nūc alibi viuit fe-
liciſſime: ⁊ ideo pleno ore proferendus eſt. Apud
Lucanum moriētis Pompeij uerbum eſt: Nō fit
morte miſer:eleganter:Aliogn omnes qui nati ſūt
miſeri:quiqꝫ omnib⁹ ſeculis naſcentur. Poſtremo
vnum hoc iterum ⁊ iterum admoneo:quoſdaꝫ vi-
ros egregioſ quorum nomina tibi inculcanda non
credidi:nulla re amplius laudatos q̄ꝫ ꝙ ſuoꝝ mor
tes forti aīo tulerunt. Quod tibi eo ſtudioſius ad
uertendum eſt:qm̄ ſi circumſpicis:videbis act⁹ tu
os in exēplum trahi:te in eminenti ſpecula colloca
tum:atqꝫ in te oīum oculoſ eſſe defixos:hoc tibi la
borioſum decus ⁊ ampliſſimi generis maieſtas ⁊
retroacte vite moderatio peperere. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Lelium ſuum:apud eum
de repentino Jacobi Colūne obitu conquerentis.
Epiſtola.LXI.

Imis viximus Leli chariſſime. Morien- A
n dum fuerat anteq̄ꝫ preriperet nobis deus Jacobi
benigniſſimum dominum ⁊ indulgentiſſi- Colūne
mum patrem noſtrū:utilem mundo:nobis neceſſa laudes
riū:patrie glorioſum:longeui patris baculuꝫ:ſola
men ſororum:fratrū letitiā:amicorum ſpem:hoſti
umqꝫ terrorē:moruꝫ ſpecimen:virtutū tēplum:ho
neſtatis imaginem:litterarū hoſpitem:ſtudiorum
amatorem:ingeniorum preconem ac extimatoreꝫ
rectiſſimum meritorum: Nulli inuidum:inuidio-
ſum claris viris omnibus:pium:mitem:modeſtū:
ſobrium:affabilem:cōſtantem:fortē:iuſtū:larguꝫ:
munificuꝫ:magnanimum:circumſpectū. Mei mihi
laudās deficio:nec inuenio qđ tātis virtutibus di
gnū loquar:aut amore decipior aut etate hac ꝑra
diātem ⁊ ꝯſpicuā cleri lucem feſtinate nubes mor
tis obduxit:cui⁹ nūcio accepto:quāta me miſerum
circūfuderit eclipſis:ſenſit cor meū:teſtes ſūt ocu
li mei. Uerū poſt parētis ⁊ fratrū lachrymas:nul
las uberiores arbitror eē q̄ꝫ tuas: Hoc mihi ⁊ ani
mi tui manſuetudo ſuggerit ⁊ uetuſta deuotio:in
qua hēditario iure ſuccedens: ⁊ pͥnis finib⁹ non
cōtent⁹ lōge lateqꝫ ꝓceſſeras. Heu quotiēs:quāta
qꝫ dulcedine cogitabā diem illū:quē ꝓximum opi
nabar:quo ſcilicet mitiſſimus eius lr̄is obſecut⁹: ⁊ B
ab Apenino in Pyreneum trāgreſſus exoptatiſſi-
mo eius cōſpectui:improuiſus aſſiſterem:eiqꝫ ⁊ ro
manā lauream:quam uertici meo lꝫ indignus im-
primo:queqꝫ iam ante uel auditu ſolo:quante ſibi
iucunditatis e longinquo materiam premiſiſſet:
elegantiſſimum manus ⁊ ingenij ſui carmen indi-
cat. Inſuper ⁊ noua Africe mee fundamenta:duo
parua quidem:ſed deuota munuſcula uenerabun-
dus offerrem:preuertit oīpotens deſiderium me-
um:nec dignus fui tam letum ⁊ tam felicem dieꝫ
cernere. Quid vō nūc conſilij capiam? quid de me
ipſo ſtatuam? quid agam? Sepe mecum hec cum
lachrymis loquor: Quo ire paras īfelix? Is quem
petebas abijt:quē ſequeris? Aulam ne fratris fle-

bilem ⁊ tanto ſplendore viduatam? An buſtũ ubi
ſepulte ſunt ſpes tue? Utrobiq; moleſtie: Parũ ne
tibi meroris attulit caſus: niſi gemitibus tuis ob-
uiam pergas? Et uel hinc te merentum agmini
meſtus immiſceas: uel illinc ſuperbi põtificis bar-
baricas deoſculeris manus? Sic ſum donec tu lit
teris ⁊ affectui meo uela feceris ⁊ conſilij uagum
firmaueris. Uale.

Franciſci Petrarche ad Senutum florentinũ: illi
ſuos familiares deſcribentis: Eũq; ſi fieri poteſt
ut meliores adinueniat deprecãtis. Ep'la.LXII.

A Tria mihi ſeruorum paria: ſiue (ut modeſti
us loquar) humilium amicoꝝ: ſiue (ut ue-
rius: familiarium hoſtiũ domi ſunt: Pri-
mũ quidem ſic affectum: ut alterius nimia ſimpli-
citas: alterius ſit periculoſa calliditas. Secundu;
ſic: ut hunc pueritia hũc ſenectus reddat inutile;.
Tertiũ vero ſic: ut huius furor: illius torpor odioſuſ
ſit: Et iuxta illud Socraticũ a Cicerone relatũ in
epiſtolis: Alter frenis: alter calcaribus egeat: Ego
autẽ has inter contrarietates: caſtigator olim: nũc
ſpectator ſedeo. Nec eoꝝ propoſitum mutari ſatiſ
poſſum: qui ſeruorum turbas ceu glorioſum aliqd
aſpiciunt ⁊ obſideri ſemper ab his quos paſcunt:
B hoc eſt a domeſticis ſuffoſſoribuſ delectantur. In
digentiam tibi meam innotuiſſe ſufficit: puto non
expectas ut deprecer: ſicubi forſitan in humiliori
fortuna ſe oſtenderent animus: etas: mores: ab ex
tremi equo ſpatio diſtantes: ſcito hominem cui nõ
dicam excellenter: ſed tolerabiliter iſta cõtigerint:
non mihi ſeruum eſſe poſſe ſed ſocium: ſed amicũ:
ſed dominũ: Ureor tamen ne phenicis inquiſitio
nem tibi cõmiſiſſe videar: quã non niſi quingente-
ſimo anno renaſci ſolitam ac toto orbe vnicam fe-
rũt: ⁊ nobis in occidente poſitis icognitã. Uale.

Phenix q̃ngẽteſimo ãno r̃naſcitur

Franciſci Petrarche ad. L. M. Illum ⁊ q᷑ de an
tiquis ſcriptoribus nõ recte ſentiat: ⁊ q᷑ nimis in-
utiliter ſibi gl'iaʒ q̃rat reprehẽdẽtis. Ep'la.LXIII.

A Dictu difficile eſt quantuʒ aures meas vul-
gari feſſas ſtrepitu: epiſtola tua bis terq;
relecta permulſerit: que q̃ʒq̃ʒ tibi uerboſa
videretur (ut ex fine cognoui) Ego tamen in ea nil
preter breuiloquiuʒ accuſauit. Itaq; cõminationẽ
illam ultimam q᷑ deinceps compendioſior ſis fu-
turus: inuitus aſpexi: mallem prolixior eſſes: ut li-
bet tamen: tu pater: non te mihi: ſed me tibi moreʒ
gerere dignum eſt. Sed ita ne totum in tua manu
poſitum erit: An ignoras: q᷑ ſepe conſilio diſſimi-
lis eſt euentus? Audies forte quod uel ſilentij aui
dum loqui cogat. Uis quod minitari videor: iam
nunc rebus impleam? Teſtor in primis eandẽ me
de te opinionem gerere quam de Ariſtotele Ma-
crobius: ſeu illaʒ amor ſeu ueritas genuerit: vix te
aliquid ignorare poſſe arbitror. Si quid auteʒ vero
aduerſum tibi excidit: aut minus p̃uidiſſe: aut (qd
de eodem ait idem) luſiſſe te ſuſpicor. Nempe qd
de Hieronymo ſcribis: te illum ſacrorum doctorũ
ex numero pretuliſſe: haud nouum eſt mihi. Uetus
eſt iam ⁊ late cognitum hoc iudicium tuum. Equi
dem fruſtra de comparatiuis litiges: ubi ad ſuper
latiua peruentum eſt: Falli non potes: Optimum
ac maximum erit: quicquid elegeris: licet de hac
re inter amicum tuum clare memorie Lomberien
ſem epiſcopum Jacobum ⁊ me crebro diſceptatũ
eẽ meminerim. Illo per ueſtigia tua ſemp̱ vno ore
Hieronymũ: me vero Auguſtinuʒ iter ſcriptores cã B
tholicos preferẽte. Et ſane ſi neq; ueritatem neq;
te uerear offendere: dicaʒ pater qd ſentio: Cũ mul
ta: uaria ⁊ luminoſa ſint ſydera: ut ſit hic Juppiter:
hic Arcturus: hic Lucifer: Sol eccleſie Auguſtinuſ
eſt: Sed hec (ut dixi) haud magni momẽti feceriʒ:
qm̃ ⁊ electio tuta eſt: ⁊ libera debent eſſe iudicia.
At qd ſequitur: te inter morales Ualerium p̃ferre
quis nõ ſtupeat: ſi tamen ſerio perſeueranterq; di-
ctum eſt ⁊ non iocãdi temptandiq; aio? Si enim
Ualerius primuſ eſt: quotus queſo Plato eſt: quo
tus Ariſtoteles: quotus Cicero: quotus Anneus
Seneca: queʒ in hac re magni quidẽ extimatores
oibus pretulerunt? Niſi illud forte Platonem ac
Tulliuʒ excludit: qd in epiſtole tue parte perlectũ
noui mihi ſtuporis cauſa fuit: Ubi neſcio qd cogi-
tans illos poetas eſſe: ⁊ poetarũ choris annume-
rari oportere dixiſti. Qd ſi loquendo conſequi po
tes: plus egeris fortaſſe q̃ʒ putas. Secũdo Apol-
line ⁊ plaudẽtibus muſis magnos duos incolas
vmbroſis Parnaſi collibus addideris. At qd oro
te mouit: ut id opinareris aut diceres: cum Tullius
in prioribus libris ſummus orator: in ultimis philo
ſophus illuſtris appareat? Sicut auteʒ ubiq; Uir
gilius poeta: ſic Tullius nuſq̃ʒ: qm̃ ut in declama-
tionibus legimus Uirgilium illa felicitas ingenij
oratione ſoluta reliquit: Ciceroneʒ eloquentia ſua
in carminibus deſtituit. De Platone quid dicam: C
qui maximoꝝ hominuʒ conſenſu: philoſophie me
ruit p̃ncipatũ? Cuʒ Cicero ⁊ Auguſtinus ⁊ alij q̃ʒ
plures in oi ſermone: ubi Ariſtotelẽ ceteris philo-
ſophis p̃ferũt: Platonem ſemp̱ excipiant. Non in
telligo qd Platonem faciat poetam: niſi vnũ forte
Panetij uerbũ a Tullio relatũ: qui homerũ philo
ſophoꝝ illũ uocat: qd nihil eſt aliud q̃ʒ philoſopho
rũ p̃ncipẽ: ac talẽ inter eos q̃lis iter poetas eſt Ho
merus. Alioqn qd ipſi Tullio dicemus: qui in epi
ſtolis ad Atticũ quodã loco Platonem ſuũ deum
uocat: oibuſ qdem modis id agũt: ut Platoni diui
nitatẽ ingenij attribuant: hinc ⁊ Homeri: ⁊ qd eſt
expreſſius dei nomen. Proinde ſumpta hinc occa
ſione: mira dulcedine loquẽdi de rebus incognitis
in tractatum poetarũ totus imergeris: qs: qua eta
te ſit genitus: quẽ q̃ſq; ſtili modum qd poetãdi ge
nus: quẽ fame gradũ teneat: longũ eſt ſingula per-
ſequi: tam multa nunq̃ʒ alijs audita: nos oẽs diſcẽ
di auidos: facũdis tuis litteris docuiſti: Qd ſi in-
ter fari aliqd nõ mihi ſed p̱feſſioni mee p̱mittitur:
miror quid ita tibi Neuij Plautiq; nomen ignotũ
eſt: ut quaſi barbaricum neſcio quid locutũ putes:
q᷑ eos litteris ad te meis inſerui: ⁊ auſum (ut ait
Flaccus) p̱ſonã formare nouã: tacita lʒ admiratio
ne caſtiges. Adeo ſcrupuloſe enim in hac inq̃ſitiõe D
uerſaris ut nihil reſtet: niſi temeritatẽ meã p̱dẽna-
re: in ſcenã noua ⁊ peregrina noia p̱ducẽtẽ. Frenaſti
tñ impetum: ⁊ tandem ignorantiã tuã culpare ma
luiſti. Urbane quideʒ ac modeſte. Ceterum aliud
verba ſonant: aliud clamat (niſi fallor) intentio: pror
ſus mirabile: cum tam familiarem habere Teren-
tium videaris: Ille enim iam ſtatim a principio in
ipſius Andrie prohemio: ⁊ Neuij ⁊ Plauti: vna
cũ Ennio: eodem meminit uerſiculo. In Eunucho
⁊ Neuij itidem ⁊ Plauti. In Adelphis: Plauti
ſolius mentionẽ fecit. Eorundem quoq; ſimul me
minit Cicero in ſenectute: ⁊ Aulus Gellius in no-

Inditiũ de platone

etibus Atticis: ubi amborum epigrammata de-
ſcribit ſermone uetuſtiſſimo. Sed qd ago? Quis
enim queſo vnq̃ꝫ poetrie nomen abſqꝫ illorum no-
minibus audiuit? Itaqꝫ ſtuporem tuum ſtupeo:
⁊ cum bona uenia pater obſecro: ne in manuſ alie
nas iſta perueniant: quo enim clarioꝛ fama eſt tua:
eo ſibi ſtudioſius conſulendum eſt. Mecum qui-
dem non aliter q̃ꝫ tecum omnia loqui potes: ⁊ (qȯ
ſecuꝫ docti faciunt) mutare ac retractare que dixe
ris. At poſtq̃ꝫ in vulgus dicta peruenerint: ea de-
mum facultas eripitur ⁊ multorum iudicia ſubeũ
da ſunt. Ego epiſtolam tuam ad te ſub fida cuſto-
dia remitto: ⁊ hanc illi alligatam mitto cuius ex-
emplum apud me manebit: non ob aliam cauſam:
niſi ut ſi quid adhuc reſpondendũ dixeris: dũ uer
E ba uerbis confero: memoriam non fatigem. Unuꝫ
p̄terea noui ⁊ exotici dogmatis inducis: utar eniꝫ
plena libertate: quando ſemel non cepiſſe non poſ-
ſum. Aſſeris Ennium ⁊ Statium Papinium coe-
taneos fuiſſe. Quiſ te oro pater in hãc chꝛonogra
phiaꝫ impulit? quis a te nunc iſta poſcebat? Atqui
exactius hoc inquirere: Inuenies Enniũ ſub Afri
cano maiore: Statium aliquot ſeculis interiectis:
ſub Domitiano pꝛincipe floruiſſe. Habes quibus
(niſi falloꝛ) ⁊ reſpondere uelis ⁊ tã bꝛeuiter ut pu
tabas non poſſis: Unum adderem: ſi bona fide ue
niam dares: quod olim dum in Uaſconie partib⁹
adoleſcens agerem uerecunde quidem: ut illã eta
tem decuit: tibi ſcripſiſſe recolo: cum vulgarib⁹ ſcri
ptis tuis offenderer: que ad eum cuius ſupꝛa me-
mini Jacobum de columna interdum ea tempeſta
te mittebas: cuius me amoꝛ ſicut in eas terras tra
xerat: ſic in ethiopiaꝫ traxiſſet. Sed tunc pene pue
riliter: ut qui vix duꝫ ferule manum ſubduxeram:
tempus eſt ut iam virilis oratio mea ſit: Ita tamen
ut dixi: ſi tu ueniã dederis. Quid ais? Rides pu-
to: bene habet: ueniã tribuiſti. Audi ergo pater ⁊
vide ⁊ inclina aurem tuam: ne qua externa auris
interueniat. Tibi enim loquoꝛ ⁊ te rerum tuarum
iudicem ſtatuo: que accuſare uideoꝛ alijs accuſan
tibus defenſurus: Nec tamen ignarus: nimis acri
monioſam ⁊ inſolentem filij ad patrem epiſtolam
repꝛehenſoriam uideri: ſed amoꝛ audaciam excu-
ſet. Ita enim mihi clarũ nomen: non popularis au
re ſuffragio: ſed virtute contingat: ut ab ineũte eta
te ſingularis quedam mihi tui nominis cura fuit:
Hec me loqui cogit: ne ſi ego tacuerim: idẽ ab alijſ
F audias: uel (quod metuenduꝫ magis eſt) tacito iu
dicio lacereris: ⁊ quidam iniqui rerum arbitri am
pliſſimum ingeniũ: tuũ: ex his qbus ludẽs te inclu
dis: peregrine facultatiſ anguſtijs metiantur. Ani
maduerti eniꝫ te in ſcriptis tuis: omni ſtudio ut ap
pareas niti: Hinc ille diſcurſus per ignota uolumi
na: ut ex ſingulis aliquid decerpens: rebus tuis in
terſeras: Plaudunt tibi diſcipuli: ⁊ omniſcium uo
cant innumerabilium auctoꝝ noibus attoniti: qua
ſi oium quoꝝ titulos tenes: ⁊ notitiã ſis adeptus.
Docti aũt facile diſcernunt: quid cuiuſqꝫ pꝛopꝛiũ:
qd alienum ſit: ⁊ rurſus quid mutuum: quid pꝛe-
carium: qd furtiuuꝫ: quid e medio hauſtum: quid
a pꝛetereunte delibatuꝫ. Memoriã oſtentare pue
rilis eſt gloria viro: ut ait Seneca: captare floſcu-
los turpe eſt: quippe queꝫ fructu deceat gaudere:
non floribus: Tu võ in hac etatis parte uenerabi-
lis: ⁊ in tua pꝛofeſſione clariſſimus: imo (ut nõ ſem-

Quo tẽpore Enni⁹ ⁊ Statius floruerint.

per pungam: ſed interdum vngam) ſolus ſine exẽ-
plo noſtri temporis: earuꝫ quibus es deditus litte
rarum pꝛinceps: neſcio quo iuuenili animo: dimiſ-
ſis finibus tuis in alienis pꝛatis ocioſus ⁊ uagus
inclinata iam die: interlegendis floſculis tempus
teris. Placet ignota temptare: ubi ſepe viam non
inueniens: aut uageris aut coꝛruas: placet illorum
ſequi ueſtigia: qui ſcientiam quaſi mercimoniũ ali G
quod ante fores explicant: cum interim uacua do-
mus ſit. Certe tutuꝫ eſt: ad id potius niti: ut ſis ali
quid pluſq̃ꝫ videaris: operoſa ſemper ⁊ periculo-
ſa iactantia eſt. Adde ꝙ cũ magnus videri uoles:
innumerabilia incident: que te non modo uerã ad
menſuram redigent: ſed infra ẽt contrahent. Uni
ingenio ſatis eſt: vnius ſtudij gloriã mereri. Qui
multarum titulis artiuꝫ ſuperbiunt: aut diuini ho
mines ſunt aut impudentes aut inſani. Quis uſpi
am aut grecoꝝ aut noſtroꝝ id pꝛeſumpſiſſe memo
ratur? Nouus mos: noua temeritas: glorioſas in-
ſcriptiones pꝛe ſe ferunt: pꝛopter quas: ut ait Pli-
nius: uadimonium deſeri poſſit. At cũ intraueris:
dij deeqꝫ q̃ꝫ nihil in medio inuenies. Tu igitur (ſi
quid mihi credis: eſto tuis finibus contẽtus. No-
poſt obituꝫ viuens:ſuos flere ꝓhibuit:hic Silue-
ſter latuit:hic leprā depoſuit Cōſtantinus:hic glo
rioſam Calixtus exercuit libicinā.Sed quo ꝑgo?
Poſſuꝫ ne tibi in hac parua papyro Romam deſi-
E gnare? Profecto ſi poſſim:nō oportet . Noſti oīa:
nō q2 Romanus ciuis:ſed q2 taliū in ꝓmis rerū cu
rioſiſſimus ab adoleſcētia fuiſti:Qui enim hodie
magis ignari rerū Romanarū ſunt:q̄ Romani ci-
ues? Inuitus dico. Nuſq̄ minus Roma cognoſci
tur q̄ Rome : Qua in re nō ignorātiā ſolam fleo:
q̄q̄ ꝗd ignorātia peius eſt:ſed virtutuꝫ fugā exi-
liūqꝫ multarū.Quis enim dubitare pōt quin ilico
ſurrectura ſit ſi cepit ſe Roma cognoſcē? Sed hec
alteri⁹ tꝑis eſt querela.Solebam⁹ ergo poſt fatiga
tionē:quā nobis imēſa urbs ambita pepererat:ſe-
pius ad thermas diocletianas ſubſiſtere:nōnunq̄
ꝟo ſupra teſtudinē illi⁹ magnificētiſſime olim do-
mus aſcēdere:ꝙ ⁊ aer ſalutaris ⁊ ꝓſpect⁹ liber ⁊
ſilētiū:ac uotiua ſolitudo nuſq̄ magis . Ibi de ne-
gocijs nihil oīno:nihil de re familiari : nihilqꝫ de
republica:quā ſemel fleuiſſe ſatis eſt : ⁊ euntibus
per menia fracte urbis ⁊ illic ſedentibus ruina-

Nihil ignoran tia pei⁹ inueniri

rū fragmenta ſub oculis erant.Quid ergo? Mul
F tus de hiſtorijs ſermo erat:quas ita partiti vide-
bamur:ut in nouis tu:in antiquis ego viderer ex-
pertior: ⁊ dicant̄ antique quecūqꝫ an̄ celebratum
Rome ⁊ ueneratū Romanis ꝓncipib⁹ Chriſti no
mē:Noue aūt ex illo uſqꝫ ad hāc etatē.Mult⁹ quo
qꝫ de ea ꝑte philoſophie que mores inſtruit hic na
cta cognomē:Interdū ꝟo de artib⁹ ⁊ de earū au-
ctorib⁹ atqꝫ ꝓncipijs.Itaqꝫ die quodā dum in eaꝫ
mētionē incidiſſemus:flagitaſti ut dicerē explicite
vn̄ putarē liberales ⁊ vn̄ mechanicas initium ha-
buiſſe:qȯ carptim ex me audieras . Feci qȯ iube-
bas haud duriter:ꝙ hora diei ⁊ uacuitas inutiliū
curarū ⁊ ipſe loc⁹ hortabat̄ ut ſermonē lōgiuſculū
ordirer: ⁊ attētio tua rē tibi admoduꝫ placē idicio
erat:Teſtat⁹ ſū tn̄ me nihil nouū:nihil fere meū di
care:imo ꝟo nihil alienū:Oīa enim vndecūqꝫ dici
mus nr̄a ſunt : niſi forſan abſtulerit ea nobis obli-
uio.Queris nūc ut qȯ illo die dixi repetaꝫ ac lr̄is
mādeꝫ.Multa fateor dixi que ſi nō mutatis ꝟbis
vicere cupiā:nō poſſim.Redde mihi illum locum:
illud ociū:illā diē:illā attētationem tuā:illā igenij
mei uenam:potero quod vnq̄ potui.Sed mutata
ſunt oīa:locus abeſt:dies abijt:ociuꝫ perijt:pro fa-
cie tua mutas litteras aſpicio . Ingenio meo reli-
ctarum a tergo rerum fragor officit: qui adhuc in
auribus meis tonat:q̄uis ob hocipſuꝫ in ꝓmis in
de diffugerim:ut tibi liberius reſpōdereꝫ:parebo
tn̄ ut potero.Poſſem te ad antiquos ⁊ ad moder-
nos mittere a ꝗbus quod poſcis acciperes : ſed ne
ita me liberem ꝓuidiſti : dum rogas ut dicā meis
ꝟbis ꝗcꝗd id eſt:qȯ(ut ais)tibi oīa ex ore meo cuꝫ
gratius:tum clarius ſonēt : Gratiā habeo ſiue ita
G ſe res habet:ſiue ita ut accendas animum dicis.
Accipe igit̄ qȯ tūc dixi:uerbis forte alijs ſed eadē
ꝓfecto ſentētia.Uerū ꝗd agimus? Naꝫ ⁊ nō par
ua res eſt: ⁊ epiſtola hec abunde creuit: ⁊ nonduꝫ
cepimus ⁊ diei huius extremuꝫ eſt.Uis parūper
digitis meis atqꝫ oculis tuis parcam? Differam⁹
que reſtāt in ꝓximum diem: ⁊ laborem ⁊ epiſto-
lam pariamur:nec eadeꝫ papyro res diuerſiſſimas
inuoluamus.Sed ꝗd rurſum cogito? ꝗd ne polli-
ceor tibi diem ꝓximum epiſtolāqꝫ alteram? Nec
diei vnius opus eſt nec epiſtolare negocium:librū
exigit quem nō prius aggrediar ſi tamē curis ma-
ioribus non retrahor atqꝫ diſturbor:q̄ in ſolitudi
nem meam me fortuna reuexerit. Ibi enim:nō ali
bi meus ſum:Ibi meus eſt calamus qui nūc paſſiꝫ
rebellat ⁊ recuſat imperiuꝫ moleſtiſſimis occupa
tionibus meis fretus.Ita ille qui ex ocio meo iu-
ge negocium habet:ex negocio ſibi ociuꝫ querit: ⁊
quaſi impius ſeruus ac cōtumax dn̄i laborē in re-
quiem ſuam trahit.Ubi ꝟo ꝓmum fines meos atti
gero ſuū ipſe iugū ſubeat cogam: ⁊ de eo qȯ que-
ris ſeorſuꝫ ſingulari libro.ꝗd aliorū ſcriptis:quid
meis cōiecturis aſſequor ſcribā.Sane ut familia-
res epiſtolas ludens: ⁊ in ipſo maxime viarum di
ſcurſu:tumultuqꝫ rerū ſcribere ſoleo:ſic ad ſcribē-
dum libros ſolitaria quiete dulciqꝫ ocio ⁊ magno
nec interrupto ſilentio opus eſt.Uale.

¶ Frācīſci Petrarche. Ad Joānē Colūne:nec ſene-
ctutē nec pauꝑtatē nec morbos magnifaciēdos eē
exhortātis:cū ſenect⁹ uenerabilis:paupertas aūt
ſalutaris ad beatā vitā ſit:morbos ēt aliqn̄ cohibē
dis vitijs aptiſſimos eē diſputāt̄. Ep̄la.LXXXIX

A Na mihi tecū lis eſt:cū ceterarū rerum oi-
V um ſit tāta cōcoꝛdia:Nimis es querulus:
nimis īdulges tibi:ſoꝛtē ꝓpꝛiā deflere:mi-
ſerari res tuas:excuſare teipm̄:accuſare foꝛtunaʒ:
deniqꝫ nimis molliter humana toleras cū ſis hō.
Mouit mihi fateoꝛ lachꝛymas ep̄le tue p̄ncipiuʒ:
qd enim occultare cogitē affectꝰ meos ⁊ ubi ꝯſtan
tiā tuā regro:illic ꝓpꝛiā diſſimulare mollitiē?Cer
te ubi te letū eē iubeo meſtū me fuiſſe non inficioꝛ.
Sed eſt qō mihi iterblādiar:Honeſtiores lachꝛy-
me ſunt in alienis calamitatibꝰ q̄ȝ in nr̄is:q̄ȝq̄ȝ uſqꝫ
adeo ſint nr̄a coia:ut nil ꝓpꝛie alienū dici poſſit ab
altero qō alteriuſ nr̄m ſit.Idqꝫ nō mō in tāta ami
citia:ſed ne in cōi etiam ſocietate hoium dici poſſe
Satyricus ait.Ubi viro bono nullū alienū maluʒ:
⁊ humano gn̄i pietatis ad inditium datas a nā la-
chꝛymas docet:Qō tāto an̄ Comicꝰ dixerat:Hō
ſum:humani a me nihil alienū puto.Eniuero lʒ id
uerū eē:nō negē tn̄ haud dubie in hoc publico dili
gēdi debito:gradus ſunt:qbus ex ampliſſima (ut
ita dixerim)humanitatis area cognationis amici-
tieqꝫ redigimur in anguſtū:⁊ vniuerſalis amoꝛ oi
um ſingulari q̄dā charitate paucoꝝ ac beniuolētia
coartat̄.Sed qd rurſus occultē tibi qō ſequit̄?Ut
Eodē e lachꝛymas ep̄le p̄ncipiū:ſic riſum mihi finis mo-
fōteriſū uit.Aduerſa ſunt inqes:Scio:lʒ interdū vno de fō
⁊ lachꝛi te ꝓdeāt:riſus ⁊ lachꝛyme.Nō minus foꝛſitā me
mas ꝓ- ſtus erat Democritꝰ qui ꝑpetuo riſu pulmonē agi-
dire tare ſolebat(ut ait ille)q̄ȝ madens ꝑpetuo lachꝛy-
marū rore Diogenes.Nec letioꝛ Hānibal in cala-
mitate pr̄ie ſolus ridēs q̄ȝ populuſ qui lugebat.Si
B cut ex diuerſo ſi Lucano credimus:nō meſtioꝛ in
moꝛte gn̄i flēs Ceſar:q̄ȝ exercitus qui plaudebat.
Sed ad te reuertoꝛ.Prima igit̄ ep̄le tue pars id
egit:ut multarū ac ꝓpe oium ꝯgeriē erūnarū vni
tibi incubuiſſe diceres:ſicut miſerabili:ſic magnifi
co qdē ſtilo legēs lachꝛymas nō tenui:⁊ tuarū litu
ris(ut dixeras)lachꝛymaꝝ nouas addidi.Neſcio
enim quomō caſus ſuos viriliter q̄ȝ muliebꝛiter la
mētātē virū ꝓfundius miſeramur.Proſequebar i
tētus aio atqꝫ oculis:⁊ ipſa ſtili dulcedo blādieba
tur ut legerē:q̄ȝuis lōgiuſcula ep̄la eēt.Ecce auteʒ
dū cetera humētibꝰ oculis ꝑlegiſſem:expectās qd
inſolite ⁊ tātis querelis eque miſerie patereris:to
tam maloꝝ ſūmā tribus in finē aut q̄tuoꝛ v̇bis in-
cluſeras:eē te Tybure ſenē paupem:podagricum.
Quibus in malis ferre te illud egerrime quod tibi
nr̄e ſpes ablata pn̄tie videret̄.Neqꝫ eniʒ te moꝛbo
vinctū loco moueri poſſe:neqꝫ auſurū de tā longin
quo ad te amicū euocare:occupationū ſuarum nō
ignotis tibi pōderibus irretitū:hoc flebilē ep̄laʒ ſi
ne cōcludis.Hic fateoꝛ riſi.Et qd:dixerit qſpiam:
pauca hec tibi vident̄ an leuia?Neutrū qdem:ſed
ſunt adeo vulgaria oiumqꝫ coia:ut pene ihumanū
ſit penituſqꝫ ridiculū:talibꝰ incōmodis indignari
hoiem uel mirari.Quis enim(ut a p̄mis oꝛdiar)
qs hoium vnq̄ȝ vixit qui nō viuēdo ſenuerit?Pri-
ſcos illos pr̄es multis ſeculis ꝓtēdiſſe vite ſpatiuʒ
Omneſ legimus:Nunqd tādē ⁊ ſenuiſſe nō legimꝰ?Mit-
mōtaleſ to illos qui in mūdi p̄moꝛdio memorant̄:quos ue-
ſeneſcē. lut in ipſius ſeculi iuuēta editos in lucē:uegetioreſ
C atqꝫ viuaciores fuiſſe:ac ꝓpe ad milleſimū vite an
num ꝑueniſſe cōfirmāt:ſed eoſdē lʒ ſerius:tn̄ ſenu
iſſe nō negāt.Hos inq̄ȝ omitto de quoꝝ etatibꝰ ma
gna inter magnos ſolet eē cōtētio:que pn̄tis nr̄i ꝓ
poſiti nō eſt.Ad illos uenio qbus ut minus mira-
ſic ſenſibus nr̄is accommodatioꝛ eſt etas.Senuit
Abꝛahā:ſenuit Iſaac:ſenuit Iacob.De quoruʒ p̄-
mo ſcriptū eſt:Erat aūt abꝛahā ſenex dierūqꝫ mul-
toꝝ.Et iterū:Deficiēs moꝛtuus eſt in ſenectute bo
na ꝓuecteqꝫ etatis ⁊ plenus dierū.De ſcḋo:Se-
nuit aūt Iſaac ⁊ caligauerūt oculi eius ⁊ vidē nō
poterat.Et rurſum:Cōſumptuſqꝫ etate moꝛtuus
eſt ⁊ appoſitus populo ſenex ⁊ plenus dieruʒ.De
tertio:Oculi iſrael caligabāt pꝛe nimia ſenectute:
⁊ clare videre nō poterāt.Audis ecce nec ſenectu-
tem mō:ſed oculoꝝ quoqꝫ caliginem ac defectum.
Moyſes foꝛtaſſe robuſtioꝛ:de quo cū cētū viginti D
eēt annoꝝ ⁊ moreret̄ ita legimus:Non caligauit
oculus eius:nec dentes illius moti ſunt:Nunquid
ideo tn̄ nō ſenuerat:qꝛ ſolidioꝛ ſenex eēt?Cuiꝰ ſuc-
ceſſoꝛ Ioſue bellatoꝛ iſignis qui tot reges occidit:
tot populos ſtrauit:ſenio obſtare nō potuit qn au-
diret dn̄m dicētē ſibi:Senuiſti ⁊ lōgeuus es:Et
ipſe cōgregato populo diceret ad eos:Ego ſenui:
⁊ ꝓgreſſioris etatis ſum.Ille vir cuius uoci deus
paruit:qui iaudita fiducia:ſoli ac lune p̄cepit ut ſta
rēt:⁊ ſteterūt:Nunqd illū fugaciſſime diē vite cō
tinere potuit ne ꝓperaret:aut obuiā ſenectutem re
tardaret?Quid Dauid rex?Nōne ⁊ ipſe ſenuerat
hēbatqꝫ etatis plurimos dies:cūqꝫ opiret̄ ueſtibꝰ
nō calefiebat?Is cuius ⁊ inter hoies ⁊ erga deuʒ
tātus ardoꝛ fuerat bꝛeui adeo refrixerat ſenectute
ut accubātis puelle patrocinio uteret̄.Qui de ſeip
ſo loquēs:Iunioꝛ fui inqt:Et cōfeſtim addidit:Et
enim ſenui.Habes cui foꝛte dierū numerū inuide
as:at nō ꝑpetuā iuuētutē.Oē qō eſt oꝛtum neceſſe
eſt:aut imaturū occidat aut ſeneſcat mox maturiuſ
occaſurū.In ſecularibus hiſtorijs:nō equā huma
ne vite mēſuram inuenies:⁊ ſiqd ibi tale dep̄hēde
ris:irriſiue nōnunq̄ȝ potius q̄ȝ hiſtorice dictuʒ ſci-
to.Quippe ſupꝛa Ninū Aſſyrioꝝ regē:qui Abꝛa- E
he cōtēporaneus videt̄:de excellēti rerū geſtarum
memoria(ut Macrobio placet)Ne greca qdeʒ ex
tat hiſtoria:Oēs igit̄ hiſtorici:qui lōgiſſime retro
cedūt:a Nino initiū ſcribēdi faciūt:multiſqꝫ poſt
illum tꝑibus nr̄oꝝ ſenū incipimus exēpla collige-
re.Itaqꝫ minime mirādū putāt qdā:Nam alij liti
gāt(ut dixi)ſi ſeneſcēte iam mundo ⁊ vita bꝛeuioꝛ
⁊ fragiliora ſunt coꝛpora:⁊ apud exteros qdeʒ ⁊
pauca de multis:ſed illuſtriora ꝑſtringā.Diutiſſi-
me vixit Neſtoꝛ:qui(ut ſcriptū eſt)tertiā iā etateʒ
hoium viuebat.Diu Hiero Syracuſius.Diu etiā
Maſaniſſa Numidarum rex:quoꝝ alter nonageſi
mū annū attigit:alter exceſſit.Laudata Solonis:
nec illaudata Sophoclis ſenectus:quoꝝ p̄mꝰ nun
q̄ȝ itermiſſo ſtudio ſemꝑqꝫ aliqd addiſcens ſenuit.
Secūdus moꝛti ꝓximus:nobiliſſimā tragediā ea
qdē ſcripſit etate:qua vix ſui cōpotes eē ſolent qui
ad vitā illā ueniūt.Iſocrates oratoꝛ eadē ꝓpe eta F
te:q̄rto ſcilicet ⁊ nonageſimo vite anno cum uolu-
mē eximiū edidiſſet:qnque annos ſuꝑuixit:ſeram
uoluptatē ſui opis ꝑcepturus.Homeri nō tm̄ ſene
ctutē:ſed ⁊ oculoꝝ cecitatē lego:ſed an ſenectꝰ:an
alia cecitatis cā ſit:neſcio an tu legeris:mihi enim
nō occurrit.Qualem aūt ⁊ q̄ȝiucūdam credimus
Homericam ſenectutem:oibus ſuis accumulatam
⁊ inſtructam curis:quarum parue relīqe poſt an-
norum millia tanta me dulcedine afficiūt atqꝫ per
fundunt:Puto idem alijs accidere:ut ſepe mearū

immemoꝛ curarū oblituſqꝫ p̄ſentium malorū: to-
tus in illiꝰ ceci ſenis memoria cōquieſcā. Carnea-
des ad nonageſimū: Cleātes ad vndecēteſimum:
Goꝛgias Leontinus ad cēteſimum ac ſeptimū vi-
te annū trāquilla ſenectute ꝑuenit. Chꝛyſippuſ no
no ac trigeſimo anno ceptuꝫ miri opus acuminis:
octuageſimo moriēs reliquit. Qua etate Simo-
nides in carminū ſe certamē deſcendiſſe cōmemo-
rat. Etate ꝓuectū Socratē legimus: ⁊ ibat ulteriꝰ
niſi uenenatus obſtitiſſet calix. Cuius p̄clariſſimꝰ
ille diſcipulus Plato: vno ⁊ octoginta ānis exple
tis: codeꝫ ipſo natalis ſui die obijt: ⁊ in eoipſo cui
diutiſſime animū intenderat exercitio litterarum.
Cuius diſcipulus Ariſtoteles nō niſi ad tertiuꝫ ⁊
ſexageſimū acceſſit: Quē periculoſuꝫ numerū an-
norū ⁊ humano generi uel moꝛte uel inſigni cala-
mitate terribilē ferūt: Et cur ita ſit ratiōeſ q̄dā: alij
obſeruationē ſolaꝫ experiētie longioris afferunt:
Utrūqꝫ ſane quid virium habeat: ipſi qui attulere
diſcutiāt: hunc (ſi uera memorāt) vite ſcopulū hu-
mane: ne trāſire poſſet noſter Cicero: nō ſenectute
ſua: ſed Antonij crudeli ac nephario iꝑio effectū
G eſt. Et quoniā ad noſtros obuio Cicerone peruen-
tū eſt. Uenerabilis apud nos Romani regis Nu
me Pompilij ſenectus: ſed uenerabilioꝛ Catonis:
Camilli: Fabij: Metelli ac Ualerij Coꝛuini: quoꝝ
fere oīum vna eſt etas cētuꝫ anni Appij quoqꝫ illiꝰ
ceci: de cuius cecitate oīum ciuiū oculi ⁊ vniuerſa
reſpublica cōſilium expectabāt. Glorioſiſſime ſe-
nuit Auguſtus: Pōpeius infelicius: Uerū non de
foꝛtuna: ſed de etate hic agit̄. Certe Auguſtus ipe
oīuꝫ maximus ac potētiſſimus monarcha: poſt in
ceptū (ut q̄buſdam placet ⁊ q̄ꝺ nemo negat) diu-
tiſſime ſummaqꝫ cū pace gubernatū imperiū inter
multas Romanorū lachꝛymas: interqꝫ caſtiſſime
coniugis amplexus: ſexto ac ſeptuageſimo etatis
anno placida moꝛte ſubtractus eſt. Eandē methaꝫ
tenuit Auguſtinus: ut noīe: ſic vite termino imita-
tatus Auguſtum. Hieronymus ꝓ̄o viuacioꝛ fuit.
Origenes ad ſeptuageſimū vite annū uenit. Ter-
tiū ⁊ ſexageſimū Bernardus iṗleuit. De Ambꝛo-
ſio Gꝛegorioqꝫ nō ita cōpertum teneo: Omnes tm̄
ꝓculdubio ſenuerūt: ꝓuidente illo: apud quē fons
vite eſt: ne hi parū viuerēt quorū vita multū pꝛoſu
tura erat eccleſie. Ad octogeſimū annū uenit Aſi-
H nius Pollio. Marcus Uarro viuēdo ⁊ ſcribendo
ſeculi vnius ſoꝛtitus eſt ſpatiū. Multa de ſua ſene
ctute locutus eſt Seneca ſenex: aliquāto ſenioꝛ fu
turus niſi ferox diſcipulus uetuiſſet. Permitte mi
hi oro te indulgentiſſime pater: Permitte mihi ut
narrationē que ualde animū meū pꝛemit huic loco
inſerā te fauente ⁊ ſenectutis adhuc vnicū exēplū:
humile q̄dē ac recens: ſed honeſtū ⁊ cui mihi dul-
cis ac uenerāda recoꝛdatio eſt: tot glorioſorū ſenū
illuſtribus exēplis adijciā: nunq̄ꝫ id ſi apud aliū lo
querer auſurus. Fuit mihi pꝛoauus paternus: vir
ſanctiſſimus ⁊ ingenio quātū ſine cultura litteraꝝ
fieri potuit clariſſimo: uſqꝫadeo: ut eū nō tm̄ de re
familiari: de negocio: de cōtractu: de natorum nu-
ptijs: vicini: aut de re publica magiſtratꝰ: quod de
Appio ceco traditū accepimus: ſed de rebus etiaꝫ
altiſſimis ⁊ ad philoſophiā ſpectātibꝰ litterati ho-
mines: p̄ſentes abſ̄teſqꝫ cōſulerēt: omneſqꝫ in illiꝰ
reſpōſis ⁊ equitatē iudicij ⁊ acumen ingenij mira
rentur. Uiro nomen fuit Garcius: his modis eaqꝫ

pietate pꝛedito: ut ad cōſecrādā viri memoriā ni-
hil ei p̄ter ꝓmotoris auxiliū defuerit. Nuper me
iam adoleſcentiam egreſſo: multi ſupererāt de illo
mirabilia narrātes: que ſpōte pꝛetereo: hocipſum
nō dicturus: niſi ne faſtidires exemplum. Is ergo
poſt innocue ac feliciter actā vitā (ut audiebam ſe-
nes noſtros dicere) quarto ac centeſimo etatis an-
no: ipſo etiā ut Plato natalis ſui die: ſed triū ⁊ vi-
ginti annoꝝ ſpatio viuacioꝛ q̄ꝫ Plato: ⁊ p̄terea eo
dem in thalamo in quo natus fuerat: longe añ pꝛe
dicta multis trāſitus ſui hora: in gremio filiorū ac
nepotum nulla coꝛporis aut animi moleſtia: nil ni-
ſi de deo ⁊ de virtutibꝰ loquēs interloquēdū quo
dāmodo cōſopitus eſt: quod ex eius ore ſonuit ex
tremuꝫ illud Dauiticū fuiſſe ferūt: In pace in idip-
ſum doꝛmiā ⁊ requieſcaꝫ. Quibus vir uerbis ex- I
plicitis quieſcēs: obdoꝛmiuit in pace. Gꝛatias tibi
pater amātiſſime q̄ꝺ me hactenus paſſus es ꝑaui
mei memoriā repetere: ⁊ nomē eius his ad te litte
rulis occulere: quod neſcio an uſq̄ꝫ dignius q̄ꝫ in-
ter egregios ſenes collocādum eſſet. Sed q̄d ago?
Bꝛeuis cōſolatio in longā hiſtoriam uerſa eſt. Da
bis autē ueniam ſi ſcias quāta cū delectatiōe uer-
ſatus ſum cuꝫ his optimis atqꝫ lectiſſimis ſenibus
quibus te iam nūc meqꝫ non multo poſt aſcriptos
cupio: ⁊ ſi ceteris in rebꝰ impares: at equanimita-
te ⁊ patiētia ſaltē pares. Ne enim me ꝓpoſiti pꝛoꝛ
ſus oblitū putes: Quis egreferat ſe ſeneꝫ fieri: dū
tales viros ſenes factos eē meminerit? Immo ꝓ̄o
quis nō magno cū gaudio participet ſoꝛtē beatiſſi-
morum hominū: ⁊ alacri animo cōmunem ſibi cū
talibus excipiat ſenectutē? Quis enim horuꝫ: ſeu
quis oīno hominū diu vixit: ⁊ nō ſenuit: cuius lō-
gam vitā legimus nō in ſeniuꝫ deſinētem? At nos
uoto cōtrario: ſecum qꝫ pugnante diu: imo ſemper
viuere cupimus nunq̄ꝫ ſeneſcere: nunq̄ꝫ interire.
Scio autē quid reſpōſurus es horum te omnium
nō ignarū: Illud dolere: ꝙ ante tempus ſenueris: K
cōmunis omniū ſeneſcētium querela. Et Numa
Pompilius cuius ſupꝛa mētionē feci: pꝛima etate
canus fuit: ⁊ Uirgiliꝰ poeta. Tota etas noſtra his
lamētis abūdat. Egoipſe nō taꝫ queri ſoleo q̄ꝫ mi
rari ꝙ canos aliquot ante vigeſimūquintuꝫ annū
habui: cum illud nō exciderit: quod genitoꝛ quon-
dam meus in religs neqꝫ me ſanioꝛ neqꝫ ualidioꝛ:
quia poſt quinquageſimū etatis ſue annuꝫ conſul-
to ſpeculo ſupꝛa uerticeꝫ ſibi vnuꝫ foꝛte capillum
ambigua canicie albeſcentē viderat: plenus ſtupo-
ris ⁊ querelarū: totā non modo familiam ſed vici-
niam excitauit. Hoc eſt quod euum noſtrū dolet:
hoc quod iuuentus noſtra cōqueritur: multuꝫ bꝛe
ui tp̄e uariaſſe: viuendi ſeneſcendiqꝫ modū: e qui-
bus foꝛte ſecūdum fatear: pꝛimū negeꝫ. Seneſcūt
ſolito citius: nec id foꝛſan uſqꝫquaqꝫ ueruꝫ eſt: ſed
q̄ꝺ incūctāter affirmem ſolito citius caneſcūt: ſiue
id latens cauſa ſiue curarū multitudo efficit. Pꝛo
fecto enim noſtri maiores melioribus: nos pluri-
bus curis inuoluimur. Nihil eſt autem quod ma-
gis pꝛecipitet iuuente florē q̄ꝫ curaruꝫ anxietas ⁊
laboꝛ animi. Ceterum vite modus niſi eum caſus
aut culpa pꝛeſecuerit: idem pꝛopemodum perma-
net: qui Pſalmographo pꝛeſcriptus eſt carmine.
Sed quoniam tua me religioſa modeſtia certum
facit: non te canos conqueri: quos potius ample-
cti: ⁊ ſi intempeſtiui eſſent: ac gaudere non dubito

ſi quod Stiliconi ſuo Claudianus attribuit:Ul-
tus factura uerendos:canicies feſtina uenit:Ue⁊
alia quedā ſenectutis incōmoda lamētari:que plu
ra apud alios:apud Tulliū ſunt quatuoꝛ : Immi-
Qua tuoꝛ eſſe q̄ triſtē ſenectam reddant
nutio viriū:auocatio a rebꝰ gerendis:adēptio uo-
luptatū:moꝛtiſqꝫ vicinitas.Multa qdē hoc loco
in tuā conſolationē dici poſſent : ſed rē a Tullio ex
intētione tractatā retricare temeritas.Habes eiꝰ
de ſenectute librū:qui inſcribiť Cato maioꝛ:quo le
cto nihil erit quod requiras ampliꝰ(ut reoꝛ)nihil-
qꝫ quod nō modo moleſtā:ſed nō plane gratiſſimā
ſenectutē faciat tibi.Nā q̄ꝫtum ad celeritatē anti
cipatumqꝫ tēpus attinet:hoc vnū dixerim : Sicut
enim ubicunqꝫ moꝛs occurrit : ſenectus eſt noſtra
(quod doctiſſimis viris placet):ſic ubiuis debili-
tas coꝛporis affuerit:ſenectꝰ noſtra eſt. Nam ut vi
te terminus eſt moꝛs : ſic floride ualideqꝫ iuuente
terminus eſt quādocūqꝫ incidēs manſura debili-
L
tas.Siue igiť totius:ſiue robuſtioris vite finis di
ci ſenectꝰ debet:qualibet etatis ꝑte ſe offerat:datū
tēpus impleuimus ⁊ legitima eſt ſenectꝰ.De pau
Quis iure dici poſſit pauper
pertate qd putas dicam?Quis nō eſt pauper:niſi
qui nihil cupit?Hi qui ditiſſimi vidētur:eo ceteris
pauperiores ſunt quo pluribꝰ egēt:cū neceſſarijs
egere ea demū ſit pauꝑtas.At iſti ꝓcul a uero fal-
ſis opinionibꝰ acti:ſibi neceſſaria fecerūt:que apd
minus inſanos uoluptuoſa qdem:apud ſanos ſꝯo
ſuꝑuacua:poſtremo autē apd doctos dānoſa etiā
atqꝫ omni ſtudio fugiēda ſunt.Uere itaqꝫ ſunt om
niū pauperrimi:innumerabiliū egeni: ⁊ uel aſſecu
tiōe rerū optatarū accēdētes indigētiā uel expe-
ctatiōe toꝛquētes.Nec ſum neſcius qd ad iſta re-
ſpōdeāt.Cōtemni paupertatē aliquāto difficiliuſ
re ꝙ uerbo.Nō obluctoꝛ:dura res eſt fateoꝛ : ſed
dij boni ꝙ tuta:ꝙ ſecura:ꝙ expedita:ꝙ libera:ꝙ
deniqꝫ ſi amare illam in animū duxerimꝰ iucūda.
Sed deſinamus paupertatē laudare ⁊ amare di-
uitias: ⁊ reuera quotus hominū inueniť:qui cum
pauꝑtatē ualde laudauerit:laudatā tota intētione
nō fugiat?Uicta erit ⁊ in eternū ab animis homi-
num relegata:uel potiꝰ extincta cupiditas:ſi quot
laudatores habet pauꝑtas:totidē habeat amato-
M
res:Habebit aūt multo plures ſi innoteſcere cepe
rit qd boni habeat:qd quietis ac felicitatis addu-
cat.Hactenus tm̄:ut etate lucani erat munꝰ dei eſt:
nōdum moꝛtalibꝰ intellectū niſi admodū raris:In
qbus ſunt exempla illa clariſſima.Ualerius:Cin-
cinnatus:Curius:Fabꝛicius:Regulus:nō diutiꝰ
ꝙ dū leguntur:audiūtur ue: ⁊ tūc quoqꝫ nō niſi ſu-
perficietenus:animos cecos auaritia ⁊ cupidita-
te tāgentia.Sed multo maxime ſacratiſſimi ſenes
noſtri qui circūierunt oꝛbem terrarū:ueritatē inge
rendo pectoribꝰ hominū:in fame ⁊ nuditate letiſſi
mi:victiſqꝫ ⁊ calcatis neceſſitatibus triūphantes:
quorū nudis pedibꝰ non erat tellus digna calcari.
Aude teipſum talibꝰ exemplis inſerere:Aude ho-
ſpes contēnere opes:Nō foꝛtuito neqꝫ indelibera
te:Aude inquā plures ad cōtēptū vite ⁊ ad effun
dendū ꝓpꝛium ſanguinē:pꝛoijciēdaſqꝫ animas ꝙ
ad cōtemnēdas diuitias fuere magnanimi:Aude
igiť ⁊ tu hoſpes qui nō habes hic māſuram ſtatio
nem:deponere ſarcinā libertatis amatoribꝰ ipoꝛ-
tunam:tāto tutioꝛ ad patriā ꝑuenturus:quāto ex-
peditioꝛ inceſſeris:Aude inquā cōtēnere opes : ⁊
quod ſequiť:te quoqꝫ dignū finge deo.Quis eni

dubitet opes potētiamqꝫ cōtemnere:dum memi-
nerit(ut ſileā ceteros)Chꝛiſti ſacrā atqꝫ humilem
paupertatem:p̄cipue ſi huic cogitatio illa ſuccreue
rit:quātū calamitatum:quātū ue diſcriminū iſte
omnibus uotis exoptate expetiteqꝫ diuitie ſecum
ferāt?Certe Salomō is qui apud Hebꝛeos ſapiēſ N
habeť:ut Lycurgus apud Lacedemonios:Solō
apud Athenienſes:Cato uľ Lelius apud noſtros
Nō diuitias neqꝫ paupertatē optat adeo:ſuꝑbien
di ſcilicet deſperādiqꝫ materiā.Quid ergo?Tan-
tū victui meo tribue inquit neceſſaria.Quē ſecutꝰ
Apoſtolus:Habētes victū inquit ⁊ quibus tega-
mur:his cōtēti ſimus.At nos non modo diuitias
optamus:ſed in hiſipſis nihil magis appetimꝰ ꝙ
quod nocet:luxum ſcilicet ⁊ exceſſū.Quid enim
oro te:quid eſt in auaritia quod delectet?Nempe
nil aliud ꝙ querendi laboꝛ:ꝙ ſeruādi pauoꝛ:nil in
Nihil auaritie i eſt niſi q̄rendi laboꝛ ⁊ ſeruādi pauoꝛ
quā aliud ꝙ timere ruinas:incendia:rapinas:do-
meſticos ⁊ externos fures : Ad extremū mures
ac tineas : Eſſe ſemper occupato animo ac meſto:
Omnes curas ipſumqꝫ coꝛ viuētis in auro ſepeli-
re:cū ſit ſcriptum:Ubi theſaurus tuus:ibi coꝛ tu-
um.Uere ergo miſera eſt magni cuſtodia cenſus.
Sed hec nobis accidūt neſcientibꝰ(ut ait Flaccꝰ)
Quid ualeat nūmus quē pꝛebeat uſum.Sic affe-
ctis ſi honeſtus diuitiarū modus acceſſerit:pau-
pertas dura videbiť.Sūt ſine ulla difficultate foꝛ
tune:Illi duo diuitiarū gradus a Seneca deſcri-
pti:habere quod neceſſe eſt:habere qd ſat eſt . Ac-
cedat ⁊ tertius:quod abūde eſt: ⁊ quartꝰ accreſcat
qd multū eſt:nihil actū putabiť donec ad id anhe
lando ⁊ eſtuādo ꝑuenerimus:qd nimiū eſt.Ita ni
ſi nocere ceperint:niſi cauſas miſeriarū ⁊ laborū
⁊ foꝛſitan feſtinate moꝛtis attulerint : diuitie non
erūt.Sed qd rurſus ago qui tibi aduerſus pauper
tatē arma cōquiro?Quecūqꝫ de hac re nō tātum
dici:ſed cogitari poſſunt nota ſunt tibi.Unū erat
in animo p̄ter vulgata hec quod tibi nō ſubtrahā:
Equidē:ut euacuatio p̄grauato coꝛpori:ſic tibi ne O
ceſſaria eſt pauꝑtas.Tergiuerſenť licet(ut audio)
qdā ex ueſtris ⁊ cauillenť:paupertatē tm̄ uel exp̄ſ-
ſe uel tacite nouiſti:Bene habet:tu illā fugiebas:
illa te ſequiť.Iam que attigit arripuitqꝫ uotis op-
tāda neceſſitas:que te cogat iplere quod debeas.
Chꝛiſti ſeruus es:ſcis qd illi ꝯueneris:ſile : patien
tiam habe:nō te poſſū equis auribꝰ audire.Per-
Paupertas multis utiľ fuit
inde mihi paupertatem defles:quaſi neſcias nu-
dū te intraſſe in hanc vitam:nudū egreſſurū: ⁊ q̄ſi
nō paupertatem Chꝛiſti:ſed Creſi diuitias ſis ꝓ
feſſus:Crede mihi pater:pauꝑtas ſepe multis uti
lis ad ſalutem fuit:nulli vnꝙ inutilis:niſi his qui
eam impatiētia ⁊ lamentis exaſperāt.Tibi quidē
adeo nō tm̄ utilis ſed neceſſaria ⁊ ſalutaris eſt.Ut
ſine illa neqꝫ ſaluus eſſe : neqꝫ creatori tuo potue-
ris pacta ſeruare.Hec in pꝛeſens de honeſta ⁊ ſo-
bꝛia paupertate ꝑſtrinxerim.Illa eniꝫ impoꝛtuna
⁊ ſoꝛdida que turpis egeſtas apud poetam diciť:
Deo gratias:te nō tāgit:ad quam leniendam ma- P
ioris eloquētie viribꝰ opus eſſet.Iam hinc ad po-
dagre remedia ueniendū eſt.O ſiqs eo moꝛbo tē-
tus:in hāc epiſtole ꝑtē foꝛte oculos cōiecerit:quā
putas ſpem cōcipiet fomenti cuiuſpiam:aut pul-
ueris:aut lenitiuū cuiuſcūqꝫ cōſilij:deſinat ex me
talia ſperare:Uolo labori ſuo ꝑcere ſi ex his litte-
ris hoc ſperat ulterius nō legat:huius eni generis

remedia medicorū eruditiores magna ex parte de
ſperāt. Reliquos ſi cōſulas:nihil homini diuiti de
ſperādum:nihil inopi ſperādum dicent:cum tñ ſe-
pius diuituȝ domos hec peſtis inhabitet. Si hos
igit̃ audire uolueris:p̄ſtabūt tibi ut inter anguſti-
as preſentium dolorū ⁊ future ſanitatis ſpeȝ ſem-
per ligatus ulules:ſemꝑ oleo triſtitia vnctus atq̧
vnguentis madidus ingemiſcas:Ego ꝟo te ſiccuȝ
ſolutumq̧ ac liberū dolere maluerim:dieta exerci
tio laborib⁹:aduerſus nouum hoſteȝ ſolidare cor-
puſculum:hac in re nihil a medicis ſperare preter
uerba:ſi quid aduerſus podagram auxilij eſt:totū
a paupertate:uel ſi id fruſtra ſit ab animi modera-
Podagrici mō bi remedia
tione poſcendum:podagre medicina optima pau-
pertas eſt:ſeu illam neceſſitas:ſeu uolūtas attule-
rit:Ultimā hāc frugalitatem uocāt:quā definiūt
uoluntariā paupertatem. De his autem alia ad te
olim epiſtola ſatis dixiſſe videor:quādo nōduȝ ad
me niſi podagre ſolius fama ꝑuenerat : ſi vnuȝ qđ
Q
tunc me latebat illis addidero:Credere me diuini
tus ꝑmiſſum:ut podagre paupertas acceſſerit:ut
ſicut ex quibuſdam uenenoſis animātib⁹ fit reme-
dium ueneni: ⁊ ſicut apes ex q̇buſdaȝ herbis ama
riorib⁹ dulciſſima mella cōficiūt:ita tu malis tuis:
nō aliūde q̄ȝ ex tuis malis poſſis cōflare remedia.
Romani alias gentes patiētia ſuperarunt
Et de paupertate q̇dem remedioq̧ qđ illa ſecū ha
bet hactenus. De animi autē moderatiōe patiētia
q̧ longior ſermo eſt:auctoritatib⁹:rationib⁹ ⁊ exē
plis inſtructus:Hic occurrit Marius:hic Marc⁹
Attilius:hic integre Romane legiōes:Nulla eniȝ
gēs in hac gloria par eſt:Hic ex alio genere homi-
num Poſſidoni⁹:Anaxarchus: ⁊ quo vilius:eo ni
ſi fallor efficacius exēpluȝ. Seruus Afer ultor do
mini a Tito Liuio relat⁹:qui tormētis lacerat⁹:nō
modo nō igemuit ſed ſuperāte letitia dolores:ſpe
ciem quoq̧ p̄buit ridētis . Innumerabilia ſunt id
genus:e q̇b⁹ nō modo epiſtolā impleas:ſed librū:
Uerūtamē ut dixi:poſt Ciceronē uerecūdum mo
deſtumq̧ ſilentiū videtur. Et ſecūdus illi⁹ iter Tu
ſculanas diſputatiōes liber:quem ſepe ſalubreȝ in
meis dolorib⁹ expert⁹:aliquot inſignes viros:au-
diui de libri illi⁹ efficacia ſimilia memorātes. Illū
tibi familiarē facias uelim:Illum in manib⁹ habe
as:quotiēs notis indicijs:aduentare podagricum
ſenſeris dolorē:Quāq̄ȝ eſt alia multo dulcior multo
q̧ ſuauior ⁊ docto ac religioſo viro dignior medi
cina:In oīb⁹ laborib⁹ ac dolorib⁹ noſtris:quibus
carē neq̇t vita mortaliſ:meminiſſe laborꝫ ac dolorꝫ
R
quos pro nobis Chriſt⁹ ꝑtulit:meminiſſe vulnerꝫ:
q̇b⁹ vulnera nr̃a ſanata noſq̧ periculo ſempiterne
mortis erepti ſumus:meminiſſe clauorū ac lancee
p̄cioſiſſimiq̧ ſanguinis:quo lauacro ſordibus ab-
lutis recreati ⁊ clementer admoniti ſumus tēpo-
rales alto aīo calcare moleſtias:nihilq̧ niſi eter-
ne dānationis ⁊ penarū immortaliū ſupplicia for-
midare. Illud inſuper meminiſſe ꝓfuerit:nō mo-
do Chriſtū cui ꝓpter deitatē ſuā ꝓpter incōpara-
bilem gloriam inacceſſibileq̧ potentiā : oīa prona
erant atq̧ facilia:ſed cādidatum quoq̧ quē uocāt
martyrū exercitū:multoſq̧ ut nos ſumus morta-
les homines : ⁊ (quod miraculi clarioris eſt)non
modo viros fortes:ſed ſepe etiam mulierculas ac
puellas diuino ſpiritu afflatas illa ꝑtuliſſe:in quo
rū cōparationem quicq̇d pateris quies atq̧ ſola-
tium dici poſſit. Trita hec: ⁊ tibi in primis ꝓfeſſio
nis tue debito notiſſima:ideoq̧ diutius nō inſiſto
ad ſecretiora feſtinās. Eſt remedij genus:quod tu
forte nō cogitas:quod cū legenti mihi litteras tu-
as ſubito occurriſſet:riſuȝ mouit(ut dixi) Nolo au
tē indigneris:me quod in meis ſepe ſoleo:in tuis
malis etiā iocari:Nō in dolorib⁹ tm̃:ſed in morte
iocari ſolitos:viros fortes doctoſq̧ cōperim⁹:Te
ſtes ſunt Ueſpaſianus p̄nceps ⁊ Socrates philo
ſophus:Patere me in pedū tuorū dolorib⁹ idē fa-
cere:q̄ȝq̄ȝ nō merus:ſed ueritate cōditus iocus eſt
meus. Quid enim putas? Receſſe pater ab adole-
ſcentia curſus tuos ⁊ animum ſtare neſcium:vide
bis ut frenum equo indomito:ſic tibi neceſſariam
podagram. Eſſet neceſſaria forſan ⁊ mihi ut iā tā-
dem ſtare loco diſcerem ac mecū habitare:Tibi tñ S
ꝓculdubio:ante oēs quos ego nouerim neceſſaria
eſt. Iſſes extra noſtre habitabilis ȝone terminos:
trāſiſſes oceanum:adiſſes anthipodas:nulluȝ tibi
diſcurrēdi fineȝ qua polles in reliquis ratio feciſ-
ſet. Quid multa ? Nō alio q̄ȝ podagre auxilio ſiſti
quibas. Illa tibi frenum ſtringit iubetq̧ cōſiſtere.
Quid ais? Parebis:uelis nolis. Noli autem iniu
riaȝ arbitrari. Nihil cuiq̄ȝ tēpeſtiui⁹ accidit:nihil
vnq̄ȝ opportunius. Fluitāteȝ carinā magiſter pup
pis fune uel ancoris regit: ⁊ tibi prope terrā vnde
primum in altuȝ es euectus ancora iacta eſt: Per-
miſit tibi tua ſors uagam ac laborioſam iuuentutē
nec ſenectuti daturus ferias videbaris: Podagre
beneficio quieſcet. Uagū ⁊ inſtabile iumentū cau
tus paſtor alligat:ubi diſcurſu uetito quieſcēdi pa
ſcendiq̧ ſit facultas. Agnoſce paſtoris tui prouidē
tiam:Nō te in Perſide:nō in Arabia uel Egypto:
ubi uelut in ſuburbano uagabaris tuo:ſed in patri
am integro membrorū obſequio reuerſuȝ:poſt pe
regrinatiōes inumeras: ⁊ (ſi te noui)nunq̄ȝ tuo iu
dicio deſituras uberrimis ⁊ ameniſſimis alliga-
uit in paſcuis. Ad cumulum eniȝ gratie celeſtis ac L
cedit ꝙ nō te Rome clauſit:ubi ⁊ ꝓprijs ⁊ fami-
lie tue titulis es clarior:q̄ȝ quieti tue expedit. Sed
nec ꝓcul ⁊ extra ꝓſpectum dilecte urbis amouit.
Quid ergo? Tybur tuo ſenili ocio deputatum eſt:
prouiſumq̧ ne fugias:Doles ⁊ nō poti⁹ deo gra-
tias agis:qui te tot terreſtribus maritimiſq̧ peri-
culis:totq̧ tā longis anfractib⁹ ereptū hac demuȝ
uoluit ꝯſiſtere terra(ut ait Maro) Ubi ſcilicet ani
me ſimul ⁊ corporis alimenta nō deſint : libri tui:
feruor tuus:ingeniū tuum ⁊ puriſſimi aeris ⁊ ni-
tidiſſimarum ſpecies aquarum ⁊ pulcherrime tel
luris amenitas tetricum licet ⁊ agreſtem animuȝ
mulcere queāt:ubi ſemꝑ aſſit patrie p̄dulcis aſpe-
ctus:amicorū moderata propinquitas : ſubmotis
tedijs:abſente faſtidio:que tibi uel immenſe urbis
ſtrepitus uel iugis fortaſſe tot notorū cōuerſatio
peperiſſet. Fuere bonis tuis gratanter:equanimi-
ter:pacifice:melius tibi accidit q̄ȝ putabas:cōmo-
diorem toto orbe locuȝ nequiuiſſes eligere:q̄ȝ quē
tua tibi ſors obtulit. Sed inſtabis : Et cur non in-
quies ſine hac corporis iniuria? Iubes reſpōdere
quod ſentio:Animus tuus vinculis egebat. Id nō
ad infamiam:ſed in partem laudis accipias p̄cor:
Quo enim fertilior eſt ager:eo pluribus abundat
cōpeſcēdis extirpādiſq̧:ut ſeges utilior coaleſcat:
⁊ ſepe quo generoſior atq̧ ualidior:eo ferocior eſt
equus ⁊ tenaciorib⁹ vinculis egens:Eſſes nūc(ut
auguror)in aliquo mundi angulo:Iam Niluȝ:Iā

Induꝫ aut Tanaim trāſnatares: Jam Rhipheos
montes aut Hercinii ſaltus dumeta trāſcenderes:
uagus ſemꝑ ⁊ ꝓfugus ſuꝑ terrā. Occurrit pietas
illius qui ſolus moꝛbos noſtros ⁊ moꝛborum no-
ſtrorū medicamēta cognoſcit. Nō idcirco minus
utilia: qm̄ amariora ſunt. Illa magis ingenua vide
ri poteſt: ⁊ humanitate tua dignioꝛ querela ꝙ pꝛe
ſentiā atqꝫ cōuictum meum ualde ſuauiter requi-
ris: ⁊ in quo vnice tibi cōplacebas (ut dicis) tū cū
maxime delectaret ablatū luges. Eniuero nihil ne
U gocij eſt hic. Si es amicus: immo ꝟo ſi pater (ne-
qꝫ enim aliū te pietate eximia ⁊ paternis ſemꝑ af-
fectibus cōpꝛobaſti) Nullus tibi me locus: nulluꝫ
tēpus eripiet. Pone me in ſupꝛemo Atlantis Me
duſeis luminibꝰ durato uertice: te in rupe Cauca-
ſea ubi vinctꝰ Pꝛometheus de Joue conquerit̄: ſi-
mul ſedebimus: ſimul ambulabimus: ſimul cena-
bimuſ: ſimul fabulabimur: ſimul ſeria tractabimꝰ.
Nihil vnq̄ꝫ interueniet quod vicinos cernere ⁊ au-
dire ꝓhibeat. Uolucer eſt amoꝛ: nō terras tm̄: ſed
celum trāſit ⁊ maria: nec podagram nouit ille nec
Amō morꝰ neſcit impe rium cōpedes: liberrimus eſt: ⁊ foꝛtuna licet obluctāte
ubi uoluerit p̄ſens. Miraris? Moꝛtiſ quoqꝫ neſcit
imperiū: ⁊ quod illa videt̄ abſtuliſſe cōplectit̄. Ita
ꝙ uerſos in cinerem: apud illū integros inuenies:
⁊ natū Octauia: virum Artemiſia: amicū Lelius
inuita moꝛte: ⁊ effractis (ut ita dixerim) tumulis
X viuos habent ac p̄ſentes. Habe igit̄ me: nā ⁊ ego
te habeo: nulla mihi ſine te dies agitur: nulla nox:
nullum iter: nulla cōſeſſio: ubiqꝫ tecū ſum. Qui ſi
foꝛte (quoniā negare nō poſſum) dulce ꝗddam ⁊
iucundū in ſe habere p̄ſentiā amicorū: modo illud
mihi nō neget̄: ſepe dulciorē eſſe memoriaꝫ: ⁊ qͦ
nollem: ſepe delicatā eſſe p̄ſentiam. Si ergo ad ſo-
latium vite tā tibi utilē preſentiā meam putas: du
plex ad id via eſt: nam ⁊ ego ſupꝛa ſpem tuā ad te
uenire tuūqꝫ ⁊ Horatij uatis eſtiuū habitaculum
videre: quātūqꝫ deſiderio tuo ſufficiat manere nō
renuo. Et tu ſi ad me vidēdum uenire malles (hu-
manus enim animꝰ his dulcius frui ſolet que labo
rioſius queſiuit) monſtrabo tibi viā in qua nec pe-
dum vitio tarderis nec terram cogaris plantis at-
tingere. Inter ſeruorum manus ad amneꝫ Tybur
tina menia p̄labentem perges. Ibi nauicule impo
ſitus pꝛono alueo deſcēdes donec ad dexterā Ty
beris occurrerit. Inde iaꝫ latiori amne per ipſius
urbis Rome menia ad mare peruenies. Inde etiā
dextroꝛſuꝫ ſed foꝛtiori alno creditus: Tyrrheni ſi-
nus equoris obibis: donec longe relicta Maſſilia
rurſus ad dexteraꝫ rate fluminea Rhodani oſtio
ſubuehare. Qua uetus Arelas paluſtribꝰ uadis ⁊
lapidoſa planitie: mox in rupe hoꝛrida triſtis ſe-
det Auennio olim: nūc pontifex maximus Roma
nus ꝓpꝛijs ſedibꝰ deſertis obſtāte (ut arbitroꝛ) na-
tura: caput oꝛbis efficere nititur: ⁊ laterani imme-
moꝛ ⁊ ſilueſtri. Inde ſemꝑ aduerſo flumine tribꝰ
paſſuum millibꝰ aut paulo amplius aſcēdens argē
teum gurgitem obuiū habebis ad dexteraꝫ flecte
iter: Soꝛgia eſt placidiſſimꝰ fluuiorū: Cuius aqs
Y quindecim aut ciciter paſſuuꝫ millia cōſcendens:
nulli ſecūdum fontē lucidiſſimi amnis originē vi-
debis: ⁊ incūbentē ſcatebꝛis pꝛealtā rupem: ut iaꝫ
trāſiri ulterius nec poſſit nec opoꝛteat. Ut eni dex
tera ⁊ ſecūda ſint omnia: illic tandē in terrā depo-
ſitus: ad dexterā me videbis. Ubi enim pꝛocul ab
Italia poſſim eſſe tranquillius? Uidebis autē mo
dicis: ſed vmbꝛoſis hoꝛtulis anguſtoqꝫ contentum
hoſpitio: ſed quod tāti hoſpitis aduētu factuꝫ pu-
tes auguſtius. Uidebis quē deſideras optīe ualē
tē: nulliꝰ egentē rei: nil magnopere de foꝛtune ma-
nibꝰ expectātē. Uidebis a mane ad ueſperā ſoliua-
gū: herbiuagū: montiuagū: fontiuagum: ſiluicolā:
ruricolam: hominū ueſtigia fugientē: auia ſectātē:
amātem vmbꝛas: gaudētē antris roſcidis pꝛatiſqꝫ
virētibus: execrātē curas curie: tumultꝰ urbiū vitā
tem: abſtinētē liminibꝰ ſuperborū: Uulgi ſtudia ri
dentē: a letitia meſtitiaqꝫ pari ſpatio diſtāteꝫ: totis 3
diebꝰ ac noctibꝰ ocioſum: gloriātem muſarū cōſoꝛ
tio: cātibꝰ uolucrū ⁊ nympharū murmure: paucis
ſeruis ſed multis comitatū libꝛis: ⁊ nūc domi eſſe
nec ire: nūc ſubſiſtere: nūc querula in ripa: nūc tene
ro in gramine laſſatū caput ⁊ feſſa mēbꝛa pꝛoijce-
re: ⁊ (que nō ultima ſolatij pars eſt) nemineꝫ acce
dere niſi perraro qui uel milleſimā uaticinari poſ-
ſit ſuarū particulā curarū. Ad hec modo obnixuꝫ
defixūqꝫ oculiſ tacere: modo multa ſecū loqui: Po
ſtremo ſeipſum ⁊ moꝛtalia cuncta cōtēnere. Ecce
pater dū te uoco ueniēdi laborē abſtuliſſe videoꝛ: ſi
enim hec perlegis: ⁊ fidem habes: abunde me vi-
des: iam tandeꝫ: dum enim colloqui videoꝛ: epiſto
lam me ſcribere ſum oblitus. Uale.

Franciſci Petrarche ad Joannē Colūne: quare in
epiſtolis tot antiquorū exēplis utatur rationē red
dentis: exēpla etiā plurimū ad virtutum imitatio-
nem ualere oſtendentis. Epiſtola.XC.

Xemplis abūdo: ſed illuſtribꝰ: ſed ueris: ⁊ A
e gbus (niſi falloꝛ) cū delectatiōe inſit aucto
ritas. Poſſem aiunt paucioribꝰ uti: fateoꝛ
poſſeꝫ: ⁊ ſine exēplis agere: nec iſtud iſicioꝛ. Quip
pe cum ⁊ tacere poſſeꝫ ⁊ foꝛte cōſultius: ſed in tot
mūdi malis: inter tā multa dedecora tacere diffici
le eſt. Satis patiētie p̄ſtitiſſe videoꝛ: qͦ nōdū Sa
tyre calamū applicui: cuꝫ diu ante hec mōſtra ſcri-
ptum videam: difficile eſt Satyram non ſcribere.
Multa paſſim loquoꝛ: multa etiā ſcribo: nō tā ut ſe
culo meo pꝛoſim: cuius iam deſperata miſeria eſt:
q̄ꝫ ut meipſum cōceptis exonerē ⁊ animū ſcriptis
ſoler. Uerūtamē ſi ratio querit̄: cur exēplis inter-
dum affluā curioſeqꝫ in his videar imorari. Dicā
puto lectorē eo animo eſſe quo ſum ego: me quideꝫ
nihil eſt quod moueat quātū exēpla clarorum ho-
minum. Juuat enim aſſurgere: Juuat animum ex
periri an quicq̄ꝫ ſolidi habeat: an generoſi aliquid
atqꝫ aduerſus foꝛtunā indomiti ⁊ infracti: an ſibi
de ſe ipſe mentitus ſit. Id ſane pꝛeter experiētiam
que certiſſime magiſtra rerum eſt nullo melius mo
do fit q̄ꝫ ſi cum his quibꝰ ſimillimus eſſe cupit ad
moueam. Itaqꝫ ſicut omnibus quos lego gratiaꝫ
habeo ſi mihi ſepe ꝓpoſitis exemplis hanc expe-
riendi facultatē dederint: ſic mihi gratiam habitu B
ros ſpero qui me legent. Falloꝛ foꝛſan in hac ſpe:
tu tamē in hac narratiōe nō falleris: Hec eniꝫ vna
uera rei cauſa eſt. Altera eſt quod ⁊ mihi ſcribo: ⁊
interſcribendū cupide cum maioribus noſtris uer
ſoꝛ: vno quo poſſum modo atqꝫ hos cum quibus
iniquo ſydere datum erat ut viuerem: libentiſſime
obliuiſcoꝛ: inqꝫ hoc animi vires cunctas exerceo:
ut hos fugiā: illos ſequar. Sicut enim horum gra
uiter cōſpectus offendit: ſic illorum recoꝛdatio ma
gnificiqꝫ actus ⁊ clara nomina incredibili me affi-

ciunt atq; inextimabili iucunditate: Que ſi oĩbus nota eſſet: multos in ſtuporem cogeret: qd ita cum mortuis eſſe potius q̃ cũ viuentibus dilectarer. Quibus ueritas reſpõderet illos viuere: qui cum ṽtute ⁊ gloria diẽ obierũt. Hos iter delitias ⁊ falſa gaudia exultãtes: luxu ſomnoq; marcidoſ: vino graues: ⁊ ſi viuere videãtur: eſſe tñ adhuc quidez ſpirãtia ſed obſcena iaz ⁊ horrenda cadauera. Uerum hac inter doctos ⁊ indoctos: eterna lis maneat: ego ſequar inceptũ. Habes ergo quod interrogationi tue: quodq; quorũdam qui tecuz ſunt admirationi modo reſpõſum uelim: cur exẽplis abũdem ueterum illuſtriũ: qd ⁊ alijs ꝓfutura ſpero: ⁊ mihi ſcribẽti ac legenti ꝓfuiſſe admodum certe ſcio. Deinceps (quoniã nihil ab vno homine quod oĩbus hominibus placeat fieri poteſt) mirent̃ improbentq; ſi libet: Certe ego: ne ꝓpter alienũ murmur intermiſiſſe videar morem meũ: inſerere huic etiã epiſtole aliquot exẽpla nõ deſinã ⁊ quid exẽpla poſſint: exẽplis oſtendã. Omnes qui añ Mariuz a medicis ſecabãtur: vinciri mos fuerat: quia enim dolorẽ corporis animi robore ſuperari non poſſe pſuaſum erat: vinculorũ auxilio utebantur: Primus Marius ſolutus ſectus eſt: ſed poſt eum plurimi: Cur queſo: niſi quia exẽplum viri cõſtantiſſimi ad imitãdum animos erexit: ⁊ (ut cõpatriote ſui uerbo utar) ualuit auctoritas? Bello latino Decius cõſul ſeipſum pro legionib⁹ ⁊ pro populi Romani victoria deuouit: Res dictu q̃ executione facilior: ſponte tua mortem appetere ut alteri victoriam queraſ: tã efficax tñ exemplũ fuit: ⁊ tã ualidum: ut bello Sannitico ac Gallico: fili⁹ Decius ⁊ ipſe cõſul: patris imitator exiſteret ⁊ noĩe patrẽ uocans: ſecurus iret ad mortẽ: quaz pro ſalute ſuorum ciuiuz: cõtẽnere illo auctore didicerat. Quos bello Tarentino aduerſus Pyrrhum imitatos nepos: tertia tãdem vno de grege victima: ⁊ ſi nõ eodem infularum habitu: pari tñ animi virtute: eadẽq; reipublice pietate procubuit. Nunq̃ talis vir Themiſtocles fieret: niſi Milciadis exẽplis accenſus: fieri illi par in animũ induxiſſet. Nunq̃ Juli⁹ Ceſar in illud glorie culmen aſcendiſſet: niſi mirari ⁊ imitari Mariũ ab adoleſcẽtia didiciſſet: Qui ⁊ Alexãdri ꝓfuit imago in templo Herculis gadibus cõſpecta: qua mox ad cupiditatẽ magnas res agendi: nõ exarſit modo: ſed (ut ait Tranquillus) ingemuit. Profecto autẽ ſi ſtatue illuſtriũ poſſunt nobiles animos ad imitandi ſtudiuz accẽdere (qd Q. Fabiũ Maximum: ⁊. Q. Cornelium Scipionem dicere ſolitos Criſpus refert) quanto magis ipſa virtus hoc efficit: claro dum proponitur: non marmore ſed exẽplo? Corporũ nempe liniamenta ſtatuis forſan expreſſius cõtinentur: Rerum vo geſtarum morumq; notitia atq; habitus animoꝝ haud dubie plenius atq; pfectius uerbis q̃ incudibus exprimunt̃. Nec improprie mihi videor dicturus ſtatuas corporum imagines: exempla virtutum. Quid de ingenijs loquar? Jmitatio vnum inſigne par ſyderũ lingue latine Ciceronez ac Uirgilium dedit: effecitq; ne iam amplius grecis ulla in parte eloquẽtie cederemus: Dum hic Homerũ ſequitur: ille Demoſthenem: Alter ducẽ ſuum attigit: alter a tergo liquit. Jn omni hominum genere licet oſtendere idem: ſed in eo quod in me reprehẽditur artius: noliz hodie nimius videri. Unũ etiã

Eos homies viuerẽ qui cũ virtute obierunt

C

Mari⁹

Decij ſe pro ſalute ppl'i deuouerunt

D

Themiſtocles

Julius Ceſar

Alexander

E

Homerũ Uirgili⁹ Demoſthenẽ Cicero imitatus eſt

nunc exẽplum tibi notiſſimum: quo minus interſeram temperare nequeo. Siquidem quem vite callem arriperet diutiſſime fluctuanti Auguſtino ⁊ Antonij ⁊ victorini rhetoris ac martyris profuit exemplum: necnon ⁊ illorũ duorum in rebus agẽtium: apud Treueros repentina cõuerſio: quã cuz ſibi Pontianus miles Jmperatorius enarraſſet. Jpſius Auguſtini uerba tenes octauo (niſi me memoria fruſtratur) cõfeſſionum libro poſita. Exarſi inquit ad imitãdum. Ad hoc enim ⁊ ille narrauerat. Hec ergo cõſilij mei ratio eſt ꝓpter obſeruatores ac miratores meos ſepius iterãda. Uideo eni q̃ multis exẽpla contulerint ad virtutem: ⁊ qd in me agant ſentio: ⁊ de alijs idem ſpero. Sic falloꝛ: res periculo abeſt: ⁊ quibus exempla non placent non legant: neminez cogo: ⁊ ſi me rogas: a paucis legi malim. Uale.

Auguſtinus

¶ Franciſci Petrarche ad Barbatum Sulmonenſem: mortem Andree Roberti regis Sicilie filij indignam ac miſerrimam deplorãtis. Ep'la.XCI.

Heu q̃ violẽti: q̃q; ineuitabiles ſunt fortune exitus uel puiſi. Sepe qdem (ut noſti) Barbate amãtiſſime: de fortuna deq; alijs qbuſdam loqui ſoleo ut vulgus: ne in ſermone cõmuni ſingularis appareã: ſi ſeorſuz interroger: reſpõſurus fortaſſe lõge aliter. Sed tranſeo ne ſi hersam: acturus aliud de hac re ſuperuacuis diſputatiunculis implicer abſtraharq;. Ut autẽ ceptum ſequar ⁊ fortuna oĩpotens ⁊ ineluctabile fatũ: nõ cũ vulgo ſolum: ſed cum maximis atq; doctiſſimiſ qbuſdã viris. ⁊ in pmis cũ Uirgilio videri poſſet niſi ⁊ vnus oĩpotens ⁊ fati nomẽ in ore catholico ſuſpectũ foret. At quecũq; vis illa ſit: ſeu dei iudicio: ſeu pmiſſu: res hominum uerſans haud dubie magna vis ⁊ prorſus ineluctabilis eſt: ⁊ aduerſuſ quã fruſtra ĩbecillitas noſtri conat⁹ accingit̃. Nã in curſu facili cõſilium humanũ opprimit mali moles: ⁊ mortale remediũ diſcutit inuicta neceſſitas. Jd ſi vnq̃ alias: nũc maxime intellectũ cõſpectumq; clariſſime eſt. Rogo qd noui: quid inopini accidit? Quis nõ iſta puiderat? ⁊ puidiſſe quid ꝓfuit? Tam profunde eniz totis regni p̃cordijs ſe negtie dirum virus infuderat: ut iam niſi mortiferuz eſſe nõ poſſet: tãtũ audacie tãtumq; licẽtie reproborũ: tanta piorum deſperatio: tantus meror inceſſerat: erant creba vndiq; uelut inſtãtium procellarum ſigna. Graues frontes turbida nubes obduxerat: ⁊ turbida pectora pugnaces urgebãt uenti: fulgurabant oculi ardẽtes: flabãt ora minacia tonabãtq;: ꝓpe erat ut manus impie fulminarent: equor auli cum iam tumebat: iamq; eſtus horriſonus ⁊ reciproci fluctus ⁊ obſcene aues ⁊ peregrina ꝓdigia ueſtris late littorib⁹ recurſabant. Morte regis mutata: regni facies: ⁊ cum vnius viri anima: omniũ vigor ⁊ cõſilium euanuiſſe videbãtur. Spectabamus hec omnes futuriſq; nõ ſecus ac p̃ſentib⁹ angebamur malis. Loqui autẽ quis auderet: ubi vix liberi cogitatus erant: ⁊ nõ tm̃ uocibus: ſed nutibus parata ſupplicia? Q̃obrez in triuijs muti oẽs in thalamis murmur ambiguuz: meſta preſagia ⁊ impendentium nuncij malorũ: taciti augures: metus ac dolor: Deniq; ſic apertis oculis torpuerant animi: quaſi quos vicini fulminis lux horrẽda preſtringeret: Nemo (niſi fallor) vnus hominum me apertius timuit doluitq; liberius: nemo illa curie

A

Fortũa ineluctabile fatũ

B

poꝛtenta ⁊ introſpexit acutius ⁊ cõtumacius:aut
lingua percuſſit:aut calamo:Heu quãta quãqꝫ eui
dens ꝓuerbiorum fides.Mala uaticinetᷣ inquiũt
qui uates ueridicus fieri vult.Et iteruꝫ:Raro ulla
calamitas ſola uenit.Sic eſt:ſic ab antiquis audi-
uimus:ſic videmus.Magna ſemꝑ erũnarũ acies:
incomitate nõ pꝛodeunt miſerie.In multas incidiſ
ſe ſe nouerit qui in vnam incidit.Equidem ut in tã
ta malorũ copia miſeros multos eſſe neceſſe eſt:ſic
in tãta bonorum inopia felices paucoſ.Et ſane mi
ſeris miſerorumqꝫ gemitibus atqꝫ querelis refer-
ta ſunt oĩa.Contra aũt:qua ſit moꝛtalibus rara fe
licitas quis nõ videt:cum ⁊ in hoc vite tramite:ſi
acriter intueare foꝛtuneqꝫ phaleraſ diligẽter excu
tias:nemo uſq̃ꝫ uere felix : aut uotorũ plene com-
pos occurrat:⁊ apud ſcriptores reruꝫ vir comitẽ
vnum ꝓcul in ultimis Arcadum latebꝛis:felix ille
habitꝰ Metellus inuenerit?Quibus ita ſe haben-
tibus:qs miretur ut in hominũ turbã coniecta ſpi-
cula:ſic in cõgeriem malorum miſſa uaticinia non
Neõ i hac vita ne felix
errare?Atqꝫ ad viuũ illa:ſic ad uerum iſta ꝑtinge
re.Meminiſti amice ut olim p̃ſens uerbis viuo ad
huc:mox extincto rege:cui ſoli ſuum hoc ⁊ ꝓpꝛiũ
nomẽ fuit abſens litteris:nec multo poſt p̃ſens ite
rum viua uoce:non ſine ſuſpirijs qd ſentireꝫ quid
ue in poſterũ p̃ſagirẽ:quaſi iam tunc uenturi certꝰ
E
explicui.Uidebam enim ſubtractuꝫ regni faſtigio
fundamentum:erãtqꝫ ſub oculis coꝛruentis regie
graues caſus.Caput adoleſcẽtis innocui pꝛimum
oĩum hac ruina oppꝛeſſum iri fateoꝛ nõ videbam.
Neſcio quid obſtabat feralibuſ cõiecturis:id vnũ
qꝺ in malis peſſimuꝫ erat abſcõdens:q̃ꝫq̃ꝫ(ut me-
miniſſe videoꝛ)iaꝫ inde pꝛimis ad te litteris agnũ
lupis obiectuꝫ:Utinã nõ tã certo dixeriꝫ augurio
⁊ ꝓfecto luporũ moꝛſus ac rabiem ⁊ illa commu
nia ꝑditorum hominuꝫ:contẽptum:odiũ:inuidiã:
doluꝫ:rapinam:carcereꝫ:exilium cogitabã.Talis
hominis:talẽ moꝛtẽ nec cogitare didicerã nec ue-
reri:Quippe qui nullis ex Tragedijs tã nephari-
as ⁊ tam truces inſidias meminiſſem.Tulit ecce
feraciſſima ſcelerum etas noſtra quo glorietᷣ anti-
quitas:quo ſe poſteritas cõſoletᷣ.Atqꝫ omne euũ
fiat excuſabile:hoc in tẽpus ſumma ſeuitie ac totiꝰ
inhoſpitalitatis erupit.O bꝛeui multum mutata
Neapolis:O infelix Auerſa:Uere auerſa:nomen
ex re ſumptũ.Auerſa inquã pꝛoꝛſus ab humanita
te ac fide:quarũ pꝛima homini:ſecunda regi ⁊ iu-
ſto dño debebatur:In te utriuſqꝫ ſpꝛeta reuerẽtia:
utriuſqꝫ in te ſacruꝫ gentibꝰ fractum fedus.In te
enim fraude impia perijt rex tuus:ferro utinã aut
virili moꝛte alia:ut hominũ manibꝰ interfectꝰ:non
ferarũ dentibꝰ atqꝫ vnguibus laceratꝰ videretur.
O iniquo cõdita ſydere:infauſto ſignata uomere:
cemẽtis extructa ſanguineis:⁊ vipereis habitata
cultoribꝰ:magiſtra urbs crudeliũ exemploꝝ.Abũ
de impietatis ⁊ criminũ erat animantum p̃ncipis
ſacroſanctam effigiem ad imaginẽ dei factã:viola
D
re,tã atrociter:tã ſuperbe.Nunc id ſcelus non in
homine quolibet auſa es:ſed mitiſſimum innocẽ
tiſſimũqꝫ hominũ ⁊ dominũ tuum ⁊ ante annos
tui ſollicitũ:tui amãteꝫ:rare indolis puerũ:magne
ſpei regẽ truculẽtiſſime laniaſti:Immo nõ tu:ſꝫ in
te acres ⁊ immites:dicam homines an belue?an
quod aduenticij genus monſtri qui oꝛbem Italicũ
barbarica feritate maculãtes:tuũ ſuumqꝫ regem:
nõ gladio:nõ ueneno:dura licet:at ſolita regũ moꝛ
te:ſed uelut incẽdiariũ aut latroneꝫ infami laqueo
peremerũt:Et cuius uertici debitũ ac ſperatũ dia
dema:diu ꝑfida tergiuerſatiõe diſtulerãt:eiꝰ collo
reſtẽ ⁊ nodos miſerabiles iniecerũt:Ut exeqaruꝫ
genere alio:⁊ vita longiore digniſſimi coꝛpis ludi
bꝛia indigna p̃teream:ſi noſtro foꝛte ſilẽtio poſtero
rum notitie ſubtrahantᷣ:Tu qdem miſera ciuitas
hec perpeſſa tuis in penetralibus:que oẽs terras
⁊ oĩa ſecula triſti ſint inquinatura memoria.Cete
Criminũ patientia cõſenſui ſepe pꝛoxima eſt
rum ⁊ culpe expers:niſi ꝙ patientia criminũ ſepe
cõſenſui ꝓxima eſt:⁊ ſi nec obſtare poteras nec ul
ciſci:miſeratiõe potius digna q̃ꝫ odio.At tu Chꝛi-
ſte ſol iuſtitie cuncta videns ⁊ eternis radijs vni-
uerſa colluſtrãs:ut qd hanc infamie nebule paſſuſ
es terris noſtris incũbere cum poſſes tã facile:ni-
ſi delicta hominũ obſtarent:uapores noxios odio
E
rũ:caliginoſe noctis algore concretos : feruido tui
amoris ſplẽdore ꝑrumpere?Tu autem ſumme re
guꝫ noſtri tẽporis Roberte:quẽ ex aliqua celi par
te res noſtras ⁊ miſerari crediderim ⁊ ſpectare:
quibꝰ hoc nephas luminibus aſpexiſti:⁊ hanc tã-
tam tui ſanguinis iniuriaꝫ:quo animo ꝑtuliſti?An
nõ poteras pijs p̃cibus impiũ ſcelus auertere?An
poteras:ſed nolebas?ſubdifficilis cõiectura.Et ſi
enim ſimillimũ ueri ſit te celeſti gaudio repletum
terrenis doloribꝰ nõ moueri : Nunqd tñ tuorum
charitate atqꝫ ingenita pietate nõ tãgeris?Utcun
qꝫ eſt:felicẽ te qui hũc diẽ in coꝛpore habitãs non
vidiſti:quin te ſupſtite nunq̃ꝫ taꝫ flebilis illuxiſſet
dies:nunq̃ꝫ tñ inuidie licuiſſet.Fuit eni uere frõs
regia regni ſalus:cõciliatrix animoꝝ:iuſtitie altrix
expultrixqꝫ ꝑfidie.Ac uelut quedam ſalubꝛis vm
bꝛa gregibꝰ tuis ut iucũda paſtoribꝰ:ſic funeſta ſer
pẽtibꝰ:Quod ſi humana virtus obſtare decretis
ethereis nõ ualet:optãda utiqꝫ ⁊ penitꝰ oppoꝛtũa
moꝛs fuit que oculos tuos:qbꝰ adhuc nature legi
bus hoꝛroꝛ ⁊ lachꝛyme inerãt tã meſto ſpectaculo
liberaret.Pꝛoh doloꝛ:tuũ illud eximiũ:charũ:piũ
dulce depoſitũ:qbꝰ ſeruãduꝫ colẽdũqꝫ cõmiſeras
ꝑdiderũt:nõ ſomno aut ignauia victi : ſed flãmãti
odio ⁊ inuidia ſtimulati.O ultrix ſcelerũ iuſtitia:
F
neqꝫ illi aut inocẽtia:aut ſanguiſ:aut maieſtas pꝛo
fuit.Nõ hominũ qſq̃ꝫ aut deorũ:nõ que efficaciſſi
ma ſperabatᷣ tui recoꝛdatio opeꝫ tulit:uoces illas
monituſqꝫ nouiſſimos pij patris ⁊ regis optimi:
qbus moriẽs:quãtũ moꝛtali cõſilio datum erat in
lõgũ ⁊ familie tue ꝓſpexeras ⁊ regno:p̃rupte de
ſperateqꝫ nequitie uentꝰ tulit:atqꝫ oĩs diuini ⁊ hu
mani iuris ꝯtexit obliuio.Sed iã fletuũ ſatis eſt:
modo ne ubi finẽ fingimꝰ initiũ ſit.Cũ eni(ut dice
bã)⁊ crebꝛa ⁊ comitata ueniãt mala:cũ rara ⁊ ſo
litaria bona ſint:ex hoc malo neſcio qd malorũ ſeq
video:qꝺ ne iterũ certioꝛ q̃ꝫ uelіꝫ mali nũcij uates
ſim:ſilẽtio pꝛemã.Meliora cuncta ꝓueniãt q̃ꝫ ſpe
ro.Nec reipublice noceat paucorum furoꝛ qui in
illis quorũ eſt inultꝰ(ut auguroꝛ)nõ erit.Et ſi eni
diuina iuſtitia ſepe miſericoꝛdie ſuccũbat:in his tñ
hoc accidit:quos peccati pudet ac penitet : non in
his qui flagitio gloriantᷣ.Hec tibi quoqꝫ Soꝛgie
ad fontem:quo rurſus e tãto Italie naufragio ue-
lut in poꝛtũ fugi:⁊ pꝛeteriti dolens ⁊ uenturi tre-
pidus dictabã Kalendis ſextilibus intẽpeſta no-
cte.Uale tui cautus:memoꝛ mei.

Franciſci Petrarche ad.T.M.Illum uti homi-

nem vitijs perditum reprehendere deſiſtat: cuꝫ ſe
ſciat operam ꝑdere exhortantis. Ep̄la.XCII.

A

f Ine illū:linque eū ſibi:etatē habet:vie pa-
tēt:ire licet quocūq; libet:demitte in collū
habenas homini indomito:fruſtra niteriſ
repeto:linque illū ſibi:eat quo fert animus. Crede
aūt mihi nō aſcēdet. Uidiſti equos ad iter ⁊ aſcē
ſum pigros:ad pugnā pauidos tm̄ ipatiētes ſocij
fremētesq;:degeneris animi:ſignū eſt inſultare mi
norib⁹:nō poſſe comitē pati:nocere cū poſſit:occa-
ſionē expectare nō caꝫ. Muſce macros ſtimulant
boues: Pauperē peregrinū canis infeſtat. Homū
culū noſtrū his exēplis aſcribito: Ubi uel miſera-
bilis orbitas uel extrema paupꝑtas. Deniq; ubi de
feuſiōis eſt minus:ibi plus ſeuitie nocēdiq; feruē
tior libido. Qua in re nihil deliberat:niſi an facul-
tas aſſit:uoluntas nunq̄ abeſt ⁊ ſemꝑ vna. Quid
caſtigas igit̄? Perdis operaꝫ:plus aligd q̄ uerba
requirit hoc malū. Da illi parē aduerſariū: confe-
ſtim ardor iſte tepuerit: Semꝑ erit lupus oue cō-
ſpecta: Admoue lupū:ouis erit. Quid igit̄ (ut ait
Flacc⁹) obſeratis auribus fundis preces? quin tu
ſine illum ſcelerib⁹ obrutuꝫ ⁊ oppreſſuꝫ ſuis:ſuper
bia tumidū:ardētem auaritia:iracūdia rabidū:in-
uidia tabeſcētē:libidinib⁹ efferatū: gule uentriſq;
mācipium:nimio ſemꝑ ſopore confectuꝫ: ⁊ (ut ait
Maro) ſomno vinoq; ſepultū. Quid enim huic fa
cias? gd loquaris? Dolio loqueris ⁊ gdē pleno: ⁊
nil penit⁹ reſpōſuro:nil intellecturo:nil etiā auditu
ro. Perpropꝛie in hunc dixiſſe Licinius Craſſus
videret̄:modo barbā eneā haberet. Cetera enim
aſſunt: Os ferreū:cor plūbeum:utiq; calloſas au-
res calloſumq; animuꝫ habet. Callū mēdacijs ſu-
ꝑductū:uera ꝟba nō penetrāt. Neſcio an ex illis
ſis quib⁹ perdere uerba leue eſt. Illud certe ſcio:
que in hoīe ꝟba ꝑdunt̄: tolerabilis forte iactura:
niſi cōtēpt⁹ hinc ſimul atq; odiū quererent̄. Uale.

Degeneris animi ē minoribus īſultare.

B

C Franciſci Petrarche ad. L. M. Illi ꝙ in hominē
non facundum ſed loquacem inuehatur ſignifican
tis:quid etiam inter eoſdeꝫ interſit exponentis.

Epiſtola.XCIII.

A

q Uod ad ſtudiū rei familiaris attinet:coa-
ceruādaſq; diuitias:prouidētiſſimum ho-
minē:omniumq; quos ego quidē noueriꝫ
circumſpectiſſimuꝫ:nō nego:quiq; nō in vultu tm̄
ſed (ut Plautina anus) in occipitio quoq; oculos
habet. Ceterū in eo:quod de eloquentia hominis
addidiſti:longe diſſentio. Inter facūdum enim ac
loquaceꝫ largiter refert: Alterū qualitatis eſt:quā
titatis alteruꝫ: Hoc ingenium ⁊ ars ⁊ exercitatio
modeſta:illud p̄ceps impetuſ ⁊ impudētia preſta
bunt. Cōtraria ſunt hec:pleriq; tm̄ in diſcernendo
falluntur. Tu illo loquente ſi diligētius animum
aduerteris:fateberis ut nihil promptius:ſic nihil
illius ſmone durius:nihil aſperi⁹:nihil itempeſti
uius:qꝺ nō ideo ut ſibi cuius nomē ſciēs ſilui elo-
quentie falſam famam:ſed ut tibi iudicij errorem
eripiam:dictum ſcito. Uale.

Quid iter facūdū ⁊ loquacē interſit.

C Franciſci Petrarche ad. L. M. Illum ut munera
pro tribuentis animo:non pro rerum magnitudi-
ne recipiat obſecrantis. Epiſtola.XCIIII.

A

q Uaꝫ pauper:q̄ue ſis diues neſcio:loquor
de arcula: Animus enim ꝓculdubio diues
eſt: Bianteo more ſua ſecum bona circum
ferens:nec incendio peritura:nec naufragio: ⁊ qui
bus nihil omnino nō predonuꝫ vim:nō furum me
tuit dolos:nō rubiginem tineaſq;:nō morbos: nō
mortem:non ſenium:nō ruinā. De arcula ſane ipſa
idcirco ſum dubius:quia duꝫ animū moreſq; tuos
fortunamq; ſimul extimo:ut nō multis:ſic nōnul-
lis egere te ſuſpicor. Sicut enim inſanorum eſt in-
numerabilibus indigere:ſic ueruꝫ eſt quod ait Xe
nophon ille Socraticus: Nihil egere eſt deorum.
Q̄ minime autē ꝓximum a dijs. Q̄obrem: q̄r de
arcula ipſa nuper a cōſcio quodam neſcio gd audi
ui:pro virili parte ſuccurrendum ſtatui. Ecce itaq;
de fortune mee ſi reliquijs dicā ſuperbius q̄ ueli:
ſi muneribus:aliter loquar ac ſentio. Dicam ergo
de muneribus:quibus ille me talia nō curantem:
ſupra ſpem ſupraq; uotuꝫ cumulare dignatus eſt:
aliquātulum ad te miſi: quod quātulumcunq; eſt
haud dubito dignāter accipies: ⁊ in exigua re par
uo uelut in ſpeculo conſpiciēs:magnum mittentis
affectum:munuſculi paruitatē:animi uolūtate pen
ſabis: Nō ꝙ ego ſim neſcius:quoſdā fortes:quoſ
dam doctos ac ſimillimos tui viros ⁊ utroſq; ma
gnanimos:fruſtra olim munerib⁹ fuiſſe tēptatos.
In gbus ante alios eſt Fabricij clarū nomē ⁊ Cu-
rij Romanorū ducum. Quorum alter Pyrrhi re
gis:alter aurū cōtempſiſſe Sanniticum laudatur.
Clarius uterq; contēpt⁹:ſed nobilitatis alter etiā
claritate reſponſi. Q̄uis enim ſcholaſtici quidam
more ſuo cōfundāt hiſtorias: Rūſum tm̄ illud no-
bile ⁊ famoſum: Romanos nolle aurum:ſed aurū
habentibus imperare:nō Fabricij (ut vulgus pu-
tat) ad regem ſed Curij eſt ad Sānitium legatos.
Xenocrates legatos Alexandri Macedonis cum
quinquaginta talentis ad eum ab ipſo rege tranſ-
miſſos:inuitatos ad cenaꝫ in villā Achademie: ac
mediocri ⁊ minime apꝑato cibo philoſophice ha-
bitos:cū dimiſiſſet:poſtridie reuerſos querenteſq;
cui numerari pecuniam regis uellet:ſic increpuit:
Quid uoſ ingt heſterna cena:nō itellexiſtiſ me pe
cunia nō egē? Quo reſpōſo:cū meſtos factos cer-
neret:ne munus ac legationē regiā ſpreuiſſe dice-
retur:de magna pecunia exiguā particulā accepit
reliquū referri iuſſit ad regē. Fert̄ erga eūdē regē
⁊ Diogenis Cynici cōtēptus:ad quē uerſatili do-
lio habitātē: Cum Alexander videndi cupidus ue
niſſet: ⁊ miratus hominē queſiſſet:an donari ſibi a
rege aligd uellet. Cetera inquit alias:nūc ut a ſole
dimoueas peto: Erat enim hyems: ⁊ forte tūc fun
do teſte illius ad Aquiloneꝫ obuerſo:ore auteꝫ ad
meridiē applicabat̄ ſeminudus: ſed feruēs animi
ſeniculus. Facetū hoc durius ⁊ ꝓpe ſuperbū De
metrij reſponſum:qui miſſum ſibi ab Imperatore
Romano aurū:ridēdo ita contēpſit:ut diceret: Si
tēptare me uoluit:toto illi fuerā experiēdus impe
rio. Calanus Indus dum ingenti lignorū cōgerie
extructa ⁊ incenſa more patrio nudus ad uolunta
riā mortē iret: Alexādro Macedoni obuio ⁊ que
rēti ſimiliter: Num ſe aliquid uellet: nihil ingt eſt
opus:breui te videbo. Sed hic quidem miri nihil
quid enim nō ſpernat qui ipſam ꝓpter quā cetera
cōcupiſcimus:vitam ſpreuit? Cōtemptus ſane mi
raculum ſuppleuit uaticinij certa fides. Siquideꝫ
itra dies paucos Alexāder apud Babylona Cra-
tere illo Perſarū atq; Indorū ultore conſumptuſ
eſt. Urbanius aliquanto Dindymus: Ad queꝫ nu
dum cum Alexander idem omni faſtu regio depo

Inſanorum eſt multum egē:deorū nihil.

B

Qui oblata munera ſp̄uerint.

Xenocrates.

C

Diogenes Cynicus

Demetrius

Calan⁹ Indus.

D

Dindymus

ſito ueniſſet: in extrema ſolitudinū e cunctis muneribus ab opulētiſſimo rege ſibi allatis: nō niſi minima ⁊ viliſſima rerū ſumpſit: ne conteptus aſperioꝛ inſolētie notaret̄. Sed hec ſingulorꝝ hominū illa publica animorū ⁊ incomparabilis altitudo. Pyrrhi regis cuius ſupꝛa memini legatꝰ Cyneas vir ingenio ⁊ ſapiētia excellēs: immēſis cū muneribus Romā miſſus: Senatu pꝛimū atqꝫ oꝛdinibus cunctis ex oꝛdine: ne quicꝗ̄ temptatis: poſtremo plebeꝫ ipſaꝫ fruſtra etiaꝫ aggreſſus: ac nemine pꝛoꝛſus inuento cuius domus aut mēs muneribꝰ regijs pateret: cū eoipſo quod aduexerat auro ad ſtupēteꝫ regē: ſtupens ipſe reuerſus eſt. Ceterū hi oēs aut ab hoſte rege: uel populo: aut a ſuꝑbo aliquo donatore tēptati ſunt. At nō Romani ſenatꝰ: dona Ptolemeus rex Egyptius: Nō Africani ſui munus Maſaniſſa contēpſit: Nō Africanus alter munera regis amici: Nō deniqꝫ populus ipſe Romanus munerū licet ſpꝛetoꝛ hoſtiū: Pergamei regis quē amabat hereditatē teſtamētūqꝫ deſperit. Multū refert: quo animo ꝗd donetur ⁊ a quo: ⁊ ſicut quidā longe magnificus: ſic alter inhumanus atqꝫ inſolēs eſt conteptus. Amicus ego: nō tēptatoꝛ uenio: nec (ut ueruꝫ fatear) dono aliꝗd tibi ſed tecū partioꝛ: que ſcis ipſe iampꝛidē nobis eſſe cōmunia. Ac ne munus exiguū magnis uerbis exaggerem: Accipe quicquid id eſt ⁊ boni cōſule: quod pꝛofecto ne idem ipſe qui fert: nec alius quidē ꝗſꝗ̄ quid aut quale ſit nouit: ⁊ ego iaꝫ (ſi quid mihi credis) oblitus ſum. Uale.

Cyneas pirrhi legatꝰ

E

Franciſci Petrarche ad Philippum Cauallicenſem: ſe ad eum uenire ⁊ Socratem ſuum ſecuꝫ adducturum pollicentis. Epiſtola.XCV.

A

V

Eniam ad te quādo ita placere tibi ſentio: Et Socrateꝫ noſtrū deuotiſſimū tui nominis adducā. Poſtridie ueniemus: nec hoꝛrebimus urbis aſpectū: inculta ꝗ̄uis ⁊ ruſticana ueſte cōtecti. Huc eniꝫ pꝛidie raptiꝫ ex urbe inquieta ⁊ turbida ſaltu uelut in littus: fracta puppe confugimus: latitādi ociandiqꝫ ꝓpoſito: eoqꝫ habitu qui ⁊ ruri ⁊ bꝛume cōuenietiſſimus viſus eſt. Ut ſumus in tuā urbeꝫ cōmigrare iubes: parebimus: eoqꝫ libentius: quo ardentiore tuo deſiderio trahimur: Neqꝫ magnopere curabimus quales extrinſecꝰ videamur: cui animos noſtros apertos ac nudos eſſe: ⁊ cupimus ⁊ ſperamus: Illud tuorū uoto pater amātiſſime non negabis: ſi ſepe nos hoſpites habere vis: ut nō apparatū exꝗſitūqꝫ cōuiuiū ſed menſa nos familiaris excipiat. Uale.

Eiuſdem Franciſci Petrarche: de Rebus familiaribus epiſtolarum Liber Septimus.

Franciſci Petrarche ad Barbatum Sulmoneñ. amorē ſuū erga illum ſignificātis: ꝙqꝫ Sulmonē pꝛimo impetu barbari oppꝛeſſerint occupauerintqꝫ dolētis: ſeqꝫ ſi in tali diſcrimine pꝛodeſſe poſſit offerentis. Epiſtola.XCVI.

A

i

Nter multifidas: ꝗbus obſideoꝛ curas: illa nō ultima eſt: quā ex rerū tuarum expectatiōe cōcipio. Quid eniꝫ mihi Barbato meo clariꝰ? Quid dulcius? Anxia res amoꝛ: credula: timida: ſollicita oia circūſpiciens ⁊ uana etiam ac ſecura foꝛmidans. Ecce qꝺ ſemper timui: ecce qꝺ ſemper ſcripſi: ecce qꝺ quotidie dicebā: nō poterat tā fedū facinus impunitum eſſe: ⁊ eſt ultio hec aliquāto ſerioꝛ ꝗ̄ putaui. Uerte autē deus irā tuaꝫ in auctores ſceleruꝫ: ⁊ noxia capita digno ſupplicio feri: parce pijs: parce fidelibus. Quid inſonſ meruit plebecula? Quid ſacra telluſ Auſōia? Ecce iaꝫ puluis Italicus greſſu quatit̄ barbarico: ⁊ victores olim gētiū: nūc heu vincētiū p̄da ſumꝰ: ſiue id peccata noſtra meruere: ſiue iniquū ⁊ triſte ſydus aliquod aduerſo limine nos exercet: ſiue (in qꝺ magis inclinoꝛ) itegri nūc ſceleſtiſ additi criminibꝰ plectimur alienis. Sed abſit ut Italie metuaꝫ a qua rebelles potiꝰ qꝺ metuāt habebūt: Dū nuꝑ urbi reddita ꝑtās tribunitia vigebit: ⁊ caput noſtrū Roma nō egrotabit. Pars Italie ſollicitū habet: illa videt que oliꝫ magna grecia dicebat̄. Bꝛutius Calaber atqꝫ Apulus: nūc laboris regio: atqꝫ oli p̄potēs Capua: nūc regina urbiū Parthenope In has terras ameniſſimas ab aſperrimis Danubij ripis p̄ceps ruit exercitꝰ: ⁊ celi noſtri ſerenitateꝫ fedis nubibꝰ inuoluit: ab aquilone oriens ꝓcella: quā uereoꝛ nedū reſpōſuꝫ tuū operioꝛ: cū ingēti fragore detonuerit. Sic oia iā in extremū adducta referunt̄. Iā Sulmonē pꝛimo belli ipetu calcatū in ditionē hoſtiū ꝑueniſſe fama eſt: Heu generoſum oppidū tuā ⁊ Naſonis patriā: quibꝰ ꝓſequar lamētis ab his hodie poſſeſſaꝫ: inter quos ille moꝛte grauius putauit exiliū? Qui aūt adeo miſerabiliter nō tā de exilio ꝗ̄ de loco exilij queſtus eſt: ut libꝛū nō exiguū tereret querelaꝝ: Quid dicturus fuiſſet: ſi Iſtri populos ⁊ id genus hoium qua uagus Sarmata ⁊ arciteneſ Getes: niuoſis oberrāt collibꝰ: ad occupādā armis patriā ſuā uēturos ullo tpe p̄uidiſſet: ad quos ſe Ceſaris iperio ꝓficiſcitaꝫ iniquo tulit aio: ut nihil aliud flere: nihil aliud dep̄cari: nihil aliud loqui poſſet. Te ꝓ o frater: ꝗd nūc dicere arbitrer iſta cernētē: que nec ego pꝛeſentia ſine lachꝛymis audio: nec ille futura ſine gemitu cogitaſſet? O feliciora iā ſaltē Naſonis oſſa externa tellure obruta: ꝗ̄ ſi patrie Pyramidis honore cōdita huiꝰ tpis ludibꝛio ſeruarētur. Iā trāquilliora dixeri ſepulchꝛa iter Iſtrū ⁊ Hypanē ꝗ̄ iter Lirim ⁊ Uulturnū. Illinc Barbari magno agmine diffugiūt: huc irrūpūt. At ego dū dolorē animi ſequoꝛ: ꝓpoſitū exceſſi ⁊ euehebar lōgiuſ: niſi me expectās: ⁊ crebꝛo iterpellās hic nūcius reuocaſſet. Igit̄ vn̄ diſceſſerā reuertoꝛ. Magno ſuꝑ te pauore toꝛqueoꝛ: ſed nihil in me (qꝺ ipſe noueriꝫ) cōſilij eſt: nihil auxilij: qꝛ tn̄ plus iterdū aliꝗ poſſunt ꝗ̄ ſe poſſe cōfidūt: ſi ꝗd in me opis agnoueris: iure tuo utere. Gꝛatiā fateoꝛ nō mediocrē apud Tribunū ſtirpe humili ſed excelſo virū aio ꝓpoſitoqꝫ ⁊ apꝺ populū Romanū habeo nullis ꝑfecto meiſ meritis: Sꝫ deꝰ mihi malorū odia: bonoꝝ beniuolētia cōpēſauit: Nō ꝙ ul̄ illis nocueri: ul̄ his ꝓfueri: ul̄ malus eē deſieri: ul̄ ſiꝫ bonꝰ: ſꝫ qꝛ malos odiſſe bonos amare diſpoſui: ⁊ ab illoꝝ turba ad hoꝝ paucitatē ſepe trāſfugere uolui ſi datū eſſet: ⁊ uolo ſi dabit̄. Si quid igit̄ in p̄ſenti diſcrimine apud p̄fatos Tribunum ac populū ꝓdeſſe tibi itercesſio mea pōt: Ecce animus ⁊ calamꝰ p̄ſto ſunt. Eſt mihi p̄terea in longinquo: ⁊ ab his motibus ſecurꝰ Italie tractu domus parua quidē: ſed duobꝰ vnuꝫ animū habentibꝰ nulla domus anguſta eſt: Nulle

B

C

D

illā dānoſe diuitie:ſed nec pauptas:nec cupiditas
Libelli aūt innumerabiles inhabitāt:hec mō nos
expectat:me ab occidēte reuerſurū:quē iā bienio
affuiſſe cōquerit:te ab oriēte:ſi fata coegerint ⁊ ſi
libuerit uenturū.Quid tibi pter hec offerā nō ha
beo.Domus aūt ad quā inuito te ubi ſit noſti:in lo
co ſalubri ⁊ terroribus uacuo ⁊ pleno gaudijs ⁊
ſtudijs opportuno.Tu quicqd cōſilij cepis:ad fe
licē exitū deus applicet:Ego iterim utinā falſa ti
muerim:⁊ abſentia qō naturaliter ſolet:metū au
xerit amātis.Animus quidē meus nō quieſcet:do
nec uel te videro:uel per litteras accepero ſaluum
ex his tempeſtatibus enataſſe.Uale.

¶Fracīſci Petrarche ad.L.M.Ueram humilita
tem non eſſe ſpernendam multis exemplis oſten
A dentis. Epiſtola.XCVII.

[N]Oli obſecro amicū ideo ſpernere:qꝛ humi
lis:ne cōtrariꝰ fias dicto irrefragabili quo
humilitas exaltanda ꝓmittit.Uera gdē
humilitate:nil minus contēptibile:nil minus uera
ſuperbia uenerādū.In diſcretiōe tñ huiꝰ rei ⁊ alia
rū quoqꝫ multarū fallimur.Uiles enī timidoſqꝫ
⁊ abiectos humiles uocamus:magnanimos aūt
ſuperbos.Cōtra aūt ueros humiles:falſo credita
puſillanimitate cōtēnimus.Inſolētes ꝟo ceu uere
magnanimos ueneramur:Scitūqꝫ eſt illud Cato
nis huius Junioris a Saluſtio relatū.Uera rerū
uocabula iāpridē amiſimus.Si igit cōſtat de re:
amicūqꝫ tibi(ut eſt)humilem fateris vide queſo
ne humilitatem altiſſimā virtutē Chriſtoqꝫ gra
tiſſimā deſpereris:ne quod nunqꝫ fuiſti ipoꝛtune:
⁊ odioſe ſupbus videaris.Quis enī uel medio
cris ingenij qui utrarūqꝫ ſacrarū ſcilicet ac ſecula
riū ſcripturarū ſeriē legerit nō aduertat quātū ma
giſter humilitatis Chriſtus humilia ſemp amaue
rit:Ut egdē a pmo oꝛdiar:ex qꝫ humili radice na
ſci uoluit ille cuiꝰ faciē videre ſumma ⁊ ſola felici
Humilitas ſtirpiſ redēptoris noſtri. tas eſt:An nō ex nobiliſſima qualibet naſci poſſet
uel nobilitare quā uellet:Sed nobilitate cōtēpta
humilitas querebat.Egreſſa eſt virga de radice
Jeſſe ⁊ flos de radice eiꝰ aſcēdit.Cuiꝰ ſub vmbꝛa
reges ſedēt:populi regeſcūt:cuiꝰ oꝛbis totꝰ odore
reficit.Quenā ꝟo radix iſta Jeſſe:qꝫ ſupba:qꝫ no
B bilis:cui Ruth materna auia mulier aduena:iops
vidua oꝛba ſocrum ex̄ fines patrios ſecuta:⁊ poſt
pueros meſſores in agrū Booz ad legēdū ſpicas
pmū miſericoꝛditer admiſſa:deinde ⁊ nocturnis
quoqꝫ blāditijs in ipſiꝰ domi ꝓmota cōiugiū:vn
de Jeſſe pater ꝓdijt per ſeipſū obſcuri vir nomi
nis:Ipſū quoqꝫ Jeſſe qs noſſet:niſi ꝓpter eiꝰ filiū
Dauid:Jmmo qs quenqꝫ noſſet eorū niſi propter
Chriſtū ex illorū radice ſurgētē:Quorū originē
quātū ſpernere:quātoqꝫ cū ſtomacho ⁊ filiū Jſai
⁊ ſeruū ſuū dicere ſolebat ipſe Saul cōpatriota ſu
perbioꝛ:nouiſſima licet familia editus minime tri
bus Jſrael:qſqs regū libꝛos legerit:iueniet:Ipſe
Dauid qꝫuis eximie virtutis atqꝫ excellētis inge
nij:tñ adoleſcētulus paſtoꝛ erat qñ eſt electꝰ a do
mino ⁊ ſublatꝰ de gregibus ouiū(ut ipſe fatet)⁊
de poſt fetātes acceptꝰ in regē:pauit Jſrael innocē
tia coꝛdis ſui.An Moyſes foꝛte nobilioꝛ qñ viſio
nē illā vidit rubi ardētis ⁊ incombuſti:quādo tot
ꝓdigioꝝ ſignis illuſtratꝰ ad liberādū populū Jſra
eliticū ſeruitute Egyptiaca deō iubēte pfectus eſt:
Certe nō rex:aut pnceps:qui tāto operi eligeret:ſꝫ
humilis paſtoꝛ fuit:⁊(qō magis ſtupeas)alieni
gregis.Jam ipſe pater Abꝛahā filiuſqꝫ ⁊ nepos C
quorū nominibus omnis ſacre pagine plenus eſt
angulus:quorum tāta eſt gloria:ut omnipotēs ab
illis cognomen accipere:⁊ deus Abꝛaham:deus
Iſaac:deus Jacob dici uoluerit.Atqꝫ ipſe de ſe lo
quēs eodem ipſo cognomine uſus ſit.Putas re
ges aut tetrarche eſſent:Jmmo ꝟo uł agricultō
res:uel paſtores ouiū fuerūt:Aſellis vilibus inſi
dētes:ſtipati gregibꝰ ſuis inter filios ⁊ uxores ſe
des mutabāt:ſed in hac humilitate deum merebā
tur ducem:qui eoipſo tēpore potentiſſimis ac ſu
perbiſſimis Aſſyriorū regibus:nō modo familia
ris eſſe:ſed ne naſci quidē uelle dignatus eſt.Ipſe
Jacob a quo in ſcripturis ſacris crebꝛius illud in
ſigne cognomen ac familiarius deo eſt:nō ſupbia
originis ſed humilitate ſua clarus:qualiter ab illo
ſoceri ſui diuturno ⁊ graui ſeruitio redeat attēde.
Certe nō ſceptꝝ reuehit:nō diadema:nō purpurā:
nō curruſ aureos:nō armatos exercitꝰ:Sed ouiū
⁊ capꝛarū boumqꝫ aciē inſtructa:clā fugiēs filio
rum turbam ac ſeruorū ⁊ ſimul duas ducit uxo
res hac totidē concubinas:ſemen gentis innume
re:quarū ex utero duodecim tribus Jſrael ⁊ tan
ta populorum multitudo deo fecundante mulier
culas ⁊ humilitatem honorāte deſcenderet.Fie
bant illis in figura:que ſuperficietenus cōtempti
bilia viderētur:eſſent autem in ipſa rerum uerita
te magnifica:Si enim nō aliter accepta fuerint qꝫ
narrentur:quis non audita deſpiciat:Oꝛ ſi gloria
temporalis coram deo clarioꝛ foret qꝫ humilitas: D
quis dubitet:quam in partem iſte tātus dei fauoꝛ:
multo pꝛopenſioꝛ futurus eſſet:Confer enim cum
his tribus ſenibus tā famoſis:cūqꝫ omnibus illo
rum gregibus atqꝫ cōiugibus tres immēſis exer
citibus ſubnixos Romanorum duces:Scipionē
Africanum:Hannibalis coꝛnua cōfringentem:⁊ Scipio Africanus
tributario iugo imperioſe Carthaginis colla ſub
dentem.Magnum Pompeium in Septentrione
atqꝫ Aſia tonantē:⁊ nō lacte ſed auro repleta pa
tria:captiſqꝫ non ouium ſed regum gregibꝰ:a mari Pōpeiꝰ magnuſ
rubꝛo ad Meotidas paludes Rhipheoſqꝫ mon
tes vniuerſa calcātem.Julium Ceſarē in Gallijs Julius Ceſar
ac germania fulminātem:perdomitiſqꝫ hoſtibus
ad poſtremum in viſcera patrie victricia pila uer
tentem:ipſamqꝫ tum gētibus imperantem Romā
⁊ in ea terrarum oꝛbem vnico Theſſalico plio vin
centem.Quanta quidem hec ſit imparitas rerum
vides.Poterat naſciturus ex homine dei filius uł
ex his naſci uel eos ipſos e quibus naſci decreue
rat tales facere:Quippe qui utroſqꝫ creauerat:po
terat nō Dauid in anguſtijs Judee finibus:ſed Au
guſtum in toto oꝛbe regnantem habere ſtirpis au
ctorem:uel Dauid ipſum tm̄ pꝛincipem facere quā
tum fecit Auguſtum.Poterat non in Bethleē vi
co exiguo:ſed Rome:cui Judea inter ceteras ſer
uiebat:⁊ in thalamo aureo naſci:non in ſtabulo.
Poterat natus cui celum ſedes eſt:cuius eſt terra
⁊ plenitudo eius nō in ſumma pauperie:ſed in ſū
mis delitijs enutriri:niſi quia nobilitatē ⁊ deliti
as noſtras ſpernit:utinam ⁊ non oderit.Poſtre
mo poterat:qui ei ſuccederēt ſuumqꝫ nomē gētibꝰ E
pdicarent:diſcipulos ſibi īratos ac potētes:reges

oratoreſq; ⁊ philoſophos:nō piſcatores:ruſticos
inopes ⁊ indoctos eligere:niſi quia ipſe deus eſt
qui ſupbis reſiſtit:humilibus aūt dat gratiaȝ:nec
potētia noſtra egēſ ad agēdū:qm̄ ipſe dixit ⁊ facta
ſūt:neq; ad pſuadēdum eloquētia mortali. Uiuuſ
eſt enim dei ſermo ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni
gladio ancipiti: ⁊ ptingēs uſq; ad diuiſionem ani
me ac ſpirit⁹:cōpagū quoq; ⁊ medullarū: ⁊ diſcre
tor cogitationū ⁊ itētionū cordis. Hoc ſermōe di
ſcipulos ſuos armauerat:quādo eos ad perſuadē
dum generi humano:toto diſpſit orbe terrarū:nō
cōſulari trabea:nō impiali diademate : nō laurea
triūphali:nō phoꝝ ſentētijs:nō oratoꝝ florib⁹:nō
aculeis ſophiſtarū:nō deniq; uerbi ſapiētia(ut ait
aplus)ne euacuaret crux Chriſti. Nō iter eos Ce
ſar fuit:qui cogeret:nō Plato qui doceret:nō Ari
ſtoteleſ q argueret:nō Cicero q ſuaderet:ſȝ homū
culi paupes:ibecilles ⁊ inculti:qui nunq̄ aut ſcho
las itraſſent aut litteras didiciſſēt. J tn̄ inter pſe-
quētium gladios ⁊ ferarū dētes flāmaſq; ac torto
res:pſuaſerūt publice qḋ uolebāt:Chriſtum deuȝ
⁊ hoiem natū:paſſum:deſcēdiſſe ad iferos:ſurre-
xiſſe a mortuis:aſcēdiſſe in celū:redituꝝ ad iudi-
ciū: ⁊ cetera oia que ille mādauerat:qui(ut ſcriptū
eſt)ſtulta mūdi elegit ⁊ ifirma ut cōfūderet fortia:
qui cū ꝓdeſſe oibus ueniſſet:elegit(ut ait Auguſti
nus) ꝓdeſſe impatori de piſcatore nō piſcatori de
Jmpatore:Qḋ ſimiliter ꝓrſus de oratore ac phi
loſopho dici pōt. Jdq; nō etate rudi accidit ⁊ ad
credēdum facili:ſed lōge magis iueteratis litteriſ
atq; doctrinis:omniq; illo antiquo ex inculta ho-
minū vita:errore ſublato: lōgeq; magis iā doctis
hominibus ac temporibus ipſis eruditis:q̄ȝ etate
Romuli fuerāt:De cuius diuinitate credita:Cice
ro loquēs ait hec in ſua republica : ⁊ Auguſtinus
retulit in ſua:ut ad fingēdū:ſi tūc vix qcq̄(ut ideȝ
ait)nūc oino minus eēt loci : Antiqtas enim ingt:
recepit fabulas:fictaſ etiā nōnunq̄ incōdite:Hec
etas iam exculta p̄ſertim eludēs:omne qḋ fieri nō
B pōt reſpuit. Que ſi:ut dixi : ad colorādam falſam
Romuli diuinitatem:que credi iam cultiore etate
potuerit:Cicero uelut nō pua argumēta cōquirit:
Roma vix dum cōdita ⁊ vnū e ſeptē collibus vix
integrum:eūq; non tectis muroq; marmoreo:ſed
dumoſo ambitu: ⁊ culmis agreſtibus occupante:
atq; adhuc neſcio qd paſtoriū redolēte:Quid eta
te Chriſti dici debet Roma dāte iam iura gētibuſ
imperantibus Auguſto Tyberioq;:quoꝝ ſub alte
ro natus:ſub altero Chriſtus eſt paſſus? Jnter qḋ
tēpus ⁊ Romuli etatem incredibilior:qua pro nu
mero annoꝝ rerū mutatio facta erat:nō q̄ mediū
D tp̄s exiguū ſit:Siqdem ex quo ꝓpter ſuā inſolē-
tiam a ſenatu Romano ad Capree paludeȝ diſcer
ptus eſt Romulus:uſq; dum propter peccata no
ſtra in Judeis in monte Caluario crucifixus eſt
Chriſtus. Paulo(niſi fallor)plus minus ue ſepti
gētoꝝ annoꝝ tēp⁹ effluxit:q̄uis eni Cicero min⁹
ſexcētis dixerit:nō ad ſuam ibi:ſed ad Africani ⁊
ceteroꝝ reſpexit etatem quos in eoipſo libro rei-
publice loq facit. Et p̄terea inter. Ciceronis cedeȝ
ſub Antonio ⁊ Chriſti paſſionē ſub Pilato : quan
tum ueriſimilibus cōiecturis aſſequor : ſeptuagin
ta:uel circiter annoꝝ ſpatium interceſſit. Lōgius
ferebar:ſed nūci⁹ tuus ſcribēti iminet: ⁊ ſingulos
calami tractus notat : Morulaſq; medias metit:

⁊ crebro oſtium celoq; reſpiciēs ſuſpirat. Miſere
or exptus qd eſt expectatio ꝓperāti aio: ⁊ ante de
ſtinatuȝ cogor ut dicam humilitatem ama. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Socratem ſuum:illi ſom
nium quod de inuento theſauro ſomniauerat nar-
rantis. Epiſtola. XCVIII.

h Eſterne noctis ſomniū referam tibi. Uide
bar mihi incertū vnde: Nihil enim tale uel A
cogitare ſum ſolitus uel loqui. Uidebar in
q̄ȝ in agello meo quem ad fontem Sorgie habeo:
theſaurū inueniſſe:monete puetuſte auree:nō me
diocrē cumulū:vna ſpatiabamur ſoli(ut noſter eſt
mos) Te itaq; cōfeſtim euocās:digito rē deſigno
Ambos(ut fit)gaudiū ſtuporq; defixerat. Mihi
qdem ut eram:nemini enim occurrebat illud An-
nei:Uitate quecūq; vulgo placent:que tribuit ca- Ea que
ſus:ad omne fortuituȝ bonum ſuſpitioſi ⁊ pauidi placent
ſubſiſtite: ⁊ fera ⁊ piſcis ſpe aliqua oblectāte deci vitāda
pit:munera iſta fortune que putaris:inſidie ſunt. eē ex ſe
De hoc ergo cōſultātes:parūper heſitauimus le- nece ꝟ-
ti trepidiq;. Quid multa? Ultime inſanie viſuȝ eſt bis
qḋ per terras ac maria tātis laboribus tātiſq; pe-
riculis queri ſolet:id oblatū ultro cōtēnere. Mox
certatim oneramur auro:domū clam taciti ꝯuebi-
mus:Abditis pro tpe que exportari vno faſce non
poterāt:hoc ſemel:hoc iterū ⁊ iterū facim⁹: ⁊ ſem
per auidius:Semp enim ut natura rerum habet:
cum pecunia ſollicitudo cupiditaſq; creſcebāt. Fe Sollici
rit aures interim murmur inuiſum:ſecretum nr̄m tudo ⁊
nulli licet creditum ſpōte ſua in vulgus eruperat. cupidi-
Nec ita multo poſt neſcio qs maior dn̄s locorum tas cum
aderat:uendicās ſibi iure theſaurum:obnitimur. pecunia
Hinc p̄mum lōga ⁊ inamena colloqa:inde lis mi- creſcunt
neq; ⁊ ſemp litibus iūcta cōuitia. Jllo acriter ur-
gēte:nobis indignātibus:in nr̄o repta:nobis eri- B
pi ꝓpitie dona fortune. Mille ſubinde rerum mo
tus ⁊ mille cōſilia:nūc matura ⁊ cauta:nūc teme-
raria ⁊ acerba:cum iam ad reſiſtēdū nos nō tam
nr̄a cupiditas q̄ȝ iexorabilis aduerſarij ſupba du-
rities iflāmaret:Jam ab ocio ruris ad urbana ne-
gocia:Jaȝ a ſtudijs ad arma trāſlati:nouis curaꝝ
turbinibus agebamur:Jam pro itētione puigili ⁊
ingſitione pulcherrima nouarum rerum pnox odi
um atq; ira ſucceſſerāt. Poſtrēo iaȝ res litigio ad
bellum ſe uerterat:Jta mutatus aiorum ſtatus ⁊
ſepe repti auri penitebat:philoſophabamur in in-
ſomniſ:Ubi vitam ſerenam atq; tranqllam linqui C
mus? qs nobis has curarum ſupinduxit nubes?
qs in has ꝓcellas nos ipegit? An ignorabam⁹ in Jnauro
auro ſpecioſam erūnam ⁊ ſplēdidam eē miſeriaȝ? erūnā ⁊
Neceſſitas cum diuitijs creſcit: ⁊ fugit cū medio miſeriā
critate felicitas:Occurrebāt aceruatim exempla
eoꝝ qui uel in diuitijs ifelices:uel in pauptate feli
ciſſimi fuiſſent:Sperneban̄t inutiles opes Creſi:
⁊ funeſtuȝ Mide aurum: ⁊ Dionyſi Craſſiq; ſpo
lia templis auulſa. Laudabat Cincinnati Reguli
Curij Fabritij felix ⁊ glorioſa paupies. Accede-
bat acies hominum noſtrorum:qui nudi in ſolitu-
dine ſolibuſq; ⁊ frigoribus aduſti:radicibus her
barum ⁊ ſiluestribus baccis paſti:pro tecto celuȝ:
terram habentes pro cubiculo:cum uoluptate tor
rentem turbidum hauſerunt : aſperoq; ⁊ anguſto
calle gradientes:ſpe patrie melioris:omnia pror-
ſus mortalia contempſerunt. Ceterum quo plura
huius generis ingerebātur exēpla:eo grauius de

D lebamus:ea nō vidiſſe nos in tēpoꝛe:ſꝫ in tergo:ut aiunt:oculos habuiſſe.Deniqꝫ ſic eramus:ut iā ne cepto uellemus abſiſtere:ſolus credendi pudoꝛ ob ſiſtere:Et iaꝫ ſupꝛemi certaminis inſtabat alea:cū repente medio noctis ira metuqꝫ anxius expergi ſcoꝛ:gelidus ſudoꝛ coꝛpus omne perfuderat. Jta me diuinitas ſaluū uelit:ut ego perinde feſſus ani mi feſſuſqꝫ mēbꝛorum eram ac ſi graue durūqꝫ ne gocium:nō ſomnians ſed vigilās agitaſſem:Nec facile dici pōt:ꝙ letus fui:ubi ſenſi me theſauro ſi mul ⁊ ſollicitudine liberatum:⁊ tātū habere quā tum alit:nō quātum angit:quātūqꝫ vite ſufficit nō quātum affluit:quāqꝫ per ſomnum in ea ſnīa radi catus ſum:ꝙ mihi vigilās perſuadeo eſſe uerіſſi. mam:ſcilicet plus mali ꝙ boni cupidis moꝛtalibꝰ afferre diuitias.Surrexi demum hora ſolita(con ſuetudinem meam noſti)dūqꝫ quotidianis laudi bus deo dictis:ex more manum calamo applicuiſ ſem:hoc pꝛimum qͦ ſopitum exercuerat ſeſe obtu lit experrecto.Huius ergo ſententie te participem facio:qui particeps ſomnij videbaris.Uale.

Franciſci Petrarche ad Joannem Tricaſtrinum Epiſcopum:petitionem illius ⁊ ſuum pꝛomiſſum executioni mandare ſpondentis. Epiſtola.XCIX.

A [p]Etitionis tue memoꝛ:ꝓmiſſiqꝫ mei nō ob litus:Jtaliam:ſiue(ne grāmatica lite ipli cer:quam in epiſtolis Ciceroni ſuo mouet Atticus)in Jtaliam uado.Scio qdem ⁊ memini qd me de ipſius Ciceronis libꝛis in oꝛdinem redi gēdis:⁊ quarundam(ut dicere ſoles)ueluti ſcin tillarū lumine declarādis ſepe rogaueras.Demū quo ineluctabiles ꝑceps eēnt:ut Romanꝰ pōtifex: qui feruoris tui ꝯſcius:hāc generoſaꝫ bibliothece ſue cuſtodiam ita tibi credidit:ut olim noſtri pꝛin cipes:Juliꝰ Ceſar Marco Uarroni:Ceſar Augu ſtus Pōpeio Marco:⁊ rex Egyptius Ptolemeꝰ Philadelphus Demetrio Phalerio cōmiſiſſe no ſcunt:curam pꝛoꝛſus ingenio tuo dignam:ut Ro manus inquā pontifex digredienti mihi ſuum hac in re modeſtiſſime indicaret aīum: effeciſti.Quid facerem notum licet ignoti poete carmē: eſt orare ducum ſpēs violēta iubendi:⁊ quaſi nudato ſup plicat enſe potēs:parebo ſi potero:Nam ⁊ ſi pare re neceſſarium:⁊ tibi placere delectabile.Cōtraqꝫ B pꝛeces tuas ſpernere durum:illius iuſſa negligere ſacrilegum.Totum in hoc uertitur:ꝙ mihi in illis quos poſcitis emendatis codicibꝰ reperiendis foꝛ tuna fuerit.Noſti eni expertus ſeculi noſtri crimē ꝙta ſit rerum taliuꝫ penuria:cum tñ inutiles ⁊ ſu peruacue:immo ꝟo penitꝰ dānoſe funeſteqꝫ diui tie tantis curis ac laboribꝰ aggregent̃.Qͦ in me erit:ſtudiuꝫ indefeſſum ac diligentiam adhibebo. Ac ne moram foꝛtaſſis accuſes:ſcito me reparan dis viribus coꝛpoꝛeis:quas moꝛbus imminuit in ſolitudine mea ad fontem Soꝛgie uſqꝫ ad autūni tēperiem ſubſediſſe metuentem coꝛpus adhuc in ualidum longe vite cōmittere:tūc auctis uolente deo viribus atqꝫ eſtibus iminutis iter arripiam. Jnterea utinam ſcire poſſes quāta cum uoluptate ſolivagus ac liber inter mōtes ⁊ nemora:iter fon tes ⁊ flumina:inter libꝛos ⁊ maximoruꝫ hoiuꝫ in genia reſpiro:quāqꝫ me in ea que ante ſunt cū Apo ſtolo extendens:⁊ pꝛeterita obliuiſci nitoꝛ:⁊ pꝛe ſentia non videre.Uale.

Franciſci Petrarche ad Lelium ſuum:ꝙ nō mul ta ad eum ſcribat ſe excuſantis: negocium quoqꝫ ipſius ſe expediturū pollicentis: de urbis Rome etiam laceratione conquerentis. Epiſtola.C.

[m]Ulta ſcribere tēpus dehoꝛtatur: ſomnus A pꝛohibet: noctem iam tertiam inſomnem ago:neqꝫ ueteribꝰ curis liber:⁊ oppꝛeſſus nouis: quas mihi pꝛofectio mea peperit multa in faciem ⁊ in tergum curāda denuncians. Cum ex equo deſpicere oīa in animum induxero(qͦ ma gna ex parte iam feci)tum pꝛimuꝫ trāquillos ſom nos carpere incipiam:nō aliter ꝙ Eneas ille Uir gilianus: qui iam certus eundi carpebat ſomnos rebus iam rite paratis.Aut eni falloꝛ aut anceps ⁊ longa deliberatio plena moleſtie ac laboris eſt: Dubitandi exitus initium eſt quietis.Dici nequit anxia mens ⁊ cōſultationibꝰ uagis exercita quan tum electione cōſilij in vnum aliquod uerſa ꝓpo ſitum conquieſcat.Tunc igit̃ ut occurret:Nunc ſe B miſopitꝰ ⁊ uelut inſomnis loquar:excuſationē tuā ꝙuis ſuperuacuam amplectoꝛ:ſcio enim locorum diſtātiam ut amātibus odioſam:ſic honeſtis ami citijs nō obeſſe:ubicūqꝫ ergo erimus ſimul erimꝰ. De negocio tuo faciam ut ſcribis:quod mihi ſcili cet fieri uellem bꝛeuiter expedire:nil eni in me mo leſtius experioꝛ ꝙ uerbis trahi:hāc amicis ſciens moleſtiaꝫ nunꝙ feci nec faciam qdem.Placebo ſi potero:aliogn ne diſpliceā ꝓuidebo.Uerſus tuos excitato apud Helicona noſtrū ingenio texere me ditaboꝛ:ſed neſcio qualiter ſcedula tua quā decies in manibꝰ habui diſcedētem me fefellit:⁊ ſine me domi ſubſtitit:quere eā ibi ⁊ poſt me mitte:licet ⁊ ſine illa ſcire videar qd dicturus ſum:mō frondoſi nemoris uſpiā diuerticulū occurrat.Tribunitie lit tere copiā quā mihi miſiſti:vidi:legi:ſtupui:qd re ſpōdeā nō habeo.Fatū patrie agnoſco:⁊ quocū qꝫ me uerto dolēdi cauſas materiāqꝫ reperio.Ro ma eni lacerata:q̃lis Jtalie ſtatꝰ?Jtalia defoꝛma ta:q̃lis mea vita futura eſt?Jn hoc publico ⁊ pꝛi uato merore:alij opes:vires alij coꝛporeas:alij po tentiam:alij conſilium conferent:Ego quid confer re poſſim pꝛeter lachꝛymas non video.Uale.

Frāciſci Petrarche ad Socratē ſuum:Jlli ꝙ me diocritatis appetitu teneat̃ ſignificātis.Eplа.CI.

[ſ]Umme qdē reꝝ mearū quas ſpectate fidei A tue credidi nihil detraho:nihil adijcio.Nō tñ firmus ſꝫ fixus etiā in ꝓpoſito meo ſuꝫ: cuius ſi meminiſti ſuꝑuacuū eſt qcqd de hac re ul terius loquoꝛ.Ut tñ me mei nō imemorē ſcias:bꝛe uiter ſic habe.Magne foꝛtune appetēs nunꝙ fui: ſiue id modeſti:ſiue puſilli:ſiue(qͦ qbuſdam ma gnis viris placet)magni animi eſt:uera qdē ⁊ vul go etiā nota cōmemoro:⁊ quorū te in ꝑmis teſteꝫ habeo ⁊ interdū laudatorē:Jnterdū ꝟo pꝛo q̃lita te tēporū:amiciſſimū repꝛehenſorem: qͦ ſcilicet(ut uerbis tuis utar)cepto nimis inſiſterē:⁊ vidēduꝫ eſſet ne vñ famā ſumme cōſtātie quererē:inde ꝑti nacie nomē infamiāqꝫ cōſequerer.Me tñ conſilij mei hactenus nō penitet:Omnis eniꝫ mihi altitu do ſuſpecta eſt ⁊ ꝑcipitij admonet omnis aſcēſus: Multoqꝫ faciliꝰ nā duce in illoꝝ ꝯſoꝛtiū decliarē:q (ut ait poeta)habitabāt uallibꝰ imis:ꝙ eoꝝ qui(ut ait idē)poſuē in mōtibꝰ urbē.Que cū ita ſint:ſi op tata mihi mediocritas quā iure Flaccus aureā uo cat(ut ꝑdē ꝓmittebat̃)obuenerit:eſt qͦ grata intē tione ſuſcipiā:⁊ ꝑliberaliter mecū agi dicā.Si in

B uiſum illud ⁊ graue maioris officij onus imponit rennuo:excutio. Pauper eſſe malim q̄ȝ ſollicitus: q̄ȝuis ut res eunt: ⁊ ut eſt animus:pauper eſſe nō poſſim. Hec ⁊ his ſimilia quecūqȝ iter nos in hāc ſnīaȝ dici ſolēt:tu qui noſti optime: ⁊ amicis ⁊ dominoꝝ dn̄o:nota fac obſecro:cū tp̄s videbit:q̄ȝuiſ a meipſo nec occultata:nec tacita: Sed ſūt qdam q̄bus ut in aiuȝ penetret:ſepe ueritaſ iculcāda eſt: qd̄ eo nūc minꝰ mirer:quo qcq̄d de me mō dicturꝰ es:videri ſcio ⁊ ab etatis noſtre moribꝰ ⁊ ab ipſa vulgi opinione remotiꝰ:cū quo mihi ut in multis: ſic p̄cipue in eo qd̄ nunc agit: diſcordia multa eſt. Sed incredibilitatē audiētiū:vigor animi ⁊ facūdia loq̄ntis excutiet. Multa Socrati meo de re q̄libet:ſȝ multo plus auctoritatis ac fidei fuerit amico de ſecretis amici cōſilijs diſſerēti: Multa quoqȝ de amici ore:q̄ȝ de ꝓprio fauorabiliꝰ audiunt Illud in fineȝ ne diſſimules:ne qs forte de noſtra ſimplicitate ſibi placeat: Non eſt uera liberalitas dura:nō lēta:nō difficilis. Nihil reſpicit: niſi quē cōplexa eſt. Illi morigera eſt:nō iubet illa: ſed obſequit ⁊ iplet uota nō limitat. Scimꝰ ergo:qꝛ petēti modicū imēſa porrigē:ſpēs eſt negādi. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Nicolaū urbis Rome Tribunuȝ:ꝙ famam ipſius imminutam audierit indignantis. Epiſtola.CII.

A Feciſti fateor:ut ſepe per hoc tp̄ſ:illō apud Ciceronē loquētis Africani dictuȝ multa cū uoluptate repeterē: Quis eſt hic qui cōplet aures meas tantꝰ ⁊ tā dulcis ſonꝰ? Quid eni in tāta claritate tui nois ad tā letos ⁊ tā crebroſ rerū tuaꝝ nūcios cōuenietiꝰ diceret: Idqȝ q̄ȝ cupide fecerim inſcriptꝰ tibi exhortationū meaꝝ liber idicat:ſtimulis meis ac laudibꝰ tuis plenꝰ. Noli queſo cōmittere:ut dicā:qs eſt hic qui vulnerat aures meas tātꝰ ⁊ tā triſtis fragor? Caue obſecro ſpecioſiſſimā fame tue frōtē ꝓprijs manibꝰ doformare. Nulli phas hoīuȝ eſt:niſi tibi vni rerū tuarū fūdamēta cōuellere:tu potes euertere qui fūdaſti. Solet architectꝰ eē optimꝰ ꝓprioꝝ operū demolitor: Noſti q̄bꝰ tramitibꝰ ad gloriā aſcēdiſti:v̄ſis retro ueſtigijs inde deſcēdit: ⁊ nā facilior eſt deſcēſus. Latiſſime eniȝ patet neqȝ ſolū apud inferos locuȝ habet(qd̄ a poeta dicit) Facilis deſcēſus auerni: Tātuȝ ab illoꝝ deſp̄ata miſeria:p̄ſentis vite uarietate differimꝰ:ꝙ q̄ȝdiu hic ſumꝰ cadimꝰ q̄dem ⁊ reſurgimꝰ:deſcēdimꝰ ⁊ aſcēdimus: Inde aūt nullus eſt reditꝰ. Quid v̄o dementiꝰ q̄ȝ cū ſtare poſſis:cadere fiducia reaſſurgēdi? Semper ex alto p̄iculoſior caſus eſt. Et q̄d oro virtute altius ac gloria? quarū in uertice cōſcēderas noſtris tēporibꝰ iacceſſo:tāqȝ ipigre ⁊ tā inſueto calle ad ſūma p̄ueneras:ut haud ſciā uſq̄ȝ formidoloſior cui ſit ruina: Pedem figere oportet obnixius ut cōſiſtas:neqȝ ſpectaculū p̄beas:ridēdū hoſtibꝰ:lugēdū tuis. Nō querit gratis clarum nomē: nec ſeruat q̄dē. Magnꝰ eniȝ labor eſt magne cuſtodia fame: p̄mitte mihi meo uerſiculo tecū uti qui adeo mihi placuit:ut euȝ ex quotidianis epiſtolis nō puduerit ad Africā tranſferre: ⁊ hāc mihi quoqȝ duriſſimā neceſſitateȝ exime:ne lyricꝰ apparatꝰ tuarū laudū:in quo teſte q̄dē hoc calamo multus eraȝ:deſinere cogat in Satyram: Neu me caſu in hāc narrationem incidiſſe: aut de nihilo locutū putes. E curia digreſſum amicorū littere cōſecute ſūt:in q̄bus ad me rerum tuarū diſcolor ⁊ prime multū diſſimiliſ fama p̄uenit. Nō te populū:ut ſolebas: ſed p̄tem populi peſſimā amare:illi obſequi:illā amare:illam admirari: Quid dicā:niſi qd̄ Ciceroni ſcribēs Brutꝰ:pudet cōditionis ac fortune? Mūdus ergo te videbit de bonorū duce ſatellitē reproboꝝ? Sic nobis ſubito turbata ſūt ſydera? ſic infēſa diuinitaſ? Ubi nūc ille tuus ſalutaris geniꝰ? Ubi(ut uſitatiꝰ loquar) ille bonorū operū cōſultor ſpiritꝰ: cuȝ quo aſſidue colloq̄ putabaris? Neqȝ eniȝ aliter talia fieri poſſe p̄ hoīem videbant. Quid aūt torq̄or? Ibūt res q̄ ſēpitᷓna lex ſtatuit:mutare iſta nō poſſū fugē poſſū Itaqȝ nō parū mihi negocij remiſiſti: ad te aīo ꝓperabā: flecto iter. Certe te alterū nō videbo. Tu quoqȝ lōgum uale Roma:ſi hec uera ſunt. Indos ego potiꝰ aut Garamātas petā. Sūt ne aūt uera hec? O multū pricipio diſſiſ'eȝ finē: ⁊ o nimiū delicatas aures meas. Aſſueuerāt magnificis rumoribus:pati iſta nō poſſūt. Sed ⁊ poſſūt falſa eē que loquor: ⁊ falſa ſint utinā nunq̄ȝ libētius erraueriȝ Magna q̄dē apud me eſt ſcribētis auctoritas:ſed cognite mihi multis idicijs:generoſe dicā:an animoſe cuiuſdā iuidie:nō p̄ua ſuſpitio: Igit ⁊ ſi plura loq̄ dolor imperet:frenabo tamē ipetū qd̄ profecto nō poſſem niſi qꝛ ſollicitudinē meā incredulitate cōſolor. Secūdet hec deus ⁊ letiora faciat q̄ȝ narrant:potiuſqȝ me amicoꝝ alter mēdacio q̄ȝ impietate alter flagitioqȝ leſerit. Siq̄dem cōſuetudine peſſima effectum eſt ut mēdaciū iam quotidianum ⁊ vulgare peccatū ſit. Proditorē patrie:nullius eui licētia:nulla cōſuetudo:nulla libertas criminuȝ excuſat. Potius ergo ille mētiēdo:paucos mihi meſtos dies:q̄ȝ tu patriā deſerēdo meſtā omneȝ vitā feceris. Ille ſiq̄d uerbo deliquerit:uerbo purgabit: Tuuȝ ſi(qd̄ fictū cupio)uerū ſcelus eſt: q̄bus vnq̄ȝ piaculis abolēduȝ ſperes? Immortale decus eſt imortalis infamia. Q̄obrem:ſi(qd̄ opinari nequeo)tuam fortaſſe negligis:at ſalteȝ fame mee cōſule. Scis quāta mihi impēdeat procella: quāta ſi labi cep̄is in caput meū rep̄henſoꝝ turba cōſpiret. Proinde dum tēpus eſt(ut Terētianus loq̄tur adoleſcēs)etiam atqȝ etiā cogita. Circūſpice oro ſummo ſtudio q̄d agas:excute acriter teip̄ȝ: examina tecū:nec te fallas:qui ſis:qui fueris: vn̄: quo ueneris:quorſum inoffenſa libertate progredi phas ſit:quam p̄ſonā indueris:qd̄ nomē aſſumpſeris:quā ſpem tui feceris: quid ꝓfeſſus fueris: Uidebis te nō dn̄ȝ reipublice:ſed miniſtrū. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Ioānē Aretinū:de libertate p̄rie honore q̄ȝ ipſiꝰ gratulātis. Ep̄la.CIII.

A Omnia optato ꝓueniūt amice:gratulor ego libertati patrie:principum nr̄orum glorie: tranq̄llitati ciuiū:religionis augmēto:publice letitie:ſingulariter honori tuo:cuius manibꝰ turbide hactenus ⁊ tenebroſe urbi:blāda ſerenitatis ⁊ pax predulcis inuehit: Uotiuo quoqȝ ſucceſſui:familiariū rerum tuarū gratulor. Perraruȝ eſt ut leta cumulate accidāt:quin fortune dulcia ſemper immixtus aliqs amator inficiat. At ſi qn̄ plene ꝓpitia eſſe vult:ex amaritudine rerum ipſa dulcedinem inſperatā miris modis nouit elicere. Sepe igit dura molliēs ⁊ inflectēs:que triſtia videbant uertit in gaudiū. Utēdū fortune muneribus nō fidēdū: Certe hoc nūc artificio uſa eſt. Itaqȝ q̄d vis dicā? non tm̄ uotiuis euentibus ſed caſibus ipſis

(margin: Facilis dſcēſus auerni)

(margin: Raro leta oia ſi ne infelici aliq̄ re euenire)

B nr̄is atqꝫ difficultatib⁹ gratulari incipio: vni ſcili-
cet motiūcule illi tui corpis qua ingens atqꝫ animi
multiplex letitia tēperata eſt ⁊ viarū mearū impe
dimentis multis ac uarijs: quibus effectum ſpero
ut ambo ſimul in patriam reuertamur. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad. L. M. cū eo apertas ini-
micitias gerendas eſſe qui amicitiam pro iniuria
reputet: aſſerentis. Epiſtola. CIIII.

A Oreſte ꝓuerbiū: Lectuꝫ cani ſternere ma-
gnus labor. Dicti ratio ſi querit̄: qr ſcilicet
accubiturus: huc atqꝫ huc in gyruꝫ uertit̄:
Elegās prouerbium q̄ꝫ uis agr̄ ſte ut neſcias tibi puluinar colloces. Ludicra q̄dē co-
gitatio illi⁹ cui p̄mū hoc dicere in aium uenit: ⁊ tn̄
ſic eſt. Ideoqꝫ de multis hoib⁹ dici pōt: qō de cane
dictū rides. Multi eni ſunt q̄bus nihil rite fiat: ita
crebro uoluūtur ut quā in ptē ſint caſuri: aut quid
uelint ſciri nequeat. Cū illis placuiſſe credas nihil
egeris: Ois labor: omne perijt obſequiū: Si urba
nas illis offeras delitias: ruris frugalitatē laudēt
ſi ex urbe deduxeris: frequētiā querāt: ſolitudineꝫ
execrent̄: ſi colloquio ceperis: faſtidiāt: indignētur
q̄ꝫ ſi taceas. Abſentes deſiderēt: p̄ſentes deſpiciāt
amicos: ſepe etiā oderint. A talib⁹ ſemꝑ abeſſe cō-
ſultius. Intelligis q̄d uelim ⁊ fruſtra erit q̄cq̄d am
pli⁹ dixero. Dico tn̄ ne qua diſſimulatiōis occaſio
tue māſuetudini: meo ſilentio p̄beat̄. Ut q̄d operā
ꝑdis generoſe aie? Lōge tibi imparē atqꝫ diſſimi-
B lē nact⁹: pedē retrahe ab incepto laborioſo ⁊ ineffi
caci: rei cōciliare illū tibi ne quicq̄ꝫ niteris. Inuito
amicus eſſe nō potes: formidabilis inimic⁹ potes
eſſe: quē nūc ille cōtēnit timere icipiet ſi apte inci-
pias iraſci: ſentietqꝫ q̄ſnā eēt quē gratis igrato aio
laceſſendū duxerit. Medicoꝝ morē in hoc egro ⁊
infecto hoie ſequere: oro te: experire ꝯria. Māſue
tudine irrita efficax forte ſeueritas fuerit: odiūqꝫ
potētius amore: quē blādiētē ſpernit: horrebit ex
ꝓfeſſo inimicitias exercēteꝫ. Moribus aduerſum
meis: ſed conſentaneū rebus cōſilium dedi. Quid
enim illi facias qui amorem uocet inſidias: huma
nitatem putet eſſe formidinem? Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Ioannem Anchiſeuꝫ: cau
ſam illi quare potius Ciſalpinam Galliam q̄ꝫ Flo
rentiam petierit aſſignantis. Epiſtola. CV.

A Ittere tue plene gratiſſimis atqꝫ dulciſſi-
mis reprehēſiōib⁹: inuenerūt me circa Pa
di ripā. ix. Kalēdas Aprilis ad ueſperam.
Cōfer aduētus diē cū illarū miſſione: ⁊ vide ſi eo
tp̄is ſpatio uenire debuiſſent ex Egypto: uenerunt
cū eis ⁊ amicoꝝ littere: ⁊ duorū facie mihi nō no
torū: ſꝫ utiqꝫ illuſtriū (ut dicis) Iuuenū: ut ſcripta
teſtant̄ ſenū: quales utinā multos haberet ciuitas
ueſtra: ſi tn̄ nō eēt in exiliū miſſura: imo etiā ſi miſ-
ſura: quorū diſperſio reliquas ſaltē ciuitates Ita-
licas adornaret. Sed omitto hāc inexhauſtā ſem-
per ⁊ ueterē querelā ⁊ reuertor ad litteras. Diuꝫ
fere vna ſnīa eſt. Arguor poſt ꝓpoſitum ueniendi
Florētiā: iter in Ciſalpinā Galliā deflexiſſe: quaſi
natalis patrie cōtēptor ⁊ ſpes ac uota multoꝝ me
illic expectātiū eluſiſſe. Poſſem ad hec multifariā
reſpōdere: ⁊ q̄d aliorū reſpōſurus ſim litteris ne-
dū ſcio. Reſpōdebo tn̄ aliq̄d licet occupatiſſimus.
Rogas eniꝫ. Sequar impetū dū calam⁹ erit in ma
nibus: ille mihi quo ſe duci uelit: oſtēdet. Certe cū
illis ut ſtilo ſcribētiū ſatiſfiat muſarū mihi p̄ſidio
opus erit: Tibi aūt cui ſine ullo artificio aperta ⁊
nuda oia eſſe debēt: Unū hoc minime tacueriꝫ: q̄
neqꝫ viarū labor neqꝫ peſtis anni hui⁹ vniuerſum
orbē: ſed cūcta p̄ſertiꝫ littora ꝑterēs atqꝫ cōſumēs
neqꝫ animi mei dolor neqꝫ mala (niſi fallor) ⁊ iniq̄
patrie tractatio: me a ſuſcepto itinere detorſiſſet: B
p̄ſertiꝫ cū maiore laboris pte cōfecta iā Ianuam
perueniſſem. Hec igitur uerior ⁊ potior cauſa fuit
q̄ ſm ſpem quā mente conceperam: immo ꝟo (ut
euentus docuit) ſomniaueram: fieri non poſſe vi-
debatur quin aliquem tibi rerum noſtrarum letio
rē exitū afferrē. Itaqꝫ dulce erat expectare: donec
in locum ſpei res ipſa ſuccederet: ⁊ iam nō curſuꝫ
modo ſed uolatum meditabar: videbarqꝫ mihi ſi-
ne ullo laboris ſenſu alpes Bononie tranſiturus:
Apeninum vulgariter alpem dixi. Inde enim im-
prouiſus licet nō inexpectat⁹ tuis ⁊ amicorū ocu
lis adeſſe decreueram. Accedebat quod hinc po-
tiſſime cepti operis adminicula ſperabātur: quib⁹
mora omnis inimica erat. Quippe cum nec celeri-
tas exacta ſuffecerit: Quid dicam? Scio res ſoli-
das eſſe: ſpes inanes: ſcio q̄ qui ſpem perdit: nihil
perdit: minus dixi: multum ꝟo lucratur: ⁊ tamen
expertus loquor: ut nulla minor iactura q̄ꝫ ſpei: ſic
nulla moleſtior: cauſa eſt: quia ſepe pluris fiunt ſpe
rata q̄ꝫ poſſeſſa: ⁊ ſepe quantum nos ſpes rerum C
blanda fefellerit: adipiſcendo cognoſcimus. Hinc
eſt ut quotiens ante experimentum ſpes interijt:
graui nos incommodo affectos extimemus: Pre-
uertit ergo conſilium meū deus: ⁊ curas quas pi
as arbitrabar ſuꝑuacuas declarauit: ut uel ſic edo
ctus agnoſcerem cogitationes hominū uanas eſſe.
Et de hoc quidem hactenus. Super negocio litis
noſtre nil aliud dico: Res in curia uertitur: Spe-
ro fore ut illius predonis inſidie detegantur. In
omnes tamen caſus paratus eſt animus: Victor
gaudebo: victus victa cuꝫ iuſtitia me ſolabor. Nō
nunc primū fortune ludis exerceor: didici quibus
artibus caduce ſpei vulnus eluditur. Eant igitur
res utcūqꝫ: modo ego nō mouear: neqꝫ hercle quo
moueri debeaꝫ intelligo. Nempe equo animo poſ
ſum uel aſſequi quod meum eſt: ul' dimittere quod
nunq̄ꝫ aſſequi potui. Cōpendiaria ad diuitias phi Compē
loſophorum via eſt: que monſtrat non addendum diaria
diuitijs: ſed cupiditatibus detrahendum. Hanc ſe ad diui-
qui diſpoſui: ne in illud durum ac laborioſuꝫ nego tias phi
ciorum inextricabiliuꝫ iter incidā: a quo me deus loſopho
⁊ ipſa nature mee conditio manu (ut ita dixerim) rum via
retraxerunt. De lite igitur ſit quicquid eſſe poteſt: eſt
mihi paupertas mea non moleſta nec ſordida: ſed
plus etiam q̄ꝫ uellem inuidioſa ſufficiet: cuꝫ qua ſi
bene mihi cōuenit (ut videtur Senece) diues ſuꝫ.
Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Ioannem Anchiſeum: de
aduentante amico congratulātis. Epiſtola. CVI.

Credi non poſſet: quantuꝫ mihi curarū de
ceſſerit: quantum ue letitie acceſſerit: recen A
ti quodam nuncio: quod tecum: q̄ꝫuis mul
ta loqui longum tempuſqꝫ prohibeat: partiri quan
talibet breuitate diſpoſui. Franciſcum noſtruꝫ ad-
uentare audio: ⁊ iam eſſe Maſſilie. Multis q̄dem
iactatum caſibus ⁊ terreſtribus maritimiſqꝫ peri-
culis ſaluū tn̄: ⁊ ad me p̄mū ille nūc recto (ut aiūt)
calle feſtinat: ⁊ de viarū (ut cert⁹ ſum) prolixitate
cōquerit̄: ſepe Uirgilianū illō in ore habēs: Italiā
ſequimur fugiētē: ⁊ uoluimur vndis. Nec imerito

putabat enim me in Gallia repire:ſed illam curie ſentinam tolerare nequeram. Proximus illi ſaltꝰ in patriam:tui cum deſiderio ardē certe ſcio:Sed mihi crede ꝙ nō ſcribere ſi ꝓpoſitū meū ꝑuertere poſſes ulla ꝓuidētia:crede inquā mihi de cōſilijs

B Fortūa d̄ ꝯſilijs boiuʒ iudicat

boium fortuna iudicat. Inter cogitatꝰ atqꝫ actꝰ magnꝰ qdā(ut vulgo dicit)mōs eſt. Quādo hic erit quē iāiā affutuꝝ ſpo:inijciā manus. Impioſa res eſt amor:Nihil nō licere ſibi extimat:videbor iure meo uti ſi q̄ſi reinuētū theſauꝝ domi recōdidero curāqꝫ ſūpſero ne tā facile rurſuſ eo careā. Id tibi ꝑnūciatū uelim:quo patiētꝰ feras cū acciderit Neqꝫ eni ut aduētꝰ ſui famaʒ tecū mō partitꝰ ſuʒ: ſic ipm quoqꝫ ptiar amicū. Multo rarior multoqꝫ ꝑcioſior res eſt amicitia:q̄ aurū. In qua ſi qd auidius egero:excuſet utcūqꝫ poſſeſſe rei ꝑciū duriciem poſſeſſoriſ:Ego qdē te cōſortē nō reijcio:ita tñ ut ꝑſentē partiamur. Ut ptē igit tuam feras:imo vo ut ꝓ vno duoſ bēaſ:uenire te amor agat. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Joannem Anchiſeuʒ: Franciſci cuiuſdam amici ſui mortem immaturaʒ ualde deflentis. Epiſtola.CVII.

A Nihil mortalibus tutum eē

b Eu qd hoc eſt?qd audio?O ſpeſ mortalium fallax:O cure ſupuacue:O labilis statꝰ: nihil hoi trāquillū:nihil ſtabile:nihil tutū: Hinc fortune vis:hic mortis inſidie:hinc fugacis mūdi blāditie:Undiqꝫ circūuallamur miſeri:⁊ inter tot laqueos:ſpōdere nobis iucūdum aliqd audemꝰ?Toties fruſtrati:toties ludibrio hiti:ſperandi cōſuetudinē ⁊ millies eluſā credulitatē neſcimꝰ exuere:tanta felicitatis(lʒ falſe)dulcedo eſt. Heu demēs:heu cece rerūqꝫ oblite tuaꝝ:quotiēs mecū dixi:Uide hic:nota:attēde:ſubſiſte:recogita:imꝑme ſignū fixū:māſurū:indelebile:Memēto fraudis huiꝰ ⁊ illiꝰ:Nihil vnq̄ ſpaueris:nihil credideris fortune:mēdax eſt:uaria:leuis:inſida:ꝑora eiꝰ blāda ⁊ mitia:poſteriora acerbiſſima:Noſti iā hoc ferale ꝓdigiū:exptus a nemine iaʒ docēdus: tuis igit exēplis tibi cōſule:⁊ ullū cuʒ hac inire cōmertiū caueto:eque ꝓmittētē ac negātez deſpice: eque rapiētē largiētēqꝫ cōtēne. Hoc decreueram: hoc mēte firmauerā:at poſt tā virile ꝓpoſitū:ecce rurſus q̄ muliebriter:q̄ inepte decidi:ridiculoſe dixeriʒ:an vo flebiliter?ridiculoſe alijs fortaſſe:mihi qdē ꝓrſuſ mirabiliter ac miſerrime. Poſt tot re-

B

rū ſpatarū inopinos caſus īduxi in aium ſpare iterū:atqꝫ huic momētaneo ⁊ uelut hyberine ſerene noctis credere ⁊ ex euētu craſtini pēdere ꝑceps:temerariꝰ:incōſultus:interblādiri curis mordacibꝰ auſus ſum. Ecce iā dilectꝰ meꝰ aderit:Frācīſcꝰ meus:nō minꝰ mihi iūctuſ uolūtate q̄ nomine:nō minꝰ amore q̄ ſāguine. Ecce aderit ⁊ forte iā adeſt: tā uehemēti eni meditatione in eū īcubueraʒ:ut ſepe uelut ante oculos aſpicerē tāto maris ac terrarū ſpatio diſtātē:⁊ heu nunq̄ ampliꝰ in huiꝰ mihi ꝑegrinationis exilio reuidēdū. Sed ego iure quodā meo(qd amātiū omniū eſt cōmune)fictis congreſſibꝰ atqꝫ collogis inuiſe moras ſolabar abſentie:meqꝫ ipm(ut fit)quadā cū uoluptate fallebaʒ. Quotiēs aliqs ex pueris meis qbꝰ ille ſe fecerat multa moꝝ ſuauitate chariſſimū ad me aliqd nunciaturus ītrauerat:ita eraʒ q̄ſi ille iā afforet. Quotiēs qſnā fores īpulerat fluctuabā:⁊ paſtorium illud ī primis occurrebat aio:Neſcio qs certe eſt:⁊ Hylas in limine latrat. Credimꝰ:an qui amāt ipſi ſibi ſomnia fingūt?Hec miſer amās ſomnia fingebam:his angebar curis:his eſtuabam ſollicitudinibus:paſcebarqꝫ tenui q̄dam ſpe:nō aliter q̄ opimis per qetem dapibus ſopitꝰ eſuriēs ⁊ latratus canū:⁊ ſeruoꝝ uoces:⁊ moti ſtridor cardinis ⁊ pauimētū ꝓterēs vngula cornipedis ⁊ ois oino ſtrepitus excitabat. Quotiēs uel libellos qbus ībiabā uel cui inherebā:calamū feſtinabūdus abieci. Quotiēs ſurrexi:quotiēs ꝓſilui vidēdi auidus tenēdiqꝫ dilectū meū ⁊ curarū mearū ꝑdulciſſimuʒ pticipem:Neqꝫ fratrē ſolū(ut Tullij qbus hoc loco poſſum ꝓprie uerbis utar)ſed ſuauitate fratrē ꝓpe equalē:obſego filium:cōſilio parētem:quē neſcio an nimis ſero cognouerim:an uerius nimis cito:niſi enim amare hoīem cepiſſem:nequaq̄ morte eius in has lachrymas incidiſſem. Biēnio vix integro illius cōuictu:⁊ amicitia fretus ſuʒ:tp̄s heu vix alloquij:ne dicā amicitie ſatis patēs. Sʒ hoc

L

us ⁊ prophanus: haud dubie totus eſt: qui romam
merito ſacram dici ſeu dubitat ſeu miratur. Et cer
te ſi ciuili iure leges ſacratiſſime nomiant̄: idq; ne-
mo ſane mētis vnq̃ arguit: q̃ ſacra dici pōt urbs
legum: domus anguſtiſſima: ⁊ eorum omnium qui
latinas condiderūt leges: aut alitrix aut genitrix.
Quid notiſſime autem rei argumenta conquiri-
mus: cum expreſſe ſanctiſſimam ⁊ temperatiſſimam
Seneca urbem Seneca: ⁊ non ſacram modo ſed ſacratiſ-
ſimam ciuitatem nuncupet lex ciuilis? Quam hic
fortaſſe deſpiciunt quia non auinione per protho-
notarios pape: nec eſt dictata pariſius per magi-
ſtros: ſcilicet parlamenti. Sed quid illi facias ine
ptie? Querit enim admodum curioſe Gallus noſter
quid eſt ꝙ urbani felicitatē uerbis extulerim. an q̄
ſm virtutē operari felicitas vna ſit: an q̄ in ſuam ſe
dem reduxit eccleſiam exulantē. Primū namq; fa
tetur. at ſecūdum negat. O ceruicoſitas deo ⁊ ho-
minibus odioſa. O criſtati Gallorum uertices ac
ſuperbi. eque falſum aſſeuerare ⁊ uerū negare di-
ſpoſiti. Ego autem utrūq; confiteor. Nā ⁊ ſm vir
tutem agere felicitas vite huius: ⁊ ad felicitatem
vie alterius: via eſt: ⁊ virtuoſius quoq̃ nego fie-
ri ab homine potuiſſe ꝙ eccleſiam pro qua chriſtus
ſanguinem ſuū fudit: de ſanguinibus liberaſſe. ſuā
q; in ſedem e ceno illam erutā reduxiſſe: modo in fi
nē generoſum: illud ſanctūq; propoſitū tenuiſſet?
¶ Quid ni igitur mirer virtutē viri illius que tan
ta fuit: ut vix mihi poſſibile videretur virum talē in
Satyricus. illa natum eē barbarie. niſi a ſatyrico didiciſſet ſum
mos poſſe viros ⁊ magna exēpla daturos: uerue-
cū in patria craſſoq; ſub aere naſci. Neq; illđ igno
rarem humani generis rerumq; omnium creatorē
paris ubiq; potētie. atq; ad illā exercendā nec im-
pediri locis aut tēporibus: nec iuuari. Ceterum ut
norit hic barbarus: q̃tum ab eius oppoſitione diſ
ſentio. ego ⁊ virtutem illius viri: ⁊ in primis factū
propoſitū illud miror ⁊ contrarium ſentientis nō

ſani hominis: ſed Galli caput egrotātis ac pittuita
grauiter laborātis exiſtimo. nec omnino illi aliqd
preter cōſtantiā defuiſſe. Itaq; ſepe nunc mihi ad
memoriam redeuntē acri ſimul ac fideli increpatio-
ne compello. heu pater beatiſſime quid feciſti? Un
de iſta mollicies? Quis te faſcinauit ut principium
tam grande deſereris? Quis te autē clarior: ſi qđ
glorioſiſſime ceperas ad extremū ſpiritū perduxiſ
ſes: ad quem ut patuit iam propinquum ueniēſq;
grabatulūq; tuum ante proximam petri aram cuiꝰ
hoſpes ac ſucceſſor eras ferri iuberis? Chriſtoq; ⁊
ſibi gratias agens qui tibi hunc animum atq; hoc
conſilium prebuiſſent: in illo loco ſanctiſſimo feli-
cem animam emiſiſſe. Quis te oro ⁊ vixiſſet hone
ſtius. qs equanimius obijſſet? Siqs eni forte poſt
te ad obſcenum illum fornicem eccleſiam reduxiſ-
ſet: culpe ille reus: ſue rationem Chriſto redderet.
Tu facti conſcius eximij recto calle iſſes ad ſupe-
ros. Nunc tu ipſe: heu qs te perdidit? Tu inquam
dicam ꝙ in animo eſt ſponte ad uomitum redijſti.
non audiens petrum iterum exclamantē. Domine
quo uadis? Hijs illum horumq; ſimilibus lamen
tis exagito que ſibi ſcribere meditabar ⁊ iam cepe
ram: ſi mori paululum diſtuliſſet. Ualde enim cum
facie licet incognitum: dicam uerius: virtutem eiꝰ
mihi mūdoq; notiſſimam amaui ⁊ familiaritatem
ſecum q̃ta eſſe poterat in tanta rerum oium impa
ritate contraxeram. Uti ergo tota eius patiētia at
q; humanitate decreueram. utraq; feliciter: iā pri-
dem dū adhuc in illa miſeria moras traheret acri
quadam expertus epiſtola. quam ipſe non patien
ter modo: ſed gratanter ac benigne recepiſſe ſeq; il
lam diligenter perlegiſſe. ⁊ in ea multa bene ⁊ ele
ganter dicta utor ad litteram uerbis ſuis ⁊ tam uer
borum elocutione q̃ ſententiarum pondere: lau-
danda comperiſſe reſpondit. Atq; in finem ut gallo
noſtro luem excitem: dignatus eſt meā ut ipſe ait
prudentiam ⁊ eloquentiam: quas ego confiteor nō
agnoſco: ac zelum quē ad cōmune bonū me habe-
re ⁊ dixit ⁊ ego nō diſſimulo: ⁊ multipliciter com-
mendare: ſeq; me videndi auidum ⁊ gratijs atq; fa
uoribus proſequi diſpoſitū pfiteri. que pfecto nō
diceret aut dixiſſet: ſi tam male viſus eſſem loqui
ſibi arguendo moram eius ad quem expectabat:
in loco illo peſſimo atq; turpiſſimo. ⁊ hortando ut
ad ſedem ſibi ⁊ eccleſie debitam ſe transferret: q̃
barbaro huic noſtro ad quem omnino nil pertinet
viſus ſum. Et littere quidem apoſtolice theſauri in
ſtar penes me ſunt: eruntq; dum vixero: non tam
quia pape: q̃ q̄ optimi ⁊ ſanctiſſimi viri ſunt. nec
tam ideo q̄ laudes meas: q̃ q̄ illius pie teſtimo-
nium uoluntatis euidentiſſime proteſtantur. Poſt
hec autem anno elapſo: cum ⁊ ipſe Romam petijſ
ſet: ⁊ ego uoti compos illam ſibi alteram epiſtolā
miſiſſem que hunc barbarum in furorem uertit: ſcri
pſit ille mihi iterum. quibus in litteris parumper
queſtus: ꝙ cognito eius deſiderio ad videndum ſi-
ue viſitandum eum: eſſem tardior: demum ipſam
eam tarditatem excuſans ſub obtentu mee aduer
ſe ualitudinis: ad extremum etiam iubere regibus
ſolitus me rogauit: ut q̃ primum ſiue perſone mee
periculo aut incommodo poſſem ad ſe pergerem.
cupide tunc etiam me viſurum: ⁊ animi mei quieti
conſulere intendentem. Et ego parēdi auidus ibā
niſi me caſus horribilis ex itinē medio retraxiſſet

¶ Ita mihi tantum illum patrem quē videre non
ꝯtigit: amare ſaltem licuit ac uereri: atqꝫ eius acta
laudare. Illud in pꝛimis qđ hic barbarꝰ nec lauda
re vult nec vituperare audet. q̄ꝫuis ut ſentis liben-
ter id faceret: niſi ꝙ nondū ſic ex omni parte depu
duit. Inter barbaroſ quoqꝫ adhuc reuerētie aliqd
ſed perexiguum eſt virtutis. quam ipſe ego uberiꝰ
laudarē: niſi perſeuerantiam defuiſſe conſpicerez.
Illum tamen in ſilentio reſpondentem audio non
potuiſſe vnuz ſe tot ſuſurronibus obſtare ꝯtra chꝛi
ſtum atqꝫ eius eccleſiam coniuratis. Quam excu
ſationem nec admitto nec reſpuo: quod ⁊ uerum
ſcio: ⁊ ſi fundatus eſſet ſuper firmam petram: non
dubito flatus tales alto animo potuiſſe contem-
ni. Parcat illi Chꝛiſtus: cuius negociū agenti ea
tepiditas interceſſit. Illi uero gaudeant ⁊ trium-
phent: qui nunc in inferno viuentium beunenſe vi-
num bibunt. nec pꝛophetam audiunt exclamantē.
Pꝛophe-ta. Expergiſcimini ebꝛij ⁊ flete: ⁊ ululate omnes qui
bibitis vinum in dulcedine. quoniaz perijt ab ore
ueſtro. more pꝛophetico rez futuram quaſi pꝛeſen
tem immo iam pꝛeteritam narrat. ⁊ quaſi iam eue
nerit quod neceſſario euenturuz eſt. Et ſi enim nō
dum perijt. peribit ilico. Tempus eſt enim ut iam
iam viliſſime iſte dulcedines in amaritudinem cō
uertantur. Et an ego cecutiēs. ita enim iſte me uo
cat: qui hec quaſi pꝛeſentia iam hinc video. an ip-
ſe magis exoculatus: qui fulgore panni captus
exigui nihil audet aut cogitat pꝛeter epiſcopatum
quem mendacio fidens ſtulta ⁊ cupida mente pꝛe
occupat? ¶ Nō autem facile dictu q̄ꝫ me delecta
uerit viri huius ingenium. tam recte: tam pꝛopꝛie
phariſeorum uſus eſt uerbo: qui ueritatem deiqꝫ
opera pꝛedicanti reſponderunt. In peccatis natuſ
es totus: ⁊ tu doces nos? Et eiecerunt euz foraſ.
Quid queſo conuenientius poterat ſecte illius
defenſoꝛ acerrimus contra eum qui quem factis
expugnare non poteſt: uerbis oppugnat. ſi uel ſic
ubi nec paradiſi amoꝛ pꝛoficit nec iferni metus ali
quid ſaltem pudore pꝛoficeret? ¶ Hec ſibi pꝛo rn̄
ſo Gallus noſter accipiat: cur Urbanū dixerim fe
licem: tunc ſcilicet dum virtuoſiſſime operādo: nō
ſe ſolum ſed totam felicitaret eccleſiam. Atqꝫ ut
me in ſententia fixum norit: vnum iſtis adijciam.
modo cautum mihi ſit: ne leſe maieſtatis accuſer.
Non equidem ſic inſanus ſum: ut romano pontifi-
ci legem ponam cum ipſe ſit legifer omnium chꝛi-
ſtianorum: aut legem ſibi ſtatuam ſiue ſedem qui
ſedium dominus eſt cunctaruz. Si enim ut apud
Luca-nus. coꝛdubeñ. legimus uehioſ habitāte Camillo: illic
Roma fuit. q̄ꝫto magis ubi Romanus pontifex
habitat: ibi quoqꝫ conceſſerim romam eſſe? Unuz
hoc ſi celitus datum eſſet optarem: ut ſicut tunc
Camillus: ubi tūc licuit Uehis omiſſis romam re
dijt: ita nunc pontifex. Audebo enim dicere teme
rarie foꝛſitan ſed fideliter ⁊ ni falloꝛ uere. ꝙ ſi hoc
ſibi placeret cui diuinitas rei huius arbitrium de-
dit: non modo honeſtius ſanctiuſqꝫ ſed tutius ibi
eſſet q̄ꝫ in ulla penitus parte terrarum. nec ingen-
ti pꝛecio cogeretur a pꝛedonibus redimere ſuam
⁊ eccleſie libertatez: quod pꝛedeceſſoꝛ ſuus in ſan
cta fecit auinione. De quo tunc ⁊ ipſe grauiter in
conſiſtorio queſtus eſt: ⁊ ego dum ſibi ſcriberem
non ſilui. Quam Romane ſedis anguſtiam Gal-
lus iſte non vidit: dum ad enarrandas felicitates
auinionicaſ magno niſu: iplumeſ alas explicuiſſet
ſꝫ recētiſ magneqꝫ miſerie: uel oblitos alios credi-
dit uel oblitꝰ eſt. ¶ Unū hijſ nūc ēt pari fide ac ſim
plicitate ſubnectā. Nō opoꝛtuiſſe nec opoꝛtē pōti-
ficē romanū armata manu romā petē. Tutiorez il
lū facit auctoritas q̄ꝫ gladij: ſcitas q̄ꝫ loꝛice. Arma
ſacerdotū ſunt oꝛ̄ones lachꝛyme: ⁊ ieiunia: ⁊ ꝟtu Arma ſacerdotum.
teſ ⁊ boni mores: ⁊ abſtinētia: caſtitas: humanitas
māſuetudo actuū ⁊ ꝟboꝝ. Quid ſignis militaribꝰ
opus eſt? ſatis eſt crux Chꝛiſti. illā ſolā tremūt de
mones: homines reuerentur. Quid tubis aut bu-
cinis? ſufficit Alleluia. Certe Julius Ceſar poſt Julius Ceſar.
tot bella: tot victorias: non armatus urbem Ro-
mam: ſed cum inermi exercitu inermis victoꝛ in-
troijt. Ceſarem loquoꝛ ut ad id de quo agitur effi-
cacius argumentum ſit. Si ſic enim uenit Ceſar:
qd putemus Petrum? ¶ Scio autem quid calum
niatoꝛ noſter obiciet. Inermis iquit uenit Petrus
atqꝫ ideo interfectus eſt. Ita enim quodam apolo
getici ſuo loco. Romam multos innocentes homi
neſ iugulaſſe ait: atqꝫ ideo merito a Satyrico ſeuā
dici. nec intelligit nolo dicere idiota ſeuuz pꝛo ma-
gno poni ſolitum iuxta illud Eneidos pꝛimo. Se-
uus vir eacide telo iacet Hectoꝛ. cum fuiſſe ma-
gnum Hectorem non crudelē conſtet. ⁊ illud eiuſ
dem. Maternis ſeuus in armis: eneas. quem ubi-
qꝫ ſcilicet pium dicit. hic ſeuum dixit: ideſt ma-
gnum. Et eſt haud dubie non artificioſa quidem
ſed iſidioſa ⁊ pꝛ̄ſus hoſtilis obiectio. ¶ Multi in
quit perierunt Rome ſancti viri. ſed ⁊ multi quo-
qꝫ in gallijs ⁊ alijs in urbibus. plures tamen Ro-
me. Quis non videt hoc vnde? Plures eo conue
niebant: nempe ad mundi caput ⁊ imperij ſedem.
Pereūdi autem cauſa fuit non regionis atrocitas
ſed religionis aduerſitas. Et uolebat Chꝛiſtus ur
bem ſuam quam ⁊ temporalium dominam iam fe
cerat: ⁊ ſpiritualium facere diſponebat: uberiore
ſanguine ſuorum martyrum conſecrare. Roma-
nus fuit non inficioꝛ Nero qui occidit Petrum.
ſed Romani fuerunt qui Neronem occiderunt.
Idem de Domitiano: deqꝫ multis dici licet. Uer-
tat ſe quocunqꝫ libet detractoris ingeniū: atqꝫ odi
um: romanos inueniet qui ſanctos condēnauerūt
multoſqꝫ qui vindicauerunt. Nec tm̄ apoſtoloruz
⁊ martyrum ſed ſui pꝛopꝛij ſanguinis q̄ꝫuis igna-
ros rei: romanos tamen ultores ſibi Chꝛiſtus ele-
git. Romanus fuit itaqꝫ chꝛi ultoꝛ: cuz gallus fue
rit crucifixoꝛ: ut poſt dicam. Audiamus nunc Gal
lum ſeu uerius coꝛuuz noſtrū: qui candidā plumā
fuſco mendacio denigrauit: ⁊ didicit Ceſarē atqꝫ
antoniū ſalutare. ¶ Audiamꝰ inq̄ꝫ: ⁊ rauco ſtrepi
tu ſuas amentias repetētē. Quia eniz vinū beunē
ſe vitupero ut ipſe ait. Ut ego fateoꝛ nō adoro: rur
ſus exclamat. Et audiſtis inquit blaſphemiam.
O indigna viro ⁊ pudenda pꝛoꝛſus exclamatio.
Uerum minus foꝛſan impꝛopꝛia q̄ꝫ ſuperioꝛ fu-
it. Nam quid ſcimus an iſte ſit illorum vnus quo-
rum deus uēter eſt ut ait apoſtolus? Si ſic eſt eni
qui contra vinum loquitur: utiqꝫ contra uentrem: Ap̄l's
atqꝫ ita contra deum ſuum loquitur. ⁊ videri po-
teſt ſpecies blaſphemie. Ego autem nec contra vi
nuz: nec contra aliquod dei donū loquoꝛ: ſciēs q̄m
oīa que fecit deus bona ſunt. Sꝫ ebꝛietatē gulāqꝫ

vitupero:quaꝫ non deus:ſed humana ſibi fecit im
probitas.Et quoniã ſepe bona aliq̃ culpa abutẽti
um mali materiam eſſe compertum eſt : ut vinum
ebrietatis:auruꝫ auaritie:ferrum ſeuitie:formaqꝫ
libidinis:optaui ego:ut cum damnoſa quorundaꝫ
beunenſis vini ſitis ⁊ noceret eccleſie: ⁊ frenari ali
ter non poſſet:vinum ipſum vnde ea naſcitur e me
dio tolleretur.Hanc potor egregius blaſphemiaꝫ
uocat:quaſi quod abſit contra chriſtũ aliquid ſim
locutus:pro cuius reuerentia ⁊ amore vinum illđ
ꝙuis in ſe bonum odi fateor.Et quid mihi ratus
Gallus occinat.non impertinẽs eſt audire.O no
Uinum bilis vindemia ingt: ⁊ vinũ precioſum: ⁊ hoc forſi
tan non inepte.Uenenum inꝙ non corporum ſed
mentiũ:hijs addidit.Super omnia vina dulce ſa
lutiferum ⁊ iucundum.Hoc utiqꝫ non ineptũ mo
do ſed falſum eſt.¶ Sed omittamus de vinis lo
qui; ne quem deſpicim⁹ imitemur.Quam miſera
eſt inquit tue maledictionis occaſio.O ꝙ flebili
ter ſue felicitatis iniuriã fert.J nunc:nega vini do
lium loqui:nega bacchi ſacerdotem:qui contra vi
num ſuuꝫ ſuaſqꝫ delitias hiſcere auſum:dicat eſſe
blaſphemum? O celum:o terra : o humanum ge
nus:o catholica plebs fidelis:Chriſto deo noſtro
ſueqꝫ fidei vinum beunenſe preponitur:nec ipſius
chriſti decus aut uoluntas ſed vini illi⁹ opportuni
tas ad ſumme rerum conſilium euocatur . Et ego
tanti mali cauſaꝫ poſus:pane ſacrilegij reus agor:
cum non ſolum tamen illud vinum accuſem . Sũt
⁊ alia quedam:de quibus tacere iubet Plato:iu
bet pudor.Trãſeamus igitur hinc: ⁊ id potius au
diamus:qua ſe ſuumqꝫ bonum ſummum imprecati
one : fraterculus hic flammatus ulciſcitur pro
pter hoc inquit non intres in os eius: ⁊ dulcis ſa
por tuus per eius fauces non tranſeat.Quid uo
bis videtur? An non ſatis ſe magnifice ultus eſt?
Et ſane nil peius optare mihi poterat:ꝙ quod ſi
bi peſſimum iudicaret.Mihi autem affecto aliter
⁊ nutritorea imprecatio leuis eſt : ſi nec beunẽſe:
nec omnino vinum ullum biberem:tamen lete vi
uerem.Jtaqꝫ guſtui fideliter reſpondeo quod pa
Aug⁹ ter Auguſtin⁹ de olphatu:Ciceroniano pene uſus
uerbo.De illecebra quidem inquit odorum non ſa
tago nimis:cum abſunt non requiro : cum adſunt
nõ reſpuo:paratus eis ſemper carere.Jta mihi vi
deor niſi forſitan fallor . Jta ego de omni vino mi
bi videor:ꝙuis ⁊ ipſe multo facilius falli poſſum.
Sene-ca Ab experientia quidem: ⁊ ſanctorum patrũ ab ex
emplis:ab anneo demum Seneca didiciſſe potui:
ꝙ ſatis eſt vite hominum panis ⁊ aqua:vite homi
nũ dixit:ſed non gule:quam ſententiaꝫ carmen ne
Lucan⁹ pos eius expꝛeſſit.Satis eſt populus cereſqꝫ fluui
uſqꝫ:ſed non populis galliarum:Neqꝫ ego ſi eſſeꝫ
gallus hoc dicereꝫ:ſed beunẽſe vinuꝫ pro ſũma vi
te felicitate defenderẽ:hymnis:metris ⁊ cantibus
celebrarem.Sum ꝟo italus natione: ⁊ romanus
ciuis eſſe glorior:de quo non modo principes mũ
Paulus apl's diqꝫ domini gloriati ſunt ſed Paulus apoſtolus:
is qui dixit:non habemus hic manentem ciuita
tem:urbem Romam patriam ſuam facit: ⁊ in ma
gnis periculis ſe romanum ciuem ⁊ non galluꝫ na
tum eſſe commemorat:idqꝫ tunc ſibi profuit ad ſa
lutẽ.¶ Sed hic barbarus ad vituperium ſacre ur
bis:cuius laudibus nec lingue omnium diſertoꝝ:

nec libri omnes ſufficiunt:os impurum aperire au
ſus:multa dicit:que nec relatu quideꝫ digna ſunt:
quod grauiſſimum romane glorie vulnus eſt:con
tra illam Bernardus duriſſimis conuitijs arma
tus iducit.Nota res eſt:qui de ꝯſideratione agẽs
forte ſi diligentius cuncta conſideraſſet:gentem fa
moſiſſimam omnium que ſub celo ſunt:partius in
famaſſet.Fecit tamen: ⁊ licere ſibi debuit calamo
ſuo ſcribere quod occurrit.Quid hic dicaꝫ? Non
ego contra ſanctum virum loqui uelim : cum ma
xime quem in quibuſdam ſcriptis meis ualde ali
quando laudauerim.Qui ſi ſanctus non eſſet : ꝙ
tumlibet magnus in reliquis:facilis eſſet ⁊ expe
dita reſponſio.At nunc quidem ⁊ ſi non contra ſan
ctum:de ſancto tamen loqui nihil prohibet.Mul
ta quidem loquendo ⁊ ſcribendo multa redeunt in
animum que dilapſa videntur.Damnauit iſte nũc
recolo Bernardus clareuallẽ.abbas:de quo ſer
mo eſt:Petrum abaelardum litteratum quendaꝫ
virum:hinc iratus berengarius pictauẽ.vir ⁊ ip
ſe non infacundus ac diſcipulus Petri cõtra Ber
nardum librum vnum ſcripſit:non magni quidem
corporis ſed ingentis acrimonie.De quo poſtmo
dum a multis increpatus ſe excuſat:ꝙ adoleſcens
ſcripſiſſet: ⁊ quod ſibi viri ſanctitas nondum peni
tus nota eſſet.Horum certe neutruꝫ mihi compe
tit:Nam nec de Bernardi ſanctitate ſum dubius:
⁊ adoleſcens eſſe deſij.Sed illđ dico ꝙ licet ho
die proculdubio ſanct⁹ ſit.fieri poteſt ut dũ ad Eu
genium ſcripſit nonduꝫ forſitan ſanctus eſſet.Sã Scitas fit ex ha bitu ſuc ceſſiuo
ctitas enim ſicut omnis virtus:non cũ homine na
ſcitur:ſed ſtudio queritur ⁊ augetur ⁊ frequenta
tis actibus in habituꝫ tranſit.Jtaqꝫ mihi aliud aſ
ſumo:ꝙ in quadam excuſatoria epiſtola ad epiſco
pum mimatẽ.Berengarius idem ait.Nonne ab
bas homo eſt?nõne nobiſcum nauigat per hoc ma
re magnum ⁊ ſpatioſum inter reptilia quorum nõ
eſt numerus?Cuius nauis ⁊ ſi ꝓſperiori feratur
nauigatio:tamẽ ſerenitaſ maris in dubio eſt.Ego
ꝟo Bernardi nauem portum iam tenere non am
bigo:ſed dũ ſcriberet haud dubie nõ tenebat.Ho
mo erat: ⁊ in carne poſitus paſſionibus ſubiacere
poterat.Notum eſt illud Joannis os auri non de
ſanctis quibuſlibet ſed de ipſis apoſtolis.Nã ⁊ ſi
ſancti ſunt inquit homines tamen ſunt . Et ſi vinci
a carne non poſſunt quaſi iam ſpirituales : tamen
percuti poſſunt quaſi adhuc carnales.Potuit ali
qua forte laceſſit⁹ iniuria Bernardus : illa ſcribẽ.
Et multa irati homines dicunt:quoꝝ poſtea illos
pudet.Eſto autem ceſſet ira animi:repens motus:
ex aliqua ortuſ offenſa:an nõ naturale inter aliq̃s
nationes eſt odium?Et profecto galloꝝ genteꝫ in
feſtiſſimã nomini romano apđ Criſpũ: ⁊ de imani
tate gentis galloꝝ ⁊ de infeſtiſſimo odio in roma
num nomẽ apud Liuiũ legimus: ⁊ ſic eſſe realiter
experimur.Ut ceſſent tamen hec omnia:nec ira ul
la:nec odium Barnardum impulerit: ⁊ fuerit pla
ne ſanctus dum id ſcriberet:ꝙuis ambroſiane ſen
tẽtie ſit aduerſum ubi ait.Quis autem viuens tu
tus poſſit ac ſine trepidatione laudari qui ⁊ de pre
terito meminit ſe habere quod doleat: ⁊ de futuro
videt ſibi ſupereſſe quod timeat ? Quis ꝟo ho
minuꝫ in hoc corpuſculo poſitus debeat ſibi quic
ꝙ uẽdicare de meritiſ.Nota ſunt reliqua.Sed ſit

ita. Fuerit ſanctus in vita: quid hic reſpõſionis in
ueniam? Non reprehendam Bernardum: ſed lau
datores hoc vituperatore eodeꝫ ipſo nec negante
nec indignante maiores obijciam. Ambroſius in
prohemio epiſtole ad Romanos de eis loquens.
Hij enim inquit caput ſunt omnium gentium: mi
rum ualde: nec excipit gallos. Mox ſuper textu:
gaudium ſuum teſtari dicit apoſtolum: ꝙ cum ro
mani regnent in mundo: nec excipit galliam: ſubie
cerunt ſe fidei chriſtiane. Dicet autem gallus. Ro
manorum iſte potentiam ⁊ imperium: non virtutẽ
laudat. Audiat ergo quod ſequitur. Erant eniꝫ in
quit doctrine memorabiles: ⁊ boni operis cupidi:
ſtudioſiqꝫ magis agẽdi bñ ꝙꝫ ſermonis. Sed ecce
iterum ſtrepet gallus: teſti domeſtico: non creden
dum: quoniam ſit ciuis romanus Ambroſius qđ
negari nequit. Nec intelligo tamen quid irato ho
ſti plus ſit fidei ꝙꝫ placato ciui. Hieronymo autem
quid opponet qui ⁊ Romam laudat: ⁊ laudatã di
cit ab apoſtolo: de quo quoniaꝫ in ipſa epiſtola ad
Urbanuꝫ ſcripſi: nil nunc amplius dico: ſed ipſius
Hieronymi dictum aliud coniungo: qui ſecundo li
bro in epiſtola ad gallathas. Romane plebis inqt
laudatur fides: ubi tanto ſtudio ⁊ frequentia ad ec
cleſias ⁊ martyrum ſepulchra concurritur: ubi ſic
ad ſimilitudinem celeſtis tonitrui anima reſonat :
⁊ uacua idolorum templa quatiuntur: non ꝙ aliã
habeant romani fidem: niſi hanc quaꝫ omnes chri
ſti eccl'ie: ſed ꝙꝫ deuotio in eis maior ⁊ ſimplicitas
ad credendũ. ¶ Quid hic gallus dicet? An conſo
nat hic Bernardo in eo maxime ꝙ ille incredulos
primuꝫ: dehinc impios tandem etiam proditores
uocat: nimis ſi dici licet hoſtiliter? Ubi eſt aũt iſta
proditio? Ubi non potius obſeruata publice ⁊ pri
uatim etiam hoſtibus romana fides: cuius omnis
hiſtoria plena eſt? Illud quoqꝫ quod hijs interpo
ſuit: temerarios in ſancta illos dicens contrarium
eſt fere omnibus ſcripturis: que romanis attribuit
grauitateꝫ. Quid eſt eniꝫ tam temeritati diſſonũ:
ꝙꝫ grauitas? ¶ Sed audire gallũ hinc video pro
teſtantẽ. Niſi romanum hoſtem in teſtimoniuꝫ ad
duxeris: non credam. Eſt plane hoſtis ex ore laus
Uirgili⁹ ingens. Nec immerito Uirgilius ait. Ipſe hoſtis
teneros inſigni laude ferebat. Aperiat nunc aureꝫ
Gallus: ⁊ criſtam inſolentie dimittat: ut non ſemp
placita: ſed interdũ uera incipiat audire: atqꝫ ut ue
ris opinionibus locus ſit: concretũ puluerem erro
Pyrrhus ris e cauda gallice leuitatis excutiat. Pyrrhuſ epi
rotharum rex hoſtis populi romani: cuꝫ Cineam
doctiſſimum illum virum ⁊ inſignis memorie lau
de conſpicuum pro componenda pace Romã mi
ſiſſet ⁊ infecto negocio redeunteꝫ qualis eſſet Ro
ma interrogaſſet: ille regum urbem ſibi viſam: ſiue
ut alij perhibent regum patriam ſe vidiſſe reſpon
dit: ſi licet ⁊ illic fere omnes tales eſſe: qualis Pyr
rhus in grecia: quem regum ſane optimũ fuiſſe cõ
ſtat ⁊ mitiſſimũ. ¶ Uideat Galluſ ⁊ Bernarduſ: vi
deat iter reges optimos atqꝫ mitiſſimos: ⁊ nõ ami
cis modo ſed hoſtibus minime odioſos ⁊ immiteꝫ
atqꝫ intractabilem gentem ⁊ in extraneos inhuma
naꝫ: quid interſit. Nam ꝙ emulos ait in vicinos.
Machabeoꝝ directe opponitur ei quod in libro machabeorum
de romanis legitur: ꝙ non inuidia neqꝫ ꝫelus iter
eos. Nec ego nunc tamen Gallo meo tranſcribere

librum illum cogito: ⁊ ut ipſe mihi Iuſtinũ quo ut
uerum fatear non egebam: locum ſignaſſe ſuffece
rit: legat ergo operis illius librum ꝓmum capitu
lum octauum: ⁊ abunde laudatam virtutem atqꝫ
potentiam inueniet romanorum. ¶ Iam quidem
grãdiloquentiam paruificentie coniunctam roma
nis obijcit. Improprie dictum a Bernardo nunꝙꝫ
dixerim: ſed improprie ⁊ inepte ab hoc barbaro re
fricatũ dico. Prima enim grecis datur: iungo ego
grecis gallos: qui licet inferiores ingenio: iactan
tia ⁊ loquacitate ſuperiores ſunt. Romanis ad vi
tium non conuenit boni operis cupidis: ut repetaꝫ
quod premiſi: ſtudioſiſqꝫ magis agẽdi bene ꝙꝫ ſer
monis. De quibus ſcriptum eſt. Optimus quiſqꝫ
facere ꝙꝫ dicere mallebat. Scõm ꝓ o illis affricuiſ
ſe perridiculum: Audeo enim dicere quod me ue
rum dicere certus ſum: ⁊ nihil facile affirmare ſo
litus hoc affirmo: ꝙ totius humane magnificẽtie
ſupremum domicilium Roma eſt: nec eſt ullus tã
remot⁹ terrarũ angulus qui hoc neget. Qđ ſi bar
barus hic ignorat: aut torpet: aut ſtertit: aut plene
deſipit ⁊ inſanit. Quid enim magnificum queſo le
git vnꝙꝫ aliquid aut audiuit ſine nomine ⁊ gloria
urbis Rome ex quo urbs ipſa condi cepit ⁊ creſce
re? De quo tempore ſcriptũ eſt. Nunc quoqꝫ Dar
danum fama eſt conſurgere Romam: ꝙꝫta nec eſt
nec erit nec viſa prioribus annis. Et ab ingenio al
tiore. Illa imperium terris animos equabit olim
po. Septemqꝫ vna ſibi muro circũdabit arces. Fe
lix prole virum. ⁊ rurſus idem. Uerum hec tantuꝫ
alias inter caput extulit urbes: ꝙꝫtũ lenta ſolẽt iter
iuburna cupſſi. De qua alter vir magnus. Nulla
vnꝙꝫ res publica nec maior nec ſanctior nec bonis
exẽplis ditior fuit. Uellẽ ſcire qđ nunc agit gallus
nr̃. Sed ſat ſcio ſtupet hec ignota que neqꝫ a galliſ
neqꝫ a gallinis adiſci poſſunt. Diſcunt̃ ab hiſtoriciſ
⁊ poetis ac ſcriptorib⁹ rerũ. Nec ſtupet mõ ſed ira
ſcitur: quoniam hec tam multa taꝫ magna de Aui
nione ac Pariſius non habentur. Quarum altera
ſignificatorem non habet in celo. Alteram laudat
Arthicrinius: de quo poſt videbimus. Ante tamẽ
ꝙꝫ ad laudes alias procedam conuitijs reſponden
dum eſt: que niſi fallor duo nunc etiaꝫ ſuperſunt in
uerecundos romanos ad petendum ingratoſqꝫ cũ
acceperint ille vir ſanctus ait. Unum a tergo relin
quebam: frontoſos ſcilicet ad negandum. Hoc eſt
fere niſi me fallit numerus: obiectorũ ſumma. Nã
quod hijs additur inſuetam paci genteꝫ aſſuetãqꝫ
tumultibus ac bellis ſi negare uelim: iam ipſe fate
bitur: a numa rege in ceſareꝫ auguſtuꝫ non niſi ter
clauſus ianus: quibus exercendis in utraqꝫ fortu
na tanta fuit virtus: ut poſt hunc barbarum patrio
more tergiuerſantem: nil in terris ſimile vnꝙꝫ exti
tiſſe fidenter addiderim: nec futurum eſſe omnib⁹
notum ſit videatur in omnibus romanis bellis cũ
fortitudine certaſſe iuſtitiaꝫ. Sintqꝫ illa ueriſſima
que in libris autenticis ſcripta ſunt. ut omnes gen
tes ſciant populum romanum ⁊ ſuſcipere iuſte bel
la ⁊ finire atqꝫ in omni fortuna eoſdem animos ha
bere: immo ꝓ o magnitudinem populi romani ad
mirabiliorẽ ꝓpe aduerſis reb⁹ ꝙꝫ ſecũdis eſſe. Et il
lud ab hoſte ẽt ꝑdicatũ populum romanuꝫ eo inuil
ctũ eſſe ꝙ in ſecũdis reb⁹ ſape ⁊ cõſulere memine
rint: ⁊ mirãdũ fuiſſe ſi al'r facerẽt ex iſolẽtia: qbus

noua bona foꝛtuna ſit : impotentes letitie inſanire
populo romano uſitata : ac pꝛope iam obſoleta ex
victoria gaudia eſſe:ac plus pene parcendo q̃ꝫ vin
cendo imperium auxiſſe.q̃ꝫq̃ꝫ quid ego iſta minu-
tiora perſtringo : que ſi uelim cuncta complecti :
omnes mihi ſcriptorum ſecularium libꝛi illuſtres
tranſcribendi erunt ? Quid eſt enim aliud omnis
hiſtoria q̃ꝫ romana laus ? vnū inter alia eſt : quod
non modo acceptarem ſed aceruare pꝛopoſitū eſt.
gentem ſubdi neſciā fateoꝛ:ſed ſubdere alias ⁊ pꝛe
eſſe:ne ſi hoc negare uoluero magnitudo conuin-
cat imperij:quod licet inter manus barbaricas im
minutum atqꝫ debilitatum ⁊ pene conſumptuꝫ ſit:
romanas inter manus tale fuit:ut omnia mundi il
li admota pueriles ludi fuiſſe videantur : ⁊ inania
nomina:q̃ꝫq̃ꝫ non ſim neſcius quoſdam leuiſſimoſ
Tit⁹liui grecorum:qui ut Titus ait Liuius: ⁊ parthorum
us quoqꝫ contra romanum nomen glorie fauent dicti
tare ſolitos:maieſtatē Alexandri macedonis:vir
quidem tenui fama Rome cogniti:non laturū fuiſ
ſe populum romanū:videlicet non tot duces egre
gios:tot pꝛudentium ac foꝛtium virorū milia:vni
furioſo adoleſcenti potuiſſe reſiſtere. Neqꝫ ſolum
leuiſſimi grecorum:ſed quod Titus Liuius noſce
non potuit:leuiſſimus quidam nuper uaniſſimuſ-
qꝫ gallorum:idē dixit. Et ſic omnis pudoꝛ perijt:
ut non tm̄ litteris viliſſimam hanc nugellā:ſed mi
mis etiam carminibuſqꝫ mādaret. Neſcio quideꝫ
cur:niſi ꝙ inſignem:nec tam grecum q̃ꝫ gallicū po
tatorem nouerat Alexandrum: ⁊ ſimilitudo morū
parit amicitias: ⁊ partas nutrit. Iratus uocoꝛ:im-
mo quidem cauſam aliam ſcio. Tantum eſt enim
odium romani nominis:ut non Alexandrum mo-
do:ſed Sardanapallū Julio Ceſari pꝛelaturi ſint.
Nempe illos niſi per famaꝫ nō nouerunt. Huc ſen
ſerunt eorum ferro viſcera reſecanteꝫ atqꝫ inſolen
tias caſtigantem. Diſſicentur tamen ⁊ crepent me
dij:nunq̃ꝫ ſibilis vipereis ueritas quatietur. Ada
mantino monte ſolidioꝛ ſemper romana gloria to
to oꝛbe reſonabit:ſemper inuidentium illi nomen
erit inglorium:immo infame. Sed de hoc ne in lō
gum nimis exeam:nil amplius. De omni eniꝫ iſta
materia:ab ipſo Tito Liuio:ab urbe condita libꝛo
nono:pꝛeclariſſime diſputatum eſt. Ibi legat bar-
barus: ⁊ crepabit. ¶ Hoc igitur quē confiteoꝛ arti
culo ꝑtermiſſo:ad eos redeo quos negabo. Obij-
citur romanis impudentia ad petendum:ingrati-
tudoqꝫ accepti:duo magna ſi uera ſūt vitia. Que
nunc tantis obiectibus niſi ueritaſ nuda reſponde
at? Contra pꝛimum quidem mille ſunt teſtes:ſuffi
ciant tamen in ꝑſens:tres populi:duo reges: Bel
lo punico ſecundo:afflictis pene ad ultimū roma-
nis:reb⁹ atqꝫ errario exhauſto: Neapolitani lega
tos Romam cum muneribus miſerunt:in quibus
erāt q̈draginta patere auri magni ponderis. Qui-
bus in capitolium inuectis: ⁊ ante pedes patrum
expoſitis:orabant legati:ut munus de ſe paruum
ingens tamen deuotione mittentium:dignarentur
recipere: ⁊ neapolitanorum rebus omnibus tanq̃ꝫ
pꝛopꝛijs ſuis uti. Neapolitanis gratie acte ſūt:le-
gatiqꝫ cum muneribus remiſſi auri nihil acceptuꝫ
eſt:pꝛeter vnam eamqꝫ minimi pōderis paterā:ne
amicorum munus ſpꝛeuiſſe crederentur. ¶ Eodē
tempore ⁊ ꝑneſtani legati ipſi quoqꝫ ⁊ pateras au
reas attulerunt. ⁊ gratijs actis remiſſi ſunt auri ni
hil acceptū eſt. ¶ Poſt id tēpuſ durāte adhuc bel
lo cū carthaginenſes ad conducenda ſtipendiaria
auxilia:cum immenſo pondere auri ⁊ argēti in hi
ſpaniaꝫ miſiſſent:capti nuncij a saguntinis : cumqꝫ
omni eo quod attulerant Romam miſſi per lega-
tos:quibus gratie acte:aurum ⁊ argentum quod
hoſtibus ereptum ⁊ in ſuam pernitiem miſſum ſuo
quodam iure retinere poterant:legatis redituꝫ:in
ſuper addita munera:ſolum nuncij hoſtium reten
ti:coniectiqꝫ in carcerem ut aduocata in conſilium
nō auaritia ſed inimicitia redderet. ¶ Pyrrhus il
le cuius mentioneꝫ fecimus ſentiens romanos ar-
mis indomitos muneribus aggredi inſtituit. Ita-
qꝫ pꝛo pace cum Cineam mitteret:magnoſ illi con
ſtituit tauros:quibus patritios ac ſenatuꝫ:dehinc
oꝛdinem equeſtrem:poſtremo plebem humileꝫ re-
uocaret ſiue tentaret:quid autem ? Neminem cu-
ius domus muneribus pateret:inuenit:qui ſi miſ
ſus eſſet Auinionem:puto aliquod apertum oſti-
um inueniſſet. ¶ Per eoſdē dies Ptolomeus rex
egypti legatis romanis ad ſe pꝛofectiſ:magna mu
nera miſerat : que cum illi alto animo recuſaſſent:
ad cenaꝫ poſtridie inuitatis:ſingulis aureas coro
nas in conuiuio deſtinauit. Quas cuꝫ ob honorē
magni ⁊ amici hoſpitis recepiſſent:die illas pꝛoxi
mo ſtatuis regijs impꝛeſſerūt : ut intelligi daretur
caritatem eos ⁊ honorificentiam regis acceptaſſe:
non aurum. Quam inuerecundi ergo eſſent ad pe
tendum negata:qui tam obſtinati erant ad oblata
renuēduꝫ:viderit ipſe qui dixit. ¶ Cōtra ſecundū
ꝓ obiectum ſcilicet indignis ingratitudineꝫ:mul
ti quoqꝫ ⁊ reges ⁊ populi teſtes ſunt. Maſiniſſa in
ꝑmis rex numidie. Attalus ⁊ Eumenes pergami:
Hiero Sicilie:Deiotar⁹ minoriſ armenie:Mamū
tini pꝛeterea:innumeriqꝫ alij:quos attingere lōgū
eſt. Sed ad ſummam ⁊ ſi aduerſus quoſdā ciues
ſeueri patris in morem durioꝛ non negeꝫ:q̃ꝫ uel ſu
um reiqꝫ publice decus:uel illorum merita poſtu
larent:erga amicos non ſolū reges ⁊ populos ſed
humillimas quoqꝫ perſonas:nihil gratius popu-
lo romano. De quo ueriſſime ſcriptum eſt. Senat⁹
⁊ populus romanus beneficij memoꝛ ⁊ iniurie im
memoꝛ eſſe ſolet. Et iterum. Romani domi militie
qꝫ intenti:feſtinare:parare:alius alium hoꝛtari:ho
ſtibus obuiam ire:libertatem:patriam:parētes ar
mis tegere:poſtea ubi ꝑicula virtute pꝛopulerant:
ſocijs atqꝫ amicis auxilia poꝛtabant : magis dan
dis q̃ꝫ accipiendis bn̄ficijs amicitias parabāt. Et
rurſus. Hoc in pectus tuum demitte : nunq̃ꝫ popu
lum romanum beneficij victum eſſe. Nā bello qd
ualeat:tu teſtis. Hoc perpꝛopꝛie ſibi dictuꝫ gallus
accipiat. Scit enim: ⁊ ſi neſcit:expertos milies ſu
os maiores interroget : ⁊ dicent ſibi. Ante alios il
le. Sic enim de ipſo ſcriptum eſt. Coꝛpore:armis
ſpūqꝫ terribilis:nomine quaſi ad terrorem cōpoſi
to:Uencigerotrix aluern⁹ galliaꝝ rex:qui foꝛtuna Uēcige
multis ꝑlijs ſepe: ⁊ magnis bellis atqꝫ conatib⁹ re rotrix al
tētata:nouiſſime in deditionē redact⁹: ⁊ maximuꝫ uern⁹
victorie dec⁹:ſupplex cum in caſtra ueniſſet. ⁊ pha
leras ⁊ ſua arma ante Ceſaris genua pꝛoiecit. Et
habes inquit foꝛtem virum:vir foꝛtiſſime viciſti.
Non mitto aliquid hac in re. Flori illuſtris hiſto-
rici uerba ſunt. Unum ſupereſt. Romana illa duri
ties ſiue ut eius uerbo utar:frontoſitas ad negan-
dum. Et eſt ſane difficile in vniuerſuꝫ pꝛonuncia-

re.tam diſſimiles tam diuerſi ſunt hominum mo-
res. Dabo autem e tot millibus duos viros ro-
manos ac principes:qui inſimulationem publicā
Juli⁹ ceſar fingulari ſua laude diſcutiant. Julium Ceſarē:⁊
Titū Ueſpaſianū. De quorū primo ſcriptū eſt.
Tit⁹ ueſpaſian⁹ Ceſar in animū induxerat laborare:vigilare nego
cijs amicorum intentus ſua negligere:nihil dene-
gare quod dignum dono eſſet. Alter ⁊ ipſe nihil ſo
litus negare non oportere aiebat quenq̄ a ſermo-
ne principis triſtem diſcedere. Atqꝫ etiā recorda
tus quondā ſuper cenā:ꝙ nihil cuiq̄ tota die pre
ſtitiſſet:memorabilem illā meritoqꝫ laudandam
uocem edidit. Amici diem perdidi. Sic enim de il
lo ſcribitur: ⁊ rurſus. Neqꝫ negauit quicq̄ peten
tibus: ⁊ ut que uellent peterent ultro adhortatus
eſt. Non proſequor utriuſqꝫ clementiā morumqꝫ
dulcedinem. Sufficit ad obiectum negandi duri-
tiem reſpondere. Sed occurret. Et nō ſunt inquit
omnes tales. Certe nam ſi eſſent:non tanta eēt eo-
rum gloria. Magnum rerum atqꝫ hominum dec⁹
eſt raritas:magnum imparitas ornamentum. Si
pares eſſent omnes nullus excelleret. Det mihi ad
uerſarius vnum Gallum:uel omnino vnū barba
rum ſimilem hijs duobus ⁊ vicerit. Neſcio quidē
an ad cūcta reſpōderī:nec tāti illa facio:ut in hac
inquiſitione multus ſim. Optarem ego ſi fieri poſ-
ſet:ut ille vir tantus diſcuſſiſſet:nō modo quid di-
ceret:ſed ⁊ contra quos diceret:fortaſſe etenim ta-
cuiſſet:nec perpetuam illam fame notam immeri-
tis immiſiſſet. Sed ſi irreuocabile uerbum:q̄to ir
reuocabilior eſt ſcriptura:preſertim poſt obitū ſcri
bentis? Jtaqꝫ quod ſcripſit ſcripſit. Eat ut poteſt.
⁊ rerum ueritas cum contradictione linguarū ſuo
marte contendat. ſub incorruptis non ſum dubius
victura iudicibus:aliorum ſententias contemptu
ra. Non potuit vir ſanct⁹ errare:ſed ſi homo:ſi gal
lus:ſi burgundio:ſi iratus erraſſet:non eſſet ut ar-
bitror inter ꝓdigia numerandū. ¶ Ceterꝫ quocūqꝫ
res uergat:non efficiet barbarus:quin in loco fa-
moſiſſimo iuris ciuilis ita ſcriptum non ſit. Sum-
ma reipublice tuitio de ſtirpe duarū rerum armo
rum atqꝫ legum ueniens:vimqꝫ ſuā exinde muni-
ens:felix romanorum genus omnib⁹ anteponi na
tionibus omnibuſqꝫ dominari:tam preteritis effe
cit temporibus q̄ deo propitio in eternū efficiet.
Mirum ualde. Romanorum dixit:non gallorū.
Et ita ſm Saluij Juliani ſcripturam que indicat
debere omnes ciuitates conſuetudinem Rome ſe
Rome leges imperium ⁊ Pōtificatus qui ⁊ legem:que eſt caput orbis terrarum:non ip-
ſam alias ciuitates Romam dixit:non Pariſius.
Et preterea legum corpus non Auinionem ſed ro
mane iuſtitie templum dicit:quin ⁊ legū originē:
⁊ ſummi pontificatus apicem Rome attribuit:de
qꝫ hoc dubitare neminem ait. Neqꝫ enim dubitan
tem de hoc:immo aperta prorſus impudentia re-
luctantem barbarum iſtum norat. Quin eandem
urbem legum patriā:ſacerdotij fontē uocat. Ego
autem petita uenia:occiduam hanc Hieruſalē vn-
de homo ille deſcendit:feliciſſimus ni rediſſet pa
triam potorum ⁊ vini multiplicis fontē uoco. Cō
fer nunc titulos. vincet Auinio:maxime ſi illos ad
didero mundo notos mihi autem a pueritia longe
notiſſimos:quos ut taceā uerecundia perſuadet.
Sed iā ſenſim fatigari incipio romane urbis pre
conia colligēdo:quibus ſi diutius imorari uelim:
tempus mihi prius defuturum:q̄ materiam intel
ligo. Parcendum ⁊ ſcribentis tedio ⁊ legentis:at-
qꝫ in primis barbari illius:qui q̄ amaro animo q̄
triſtis hec videat:audiatqꝫ q̄ cupide:ſi facultas de
tur:ex libris hec omnibus eraſurus ſit. Non aliter
ſcio q̄ ſi oculis viderem:ita illū ex animoſo nimis
alloquio noſce mihi videor. Et quoniam in vno eo
demqꝫ homine:galli criſtam atqꝫ anſeris linguam
monſtri gen⁹ ⁊ contentioſe gentis peruicatiā:noui
illū exclamantē hinc exaudio. Uera erāt iſta dū
ſcriberētur:ſed mutata ſunt tempora. Mutata ita
qꝫ tempora: ⁊ mutatos homines:mutataqꝫ omnia
⁊ in peius fateor. Cui enī queſo non illud linci ua
tis auditum eſt. Damnoſa quid non imminuit di-
es:etas parentum peior auis:tulit nos nequiores
mox daturos progeniē vitioſiorē. Sed vniuerſo
lis iſta mutatio eſt:q̄uis neceſſario ut dixi in reb⁹
maioribus maior ſit: ⁊ non ſolum in tot ſeculis ſed
in paucis annis ⁊ in noſtra etate mutatio mirabilis
⁊ miſerabilis facta eſt. Et ſi res prodeunt ut cepe-
runt ualde ut reor ad mundi exitū propinquam⁹.
Quis non dicā gallus ſed aſellus hoc neſciat? Et
ſi loqui ualeat fatentur? Ego quidem mutationes
temporum legens:nōnunq̄ tardior ad credendū
ex hijs que ipſe nuper oculis meis vidi:nil iam in
credibile exiſtimo. Uerumtamen in hoc ſtatu rerꝫ
nūc ēt romanos viros bonos: ⁊ ſi amice:ſi paterne:
nō hoſtiliter non tyrannice tractarentur ſatis affa-
biles expertus dico:multis annis cum eiſdē Ro
me ⁊ alibi conuerſatus. Jn vno plane fateor intra-
ctabiliores eſſe romanos q̄ hieroſolymitanos rho
dani:ꝙ non tam equis animis coniuges ſuas ſibi
eripi pati poſſunt: omnia prius q̄ dedecus id la-
turi. Nempe quorū in auribus adhuc ſonat:uer
bū illud uetus:icilij ciuis ſui. Seuite in tergū ⁊ cer
uices noſtras pudicitia ſaltem in tuto ſit. Que uox
toto orbe digniſſima exaudiri:propter diſtantiam
forte in gallias ⁊ ad ripam rhodani non peruenit.
Et q̄uis iſte conuitiator non contentus Bernardi
conuitijs:auaritiam illis obijciat:dicens eos ſem-
per lucris temporalibus inhiantes:nihil aliud co
gitare:nihil aliō ſomniare:ego pace eius nihil hoc
falſo falſius dico. Nulla gēs minus lucro dedita
eſt. Nunq̄ magna in urbe tam pauci mercatores:
tam nulli feneratores inueniūtur. Jtaqꝫ preter ꝓn
cipes qui plures ſunt q̄ gallus hic cogitet: ⁊ maio
res:nullus fere in populo tāto diues eſt:ut nō ma
gis uoluptatibus q̄ lucris incumberent. Et de vi
ris quidem hactenus. Sin autem ſaltatrices ſuas
claudas ac potrices:romanis matronis compara
re uoluerint ſol eclipſabitur:mare tumultuabitur:
terra tremet:ego attonitus obmuteſcam. Cogitet
gallus ⁊ recogitet:odijqꝫ uelum ab oculis mentis
ammoueat:Uidere fortaſſis incipiet quid interſit
inter romanam grauitatem ⁊ gallicam leuitatem.
Sed ipſe ut auguror Rome ſemper pauens. Sic
enī ſcripta eius indicāt. Jdeoqꝫ iudicij ipos fuit:
vn⁹ ex illis de q̄bus ait pſalmiſta. Jllic trepidaue-
rūt timore ubi nō erat timor. Nec enī amicis for- Pſalmiſta
midabiles ſed amabiles ſūt romani. Gallus autē
qui illos:nulla q̄dē alia cā:niſi hereditario quodā
iure oderat:ſe ab illis amari nō poſſe exiſtimabat.
Non iniuſtus metus fateor:ſed iniuſtum odium:
odiſſe qui nihil mali ſibi fecerant. Et ſi patres eius
ab illorū patribus victi:domiti triumphati ac tri-

butarij facti ſint.ſed illa tranſierint: non eſt cauſa
Comicꝰ odij niſi mala mens:malus animus ut ait Comi-
cus: Implacatus:inflexibilis ad maliuolentiaꝫ ob
ſtinatus. Et o utinam quando amori non eſt locꝰ:
eſſet viciſſitudo ⁊ paritas odioruꝫ:ut ſicut illi nos
oderūt in toto corde ſuo:in tota anima ſua: ⁊ in to-
ta mēte ſua:ita nos illos odiſſemus:aut ego fallor
augurio: aut e ueſtigio litium omnium finis eſſet:
idem ille qui maioribus noſtris fuit. ¶ Progredi
or aūt meo quidem:non illius ordine. Quid nunc
agit igitur inquietus ⁊ impatiens ueritatis homū
cio? Et quid putas? Aggrauat crimina:blaſphemi
as coaceruat. Et primo populum barbarum dixiſ
ſe arguor:quem dicereꝫ aliter non poteram nec de
bebaꝫ:niſi noua uocabula rebus imponere uoluiſ-
ſem. Inſuper ⁊ beunenſe vinum de quo ſatis eſt di
ctum: ⁊ rhodanuꝫ blaſphemaſſe. Mirum ꝙ inter
tot blaſphemias ueſtimenta ſua nō ſcidit. Ego vo
nil penitꝰ blaſphemaui:ſed optaui ut cauſe malo-
rum ingentium tolerentur: uenenoſe damnoſeqꝫ
vindemie triſtis exilij. Quid gallicus noſter ſtre-
pit? Quod inquit exiliuꝫ in Auinione paſſa eſt ec-
cleſia? Reſponſio odioſa non operoſa:ipſe ſibi re-
ſpondeat:quid ſit penitus qui hoc neſcit:ſcit utiqꝫ.
Sed precipitem in locum aſtu barbarico me ipel-
lit ut cadam. ¶ At ꝙ rhodanū exilij locū dixi:nō
debet quaſi rerum inſcius ſtupere. Turpe eſt eniꝫ
docto viro de communibus admirari. Legat Be
de librum de temporibus.legat ⁊ Joſephuꝫ. Sco-
laſticam deniqꝫ notam omnibus euoluat hiſtoriā.
Inueniet filium Herodis Archelaum ab augu-
ſto propter eius ſcelera exilio damnatuꝫ. Quo au
tem deportatum? Nempe viēnam Rodani ciuita
tē. Procedat gallus noſter ulterius: ⁊ videbit He
Herodes antipas rodem illum qui cognominatus eſt antipas ſimili
ter relegatum. Quo autem opinemur: niſi ad lo-
cum exilij viennam? Procedat nunc etiam: ⁊ vide
bit Herodem alterum tetrarcham ſcilicet a Gaio
principe Lugdunuꝫ rhodani relegatū.ubi cū uxo
re que illum ad exilium coniugali pietate proſecu
ta erat:miſera morte conſūptus eſt. ¶ Sed nimis
Pōtius Pilatus accelero. Ubi Pontiū Pilatum linquimus:qui iā
antea magnorum reus criminum: Lugdunū quo
qꝫ a Tyberio fuerat deportatus? Dicat nunc Gal-
lus:q̄ꝫq̄ꝫ ſit dicatulus me mentituꝫ:in epiſtola ubi
ad Urbanuꝫ ſcripſi:rhodanū non romanorum pō
tificum ſedem eſſe:ſed reorum atqꝫ exilio damna-
torum. ¶ Pōt quidem non inficior:romanus pon
tifex ſi uelit:non in gallijs modo: ſed in hiſpanijs
aut britannijſ habitare. At quid expediens:qd ho
neſtum:ſua ipſum ſapientia non dubitare non du-
bito. Sibilla uereor. Qui enim potuerunt vnuꝫ ſe
nem uerbis e propria opinione euellere:q̄ꝫto pote
runt facilius vnum iuuenem in communi omniuꝫ
ſententia detinere? De hoc tamen chriſtus viderit.
Sua res agit. Ego qꝛ plus nō datur:duꝫ loqui po
tero nō tacebo. Poteſt Auinionē caput mūdi pre
ſentia ſua facere. Quid ni enim poſſit omnipotentꝫ
domini vicarius: ⁊ Chriſtiani caput populi? At ſi
eā uelit gloria ⁊ honore ac deuotione fideliuꝫ Ro
me parem facere:illi ipſo domino erit opꝰ:ut arbi-
tror qui facit mirabilia magna ſolus. ¶ Ecce autē
inter loquendum mihi quod ſepe accidit in animū
uenit:de quo nihil incipiens cogitaraꝫ. Gaudeāt
nūc igitur ⁊ exultent galli:paruis ⁊ friuolis ex cau

ſis ſoliti gaudere. Magna immo maxima res in-
uenta eſt. Gaudeant inq̄ꝫ ⁊ qui gloriantur in pocu-
lo glorient̄.ubi apud hiſtoricos eſt mentio de hoc
exilio Lugdunenſi:hijs utuntur uerbis. Pro hijſ
oibus deportatꝰ eſt in exiliuꝫ Pontius videlꝫ Pi-
latus. Lugdunū. ⁊ ſequitur. vnde oriunduſ erat:ut
ibi in opprobriuꝫ gentis ſue moreretur. Parua ne
igitur gaudendi cauſa eſt tantum ciueꝫ inueniſſe o
mens hominum obliuioſa ⁊ improuida. Ego qui
dem ex euangelio mirabar: quomodo in paſſione
ieſu chriſti Pontius Pilatus taꝫ prompte manus
lauiſſet:quaſi innocens a ſanguine iuſti illius. Nū
q̄ꝫ facere hoc ſciuiſſet:ni fuiſſet gallus. Gens argu
tula promptula:facetula. Miror ꝙ non etiam lo-
tis manibus ſemel bibit:ut innocentior videretur.
Noueram ab adoleſcentia Pontium Pilatū:gal-
lum eſſe:ſed tempore mihi elapſus in tempore re-
dit:ut cum hoc precone gallorum cōmunicato gau
dio gratularer gallicis nationibus tanto duce no
bilitatis.ut iā fruſtra Roma ſuos ceſares loquat̄.
ſuos Scipiadas: ſuos emilios:ſuos ⁊ marcellos
⁊ fabios: ⁊ metellos: ⁊ pompeios: ⁊ catones: ⁊ cu
rios ⁊ fabricios: ⁊ coruinos: ⁊ decios: ⁊ torq̄toſ:
⁊ flammineos: ⁊ ualerios: ⁊ apprios: ⁊ papyrios:
⁊ camillos. Hijs alijſqꝫ omnibus reſpōdebit Pō
tius:qui non de Hannibale neqꝫ de carthaginēſi-
bus:nō de pyrrho:nō de macedonibus:nō de gal
lis:de germanis: de britānis:de hiſpanis:de vol-
ſcis:de ſannitibꝰ collatis ſignis:ſed de Jeſu naça-
reno lotis manibꝰ illoto animo triūphauit. ¶ No
minatim gallo noſtro gratulor qui bellum mecum
⁊ cum ueritate ſuſcepit nuſq̄ꝫ credo triumphaturꝰ
de nobis:niſi in arcu parui pontis: ⁊ in vico ſtra-
minum:famoſiſſimis nunc locorum omniuꝫ noſtri
orbis:mulierculis pueriſqꝫ plaudentibus: ⁊ quic-
quid contra italiam dictuꝫ fuerit conſona uoce lau
dantibꝰ. Felix natio que de ſe optime:de alijs om
nibus peſſime opinatur: grato ſaltem ſemper le-
ta mēdacio. ¶ Sed nōne ego ſim iniurius qui ſic
famam gallice gentis extenuem: quaſi non ſit eis
alius vir illuſtris niſi pontius pilatus? immo qui
dem ⁊ alij multi ſūt:quos hic vir iratus in oculis
mihi ingerit: ⁊ queritur me dixiſſe. Nullus doctꝰ
in gallia. Quomodo ego dicerem de tam magna
prouincia tot ſtudijs ornata? Nōdum ſic inſaniaꝫ
ut hoc dicam. Sed cum de quatuor illis doctori-
bus agerem:quos poſt apoſtolos: ⁊ euangeliſtas
ꝑmoſ fidei noſtre duces ſancta habet eccleſia:nul-
lum eorum uel in gallia ortum uel in gallia doctū
dixi. Quid igitur an errraui? Bene autem ne gal-
lus intelligit. Sed calumniam ſciens ſtruit.ex me
querens:nūquid eſſem oblitus Hilariū pictauenſ̄.
Minime. Magnus quidem vir:ſed non vnus ex
quatuor. Profert dehinc ſancto agmine mlta ſuo
rum plebeia nomina:que ego nō exiſtimo ultra ſu-
am viciniaꝫ nota eſſe. Miſertus ſum hominis ma
gna claroꝝ hoium ſiue noium penuria laborātis.
Et q̄ꝫ multos ad furtū credimꝰ traxiſſe pauperieꝫ:
quos cupiditas nō traxiſſet. Nempe iter ceteros
quos ad gallie ornamentū trahit iuitos: vnus eſt
Ugo de ſcō victore cuiꝰ ſi ſepulchri legiſſet epigrā
ma:ſciret nō gallū eum fuiſſe ſed ſaxoneꝫ:niſi forte
q̄dā cognatiōe barbarici:oēs barbaros gallos di Ugo de
cat. Sed diſputator argutus aduertere debuit:nō ſcō vic-
omnem propoſitioneꝫ eſſe uerſatilem. Certe enim tore

omnis Gallus eſt barbarus:ſed nō barbarus om
nis eſt gallus. ¶ At foꝛtaſſe non hoīes aſpicit iſte
ſed ſtudium:ut quiſquis Pariſius ſtuduerit:Gal-
lus ſit. Inuitꝰ dicā ſed cogit ſiue urget ueritas. Eſt
illa ciuitas bona quidem ⁊ inſignis regia pꝛeſentia
quod ad ſtudium attinet:ceu ruralis eſt calathus:
quo poma vndiqꝫ peregrina ⁊ nobilia deferantur.
Ex quo enim ſtudium illud ut legitur: ab Alcui-
no pꝛeceptore Karoli regis inſtitutū eſt:nunq̄ꝫ ꝙ
audierim pariſieñ. quiſq̄ꝫ ibi vir clarus fuit. Sed
qui fuerunt externi utiqꝫ: ⁊ niſi odiū barbari ocu
los perſtringeret magna ex parte itali fuere. Pe-
Petrꝰ lō trus lombardus nouarieñ. quem ipſi Petrum lō-
bardus bardi ſolent dicere:ut videatur patris nomen eſſe
Thōas nō pr̄ie. Thomaſ de Aquino. Bonauētura de bal
de agno neo regio. atqꝫ Egidius romanus. multiqꝫ alij. At
Bona- ne ſemper accuſem excuſabiles Gallos non nega-
uētura uerim ſi modice litterati ſunt. Nempe contra natu
ram niti ſepe laboꝛ eſt irritus. Natura autem Gal
li ſunt indociles. Iratus eſt barbarus. Non mihi
autem iraſcatur:ſed hilario ſuo qui pꝛimus hoc di
xit. Teſtis eſt Hieronymus libꝛo in epiſtola ad ga
lathas ſecunda. Fatebitur foꝛſan quod negare ne-
quit. ¶ Sꝫ occurret. Et q̄ꝫq̄ꝫ Galli ſint ingeti ⁊ in-
dociles ⁊ indocti:habent tamē alias virtutes. Ne
qꝫ enim ſolis in litteris eſt humana felicitas. Foꝛ-
tiſſimi viri ſunt atqꝫ victorioſiſſimi. Uellē hercle
ita eſſet. Et ſi enim uere barbarus nullus amabilis
multum ſit:minus tamē odibiles ſunt qui partius
barbariçant. Sed contrariū ſepiſſime ⁊ olim ⁊ pꝛe
ſertim nuper apparuit. Uerumqꝫ experimēto hijs
temporibus depꝛehenſū eſt:quod libꝛo tertio bel
li gallici Iulius celſus ait. Nam ut ad bella ſuſcipi
Iuliꝰ cel enda Gallorum alacer ac pꝛomptus eſt animus:
ſus ſic mollis ac minime reſiſtens ad calamitates per
ferendas mens eorum eſt. Et quid ait pꝛinceps hi
ſtorie? Hijs coꝛporibꝰ animiſqꝫ in impetu vis eſt:
parua eadē langueſcit mora. Sed expecta ne pꝛo
peres. Audiamus Iuſtinum:nec obiciaꝫ Auguſti
nū qui quarto libꝛo ciuitatis dei capitulo ſexto de
Iuſtino ⁊ Trogo quē Iuſtinus abbꝛeuiauit men
Iuſtinꝰ tione oboꝛta:quedam ipſos inquit fuiſſe mentitos
alie fideliores littere oſtendunt. Sed ut nil menti
ti fuerint ⁊ omnia uera ſint:quibus hic barbarꝰ to-
tam fabulā ſuā replet:q̄d inde conficiet? Uerſet ⁊
reuerſet ut libet nihil ibi magne laudis iueniet. ni
ſi ꝙ multitudo Gallici populi ingens fuit: ut eos
ſcilicet Gallia non caperet. Quid hic queſo lauda
bile? Nempe ⁊ muſce multe ſunt: ⁊ culiceſ: ⁊ foꝛmi
ce. Pauci leones:pauciſſimi elephanteſ: Fenix eſt
vnicus: ⁊ omnino ſignū nobilitatis eſt paucitas.
Quis autē queſo tanto in populo vnus aut alter
illuſtris eſt habitus? Relegat illum hiſtorie locū:
⁊ quos inuenerit nobis qui hoc neſcimus annun
ciet. Eſt ⁊ aliud in ea multitudine glorioſū: ꝙ mer
cenarij regum orientaliū fuere. Atqꝫ ſtipendiario
rum nulla vita miſerioꝛ:coꝛpus atqꝫ animam par-
ua mercede uendentium. Eat nunc: ⁊ comparandi
ſtudio ponat hos miſeros:contra romanos rerū
dominos gentemqꝫ togatam. At Gallos ferro om
nia pꝛoſternentes multas pꝛouincias peragraſſe.
Ut ſit ita. Finem reſpicere ſapientes iubent. Eorū
certe qui in italiā uenerunt:nullus omnino ſuper
fuit. Tribus magnis pꝛelijs ad vnū deleti omnes
ne quis in ea gente:ut ait Florus:extaret:qui incē

ſam a ſe Romam urbem gloriaretur. Eorū ꝟo qui
in greciā perrexerunt:nihilo melioꝛ ſoꝛs fuit. Pri
mum mero:qui peculiaris genti mos: dehinc fer-
ro victi omnes occubuere. Bꝛēnus dux illorū qui Bꝛēnꝰ
ſolus in ea hominum colluuie nomen habet:vulne
rum impatientia gladio ſe tranſfixit. Reliqui fugi-
entes ⁊ incōmodiſ multis afflicti:atqꝫ attriti ⁊ pꝛe
uenti ab hoſtibus periere. ut nemo ex tanto exerci
tu qui paulo ante fiducia viriū etiam deos contē
nebat:uel ad memoriā tante cladis ſupereſſet. Te
ſtem ab aduerſario citatū in iudicium:adduco Iu
ſtinū ipſum:cuius hic eſt quarti ⁊ viceſimi libꝛi fi
nis. Et hec ſunt Gallorum expeditiones:hec belli
ca gloria. pꝛo virtute impetus:poſtqꝫ ipetū ruina.
Credo ego iam barbarum ſuſcepti ſponte certami
nis penitere. Sentit enim niſi cerebꝛum bouis at-
qꝫ aſini habet auriculaſ:ſe ratione ſuccūbē. Quid
faciat igitur:niſi quod obſeſſi ſolent:quibus ad de
fendendam urbem nō ſatis eſt animi:in arcem cō-
fugient? Et quia Galliam non poteſt:urbem illam
vnicam famoſiſſimam atqꝫ fabuloſiſſimam defen-
det. atqꝫ ad id ipſū deus bone: q̄ꝫ friuola implorā
tur auxilia. Multo quidem illaudatus eſſe malue
rim: q̄ꝫ a tali laudatore laudari. Uerum quidē hoc
mihi videoꝛ aſſerturus:licet foꝛſitan iurbane ex oī
bus quos legerim nullus vnq̄ꝫ tedioſioꝛ architri
uio illo eſt:quem hic ad pariſienſe pꝛeconiū:uelut
alterum Ciceronem aut Uirgilium implorat. O
que monſtra ſermonis:que uerborum inculcatioꝛ
non tm̄ lectori nauſeam incutiens ac dolorē capi
tis:ſed riſum eliciens ⁊ ſudorem. Uſqꝫ adeo dum
vult omnia dicere:nihil dicit. Unum ex omnibꝰ at
tingendū eſt quo cuncta cōijcias. Roſa inquit mū
di balſamus oꝛbis. O fetidū balſamum: o olentē
roſam. Equidem ex omnibꝰ ciuitatibus:quas mul
tas ab ineunte etate:nunc negocio tractus: nūc vi
dendi diſcendiqꝫ deſiderio circuiui: olentiorē nul
lam vidi, vna excipit̄ Auinio:que in hac parte mi
ſerie pꝛincipatum tenet. Pudeat ꝟo iam tandē de
tam nota uarietate contendere:ne non tā rei obſcu
ritas videatur q̄ꝫ cecitas contendētis. Piget nūc
illas ad inſanias rn̄dere. Auinionem carpſi. Lau
dat iſte marſiliam:urbem fateoꝛ haud ignobilē ⁊ Marſi-
tranquillo poꝛtu ⁊ equoreo pꝛoſpectu: ⁊ qđ pꝛeci lia.
puū hēt romana fide ac deuotione laudabilē:ſine
qua ut dicit Cicero: nunq̄ꝫ noſtri imperatores ex Cicero
tranſalpinis bellis triumpharunt. Sed quo queſo
vir hic pꝛudens:quo pꝛogreditur? Ut inter barba
ros ſuos ſcire aliquid videatur:nihil ad rem perti
nentem illius urbis originem interſerit:que narra
tio ut plerunqꝫ ignorantibus euenit contra ipſum
uertitur. Nam ⁊ feras Gallorū gentes: ⁊ gallicā
continet feritatē. Et poſtremo ſic marſilienſes ad
uentu ſuo gallicam manſueſeciſſe barbariē ut nō
greciam in galliā migraſſe. ipſius hiſtorici uerbis
utoꝛ:ſed gallia in greciā tranſlata videret̄. De quo
rum tranſlatione ſiue aduentu:in libꝛo de conſola
tione ad Helbiam matrem:agens Seneca:maxi-
me trucibus ⁊ inconditis gallie populis ſe inter- Sene-
poſuerunt. Hec diſputatoꝛ callidus non vidit:con ca
tentus multa dicere:ſed qualia non aduertens. Iā
illud quale eſt:duos pꝛoferre nō italos poetas: q̄ſi
quoſcunqꝫ ſubtraxerit italie:ſui ſint: Statium ſcili
cet ⁊ Claudianū:quem facē nititur vienēſem. Ri-
ſi legens dixiqꝫ mecū. O q̄ꝫ male tegeriſ iniuſtitia

niſi uelo ſilētij tegaris. Certe nihilo melius q̃ʒ tuſ-
ſis aut ſcabies. Emergis eni: teqꝫ ipaʒ tuo prodis
iudicio. Uienenſis eſt igit̃ Claudianus? Errat gal
bellantium Gallorum inſtinctu rex declaratꝰ vni-
C uerſo agmine in medio Gallie cōſederat. Poſt ali
quod hoꝛrida certamina hinc inde: ⁊ pꝛeſertiꝫ ad
Goꝛgoniam uario diſcrimine ⁊ magnifice geſta: in
Allexia oppido uallo. xj. milibus paſſuum circun
dato mirabile ſed Ceſaris opus circūcluſerat: do-
nec ducentorum quadraginta octo millium arma-
torum exercitu congeſto: auxilio regis ferme tota
Gallia ſurrexiſſet. Et hi quoqꝫ ceſi: fuſi: qui potue
re ad ſua remearūt. Rex ipſe depoſito faſtu: ſup-
plex ante Ceſaris genua abiectis armis: Et habe
inquit foꝛteꝫ virum foꝛtiſſime viciſti: Et hec noueꝫ
annorum in Gallia Britāniaqꝫ Ceſaris geſta: De-
uicta Gallia non fuit reſiſtendi locus: quin ad iniu
rias Pompeij ceterorūqꝫ emulantium tranſacto
Rubicone Ariminum Ceſar aduolaret: quare ob
ſterritus Pompeius omnem ſenatum trahens in
campaniam pꝛimo: mox Bꝛunduſium uenit: ubi
a Ceſare obſeſſus: ruptis obſtaculis per Hadriati
cum mare in Gꝛecia Dyrrhachiuꝫ tenuit fuga. Ce
ſar ut reuiſeret Romam retroceſſerat: ⁊ exhauſto
erario in Hiſpaniam traductus apud Hilerdā Pe
treium ⁊ africanū Pompeianos duces ferro ⁊ fa
me conſumptos ſupplices ad ſe uenire coegit: ⁊ ex
tota pacata Hiſpania urbē repoſcebat: inſecuturuſ
Pōpeium quem apud Dyrrhachiū ſedeciꝫ milibꝰ
paſſuum conducto uallo circūcluſerat: inde digreſ
D ſo Pompeio ambo tenuere Theſſaliaꝫ: ibiqꝫ victꝰ
atqꝫ fugatus Pompeius: in Egyptuꝫ nauigat: ubi
dolo regis Ptolemei decollatus occubuit. Ceſar
eodem pꝛoperarat: ⁊ hic quoqꝫ cum alexandrinis
terra mariqꝫ ingens bellorum negocium fuit: de-
mum aſſumpto fluctibus rege victoꝛ Ceſar Cleo-
patram gentis reginam relinquenſ per Syriā pꝛo
fectus: reſtituto in regnum minoris armenie Deio
tharo Pharnacē bello victū pōti regno pꝛiuat: Jn
de tenuit africam: ⁊ poſt aliquot clariſſima pꝛelia
tres duces aduerſe partis pꝛoſtrauit: Scipionem:
Jubam regem: ⁊ Labienum. Cato Utice ultro re
petitum gladio pectus tranſfixit: victoꝛ ad Jtaliaꝫ
redijt: mox ad Hiſpanias conuerſus: apud mūdā
ancipiti euentu Gneum ⁊ Sextuꝫ magni filios ex-
pugnat triginta milibus Pompeianorum ceſis: in
fuga obtruncato Gneo. Hinc domitoꝛ gentium ro
mam regreſſus: quiquies triumphauit. De Gallia
atqꝫ Bꝛitānia pꝛimus triumphus: de egypto ſecū-
dus: de Pharnace ⁊ Pōto tertius: quartus de Ju
ba ⁊ africa: de Hiſpania quintus fuit.

¶ De diuo auguſto Ceſare Octauiano. Ca. XVIII.

D Juus Auguſtus Ceſar Octauianus certiſ
ſimum romani imperij columē. xvij. etatiſ A
anno cū Hirtio ⁊ Panſa cōſulibus aduer-
ſus Marcū antonium decimuꝫ Bꝛutum tūc Mu
tine obſidentem pꝛo pꝛetore miſſus: pꝛimo confli-
ctu parum pꝛoſpere pugnatum eſt: interempto Pā
ſa: ſecundo pꝛelio exanimato hirtio: ferox iuuenis
ſuperſtes deuictū fugauit roma antoniuꝫ. Reuer-
ſus ſe inuiſum ſenatui ſenſit: quare aduerſus ingra
tiſſimos ciues cuꝫ Lepido ⁊ Antonio federe ſe iū
xerat: ⁊ cōſul creatus in urbe relicto Lepido cum
Marco Antonio interfectores Ceſaris Caſſiuꝫ ⁊
Bꝛutum inſecutus in Gꝛecia tenuit Emathiam.
Poſtremo vir armis ſuperati parricida Caſſius
ceruicem: Bꝛutus latera ultro pꝛoximiori ferro ob
tulerunt. His itaqꝫ geſtis inter triūuiros triparti-
to imperio: Aſiam tenuit Antoniuſ: Lepidus afri
cam: Octauianus europam. Hec inter Luciꝰ An-
tonius conſul: Marci Antonij frater: urbem: hoſti
liter inuaſerat: Jmperioſum iuuenem oppꝛeſſuruſ B
quem pꝛelio victum ac fugatum: ⁊ Peruſij obſeſ-
ſum impellēte fame viribus ſuis Octauianus ſuc
cumbere coegit. Jnde ſextum Pompeiuꝫ Magni
filiuꝫ qui infeſtatione piratica vndiqꝫ maria terro
re impleuerat: trecentarum nauium claſſe toto ma
ri diſperſa expugnatum reddidit: in fugam uerſuꝫ
eodēqꝫ ſucceſſu cum Lepido qui ex africa multitu
dine armorum uenerat: occaſione data in Siciliaꝫ
confugere pꝛoperauit. Et hic quoqꝫ victoꝛ miſere
vitam imploranti remiſit. Ad hadriaticū littꝰ pꝛo-
fectꝰ Jllyricos: Liburnos: Dalmatas vincere ma-
turauit: ad Actium pꝛoinde grecie pꝛomontoriuꝫ
ubi cum regina Cleopatra ducentarum nauium
claſſe: Marcus uenerat Antonius: armis petiturꝰ
Jtaliam: ad ſummum cladis terreſtri naualiqꝫ pꝛe
lio certatum eſt. Deniqꝫ victore Octauiano Anto
nius cum regina in egyptuꝫ infauſta uela dedere.
Octauianus hoſtem inſecutus: penes ipſum Pha
ruꝫ pꝛelio deleuit Antonium: qui in Alexandrina
urbe obſidione recluſus: in ſe gladio uſus interijt:
quem regina imitari conata: ultro admotis ſerpē-
tibus uenis paulatim deceſſit. Uictoꝛ ad Jtaliam C
pꝛofectus de Jllyria deqꝫ actiaca victoria ⁊ de egy
pto triplici triumpho introijt urbem. Et clauſo ia-
no pacis indicio: quia rem romanam auxerat: ab
augendo Auguſtus cognominatus eſt. Sed diu-
tius quieſcere nō potuit: rebellione gētiū cōcitus.
Jgitur recluſo Jano ad Hiſpanias extrema ocea-
ni littora traductus: Cantabꝛos ⁊ Aſturos ⁊ totā
peruagatus pꝛouinciam terrore armatoruꝫ docu
it ſeruare mādata. Scythe: Sarmate ſimul ⁊ Par
thi: qui intra ſeptentrionem ⁊ oꝛtum ſolis terras in
colunt: ad Auguſtum ſe ad obſequia paratos mi-
ſerunt. Tigranem in Syria a Gaio auguſti legato
victum penituit defeciſſe: Boſphorum ⁊ Pꝛopon
tidem ſubmiſſius ſe gerere docuit. Agrippa itaqꝫ
ad orientem per legatos omnibus pacatis ex occi
duo littore romam reuectus: Auguſtus Januꝫ de

integro clauſit:quē paulopoſt reſerare opportunū
fuit:in arcticū polū ire coactus:ubi ferociſſime gē
D tes auſe erāt cōtrafacere. Ideoqꝫ Uſipetes:Mo-
ricos:Brēnos:Uindelicos:Salaſſos:Hermanos
Marcomānos:Cheruſcos:Sueuos:Sycābros:
Dacos:Meſios: ⁊ quicqd citra ultraqꝫ Rhenum:
Danubiū barbaries effera ſpectat:ſic ꝑdomuit:ut
obnixe paterentur imperia. Ad meridiem Coſſus
miſſus Hetulos vicit:Haramantas ⁊ Marmari-
das: ⁊ quicquid ad auſtrum pacādum reſtabat cō
poſuit. Itaqꝫ:Aſia:Africa:demum ⁊ Europa ſub
actis:nil vincere ſupererat:q̈re auguſtus Romaꝫ
regreſſus:tertio integra pace ianū firmauit: ⁊ inge
nia ſic floreſcere viſa ſunt:ut ipſius ſeculi etas qua
Chriſtus noſter ac deus ex virgine natus eſt:nul
liqꝫ ante uel poſtea fuerit morum celebritate litte
ris ⁊ militia ſic conferēda.

De Flauio Ueſpaſiano. Cap̄.XIX.

A V Eſpaſiani glorioſiſſimi atqꝫ oīuꝫ clariſſimi
p̄ncipis arma victricia:hoc loco arta rela-
tione laudū ſuaꝝ notitiā perſequuntur. Is
ſub Claudio Tyberio ab auguſto quarto impera-
tore in Hermaniā p̄us:mox in Britāniam miſſus:
plerūqꝫ fuſis ac fugatis ac ceſis hoſtibus:aliquot
ualidiſſimas urbes ⁊ oppida vigiti numero in im
perij poteſtatē redegit: Poſt imperante Nerone:
ad ultionē ceſi exercitus romanoꝝ cōſul in iudeaꝫ
cū Tito filio eius legato miſſos primo ſtatim ad-
uentu in Hallilea cūcta flāmis ferroqꝫ populatus
urbes ⁊ oppida tumultuoſo armoꝝ terrore ꝯcuſſit
Joſephūqꝫ virū utiqꝫ litteris ⁊ militia clarum qui
multitudine gentiū obuiā proceſſerat:ſola noīs fa
ma in fugā uertit: ⁊ Jotapatā ⁊ munitiſſimas ur-
bes dura morte ꝓſtrauit:quibus icēdio datis pe
remptorū numerus ⁊ captorum ad quadraginta
milia fuit. Africa.xij.milibꝰ oppidanoꝝ ceſis ſca-
lis ſuperata ac dirrupta circa radices mōtiſ Hari
B ꝣij:Samaritanoꝝ duodeciꝫ milia ⁊ ſexcenti obtrū
cata: Jopen tutiſſimū paleſtine oppidū ad quatu-
or milia ciuiū trucidata ruine eius permiſcuit. Ty
beriada qꝛ pacifice quia pacifice tenuit arma:inte
gra ſteti t. Tharicheas urbs ſumma qdē Titi Ue
ſpaſiani virtute obtēta eſt.iudeoꝝ ſex milibꝰ quin-
gētis ceſis:triginta milibꝰ iure belli uenundatis:
electiſſimis iuuenibus mille Neroni tranſmiſſis.
Hamola uario diſcrimine oppugnata ⁊ miſerabi
li obſtantium clade ſic deleta: ⁊ quinqꝫ milibꝰ Iu-
deoꝝ ⁊ cōiugibus ⁊ filijs e menibꝰ ſeſe p̄cipitātibꝰ
ex toto deſolaret̄. Hiſcala armis obtēta:duobꝰ mi
libus qui aufugerant in itinere trucidatis. Matro
ne cū infantibus ad tria milia capte. Jania ⁊ aꝣo-
tū victricibꝰ ilico ceſſere armis. Hadara ſubito im
petu capta ⁊ direpta:fugientiū ſupra iordaneꝫ:ad
tredeciꝫ millia ferro necata:ultro duo milia capta
Hallitie regio:qꝛ rebellarat:iterū arma in ſe acriꝰ
cōuerterat q̈re miſerabili populatione vndiqꝫ ua
C gatus ꝯſul oīa uaſtatū ire permiſerat:ſubactis Ly
da ⁊ Jānia. Inde ultro ꝓgreſſus Metropoliꝫ ob
ſidione circundat: Thopartiam ⁊ Betheleton alia
qꝫ oppida cepit. In idumeorū ꝓuīcia Bethabrim
⁊ Caphurtoſiū gētis munimina:quia obſtiterant:
iudeoꝝ decē milibꝰ trucidatis:mille captis peſſun
dati ſunt. Heraſom:oppidū expugnatū ⁊ flammis
recōmiſſū:mille qui reſtiterāt obtrūcatis:hinc per
diuerſa iudee reuolutis ſignis:cede: ferro ⁊ igne
in urbes ⁊ oppida victritia ſtrepuere arma. Tare
ga ⁊ Euphre cū ipſis ciuibꝰ oppreſſis:uerſus hie
roſolymam ꝓinde cecinere ſigna:ut fumo ⁊ pulue
re urbis obfuſcarētur menia. Dū ad oriētē hec ge
runtur: Nero:mox Halba: poſtremo Ottho occi-
derant imperatores: ⁊ Uitellius oīum ſceleratiſſi
mus iā iperare acceperat:quare exercitus qui ſub
clariſſimo duce in iudea armis elaborabāt idigna
ti ſub tā ineptiſſimū principeꝫ:rē romanā ueniſſe:
Ueſpaſianū ſūme rei iperatorē creāt: Hec iter Ro
me Uitellius gladio ſtercore ilico perfoſſus in Ty
berim diſtractus: quare Ueſpaſianus qcqd belli
iudaici ſupererat agēdū. Tito filio ꝯmittēs:ad ita
liam redijt: ⁊ urbeꝫ ſūma oīum alacritate igreſſus
primo uenerat ꝰ ſacra pro rebꝰ proſpere geſtis dijs
humaniſſime gratias egit.

De Tito Flauio Ceſare. Cap̄.XX.

T Itus Flauius Ceſar clariſſime indolis iu A
uenis ac rariſſimū v̈tutis ornamētū:ſe iter
ſereniſſimoſ p̄ncipū digne enumerādū tra
dit. Is admodū adoleſcēs ſub genitore militās in
iuidia iter cetera ꝑ eū ſtrenuiſſime geſta:q̊dā acer
rimo conflictu duodecim ex hoſtibꝰ qui aduerſus
ſe irrūpāt duodeciꝫ ſagittarū ictibꝰ letali vulnere
ꝓſtrauit. Poſtremo Hieroſolymā eternū iuuenis
decus vincere ſuperat:que a p̄re cōcuſſa a filio di-
ruēda poſcebat̄. Ideoqꝫ poſt aliquot prelia añ ur-
bis cōſpectū uario utriqꝫ diſcrimine magnifice ge
ſta bellicis inſtrumētis vnq̄ꝫ pulſatis menibꝰ:per
hiatū ruine urbis angulum Romanus obtulit: Et
dum ad ſecundi muri fragmenta preſtanter ⁊ oci-
us Titus cōtēdit:cū iudeis admirabile negociuꝫ
fuit: Ita ut uota romani pari clade aſſequerētur:
Tertia menia vincēda reſtabant:que ſummo tan-
dem labore ⁊ machinis concuſſa ac dilapſa:noctu
claꝫ interfectis cuſtodibus: ingrediendi aditū de
dere. Subinde acrius fuit cum ipſo phano q̄ꝫ cum
urbe pugnare: ⁊ maiora inteſtina q̄ꝫ exteriora cer B
tamina: Namqꝫ circa templum eminentiſſimum
Salomonis:opus cum iudeis ingens: ⁊ cruenta
indies eruptio pugne fuit: ⁊ plerunqꝫ ſtrage mul-
torum retrocedere coacti ſunt romani. Sed deſi-
derio vincēdi magis ac magis flammatus animo
ſiſſimus iuuenis:ſuos in agmen reſtaurauerat: ⁊
hic quoqꝫ infauſte depulſi Romani vincuntur.
Nec ob hoc remiſit animū vir fortiſſimus:qui vir
tute cuncta relegerat: Ideoqꝫ de integro in hoſtē
atrocius inuectus:ardua phani ſchalis ⁊ vi armo
rum adortus:telis ſaxiſqꝫ potitus cuꝫ reſiſtere nō
poſſet: ſtrage ſuorum retrocedere coactus eſt. At
ille indefeſſus ⁊ laboris patiēs:virtute ſue obtem
peraturus:ad certamen animatis ſuis in prelia re-
uerſus aduolat: ⁊ multo acrius inter militē ⁊ im-
peratoreꝫ vincere dimicauit:ita ut hoſtes ceſi cru
enti ſeceſſiſſent. At ubi poſt triduum in agmen ip-
ſe rediret:a quodam Romanorum intra feneſtraꝫ
ad penetralia templi tendentem iniecta face:ex tē-
plo ad ardua concrepuit flamma:quare illud grā-
de perfide gentis ſanctuarium fama percelebre:
anno milleſimo trecenteſimo trigeſimo: poſtq̄ꝫ a
Salomone conditum fuerat incendio conſumptū C
iacuit ſolo: Hec inter tanta iudeorum ſtrages fuit:
ut miſeranda Hieroſolyma ſuorum cruore vndiqꝫ
affluenter manaret. At ubi flammis demum om-
nia commiſſa eſſent:urbs obſtinatiſſima cineri ili-

co ceſſit iudeorũ igne:ferro ⁊ fame peremptorum per omne bellorũ tẽpus ſub parte ac filio:vndecies cẽtena milia fuiſſe Joſephꝰ affirmat clariſſimus hiſtoricus ac iudeos reliquos uenũdatos ac toto orbe terrarũ diſperſos ſeptẽ ⁊ nonaginta milia declarat. Jta ꝙ oibꝰ explicitis ſumma oium alacritate inuictiſſimus iuuenis ab vniuerſo exercitu Ceſar cognominatus eſt: ⁊ ad italiã ꝓfectus ſenatu: populoqꝫ romano occurrẽtibꝰ:ſummo ⁊ a patre ingenti apparatu ſuſceptuſ introijt urbem. Proinde pater ⁊ filius vno reſidẽtes curru:de iudea ſpecioſiſſimũ duxere triũphũ:quẽ iter trecẽtos ⁊ viginti triũphos ab urbe ꝯdita clariſſimũ fuiſſe ꝺ̄ſcribũt.

¶ De Ulpio Traiano. Cap. XXI.

A l Abor ingeniũ virtutis glorioſiſſimũ iuſtitie ⁊ pietatis exẽpluȝ Ulpius traianus breui repñtatione hoc loco referẽdus erit: Cuius arma ⁊ ſi ampliori loquẽdi ſtilo ꝓſequẽda erãt neceſſitati cedere patiant̄. Js primo ubi imperare accepiſſet reintegrãdi iperij qꝺ̄ prioꝝ ꝑ̇ncipũ ignauia iã pene abſumptũ ⁊ viribꝰ exhauſtũ videbatur alto aio ꝯſtat agitaſſe ꝯſilia. Nec mora fuit ad Archon primo ꝯuerſus in Germanoꝝ ferociã qui defectione aſſidue rebellarãt:ualidiſſimo ipetu ſigna cõmouit:quos poſt multa ⁊ horrida prelia ita conflictos ſubegit:ut ipſi attriti ⁊ ferme funditꝰ oppreſſi: Romane virtuti ſubmiſſius ſuccumberẽt. Nec prius inde diſceſſit ꝙ̄ ceteras nationes inuaderet armis ⁊ ſuperatis:qui cõtrafacere auſi: nõ modo clariſſimus:ſed ⁊ cruentiſſimus ultor ad orienteȝ tranſmeare equoreum feſtinauit:ubiqꝫ Armenia: Parthis erepta: Syros quoqꝫ aſſiduo marte calcauit:ad Propontidẽ ſigna reflectẽs Boſphorum adortus:oẽ Ponti regnũ ſuperat: Jnde ꝑdomuit albanos:vicit ⁊ feroces Sauromatas:qbus ſeruitutis frenũ impoſuit ad Colchos ⁊ Scythas Hircanoſqꝫ cuncta vincẽdo:uſqꝫ progreſſus ita ut Tanais limẽ quo primuȝ ab Europa dirimitur Aſia:

B ſub ipo gelido ſitu abſterreret armiſ:mox idagine qͦdã circũdato exercitu:horriſono armoꝝ terrore ꝑ̄ſtinũ relegẽs iter. Seleuciã theſiphõtẽ urbes ac Babylonẽ iuaſit: Cõtremuẽ ⁊ arabes parẽ coacti: nec Perſides euadere potuere:qn victoris ꝑ̄cepta ſeruarent. Hinc ultra mõtis Tauri iuga cuncta pacando:oblique tranſuerſus mare rubrum inſpexit quo onuſta claſſe depreſſo remigauit ad Jndoſ:ut illis pridem ignotis Romana oſtenderet arma. Uñ victor remeãs Tigridẽ ⁊ Euphrates poſtremo ſupare conatꝰ:toto oriẽte auro vibrãtia circũtulit ſigna:ut gl'ioſior ſuã reuiſeret italiã. Qui urbi Rome reſtitutꝰ iclyto curru triũphãs: uti quodã munꝰ celeſte receptꝰ magnitudine reꝝ:eqdẽ vnice cõtẽplãdus fuit:cũ nemo alter felicior auguſto melior Traiano:aſſidue ſit cõclamatũ. Et quia rẽ publicã nõ modo viribus augendo:ueꝝ ẽt ruinis deꝑ̄ſſam urbẽ reſtaurãdo in priſtinũ decꝰ reformauerat:ueluti alter Romane urbis cõditor cũ Romulo eq̄ri uoluerũt. Cuiꝰ ſtrenuiſſima geſta erea imagine celata:vnicũ poſteris exẽplar foro poſita ſunt:vir generoſi ſpũs cumulatiſſimis laudibꝰ ad ſydera ſublimãdus.

¶ Epitomatis quorundã illuſtriũ viroruȝ:poſt celeberrimi uatis Franciſci Petrarche obitũ: Lombardi de Siricho Patauini:explicit Supplemẽtum.

¶ Famoſiſſimi Oratoris: Hiſtoriographi ⁊ Poete Beneuenuti de Rābaldis in Libellū ſuū qui Auguſtalis dicitur: continēs ſub cōpēdio breuē deſcriptionē Auguſtorū: ad illuſtrē Nicolaum Marchionē Eſtenſem. Prefatio.

o Ptas clariſſime Marchio Heroicaꝝ
cultor virtutū poſſe: faciliter ⁊ cito in
ternoſcere bona ⁊ mala p̃ncipū Ro-
manoꝝ: ut utrorūqꝫ fine notato: cau-
tior fias eminēti in ſpeculo exēplorū
parebo libēs ⁊ calculātis more rem magnā breui
ratione ſummabo. Quia nō modicū cōfert cōmo
ditatis ad cognitionē rerū geſtarū: preſertim poſt
q̄ uenit tp̄s grē: quo rex vniuerſi ⁊ urbē ⁊ orbē to
tū ad vnā uoluit redigi monarchiam: noſſe annos
qbꝰ qſqꝫ p̃ncipū imperauit: nō per modū narrātis
ſed potiꝰ numerātis ſinguloꝝ tp̄a breuiter: imo trā
ſcurrēter perſtringā lucido cū ſermone. Eſt autē
utiliter preſciendū: ꝙ oēs hiſtoriarum deſcripto-
res catholici: ſiue in obſequiū fidei ſiue ob aliā cau
ſam: ſicut Oroſius in Ormeſta mundi: ⁊ alij plu-
res incipiunt deſcriptiones a Ceſare Auguſto: qa
ſub eo Chriſtus naſci dignatus eſt: a quo incepit
primitiua eccleſia: uel quia diutius imperauit: ⁊
ſalubrius rēpublicam gubernauit. Unde videtur
uelle: ꝙ Gaius Ceſar fuerit potius quidā precur-
ſor imperij: ſicut Baptiſta fuit precurſor dn̄i. Oēs
ṽo gentiles hiſtorici incipiūt a Julio Ceſare ſicut
Suetonius ⁊ alij multi: quos magis ſequi intēdo
qa nō aliō q̄ ueritatē tradere poſteris curauerūt.

¶ Eiuſdē Famoſiſſimi Oratoris hiſtoriographi ⁊ Poete Beneuenuti de Rābaldis Libellus qui Auguſtalis dicitur breuiter comprehendens deſcriptionem omnium Auguſtorum uſqꝫ ad tempus ſuū: Feliciter incipit.

Julius Ceſar. p Rimus igiť qui Romanorū ar
ripuit iperium fuit Juliꝰ Ceſar
Lucij filiꝰ: ualētiſſimꝰ oiuꝫ p̃nci
pū qui in vigore ai nō hūit parē
nec ante ſe nec poſt ſe. Hic vixit
annis. lvj. Imperauit aūt poſt fi
nem bellorum ſuorum annis tri
bus ⁊. vij. menſibus. Interfectꝰ
eſt in medio ſenatus vigintitribus vulneribus.

Auguſtꝰ Octauianus. c Eſar auguſtus dictus Octauianus: a nati
uitate pronepos Ceſaris ⁊ filius adopti-
uus ſucceſſit illi in imperio. Hic fuit feliciſ
ſimus oium p̃ncipū prioꝝ ⁊ poſterioꝝ: Nam alta
prouidentia ſua imperauit prudēter ⁊ laudabiliter
tot annis: quot Ceſar vixerat: ſcilicet. lvj. De qui-
bꝰ regnauit. xij. cū Antonio ⁊ Lepido triūuir. Re-
liquū ſolus cū magna pace ⁊ tranquillitate orbis
clauſo tēplo Jani: ⁊ vixit annis. lxxv. minus. xxv.
diebus mortuus eſt feliciter apud Nolam ciuita-
tē cāpanie.

Tyberius. t Yberius p̃uignus Auguſti ex Liuia ado
ptatus ab eo: heres fuit imperij. Hic ut ait
Plinius fuit triſtiſſimus hominum ſenex:
fediſſimus omni turpitudine luxuriaꝝ ⁊ ebrietatū
fuit tamen ſtrenuus victor in iuuentute: de quo di
cit Oroſius: ꝙ ex māſuetiſſimo p̃ncipe cōuerſus
eſt in ſeuiſſimā beſtiā: cū nō ipetraſſet in ſenatu ꝙ
ipſe pro deo haberet. Mortuꝰ eſt graui morbo uel
ueneno. Uixit annis. lxxviij. Imperauitqꝫ. xxiij.

g Aius Caligula pronepos Tyberij natꝰ ex
germanico filio Druſi qui fuerat frater ip- Gaiꝰ
ſius Tyberij. Hic fuit iuuenis peſſimꝰ om Caligula.
nium excepto Nerone: oi ſcelere ꝯtaminatus: qui
vixit annis. xxviij. Imperauitqꝫ annis tribus: mē
ſibus decem: diebus octo. Interfectus cōiuratio-
ne ſuorum. xxx. vulneribus ⁊ turpiter tractatus.

c Laudius nepos Tyberij natus ex Druſo Clau
patruꝰ Gaij Caligule: idifferens fuit ⁊ uari dius.
us multū: qui a prima etate fuit ſemꝑ infir
mus vilis ⁊ triſtis. Unde cū debuit ſuccedere Ty
berio in iperio Gaius fuit ſibi prelatus: fuit tamen
ſatis utilis ſed infortunatus in uxoribus: De qua-
rū vna Meſſalina ſcribit Cornelius tacitus: ⁊ Ju
uenalis dicētes: Et laſſata viris nōdū ſatiata receſ
ſit. Altera ṽo Agrippina mr̄ Neronis: que ipſum
Claudiū uenenauit in fungis. Claudius vixit an-
nis. lxiiij. Imperauitqꝫ. xiiij.

n Ero de gēte Domitia preuignus Claudij
⁊ gener eiꝰ adoptatꝰ fraude Agrippie. hic Nero
fuit neqſſimus oium hoſtis humani gene-
ris: ⁊ iō iudicatꝰ eſt hoſtis a ſenatu. Inťfecit ſe pu
gione quarto miliario lōge ab urbe cū iperaſſet an
nis paulominus. xiiij. Uixitqꝫ annis. xxxij. ⁊ fami
lia Ceſarum in Nerone defecit.

g Alba ſenex de nobili ſtirpe Sulpitioꝝ ſe- Galba.
ptimꝰ poſt Neronē: vir vitioſus: cōmiſit ſe
totū regendū vitioſiſſimis ſeruis: vn̄ oibꝰ
odioſus occiſus eſt in foro a militibus Otthonis
cū iperaſſet mēſibus ſeptem. Uixitqꝫ annis. lxxiij.

o Tho octauus imperator: fuit nobilis ho- Otto
mo natus ex equite Romano non poterat octauus.
eſſe bonꝰ: quia fuerat familiariſſimus Ne
roni: fuit tamen militibus dilectiſſimus: qui victꝰ
a Uitellio ſe occidit pugione cū iperaſſet nonagin
ta diebus: anno etatis ſue. lvij.

v Itelliꝰ nobilis de gēte Uitellioꝝ: vir ꝓfun Uitel
de gule ⁊ crudelis: qui a pueritia fuit edu- lius.
catus inter meretrices Tyberij: vitupera-
tiſſime occiſus in furore populi inter oia ludibria
⁊ torneamēta. Regnauit menſibus octo: Uixitqꝫ
annis. lvij. Et nota ꝙ Oroſius Otthonem ⁊ Ui
tellium abijcit de numero p̃ncipū romanorum.

v Eſpaſianus nobilis de gēte Flauia: ſucceſ Ueſpaſianus.
ſit decimꝰ in iperio Uitellio: cū eēt dux bel
li iudaici ꝑ Nerone. Hic fuit ſapiēs ſenex
⁊ utilis reipublice: qui vixit annis. lxix. mēſibꝰ tri
bus ⁊ diebus. vij. Imperauit annis. x. ⁊ mortuus
ex fluxu uentris.

t Itus Ueſpaſiani filius: clariſſimus omni Titus
virtute: glorioſiſſimum triūphuꝫ duxit de filius
iudeis ſimul cū patre: quia ſimul ambo im ueſpa
perauerūt. Uel quia dicit Plinius optimus teſtis ſiani.
qui aſcribit Ueſpaſiano. Et hic amore omnium te
nuit imperium ſolus annis duobus: mēſibus duo
bus: ⁊ diebꝰ. xx. Uixitqꝫ annis. xlj. ⁊ mortuus eſt
febre cū magno planctu omnium.

d Omitianus filius ueſpaſiani: frater Titi: Domi
hoſtis virtutuꝫ: patris ⁊ fratris crudelis tianꝰ.

hoſtis virtutũ:patris ⁊ fratris crudelis ſanguinarius:perſecutor muſcarum ⁊ chriſtianornm ⁊ iudeoꝝ : qui vixit annis.xlv. Jmꝑauit.xv.occiſus a ſuis in camera.

Nerua.

n Erua ſenex ſatis nobilis : honeſtus ⁊ modeſtus:contrarius Domitiano : factus eſt Jmperator opera occiſoꝝ eiuſ:qui adoptauit Traianũ in filium ꝓpter egregiã eius virtutez. Uixit anuis.lxxij. Jmperauit anno vno ⁊ mortuus eſt morte naturali.

Traian⁹.

t Raianus ortus Rome:cuius antiqui fuerũt Hiſpani:optimus fuit omniuz auguſtorum ſumme iuſtitie:clemẽtie ⁊ ciuilitatis: qui vir diuinus mirabili virtute ⁊ felicitate Romanum imperium ſatis infirmatuz magnifice ampliauit.Hic vixit annis.lxviij.menſibus octo: ⁊ quattuor dieb⁹. Jmperauitqꝫ annis.xviij.menſib⁹ ſex: ⁊ mortuus eſt ex fluxu uẽtris.

Hadrianus.

h Adrianus ut ſcribit Spartianuſ:natus ex cõſobrino Traiani fili⁹adoptiuus eius:cuius fuerunt maiores in italia temporibus Scipionum:vir magne ſcientie:maxime eloquentie:nũc crudelis:nũc clemẽs:qui plus ꝑcurrit prouicias romani imperij q̃ aliquis aliuſ imperator. Hadrianus vite tedio afflictus petebat occidi : ⁊ mortuus eſt anno etatis.lxxij.menſe quinto cũ imperaſſet annis.xxj.mẽſibus.xj.

Antonius pius.

a Ntonius Pius gener Hadriani : ⁊ filius adoptiuus:vir forma pulcher:inſignis ingenio ⁊ eloquio : magne litterature : moderatiſſimus ⁊ benigniſſimus:qui romanuz imperiuz plus ſtuduit cõſernare q̃ ampliare:habẽs illud in ore Scipioniſ:Malo vnũ ciuem ſeruare q̃ mille hoſtes occidere . Antonius perijt anno.lxx. ĩperauit annis.xxiij. Mortuus eſt ex febre quaſi dormiens.

Antonius ueruſ

a Ntonius uer⁹ gener Pij ſucceſſit ei in iperio cũ Lucio fratre ſuo. Jſti duo frẽs ꝑmi ſimul uocati ſunt auguſti. Jſte uerus ſapiẽtiſſime celauit ⁊ ſupportauit vitia fratris : qui regnauit ſecum annis.xj. Fuit enim magnus philoſophus:ſanctitate vite omnibus preponẽdus:nunq̃ mutãs vultũ:qui vir tãte virtutis poterat dici felix:ſi uxorem Fauſtiuam ⁊ filium commodũ nõ habuiſſet. Jmperauit annis. xviij. Uixitqꝫ.lxj. ⁊ mortuus eſt ex morbo.

Antoni⁹ cõmod⁹

a Ntonius commodus fili⁹ ueri : paternaꝝ virtutum hoſtis crudeliſ luxurioſus qui a pueritia fuit toto corpore omni turpitudine fedatus:trecẽtas meretrices ⁊ totidẽ pulchros pueros habẽs in palatio:infamator oium:ab omnibus incommodis cuz imperaſſet.xiij.annis ſtrãgulatus fuit cũ magno commodo omnium.

Pertinax

p Ertinax factus imperator mandato ſenatus fuit genere ignobiliſ ex patre libertino ſed moribus nobilis:ſenex uenerabilis: tẽperatus:contrarius Cõmodo. Reputatus eſt auarus:dilectus populo ⁊ militib⁹ odioſus:Unde occiſus eſt a militibus odioſus.Uñ occiſus eſt a militibus in domo ſua opera Juliani.Uixitqꝫ annis lx. ⁊ mẽſibus.vj. ⁊ .xxv.diebus.

Julian⁹ didyus

i Ulianus didyus poſt pertinacẽ aſſumpſit imperiũ:qui fuit nepos Juliani magni iuriſconſulti:quod magis nobilitauit eũ:Cuius antiqui fuerũt de Mediolano. Julianus fuit parciſſimus hominuz miſerrime viuẽs:vnde odio ſus populo:deſert⁹ ob omnibus : priuatus eſt imperio auctoritate ſenatus ⁊ in palatio occiſus.Uixitqꝫ annis.xlvj. ⁊ mẽſib⁹.iiij. Jmperauit.ij. mẽſibus. ⁊ diebus.v.

Seuer⁹

ſ Euerus ſolus in numero principuz fuit ex africa:qui vir fortis magna bella geſſit:terribilis ſenatui ⁊ populo:ſed militibus amabilis:qui maius ſtipendiuz dedit q̃ aliqs imperator.Hic tãtũ annone reliquit in morte ꝙ ſufficere poterat urbi.vij.annis dando.lxxv.milia modiorum in die. De quo dixit ſenatus ꝙ nunq̃ debuiſſet naſci uel nunq̃ mori. Uixit annis.lxxix. Mortuus eſt in Britannia cum imperaſſet annis.xviij.

Baſſianus.

b Aſſianus filius Seueri dictus antonius charatallus ſucceſſit patri in imperio aſperior eo luxurioſus multũ:qui Papinianuz magnum iuriſconſultuz trucidari fecit:quia reprehendebat euz ꝙ duxerat Juliã nouercam ſuam in uxorem.Hic imperauit annis quaſi ſex ⁊ occiſus eſt apud Charias inſidijs macrini prefecti : anno etatis ſue.xliiij.

Macrinus.

m Acrinus occiſo Baſſiano arripuit imperiũ homo omnium vitiorum : viliſſime natus ⁊ viliſſimus ſeruus ſub Cõmodo:fuit crudelis:ſanguinarius : inuentor nouarum mortium ſed poſt annum ſui imperij fuit occiſus apd antiochiam ab Heliogabalo.

Uarius Heliogabaluſ

v Arius Heliogabalus reputatus filius ſupraſcripti Baſſiani ex Semirama vulgatiſſima meretrice ad cuius uoluntatem fecit oia:turpia ipurior omni beſtia:occiſus eſt cõiuratione militum : ⁊ deiectus in cloacam ſtercorariam ⁊ mater cum eo digniſſima tali filio luxurioſo:prodigo:ſcenoſo qui nõ eſt nominandus homo ſed upupa fediſſima: Jmperauit annis tribus.

Alexander.

a Lexander filius Uarij Heliogabali natus ex Mamminea chriſtianiſſima muliere:accepit Jmperium ad remedium generis humani:qui iuuenis: virtuoſiſſimus:purgatis ſordibus Heliogabali:rempublicam ſalubriter gubernauit conſilio Ulpiani qui fuit legalis ſcientie princeps. Habuit iſte Alexãder omnes dotes nature ⁊ fortune: ⁊ vitam bonorum principuz metrice ſcripſit. Uixit annis.xxxix.menſibus tribus diebus.xij. imperauit annis. xiij. Occiſus eſt in Gallia a militibus opera maximiani : quod indigniſſimum viſum eſt . Nam omnes boni pricipes ut plurimum bene mortui ſunt: ⁊ mali male.

Maximianus

m Aximianus natus de regione Thracie;ex patre ⁊ matre barbaris :ſine auctoritate ſenatus:a militibus appellatus eſt auguſtus:qui fuit magnus ut gigas : fortiſmus ferus : aſper ⁊ ſuperbus nullum animal eo crudelius fuit in terris:vnde milites in africa fecerũt imperatorem Gordianum ſenem grauiſſimum : ſed Maximianus occiſo Gordiano ⁊ filio eius iuuene ueniebat contra romam fulminans. Senatus uero territus fecit tres imperatores contra eũ:ſcilicet Pupienum: Albinum ⁊ Gordianum paruulum nepotem Gordiani ſenis interfecti. Maximianus uero apud aquilegiam occiſus eſt a militibus cum filio ſuo cum imperaſſet annis tribus.

Gordianꝰ tertiꝰ

g Ordianus tertius qui appellatus fuerat Auguſtus a ſenatu cum Pupieno ⁊ Albino: Illis occiſis fraude militū qui iam imperauerant duobus annis ſolus tenuit imperium ualde puer. Cui nihil deficiebat niſi etas: amabilis ⁊ gratioſus. Hic cū bella feliciter gereret in oriēte: cōſilio Māſichei ſoceri ſui viri prudentiſſimi: occiſus fuit a militibus fraude Philippi Arabis dicentis ꝙ puer neſciebat regere imperiū. Imperauit annis ſex.

Philippus de arabia

p Hilippus de arabia poſt Gordianū factꝰ imperator: Philippum filium fecit participem regni: qui de vili genere natus ſuperbe imperauit annis ſeptem: nihil laudabile fecit: niſi ꝙ fuit primus imperator chriſtianus: ⁊ ambo in tumultu militari interfecti ſunt fraude Decij pater Uerone: filius Rome. Et hic nota ꝙ omnis Auguſtus eſt Ceſar: ſed non econuerſo: Nam Ceſar eſt electus a principe uel exercitu: Auguſtꝰ uero confirmatus a ſenatu.

Deciꝰ de pannonia

d Ecius de Pannonia natus: vir induſtria militari ſtrenuus: occiſis Philippis inuaſit imperium: quod tenuit annis tribus: ⁊ ipſe cum filio quem Ceſarem fecerat occiſus eſt in medio barbarorum: cum bellū pararet contra Emilianum: qui in Miſſia rebellauerat. Crudelis fuit contra chriſtianos.

Gallus Hoſtilianus

g Allus Hoſtilianus poſt mortē Decij ſucceſſit in imperio cum filio ſuo Uoluſiano: quod tenuit annis vix duobꝰ: quo tempore perſecutionem fecerunt in chriſtianos ⁊ peſtis generaliter fuit ubiqꝫ

Ualerianus

u Alerianus ab exercitu appellatꝰ auguſtꝰ: uolēte populo ⁊ gaudēte ſenatu: quia fuit vir nobilis ſanguine: ſciētia clarus: glorioſus eloquētia. Et hic uerificatur dictum ariſtotelis: ubi plurimū de virtute ibi minimū de fortuna ⁊ ecōuerſo: ſed infeliciſſimus fuit omniū: Nā captꝰ a rege perſarū in miſera ſeruitute cōſenuit: ſuſtinēs ſemper in tergo regem cum aſcenderet equum. Hic vixit annis .lxx. imperauitqꝫ annis ſex.

Galienꝰ

g Alienꝰ filiꝰ Ualeriani qui iā erat Ceſar: factus eſt auguſtꝰ a ſenatu loco patris: qui luxurioſus marcēs ocio ſe totū dedit uoluptatibus neglecto pie ⁊ impio. Unde ⁊ .xxx. tyrāni iuaſerūt imperiū: fuit tamen poeta clarꝰ. Unde cū ſemel celebraret nuptias tenēs ſpōſum ⁊ ſpōſam per manus dixit iſtos mirabiles verſus. Ite ſimul pueri pariter ſudate medullis Omnibꝰ: intra uos nō murmura ueſtra columbe. Brachia non hedere nō vincāt oſcula conche. Imperauitqꝫ annis .xj.

Claudius ſcḋs

c Laudiꝰ ſcḋs imperator factꝰ de uolūtate ſenatꝰ dicitur habuiſſe in ſe bona omniū principū: ſicut virtutē Traiani: pietatē Antonini: prudētiā auguſti. Hic victꝰ feliciter a Gotthis mortuꝰ eſt ex infirmitate familiari: virtutibꝰ ſuis celū petijt cū imperaſſet quaſi duobꝰ annis. Quo mortuo Quintilianus frater eius vir optimus imperium tenuit ſolum .xvij. diebus ⁊ occiſus eſt.

Aurelianus

a Urelianus natus ex paruis parētibꝰ barbaris: fuit vir fortiſſimus ⁊ in omni genere armorū exercitatꝰ a pueritia: qui magna bella geſſit in oriēte ⁊ muros urbis plus ampliauit quā aliqs aliꝰ ante uel poſt: ſed clemētiā non habuit que eſt prima virtus principum. Triumphus eius fuit glorioſiſſimus: Nam Zenobiā magnanimam mulierem: que magnifice uendicauerat ſibi Syriam: duxit ante currum triūphalē ligatam multis cathenis aureis. Imperauit annis quinqꝫ: mēſibus vj. Occiſus fraude notarij ſui apud Byzantium.

Tacitꝰ

t Acitus vir conſularis: ſenex ⁊ grauis factꝰ eſt imperator cū ſumma cōcordia ⁊ lōga deliberatione militū: ſenatꝰ ⁊ populi: ſpatio ſex menſium: tēperatꝰ ſobrius: lectione librorū delectatus: nō fecit magnifica propter temporis breuitatē: quia tantū ſex mēſibꝰ imperauit: morbo perijt.

Glorianus

g Lorianꝰ frater eiꝰ ſibi ſuccesſit: Imperiū tenuit duobꝰ mēſibꝰ: ⁊ occiſus eſt inſidijs militū.

Probꝰ de pannonia

p Robus de Pannonia oriundus de ciuitate Syrmiēſi: nobiliore matre: qui uere probus iudicio omnium bonorum: factus imperator rempublicam quietiſſimam ⁊ ſecuriſſimā reddidit: nobiliſſimis virtutibus clarus: ſub magnis ducibus Ualeriano: Aureliano ⁊ Claudio multa bella geſſit feliciter ⁊ probiter: terror barbarorum. Ideo finaliter occiſus eſt apud Syrmien: quia nimis eos grauabat prelijs ⁊ laboribus: anno imperij ſui quinto.

Charꝰ

c Harus Romanꝰ uel mediolanēſis: viſus eſt militibus dignus imperio poſt mortē Probi: ⁊ tamen medius fuit inter principes bonos ⁊ malos. Hic capta ciuitate Chararū in perſia: longius procedendo cum exercitu fulminatus eſt cum imperaſſet annis duobus. Charus habuit duos filios Ceſares: quorū minor Numerianus magnus orator ⁊ poeta ſine pari tempore ſuo: occiſus eſt proditione Apri ſoceri ſui qui uolebat occupare imperium. Maior autē nomine Charinus contaminatiſſimus omnium: victus ⁊ occiſus eſt a Diocletiano.

Diocletianus

d Iocletianus cū bonus princeps quereretur: occiſo Numeriano: conſenſu omnium appellatus eſt Auguſtus vir magnanimꝰ: prudens: alti conſilij: qui dicebat: bonus: cautꝰ: optimus uenditur imperator. Cum autē ſolus libere imperaret: ſubito ortis magnis bellis Diocletianus fecit Auguſtum Maximianum quem a principio fecerat Ceſarem: ⁊ elegit Ceſares Conſtantium patrem magni Conſtantini: ⁊ Galeriū poſt multas victorias bellorū. Diocletianus ſenex reduxit ſe primum ad vitam priuatam apud Salonas ciuitatem Dalmatie patriam ſuam: ⁊ Maximianus coactus ab eo idem fecit apud Mediolanum: ⁊ Diocletianus in oriente: ⁊ Maximianus in occidente crudelius perſecuti ſunt chriſtianos quā Ualerianus ⁊ Decius Aurelianꝰ ⁊ ceteri. Dioclecianꝰ uenenum bibit Anno etatis .lxviij. cū imperaſſet annis decem.

Cōſtantius

c Onſtantius ⁊ Galerius Ceſares facti Auguſti diuiſerunt imperium inter ſe: Nam Cōſtantius contentus Gallia ⁊ Hiſpania: Ceteras prouincias college ceſſit. Cōſtantius ex patre Eutropio nobili romano fuit vir optime cōſtantie ⁊ ciuilitatis omnibus amabilis ⁊ uenerabilis: qui mortuus eſt in Britannia Anno imperij ſui .xiij. relicto Conſtantino filio ex Helena.

Galeriꝰ

g Alerius cum imperaſſet Illirico: milites pretoriani Rome fecerunt imperatorē Maxentium filium Maximiani: contra quem Galerius miſit quendā Seuerū: qui cū incredibili

multitudine obſedit romam: ⁊ tamen proditione ſuoꝝ a Marentio fugiēs occiſus eſt: ⁊ Marentius cōfirmatus in imperio factus eſt ſeuiſſimꝰ tyrānus. Galerius ṽo poſt multa mala que fecerat in chriſtianos: dum putaret uenire in italiaʒ: morbo faſtidiendo putrefactus: cum uermes inceſſabiliter emitteret de corpore: cruciatus impatiens: manu ſua ſe interfecit Anno imperij ſui.x. Imperauit ſolus annis duobus.

Cōſtantinꝰ magnus

c Onſtātinus magnus Cōſtantij filius omni virtute refulgens optimis principibus comparandus: rogatus a ſenatu ⁊ populo romano ut ciues ſuos liberaret a ſeruitute crudeliſſime beſtie Marentij: cōuocatoqꝫ licinio qui iperabat in Hiſpania cū magno apparatu belli uenit contra Marentium: quē magno prelio vicit: ⁊ Marentius fugiēs ſuffocatuſ eſt in Tyberi. Cōſtantinꝰ cū magna glīa intrauit urbeʒ. Poſtea Licinium ſibi rebellem: ſepe victum: tandem occidi fecit. Conſtantinus itaqꝫ omnium victor: eccleſiam romanam reformauit: fidem chriſtianam cōfirmauit: ſedem imperij tranſtulit in Greciam: ubi fecit ſecundam romam. Conſtantinus cum magna virtute ⁊ fortuna proſperrima iperauit.xxx. anniſ menſibus.x. ⁊ diebꝰ.xj. vixitqꝫ annis.lxvj. ⁊ mortuus eſt feliciter.

Cōſtās

c Onſtans ⁊ Conſtantinus filij Conſtantini occiſo fratre eoꝝ Conſtātino tenuerūt ambo imperium. Cōſtans prauus Arrianus perſecutus eſt catholicus: ſed poſt multa prelia geſta contra Perſas: factus omnibus intollerabilis occiſus eſt anno imperij eius .xix. etatis ṽo anno.xxx.

Cōſtātius

c Onſtātius poſt fratrem ſolus tenuit imperium annis ſex: temperans ⁊ placidus qꝫuis Arrianus. Hic Julianuʒ conſanguineum ſuum fecit Ceſarem ⁊ ſororium ſuū: ⁊ miſit in Gallias: qui elatus victoria inuaſit imperiū in italia: Conſtātio occupato bellis parthorum: Cōſtātius ṽo rediens contra eum: mortuus eſt in via: anno etatis ſue.xlv.

Julianꝰ

i Ulianus ſucceſſit ſolus in impio: vir liberalis: litteratꝰ: eloquēs: memorioſus: cupidus glīe: Fuit tñ igratus cōtra Conſtātiū ⁊ pfidus contra fidē: vnde uocatus eſt apoſtata: qꝛ ſolus poſt Conſtantiū receſſit a fide chriſtiana: ⁊ chriſtianos odio habuit: quibꝰ interdixit officia ⁊ ſtudia ſcientiarū. Julianꝰ vixit annis.xxxij. iperauit anno vno: menſibus.viij. trāſfixus telo in deſerto Parthie ab vno milite ignoto.

Jouinianus

i Ouinianus de Pannonia oriūdus: electꝰ eſt impator ab exercitu Juliani: qui corpore pulcher: letus aio: exercitū quem Julianus fecerat paganum: fecit chriſtianum: ⁊ reduxit ſaluum ex periculo magno. Mortuus octauo mēſe imperij etatis eius.xxxiij.

Ualentinianꝰ

u Alentinianus de Pānonia: qui receſſerat a Juliano: qꝛ uerus chriſtianꝰ erat factꝰ eſt impator a militibꝰ nolēs: vir pulcher: prudens: pbus: ſimilis Hadriano ⁊ Aureliano: qꝛ fratrē ſuū Ualentē: ⁊ Gratianū filiuʒ fecit auguſtos. Hic vir perfectus poſt multa bella mortuus eſt ſubita ſanguinis effuſione: anno iperij.xj. etatis ṽo lv. Quo mortuo Ualens tenuit imperium in oriēte: ⁊ Gratianus in occidente.

Ualēs

u Alens impator in oriente tanqꝫ Arrianus pſecutꝰ eſt catholicos chriſtianos. Unde pcepit ut monachi militarēt: ſed infeliciſſime bellum gerens cum Gotthis: perdito exercitu: ipſe vulneratꝰ ſagitta fugiēs in vilem caſam viuus crematus eſt igne: cuʒ imperaſſet quaſi annis.iiij.

Gratianus

g Ratianus poſt mortem patrui imperauit annis.vj. qui iuuenis gratuſ: catholicus ⁊ fidelis: contra alemanos feliciter pugnauit: ſub quo italia tota receſſit a pfidia Arrianorū. Gratianus videns multas gentes infeſtas romano imperio: elegit in impatorem orientis Theodoſium nobiliſſimum hiſpanum. Qui vir.xxxiij. annorum Tartaros terribiles debellauit: ⁊ ceteris hoſtibus conciliatis glorioſus fuit apud Conſtantinopolim.

Ualētinianꝰ ſecundus

u Alentinianus ſecūdus frater Gratiani imperauit in occidente Theodoſio iperāte in oriēte. Jſte vir bonꝰ expulſus de Gallia a maximo tyranno: Theodoſius tyrānum potenteʒ cū paruo apparatu feliciter vicit apud Aquilegiā ⁊ captum decapitauit. Ualentinianꝰ ergo reſtitutꝰ in regno occidentis cū in pace regnaret: ſtrangulatus eſt apud Uiennam fraude Arbogaſti comitis ſui cum imperaſſet annis.viij.

Theodoſiuſ magnꝰ

t Heodoſius magnus cum iam imperaſſet xiij. annis cum Gratiano ⁊ Ualentiniano fratribus ſolus remanſit in imperio annis tribus in oriente ⁊ occidente. Jſte fuit optimus imperator chriſtianorum: ſimilis Traiano a quo originem traxit: de quo mirabiles laudes fecit ambroſius: cuiꝰ auxilio expulit Arrianos de Mediolano: Theodoſius contra Eugenium qui uſurpabat imperium in Gallijs confidens virtute Chriſti: illius auxilio ſuppliciter inuocato in alpibꝰ ruit in prelium: ⁊ ſubito orta vi uentorum cum crudeli tempeſtate contra hoſtes Theodoſius victor cū parua cede ſuorū Eugenium captū interfecit. De qua re memoriam facit Claudiꝰ Florētinus poeta paganꝰ: ut refert Auguſtinꝰ de ciuitate dei. Theodoſius anno etatis ququageſimo feliciter mortuꝰ eſt apud Mediolanum. relictis duobus auguſtis filijs ſuis Archadio ⁊ Honorio.

Archadius

a Rchadius ſucceſſit patri theodoſio in imperio orientis: ⁊ Honorius in imperio occidentis: ambo viri boni non degenerātes a patre. Ambo ṽo imperij eoruʒ rhadagaiſus rex Gotthorum cū infinita multitudine barbarorum miſerabiliter victus a romanis fame ⁊ frigore occiſus eſt rome: ſuis more pecudū uenditis. Archadius ṽo anno imperij eius.xiij. mortuus eſt apud Cōſtantinopolim relicto filio ſuo theodoſio in imperio orientis.

Honorius

h Onorius qui iaʒ.xiij. annis impauerat cū fratre ſuo: poſtea impauit cū theodoſio minore annis.xv. ſub quorum imperio Alaricus rex Gotthoꝝ cepit romā cum furore: ⁊ ſpoliauit: parcēs tñ fugiētibꝰ ad tēpla ſanctoꝝ. Sub iſto Honorio multa bella ciuilia ⁊ externa terminata ſunt in occidente cuʒ modico ſanguine: Jpſe ṽo occiſus eſt rome ſine filijs.

Theodoſꝰ minor

t Heodoſius minor filiꝰ Archadij: mortuo Honorio regnauit i oriēte annis.xxvij. cū iam poſt mortē pr̄is regnaſſet annis .xiij. ⁊ cum patre viuente annis octo. Hic Ualētinianū

conſobꝛinuz ſuū fecit Auguſtū: ⁊ generꝝ ſuū qui in
occidēte regnauit.xxv. Tempore huius Theodo
ſij: Carthago crudelius capta eſt a Gēſerico rege
Uuandaloꝝ q̄ꝫ Roma ab Alarico: quia Genſeri-
cus non pepercit eccleſijs. Theodoſius moꝛtuus
eſt apud Conſtantinopolim: ⁊ ſepultus cum patre
Ualēti- ſuo Archadio.
nianus Alentinianꝰ tertius in occidēte tenuit ipe-
tertius n riū.v.annis poſt moꝛtem Theodoſij: cum
quo impauerat annis.xxv. ⁊ Marcianus
ſucceſſit Theodoſio tpe iſto quo Attila ille potēs
⁊ terribilis cū multis regibꝰ ⁊ gentibꝰ barbaris de
Pānonia ueniēs: in italiā crudeliter afflixit Uene
tamq̄ꝫ puinciā ⁊ Lōbardiā Aquilegia pꝛimo euer
ſa. Tūc aūt facta eſt ciuitas Uenetiaꝝ a fugiētibꝰ
ſeuitiā Attile. Ualētinianꝰ aūt timore uel inuidia
occidit Ecciū ducem bellicoſiſſimū Romani exer
citꝰ in gallia: qui ſolus erat victoꝛ Attile: cuiꝰ moꝛ
te ruit imperium ⁊ ſalus occidentꝭ. Ipſe quoq̄ꝫ Ua
lētinianꝰ anno ſequēti occiſuꝭ eſt Rome ab vno mi
Marci lite Eccij cum iam annis.xxv. rexiſſet imperium.
anus Arcianus qui iā q̄nq̄ꝫ annis impauerat cū
m Ualētiniano poſt moꝛtē eiꝰ impauit annis
duobꝰ: quo tpe Gēſericus rex Uuādaloꝝ
ueniēs ex africa cū Mauris: cepit Romā ⁊ eā ra-
paciter ſpoliauit: ſimil'r Capuā ⁊ Cāpaniā. Mar-
cianus v̇o anno ſeptimo ſui imperij occiſus eſt cō-
Leo iuratione ſuoꝝ apud Conſtantinopolim.
Eo in Conſtantinopoli inuaſit imperium:
l qui Leonē filium ſuū regni oriētis fecit cō
ſoꝛtem: Quo tpe impiuz occidētis a multꝭ
laceratū eſt. Nā quidā Maioranꝰ iuaſit impium
apd̄ Rauēnā: ⁊ ita alij multi. Rauēna eniz eo tpe
Gotthoꝝ potentiſſima erat. Leo v̇o anni imperij
ſui decimoſeptimo moꝛtuus eſt in oriente.
Zeno Eno impatoꝛ Leonis gener ſucceſſit illi in
ʒ impio: quo tpe Odonater ueniēs cū foꝛti
exercitu de ultimis finibꝰ Pannonie obti-
nuit regnum Rome cum tota italia. Q̄ ō cū tenuiſ
ſet.xiiij.annis: Theodoricus rex Gotthorum ue-
niens de Grecia cum auctoritate Zenonis: vir ſtre
nuiſſimus victo Odonatre obtinuit Romam cuz
tota italia. Zeno v̇o in grecia cuz imperaſſet annis
xvj. moꝛtuus eſt: ſimilis Papyrio Curſori in ue
locitate pedum.
Anaſta Naſtaſius poſt Zenonem adeptus eſt im-
ſius a perium: Qui factꝰ hereticus pertinax: cuz
non poſſit reuocari ad fidem ſanctam iuſto
iudicio dei fulmine percuſſus perijt anno imperij
ſui.xvij. quo tpe Theodoricus glorioſe regnauit
in italia circa annos quadraginta.
Iuſtinꝰ Uſtinꝰ maioꝛ ſucceſſit Anaſtaſio: Qui vir
maioꝛ i catholicus ⁊ pius: in partibus oriētis om
ni ſtudio nomē Arrianoꝝ querebat extin-
guere. Sed Theodoricꝰ minatus eſt ei ꝙ niſi reſti
tueret Arrianos: Ipſe in italia oēs ppl'os gladio
necaret. Iuſtinus v̇o ex compaſſione Arrianos di
miſit in pace: Ipſe v̇o Iuſtinus cum imperaſſet an
Iuſtini- nis.xj. in pace quieuit Conſtantinopoli.
anus Uſtinianus Iuſtini ſoroꝛis filius ſucceſſit
i illi in imperio: qui iuſtiſſimus p̉nceps Ro-
manū imperium armis ⁊ legibus repara
uit. Nam per Belliſarium virum bellicoſiſſimum
debellauit Perſas qui inuaſerāt fines Romanos:
Africā liberauit de manibꝰ Uuādalorum atq̄ꝫ ita
liam de manibꝰ Gotthoꝝ: ubi Neapolim receptā
tem Gotthos crudeliſſime exterminauit nulli par
cēs. Poſtea Narſeus eunuchus iterum Romam
liberauit de manibus Totile regis Gotthoꝝ: quē
interfecit. Iuſtinianus v̇o leges Romanas mira-
bili bꝛeuitate refoꝛmauit: qui moꝛtuus eſt feliciter
cum imperaſſet annis.xxxviij.
Uſtinus minoꝛ nepos Iuſtiniani ſucceſſit Iuſtinꝰ
i in impio: qui fuit hō auarus: rapax: ipius minoꝛ
⁊ hereticus: ꝓpter qd̄ Narſeus qui per in
uidiā fuerat illi falſo accuſatus: odio ⁊ timore Au
guſte: que minabať reducē eū iter ml'ieres: fecit ue
nire Lōgobardos de Pānonia in italiā: qui cepe-
rūt Mediolanū: Papiā ⁊ q̄ſi totā Lōbardiaz. Iu
ſtinus cum imperaſſet annis.xj. alienatus mente
moꝛtuus eſt relicto Tyberio Ceſare.
Yberius ſecundus ſucceſſit in imperio Iu
t ſtino: qui fuit recte contrarius illi: vir lar- Tyberi
gus in pauperes: chꝛiſtianus: ꝑfectꝰ: ſapi- us ſcd̄s
ens ⁊ iuſtus: qui theſauros Iuſtini male acq̄ſitos
pauperibus erogauit: ⁊ de Perſis magnam pꝛe-
dam habuit. Iſte Tyberius moriēs reliquit here-
dem imperij Mauricium data ſibi filia in vxorem
cum imperaſſet ſeptem annis.
Auricius gener Tyberij p̉mus ex grecis Mauri
m habuit imperium: vir utilis reipublice: cu- cius
ius tpe magnū diluuium fuit in italia apd̄
urbē ⁊ Ueronā. Mauricius v̇o anno.vij. imperij
ſui occiſus fuit cū duobus filijs ſuis a Phocace.
Hocas occiſoꝛ Mauricij ⁊ filioꝝ: obtinuit Pho-
p imperiuz: qui p̉mus obtinuit ꝙ Romana cas
eccl'ia eſſet caput oīum eccl'iarum: cum pꝛi
us Conſtantinopolitanam ſe nominaret. Phocas
v̇o cum imperaſſet.v. annis pꝛiuatus ſimul vita ⁊
imperio ab Heraclio qui Africam regebat.
Eraclius ſucceſſit Phocaci in imperio cū Heracli
h filijs ſuis ⁊ Conſtantino ſecundo ex illa fa us
milia: quo tempore Mahometus peſtilen
tiſſimus dꝛaco in Arabia fecit ſectam ſuam: ab ori
ente in occidentem uenenum ſuum diſſeminās cū
peſſima deſolatione fidei chꝛiſtiane. Iſte Heracli-
us factus hydropicus moꝛtuus eſt anno imperij
ſui.xxxj.
Onſtātinus ſecūdus cū fratre iura ſuſce- Cōſtāti
c pit imperij: qui crudelis raptoꝛ ueniens in nꝰ ſcd̄s
italiam Romam ſpoliauit oībus oꝛnamē-
tis ſuis: deinde in Sicilia fecit inauditas crudeli-
tates ⁊ rapinas. Ibi tandē occiſus eſt a ſuis in bal
neo cum regnaſſet annis.xxviij.
Onſtantinus tertius ſuperioris filius ſuc- Cōſtāti
c ceſſit illi in imperio: qui vir bonus ⁊ catho nꝰ tertiꝰ
licus multum confirmauit fidem chꝛiſtia-
nam contra hereticos: ⁊ moꝛtuus eſt in pace cum
regnaſſet annis.xxvij.
Uſtinianus ſecūdus filius Cōſtantini ter- Iuſtini-
i tij de familia Heracliorum ſucceſſit in im- anus ſe
perio: qui liberauit Africam de manibus cundus
ſarracenorum. Fuit tamen ſciſmaticus ⁊ infeſtus
populo romano. Impauit quoq̄ꝫ annis.x. Et hic
nota ꝙ omnes pꝛincipes poſt moꝛtem Heraclij uſ
q̄ꝫ ad Karolum magnum fuerunt de ſtirpe eius.
Eo ſecundus expulit Iuſtinianum pꝛedi- Leo ſe-
l ctum de regno quem relegauit in Pontuz: cundus
⁊ imperauit annis tribus: deinde regnuz
perdidit ut ſtatim dicetur.

Tiberiꝰ tertius

t Iberius tertiꝰ inſurgẽs cõtra Leonẽ arripuit regnuʒ: euq́ʒ tenuit in cuſtodia toto tpe ſui Imperij: qui regnauit annis ſepteʒ

Iuſtinianus ſecũdus

i Uſtinianꝰ ſecũdus p̄dictꝰ: qui relegatꝰ fuerat a Leone ſcecũdo: recupauit Impiuʒ ⁊ cõtinuo iugulari fecit in publico Leonem qui expulerat eum: ⁊ Tiberiũ qui inuaſerat impium Leonis. Iſte quidẽ multa magnifice fecit: ſed cõtra eũ quidã Philippꝰ relegatus ab eo: creatuſ Impatoꝛ ab exercitu apud Cõſtãtinopoliʒ vicit ⁊ occidit ipſum Iuſtinianum: cum imperaſſet annis ſex cum filio ſuo Tiberio.

Philippus bardanus

p Hilippus dictus bardanus ſuccedens Iuſtiniano a ſe occiſo: pꝛiuatꝰ eſt regno ⁊ oculis ab Anaſtaſio: cum imperaſſet anno vno ⁊ menſibus ſex: qui fautoꝛ fuit hereticorum.

Anaſtaſiꝰ ſcõs

a Naſtaſius ſecundus dictꝰ Arthemius pꝛiuato vita Philippo: tenuit imperiũ: ſed exercitꝰ eiꝰ elegit Theodoſiũ impatorẽ lʒ iuitũ anno tertio iperij eiꝰ cũ eẽt fautoꝛ catholicoruʒ.

Theodoſiꝰ tertius

t Heodoſius tertius factus impatoꝛ a militibus Anaſtaſium graui pꝛelio vicit: queʒ captum fieri fecit ſacerdotem. Ipſe ꝟo catholicorum amicus anno imperauit vno.

Leo tertius

l Eo tertius ſucceſſit Thodoſio in imperio: qui Cõſtãtinũ filiuʒ ſuum fecit regni cõſoꝛteʒ: quo tpe fuit Cõſtãtinopolis lõga obſidione miſerabilr̃ afflicta a ſarracenis. Hic Leo pꝛauus fuit: q imagines Marie ⁊ ſanctoꝝ in publico fecit igne cremari: ⁊ tñ imperauit annis.xxv.

Cõſtãtinꝰ qntꝰ

c Onſtantinus quintus pꝛedicti Leonis filius peioꝛ patre: dictuſ eſt pſecutoꝛ eccleſie: qui mltos religioſos ⁊ uere catholicos occidit: uacãs ipſe magicis artibꝰ: attamen regnauit annis.xxv. quo tpe Pipinꝰ pr̃ Karoli magni vicit in italia Aſtulphum regem Longobardorum.

Leo q̃rtus

l Eo quartus filius Cõſtantini quinti: imperauit in oriente poſt eum annis quinq́ʒ dignus patre ſuo ſuccedere in vitijs.

Cõſtãtinꝰ ſextꝰ

c Onſtãtinus ſextus Leonis filius imperauit cum matre Hyrene: qui poſtea mr̃e pꝛiuata regnauit ſoluſ annis qnq́ʒ. Mater ꝟo cecauit filiũ ⁊ ſola regnauit qnq́ʒ annis. Et tũc imperiũ romanuʒ qd̃ fuerat in oriente a p̄mo Cõſtantino uſq́ʒ ad iſtum ultimũ terminatũ eſt. Nã facta eſt diuiſio imperij: ut imperium occidẽtale ſolum diceret̃ Romanoꝝ: ⁊ orientale diceret̃ Grecoꝝ: ⁊ tunc imperium romanoꝝ trãſiuit ad Francos.

Karolꝰ magnuſ

k Arolus magnus Pipini filiꝰ victo Deſiderio rege Longobardoꝝ in Italia apud papiã ueniẽs Romã electꝰ eſt Imperatoꝛ a ſenatu ⁊ populo romano: ⁊ cõfirmatus a ſũmo põtifice: qꝛ adiutoꝛ erat eccleſie. Hic fuit optimus pꝛiceps chꝛiſtianoꝝ: qui terram ſctãm occupatam a Sarracenis ⁊ impiũ in oriente ⁊ occidẽte recupauit: ubi tunc femina pꝛaua Hyrena regnabat in oriẽte: totã Hiſpaniã liberauit: maximꝰ Ro. eccleſie pugil ⁊ ꝓtectoꝛ fidei chꝛiſtiane. Karolus vixit annis.lxxj. ⁊ moꝛtuus eſt feliciter cũ regnaſſet annis.xlvij. ⁊ imperaſſet annis.xiiij.

Ludouicꝰ piꝰ

l Udouicus piꝰ Karoli magni filius ſucceſſit patri in Impio ſupatis duobꝰ fratribꝰ ſuis. Hic fuit vir iuictus: ſed plus clemẽs: ſobꝛius ⁊ tẽperatus: ultra oẽs patiẽs: nullis vincibilis malis: qui ⁊ viuẽte patre cũ regnaret ⁊ poſt moꝛtẽ cũ imperaret magnifica multa geſſit: deuotiſſimus chꝛiſtianus: nõ diſſimilis patri. Uixit annis.lxiiij. ⁊ imperauit annis.xxv.

Lothariꝰ pij filius

l Othariꝰ Ludouici pij filiꝰ impiuʒ arripuit nõ faciẽs ꝑtem regni fr̃ibus ſuis ſm oꝛdinatã diuiſionẽ pr̃is: vñ ꝯtractis viribus inaudita ſtrage Francoꝝ pace fracta Lotharius imperauit in italia. Hic anno qntodecimo iperij ſui diuiſo filijs regno factus eſt monachus: ⁊ moꝛtuus eſt feliciter qui fuerat violentus in vita.

Ludouicꝰ ſcõſ

l Udouicꝰ ſcõs Lotharij monachi filiꝰ. Imperauit annis.xxj. qui ſiue triſtis ſiue infelix bellũ habuit cũ Karolo fratre ſuo crudeliter regnãte ſuper Francos turpiter victus eſt. Et nihil magnificum gerẽs moꝛtuus eſt in italia: ⁊ in Mediolano videtur ſepultus: dicitur quoq́ʒ ꝙ italiam ſapienter ⁊ pacifice rexerit.

Karolꝰ ſcõs

k Arolus ſcõs dictꝰ Caluus: filius Ludouici pij ⁊ patruus Ludouici ſcõi ⁊ fr̃ Lotharij ſucceſſit Ludouico ſcõo in impio: vir lepore timidioꝛ fugere q̃ʒ fugare paratioꝛ: dictus eſt groſſus uel ſimplex: qui multa monaſteria fabꝛicari fecit ac etiam dotauit. Ueneno ꝟo extinctus eſt cum imperaſſet anno vno ⁊ menſibus nouem.

Karolꝰ minoꝛ

k Arolus minoꝛ noie tertius Ludouici germanoꝝ regis filius ⁊ nepos eiuſdẽ Karoli Calui: Impiuʒ italia tenuit: Galliã ⁊ Germaniã poſſedit pacifice: Robertũ ducẽ Noꝛmandie victũ de ſacro fonte leuauit: ⁊ filiã ſuã dedit illi in uxorẽ. Hic anno imperij duodecimo deficiẽs aio ⁊ coꝛpe: repudiatus eſt a magnatibus regni: Arnulpho facto impatore: Anno ꝟo ſequenti idẽ Karolus moꝛtuus eſt.

Arnulphus

a Rnulphus ex Karoloꝝ ꝓgenie: Hic Noꝛmandos mirabili cede deleuit: Romaʒ cepit: tandem longa egritudine diſſolutus a pediculis roſus eſt. Sic felix pꝛelio infelix moꝛbo perijt: anno imperij ſui.xj.

Ludouicꝰ tertius

l Udouicus tertius Arnulphi filius ſucceſſit pr̃i in impio: qd̃ tenuit annis.x. nõ felicioꝛ pr̃e: Nã ſub eo defecit iperiũ de ꝓgenie Karoloꝝ: cũ nõ iuuaret eccl'iam more maiorũ ſuoꝝ cõtra Lõgobardos ifeſtãtes eccl'iaʒ: Et tũc diuiſuʒ eſt impiuʒ: qꝛ aliqui impauerãt in italia: ſicut q̃tuoꝛ Berẽgarij: Aliqui in alemania: ſicut Cõradus ⁊ Heinricus uſq́ʒ ad Otthonem pꝛimum qui utrobiq́ʒ imperauit. Ludouicus pſecutus eſt Berengarium in italia: captus apud Ueronaʒ: cecatus dicitur cum imperaſſet annis.x.

Berẽgariꝰ p̄mꝰ

b Erengarius pꝛimus imperãte Ludouico tertio imperauit in italia tñ q̃tuoꝛ annis. Hic fuit vir pꝛudens ⁊ ſtrenuus in armis: qui ⁊ bellum cum romanis geſſit.

Cõradꝰ Alemanus

c Onradus alemanꝰ ſucceſſit Ludouico tertio in impio: ſʒ nec ipſe ꝑuenit ad bñdictionẽ in italia: ideo nõ ponit̃ iter p̄ncipes: vir tñ ſapiens: foꝛtĩ ⁊ victoꝛ fuit. Hic impauit annis.vij. ⁊ moriẽs corã p̄ncipibus regni: deſignauit regẽ Heinricũ filiũ Otthonis ducem Saxonuʒ.

Berẽgariꝰ ſcõs

b Erengarius ſcõs impauit annis.ix. in italia: cui pauca memoranda aſcribuntur.

Heiricꝰ

h Einricus poſt Cõradũ impauit in alemania annis.xviij. vir bonꝰ ⁊ ſimplex q genuit Otthonẽ p̄mũ. Et iſte Heinricꝰ nõ cõputatur iter impatores: qꝛ non regnauit in italia: nec

operam dedit ut italiam de manibus tyrannorum lib eraret.

Berēgariꝰ tertius

Erengarius tertius tpe prefati Heinrici
erat: tum Verone: cuꝫ dominis ſcaligeris: tū Me
diolani cum principibus vicecomituꝫ uerſatus: ⁊
in precio: ⁊ reuerentia magna ab omnibus tenere
tur ⁊ perſepe euenit: ut cū Joanne illo magno qui
Mediolani dextera paſtoris gladium ſiniſtra ge
rebat in pretereundo non parua fuit cōtentio: quis
ipſorum precederet. Venetijs cuꝫ Andrea dandu
lo: cuꝫ Michaeli celſo: ⁊ Marino faletrio uenetia
rum ducibꝰ: ⁊ cum alijs multis patricijs: ⁊ doctis
viris haud paruam duxit conſuetudineꝫ. ut ex epi
ſtolis ſuis: ⁊ aliorum multorum videri poteſt. ha
bitauit in domo (ut ipſe ſcribit) de duabus turri
bus ubi nunc Lucas de Molino quondam An
dree habitat: ⁊ vndiqꝫ oblati erāt honores. quos
recipere recuſabat: quia nihil magis illi ꝙ pompa
diſplicuit. Cum ubiqꝫ carus habitus eſſet Jacobū
carrarienſem iuniorem Padue dominū iādudūꝫ
per litteras ⁊ per nuncios uſqꝫ tranſalpes: ⁊ ꝑ alia
italie loca: ut in ſuam traheret amicitiam requiſitꝰ
fuerat adire uoluit: ⁊ videre: quid ſibi hec magni:
⁊ ignoti viri tanta uellet inſtantia. Jtaqꝫ Patauiū
profectus: a quo (ut ipſe ait) clariſſime memorie vi
ro: non humane tm̄: ſed ſicut in celo (ut de Ambro
ſio inquit Auguſtinus) recipiūtur anime acceptꝰ
fuit. Qui ſciens (ut facilius retineret) clericalem
vitam uſqꝫ a pueritia tenuiſſe canonicum Padue
fieri fecit. Et ꝙdiu ipſe dominus vixit quod breuiſ
ſime tempus fuit ſecū habuit. Sed eo terris ſub
lato: ut dolori remedium daret: ad quem amabat
fonteꝫ ſorgie reuerſus: ubiqꝫ liberaliter excipieba
tur. Pontifex vō motu ꝓprio honores: ⁊ magnos
quidem offerebat. Sed poeta otij potius ⁊ liber
tatis ꝙ honorum: ⁊ dignitatum amator gratias
pōtifici egit: ⁊ in italiam regreſſus. Quamobrem
obiecta eſt ei a maledicis incōſtantie vitium. Qđ

cognoſcens inuidentium maledicta: ut videri ſe ſi
bi: ⁊ ceteris qui recte iudicaſſent conſtātiſſimum:
ꝙ eius ſemper propoſiti fuiſſet nunꝙ quieturum
quouſqꝫ locum quietis inueniſſet. hoc enim erat ut
oblatos honores recipere recuſaret. Arretini tan
ti fecerunt ipſum apud eos eſſe natum: ut cum ſe
mel illuc caſu ueniret illi obuiam fuerunt: cum pa
lio: ⁊ crucibus: ⁊ ſanctoꝝ reliquijs: ⁊ pro immorta
li memoria: ac ciuitatis ornamento ſtatuerunt do
mum in qua natus eſſet vicum appellant ortum: ⁊
petrarche domum perpetuo appellari: ⁊ quo erat
ſtatu ſemper de publico conſeruari. Nec Florētia
ciuem non ſpreuit ſuum. ſibi enim non petenti: ne
qꝫ ſperanti: ⁊ redeundi ad patriam fecit poteſtatē:
⁊ que phyſcꝰ habebat omnia patris bona reſtituit.
Videre ſedem paternam tamen uoluit: ⁊ cū Boc
catio Florentie amicitiam contraxit: tanta eniꝫ fu
it: ut ſi vna illorum anima duo habuiſſet corpo
ra: tanta fuit vis eius amoris: ut alterutram fa
ciem in gemma annuli geſtaret ipſo dicente in vna
ſuorum uerſuum epiſtola. Dulcis amice uale: tua
te mihi ſemper imago. Jt preſens mecum ue ſedit:
mecūqꝫ quieſcit. Tuqꝫ redde vices. Hinc inde per
diuerſa tempora uagatus: cum iam uergeretur in
ſenium Patauij ſedem fixit quo a magnificentiſſi
mo: ⁊ prudentiſſimo viro Franciſco ſeniore eius
Jacobi filio per paterna ueſtigia: ⁊ honoratus: ⁊
dilectus. Arquade rure montano inter euganeos
montes: ut in ſolitudine eſſet manere uoluit: Quo
quidem in loco multa ſcripſit: plurima vidit: ⁊ ma
iora meditatus eſt. Accitus quādoqꝫ Venetias ue
niebat: tanꝙ rerum nouarum cupidus: ⁊ ut ami
cos reuiſeret: Sed quorundam pueriles de litte
ris temerariaſqꝫ inſultationes ut illorū ciuiū mos
eſt: amplius manere neglexit. Patricios qui habe
nas regiminis habebant ſemper in magno precio
habuit: ut abunde ſue demonſtrantur epiſtole. De
magia autem non ſcriberem: ni ipſe referret. Fuit
illa tempeſtate poeticum nomē ita inuiſum: ut qui
illa ſtudia ſequeretur: magum: ſortilagum: ⁊ here
ticum eſſe dicebant. Erat tunc heretice prauitatis
inquiſitor quidam Marcus picenus de ſolipodio
oriundus frater ordinis predicatoruꝫ rudis: ⁊ bo
narum omnium litterarum omnino expers: qui te
merario auſu in nonnullos inijcere manꝰ tēptauit:
⁊ ni prouiſum fuiſſet maxima hinc oriri videban
tur ſcandala: ſed cognita illuſtrorum hominum ſci
entia ⁊ fratrum auaritia: que a zelo uere religio
nis non proueniebat. Solipodius: tanꝙ ſtoli
dus: ⁊ bonarum diſciplinarum ignarus exploſus
eſt. Nō tamen ſine labore ſe purgauit Petrarcha.
Senex ruri commorabatur: ⁊ ſtudijs preſertim ſa
cris cum potuit uacauit. Cum iam ſeptuagenariꝰ
minus vna die eſſet apopleſie morbo quo interdū
uexabatur in ſinu doctiſſimi viri Franciſci aſerici
ſpiritum ſuo creatori reddidit. Mors quidem eiꝰ:
magna omniū litteratorum iactura fuit: in illa ru
rali eccleſia tumulatur: in loco humili: ⁊ obſcuro
in quo ipſe dum viueret capellam in honoreꝫ bea
te virginis ꝯſtrui uolebat. Poſtea Frāciſcolus de
borſano eius gener nō eſt paſſus: ut in taꝫ vili loco
ſua remaneret oſſa Sepulchro marmoreo extru
cto in area eccleſie: ⁊ corpus reſoſſum denuo fu
nere celebrato in illo clauditur marmore cum tali
epygrammate ab ipſo dum viueret compoſito.

Frigida franciſci lapis hic tegit oſſa petrarce
Suſcipe virgo parens animam ſate virgine parce
Feſſaqꝫ iam terris celi requieſcat in arce.

Obijt quartodecimo calendis ſextilis anno a na-
tali chꝛiſtiano ſup̱ milleſimū trecēteſimū quartū:
⁊ ſeptuageſimū. Uir q̄dē magnꝰ oībus ſeculiſ fuiſ
ſet: ſed ſuo mirabilis: qui inter tot vitioꝝ ſoꝛdes: ⁊
īter tantā ignorātie caliginē in clarū lumē: ⁊ v̄tu-
tis ſcientie euaſerit. Itaqꝫ nūc de moribꝰ eius agē
dū eē cenſeo. Sed p̄us facetia: (⁊ hercle uera) mi-
hi narrata ab illo digniſſimo: ⁊ doctiſſimo viro Ia
cobo ƺeno olim epiſcopo patauino. Dicebat quen-
dam fuiſſe ruſticū ruri Arquade: cum grauiter in-
firmaret̄ Archipꝛeſbytero ad ſe accerſito dixit uel
le de cētū aureis eccl'ie facere legatū: ut in ſepul-
chꝛo petrarche poneret̄. Archip̄ſbyter re audita.
patauiū ad ep̄m tēdit: cui negociū expoſuit. Zenꝰ
qui uere ep̄ſ fuit: quin Ruſticū nō laudaret: facere
nō potuit: qȯ tātā claroꝝ viroꝝ exiſtimationē face
ret: quod in magno ſepulchꝛo tumulari: ⁊ in miſcē
dis oſſibus nobilitari credebat̄. Tn̄ inhibuit pꝛe-
ſul ⁊ ſub graui cēſura ne tanto facinori conſentire
tur: qꝛ per pecuniā ſepulchꝛū violare nō decebat:
ad qȯ viſēdū multi docti ꝓficiſcebant̄: ⁊ cū h̄ tan-
tū facinus perpetratū foret nomē in perpetuū fuiſ
ſet omiſſum. Nūc ad mores ut diximꝰ ueniamus.
Fuit uenerabilis in aſpectu: ⁊ maieſtas q̄dā ierat:
ut ip̄m vidētes induceret: etiā qui eū nō cognoſce
rent ſolo tn̄ viſu reuerendū: ⁊ ſapiētiſſimū iudica
rēt: Qȯ vno pōt cōpꝛobari exēplo. Scribit Ioſe-
phus bꝛiuius mediolanēſis in quodā ſuo panagy
rico. Cū petrarcha ſemel eſſet Mediolani in aula
dn̄oꝝ vicecomitū: iter multos purpuratos: ⁊ nobi
les viros. Galeaciꝰ q tūc dn̄s erat īpoſuit filio qui
pꝛimꝰ poſtea dux Mediolāi fuit: tūc puer adhuc:
ut ſapientiorē de aſtantibus oſtenderet. Puellus
oculis hinc inde uolutis. Frāciſcū adiuit: ⁊ manu
apph̄ēdit: ⁊ patri cū oīū admiratione mōſtrauit.
Quid ab hoībꝰ? cū a pueris eiꝰ cognoſcebat̄ aſpe-
ctus. Cōuerſatio eius honeſta: ⁊ iocūda oībꝰ exti-
tit: ut nullus meſtus ab eo diſcederet. oculi nō de-
foꝛmes: ſꝫ viuaces. Uiſus adeo firmus: ⁊ acer: ut
ſexagenarius litteras ēt minutiſſimas legeret nul
lo vitreoꝝ oculis p̄ſidio. Coꝛpus habuit dexterri
mū uſqꝫ ad ſenectutē: qȯ pingueſcere cepit. In fi-
ne appopletico moꝛbo (ut diximꝰ) plurimū toꝛque
bat̄. Ob eāqꝫ rē qui famuli erāt liberꝝ ab eo acceſ-
ſum habebāt. ꝯſilia medicoꝝ adeo ſpꝛeuit: ut nun-
q̄ꝫ eoꝝ pharmaciſ uti uoluit: naturā ſibi magiſtrā:
Medicoꝝ ꝯſilia uana eſſe dicebat. Aditꝰ v̄o ad eū
cū bene ualeret nulli difficilis. Nulla in eo ſuper
bia: nulla pompa. Iraſcebatur interdū: ſed ſibi po-
tius q̄ꝫ alteri nocebat: bn̄ficijs obliuiſcebatur nū-
q̄ꝫ. Amicitias quantū potuit officio conſeruauit:
nihil illi optabilius: nihil gratiꝰ: nihil iocūdiꝰ: q̄ꝫ ꝓ
amicis rē agere: ⁊ bene dicere: ⁊ oīa pꝛo illoꝝ bn̄fi
cijs: cū opꝰ eſſet poſtponē: ut nulli obeſſet ſūmope
queſiuit: ⁊ ſi q̄s ſibi intuliſſet iniuriā equo ferebat
aīo: nunq̄ꝫ vindictā hēre uoluit: ſꝫ patientia: ⁊ obli
uione cūcta ſedare. Diuitiaꝝ ꝯtēptoꝛ fuit eximiuſ:
non ut illas (ut ipſe de ſe ait) non deſideraret: qȯ
ceteri: ſed curas: ⁊ labores q̄bus diuitie trahunt̄
odere: ſic qȯ ſupꝛa vite neceſſitatem pꝛo ſtatu ſuo:
cū poſſet amplas hēre ꝯtēpſit. Famulucio modi-
co uſus: famuloꝝ multitudines inquietū hoīeꝫ fa-
ciebāt. Menſe apparatꝰ nullus erat. Tenui victu:
⁊ cibis vulgaribꝰ vitā egit. plurimū fructibꝰ arbo
rū ueſcebat̄: ut libidinē extinguēt: qꝛ (ut de ſe ip̄e
ſcribit) cū ad q̄drageſimū etatis ꝑueniſſet annum:
cū adhuc ſatis caloris eēt: ⁊ viriū memoriā libidi
nis ita abiecit: q̄ſi nunq̄ꝫ feminaꝫ cognouiſſet: aut
vir eſſe deſueſſet. Uinū dilutiſſimū bibebat: ⁊ ſepe
frigida aqua ſitim ſedabat. ſtans ſepe cenabat. Co
mēſationes opulētas: ⁊ lauta ꝯuiuia ꝓꝛſus abhoꝛ
rebat. Pōpa ei multum diſplicebat: nō tātū: ut hu
militati ſit ꝯ̄ria: ſed qꝛ difficilis: ⁊ quieti aduerſa
eſt. Auidiſſimus tn̄ honoris: ⁊ gl'ie fuit: que res a
magnis ingenijs haud facile ſeparari pōt. Unq̄ꝫ ſi
ne ſocio cū fieri potuit cibū ſumpſit. Gratulabat̄ ſi
ad mēſam ſedētis amicoꝝ quiſpiā ex inſperato ue-
niſſet. Iuuenis multū in libidinē ꝓnus fuit: Filiā
habuit quā Franciſcolā noīe appellauit: ex qua ne
potē: ⁊ generū vidit. Sepultura eiꝰ cū litteris mar
more ſculptis adhuc Taruiſij ꝯſpicit̄ ante oſtium
eccleſie diui Frāciſci: Frāciſcoli eius gratiſſimi vi
ri īpenſa. Ex qua muliere illā genuerit: haud com-
pertū eſt. Ni fuiſſet id qȯ oratoꝛ clariſſimꝰ: ⁊ hiſto
ricꝰ facūdiſſimꝰ Candidus Decēber mihi narrauit
cū de eo Ferrarie ſemel loqueremur. (Magna cō
ſuetudo cū viro illo mihi fuit) Dicebat audiuiſſe a
p̄re ſuo: qui petrarche ꝯtubernio uſus fuerat. Tp̱e
quo Mediolani morabat̄ elegerat pꝛo ſolitudine
ſibi locū: haud pꝛocul a ciuitate qȯ Linternū (ad
iſtar Scipiōis villā) noīari uoluit. Nūc ab īcolis
coꝛrupto uocabulo infernū nūcupat̄. Mulier q̄dā
illoꝝ dē beccarijs (pulchꝛa q̄dē) ad rus ſuū (qȯ pa
rum ab iſto diſtabat loco) eſtiuis tp̱ibꝰ ueniebat.
Amore eiꝰ capta hāc illi genuiſſe gnatam ferebat̄.
Sꝫ de h̄ v̄itaſ apȯ ſuū remaneat auctorē. Quater
in ebdomada ieiunabat: ſextam feriam pane ⁊ me-
ra aq̄ trāſigebat: tonitrua ⁊ fulgura expaueſcebat.
Sōni fuit ꝑciſſimus: ueſtitꝰ fere ſp̱ doꝛmiebat. In
media nocte (ut cl'icū decet) ſurgebat: ⁊ q̄ꝫtū pote-
rat diuinū ſoluebat offm̄. Deinde ad ſuos reuerte
bat̄ libꝛoſ: aut legebat: aut ſcribebat: que oꝛdiatim
ad ſtudiū ꝑtinebāt. Id q̄ꝫ maxime oī etate vitauit:
ne tp̱is q̄cq̄ꝫ admitteret: de ocio (ut Cato ſcripſit)
rōnem reddē ſe debere. Ad doctrinā quācūqꝫ uo-
luiſſet applicuiſſet īgeniū: ſed moralis ph̄ie cogno
ſcēde multū ſtuduit: ⁊ artis poetice facultatis. hi-
ſtoricoſ. oratores legit oēs: ſꝫ ī Cicerone Uirgilio
⁊ Titoliuio delectatꝰ: ī ꝓceſſu tp̱is poetarū libꝛis
nō niſi ad oꝛnatū utebat̄. Multū ad notitiā uetu
ſtatiſ īcubuit. In hiſtorijs ſcribēdis īſudauit pluri
mū: ſed multū illoꝝ diſcoꝛdijs offenſus. Sed an-
noſioꝛ factꝰ ſacris litteris īcubuit in quibꝰ ſenſit nō
paruā dulcedinē abditā quā aliq̄n cōtempſerat:
Stilus eiꝰ copioſus eſt ⁊ magnꝰ in cōſolando dul-
cis ⁊ in admonēdo liber. Interdū iocat̄ ſalibꝰ: ſed
ubiqꝫ reſtrictꝰ: ut ille qui magis Senece dēſitatē:
q̄ꝫ Ciceronis amplitudinē imitat̄. Unde ꝑſepe ex
hoc recētiorē ſenecā ip̄m appellauerim. Dicāt q̄c-
q̄d uolūt inuidi eloquio fuit clarus ⁊ potēti: ut ſti
lus libꝛoꝝ īdicat: atqꝫ uere dixeriꝫ ille fuit qui per
tot ſecula exulātē ⁊ iā pene incognitā dicēdi facul
tatē in nr̄a tēpora reuocauit: ſummus doctrina:
ſummus ⁊ eloquio. Scripta eiꝰ quocunqꝫ in gn̄e
habent̄ iſta ſunt. De viris illuſtribus. De remedio
utriuſqꝫ foꝛtune. De vita ſolitaria. De ocio religio
ſo. De ſecreto ꝯflictu curaꝝ ſuaꝝ. Liber epiſtolaꝝ

ſine noie. Itinerariū: ⁊ liber reꝝ memorādarum. Comedia vna Joanni columne inſcripta: duo magni epl'arū libri. vꝫ. iuueniles ⁊ ſeniles epl'e: ⁊ hec ſoluta orone. Duoqꝫ ad mr̄nā ſiue vulgarē linguā Sonetoꝝ libri ⁊ triūphoꝝ ⁊ rithmoꝝ. triūphoſ nō emādauit. Nā ipſo mortuo ineniunt̄ i cartacijs ſuis in vno alligati faſciculo. Nondū exierāt in publicū q2 ultimā nō habuerāt limaꝫ: ut luce clarius videri pōt. ut in triumpho de fama: in quo multe replicant̄ hiſtorie: qꝺ vitiū eſt maximū. Nā duo illa capl'a ad vnū redigēda erāt: ⁊ alia multa addēda: ⁊ reſecāda. Buccolicū carmē in duodeciꝫ eglogas diuiſum. Librū epiſtolarū ad barbatū: ⁊ pſalmi penitentiales magne deuotiōis pleni. hos omnes Paulus Vergeri' uerſib' ijs ita cōprehēdit.

Illuſtres celebrare viros medicamina utranqꝫ
Porrigere in ſortē tranquille munere vite
Dicere Franciſcus potuit tractauit anbellos
Ore potens triplici materno ſtamine amores
Carmina paſtorum ſenſus condentia miros
Cum caneret magnum gracili ſpirauit auene
Africa cum ſcriberet fauſto rem nomine dignam.
Multaqꝫ preterea uario deprompſit ab ore
Ultima ſacratis ſtudijs dans tempora vite.

Poſtremo de africa libro pro huius poete excuſatione: dicaꝫ qꝺ ſentio: ⁊ perſtringam id qꝺ uergeri' in fine vite petrarche ſcripſit. Librū impfectū eſſe ei' demōſtrat editio. Quia ordo ipſius rei prout res ſe habuerit nō pcedit. Nā ſi ſecūdi belli ſūma ſpectet̄ multa deeſſe cōſpiciem'. Ut Scipionis ex hiſpania trāſitū ad ſiphacē. Sed q2 a pleriſqꝫ iter temeraria numeret̄ forte de induſtria poeta intermiſit. Sed preter hoc neqꝫ traiectionē exercit' in africā: Neqꝫ caſtroꝝ ſiphaciſ nocturnā exuſtionē. Aut ut poſtea ſiphax: atqꝫ haſtrubal apta acie victi ſunt. Neqꝫ ut infidus rex tandē in ſuo regno a Maſſiniſſa: ⁊ Lelio ſupatus: ⁊ captus ſit: ſed hec oia (ut Uergerius ſcribit) ratio iducere potuit: cū ſupmā pugnā que iter duos ſūmos duces. ſ. Scipionē: ⁊ Hannibalē fuit deſcripturus eēt: que bello finē poſuit: ne ſil'itudine reꝝ lectorē offenderet. Sciēs uolenſqꝫ hec oia ptermiſit. In ultimo quoqꝫ libro in quo plurimū ſibimet loci fecit ſomnium omiſit: quod poni: ut annotata ſubſcriptio demonſtrat debuiſſet. Sꝫ hi defect' fortaſſe dicēdi nō ſūt qui ceteraꝝ reꝝ ſplēdore tegunt̄: ⁊ reliqui corpis pulchritudinē illuſtriorē reddūt. Sunt pterea qꝺ mōſtrat nō fuiſſe correctū opus. Uerſus dimidiati: ⁊ iperfecti (ut eſt creberrime apud maronē noſtrū) Aliqn̄ ⁊ impfecte ſententie: Sunt: ⁊ male mēſurate ſillabe tm̄ ipſe in margine notauerat: ut ex multis exēplarib' videri poteſt: ubi ſignate conſpiciunt̄. Sed ut oia breui cōcludant̄. Cōſtat iuuenē iſtud cepiſſe poema: ⁊ in breui tpe: quodā iuuenili ardore ductū ad finē pduxiſſe: qꝺ ſi ad extremā pduxiſſet etatē quanto futuꝝ fuerit excellēti' nemo ambigit. Nihilomin' refertū eſt multoꝝ documentis: ⁊ plenū poetice fictionis. Magna in eo eſt uetuſtatiſ: ⁊ nature cognitio. Magna eloquētie vis. Magna pcipiendi facultaſ: qꝺ ſi ultimā ipoſuiſſet manū: ſeu limare nō neglexiſſet pclarū ſane euaſiſſet opus. Nec dubito iſtā fuiſſe cāꝫ: qꝛ male de eo ipſe in fine ſenſerit. Nā cū ſemel Uerone eēt: ⁊ cuꝫ ad vidēdū ipꝫ multi pceſſiſſent viri: ⁊ ut illi cōplacerēt ad id qꝺ loquebat̄ ppoſitū carmina ſue africe cantare ceperūt. ptinus cū audiuit lachrymas emiſit: Rogās ne ulteri' pcederēt: Cū percūctaretur: qre hoc faceret rn̄dit. Utinā datū eēt: ut iſtud op' abolere poſſeꝫ: pfecto nulla res magis grata: neqꝫ iocūda foret qꝫ illud pprijs manib' cōburendū. Uergeri' enim nō min' clare hoc demonſtrare videt̄: allegat ei' epiſtolā quā ſcribit ad poſteritatē in qua de ſe deqꝫ rebus ſuis ſcribit. ſic eniꝫ de iſto inquit libro. Raro enim pater aliquis tam meſtus filiū vnicum in rogum miſit: ut ego librū illū queꝫ mihi multo labore genuerā: ⁊ ſi ſcias quiſqs hec legis: quanto id fecerim dolore: ⁊ oēs meos labores eo in ope pditos acriter tecū uoluas vix ipſe lachrymas ꝯtineas. hec eniꝫ ſcripſit anno vno anteqꝫ moreret̄. Sed qcqd fuerit. Lectorē equū meliorē ptē tenere decet. Hec eni ſūt mi Cōtarene digniſſime: que de vita eximij noſtri petrarche habere potui. Scias uelim nihil me temere ſcripſiſſe. Secutus enim ſuꝫ Paulū uergeriū: Cichū pollētonuꝫ: Leonardū Arretinū: ⁊ Philelphū ⁊ ei' auctoris ſcripta: quātū potui: ex meo marte nihil poſitū eſſe ſcias. Siqs iniquus forte lector rephēderit. faciat meliora hortamur: ut nomē tanti viri clarius eluceſcat. Ego hāc vitā tibi mitto: (que cū prīſcis illis clariſſimis viris cōparari pōt) ut meā erga te fidē: ⁊ obſeruātiā aliq ex pte notā facē: ſil'qꝫ itelligeres amare dignitatē tuā: quā idieſ creſcere minime dubito. has lucubrationes q̄s iter tot meas tribulationes: ⁊ anguſtias ſcripſerim: ſicuti ille qui a maris latronib' in mari pamphilio (perugia buſcaglino duce) qui olim cantabri dicebātur: cū e cypro uerſus italiam nauigarem de omnib' que poſſideram ſpoliatus exiſto: ⁊ nūc ab effera gēte gallorum bis factus ſum preda ⁊ tibi quales ſunt mitto. Rogans: cū ab occupationib' fiſcalib': quibus indies iuſſu ſereniſſimi. Du. dn̄ij detineriſ: ac ēt poſt quotidianos ciuiliū: defenſionū forēſiūqꝫ labores quos ob tuam: peritiā: bonitatē: iuſtitiaꝫ: ⁊ doctrinam exerces: ut oppreſſos erigas: ⁊ adiuues. Que eſt (ut inquit Cicero) melior in hoiuꝫ genere: qꝫ eoꝝ qui ſeſe natos ad hoies iuuādos tutādos cōſeruādos arbitrant̄. pſertim ijs qui iniuriā patiuntur: quanta ſit tua equitas: ⁊ iuſtitia: ab omnibus abūde cognoſcit̄. Cū igit̄ paulū ab ijs uacaueris: rogo: oro: atqꝫ ꝯtendo. ut hec mea legere nō dedigneris: ⁊ ſi abs te cōprobari ſenſero: me aliquid boni feciſſe reputabo. Uale litteratoꝝ dec'.

¶ Incipit liber rerum ſenilium. Ad Simonidem. Prohemium.

Lim Socrati meo ſcribẽs queſtus eram ꝙ etatis huius annus ille poſt milleſimum trecenteſimum quadrageſimuſoctauus: oībus me ꝓpe ſolatijs vite amicoꝝ mortibus ſpoliaſſet: Quo dolore: nā memini / queſtibus ⁊ lachrymis cũcta compleueram. Quid nũc ꝑmo ⁊ ſexageſimo faciam anno: Qui cum cetera ornamẽta ferme oīa: tum id qđ chariſſimum vnicũqꝫ habui: ipſum mihi Socratem eripuit. Nolo per aliorum caſus ſtiluꝫ ducere: ne triſtis mihi fletũ renouet memoria / ⁊ annus hic peſtilẽs qui illum in multis locis perqꝫ hãc maxime ciſalpinam galliam nõ equauit modo / ſed vicit: quiqꝫ inter ceteras Mediolanum florẽtiſſimam frequẽtiſſimãqꝫ urbem hijs hactenus malis intactaꝫ / pene funditus exhauſit: me qđ nolim iterum in querelas: neqꝫ hac etate / neqꝫ hijs ſtudijs / neqꝫ oīno me dignas cogat. Multa mihi tũc ꝑmiſi que nunc nego. Spero nõ me flẽtem cernet amplius fortuna: ſtabo ſi potero: ſi minus: ſiccum ſternet ac tacitum Turpior eſt gemitus q̃ ruina. ¶ Ad id qđ dicturus ſum ꝓgredior. Eſt ad Socratem liber familiarium rerum nr̄: corpe qdem ingẽs. ⁊ ſi ſineret ingẽtior futurus. Proinde qđ illic ꝑſagiebam video Nullus mihi alius epl̃aris ſtili q̃ vite finis oſtendit: Itaqꝫ ſiqd tale mihi deinceps uel amicoruꝫ inſtãtia: uel rerum neceſſitas extorſerit: ego enim rerum cõſcius mearuꝫ nõ quid iam ſarcinis adijciã quero: ſed qd detrabam: totum tibi inſcribere eſt aīus: cui ꝓſam familiariorẽ ſcio eẽ q̃ carmẽ. Quantum ſane uel rerum uel vite ſupeſt: incertũ eſt: quantulũcũqꝫ tñ id fuerit boni cõſules: qđ ⁊ ſi modicũ totuꝫ ſit: Neqꝫ vͦ ſcđi loci ſortem idignabere: aut Socratem tibi ꝑlatum credes: ſed memineris eate mihi tẽpeſtate nõdum cognitum qua opus illđ īceptum eſt: In quo tuꝫ multa ſunt ad te: cui necdũ Simonidis nomẽ indideram: qn hocipm quicqd erit / quaſi enim iactum retis tibi dono / eo gratius accipies quo ſerius. Et libratiora enim ⁊ rariora eẽ ſolẽt ſenum dona q̃ iuuenum.

¶ Ad Frãciſcum ſanctoꝝ apl̃orum de Florẽtia fortune blanditias contemptu magnifico repellendas. Epiſtola. II.

i Am añ litterularum tuarum aduẽtũ / ⁊ Zenobium nr̄m defunctum eẽ meſtus / ⁊ te cãpanum fieri / letus audieram. Gaudeo hercle ubi totus eẽ nõ poſſum / te q̃ſi dimidiũ aīe mee eẽ: ut de Uirgilio ait Flaccuſ: dum qđ cupio ⁊ ſpero ubicũqꝫ fueris bene ac feliciter tibi ſit. Neqꝫ vͦ alr̃ eẽ poſſe ꝑſuadeo mihi / tali hoſpite mecenate / illo nr̄m oīum tali hoc aīo tuo: tali deniqꝫ ⁊ taꝫ fido tuarum v̓tutum: tãqꝫ indiuiduo comitatu. ¶ Ad id qdem qđ Mecenas ipſe: tuqꝫ poſt illum / tãta ꝑcum vi me nũc etiam in cãpaniam euocatis: qd aliud dicam: q̃ mirari me / nõ ur̄os olim mihi plane notiſſimos affectus. ſed indefeſſam hãc inſtãtiam totiẽs negata flagitãtium. Nec rogãdo enim nec expectãdo laſſamini: cum ego iam nõ negãdo tñ ſed tacẽdo ac viuẽdo ꝓpe laſſatus ſim. De hoc ſane nihil noui eſt / ultro citroqꝫ qđ dici poſſit: trita ſunt oīa. ¶ Hijs omiſſis vnum dicam: quo intelligas quos mihi nũc quoqꝫ ni caueam blãditiarum laqueos mũdus itexit. Sed ut tẽpter: falli nequeo ſic edoctus ludis talibus / atqꝫ ut dicit̃ coctus ſuꝫ. Siqdem hoc ipſo tpe quo me hic nr̄ tãt⁹ tãqꝫ vnicus ac dilectus uocat: ubi niſi alia obſtarẽt: nõ alterius q̃ ad mei ipſius ꝓpriam domum uocor: ſimul me hinc romanus Ceſar: hinc Frãcoꝝ rex certatim euocãt: hijs ꝓmiſſis / hijſqꝫ muneribus iam ꝑmiſſis: que ſi ꝑgam exeq ⁊ lõgum erit ⁊ videbit̃ fabuloſum: Mirum ꝓrſus vñ duob⁹ ꝑncipib⁹ armatis ⁊ vnius inermis ⁊ iam ſeneſcẽtis clerici cura eſt. Nouiſſime uerum ſũmus põtifex: hic ſolit⁹ nigromãticũ opinari: ⁊ ipſe me altis uocibuſ ad ſe uocat duob⁹ iam nũc bñficijs collatis: pluribuſqꝫ ſi paream oblatis. hic enimuero miri nihil: qm̃ cauſa nota eſt. vult me ad officium ſecretoꝝ qđ Zenobius nr̄ geſſit: qđqꝫ nec ipſe nec ꝑdeceſſor vnq̃ ſuus habuiſſet niſi ego illud oblatum mihi perq̃ honorifice multos añ annos recuſaſſem. ¶ Sed ſenectus auaritie ſuſpecta eſt: Sperãt forſitã me ſeneꝫ. Et qđ (ut ꝓhibẽt) cupiditatem acuit ditiorem ſolito / amplecti qđ iuuenis inopſqꝫ nunq̃ uolui. ſed fallunt̃: cum ꝑſertim egẽtium amicoꝝ quorum me charitas tũc urgebat / tãto ſim factus egẽtior. Inter quos ne lõgam tibi nũc ordiar mei doloris hiſtoriam: quam ꝑcidere potius nitor ac ſeponere ⁊ ſi liceat obliuiſci. Joãnes me⁹: tuus: nr̄: imo Chriſti ut Hieronymi utar v̓bo. is Joãnes qui te colere apud occiduã babylona cõſueuerat / iter vite durũ ac breue añ ueſpam: imo vͦ añ meridiem ꝑegit: cũ mutationis in melius ſpeꝫ dediſſet. credo quo grauior mihi mors eẽt. Sed nõ ita eſt. Qđ eniꝫ ad dãni cumulum calcarqꝫ gemituum magna ꝑs v̓teret v̓ti ego ad ſolamẽ. ⁊ q2 ille melior obijt: ego letior viuo. Oibus ergo me uocãtib⁹ excuſationes obijcio: miras qdem: ſed pre alijs ſenectutem ueram illam nõ inficior: ſed fando auctaꝫ. ad honeſtos enĩ ⁊ placidos labores adhuc deo ꝑſtãte ſat ualidus: ad iuiſos decrepitus: atqꝫ ipotẽs fact⁹ ſum. qđ ipſum inter nãe dona cõnumero: ut ⁊ qđ poſſe noliꝫ nec poſſim qdem / nec honeſta mihi vnq̃ deſit excuſatio: cui⁹ me ſepe penuria tedijs multis grauibuſqꝫ negocijs imparatũ obtulit. ¶ Ad hãc ſane ultimam uocationem cum me põtifici excuſaſſem nominaui te amice. idqꝫ pro honore tuo feci. Dabis ueniam ſi erratum eẽt. Cogitaui enim ſi mihi queꝫ ad tãtam rem ut idoneum eligiſſent / de alterius ingenio creditum eẽt artificis: ut par erat: uel emolumẽtum acceptatũ: laborioſi fateor: ſed honeſti officij / uel repulſe magnanime tibi nõ defuturum decus. Q2 ſi mihi ꝓpter inobedictiam ïfeſti meũ quoqꝫ de te iudicium ſpreuiſſent: tñ tuum nomen ſemper / ⁊ tũc maxime ueris laudib⁹ ꝓſeq / meuꝫ duxi Qđ qdeꝫ ex alio q̃ ex me tibi nunciatum malim: Scribo aũt ut patior ſis rñſo ſiqd hinc forſan audieris. Neqꝫ vͦ Mecenatis nr̄i laude laus tua caruit. Scripſi enim te cum illo agere. ⁊ illius e gremio poſcẽdum ut appeat / tum in alijs multis / tuꝫ in hoc quoqꝫ q̃lis ille ſit vir / qui talia eccl̃ie nutrit igenia. cui olim Zenobiuꝫ dediſſet: nũc ſi reqrit̃ te daturus: ut de cōis pr̄ie laude tacuerim / que toti⁹ ciuium gl̃ie q̃ſi fons qdam / illum ſil' ⁊ uos genuit

Hieronymus

⁊ altos edidit ⁊ altorem.¶ Reliquum eſt/ut no-
ris me rumoribus aſperis hinc atqꝫ hinc pulſum/
letum minime:ſed rõnis auxilio rectũ ſtare. Quid
de meipſo ſtatuam:tñ adhuc dubium. Et facile fie-
ri põt niſi nouuꝫ aliqd emerſerit/ut me audias nõ
poſt multos hos mẽſes in trãſalpinam ſolitudinẽ
rediiſſe. Plenus ſum italicarum rerum. Uale.

¶ Ad eũdẽ amice ꝯſolationis approbatio. Ep̃la.III

p Ergratam meis vulneribus medicinã/ſua
uiſſima qdem ac doctiſſima tua manus ad
hibuit. Solãs me ſuꝑ adoleſcẽtis mei obi
tu/quem viuẽtem v̓bo oderam:defunctum mente
diligo/corde teneo/cõplectorqꝫ memoria / quero
oculis. heu ne qcq̃ꝫ. Amantiſſime tu qdem iſtud ut
oĩa. Sed o ingẽs vis amoris/ ⁊ rõnis impio exem
pta:fles tu interim cõſolator meus: ⁊ qđ fieri rõ ꝓ
hibet amor cogit. Fles tu illum nec imerito. Quiſ
qs enim eſſet in reliqs/tu amator miratorqꝫ/tuiqꝫ
nois indefeſſus cultor euaſerat. Qđ mihi vnuꝫ de
multis indicium erat imutari illuꝫ indies/magnõ
nixu eui vitia tenerioris excutere. Chriſtum teſtor
cui ille nũc viuit/ ⁊ cui ſepe ſuſpirãs p̃cor funꝰ me-
um/raptiqꝫ aiam recõmẽdo/nõ ille me tibi ul' cha
ritate uel extimatione p̃tulerat:neminem ille mor
talium tibi equabat:ſic in arce iudicij ſui ſtabas. is
amor:ea mẽs erat:ea demum vniformitas iudicã-
tis. In ceteris nãqꝫ pro etatis inconſtãtia uarius.
In te vnus ſemꝑ. Siqs forte in cõparationem tui
ueniſſet:ſeniorum in cõcilio palam loqui ueritꝰ ſub
miſſa fronte/riſu tacito/ſententiam ꝓferebat. Et ſi
quãdo iuuenilis illum ardor in v̓ba cõpelleret: re-
uerẽtiam cum dilectione:certãtem cerneres uere-
cũdiam cum pietate. Iure igit̃ illum fles illũqꝫ de
ſideras:qui te fleturus eẽt ut patrem:deſideratu-
rus ut filium. ¶ Sed quoniam ius eſt/ut fortuna
ſemel feriat: ⁊ nõ repetitis ictibus cõficiat queꝫ in
uaſit. vna nũc quoqꝫ vulnus alterum Socratẽ me
um defles:quem mihi orbe alio genitum p̊mo ſta-
tim cõgreſſu frons:ingeniuꝫ:virtus:vnanimem fe
cerãt:ſic ut nunq̃ꝫ poſtea uel momẽto tp̃is labare
illi meis in rebus aium ſenſerim:fidem ue lenteſce
re barbarice nato hoi:rarum ꝓrſus. Sed cõſuetu-
do lõgior/ ⁊ cõuictus aſſiduus/nr̃qꝫ amor/ſic illũ
moribus ſic affectibꝰ nr̃is imbuerãt/ quaſi media
natus eẽt italia. Nr̃ erat:nr̃a oia mirabat̃. ⁊ pene
iam oblitus originis nil in terris niſi italiam ſuſpi-
rabat. Quid vis dicam? tãta illa trãſformatio ſtu-
diorum ac nãe ⁊ ſtupori oibꝰ/ ⁊ gaudio mihi erat
ingẽti. eo maxime ꝙ in meam gl'iam reflecti quo-
dãmodo videret̃:cum haud dubie inter mortales
p̊mum ille me ſibi aio feciſſet:hũc ego ante ortum
alterius toto ferme ſeptẽnio p̊mo flore adoleſcen-
tie p̊mum noui:tum ſcilicet/dum haud ꝓcul pire-
neis collibus ſub incompabili viro alme memorie
Iacobo de colũna locorum p̃ſule/magno ⁊ dulci
coeuorum cõtubernio iucũdiſſime viueremus. Et
o celi regnator/o creator tẽporum/o ſyderum mo-
derator:vnde hec tanta uelocitas. Nudiuſtertius
id fuiſſe dicturus ſim:niſi ꝙ p̃ter vnuꝫ Lelium no
ſtrum:de quo ipſo ſum dubius. nullum penitus e
cetu illo ſuꝑeſſe iam reor. O fallax vita hominum
Nec deſinimus lõgas hic ⁊ tam breui ſpatio inex
plicabiles ſpes ordiri. O laborum cãpus aſperri-
mus. o errorum inſcrutabilis laberinthus. o gemi
tuum trux paleſtra. hic hic infelices agimur. hic ni
timur:collidimur:exercemur: ⁊ qui furorum ulti-
mus. hic gaudemus:extollimur:ſuꝑbimus:hic po
tẽtiam:hic honores:hic opes:hic impia mollimur
hic iniurias:hic rapinas uoluimus:hic vindictas:
qd de nobis interea non uẽtura tñ dies: ſed hora
etiam p̃ſens pariat incerti:nilqꝫ aliud diu viuendo
cõſecuturi/niſi ut ſoli ac meſti:ut corporibus:utqꝫ
animis graues inter queſtus ⁊ lachrymas ⁊ deſi-
deria ſeneſcamus. Certe ego qui nudiuſtertius di
xi/melius hodie dicturus. Quid eni niſi dies vnꝰ
eſt vita hec? Iſqꝫ hybernus breuis: turbidus. Et
ut multis mane:multiſqꝫ meridie interruptus: ſic
pauciſſimis ꝑductus ad ueſꝑam. hodie inq̃ꝫ tanto
⁊ tam delectabili comitatu ſtadium hoc ingreſſus
Ecce iam vie feſſus/ ⁊ ꝓpe iam ſolus ad metam fe
ror. neqꝫ in hoc exoptato uotis oibus longiuſcule
vite tractu boni aliqd ĩtelligo:niſi ꝙ eq̃nimius for
taſſe morimur hijs p̃miſſis qui dulceꝫ nobis facie
bãt vitam:nil a tergo qđ uellicet aium relinquẽtes
niſi cõtra opportunum illud ac miſerum ſemꝑ flen
do in ꝑpetuo merore ut Satyricus ait: ⁊ nigra ue-
ſte ſeneſcere. ſiue ut ꝓprie qđ eſt dicam:inter ami-
corum mortes ſepe mori:nullum tuoruꝫ nouiſſime
relinquẽtem cuius in ore memoriaqꝫ poſt obitum
ſis victurus. Et tu mihi nũc amabili ꝓrſus iniuria
ac pĩna/laborioſi huius triſtiſqꝫ negocij longitudi
nem imp̃caris. dum tremere te ais atqꝫ horrere ne
mihi ſuꝑſtes ſis. Ego v̓o ſuꝑſtitem te uolo ⁊ hos
pauculos qui e tãta amicorum acie iam ſoli ſupe-
rãt. Sint qui ultima iuſſa abeũtis excipiant. Sint
qui oculos tegãt:humi obruãt:q̃ꝫuis affatim illud
mors faciet:hoc natum ſed dulce eſt amice manus
obſequm. Nec ulla mihi aduerſus fortunam meaꝫ
grauior querela eſt/q̃ꝫ ꝙ amicis ante dieꝫ ablatis
ſiqs huic numeri dies eẽt:ego durior adamãte:te
ſtudine tardior:ac phenice viuacior huc dilatꝰ ſim
Heu cumulus deſit offenſe:quorum manibus ſe-
peliri optauerã intereſſe nõ licuit ſepulture. ¶ Sꝫ
redeo ad Socratem/qui ad me nõ redit:nec me ta
men aio deſerit/ut puto corpore lꝫ abſceſſerit:cum
vnum ⁊ triginta mecũ annos fidelis expleſſet ami
citie. Alter enim fletus nr̃ vite q̊rtum ⁊ vigeſimuꝫ
nõ impleuit. Quid nũc loquar? Dicerem:hei mihi
ter ⁊ amplius/niſi ꝙ luctum pellere eſt aius:poſ-
ſem ſimul utinam ⁊ dolorem pellere. nitar eqdem
In quam rem tuam tuo mihi cõſilio utẽduꝫ video
ꝙ ⁊ virtus humanis caſibꝰ altior. ⁊ qui dedit ab-
ſtulit. Ignoſcẽdum morti:ſuo iure uſa eſt. Nec for
tuna nobis accuſanda:nec natura. Nec querẽdus
ordo:ubi nullus vnq̃ꝫ fuit. cauẽdũqꝫ qđ i alijs ali-
quãdo rep̃hẽdimus:ne iure optimo rep̃hendat̃ in
nobis. Nec mirãdum v̓o ꝙ acerbus ille:hic matu
rus adhuc virẽs obijt. Utriqꝫ ſuum vite tẽpus im
pletuꝫ:noſtra nobis implẽda ſunt:ſequẽdiqꝫ quos
p̃miſimus. ⁊ qđ millies diximus/iam tãdem ante
oculos habẽdum. leuis eſt enim ſolius lingue di-
ſciplina. pBandum nobis ⁊ rebus eſt:ſi re ipſa ſal-
ui eẽ cupimus. hic figamus aium: ⁊ qđ loqmur ſen
tiamus. Sequemur nr̃os. Quis hinc dubitat. ſe-
quemur cito:ſtatim:nũc fortaſſe: ⁊ certe nũc ſequi-
mur. Nam qd aliud agimus oro te/dum qeti etiã
videmur niſi ꝓperare ⁊ currere? currimus qdem
oẽs: ⁊ ſinguli currimus: ⁊ viciſſim nos urgemus.
Quid hic opus eſt ſtimulis:ipſa nr̃a nos uehit/ne
dicaꝫ p̃cipitat natura/ ⁊ p̃eũtibus applicat. Nulla

eſt mora.Quid merori icūbere:aut toꝛquere deſi-
derio aiam iuuat?En cōfeſtim quos querimus cō
ſequemur.Ad illos enim nos ituri ſumus.Illi ad
nos minime reuerſuri.Nēpe neceſſarium hoc no-
bis: at illis irremeabile iter eſt.Quibus ita ſe ha-
bētibus abſtinēdum gemitu:ꝛ querelis inutilibꝰ:
proqꝫ illorum ſalute oblationibus pijs ac p̄cibus
indulgēdum.quas tu familiaris ac domeſtice con
uiua Chriſti frequētes pro altero te daturum ſpon
des:atqꝫ id pro utroqꝫ facias:quotiēs ad menſam
colloqumqꝫ dn̄i tui ueneris per memoriam noſtri:
per amicitie fidez:etiā atqꝫ etiā obteſtoꝛ.Hec ſunt
nr̄i doloris utiliora remedia:quorum mihi nō exi
guam poꝛtionem more ac ſtilo illo tuo ſenſuum lar
gioꝛ q̄ꝫ v̓borum in anguſtam partem epiſtole con-
geſſiſti.Queue idcirco meis uerbis libēs repeto:
ut in meum aium tuo ſtilo trāſfuſa:meoqꝫ calamo
mox in te refuſa/ſic mea fieri incipiāt/ut tua eē nō
deſināt/repcuſſi claui in morem hinc illinc/affixa
pariter ac ſuffixa memorie.utar hoc libēs tuo mu-
nere quo nullum tpi aptius p̄ſtari poterat nullūqꝫ
ſalubrius indigēti.Efficaciſſimus ad curādum il-
le eſt medicus de quo maxime eger ſperat.¶ Su-
pereſt/ut quoniam mihi ad tēpus Socrates meuſ
eripit̄/neqꝫ ut vides huic gn̄i coium ſcripturarum
ullus qȯ ſepe iaz diximus:niſi qui vite finis appa
ret:ꝙ ꝛ ſi ſolito auidioꝛ ſim getis:amicis tm̄ inter-
pellātibus non reſpōdere nefas ſit.Nec ſine qua-
dam/quam ualde hoꝛreo/nota:inſolētie fieri poſ-
ſit.ois ille familiarium rerum iāqꝫ ſenilium rerum
ſtilus ad te trāſeat.ꝛ alienigene hac in parte de-
ditum ingenium/cōciui deinceps meo/uati ſacro
ob eāqꝫ rem nr̄o ſimonidi cōſecret̄.tu es enim me
us ille Simonides quem p̄ma huius opis cōpel-
lat epiſtola/que nōdum tamē ad te uenit nec ueni-
et qdem ſola.Illam certe cum legeris:qd huic de-
ſit intelliges.¶ Reliquum eſt/ut ꝛ tui honoris ꝛ
mei me ocij ſtudioſuz ad q̄tuoꝛ idus Januarias pa
tauio digreſſum preriſſe Mediolanum ſcias:quo
eēm ad trāſitum alpium paratioꝛ.Oderam nanqꝫ
Italos tumultus:optabāqꝫ q̄ꝫprimum hinc abire:
ut ꝛ trāſalpinum elicona reuiſerem:quem iam pro
pe decēnium intermiſi: cuius mei deſiderij ſimul
ac tedij ſatis te vno v̓bo ſupioris epiſtole finis ad-
monuit.Et ſiqd fidei pōtifex mihi maximus habu
iſſet/te ſibi qȯ abſens ſcripto feceram pro me vica-
rium p̄ſens darem.Sic ſimul ꝛ officio illi totiens
mihi oblato/cui uel ob hoc ipſum bn̄ cōſultum ue-
lim/nō tm̄ bene/ſed magnifice/ꝛ tibi/ſeu neceſſita
tibus ſaltem tuis/quas occultare mihi vis:nec po
tes/tāto lz tēpore/ac terraruz ſpatio diſtractꝰ utrū
qꝫ ꝓuiſum iri exiſtimās.Uerum oibus vndiqꝫ bel
lo ardētibus aditus arma inter paucis inermibus
nō fuit.ſubſtiti ergo rn̄ſum pōtificis operiens:qȯ
ſeu illis ſuo bello implicitis.multa enim ꝛ grauia
inde narrant̄:ſeu captis in itinere nūcijs/quod de
multis audiuimus/nōdum habui.hoc vnum ciui-
bus nr̄is mercatoribus/mediolani agētibus ſcri-
ptum eſt per ſuos rn̄diſſe pōtificem.ſi oblata reſpu
erem:irem ſaltem ad eius p̄ntiam mecum ducens
quem officio idoneum iudicarē.Que an uera ſint
neſcio.Sed ſi ita eſt/paratus eſto uel mecum uel
cū litteris meis illuc ire.Si cetera enim clauſa per
māſerint/iter tibi patet equoreum.¶ Ego quidez
expectationis impatiēs:atqꝫ in circuitu noua bel-
lorum ſemina iacta ↄſpiciens/iam fere cunctis fra
ctis itineribus/pado me credidi.Et quo in hoc ſta
tu rerum vix uolucris penetraſſet ad qntum idus
maias patauuz redij.hinc ex oꝛdine iturus ad Ce-
ſarem tam me crebris/tāqꝫ altis uocibus euocan-
tem/ut diſſimulari amplius illeſa uerecūdia ac de
uotione nō poſſit.Sic accinctus in zephiruz in bo
ream ibam:ut intelligas humanorum conſiliorum
quāta conſtātia eſt.Sed hac quoqꝫ p̄ter ſpem bel-
lo obſtruſa oia repperi.Neqꝫ minus hic angulus
Uenetorum/pacis olim habitatio atqꝫ alpes nori
ce q̄ꝫ reliqua feruet italia: tum que alpibus vicina
germanie pars eſt/ſuis ꝛ ipſa motibus eſtuat.Ita
omne latus nr̄i oꝛbis vno nūc tēpore mars īfeſtat.
Que q̄ꝫuis amico pacis aio non moleſta eē neque
ant:qꝛ tum eſtiuam regem pollicent̄/ꝓpe gratiſſi-
ma dixerim tēſas nēpe ad occaſuz alas:atqꝫ ad ar
thon inter alpes atqꝫ apēninum ſecus adriaci ſinū
maris/nota cōtrahūt ac detinēt ſtatione.huc tu ſi
qd mihi nūc ſcripturus es:ſcribe.Et qm̄ te littori-
bus ſiculis/moꝛte regis auulſuz ſuſpicoꝛ:illȯ quo-
qꝫ ne ſubtrahaſ tua oia noſcēdi auido.ubi q̄ꝫqꝫ ſua
uiter teqꝫ/tuūqꝫ/imo eqdem nr̄m ducez inſtabilis
foꝛtuna depoſuit.¶ Ultimum eſt/ut exoptatuz di
ligētie tue munus ꝓmiſſumqꝫ nō differas:biblio-
thece huius oꝛnamētum in qua mihi ois requies
oblectatioqꝫ animi/atqꝫ vnicum iam vite ſolatium
remāſit.ꝓpera/per oēs celicolas oro te: ꝛ arcule
nr̄e fidem adhibeto.qȯ cum mihi ↄtigerit nil ma-
gnope in terris amplius optabo:Nempe qui iam
ſpe ſola efferoꝛ:Jāqꝫ ꝛ ſi libroꝝ nihil acceſſerit hijs
ipſis qui nō pauci ſunt/neqꝫ ignobiles/meo diues
ſatis ipſe iudicio:opibꝰ creſum vici:oēſqꝫ nr̄oꝝ lo-
cupletū archas atqꝫ areas ꝑuipendo.Uiue ꝛ uale
noſtri memoꝛ ſexto idus Junij.

¶ Ad Talauādum albanen̄.ep̄m cardinalem oblati
laborioſi honoris recuſatio. Epiſtola.IIII.

Litteras p̄dem tuas amātiſſime pꝛ: inqꝫ il-
lis ap̄licum p̄ceptum reuerēti gaudio ſtu-
pēs legi:ad q̄s familiaris tui illiꝰ feſtinatio
iuſtum rn̄dēdi ſpatiuz nō dedit.Rn̄di tm̄ ut potui.
idqꝫ ꝑbreuiter ſed puere:ꝛ qȯ lr̄is defuit:note fi-
dei nūcio cōmiſiſſe ↄtētꝰ fui.Ecce nūc iterū alijs at
qꝫ alijs de eadem re ꝛ lr̄is pulſoꝛ ꝛ nūcijs qbus ꝛ
ſtupoꝛ meus creſcit ꝛ gaudiū.Nā qs queſo nō ſtu
peat ſimulqꝫ nō gaudeat:ſi amicus ſit:vicario Je-
ſu chꝛiſti.qui me magicū non tm̄ ſuſpicari ſed affir
mare ſoleat:opionez hāc de me falſo ↄceptā:ſemꝑ
qꝫ hactenus ↄtra tuū eloqum:ac multoꝝ illā extir
pare uolētium ꝑtinaciter defenſam: nūc repēte nō
mō depoſuiſſe:ſed opinione alia ꝑmutaſſe:tam di-
uerſa:ut cuius hoꝛrē uideret̄ alloquz atqꝫ aſpectū
eius nūc ſecretam ↄuerſationē ac fidele obſequm:
donis poſcat ac p̄cibꝰ.magna vis ueri eſt:Impelli
pōt:ꝓſterniqꝫ mēdacio:nō extingui.Per ſeipz cū
aliquādiu iacuerit:altiꝰ aſſurget ꝛ clarius.Parcat
autem illi deus qui falſe illius opinionis auctoꝛ fu
it.Magnus ille quidem vir.nempe tu oꝛdinis nō
ultimus:ꝛ preterea iuriſcōſultiſſimus:quodqꝫ mi
rabiliorem facit errorem:ꝛ experiētie multiplicis
ꝛ prouecte admodum etatis: niſi foꝛte non erroꝛ
ille aliquis:ſed odium ſolum fuit:q̄ꝫuis erroꝛ nul-
lus maioꝛ poſſit eſſe q̄ꝫ crimen.Neqꝫ v̓o tam turpi
ter quiſq̄ꝫ errat:q̄ꝫlibet ridiculum aliquid ineptuz
ſibi ignorans finxerit:q̄ꝫ qui ſciens deum odit:aut

ꝓximum.Quecūq; demum fuerit cauſa:magicu;
ille me dixit.Nec erubuit afferre rōnem:ꝙ Uirgi-
lij libꝛos legerem:ſeu legiſſem:⁊ inuenit fide;.En
ingenia qbus reru; ſumma cōmiſſa ſit. De hijs vͦ
quotiēs riſerimus tu noſti eoipſo nōnunꝗ̄ pꝛeſen
te:cui delatoꝛ meus pſuaſerat:donec illo tāde; ad
papatum euecto res ludicra eē deſijt:atq; ad iram
tuam uergere cepit ac dolorem meum.Non ꝙ ali
quid ab eo magnopꝑe cuperem . Ambitiones mee
note tibi oēs ſunt.Sed cum bn̄dictus adoleſcētiā
⁊ iuuētam clemens meam nō dico innocētem:ſed
a turpibus ſtudijs ac maleficis artibus abhoꝛren-
tem agnouiſſet:ſenectutem meam innocētio ſuſpe
ctam eſſe:nō dolere nō potera;.Pꝛoinde per id tē-
pus quo ille conſcēderat:neſcio an vnꝗ̄ reuerſurꝰ
inde abiēs dum tu me uale dicturum:ipſo etiā uo
lēte ducere uoluiſſes:abnui:ne aut illi mea magi-
ca aut mihi moleſta credulitas ſua eſſet.Scis me
uerum loqui:teq; nō ſemel fruſtra nixum ne inſa-
lutato illo ꝓficiſcerer.En quid mihi uenenoſa uox
contulit vnius viri cui nulla qde; in me odij ratio
erat ſed ſine cauſa nihil fit.Oderat ille me non ꝓ-
pter me qdem:ſed ꝓpter illum cui familiariſſimu;
me fuiſſe meminerat ꝓpter quem ⁊ teipſum ode-
rat.Sed odij ſibi cōſcius iniuſti:erga utrūq; nr̄m
ſimulatoꝛ callidus amicitiam fingebat.Nota tibi
cōmemoro:ſicut ſepulto illi ipſius nec lenitus moꝛ
te:ipſis bellum cineribus indixerat.O triſtis ⁊ ce
ca rabies animi ꝓpagatrix peſtilēs odiorum.Cer
te ſi inimicos diligere dn̄ico iubemur impꝛio:quid
hijs fiet qbus inimicos etiam extinctos odiſſe non
ſufficit:niſi amicos illorum omnes imoꝛtali odio ī
ſequant̄.Siue autem viuax odiu;:ſiue pudoꝛ mu-
tādi qͦ dixerat:cauſa eſſet:ſuggeſtione; hanc alu-
it ille dum vixit:⁊ quam plātauerat irrigauit.gra
tias deo ꝙ mēdacium ueritas:moꝛs mēdacem vi
cit.Non credit ꝓfecto magu; pōtifex:quem ſecre
tarium vult:nec ſceleſtis opꝑam dare carminibus:
quem interioris thalami archano dignū:⁊ ſacris
aptum cēſet epiſtolis.Magnas ſibi pꝛo tantis ho-
noribus nec minores pꝛo tali errore depoſito gra-
tes ago.Et ſi enim opinionibus uagis ac falſis q̈-
ti nequeāt cōſtantes animi ſine quodam tn̄ ango-
re non fuerat apud aīum meum falſa l; opinio tan
ti viri.Neq; ullo pacto uelim diuturnam adeo fu-
iſſe:ut de me talia ſentiētem uel mea illum:uel ſua
dies ultima inuētura fuerit.¶ Scio autem expe-
ctari reſpōſum meum.⁊ q̈uis humilitatem mea;
illinc ⁊ pōtificis pietas:⁊ tua humanitas:⁊ ami-
corum pꝛeces ⁊ lachꝛyme uehemēter trahāt.hinc
meorum cōſilia impellāt.fixus tamē in ꝓpoſito pͥ-
mo ſum.Nil eſt penitus qͦ immutem . Que res
apud alium ſi agēda ſit:plurimum haud dubie vͦ-
borum egeat.tibi meis in rebus nō tm̄ ſermo bꝛe-
uis ſed ſilētium ſat eſt.tecum enim meo iure Daui
ticum mihi illud uſurpo.dn̄e ante te omne deſide-
rium meum.⁊ nō qdem gemitus qui mihi de re-
bus iam labētibus nullus eſt : ſed certe ſuſpirium
meum a te non eſt abſcōditum.Quid uelim.quid
optem.quid ambiam:quo ſuſpirem nō mihi noti-
us q̄; tibi eſt.Quid igit̄ multis agā?video me uo
cari ad luctum:ad honorem:ad laborem:fere cun-
ctis optata moꝛtalibus:mihi vͦ cum multis nihil
cōuenit.Pꝛoinde nec foꝛtuna mea:nec animus lu
cri egētes:nec ꝓfeſſio viteq; genus honorum tali-
um:neq; occupatio:etaſq; deuexioꝛ laboꝝ . Excu-
ſabis me iterum pōtifici:ne qͦ modeſtie eſt:inſolē
tie tribuat̄.Quod ſepe me honeſtauit tuu; mō me
defendat eloquium.¶ Noiaui duos cōpatriotas
meos.⁊ ſi tāto officio par creditus:extimatoꝛ alio
rum dignus cēſeoꝛ:eſt uterq; digniſſimus.Ego ta
men qui effectum rei celerem ac felicem cupio.nā
utrūq; litteris meis expꝑiri uolui.⁊ qͦ uaticinabar
repperi.Alter oneroſum reſpuit honorem.Alter ſi
requirit̄ pꝛeſto eſt.Ubi nam vͦ ſit querendus . Et
quicqd in rem eſt:tuus hic nūcius nouit.hoc extre
mum pape dicito:ſi hūc habet me quidem ⁊ quic-
quid ex me querebat:pluſq; aliqd inuenerit.Una
eſt patria:vnum nomē:vnus animus:vnum igeni-
um:vnus ſtilus.vita ille carioꝛ:⁊ ſacerdotio inſi-
gnis.Uale eccleſie decus ac noſtrum.

¶ Ad Joannem de Certaldo de uaticinio morienti-
um. Epiſtola.V.

m Agnis me mōſtris impleuit frater epiſtola
tua:quam dum legerem ſtupoꝛ ingens cu;
ingenti merore certabat.Uterq; abijt du;
legiſſem.Quibus eni; oculis niſi humētibus:tua
rum lachꝛymarum:tuiq; tam vicini obitus:mētio
nem legere potui:rerum neſcius oīno:ſoliſq; inhi-
ans uerbis?Ubi demu; in rem ipſam internos fle
xi oculos:defixiq;.mutatꝰ ilico animi ſtatus ⁊ ſtu
porem ſepoſuit ⁊ merorem.¶ Jam pͥmum quod
erat in ipſa litterarum fronte p̄tereo:ubi dum uere
cūdiſſime ſimulq; reuerētiſſime nō te auſum dicis
p̄ceptoris tui inclyti:ſic me nimia tua uocat humi-
litas:cōſilium impꝛobare:ꝙ muſas totūq; ut ais
elicona mecum trahens:cuius olim ut ſcis:inops
plebeiuſq; incola fueram:nūc iam ꝑegrinis abſtra
ctus curis:pene exul ſum:quaſi damnatis italis ⁊
indignis induſtrie mee fructu:meiq; p̄ſentia iudi-
catis:in germanos ſiue ſauromatas:vͦbo tuo utoꝛ:
ultimos cōmigrare decreuerim.Multo me fateoꝛ
efficacius repꝛēdiſti q̄; ſi totum eloquentie tue flu-
men in ſatyram effudiſſes.Eqdem gratuloꝛ hūc ti
bi eſſe aīum atq; hunc ȥelum:ut qͦ Maro ait:oīa Maro
tuta timēs:metu magis abūdes q̄; amore deficias
Tibi vͦ amice cui meorum cōſiliorum nihil occul
tum uelim:totum leſe mētis archanum pando me
ut italice telluris aſpectu ſatiari nequeo:ſic qͦ nu-
per Simonidi nr̄o ſcripſi italicarum rerū uſq; her
cle ad faſtidium plenu; eē.⁊ ſepe hinc mihi in ani
mu; ueniſſe nēpe nō in germaniam ſed in aliquas
mūdi latebꝛas me cōferre:ubi pꝛocul ab hoc ſtre-
pitu:inuidieq; turbinibus:qbus me non ta; utiq;
mea ſoꝛs:que me iudice:neſcio an ꝯtēptum ſed cer
te inuidiam nō meret̄:q̄; hoc vndecūq; partum no
men expoſuit:bene latitās:bene viuerem:ſi datum
eſſet ac morerer.Et feciſſe; niſi qꝛ quo me animus
vꝛgebat:foꝛtuna iter obſtruxerat.At qͦ nūc ad ar
thon intēderam nō huius qͦ audiſti ꝓpoſiti mēs
erat.neq; enim in illa barbarie.Jnq; illa celi incle
mētia:terreq; duritie regem quero . ſed uerecundi
modeſtiq; pꝛoꝛſus obſequij:ꝙ ſcilicet Ceſari nr̄o
totiēs tantiſq; me p̄cibus euocāti bꝛeuem mei pꝛe
ſentiam denegaſſe:non ſuꝑbie modo:ſed rebellio-
nis aut ſacrilegij cuiuſdam videret̄.quādo quide;
nr̄i maiores:ut apud Ualerium legiſti:eum qui ue
nerari pͥncipes neſciret in quodlibet facinus ꝓcur
ſuru; crediderūt.Parce autem metui:⁊ querelis
parce.Nam ⁊ hac quoq; bello clauſu; iter.haud

inuitus offendi.Mira res dictu:quo libēter ibam:
libētius nō eo. Satis ⁊ deſiderio ꝑncipis ⁊ mee
fidei fuerit ire uoluiſſe.de reliquo foꝛtuna culpabi
tur.¶Hijs omiſſis ad id uenio quo me adeo ꝑma
lectione cōcuſſum dixi.Scribis neſcio quem Pe-
trum ſenēſem patria:religione inſigni:⁊ miraculis
inſuꝑ clarum virum nuꝑ obeūtem:multa de mul-
tis:īter quos de utroq; nr̄m aliq̄ ꝑdixiſſe.idq; tibi
per quēdam cui hoc ille cōmiſerat nūciatū.ex quo
exactius dum quereres quēadmodum ſanctus il-
le vir nobis incognitus:nos nouiſſet ſic rn̄ſum:fu-
iſſe illi ꝓpoſitum ut intelligi daṫ pium aliq̄d agere
qđ cum implere denūciata ſibi ut auguroꝛ moꝛte:
nō poſſet/oraſſe deum efficaci/ ⁊ ad celum ꝑuētu-
ra pce/rebus idoneos vicarios deſignaret.qbꝰ ne
gatum ſibi cepti ſeu deſtinati opis exitum diuini-
tas largireṫ:cūq; familiaritate illa que deum inter
iuſtiq; aiam eſt/ſe intelligeret exauditum:ne quid
in re dubij foret Chꝛiſtum ipſum habuiſſe ꝑn̄tē:cu
Maro ius in vultu oia cognouiſſet:que ſunt/que fuerunt:
que mox uētura trahanṫ?Nō ut apud Maronem
Pꝛotheus ſed plenius multoq; ꝑfectius ac clariꝰ.
nam q̄d oro nō videat illum vidēs per quē; oia fa
cta ſunt.Jllum oculis vidiſſe moꝛtalibꝰ magna res
fateoꝛ ſi uera.Uſitatum enim ac uetuſtum eſt ple-
rūq; mēdacijs fictiſq; ſermonibus uelum religio-
nis ſanctimonieq; ꝑtēdere:ut humanam fraudem
tegat diuinitatis opinio.de quo in ꝑſens ꝓnuncio
cum ad me defuncti nūcius ille ꝑuenerit.Quē ad
te ꝑmum/ꝙ eſſes foꝛte vicinioꝛ/expoſitiſq; mādā-
tis mox neapolim.Jnde mari in gallias atq; ī bꝛi-
tāniam prexiſſe ſignificas/nouiſſime me viſurū; ⁊
mihi virilem mādatoꝝ partem ex oꝛdine ꝓlaturū:
tum demum quātū; apud me ſit fidei reꝑturus vi
dero.Etas hoīs/frons/oculi/mores/habitꝰ/motꝰ
inceſſus/ſeſſio/uoxq; ipſa/ ⁊ orō.⁊ ſuꝑ oia cōclu-
ſionis effectus ac loquētis intētio ad cōſilium uo-
cabunṫ.Nūc quātum ex tibi dictis elicio uos du-
os alioſq; nōnullos ex hac vita deſcendēs ille vir
ſanctus vidit:ad quos quedam ſecretiora cōmitte
ret huic ſue huiuſmodi ultime uolūtatis executori
induſtrio/ut tu extimas ac fideli.hec ni falloꝛ hiſto
rie ſūma eſt.¶Ceterū; q̄d ex hoc alij audierint in
dubio eſt / tu qđ ad ſtatum tuum attinet duo hec.
Nam cetera ſupꝑmis:audiſti:vite tue terminū in-
ſtare/paucorūq; tibi iā; tēpus annoꝝ ſuꝑeſſe.hoc
ꝑmum tibi.ꝑterea poetice ſtudium interdici hoc ſe
cūdum ultimūq;.hinc illa cōſternatio meroꝛq; ille
tuus/quem legēdo meum feci meditandoq; depo
ſui.⁊ tu ſi mihi aurem:imo ſi tibi/ſi rōni inſite aiū;
ꝑſtas/abijcies:⁊ videbis inde te doluiſſe vnde po
tius ſit gaudēdum.Nō extenuo uaticinij pondus
q̄cq̄d a Chꝛiſto diciṫ uerum eſt.Fieri neq̄t ut ueri-
tas mētiaṫ.At id queriṫ Chꝛiſtus ne rei huiꝰ actoꝛ
ſit.an alter q̄ſpiam ad cōmēti fidem qđ ſepe vidi-
mus Chꝛiſti nomē aſſumpſerit.Eſto autem inter
ignaros huius noīs res agatur.Si poetis:ſi ph̄is
gētilium fides eſt.multa uaticinari ſolitos morien
tes:⁊ grecoꝝ lr̄e loquunṫ ⁊ nr̄e.Uides ut Hectoꝛ
Homericus moꝛtem uaticineṫ Achili.Uirgilianꝰ
horodes Meȝentio.Ciceronianus Cheramenes
critie:Calanus Alexādro:⁊ qđ eſt hijs ſimiliꝰ que
te ꝑmūt:apud Poſſidonium ph̄m ſua etate clariſ-
Poſſidoniꝰ ſimum.Rhodius q̄dam moriēs bꝛeui poſt ſe mori
turos ſex ex coequeuis ſuis noiat.⁊ qđ plus eſt oꝛ
dinem adijcit moriēdi.De q̄rum rerum uel uerita
te uel cauſa diſputādi nō eſt locus.¶Sed ut hec
⁊ que ſilia tradunṫ ab alijs:poſtremo que terrifi-
catoꝛ hic tuus nunciat uera ſint.Quid eſt tn̄ qđ te
uſq; adeo ꝑmoueat? vulgaria ⁊ nota cōtēnimus:
Jnopina nos q̄tiūt ac ꝑturbāt.an tu queſo modi-
cum vite eē qđ ſuꝑeſt:ſi iſte tibi nō diceret ignora-
bas? qđ nec hodie natus infans ſi rōne uti poſſit:
ignoret.oium vita moꝛtaliū bꝛeuis eſt:ſeniūq; bꝛe
uiſſima.⁊ ſi ſepe ꝑter opiniones:ſpeſq; hoium qđ
quotidie querimur ac lugemus:naſcēdi oꝛdinem:
moꝛs ꝑuertat:ut ex vita qui huc ultimi uenere:pꝛi
mi abeāt.Pꝛofecto fuimus vmbꝛa:ſomnium:ꝑſti
gium:nihil deniq; niſi luctus ⁊ laboris area:vita
eſt que hic agiṫ.Qđ vnum boni habet:ad aliā; vi-
tam via eſt.alioq̄n nō cōtēptibilis modo ſed odio-
ſa ꝓꝛſus ac miſera ⁊ de qua cōſideratiſſime dictū;
ſit.lōge optimum nō naſci ꝓximum q̄; ꝑmum mo
ri.Ne ue ſuſpecta ſit pagani hois ꝑciſa ſn̄ia hebꝛe
orum ſapiētiſſimus illi accidit.imo v̇o qđ ⁊ Am- Ambroſius
bꝛoſius fratris obitum deflēs:ſuo more ueſtigat.
⁊ ſic eſſe diſcuſſa tēpoꝝ rōne deꝑhēdiṫ:nō ille phi
loſophos.Sed illum ph̄i ſequunṫ.Cuius ego ſen-
ſū; tibi de Ambꝛoſio potius q̄; Salomone deſcri
pſerim:ut dicto vni duplex eēt auctoritas.Sic er
go ait.Nō naſci lōge optimū; ſm̄ ſancti Salomo Salomon
nis ſn̄iam.Jpſum enim etiam hij qui ſibi viſi ſunt
in phia excellere:ſecuti ſunt.Nam ipſe illis anteri
oꝛ:nr̄is poſterioꝛ:in eccl̄iaſtē locutꝰ eſt.Et lauda-
ui ego oēs moꝛtuos qui iam defuncti ſunt:magis
q̄; viuētes q̄cūq; viuūt uſq; adhuc.⁊ optimus ſu-
pꝛa hos duos qui nōdum natus eſt:qui non vidit
opus malum qđ factū; eſt ſub ſole.Nec ita multo
poſt.⁊ hoc inq̄t q̄s dixit:niſi ille qui ſapiam popo-
ſcit ⁊ impetrauit? ⁊ mox paucis de ſapiētia illius
interpoſitis.Quē igiṫ ait nō latuerūt celeſtia:quē-
admodum laterēt moꝛtalia:⁊ de ſue cōditione na
ture quam in ſe exꝑtus eſt:errare aut mētiri poteſt
Sed nō ſolus hoc ſenſit:⁊ ſi ſolus exꝑſſit:legerat
ſanctum dixiſſe Job.Pereat dies illa qua natus Job
ſum.Cognouerat naſci malorum omnium eſſe ꝑn
cipium.⁊ ideo diem qua natus eſt perire optauit:
ut tolleret origo incōmodorum.¶Poſt hec Da-
uid ac Hieremie teſtimonio adhibito ſic cōcludit.
Si igiṫ inq̄t ſancti viri vitam fugiūt:quorum vita
⁊ ſi nobis utilis:ſibi tamen inutilis extimaṫ:quid
nos facere opoꝛtet:qui nec alijs pꝛodeſſe poſſumꝰ:
⁊ nobis vitam hāc quaſi funebꝛem pecuniam uſu
rario quodam cumulo graueſcēte onerati:in dies
peccatorum ere ſentimus.Que ſi dixit Ambꝛoſi-
us:ſi tales ante eum viri dixerant:quid miſer ego
dicturus ſim.cuius vita nō ſolum peccatis obno-
xia:atq; opꝑſſa:ſed tota nil niſi tēptatio ac peccatū
eſt?¶Uerum ⁊ ſi multa hic:⁊ dicantur ab alijs:
⁊ a nobis etiam dici poſſint:quos malorum expe-
riētia doctos fecit:tn̄ tibi uel iſta ſuꝑfluunt.Neq;
enim docēdus mihi ſed excitādus es:ut memine-
ris quid diuini hoies:quid tu ipſe hac de re ſenſe-
ris anteq̄; tibi repetis ſtupoꝛ tui memoriam extoꝛ
queret.Ex quo tamē huc loquēdo ꝑuenimus:inſi
ſtam paululum.Q̄uis igiṫ hec ut dixi ab ingenti-
bus viris diſputata atq; firmata ſint:Sic ut nō tm̄
rōnibus ſed auctoritate etiam ꝑmant ſua:non alie
nū; fuerit foꝛtaſſe:q̄d de hijs ipſis alij ſenſerint au
dire.Sunt aūt duo hec.vnum ꝙ hec nr̄a que diciṫ

Cicero vita moꝛs eſt.hoc iuuenis Cicero.vj.reipublice li-
bꝛo ſcripſit.Idem ſenex tuſculanarum q̄onum pꝛi
ma luce repetijt.alterum eodem tuſculani libro ꝑ
mo.poſuit nō naſci hoi longe optimum.ꝓximum
q̄ꝫ pꝛimum mori.Utrunqꝫ foꝛtaſſis ⁊ Cicero ipſe
alibi ⁊ multi alij dixerūt.Et ꝑmum qdem tametſi
innumerabilibꝰ vite malis nō uerum mō:ſed ue-
riſſimum videaṫ:ſimplr̄ tn̄ vitam moꝛtem dici aio
Gregoꝰ. ſum potius arbitroꝛ q̄ꝫ uſqꝫquaqꝫ uerum aut libra
tum ſatis.Quid vo:Placet Gregoriana illa mo-
deratio e ſermone illo quotidiano.tpalis inqt vita
eterne vite cōparata moꝛs eſt potius dicēda q̄ꝫ vi-
ta.hoc ⁊ tutius ⁊ ſalubꝛius dici puto.De ſecundo
aūt ⁊ de utroqꝫ:q̄ꝫuis ut vides maximi ſint aucto
lactātius res.Quid tn̄ vir doctus ⁊ eloquēs Lactātius fir
mianus hinc ſenſerit nō alienum videṫ inſerē:qui
libꝛo inſtitutionum nō recoꝛdoꝛ quoto impatiētiā
arguēs humanam.Quid dicemus ergo ait niſi er
rare illos qui aut moꝛtem appetūt tanq̄ꝫ bonū:aut
vitam fugiūt tanq̄ꝫ maluꝫ:niſi qꝛ ſint iniqſſimi qui
pauciora mala nō penſant bonis pluribus.Nā cū
vitam oēm per exqſitas ⁊ uarias traducant uolu-
ptates mori cupiunt.ſiqd foꝛte hijs amaritudinis
ſuꝑuenit.Et ſic hn̄t tanq̄ꝫ illis nunq̄ꝫ fuerit bene.ſi
aliqn̄ fuerit male.dānant igiṫ vitam oēm:plenāqꝫ:
nihil aliud q̄ꝫ malis opinanṫ.hinc nata eſt inepta il
la ſnia.hāc eē moꝛtem quam nos vitam putemus.
Illam vitam quam nos pro moꝛte timeamus.Ita
it incurſibus:cum dicat apoſtolus ad timotheum
ſcribens ꝙ omnes qui uolunt pie viuere in Chri-
ſto Jeſu:perſecutionem patientur:mali aūt homi-
nes ⁊ ſeductores proficient in peius:proficiāt pla
ne in peius ⁊ in peſſimum qn̄ ſic uolunt. proficiāt
in ſuam pernitiem non bonorum proficiant immo
deficiant errantes:ut apoſtolus idem ait:at nō qđ
ſequitur in errorem mittentes:qđ ut patet oi nunc
ſtudio feruentiſ nequitie molliuntur. Qui ſi forte
aliquem ſuis artibus in errorem miſerint te non
mittent. Permanebis ut ſoles inconcuſſus athle-
ta iuſtitie. Jd ſatis eſt nobis omnibus ueritatem
ac famam viri huius amantibus:non enim ego ſo
lus q̄ꝫuis minimus oium hec ſcribo:multi ſcripſe-
runt ſicut auguror multi ſcribent:nemo non ſaltez
animo ſubſcribet niſi liuore impio flammatus : ac
bonorum ſitiens ruinam boni omnes affuſi tota ſi
mul eccleſia:tota tibi ſupplicat italia:tot⁹ ordo pa-
terqꝫ ordinis Franciſcus felix nudipes paupercu
lus e celo rogat ne miniſtrum ſuum Chriſto ⁊ ſibi
chariſſimuz iuidie mole opprimi neu theoninis ut
aiunt dentibus rodi ſinas:vnū eſt quod mirer hac
doleam ſi uera eſt fama magnum quendam ac po
tentem virum quē trāquillum ⁊ ſerenum ipſa pre-
ſtare debuerat altitudo:non fauiſſe tantuz accuſa-
toribus ac fauere ſed per ſe talia non auſuros ad
accuſandum ſuo hortatu ſuoqꝫ conſilio perpuliſſe:
quid ni doleam: ⁊ quo tramite ſeu quo flatu in taz
altum animum tanta ire uel inuidie nubes aſcēde
rit meſtus admirer: ⁊ mirarer magis niſi ex hiſto
rijs meminiſſem Marcum catonem cenſorium fa
moſiſſime virum ſapientie quod vnum in illius vi

ta reprehenſione ualida dignum noto:contra glo-
rioſiſſimum africanum accuſatores nepharios ex
citaſſe:qui tandez ſenatus honorumqꝫ comitijs la
cerati ſunt ꝙ ex infamia tanti viri ſibi gloriam cō-
cupiſſent:quod apud te nunc equiſſime cordium li
brator hijs de quibus queror excuſatoribus euen
turum ſpero ⁊ cupio:ut per te acriter caſtigati ⁊ in
crepiti diſcant non de infamia aliena ſed de ꝓpria
virtute clareſcere. ¶ Occupant ſane claros etiam
animos interdum humanaruz caligines paſſionū
ſed que ibi flante aura puriſſime rationis diu eſſe
non debeant. Recte igitur ac ſecundum ſue digni-
tatis exigentiam fecerit ille vir magnus:quem no
minare niſi pro ſua laude uoluerim:ſi quos aucto-
ritate impulit auctoritate retraxerit ab icepto im-
perio. Qui ſi ut fertur hanc iracundie cauſam pre
fert ꝙ ad regimen ordinis hunc aſſumi uoluit ul'
alium maluit electores arguat non electum:quem
omnis ambitionis exortem:immo omniuz que cir
ca ſe agerentur ignarum ad hunc honorificum la-
borem aſſumptum eſſe non ambigitur. Ceteruz il-
le ut ſibi libuerit ire ſue moderabif:frenumqꝫ uel
contrahet uel laxabit:tu autem quod te decet : nō
permittes ut Chriſto res hominum ſpectante ⁊ te
Chriſti eccleſiam gubernante pro cuiuſcūqꝫ libidi
ne fame virorum illuſtrium obſcurentur. ¶ Unde
hoc ſperans non te amplius fatigabo:ſed propter
qđ ad calamū ueni pure fideliter ac reuerenter ex
pediam:fateor me in mei ipſius:quanto magis in
alterius conſcientia falli poſſe:cum in pectoribus
hominum tot profunde tāqꝫ inacceſſibiles ſint ca-
uerne. Quantum tamen niſi uel fama publica : ul'
fide digna relatio:uel conuerſatio ad extremum ⁊
que multum animos aperiūt alterna colloquia rei
huius immeriti notitiaz contulere:dicam clara uo
ce quod ſentio. Et q̄ꝫuis apud ſuperbos extimato
res teſtimonij fidem minuat teſtis humilitas:apđ
te tamen humilitatis amicum: ⁊ viue vicarium ue
ritatis humile ſed ſecurum breue : ſed incorruptū
ueritati teſtimonium perhibeo. Citatus teſtis non
a iudice ſed a Chriſto ⁊ conſcientia mea:utrūqꝫ er
go tuumqꝫ ſimul ſacratiſſimum ac uenerandū re-
gibus caput teſtor:ne non iuratus teſtis dicar me
quantum ſcio ⁊ credo falſi nihil:uera omnia dictu
rum. Equidem pater beatiſſime magiſtrum Tho-
mam de quo agitur optimum ⁊ integerrimum vi
rum noui:claru litteris:ſed virtutibus clariorem
quodqꝫ eſt maximum ⁊ ſupremum:religione inſi
gni ac pietate ⁊ catholice fidei luce clariſſimū. Et
ad ſummam talem mihi opto animam qualem il-
li eſſe confido. Poſſem pluribus. Longa enim de
grauitate animi:de ſuauitate morum:de ſobrieta-
te:de abſtinentia ⁊ auſteritate vite : de deuotione
p̄feruida:de humilitate contemptuqꝫ ſuiipſius ac
mūdi:de miſericordia ⁊ charitate non ficta : deqꝫ
dotibus alijs viri illius texi poſſet hiſtoria:ſed in-
genio tuo hec pauca de multis:immo quidem uel
pauciora ſufficiunt:vides ⁊ intelligis cauſam ma
li huius. Et ſicut de accuſatorum odio conſterna-
tio ⁊ metus:non illius quidem ſibi optime ꝯſcius
nihil timet:ſꝫ mei multorūqꝫ aiſ:ſic de clemētia ac
ſapiētia iudicantis ſpes ⁊ ꝯſolatio multa ſuborif.
Non poteſt te iudicio preſidēte viri illius virtus
⁊ gloria ſic inuidie calce calcari : ut non maior ex
iniurijs floridiorqꝫ tuis ſacris manibuſ erecta cō-

ſurgat: ⁊ quoniā ſolida ⁊ pura uereqꝫ aurea eſt: ſplēdidioꝛ ſit attritu. In deo deniqꝫ ⁊ vite ſpes innocentie ſue eſt: diu te Chꝛiſtus incolumē eccleſie ſue ſeruet: ⁊ poſt glorioſi terminum laboris in ſuā requiē atqꝫ eternā gloriā facili trāſuehat ac felici exitu. Pataui. Kal. Januarij.

Ad Hugonem eſtenſem marchionē abſtinendum ludis inanibus. Epiſtola.XIII.

Petrus mōtanus familiaris tuus ⁊ amic⁹ meus de te mihi letos ac magnificos: ſed nō nouos attulit rumores quib⁹ nihil poſſem gratius audire: ⁊ ſic oro fac. Indolem egregiam honeſtis ſtudijs adiuua. Enitere in altū diſce magno aio calcare vulgaria: neqꝫ ulla difficultate deſiſtere donec de virtute in virtutē indefeſſi paſſus ad ſupmū claritatis culmē euaſerit: inane nouū eſt etatis bꝛeuis aūt qꝫuis ſubdifficilis eſt via: per quā ad lōgeuā glīā eternūqꝫ itur habitaculū. Hāc ingreſſus hāc ſequere neu diuertas: pꝛo hac nil arduū: nil hoꝛrēdū extima: ꝓ hac eniꝫ ſe labori ac diſcrimi. Pꝛo hac demū ſi res exigat vitā moꝛti obijcē id eximiū viri op⁹ eſt: hic nunqꝫ ego te retrahā: ſed urgebo: ⁊ currēti: qđ i me erit aio calcar adijciā. Spōte aūt ſeſe offerre ꝑiculis non magni ai eſt: ſed parue pꝛudētie. Ne igit lōg⁹ ſim: pꝛo ſalute pꝛo dignitate pꝛo pria ubi opoꝛtet pugna foꝛtiter. Pugna viriliter: pugna feliciter: ꝑiculoſiſ autē ac dāuoſis ⁊ puerilib⁹ hijs ludis equeſtrib⁹ abſtine: hoc pcoꝛ: hoc ꝯſulo nō ſapiētie iure ſꝫ etatis. Temerarij foꝛſitā ſed fidelis certe ꝯſilij ueniaꝫ dabis. Satis ſit inotuiſſe iā oibus. Te huiuſmodi ludis excellēter uti poſſe ſi libeat: qcqd ultra ꝓcedit fruſtra eſt. Inopini ſunt caſus hoium ⁊ ſapienti magnope ꝓuidēdū eſt: ne ultro ſe igerat: ubi ꝑiculi pl'imuꝫ utilitatis aut gl'ie nihil eſt. Linque illis hos ludos qui nihil mai⁹ poſſunt: nihil meli⁹ ſciūt: quoꝝ ex equo iutilis moꝛs ⁊ vita ꝯtēnit. Tua vita ⁊ fratrib⁹ ⁊ amicis ⁊ reip. cara eſt: tuū igeniū atqꝫ aium altiores ad modo decent cure. Nunqꝫ ſic luſiſſe Scipio legit: nunqꝫ ceſar: opto tibi glorioſum ⁊ felicē ſtatū. Pataui. viij. Kal. Maias.

Scipio
Ceſar

Ad magrꝫ Bonauēturā oꝛdis heremitarū ꝓfeſſorē ſacre pagie ꝯſolatoria ſup moꝛte friſ. Ep. XIIII

Qualē ꝓdoloꝛ virū qđ ſidus amiſim⁹ loqr ipꝛopꝛie: ⁊ toꝛrēte rapioꝛ vulgaris elogi: nihil amiſim⁹ niſi gtū delectabilēqꝫ ꝯuictuꝫ ⁊ illius melliflui oris affat⁹: quo loquēte audiētium ais ad virtutē acres infligebātur aculei: quo docēte nemo nō ꝓficere poterat: eoqꝫ magis quo maiori eēt igenio: hec ⁊ hijs ſimilia aliqꝫto citi⁹ qꝫ uellem⁹ nobis ꝑrepta nō nego: que tñ in hoc bꝛeuiſſime vite curſu: ubi lōgū nihil niſi doloꝛ ⁊ gemit⁹ lōgeua nobiſ eē nō poterāt: ſꝫ neceſſe erat ut ꝯfeſti aut nos illū aut nos ille ꝑcederet. Ceterū hoc utrūqꝫ: neqꝫ eni rei tā labilis taꝫ caduce grauis ꝓꝛſus ac flebilis eſt iactura. Ipm certe quē amauimus ⁊ quē ſemꝑ amabim⁹ ipm inqꝫ nō amiſim⁹ ſed ꝑmiſim⁹ qui nobis ad celū ſuis ꝑcib⁹ viā pādat: nos ibi alacer ac iuctūdus expectet. Quo eū niſi ad celū abijſſe illū ſuſpicer: qui etiā dū hic eēt in terris: ⁊ ſub mole coꝛporea angelicis morib⁹ ⁊ celeſti viguit intellectu. Noli tibi nūc qđ ꝑnti ſibi nunqꝫ feci: de tāto tāqꝫ vnico fre blādiri: ſꝫ humana la⁹ cuiuſcūqꝫ in aurib⁹ meli⁹ ſonat qꝫ ipi⁹ qui laudat. Ita ꝟo me ille amet cui⁹ in amore felicitas uera eſt: ut ego viuētiū fama foꝛte aliqs neminē ſibi ul' igenio ul' elogo: uel morū ſuauitate ꝑferēdū noui: que tāta illi inerat aie: ut ab ipi⁹ ꝟbis ⁊ ꝯgreſſu nunqꝫ niſi letioꝛ tranqllioꝛqꝫ diſceſſeri. Neqꝫ mihi vnqꝫ tā lōga ꝯfabulatio ſecū fuit: qn cupidis aurib⁹ meis: atqꝫ aio ſciēti bꝛeuiſſima videret. Erāt enim inter ꝟba illi⁹ hois faces quedā blāde ⁊ lucide ꝑter cōmunē morē eoꝝ quoqꝫ qs magiſtros dicūt. Erant in ſmone hami ineſcati dulcib⁹ ſentētijs qui audiētiū coꝛda: uaga qꝫuis arripent ac tenerēt. Que mihi collogi facultas ⁊ ſi rarioꝛ foret: diſtrahentibuſ nos ſtudijs nr̄is humanarūqꝫ uarietatū hijs qui ſunt innumerabiles vncis ac laqueis qui ſepe aio iūctiſſimos terris ⁊ coꝛpore diſtrahūt: ul' abſens tñ illo igenio delectabar: hinc amici memoꝛ abſentis: hinc illi⁹ ꝑſentiā ⁊ cogitās ⁊ expectās. Qua in re qꝫtū vite hui⁹ in agone ꝑdideri: meſtus ſentio: meſtuſqꝫ mecū cōputo: qtiēſqꝫ Hierōymianū illđ in ſilētio tuo ſimul ⁊ meo noie repetā: nō meruim⁹ talē vite nr̄e hēre ꝯſoꝛtē. Nā ⁊ ſi iacturā rei trāſitorie nō nimis flendā viro dixeriꝫ: fere tñ moꝛtales moꝛtaliū ſūt iacture: quaꝝ ex nūero ⁊ ꝓfecto grauiſſma eſt. Sed icōmodū noſtrū: quantūcunqꝫ eſt fraterne felicitatis ꝯtēplatiōe ꝯſoloꝛ. Nam ⁊ hic maluiſſem⁹ bene illi eē ſine nobiſ qꝫ nobiſcū male. De fratre igit noſtro quē tibi mater mihi charitas fecit gratulādū nobis poti⁹ qꝫ dolēdū: qꝫqꝫ eni ad tp̄s nos reliquerit illuc iuit ubi finis eſt oium recte viuētiū pieqꝫ philoſophātiū qrū hic noſter in acie: dicere auſiꝫ uel ſignifer ul' dux fuit. Neqꝫ ꝟo ad iniuriā nāe ſed ad cumulū gr̄e celeſtis aſcripſeri qđ paulo añ tp̄ſ ut dici ſolet duꝝ hoc ⁊ ſcrupulo ſū iter ipleuit: tale eſt eni qle ſi viatoꝛ hiberno pluuiali die ad hoſpitiū ſoſpes iteger indefeſſus alto adhuc ſole ꝑueniat: quo alij feſſi ⁊ madidi ⁊ viarū errorib⁹ eluſi: vix tādē ſub crepuſculū ſint uēturi. Nobis foꝛtaſſe cōpatiēdū qui relicti ſum⁹ nō ꝙ illū amiſerim⁹ ut dixi: qui nūc maxime nr̄ eſt: ſed ꝙ iter mūdi mala ⁊ ꝑicula nr̄a ſeneſcim⁹: ⁊ ab illo exoptato ac felici hoſpitio retardamur: ꝓinde ſerenādus anim⁹: ſiccāda lachꝛyme. Cōpꝛimēda ſuſpiria: nō autē abiciēda memoria: ſed ad illā frater ut viuus nō ut moꝛtu⁹ reuocādus: viuit eni uere cuꝫ illo apud quē fons vite eſt: qui ſibi cui multa olim ⁊ magna ſcripturarum ſuarū ſecreta reuelauerat. Nunc ſeipſum ⁊ illam quā ſtupentes angeli ueneranteſqꝫ ſuſpiciūt faciem oſtēdit. Magna ille dudū gloria patrie. Magnū oꝛdinis ſui decus ⁊ eximium fuit. Et qꝫuis tu ſupſis non omittā tamen: Quis non hominū nos ſpectabat occulis atqꝫ animo ſuſpēſus: ꝑſertim ubi caſus aliquis foꝛte nos iūgeret in conſeſſu publico: aut in via: quis nō noſ amabat ⁊ laudabat ⁊ mirabatur fraternitas ipſa miraculo addebat: ac raritas par ſtatura: eadem quaſi coꝛporis habitudo vna ꝓpe duobus fratribus etas erat: vna certe pꝛofeſſio: vna cōuerſatio: vnus habitus: vna religio: vnus oꝛdo: vnus ſplendoꝛ magiſterij. Pluris extimabant tales duo fratres qꝫ quatuoꝛ alij pares licet felices parētes dicebant qui tale par hominū genuiſſent: felix patauum: ubi geniti eſſetis ⁊ nutriti. Nihil eſt eniꝫ qđ vnāquāqꝫ patriaꝫ tam felicem faciat qꝫ ſuoruꝫ ciuium virtus ⁊ gloria: vnde apud Uirgiliū. Roma qꝫuis opibus pollens ⁊ impio nō alia tamē re: qꝫ ꝓle viruꝫ: felix dicitur: felix deniqꝫ heremitarum

Hiero⁹
Roma

oꝛdo in quo edocti ⁊ inſtructi ad hoc ſciētie culmē
Ad hāc gl'iā ueniſſetis. Nūc de parētibꝰ qdē nil ꝓ
nūcio quos ṕdem ab hac luce ſubtractos reoꝛ pꝛie
q̃tū decreuerit:atqꝫ oꝛdini ſentire illoſ iā nūc arbi
troꝛ: ⁊ indies magis magiſqꝫ ſenſuros:ſibi v̓o qui
hinc abijt niſi ꝙ dolorem noſtruꝫ egre illum ferre
nō dubito:nihil penitꝰ decreuit. ſi accreuit imēſuꝫ
ut qui pꝛo coꝛruptiōe terreſtri celeſtē icoꝛruptionē
pꝛoqꝫ temporali hac moꝛte vitā ſit adeptꝰ eternā.
⁋ Quid ad me? Juuat eniꝫ memiſſe:lōga ⁊ graui
iactatū egritudie:tū cū ſero illo ultimo ueiſſet heu
nunq̃ꝫ ampliꝰ reuerſurꝰ:mane aūt fatalē ſibi petitu
rus locū ita me inuitꝰ tādē nocte iā ſmonē dirimē
te deſtituit:q̃ꝫ aio ꝓuideret inter nos hic foꝛte col
logum illō extremū. Atqꝫ ego tū ṕmū me egrotū
intelligerē:qō eo pn̄te nō ſenſerā:paucis diebꝰ in-
teriectis:mane quodā qui ſibi ſolēniſ ⁊ ꝑpetuꝰ moſ
erat:cū miſſam deuotiſſime celebꝛaſſet:non multo
poſt feria iter v̓ba cū amicis repēte ſe deficere co-
gnoſcēs ſuā in cellulā ꝓperauit:lectuloqꝫ accliuis
Dauiticū pſalmū illū famoſiſſimuꝫ. Miſerere mei
deꝰ. Incipiēs anteq̃ꝫ expleſſet religioſam illā atqꝫ
ut ſic dixeri excepte actiōis aiam exalauit: ita deo
reddituꝰ nobis aūt qō ait Hieronymꝰ de bleſilla ſu
bita moꝛte ſubtractꝰ eſt. Quo de gn̄e moꝛtis ut ꝓ-
pꝛoṕe ad rē nr̄am ait Cicero dictu difficile eſt:qd
hoies ſuſpicētur uos videtis. Mihi de hoc nec lo
qui nec ſuſpicari aliud ſed illud potiꝰ opinari libi-
tū ac licitū:ſaluatorē noſtrū Jeſuꝫ Chꝛiſtū qui ma
ne eū mēſa dignatꝰ eſt:ſero illū ⁊ eterne cene deli-
tijs ⁊ thalami celeſtis habitaculo fuiſſe dignatū:
hoc ille meruit:hec ego ſpero:hoc p̄coꝛ:hoc cupio
⁋ Quātū ſane me toꝛſerit illa cōmemoratio nō fa
cile dictu eſt:ꝙ eo ip̄o die quo Venetijs ille bn̄ na
tꝰ obierat:dū nos pataui eſſemus ⁊ tu de more ad
me viſendū ueniſſes ad ueſpam iterqꝫ libellos no-
ſtros qō libēter ⁊ nimis humilr̓ ſoles cōſediſſes:
atqꝫ ego: ⁊ quos de fratre rumores hēres qeuiſſē
ꝓſpos rn̄diſti:cū ille ſub meridiē expiraſſet: at rei
nūciū ⁊ diei bꝛeuitas ⁊ fluminis ipetꝰ diſtulerat.
Jtaqꝫ die ꝓximo cū ⁊ illū obijſſe ⁊ te abijſſe, didi
Virgiliꝰ ciſſeꝫ:quotiēs putas virgilianū illō meſtus excla-
mmaueri:neſcia mēs hoium fati ſoꝛtiſqꝫ future:imo
qdē fati ſoꝛtiſqꝫ ⁊ pn̄tis neſcia mēs hoium. Mlt̓a
ecce dixi uereoꝛqꝫ ne nimia. Et o ſi mihi caloꝛ ille
ad ſcribēdū eſſet:q iuueni fuit q̃ꝫtū adhuc te tū de
p̄miſſi fratris ingenio de doctria de eloquētia de
virtute de moribꝰ agerē uberrima nēpe mā ē. Qui
etiā hoc ip̄o ſe vilis ai:nō dicā frigore: ſed tepore
plura dicerē:niſi ꝙ excire tibi ⁊ mihi lachꝛymas
noliꝫ:q̈s ſopire potiꝰ ⁊ ꝯſiliū ⁊ mēs eſt:hec me rō
multis iā diebꝰ aſcribēdo ꝯtinuit uſqꝫadeo ut uel
tardus qō fatēdū ultro eſt:uel tui oblitꝰ qō fident̓
negē videri potueri:v̓a aūt cā fuit ne te minꝰ foꝛſā
idoneo tp̱e iterpellās ⁊ hinc tedij aliqd afferreꝫ ⁊
ide doloré nō minuerē ſꝫ augerē. Cōſulto tibi ſpa-
tiū dedi quo cum pietate nō idebitas lachꝛymas
reddidiſſes:reliquas ⁊ rationis imperio ⁊ amici
cōſilio ac p̄ce detergeres. Vale ⁊ qui ſolari alios
noſti optime te ſolare ꝯſolatoꝛqꝫ te ſpūs ꝯſoletur.
Tua in domo ruſtica collis euganei. Kal'. nouēb.

⁋ Ad Philippū ſancti Marcellini ⁊ Petri p̄ſbyteꝝ
carō. de ſtatu ſuo. Epl'a.XV.

l Jttere tue me q̈draginta diebꝰ ⁊ amplius
febꝛiētē ⁊ lāguidū iuenerūt. Aſſurrexi tn̄
illis ut potui eaſqꝫ cū debita reuerētia ſuſcepi ⁊ le
gi mādatū de mei euocatiōe ꝯtinētes Sciſſimi do
mini noſtri pape: Cuiꝰ uolūtatē licet nō expꝛeſſaꝫ
adeo oli ſenſerā:ſuis ad me lr̄is in qbꝰ dignatꝰ eſt
iſerere ꝙ me videre optabat. Qō utiqꝫ nimis eſt
mihi meritūqꝫ oē ſupgredit̄:ꝙ tātꝰ pꝛ ac dn̄s non
dicā me vidē:ſꝫ de me v̓bū uel vnicū loq uelit. De
us hic ſibi gl'ioſam ⁊ tranqllā:in celo aūt felicē ⁊
eternā vitā ꝓ mercede retribuat:uere aūt quo ad
pn̄s excuſatio mea ſatis imo nimis nota eſt multo
inq̃ꝫ notioꝛ q̃ꝫ uellē Chꝛiſtū teſtoꝛ ueri deū: ꝙ niſi
iter amicoꝝ aut ſuoꝝ manꝰ ad eccleſiā domui mee
ꝯtiguā ire nō alr̓ poſſē q̃ꝫ uolare. Jtaqꝫ neceſſitate
urgēte ⁊ nunq̃ꝫ antea tecum feci:ſcribo tibi aliena
manu:licet ut uerū fatear amici taliſ ut mea ꝓpꝛia
manꝰ ſit. Jn hoc nūc igit̄ ſtatu ſum:plus dicā: ⁊ ſi
id certꝰ ſum:nec aio nec auribꝰ gratū tuis. Nō eq
dē ſp̱o me deiceps vnq̃ꝫ ſolitas vires imo uel ali-
q̈s reſumpturū:ꝓceſſi eni in diebꝰ meis ut noſti: ⁊
ſupꝛa modū attritꝰ ⁊ exhauſtus ſum:ſupꝛa modū
ꝓꝛſus cū apl'o grauatꝰ ſupꝛa virtutē: ita ut tedeat
me etiā viuere:ſed ⁊ ipſe in me ipſo rn̄ſum moꝛtis
habui:ut nō ſim fidēs in me: ſed in eo qui ſuſcitat
moꝛtuos. Ad ſummā ualde qdē ac multimode me
viſitauit:hijs tp̄ibꝰ oipotēs deꝰ: q̃ꝫuis minꝰ multo
q̃ꝫ mereoꝛ. Cui ⁊ pꝛo ſanitate ⁊ pꝛo moꝛbis: ⁊ pꝛo
vita ⁊ ꝓ moꝛte cū uenerit eq̈ fide ac reuerētia gra-
tes ago. Tu v̓o mi dn̄e qui etiā nō rogatꝰ bona oia
mihi ſemp̱ ⁊ utilia ⁊ honorifica ꝓcuraſti: excuſa
me oro dn̄ice ſcitati ſibiqꝫ nō meo tn̄ ſꝫ tuo maxi-
me nomine gr̄as agito:ualde eni hac me uocatiōe
ex hoc ſuo de me iudicio honeſtauit. Sed nec poſ
ſum nec poſſe uelim ultra q̃ꝫ placitum deo ſit. Pa-
taui. viij. idus octub.

⁋ Ad Urbani qnti lr̄as eū ad ſe Romā inſtantiꝰ euo
cātis rn̄ſio ⁊ dilatiōis excuſatio.

Nter cūcta que mihi ul' nā tribuit ul' foꝛtu
i na:ſi tn̄ hoc noie miſatione catholico ⁊ ṕ-
ſerti cū Chꝛi vicario uti licet nihil hēo btiſ
ſime pꝛ:ac ſciſſime cū tua beniuolētia cōparāduꝫ.
Eqdē ut mos eſt humani ai ſemp̱ aliqd ꝯcupiſcere
mlt̓oꝝ ꝯtēptoꝛ que apō ceteros optabilia ⁊ p̄ma
cēſent̄:nunq̃ꝫ tā iuuenis tā ꝯſilij iops fui quin ma
gnoꝝ ⁊ illuſtriū notitiā ac gr̄am magni lucri iſtar
optaueri. Qō foꝛtaſſe ideo q: minime auarū am-
bitioſūqꝫ notū erat uſqꝫ mihi ad iuidiā cūmulate
obtigit:uſqꝫ adeo ut cūctis ferme nr̄i tp̄is pōtifici
bꝰ romanis atqꝫ p̄ncipibꝰ regibuſqꝫ ⁊ terraꝝ dn̄is
aut notꝰ aut carꝰ fuerit aut utrūqꝫ. Cur aūt ip̄e fa-
teoꝛ ⁊ miroꝛ: ⁊ neſcio:niſi ut dixi uoti modeſtia di
gna fuerit nō repelli. Nec dū tn̄ per tot graduſ ad
ſumma ꝑuenerā. Aliqd deeſſe nūc etiā honeſto de
ſiderio ſentiebā:nō ꝙ a maioribꝰ amari cuperem:
qui nō erāt ſed a melioribꝰ. Solet eni largiter iter
eſſe inter duos pari q̃ꝫuis uel eadē dignitate fulgē
tes. Quid iter Salomonē filiūqꝫ eiꝰ Roboā? qd i
ter Numā pōpiliū ſupbūqꝫ tarqniū iterfuit? Jlloſ
qdē in Hieruſalē hos in romana urbe regnantes.
Quid inter Emiliū paulū ⁊ Terētiū Varronem:
vno ſimul tp̱e ꝯſules? Quid deniqꝫ iter Ceſarē au
guſtū ⁊ Tyberiū: ⁊ ſi nō ſimul:at imediate conti-
guiſqꝫ quodāmō ſolijs impantes poſſem ut reguꝫ
ꝯſulūqꝫ ⁊ Ceſarū ſic ⁊ pōtificū exēplis uti:quibꝰ
ſciēter abſtineo. Ad rē redeo. Fui ego ⁊ magnis i-
terdū licet indignus ⁊ maximis viris carus. Sꝫ

nulla ꝟioꝛ:nulla certioꝛ magnitudo q̃ꝫ que nō uen-
toſis hominū ſuffragijs ſed virtute ⁊ meritis par
ta eſt. Tu mihi p̄ſtaſ patꝝ maxime atqꝫ optie dn̄o
rū ut iā nō ampliꝰ ambiā uel maioribꝰ uel meliori-
bus carꝰ eē. Ita ſoꝛtes meas mira illa tua hūanita
te ac māſuetudie cōſumaſti:vnū eſt qꝺ hoc meum
de tua dignatiōe oriēs gaudiū parump̄ dicā ueriꝰ
uehemēter iminuit:ꝙ de me ſcilicet nō tibi ſed fa
me foꝛſitā aut amicoꝝ teſtimonijſ fidē hēs:cū ⁊ fa
Fama ma ut loq̈r ſic ⁊ mēdax eē ſoleat: ⁊ amātū ſepe iu-
dicia ceca ſunt:utcūqꝫ ſe res hēat. Ego vicario dei
mei qbuſlibet teſtibꝰ tāti eē gaudeo ut uocari mere
ar. Q̄uis eni via mihi ⁊ ualitudini ⁊ etati mee ual
de laborioſa ſit uocatio ꝓculdubio gl'ioſa ē. ¶ Uo
tum mihi tuū pr̄ beatiſſime anno altero per apo-
ſtolicas lr̄as indicaſti. Et eē mihi ſatis ſupqꝫ de-
buerat ꝙ me videre nō mō optares ſed etiā digna
reris. Et erat fateoꝛ ſatis ⁊ pluſq̃ꝫ ſatis niſi ad te
aium feſtinātē externe cauſe ⁊ qdē violētiſſime p̄-
uertiſſēt. Feciſti poſt hec exp̄ſſiꝰ me uocari tuo no
mie per illū quē mihi inter moꝛtales uenerabilem
dilectūqꝫ p̄ſenſeras. Inde per alios atqꝫ alios ex
oibꝰ mihi chariſſimos ⁊ ad ꝑſuadēdū aptiſſimos.
Nouiſſime cū iā ꝓdē minꝰ gn̄oſa mēs dilationē tā
tā uel ignauie uel iſolentie aſcripſiſſet tua me cele-
ſtis humanitas:nūc quoqꝫ ſuauioribꝰ lr̄is excitat.
Et qꝺ vix alteri q̃ꝫ oculis ipſe meis crederē. Prio
qdē tarditatē meā excuſas aduerſe ualitudis ſub
obtētu. Q̄ uera qdē excuſatio ac notiſſima:ſed nō
ſola eſt. Neqꝫ ꝟo ſufficēt ſola eo ꝙ anteq̃ꝫ me moꝛ
bꝰ iuadēt:niſi aliꝺ obſtitiſſet uēiſſe potuerā:deide
aūt te i eadē eē libēter me vidēdi uolūtate teſtaris
⁊ iubē tuo iure ſolitꝰ regibꝰ ut ad te ueniā affectuo
ſis p̄cibꝰ me rogas. Ego ꝟo tm̄ hoc urbanitatis ⁊
clemētie tue pōdus ferre nō ualeo: q̃uis apꝺ me
p̄ces ille ualidiſſima merito ſint p̄cepta. ¶ Illꝺ pr̄
clemētiſſime hijs tuis in lr̄is legi qꝺ repetē cogitā
ti pudoꝛ ⁊ gaudiū occurſant:dicis eni te ab oli op-
taſſe ꝑſonā meā vidē ⁊ interſeris cām ꝑſonā inqs
tuā multipliciū virtutū ac ſciarū dn̄is iſignitā. Et
de dicto qdē tuo nll'a mihi pōt eē dubitatio:ſꝫ de
cā multa mihi ꝯfuſio eſt. Optas eteni me vidē qa
talē opinaris:q̈lē tibi deſcripſerūt:qui in rebꝰ me-
is amore oculos ꝑſtrigēte fallunt. Qꝺ ſi hoc ipm
ex te diceres ⁊ ita crederes q̃ꝫq̃ꝫ ego ꝯriū ſcirē:di
cerē tm̄ tibi nūc qꝺ illi oli dixi:cuiꝰ ad euellēdū me
hūc auxiliares lr̄as flagitaſti quē ne tu ſolus pōti-
ficibꝰ retroactis icognitū cognouiſti: ⁊ qua decuit
honoraſti:q̃ꝫtoqꝫ altiꝰ poteras extuliſti:dixi enim
ſolitariā illi ut tūc poterā vitā ſcribēs. Siqdem in
hoc erras:gaudeo:neqꝫ hūc errorē excidē tibi vn
q̃ꝫ poſſe ueli:gl'ioſum mihi tibi delectabilē dāno-
ſum nulli de me qdē qbus crediderit tua ſanctitas
viderit: ⁊ ipi viderit:qd de me dixerit:tuo tm̄ aiuꝫ
ilico aut amore illoſ aduerteras ſuſpecti eē debue-
rāt. Ego hec iter qſqs ſim ⁊ ſi ut olim ſcripſiſſe ti-
bi videoꝛ tutiꝰ erat:atqꝫ ꝯſultiꝰ latuiſſe ut opionem
tuā latebꝛis meis ſolidarē:tui tm̄ urgēte reuerētia
aſ̄ annū ueniſſe ⁊ debui ⁊ uolui:atqꝫ utinā me ta-
cito ſcire poſſes q̊t ⁊ q̃ꝫtis obſtaculis retardatꝰ ſū.
Sup̄ qbꝰ me tibi foꝛſan lr̄is excuſaſſem: niſi qa ut
uerū fatear paruitatē meā ⁊ magnitudinē tuā li-
bꝛās tādē opinari cepam tā puſillā tāqꝫ obſcuraꝫ
rē ex ampliſſima memoria tua iter ingētiū occupa
tionū ſtrepitꝰ facile obliuiōe dilapſam. Itaqꝫ ſilē-
tio me tegebā. Nolo eniꝫ extimes te ꝟmiculi huiꝰ
optare ꝯſpectū: me aūt nō optare pr̄is ⁊ p̄ncipis
Chꝛiſtianoꝝ romani pōtificis ⁊ talis pōtificis fa-
ciē videre. Multos ex hiſtorijs ſic amo qui ante
mille annos obiere ꝙ eoſ ſi liceat viſurꝰ nullū labo
rē durū nullū iter lōgum iudicarem quo ad tā ex
optatū ſpectaculū uenireꝛ. Mirū ꝓꝛſus in moduꝫ
longas virtꝰ ⁊ ualidas manꝰ hēt. E lōginquo ad ſe
aios trahit nōnunq̃ꝫ ⁊ coꝛpora:qꝺ de multis qdē
noiati de tito liuio lectū eſt. Ita penitꝰ uerū fit cice
ronianū illꝺ lelio tributum. Nihil eſt inqt virtute
amabiliꝰ nihilqꝫ qꝺ magis alliciat ad diligēdū qp
pe cū ꝓpter virtutē ⁊ ꝓbitatē ⁊ eos q̊s nunq̃ꝫ vi-
dimꝰ qdāmō diligamꝰ. Nota ſunt reliq̄ qbꝰ oñdiꝛ
nō mō in ignotis ſed in hoſtibꝰ amabilē eē virtutē
Nolo diu tecū de te loq ne videri icipiā qꝺ nō ſū.
Quō aūt nō optarē illū cernē qſqs eſſet cui Chꝛi-
ſtus ⁊ aium ⁊ ꝯſiliū dediſſet eccl'iā ſuā ſpōſā ſuaꝫ
vnicā ſuā matrē oium fideliū ex illo fedo ⁊ ifelici
ergaſtulo eruēdi: ⁊ ad ſedē ꝓpꝛiā reducēdi? hūc
ego nō colerē:nō amarē:nō tanta mēte cōplecte-
rer?nō totis p̄coꝛdijs exoptarē?nō me Chꝛiſtianū
crederē niſi ſic affectꝰ eēm erga romanū mō pōtifi
cē ſic de rep. meritū ſic de me:ſed erga quēcūqꝫ ali
um hoſtē licet:ſepe leniuit odiū ſepe extinxit ma-
gne virtutiſ admiratio. Quid tibi igiꝛ debeo ſi cui
libet hoc p̄ſtarē? Itaqꝫ q̃ꝫuis iterdū me ut dixi tra
ctu tēporis tibi oblitū ſuſpicarer nihilominꝰ tm̄ de
biti mei ꝯſciꝰ enitebar excuſſis ipedimētis aſſurgē
dū ecce o ſpes hominū uane:o res hoium caduce
ipedimētoꝝ maximū utināqꝫ ultimū ſup̄ueniens
egritudo cuiuſcūqꝫ uel iuuenis robur effractura
me repēte coꝛripuit: ⁊ q̈ſi leo ſic ꝯtriuit omnia oſſa
mea:tādēqꝫ vix abiēs ſic me fragilē reliqt: ut nec
in equū ſcādē nec pedibꝰ icedē deniqꝫ nec ad eccle
ſiā domui mee ꝯtiguā ſine famuloꝝ clericoꝝ ue ſb
nixu ire poſſum:ueris opē ſperāt medici. Ego aūt
illiꝰ tm̄ de quo ſcribiꝛ:eſtatē ⁊ uer tu plaſmaſti ea.
Si ut padus nr̄ adriacū petit: ſic thirenū peteret
mare:iā iā iter arripem ⁊ fragilitatis icōmoda flu
uiali obſeqo releuarē ut ſoleo. Inter ſeſſioneꝫ ſiue
accubitū ac libellos meos dulce mihi ſolamē oiuꝫ
laboꝝ nūc neceſſitas que clauos adamātinos re-
gū quoqꝫ ceruicibꝰ affigit ut expectē cogit:donec
diuinū adſit auxiliū quo mēbꝛoꝝ: ⁊ ſi nō ſolito:at
aliq̊ ſaltē obſeqo uti queā. ¶ Qꝺ ut ſic eē noueris
ſub hac ſpe iā nūc pꝛo uerno tēpore equos ad iter
idoneos ꝓcurare icipio:nō ignarꝰ qa ſi catoni cen
ſorio laudatiſſimo ſeni equus vnus ſi ſuoꝝ triū co
mitatꝰ in magnis etiā officijs ſatis fuit:utrūqꝫ eni
de illo ſcriptū eſt:p̄uato mihi ſuus vnꝰ. Equꝰ ꝟo
nō vnꝰ mō ſꝫ nullus ſufficere debuiſſet. Sed coꝛru
pti depꝛauatiqꝫ hoium mores:atqꝫ oia in deteriꝰ
ꝟſa ſunt. Pōpe ⁊ ſup̄bia ⁊ uanitas ⁊ uoluptas op
p̄ſſere aios: ⁊ p̄ſcā illā ꝯtinētiā amicāqꝫ modeſtiā
pepulere. Nihil eſt actū niſi puluerulētꝰ eq̈ruꝫ ac
ſuoꝝ circūſtet exercitꝰ. Adhuc tm̄ nitoꝛ in hoc per-
uerſe ꝯſuetudinis toꝛrēte ꝯſiſtē ne me totū ſternat
ac rapiat. Itaqꝫ cū hēre foꝛſitā ul' optare ſaltē plu
res poſſem duo mihi eq domi ſufficiūt abūde ſed
ad iter pl'ibꝰ egeo nō qdē ſm coꝛ meū ſed ſꝫ coꝛru-
ptū ſeculi nr̄i morē. Neſcio eni quō iter nr̄os ſepe
notioꝛ ſum q̃ꝫ uellē. Et neceſſe eſt interdū ad euitā
dū populare murmur renitētē animū vulgi mori-
bꝰ ut coaptē. Qꝺ idcirco dixeri:ut qm̄ placitū tibi

eſt uſq; ad humilitatē mea tuū altiſſimū aium icli-
nare ꝓpoſitū meū hinc cōijcias. Quero eger quo
ſan⁹ utar:nec expeto dū ſan⁹ fiā:ne qua tūc ſit mo-
ra:ꝑfecto enim ubi ꝑmū aliqs mihi vigor affulſe-
rit ꝯfeſti ueniā: ⁊ apparebo aū faciē dñi. Et ut me
ipſe cognoſco meq; nō vulgi fama: ſed ꝯſcia mea
metior atq; extimo:cert⁹ mihi videor:ꝙ ubi me ſe
mel aſpexeris ſeniculū ibecillē ⁊ iā nulli habilem
negocio nulli idoneū labori niſi quē ſpōte ſuſcepe-
ris:nulli deniq; rei aptū niſi ocio ⁊ qeti ⁊ meū tāt⁹
tibi licet iutilē ac deuotū: ⁊ mihi certe difficilē lau
dabis aduētū: ⁊ reditū nō negabis:imo ad meam
ilico reqez me remittes:neq; mihi illō auferes qō
daturū te ꝓmittis. Oēs eni qui te iubēte mihi ſcri
būt magnā mihi benificētie tue ſpē inijciūt. Quaz
imēſam eē nō dubito. Ego aūt ut me totū noueris
ex quo ut patet nequaꝗ; tā parue rei notitiā dedi
gnaris nō ſum qui ex̄ dom⁹ mee limē ulla opum
ſpe aut cupiditate diuellerer. Nihil eni in reb⁹ hu
manis magnope cupio. Nihil flagito:nihil ſpero.
Amor:fides:debitū:deuotio:reuerētia:gratitudo:
hij ſunt ſtimuli qb⁹ mouear ſi mouēdus ſim. ¶ Q;
obrē nulli⁹ ꝓmiſſionē tā itēto aio ꝗ; tuā: tāq; ere-
ctis aurib⁹ audiui:ubi ais ꝯſulturū te qeti ai mei.
O te digna ꝓmiſſio:o generoſū ⁊ ṽe magni ai do
nū. Nā qd mihi ſi oēs qui ſub celo ſunt:theſauros
meū ꝯgeras in ſinū:ut collati mihi vni craſſus cre-
ſuſq; iopes ſint. Nōne ſi careā ai qete pauperrim⁹
ſim atq; miſerrim⁹. Tolle diuitias. Nudū linque:
da qetē ſolā ai diues ero:certe ad hūc vnū finē tot
tā diuerſis artib⁹ tātiſq; laborib⁹ cumulant̄ opes
ut qeſcāt ai. Qua in re ut in alijs multis lōge falli
tur humana ſedulitas. Nulli aio diuitie dāt qetē:
cū multis eripiāt:vnū tecū ea quā hūanitas tua
mihi tribuit fiducia glīabor:ſed in dño. Non ad
meā ſed ad Chriſti laudē ſit dictū. Paucos nempe
pr̄ beatiſſime peccatores noui hacten⁹ qui nō dicā
qetiore:ſ; minus inqeto aio ſint ꝗ; ego. Nō arro-
go ex hoc mihi virtuoſi famā. Nō eſt eni virt⁹: qa
nō ex habitu electiuo ſed nāli q̊dā inſtictu ab ado
leſcētia aio meo iſitū nil cōferre diuitias ad beatā
vitā. Quod ſi hanc quātulacūq; eſt animi qetem
que in hui⁹ vite curſu plena eē nō pōt. Quis enim
currit ⁊ qeſcit? tua mihi ſcitas auxerit:qui iā pro
ſolo affectu magni tibi muneris ſum debitor iexti-
mabilis ⁊ imēſi debitor fiā. Proide donū hoc qe
tis a nullo uſꝗ; hoium tā lete ſuſciperē ꝗ; a te. Al
lū eni eque dignū cēſeo:cui qetā ⁊ tranqllā debeā
ſenectutē. Neq; ṽo illi etati tā neceſſaria qes eſt.
Neq; huic ſnie aduerſuz dixeris Ciceronē. Seni
b⁹ inqt labores corporis minuēdi:exercitatiōes ai
etiā augēde videtur. Exercitatiōes dixit:nō labo-
res. Quiſq; igit̄ doct⁹ ſenex ⁊ illas amplectitur ⁊
hos fugit. Nā ⁊ exercitatiōe ſenilis torpor erigit̄
⁊ labore depmit̄ ⁊ oino laborioſum nihil ſenectu
ti ꝯgruit:ſ; qeta oia. Qō incidēter qdē ſed pro me
ipſo ⁊ excuſatiōis mee dictū parte ſuſcipies. So-
lebā hodie ut ſic dicā iane. Nā qd eſt aliō vita ho
minis ꝗ; dies vn⁹ iſq; ⁊ breuis ⁊ turbidus:aū nō
mltū inꝗ; tps erā ſolit⁹ poſt lōgiſſimū iter qri ꝙ tā
ꝓpe termin⁹ fuiſſet:nūc ad ueſperā. O uertigo re
rū incredibilis. Nullū ſat breue iter iuenio. Om-
nis mot⁹ inane corpuſculū fatigat. Rē ergo ⁊ mi-
hi neceſſariā ⁊ te dignā feceris ſi ꝗ;uis ut oli inge
nue ſum ꝓfeſſus nihil ex te ꝑter bñdictionē ⁊ graz
tuā petā:ultro tu reqez aut largiaris aut cumules
etati indige. Et quieta enim ſenect⁹ ad qetā mortē
via eſt ⁊ qeta mors trāſitus ad eternā vitā: Chri-
ſtus tibi hāc vitā ſanctā ac iucūdā faciat: ſerūq; ⁊
facilē vite finē:teq; poſt hos labores ad alterā illā
vitā fine cariturā:eāq; de qua multa diximus qetez
transferat. Patauí.ix. Kal. Januarias.

¶ Ad eundem excuſatio ipoſſibilitatis propter mor
tiferū ⁊ horrendum caſum ſibi in itinere occurren
tem. Epiſtola .V.

M Ultos eoꝝ qui magnū aliquid aut armis:
aut igenio molliretur mortis iteruentu ce
pta deſtituiſſe:beatiſſime pr̄ accepim⁹. At
ne eq̄ longior euadā. Paucis ꝯtēt⁹ multa ꝑtermit
tā. Neq; enim res icerta eſt aut egēs teſtiū. Utq;
a lr̄is alias ſacris incipiā. Moyſes iſraeliticā gētē
egyptiace iugo ſeruitutis eductā in terrā ꝓmiſſio- Moy-
nis inducē ꝑoccupat⁹ morte nō potuit. Juli⁹ ceſar ſes
ſub extremū vite tēpus quot ⁊ ꝗ;tis rerū apparati Julius
b⁹ itēt⁹ ꝗ; multa circa romane urbis ornatū reiq;p. Ceſar
⁊ impij tutelā ⁊ augmētuz mēte uoluebat:tēplis
atq; edificijs publicis iſuete magnitudinis biblio-
thecis grecis iſup ac latinis romā decorare. Que
mox duo ſucceſſor ei⁹ auguſtus ipleuit. Jus ꝑterea auguſt⁹
ciuile ex ifinita illa ueteꝝ legū exūdātia ſupuacuis
deciſis ac decerptis utilib⁹: ⁊ per paucos ꝯiectis
in libros ad aliquē ſtudioſis habilē facilēq; modū
ac parabilē reſtrigē. Qō diu poſt impleuit Juſti- Juſtini
nian⁹ ut potuit. Ad hoc ſcdō receptis hiſpanijs p⁹ anus
Pōpeij magni mortē ab occidēte in arthō ⁊ orien
tē arma ꝯuertere bellūq; dachis ꝑmū rebellātib⁹
ac deide ꝑthis iferre gētib⁹ qdē alteri idomite al-
teri ꝑ; romanos ea tēpeſtate potētiſſime. ¶ Quid
nūc ṽo hos atq; alios. Neq; eni oēs attigi viri hu
ius ultimos conat⁹. Quis ꝯcluſerit euētus queris
Audi Suetoniū trāquillū. Talia inqt agētē atq;
meditātē mors ꝑuenit. Alexāder macedo parrata Alexā-
Aſia totaq; illa terraꝝ parte ꝑdomita:hinc cartha der
ginēſib⁹ minabat̄. Illic ut Lucan⁹ ait: oceano claſ-
ſes iferre parabat anthoprobanē. an anthipodas
petitur⁹ neſcio:hec parāti qd huic quoq; ꝯtigerit.
Audi qō ſeqtur:occurrit ſupma dies:nāq; ſolum
huic potuit finē ueſano iponē regi. Cyrr⁹ iter ꝑſaꝝ Cyrrus
reges famoſiſſim⁹ ipſa eadē Aſia ſubacta uerſus i
Scithiā cū exercitu feſtinabat:hunc magno impe
tu uadētē nullūq; ſibi iā regni terminū niſi qui mū
di eēt aio ſtatuētē ibecillitatis ⁊ ſupbie regie docu
mētum igēs mulier vidua atq; orba peſſundedit.
Nec Pyrrhi regis lētior apparat⁹ nec letior finis
fuit. Qui ad regnum italie aſpirās ⁊ armoꝝ ſpe- Pyrrh⁹
cie romanos duces ⁊ elephātū mole turbauerat.
Qui deniq; ferro ipar auro hoſtē muneribuſq; tē
ptauerat:ad extremū victus ⁊ optata pulſus ita-
lia bella nūc etiā ſua renouās in grecia ipſe quoq;
feminea pempt⁹ eſt manu. Attiliū regulū multis i Attilius
clitū victorijs ⁊ iā portis ac menib⁹ hoſtiū iſultātē
iprouiſi ducis aduēt⁹: ⁊ mutata ſubito fortūa bel-
li e curru pene triūphali in carcerē ⁊ in mortē tru-
ſit. Traianū ꝑncipē ⁊ potētiā ⁊ famā ſeneſcentis Traia-
impij renouātē reip. dānoſa mors abſtulit. Aliud nus
dehic hominū gen⁹ ſtrigā. Uirgili⁹ maro op⁹ illud Uirgi⁹
eximiū pl̄es miratores ꝗ; imitatores habiturū cō
ſumare cepat iamq; ad exitū res ſpectabat. Mors
ꝑclarū negociū interueniēs ipediuit letūq; ꝑncipi
um meſto fine ꝯcluſit. Jtem ⁊ Lucretio accidit: ⁊

Lucano niſi ꝙ horū uoluntaria: Naturalis mors
illi⁹ fuit his poetā vnū neſcio an nobis cognitū ca
rū nobis Statiū pampiniū addunt qdā ſed fallū-
tur: op⁹ enī hic utrūqꝫ ꝑfecit. ¶ Ego qdē utri me
parti ingerā nō video pene ex equo ad utrāqꝫ qd
afferā nō eſt. Nā ⁊ aruus nihil penit⁹ ⁊ ingenio
pauca admodū moliri datū. Sed ſunt ⁊ alie ad
gl'iam vie: vnum erat. Idqꝫ per ſe magnum: mihi
ṽo permaximū ut ad te uenirem. Quid enī felici
us? Quid maius mee ſortis homūculo ul' ꝯtingē
poterat uel ſperari: ꝗ̄ totiēs: totqꝫ tā honorificis
litteris: tā benigne tam leuiter euocatū ad roma-
num pontificē: nō quēlibet: ſed quē Chriſtus eccle
ſie ſue dedit oium pōtificum noſtre etatis corrigē
dis errorib⁹ ꝑficiſci? Quid ue niſi amplum ac ma
gnificū hec mihi ꝑegrinatio allatura videret̃ cum
tm̄ gl'ie ſola uocatio attuliſſet: ut ⁊ ipſe magis me
amare quodāmodo ⁊ alij magis ac magis incipe
rēt me mirari pluriſqꝫ me facē quem tant⁹ nō ꝯtē
neret extimator: ueniebā ergo tāta alacritate ꝗ̄ tā
in nullo hominū me vidiſſe: neſcio an in ullo uſqꝫ
legiſſe meminerā. Sed ut ueꝝ fatear alacritas il-
la ſoli⁹ erat animi: corp⁹ enī adhuc imbecille erat:
⁊ inualidū neqꝫ ulla ꝓrſus mihi viriū fiducia: ois
in celeſti ſpes erat auxilio. Sic eūtē ſupraqꝫ vires
⁊ ſupra etatē tui trahēte deſiderio: ꝓperātē mors
inopiā coercuit. Quid enī lꝫ incredibile uerū loq
timeā. Nō egritudo illa ſed uera mors fuit. Fictio
nē poeticā qs dixerit aut yꝑbolē importunā mor-
bo aut extaſi mortis nome imponere. Ego ṽo de
incognitis nō diſputo triginta uel eo amplius ho
ras qd fueri non magis memini ꝗ̄ qd fuerim ante
ꝗ̄ naſcerer. Nullus ītellect⁹ in aia. Nullus ſenſus
in corpore. In quo cū multa ⁊ acria remedia tem
ptarent̃. Nihil omniū que erga me ⁊ in me fierēt
aliter ſenſi ꝗ̄ imago marmorea policleti ſenſiſſet:
aut phidie. Nemo deniqꝫ me niſi defunctū dixit
⁊ credidit. Sic apud nos ubiqꝫ vulgatū. Sic Pa
taui. Sic Ferrarie ubi tūc erā vulgo creditū. Sic
deuotis tuis hui⁹ rectori urbis ⁊ illi⁹ cui⁹ in domo
iacebam: phiſiciſqꝫ ſuis ꝑſuaſum fuit: qḋ tā gra-
uiter tulere: hij nobiles magnificiqꝫ viri ut quib⁹
olim multū debui infinitū debeā neqꝫ ipſis modo
ſed utriqꝫ populo: tātus mei obit⁹ utrobiqꝫ publi
cus dolor fuit. Neqꝫ min⁹ eadē fama Uenetias at
qꝫ Mediolanū ⁊ Ticinū: urbeſqꝫ alias ubi amicos
hēre videor peruagata eſt. Ita ut quidā ex eis ad
me viſendū: ſiue ſepeliendum accurrerint. Qui ⁊
ſacratiſſimas aures tuas famā hāc pulſaſſe augu
ror. Quod ut credā nō mei nois claritas que nul-
la eſt: ſed eorū cogit ambitio inexpletaqꝫ rabies q
alto opū in pelago ſitiētes dieb⁹ ac noctib⁹ te circū
ſtāt: tuāqꝫ nō deſinūt īfeſtare clemētiā. qꝗ ſi reco-
lis añ annos cum mihi caſus multo ꝗ̄ nūc leuior
accidiſſet adierūt te certati beneficia mea: pauca
qdē: ⁊ parua poſcētes plura licet ⁊ maiora ꝗ̄ me-
reor ⁊ que illis plane multa ⁊ opima videantur.
Solā hanc ob cām: ꝙ mea ſunt: vni adeo ſum ma-
gn⁹ inuidie. Petierūt aūt nō hec duo tm̄ que tunc
temporis hēbam que ue nūc habeo ſed illa quoqꝫ
que ante lōgum temp⁹ amicis egentib⁹ ſpōte ꝯceſ-
ſerā. Et qḋ mirer niſi tā ꝑceps ⁊ tā ceca cupiditas
ſit: illa etiā que nunꝗ̄ habui: vñ effectū ut illis cū-
cta miſcētib⁹ cōpluſculos dies tota curia bullis in
efficacib⁹ ebulliret. Neqꝫ ṽo nūc illos ſegni⁹ egiſſe

crediderī. Nā ⁊ vigil'ātiſſima ſemꝑ auaritia eſt: ⁊
cū vitia quedā tempore minuantur: hec durando
creſcit ⁊ ſucceſſib⁹ inardeſcit. Uerū ego taliū cu-
ras: ⁊ vitā pariter ac rumores paruifacio: qui mor
tes hominū ſomniāt ſue mortis obliti: ⁊ qḋ fede
cupiūt impudēter anticipant more vulturū expe-
ctātes beneficijs alienis quaſi cadauerib⁹ ſaturari.
Ceterorū poti⁹ iudicijs fidē do. Quomodo enim
tot ⁊ talia fallerētur īgenia: hominū exptoꝝ meqꝫ
oculis cernētiū manibuſqꝫ tractantiū. Quoniam
igitur quo in ſtatu fuerim: neqꝫ tūc ſciui aliqd neqꝫ
nūc memini ignarus mei cur nō alijs de me credā
mortuū fuiſſe teſtantibus? Fui mortuus. Et ecce
ſum viuēs ſuſcitāte illo qui Laçarū ſuſcitauit: viuo
autē: iterū moriturus: ⁊ hoc ſaltem moriēdo didici
que ꝑcedunt ſcilicet aut ſequūtur eē poſſe terrifica
⁊ horrēda: mortē ipſam pene nil eſſe aliud ꝗ̄ leue   Mors
ſuſpiriū: aut ſuauē ⁊ ꝓfundū ſomnū ⁊ perproprie   leue eſt
ut multa illud a poeta dictum dulcis ⁊ alta quies   ſuſpiriū
placideqꝫ ſil'ima morti. ¶ Rediuiuo ſane idem mi
hi qui añ caſum fuerat: ueniēdi ad pedes tuos erat
anim⁹: nec me terrebāt medicoꝝ mine vna uoce fir
mantiū: nullo mō viuū me Romā eſſe uenturum.
Quāuis in hoc cū eis plane ſentirē: ꝙ ſi me in lo-
co aliquo deſerto caſus ille violētus ac terribilis
inuaſiſſet: actū erat de me. Sperabā tm̄ poſſe viu⁹
ꝑuenire. Illic aūt oē qḋcunqꝫ mihi eueniſſet felix
fauſtūqꝫ cēſebā: tū qa benedictio tua mihi e corpo
re hoc migrāti nō defuiſſet ut ſpo: tū qa qcqd car-
dinales tui dicāt ut libet irrideāt: quodqꝫ eſt odiū
ſimulēt cōtēptū. Roma ꝓculdubio ſacro ſanctiſſi-
m⁹ mūdi locus eſt: ubi Chriſtianus uerus ⁊ viuē
optet ⁊ mori. ¶ Quid me ergo detinūt: nō timor
hercle ſꝫ debilitas: que tāta eſt ut nō magis pata-
uiū redire ꝗ̄ Romā adire potuiſſem: niſi ꝙ in naui
iacēs redij: ubi ⁊ dn̄o ⁊ oī populo ſtupori ⁊ gau-
dio multo fui: ita me ſpectātib⁹: ut hoiem a mortu
is redeūtē: hic ſum pī beatiſſime nō īfirm⁹ mō: ſed
meſtus quoqꝫ q: honeſtiſſimū deſideriū meū ſpa-
to caruit effectu: quodqꝫ optimū moliebar īplere
nō licuit. Nihil tm̄ mihi ꝯſci⁹ hac in re feci: Chriſtū
teſtor qḋ in me fuit ⁊ ſepe mecū in ſilētio recogitās
ita mihi accidiſſe doleo. Miror aūt minime: cauſā
enī ſcio. Nō erā dign⁹ te videre. Tibi ṽo Chriſtia
noꝝ pater corpore atqꝫ animo nūc affuſus ſuppli-
co ut īpotētie mee parcas: meqꝫ iter ultimos ꝓuos
numerare digneris ꝗ̄uis inutilem ⁊ ignotum. Is
qui te ſibi vicariū legit in terris diu ſoſpitem tāto
ſeruet officio: teqꝫ hinc ſero digredientē celeſti ſe-
de recipiat. Pataui. viij. idus maij.

¶ Explicit liber vndecimus.

¶ Incipit liber duodecimus. Ad Joannem patauī-
num phiſicum inſignem: de quibuſdam conſilijs
medicine.   Epiſtola. I.

Btuliſti mihi materiā iocādi in
malis. Ludit apud Ciceronem   Cicero
vir egregius in morte. Ego nō-
dum quidem in morte ſꝫ in mor
bo graui ac multiplici: ⁊ neſcio
ꝗ̄ vicinus morti ludam tecum.
Non ſoleo diſputare de incogni
tis ut multi. Qui dum videri ſapientes cupiūt iſi
piētiā detegūt: oiaqꝫ ut ait comicus intelligendo
faciunt: ut nihil intelligant. Quomodo qui medi

cine nunq̄ꝫ oculos ſeu aures ne dicā animū appli-
cui: immo qui proſperrima ad hoc tempus fretus
ualitudine: uerū ut fatear illud ſtudium uelut mi
hi ſupuacuū neglexi: ⁊ nō quidem artem ipſaꝫ: ſꝫ
artifices paruipēdi: preter aliquot viros quos di-
lexi: qm̄ ueri mihi medici viderentur: quomodo i-
q̄ꝫ talis ego cū pncipe medicorū huius tpis: aut
vinco aut vno ex paucis diſputarē: de rebꝰ ad me-
dicū ſpectātibꝰ? Nō diſputatio ergo ſed ludus iſti
tuit ut tantiſper ⁊ tu curas meas rideas: ⁊ ego ma
loꝝ pn̄tiū obliuiſcar: ac morboꝝ: qui me agmine fa
Satyricꝰ cto: ut ſatyricꝰ ait circūſiliūt ⁊ infeſtāt. ¶ Miſiſti
mihi plenā fidei eplām: plenam ſolitudinis: plenā
artis quā profeſſuſ es: cui q̄ꝫtū ego arbitror nil ad
deret hyppocras: nil demeret: nil mutaret. Quid-
ni autē ille cōſilijs tuis acqeſceret: cuiꝰ e fontibus
hauſta ſunt: cū ego hoꝝ inſciꝰ ⁊ ɔtēptor in multis
tn̄ rōne victus acqeuerī. ¶ Scribis pro remedio
ſtatus mei ⁊ ſi nō omnimoda: ⁊ aliquali mutatio-
ne vite ſeu victꝰ ſoliti opꝰ eſſe. Quod qdē ſine ɔdi-
ctione cōceſſeri. hēt eni etas quelibet ſua ut animi
ſic ⁊ corporis alimēta. Et ſicut ſtudia pueroꝝ nō
ɔueniūt ſenibꝰ: ſic nec cibi oēs. Ita ſuū hoc diſtin-
xit opificium nā: ut vnaqueq̄ꝫ pars p̄clari licet fra-
gilis caduciq̄ꝫ opis ſuis pro uarietate tēpoꝝ ſit ful
ta p̄ſidijs. Et ut doctꝰ architectꝰ in eadē domo eſti
uas ⁊ hibernas: ac reliqs anni partibus ſuas cui-
q̄ꝫ diſtribuit māſiōes: ſic nā ſolers ac ꝓuida in eo
dē hoīe uarias ſtatuit etates: ⁊ cuiq̄ꝫ ſua quedam
ꝓpria ⁊ attributa cōſtituit. ¶ Primū uer etatis i-
fantiā ac pueritiā uoco: has adoleſcentia ſequitur
q̄ſi uer p̄ceps ⁊ eſtati ꝓximū. Et q̄ꝫuis nulla etas
uanior. Nulla incōſultior: nulla in libidinū irrita-
mēta ꝓcliuior: hāc tn̄ illa quā eſtatē vite dixerim
iuuēta ɔſequit: nō iam florida: virēs tn̄. Et nō qdē
tā uētoſa ſeu mobilis: ſed maioribꝰ cupidinū atq̄ꝫ
irarū ignibꝰ eſtuās. Hanc ſubit etas iſta maturior
Aug. ſenectꝰ a ſexageſimo anno: ut Auguſtino videt in-
cipiēs q̄ꝫq̄ꝫ alijs aliter viſum ſit. Silis hec autum
no ⁊ tranqllior cūctis ⁊ lenior ⁊ legendis fructibꝰ
retroacti tēporis aptior: euo ɔſumptis ⁊ virtutuꝫ
ſtudio domitis eſtibꝰ paſſionuꝫ: ultima eſt hyems
ſenij: iers frigida ⁊ getis appetēs: ⁊ caloris. Quā
quedā tn̄ magna oli ⁊ p̄feruida ingenia ɔcaleſcere
coegerūt: de quo nūc agere longum eſt. ¶ Ut igit
has etates qd̄ de tribus expertꝰ ſum: de quarta au
guror ſtudijs atq̄ꝫ exercitijs diſtictas fateor: ſic ⁊
cibis ⁊ alimētis arbitror. Ecce aūt ut cām ego tuā
adiuuo: ⁊ qd̄ breuiter ſtringis latius explico: ubi
vnū interfatꝰ pergā quo diſpoſui: qd̄ tu qdē nō pro
adulatiōe publica: ſed pro vitate ⁊ pro noſtra ſin-
gulari amicitia dictū crede obſecro. Quicqd igit
Hyppocꝭs Eſculapiꝰ hyppocrate aut eſculapio id ⁊ tibi crederē ⁊ fortaſ
ſe plus aliqd: qa quē ſumis arte ac ſcia parē reor: ſi
de ⁊ charitate ſupioreꝫ ſcio. Q̄obrē ſi qd aliter ac
tu dixero: aut ſi aduerſari videar: aut ſi aduerſer:
feres amico aīo: meq̄ꝫ nō tibi: ſed hijs quos modo
dicebam medicine repertoribus aduerſatum fin-
ges. ¶ Jam primum illud certū habeo non aliter
tibi ſalutem meam q̄ꝫ tuam propriam cordi eſſe.
Neq̄ꝫ illud minꝰ mihi pſuadeo: eoꝝ que a maiori-
bꝰ ueſtris ſcripta ſunt: nil tibi ꝓrſus icognitū: qui
⁊ aliqua forſan igenio te illis ac ſtudio adieciſſe.
Nulla hinc queſtio: nulla repugnātia. Illd̄ in du-
biū uenit. An cūcta que illis exciderint quaſi diui
no ore ꝓlata ſic fidē mereant: ut ɔtra ſētire nephaſ
ſit. Et Hyppocratē qdē purū hominē. Eſculapiuꝫ
ꝟo deū habitū: nō apud ſuos tātū ſed apud nr̄os
etiā noui a maiori tn̄ fulminatū deo. Neq̄ꝫ ꝟo ſuꝫ
neſciꝰ ſi tuoꝝ te auctoꝝ dictis uti patiar qcqd no-
les: nullo negocio ꝓbaturū: ſed in cā ꝓpria teſtimo
nia ſunt ſuſpecta domeſtica. Scio aliquos duꝫ de
vitate aut falſitate diſcipline cuiuſpiā altercantur
in mediū adducē ſolitos eiuſdē ipſius artis aucto
res quorū de fide queſtio p̄ma eſt. Qd̄ mihi non
mediocre in diſputādo vitiū videt ad ꝓbādum ꝙ
uelis id afferre qd̄ nō poſſis: qa non ɔſtet ⁊ dubiū
ut ſic dicā perambiguū ꝓbare. Non recipio fidei
teſtē ancipitis laudatū licet inter ſuos. ¶ Proce-
do autē: dicis ⁊ quaſi fundamētū ɔſilij tui ponis
etatē ſimulq̄ꝫ nām meā lapſu temporis imutataꝫ.
Itaq̄ꝫ me prorſus phico monitu reſpicere ad etatē
iubes. In quo plane mecū ſentis. Et id dicis vbo
qd̄ ego rebꝰ expior. Iuuat eni nūc etiā cāꝫ tuā agē
Magnꝰ eſt amice imo iextimabilis vite curſus di
cā meliꝰ uolatꝰ: uolat enim etas ingt Cicero. Adde
rē hercle ſi ſcirē ad uolatū aliqd. Nulla hyrundo: Etaſ uolat
Nullus ſic uolat herodiꝰ ut vite nr̄e dies uolant.
In illis eni motꝰ alarū internoſcimꝰ ⁊ ſpatia ⁊ ꝓ-
greſſum ⁊ appropinquātes termino: ⁊ iāiā puen
turos cernimꝰ. In nobis aūt niſi forſan aliqbꝰ hiſſ
q̄ꝫ ꝑpaucis ⁊ celeſti p̄ditis igenio atq̄ꝫ aīo: nil oīno
niſi nos inopinantes ac ſtupidos perueniſſe. Quo
circa uolatū hunc etatis non auis uolatui ſimilem
recte quis dixerit: ſed ſagitte quā nō arcꝰ ipulerit
ſꝫ baliſta. Que ſi tā bene iuuenibꝰ nota eēnt: q̄ꝫ ſūt
ſenibꝰ: ⁊ illiꝰ etatis honeſtior atq̄ꝫ innocētior vita
eēt: ⁊ huius recordatio gratior atq̄ꝫ iucundior. At
nūc cecā ⁊ improuidā adoleſcentiā rapidāq̄ꝫ iuuē
tā longioris vite ſpes in ſcelera ⁊ ꝓbra multa p̄ci
pitat: que tū demū dū caueri nequeūt: nec iā aliter
q̄ꝫ penitētia ⁊ lachrymis dilui experrecta ſerū cō-
ſpicit ſenectꝰ: ⁊ fallaci quorſum ſpei fidēdū eēt in-
telligit. ¶ Diſtinguimꝰ etates pro uarietate ſuiaꝝ
qd̄ ipſe ego nūc ut vides feci: ⁊ qd̄ in fruſtra diui-
dimus magnum eē aliquid oſ̄dimꝰ: hinc ſpes lon
gas ⁊ telas inexplicabiles ordimur: ⁊ igentia reꝝ
difficiliū iacimus fundamēta: ꝓponimuſq̄ꝫ aīs ꝑ-
petuā iuuētutē ac felicitatē: craſ futuri ſenes ac mi
ſeri: non ꝙ per ſe miſerā ſenectutem dicā: ſed felicē
potiꝰ niſi p̄teritarū etatū deluſa eſſet erroribꝰ. Ne-
q̄ꝫ vo uel ſic miſerā: mō aſſurgat: ⁊ diſcuſſis inani
bꝰ ſapiētiam ⁊ ꝟas opiniones: iuxta platonicā ſen
tentiā extrema q̄ꝫuis etate ꝑcipiat. Qd̄ ſi phis vi Plato
ſum eſt: qd videri nobis debet: qbus ⁊ ſapiētiam
⁊ virtutē ⁊ ſalutē aſſeq ſine curioſitate aut labore
nimio qualis illoꝝ fuit ſobrio aī dolore pioq̄ꝫ ge-
mitu datū eſt. Illa uere miſera eſt ſenectꝰ que hinc
fragilitate corporea: ut mea nūc morbiſq̄ꝫ ſenilibꝰ:
hinc petulantia iuuenili quā deus a nobis lōge fa
ciat: ⁊ turbidis motibꝰ quatitur animoꝝ. ¶ Sed
redeo ad errores iuuenum ⁊ ſpes uanas. Quid
hijs eni queſo nō liceat qbꝰ nemo obſtat: omnes fa
uent non vulgus mō ſed humanū genꝰ. Ceterum
fallant ſeſe homines ut libet. Totū hoc qd̄ diſtin-
guimꝰ: qd̄ multiplicamꝰ: qd̄ extēdimꝰ nihil eſt: pro
inde hic eſt ille etatis nr̄e rapidiſſimꝰ uolatꝰ: de quo
nemo cogitat: nemo nō loquit. Nemo inq̄ꝫ cogitat
niſi in fine: qn̄ in tergū uerſus ⁊ exacta remetiens
ſōniaſſe: quodāmodo ſe extimat nō vixiſſe. Mu-

tari autē cū etate hominē quis non ſentit? Aut qs
eſt qui negare audeat? Adhuc quidem cauſaʒ tuā
munio. Cedunt annis arces marmoree. ne dū ter-
reus homūcio ex ꝯrijs cōpactus humoribus: ce-
dūt menia fortiſſimarū urbiū. Nōne vides ut ba-
bylō illa uetꝰ interijt. troia corruit ⁊ carthago: qbꝰ
duabꝰ nō tā anni nocuere q̄ʒ ignes ⁊ gladij ⁊ arie
tes. Corinthus ⁊ Syracuſe ⁊ Capua ⁊ Aglegia
⁊ Cluſiū ⁊ Tarētū parue ſunt ueterū urbiū reli-
quie. Lacedemō ⁊ Athene nuda ſunt nomina. Ro
ma ſenio ſuccūbit: iāqʒ ſuccubuiſſet ⁊ tota in cine-
rē ꝟſa eſſet: niſi eam clari nominis ſuſtentaret au-
ctoritas. Innumerabiles alie nūc ſeneſcūt: ſuuʒ ⁊
ipſe exitū habiture: cito quidem ſed ignotū nobis
eo ꝙ longior ſit etas urbiū q̄ʒ hoīum: ꝑ̇us ergo q̄ʒ
vna urbs ſeneſcat multa hominū milia ſenuerint:
neqʒ homines tm̄ ſed fame hoīum obierint: annis
tacite ſecliſqʒ labētibꝰ. Quid miri autē ſi manufa-
cte urbes cedūt ſenio? Rupes cedūt ⁊ iuga mōtiū
ſtatū ac nām mutant: vn̄ iaʒ ueſeuus frixit. Ethna
tepuit. Alpes multis locis ſubſedere abſciſſiqʒ vn
dis pelorus ſiculus: atqʒ italus apenninus: ubi
frondoſis olim collibꝰ ſtabāt. Nūc infamē deſpici
unt caribdim: horriſonis fluitare ꝟticibus. Ad ex-
tremū ⁊ ſi hoc vnū magni negent viri: magniqʒ i-
q̄ʒ in alijs in hoc parui euo ut credimꝰ mundus ce
det. Quidni igitur cedā ego? Ceſſi eqdem: ⁊ ſi di
ci licet ultra cōmunē modū ſobrie tempanterqʒ vi
uentiū: quoꝝ memineris inſerere nō meo certe iu
dicio: ſed alioꝝ teſtimonio fortaſſe auſim. ¶ Sunt
ecce mihi dicā ꝟius fuerunt: vite anni ſex ⁊ ſexagi
ta. Qui dū ſingulos cogito multa mihi annoꝝ mi
lia videnť. At dū omnes ſimul dies vnꝰ: iſqʒ ⁊ bre-
uis ⁊ nubilus: ⁊ laborioſus ⁊ miſer. Et cū multoſ
libidinoſos ebrios octogenarios ſat bene ualētes
noueri: hic me annus ſic affecit: ut ſine ope famulo
rū multis iam diebꝰ imobilis ſim: pōdus meſtuʒ
graue alijs odioſuʒ mihi. Quid hic rei eſt? Audio
iam hinc te: ⁊ ꝯcinentes vndiqʒ medicos aque po
tū vnā eſſe uel precipuam mali cām. O felix ebrie
tas. Addēt alij pomoꝝ eſum. Fugā carinuʒ: Ieiu-
niū: o infauſta ſobrietas. Ergo ſanū nihil niſi ebrio
rū potus: ⁊ lupoꝝ cibꝰ? Sed de hijs tecū integra
mihi nūc etiā lis manet. Erit forte aliquis nō me-
dicꝰ: qui peccatū meū rei cām ſolā dicat. Quod ſi
admittimꝰ deo meo grās ago: qui multoꝝ criminū
fedas notaſ leui ſupplicio expurgat. ¶ Qḋ ſi aliā
cām malitiā quis cōplexionis obiecerit: teſteʒ vi-
uum ⁊ fide dignū ꝓferā: illū alterū medicoꝝ mō
tecū ꝑ̇ncipem ſi qd fame credimus cōpatriotā me
um thomā: poſſem alios ſed mortuos teſtes ad iu
diciū uocare ridiculū. Ille ergo anno altero apud
ticinū ubi tūc eramus: ſub amico illo tuo ligurum
domino: turba nobiliū audiēte iurauit: nullū ſe vn
q̄ʒ corpus meo ſolidius: ſuo utor ꝟbo: nullū ſaniuſ
nullaʒ cōplexionē vidiſſe nobiliorē. Et certe q̄ʒuis
magnarū nunq̄ʒ viriū me fuiſſe memineri. Agilita
te tn̄ ac dexteritate corporis tanta fui: ut poſſe vix
cederē ab aliquo ſuperari. Que ⁊ ſi ꝑ̇me fere poſt
tenerū ⁊ labile come decus: in hoībus pereāt me
gradatim tn̄ ita uſqʒ ad hoc tēpus comitate erant:
ut ꝑ̇ter ſaltum ac curſum qbꝰ iā nec egeo nec dele-
ctor nullam quaſi iacturā etatis hac in parte ſenti
rē. Annus hic oīum vicē geſſit annoꝝ: longa ergo
nempe annua egritudine ſic deiectꝰ ſum: ut nō me

is pedibꝰ ſed famulorū brachijs aſſurgere ualeaʒ:
aut moueri. Gaudeo edepol ut in malis ꝙ nō hic
ſexageſimus tertiꝰ: de quo multa olim ad Ioānez
alterū ſcripſi: ſed ſexageſimus ſextꝰ eſt. Q̄uis enī
exoticis ſuſpectiſqʒ dogmatibꝰ non facile flecti poſ
ſim. poterā tamē fortaſſe ſi tunc mihi iſta eueniſſēt
errore illo aſtrologoꝝ de quo tunc agebať: ⁊ ſi nō
opprimi: tangi tamē. ¶ Sed omiſſa qḋ ad me atti
net cārū idagine cū illa anceps effectus autē certi
ſint tu ut phiſicus ut amicꝰ: ut vir bonus remedia
mali huiꝰ tuo quidē ingenio ⁊ alte excogitata ⁊ di
ligenter conſcripta tranſmittis. Que ſi rite nūero
ſunt ſex: ꝑmittam ꝟo illa tria in quibus mihi tecuʒ
nulla lis erit. Iubes ex ꝑcepto artꝭ tue: ut carnibꝰ
ac piſcibꝰ ſalſis: ⁊ herbis crudis abſtineā: quibus
delectari ſoleo: parebo equidē. Nā ⁊ nā mea ipſa
ſibi cōſulens: hoc ciborū genus ſolito partius ap-
petit: parata hijs carere perpetuo ſi neceſſe ſit. Ad
tria illa feſtino: in quibꝰ a te paululū: imo ualde diſ
ſentio. Iubes ut ieiunium a pueritia uſqʒ ad hanc
etatem ſine intermiſſione ſeruatū linquā ⁊ inertis
more curſoris in ſtadij fine deficiā. At qui nō nūc
nouiter audio cōſilia medicoruʒ diuinis aduerſa
eē conſilijs. Nec ſum neſcius qd ⁊ medici: ⁊ qui
ieiuniū damnāt dicere ſoliti ſint utilius eſſe ⁊ ho-
neſtius cibū partiri: quodqʒ vno prādio ſis ſūptu
rus in prādiū ⁊ cenāqʒ diuidere: haud irratiōabi
le forſitā ſi dictis facta ꝯgruerent. Atq hec dicunt
interfui enim vite ꝯſultoꝝ taliū: ⁊ mane ſe implēt:
⁊ ſero ſeſe ingurgitant. Ita cibū nō diuidunt: ſed
duplicant: platonicū illud obliti. Nullo ingt mo- Plato
do mihi placuit bis in die ſaturū fieri. Proinde ſi
deus me reſtaurare dignabitur: ſolitū ⁊ ꝯnatura-
tum iam mihi ieiuniū nō omittā: neqʒ nūc omitto
niſi eatenus ut ſexte ferie ieiuniū panis ⁊ aque tā
tiſper dū hec repētina fragilitas cedit ad morē ie-
iunij cōmunis inflexeri deo auſpice mox ad ꝯſue-
tudinē reuerſurus: ſed iā ſenior ibecilliorqʒ nō po-
teris: imo quidē ego etiā oīa poſſum in eo qui me
ꝯfortat. Sed qui hoc dixit apoſtolus: tu peccator Apl'us
magnus es. An nō ⁊ ipſe peccator anteq̄ʒ apoſto-
lus: an ꝟo peccatores qui nomen eius implorant
Chriſtus deſeret: propter quos e celo in terrā ue-
nit. Nō ſum diffidentie filiꝰ: de me quidem ualde
metuo: de illo autē nihil meritus fateor multū ſpe
ro: ⁊ poſſe nō dubito nō hec modo ieiunia: femis
etiā puerīſqʒ facilia: ſed aſꝑa quelibet ipſo adiuuā
te perficere. An ꝟo non tot decrepiti ſenes in deſer
to panē hiſpidū ⁊ torrētis aquā in delitijs habuē
perpetuo ieiunio ⁊ fortes ⁊ uegeti? Nō legiſti An Antoīꝰ
toniū prope cētenariū: ⁊ pauluʒ cētenario maiorē Paulus
pane vnico ⁊ exigui uena fontis: letū illḋ ſacrūqʒ
ꝯuiuium apud Hieronymū celebrātes. Qḋ quo-
tiēs pijs auribus audimꝰ: pijſqʒ oculis legimus:
vix aliud loq poſſes: ⁊ ſepe tacitus mecũ dixi: hic
niſi virtutis eſſet amic⁹:nunq̃ tã uehementer hoc
tã breui virtuoſo licet elogio moueref. Sepe etiã
ipſe mihi grãm habui qui tibi illã epl'aʒ ꝓcuraſſeʒ
⁊ obliuione ſenioq; obrutã renouaſſeʒ. ¶ Ante tñ
q̃ aggrediar qđ inſtitui v̓bum vnũ Ciceronis ipi
us tibi ut arbitror non ignotũ inſerã:quo auidius
audias q̃lis eſſe debeat reipublice gubernator cũ
p̃us audieris q̃ ⁊ ipſe deo carus q̃q; deo cara ſit
ipſa reſpublica. Ille ergo reipublice libro ſexto.
Quo ſis africane ingt alacrior ad tutandã rempu
blicã ſic habeto:oib⁹ qui p̃riam ꝯſeruauerint adiu
uerint auxerint:certũ eſſe in celo diffinitum locuʒ:
ubi beati euo ſempiterno fruanf. Nihil eſt eni illi
p̃cipi deo qui omnẽ mundũ regit: qđ quidem in
terris fiat acceptius:q̃ ꝯcilia cetuſq; hominuʒ iu
re ſociati.que ciuitates appellanf harum rectores
⁊ ꝯſeruatores hinc ꝓfecti huc reuertũtur. Erat au
tẽ fictum illud in celi arce colloqum. Quis igif ni
ſi ualde duri cordis ⁊ virtutis oſor:felicitatiſq; cõ
temptor nõ hoſ appetat laboreſ ⁊ hec p̃mia? Quã
uis eni pagan⁹ ſit qui loqtur:non abhorrẽs tñ eſt
a chriſtiana v̓itate ac religiõe ſententia: ⁊ ſi in crea
tione hoium ſiue animarũ diuerſus ſit eoꝝ loquẽ-
di modus ⁊ nr̃. Nũc peragam qđ ꝓmiſi: ⁊ q̃lis eẽ
debeat patrie rector expediã ut hoc uelut in ſpecu
lo tete intuens:ubi te talẽ videris:q̃lem dico:qđ ꝑ
ſepe facies:gaudeas ⁊ virtutũ honorũq; omnium
largitori deuotior fias:atq; indies obſequentior ⁊
ingenti niſu per difficultatũ obices aſſurgas uſq;
ad illũ gradũ quo ire altius iam nõ poſſis. Si qñ
aũt deeſſe tibi aliquid ſenſeris faciem ipſe tuaʒ: ut
ſic dicã perfrices ⁊ manu opum fame frontem ter-
gas teq; ipſo formoſior uel certe nitidior fieri cu-
Qualiſ debeat eẽ urbium gub̃nator Apl'us
res. ¶ Sit ergo hic rector in p̃mis amabilis: nec
bonis formidabilis:malis eni formidabilis neceſ-
ſario ſit oportet:ſi iuſtitie eſt amicus. Non eni ſine
cã gladiũ portat:dei eni miniſter eſt ut ait apoſto-
lus. Nihil eſt aũt ſtultius. Nihil a p̃ncipatus ſta-
bilitate remotius q̃ uelle ab omnib⁹ formidari:q̃
uis qdam ⁊ ueterũ p̃ncipum ⁊ nouoꝝ nil magiſ op
tauerint q̃ timeri: ⁊ nulla re alia poſſe impiũ tene
ri q̃ metu ⁊ crudelitate crediderint:qđ ꝓnominati
de Maximino impatore barbarico lectũ eſt:quoꝝ
opinionibus nihil eſt a v̓itate remotius:amari ex-
pedit nõ timeri niſi eo modo forſitã:quo pius fili⁹
bonũ patrem timet:omnis metus ali⁹ eoꝝ ꝓpoſito
eſt aduerſus. Regnare eni diu uolunt:ſecuriq; vi-
tã agere utriq; ꝯ̃riũ eſt metui:utriq; ꝯſentaneũ eſt
diligi. Et diuturnitatẽ ⁊ ſecuritatem aufert metuſ
ꝯfert utrãq; beniuolẽtia:quoq; plus fidei dicto ſit
audiendus Cicero:imo quidem Ciceronis ore lo
quens v̓itas audiẽda eſt. Omniũ inquit rerũ nec
aptius eſt quicq̃ ad opes tuẽdas ac tenendas q̃
diligi:nec alieni⁹ q̃ timeri:nec m'lto poſt. Malus
enim ingt cuſtos diuturnitatis eſt metus: contra-
q; beniuolẽtia fidelis uel ad ꝑpetuitatẽ utq; eẽ ſi-
bi reʒ cordi ſcias. Idẽ alibi. Carũ eſſe ciuẽ bene de
republica mereri laudari coli diligi glorioſuʒ eſt.
Metui v̓o ⁊ odio eſſe inuidioſum deteſtabile ibe-
cillum caducũ. Iđ loqui de ſecuritate non attinet:
q̃ metu tolli atq; extingui:nemo tam rudis:igna-
ruſq; rerũ eſt qui neſciat:hic occurritur a qbuſdaʒ
metũ hunc in ſubditis eſſe non in regnante firman
tibus:quo non ipſius ſʒ illoꝝ ſecuritas quatiatur.
Quib⁹ ego pro rñſo notiſſimum illud obijciã labe
rij equitis romani docti viri ac prudentis in Iuliũ
ceſarem. Neceſſe eſt multos timeat quem multi ti
mẽt:qđ dictũ quo plus habeat viriũ dicto alio ſi-
mili ⁊ ipſi⁹ quem ſepe nomino Ciceronis auctorita
te firmandum eſt. Etenim ingt qui ſe metui uolẽt:
a quibus metuentur eoſdẽ metuant ipſi neceſſe eſt
Huius ſententie rõneʒ ne uos imitari pudeat ab
ennio mutuatur. Preclare enim inquit Enni⁹ quẽ
metuunt oderũt:quẽ quiſq; odit ꝑiſſe expetit. Ad-
do ego ꝙ qſq; expetit fieri ſtudet. At quid multi
aũt ualidis urgenf affectibus vix differri poteſt.
Que q̃uis ita ſint fuerunt tamẽ ⁊ ſunt uſq; hodie
qui dicant. Oderint dum metuant:fuit hoc attei
v̓bum crudeliſſimi tyranni ab euripide relatũ. Id
quotidiano uſu Gaius caligula nihil atreo mitior
ſuum fecit:nec inuentori fauſtum:nec ſequacibus.
Quo etiam uti ſolitũ Iulium ceſarem opinari ali-
qui ⁊ dicere uoluerunt:mirũ certe ſi uerum. Nam
ipſe quidẽ preter gl'ie ⁊ impij appetitũ in quo mul
tus ne dicã minimus fuit. Omnia fecit qbus eſſet
amabilis potius q̃ timẽdus:quadam hinc mãſue
tudine atq; clemẽtia:hinc munificentia ⁊ liberalita
te mirabili:cũ e toto impio oĩbuſq; victorijs nihil
ſibi retinuerit:qđ magni teſtãtur auctores preter
diſpenſandi poteſtatẽ. Ad ueniã v̓o tam faciliſ fue
rit:ut de eo Cicero idẽ ſcribat:ꝙ nihil ſoleret niſi
iniurias obliuiſci. Nobile quidẽ vindicte gen⁹ eſt
parcere:nobiliſſimũ obliuiſci:ut id ſibi pro ſup̃mo
nature bono ſuus ille nũc amic⁹ viuit hoſtis attri-
buat. Quid multa uſq; adeo hijs virtutib⁹ ut ſileã
reliquas abundans fuit ut nemo magis. Et ſi ex
hijs p̃mia nõ ſat digna ꝑceperit. Siquidẽ ab hijs
ipſis quos opibus atq; honorib⁹ ſummis expleue
rat:quibus victor oẽ ius victorie omnes inimiciti
as:iniuriaſq; remiſerat interfectus eſt:nec eũ libe-
ralitas iuuit:nec clemẽtia ut nõ imerito ſibi pacu-
uianum illud in funere canerer. Men ſeruaſſe: ut
eẽnt qui me ꝑderẽt. Quib⁹ ita ſe hñtib⁹ queri põt:
que nã ſibi odiũ cã ꝯflauerit? Nẽpe odio ꝯiuratio
illa nõ caruit. Ego nullã inuenio niſi violẽtiã q̃dã
elationẽq; ai:ꝙ ſupra patriũ morẽ ſeſe attolleret:
ꝙ min⁹ gauderet honorib⁹: ⁊ dignitates idebitas
uſurparet. Nõdũ aſſueuerat Roma ceſareos fa-
ſtus pati:quos poſtea lõge diſꝑiũ tales tulit:ut fa
cta collatiõe mira illa videri poſſet hũilitaſ. ¶ Si
illũ igitur talẽ virũ nulla potẽtia nulle opes aduer
ſus multorũ odia ꝓterierũt:reſtat ingrere quibus
amor artibus ſit querendus:qñ ut odiuʒ ruine ſic
amor ꝯ̃rij cã eſt:illud p̃cipitat:hic ſuſtentat. Quid
hic dicã:niſi vnã eandẽq; rõnẽ eſſe amoris publi-
ci que p̃uati eſt. Ego ingt Anne⁹ Seneca tibi mõ-

ſtrabo amatoriū ſine medicamēto:ſine herba:ſine
ulliꝰ uenefice carmine.Si vis amari ama. Sic eſt
hercle.Et q̄uis hic multa ⁊ uaria dici poſſint : ta-
men hec omniū ſumma eſt.Quid magicis opꝰ eſt
artibus?Quid p̄cio aliq̄ aut labore?Gꝛatuita res
eſt amoꝛ:ſolo queritur amore.Quiſ tam ferrei pe
ctoris inueniri pōt:quē honeſte amāti vicē redde
re pigeat?Inhoneſtus eni amoꝛ non eſt amoꝛ : ſed
honeſto nomine uelatū odiū:nō amore ſꝫ odio cō
pēſandū.Nā turpiter amātē redamare qd eſt ali-
ud q̄ ſcelere ſcelus cōfouere: ⁊ alieni flagitij fieri
nelle participē.Igitur hoc omiſſo ad honeſtuꝫ illū
amorē alterū redeamus.Ex quo utiqꝫ magnuꝫ ti-
bi ⁊ honeſtuꝫ gaudiū naſci debet:qui te tuis ita ca
rum ſentias quaſi non ciuiū dominꝰ ſed p̄rie pater
ſis.Qꝺ cognomen antiquoꝝ p̄ncipum fere oium
fuit:ſed quorūdā iuſte admodū: quorūdaꝫ iniuſte
adeo ut nihil iniuſtius:pater p̄rie dictꝰ eſt Augu-
ſtus ceſar:pater p̄rie dictus eſt Nero . Ille uerus
pater:iſte uerus hoſtis ⁊ p̄rie ⁊ pietatis.Tibi uerū
hoc cognomē obtigerit.Nullus eſt ciuiū eoꝝ dico
qbus pax ac requies p̄rie grata eſt:qui te alr̄ aſpi-
ciat : aliter cogitet q̄ parētē.Id ut factis merituꝫ:
euoqꝫ ꝑpetuuꝫ ſit eniti debes: ⁊ facies ſpo:facies
admonitꝰ:oratuſqꝫ:qꝺ iampꝛidem per teipſum fa
cis.Scito aūt hoc tibi p̄ſtare ſolā poſſe iuſtitiam ⁊
ciuiuꝫ charitatē:vis eē uerus ciuiū pater:qꝺ filio
tuo vis: ⁊ ciuibꝰ tuis uelis.Nō iubeo ut tantūdeꝫ
vnūquēqꝫ ciuiū ames quātū filiū:ſed ut filiū. Nā
⁊ deus ipſe ſummus legifer nō dixit:diliges pꝛo-
ximū tuum q̄tū teip̄m:ſed ſicut teip̄m.hoc eſt pu-
re ſine fictiōe:ſine utilitatis aut p̄mij reſpectu:nu-
da ac gratuita charitate.Audebo tn̄ dicē ſine p̄iu-
dicio ꝺioris ſententie: ⁊ ſi non quēqꝫ ciuiū : oēs tn̄
ſimul ciues vniuerſamqꝫ rēpublicā nō q̄tuꝫ filiū
mō uel parentes:ſꝫ q̄tū temetip̄m amare debes.
In ſingulis eni caris capitibꝰ ſinguli ſunt affectꝰ .
in republica aūt oēs : amādi tibi ſunt igitur ciues
tui ut filij:imo ut ſic dixeri tanq̄ coꝛporis tui mē-
bꝛa ſiue anime tue partes:vnū eni coꝛpꝰ eſt reſpu-
blica cuiꝰ tu caput es.Amoꝛ autē hic ⁊ lenibꝰ uer-
bis ⁊ multo maxime pijs p̄adit̄ actibꝰ atqꝫ in p̄miſ
ut dicebā iuſtitie ⁊ pietate.Quis nō amet eni quē
piū:quē iuſtū:quē innoxiū:quē ſui amātē opietur.
Qꝺ ſi amori bn̄ficia acceſſerint:q̄lia ſunt bonorū
p̄ncipuꝫ in ſubiectos tunc exardeſcit incredibilis
quedā beniuolētie magnitudo:quo nexu ad ꝑpe-
tuū dominatū nullus pulchꝛioꝛ:nullus firmioꝛ te-
xi pōt.Secedāt arma:ſatellites ſtipēdiarij tube :
buccine in hoſtes iſta ꝟtant̄ tibi cū ciuibꝰ nō niſi be
niuolētia opꝰ eſt.Charitate eni ingt Cicero ⁊ beni
uolētia ciuiū ſeptū opoꝛtet eē nō armis. Eos aūt
ciues itelligo qui ciuitatis amāt ſtatū nō eos qui
quotidianas mutationes rerū querūt.Illi eniꝫ nō
ciueſ:ſꝫ rebelles atqꝫ hoſtes publici extimādi ſūt:
ſepe auguſtū ipſa in mediū res adducit huiꝰ eſt no
tiſſimū illud qſqs p̄ſentē ſtatū ciuitatis cōmutari
nō vult: ⁊ ciuis ⁊ vir bonꝰ eſt.Itaqꝫ qui ꝯ̄riuꝫ vult
ꝓculdubio malus:nec ciuiū:nec virorū bonoꝝ no
mine dignꝰ:aut ꝯſoꝛtio.Hijs te aūt artibꝰ nā tua i-
ſtruit abūde:qbꝰ amoꝛ ⁊ beniuolētia queri poſſint.
hec ſunt aūt nō ad gl'iam mō ſꝫ ad celū ſcale:vn̄ il
le bonꝰ pater optimū filiū alloquēs. Cole inquit iu
ſtitiā ⁊ pietatē que cū ſit magna in parētibꝰ ⁊ ꝓpin
qs:tū in p̄ria maxima eſt: ⁊ ea vita via eſt in celū .
Quis amatoꝛ celi viā q̄ ad celū ꝑgit̄ nō amaret?
¶ Quā male aūt malos ⁊ iniuſtos p̄ncipes ab op
pꝛeſſis ciuibꝰ arma defenderint innumerabilia ſūt
exēpla:ſed potētiſſimos ac peſſimos attigiſſe ſuffe
cerit.Nā qd gaio cuſtodes coꝛporiſ germani:quā
uis accurrerēt pꝛofuerūt?A Nerone eni in extre-
mis caſibus ſtationē militū ⁊ cuſtodes diffugiſſe
cōpertum eſt:at auguſto at Ueſpaſiano ⁊ tito nul
le fuerunt neceſſarie militū cohoꝛtes:lege auguſti
obitū.Nō armatos excubitores inuenies ſꝫ ami-
cos ciues circūſtantes:eūqꝫ inter ſmones amicoꝝ
tādē in oſculis multū amate ꝯiugis nō q̄ſi expirā-
tē ſiue extinctū:ſed quodāmō cōſopitū cū defun-
cti coꝛpꝰ oibꝰ pluſq̄ humanis honoribꝰ tumulatū
ꝯſecratāqꝫ memoriā.Ueſpaſianꝰ dū impatorē ſtā
tē mori opoꝛtere diceret inter manus ſubleuantiū
expirauit.Titꝰ eiꝰ filiꝰ ſenatus ꝯcurſu ⁊ iſinita gr̄a
rū actiōe poſt obitū celebꝛatꝰ eſt:acerba qdē ſꝫ pa-
cifica moꝛte p̄uētꝰ:ut de illo ſcribit̄ maiore hoium
dāno q̄ ſuo. Qꝺ dictū niſi falloꝛ libꝛare hn̄t me-
morieqꝫ mādare oēs:qui in aliq̄ impio vitā agunt
ut moꝛs ſcilicet eoꝝ ſecura illis ⁊ felix:ſubditis ꝟo
foꝛmidabilis ⁊ damnoſa ſit:quoꝝ multi ꝯ̄rio labo-
rant.Sane qua in urbe hij quos memoro multiqꝫ
alij inermes trangl'le ac feliciter obiere ⁊ honeſtiſ-
ſima monumēta celeberrimāqꝫ memoriā ſuorum
noium reliquere in eadē: ⁊ Domitianꝰ Titi frater
īterfectus ab eodē ſenatu ꝯtumelioſiſſimis ut ſcri-
ptū video:atqꝫ acerbiſſimis acclamatiōibꝰ lacera-
tus:imagineſqꝫ eiꝰ detracte ⁊ ſolo abiecte nouiſſi-
me eradēdos titulos:abolēdāqꝫ memoriā decre-
tū.Et Galbe caput hoſti oblatū ſuffixūqꝫ haſte ali
xis ⁊ calionibꝰ totis caſtris hoſtilibꝰ circūlatū:ſpe-
ctaculo ludibꝛioqꝫ fuit oibꝰ.Et vitellius apud ge
monias minutiſſimis ictibus excarnificatuſ ac cō
fectus:vncoqꝫ inde in tiberim tractus eſt.Sil'eſqꝫ
caſus permulti alij paſſi ſunt.¶ Unde ꝟo uarietaſ
hec moꝛtis aliūde q̄ de vite uarietate ꝓuenerat ?
Itaqꝫ nō inepte p̄ncipū ille doctiſſimꝰ Marcꝰ au-
reliꝰ Antoniꝰ:qui in ſummo iperio pb̄i ⁊ cognomē
obtinuit ⁊ doctrinā enumeratis aliquot p̄ncipū ca
ſibꝰ qui ſe illo in oꝛdine p̄ceſſiſſent:ſic ꝯcluſit ut di-
ceret ſinguloꝝ fere moꝛtē vite ꝯſentaneā fuiſſe :ſe-
qꝫ perinde pacifice moriētiū ex numero fore pꝛeſa
git:nec fefellit.Qꝺ ſi ille vir magnꝰ ⁊ ſapiēs dixit:
⁊ ſic eē qlibet ſapiēſ vir cognoſcit:qs oino dubitet
qn bene atqꝫ innocue ſit viuendū:tū ꝓpter alia ml̄
ta vite decora:tū uel ob hoc vnū maxime ut bn̄ eti
aꝫ moriamur:digna hercle hora illa ſupꝛema eſt:
que oium p̄cedentiū annoꝝ ipendio cōparet̄:q̄q̄
rectis extimatoribꝰ ſit momētū illud ad eternitatē
trāſitus.Neqꝫ ꝟo eſt mirari qn̄ ⁊ per lumē exiguū
igredimur in imēſam urbē : ⁊ anguſta cimba ma-
ria ampla penetramꝰ:ſic per oſtiū moꝛtis arctiſſi-
mū ad infirmitatē tēporū introimꝰ:q̄leꝫ eni moꝛs
hinc animū eduxerit:talē reddet oibꝰ ſeculis.¶ Il
lud iuſtitie de qua loquoꝛ munus eximiū lateqꝫ la
tiſſimū:ius ſuū cuiqꝫ tribuere:nulli ſine ingenti cā
nocere: ⁊ cā q̄uiſ affuerit:ad miſicoꝛdiā inclinare
imitātē celeſtis iudicis eterniqꝫ regis morē.Cum
miſericoꝛdia eni oibꝰ neceſſaria:eo ꝙ a peccato ne
mo ꝓꝛſus imunis ſit: ⁊ ꝓpt̄ fragilitatē nr̄e ꝯditio-
nis oibꝰ ferme ſit debita:ꝯſequens eſt:ut qui uere
iuſtus eē uoluerit ⁊ miſericoꝛs ſit. Q̄uis ergo mi-
ſericoꝛdia ⁊ iuſtitia p̄ma fronte ꝯ̄rie videant̄:recto

Iudicio inſeparabilr̃ ſunt ꝯifícte: imo quidē liquet
iuſtitiam eē miſericordiā: ⁊ miſicordiā eē iuſtitiã
qꝺ preclare in libro de obitu theodoſij impatoris
ſacer ait Ambroſiꝰ: ut iā non ꝯiuncte tātummodo
ſed vnū ſunt. Nec ideo tm̄ illud exigit̃: ut ſiccarijs
ꝓditoribꝰ atq̃ ueneficis: ceteriſq̃ id genꝰ ipunitas
tribuat̃: ne dū in paucos miſericors vis videri: ſis
crudelis in plīmos: ſed ut leuitate lapſis atq̃ erro
re: ſi ſine exempli ꝑiculo fieri pōt miſericordia non
neget̃. Alioquin fieri pōt ut nimia miſericordia ⁊ i-
diſcreta leuitas: ſit magna crudelitas. ¶ Illꝺ pre-
terea ad amorē ciuiū ꝓmerendū efficax: ꝗ rector
populi nō iuſtus mō: ſed bn̄ficus ſit in ſuos: qꝺ ſi
non poſſit in ſingulos at ſaltē in vniuerſos: vix eſt
eni qui diligat a quo boni nihil ul' publice uel ꝑua
tim ſperet: de amore illo loquor quo amant̃ princi
pes. Amicoꝝ eni alius qdam amor eſt ſeſe ꝯtentꝰ:
nil q̃ uel poſtulans nec expectans. Hoc in gn̄e eſt
tēploꝝ refectio: ⁊ publicoꝝ edificioꝝ: in quo qdē
an̄ oēs laudatꝰ eſt Auguſtus ceſar/ut eū merito ti
tꝰliuiꝰ tēploꝝ oium ꝯditorē aut reſtitutorē dicat:
⁊ ipſe qꝺ tranqllus ait: iure ſit gl'iatꝰ urbē ſe mar-
moreā relinquere quā lateritiā accepiſſet. Hijs ac
cedit ⁊ muroꝝ urbis edificatio: que res in primis
clarū nomē aureliano pepit truculento. Aliogn ⁊
ſanguinario ꝑncipi: qui cū nō amplius q̃ ſex ānos
eoſq̃ non integros impauerit: in tā paruo tempo-
re muros urbis Rome quos uſq̃ nūc cernimꝰ ſic
ampliauit: ut ſicut flauius uopiſcus hiſtoricꝰ illoꝝ
credo tēpoꝝ menſurā ſecutus ait qnquaginta ꝑpe
milia paſſuū muroꝝ eius ambitꝰ teneant. Qua in
re maioꝝ induſtrie grāꝫ habe: qui hanc tibi parteꝫ
ſollicitudinis abſtulerūt: ut neſciā an ulla uſq̃ uel
exterarū urbiū ul' noſtrarū muris melioribꝰ cincta
ſit q̃ patria tua eſt. ¶ Nec minorē ego illos curā
viarū q̃ muroꝝ habuiſſe arbitror: ⁊ ſi eni muri tu
tū p̄ſidiū bello ſint vie ſunt pacis gratiſſimū orna-
mētū: hoc intereſt ꝙ muri in lōgum euū mole ſua
ſtant: vie autem aſſiduo uſu hoium ⁊ p̄ſertim eqs
atq̃ ante oia nr̄is hijs tartareis curribꝰ deterunt̃:
quos ego fateor pro virili parte optarē nondū Eri
thonius inueniſſet. Ita nō vias tantū ſed domorū
fundamēta atq̃ in eis habitantiū ⁊ boni aliqd mē
te uoluētiū corda ꝯcutiūt: hijs tu nunc igitur opeꝫ
fer longa etate ꝯuulſis: tuūq̃ auxiliū tacita defor-
mitate poſcentibus. Nō te hijs difficileꝫ prebere
debes: huius eni non tm̄ p̄rie ciuibuſq̃ tuis es de
bitor: cui ⁊ patrie decor: ⁊ ciuiū honeſta ſolatia cu-
re eē debent: ſuntq̃ nō dubito: ſed idip̄m tibi etiā
debes. Ex oibus nāq̃ non modo ꝑncipibus: ſꝫ cu
iuſcūq̃ ſtatus hominibꝰ aliū non video vidiſſe p̄-
ter vnū clare memorie genitorē tuū: qui tam diu ⁊
tā ſepe: equo patriam ꝑmearet: neq̃ in nobis mo-
rē improbo: qbus vnū ſtudiū vnaq̃ reipublice cu-
ra eſt: ciuibꝰ nēpe fidelibꝰ ꝯſpectus boni ꝑncipis ꝑ
iucūdus eſt. Curare igit̃ debes: ut qꝺ libentiſſime
facis ſecuriſſime facias: ut periculo ac difficultate
ceſſantibus ex equeſtri uectatiōe facilē atq̃ bone-
ſtā percipias uoluptatē. Cōmitte igitur rem iſtam
alicui viro bono: tuiq̃ ⁊ reipublice ſtudioſo. Neu
metuas ne famoſo ornatoq̃ hoi officij vilioris in
iuria iferre videaris. Animo bn̄ eni iſtituto ⁊ egre
gio: ciui nihil vile videbit̃ qꝺ ad obſequm p̄rie iu-
beat̃. hiſtoriā locus hic exigit. Fuit thebis vir for
tiſſimꝰ ſimulq̃ doctiſſimus Epaminōdas quem ſi
ſepoſita fortuna que indignos ſepe cōcelebrat ſo-
la virtus attendit̃: aut grecie ꝑncipē aut vnum ex
pauciſſimis dixiſſe non uerear: huic tali viro cum
quo manifeſtū eſt p̄rie gl'iam ⁊ natā ⁊ extinctā fuiſ
ſe: ſic eni de illo v̓iſſime ſcriptū eſt infenſi ciues qꝺ
crebrū liberis in urbibus eſt malū ſternēdarū via
rū: qꝺ apud eos viliſſimū habebatur officiū com-
miſere: ut ul' ſic ſpectatā viri gl'iam obſcurarēt. Il
le nec ferro nec ſaltē v̓bo ultus iniuriā prōpto ani-
mo cōmiſſum munꝰ excipiēs curabo ait: ne tā mi-
hi delati miniſterij obſit indignitas: quā ut mea il-
li dignitas proſit: ut ex abiecto atq̃ ignobili meas
iter manꝰ nobiliſſimū fiat. Id eni v̓o ſplēdida mox
admiſtratiōe ſic preſtitit: ut deſpectū plebeis quo
q̃ negociū illuſtribꝰ etiā exoptādū linqueret. Idē
ego nūc cuiq̃ induſtrio ac fideli viro opꝰ hoc man
daueris euēturū ſpo: ut certati multi poſtea idē pe
tāt: atq̃ ita paulatī charitate ciuiū uetꝰ p̄ria iuue-
neſcat. ¶ Unū nihil nūc pene ridiculū occurrit: ut
ſcribā: de quo ſcilicet p̄ſens nuꝑ tecū egi nr̄os iter
libellos cū ad me viſendū tūc ueniſſes: quē hono-
rē mihi indignoſe dignatio tua p̄ſtat. Ante ocl'os
aūt res erat vn̄ oblata materia eſt ſmoni. Eſt autē
talis p̄ria qdē tua ⁊ nobilitate ciuiū ⁊ fertilitate lo-
coꝝ ⁊ uetuſtate uenerabilis ⁊ ip̄a etiā urbe Roma
ſeculis multis antiqor deniq̃ ⁊ ſtudio ornata ⁊ cle
ro: ac religionibus ⁊ ſacris iſignis locis: ⁊ ad ulti-
mū proſdocimoq̃ pōtifice ⁊ Antonio minore ⁊ Iu
ſtina v̓gine: qꝺq̃ nec ego reor ꝯtēnēdū nec tu reri
debes: ⁊ te dn̄o ac rectore ⁊ virgiliano tādē carmi
ne nobilis: hec urbs nunq̃ talis tot p̄clara fulgori
bꝰ te ſpectāte nec obſtāte cū poſſis ceu rus horridū
ineptūq̃ porcoꝝ gregibꝰ deformat̃: paſſim quocū-
q̃ te v̓teris grunīetes audias: ſolūq̃ ſuffodientes
aſpicias: fedū ſpectaculum triſtis ſonꝰ. Que nos
utrūq̃ iā lōga ꝯſuetudine toleramus aduene ſunt
qui arguūt ⁊ mirant̃. Qꝺ cū merito oibꝰ odioſum
ſit: nulli tamen odioſius q̃ equitantibus eſſe de-
bet: quibus cum ſemper importunum ſepe quoq̃
periculoſum eſt dum occurſu fedi: ⁊ intractabilis
animantis equi in ſtuporem ⁊ nonnunq̃ in preci-
pitiuꝫ impelluntur. de hoc ergo cum tecum agerē
dixiſti ſtatutū populi uetus eſſe ne id fieret penam
q̃ abditam: ut porcos in publico repertos aufer-
re uolentibus liceret. Sed an neſcis ut homines
ſic humana cuncta ſeneſcere? Seneſcūt pene iā ro
mane leges: ⁊ niſi in ſcolis aſſidue legerent̃: iaꝫ ꝓ-
culdubio ſenuiſſent: quid ſtatutis municipalibus
euenturum putas? Ut ſtatutum illud igitur anti-
quum ualeat renouandum: ⁊ uoce preconia publi
candum eſt: penis uel eiſdem uel grauioribꝰ appo
ſitis. Submittendi aliqui preterea qui uagantes
porcos eripiāt: ut uel dāno admoniti urbani iſti pa
ſtores intelligant: non licere eis qꝺ publice leges
uetant omnibus. Qui porcos habēt rure eos alāt
qui rus non habent domi eos includant: qbus au
tem non eſt domus nec ciuium domos nec hono-
rabilis aſpectū p̄rie dehoneſtēt: nec famoſaꝫ urbē
patauū harā feciſſe porcoꝝ: q libitū ⁊ licitū arbi-
trent̃ friuola iſta: fortaſſe dicat aliqs: ego nec friuo
la: nec ſpnēda ꝯtendo. reſtituēda maieſtas ſua eſt
urbi nobili: ⁊ antique: non in magnis tātūmodo: ſꝫ
in paruis: nec in hijs ſolum que ad intimū reipu-
blice ſtatū: ſed que ad exteriorē quoq̃ ptinēt orna
tum ut oculi etiam partem ſuam de cōmuni felici-

tate percipiāt: ⁊ ciues mutata ciuitatis facie glori
ent: ⁊ gaudeāt: nec ſe villam ſed urbē igreſſos ſen-
tiant pegri: hoc patrie debitū: hoc te dignū maxie
q̄ꝫ tuū cenſeo. Et de hoc quidem p̄o re ſatis eſt di
ctū. ¶ Unū ſubide nunc aliud ex hijs orit: ut vijs
publicis intra ⁊ circa urbē reformatis paludū in
circuitu ꝓxime ſiccandarū ſtudiū ſollicita pietate
ſuſcipias. Nullo eni modo alio pulcherrime regio
nis faciē ſic ornare potes: ⁊ paludib⁹ hijs obſeſſos
Colleſ euganei
colles euganeos late notos ac minerue ramis: ⁊
bachi inſignis uberrimo palmite nobiles: ſic in ue
ram telluris optime ſpeciem reformare: quin ⁊ ce-
reri excluſe pinguia arua reſtituere: que nūc feduſ
⁊ ſuperuacuus humor p̄mit. Ita vndiq̄ꝫ utilitas
cuꝫ decore certabit: tuq̄ꝫ multiplicē tibi laudē vni
co labore ꝯflaueris. ¶ Arripe queſo ⁊ hanc glorie
ptē: quā maiores tui oēs ſeu nō viderunt ſeu ſpre-
uerunt: ſeu aggredi timuerūt. Tibi tā pio in opere
deus aderit. Nā natura adeſt utiq̄ꝫ ꝙ paludes pe
ne omnes altiorib⁹ locis ſunt: ut ad infima deriua
ri uel in flumina ꝓxima uel vicinum in mare perfa
cile ualeant: quo ⁊ p̄ſentibus terre uber: ⁊ locoruꝫ
forma ⁊ celi ſerenitas ſalubritaſq̄ꝫ ꝓueniat: ⁊ poſte
ris uel ob hoc vnuꝫ tui nominis eterna memoria.
Et ſi autem qđ indignans ſepe audio hijs ocij in-
ertis amatorib⁹ res impoſſibilis videat: eſt tamen
ꝙ ſenſus ipſe iudicat quodq̄ꝫ incole teſtantur non
poſſibilis modo ſed facilis: aggredere tm̄ vir ma-
gnanime: piū conatū proſper euētus excipiet. Ne
te indignā v̄o curā extimes quā ſe dignā Juli⁹ ce-
ſar extimauit: de quo ſcriptū eſt ꝙ ad ultimū inter
multa parabat ſiccare pomptias paludes yſtmū-
q̄ꝫ perfodere montē: in quo corinth⁹ ſita eſt: ut ad
orientem arthonq̄ꝫ nauigantibus iter compendio
ſius redderet. Cupeꝫ tantus eſſes ut ea cura te tā
geret. Nūc paludes tm̄ patrias non diſtantes ut
pomptie erāt: ſed ꝯtiguas poſitiſq̄ꝫ ſub oculis: dū
⁊ vita ⁊ ſoſpitas ⁊ etas integra eſt tuo iuſſu: ac ſtu-
dio expurgandas ſiccandaſq̄ꝫ denūcio. Utq̄ꝫ te in
riſum cogam. Ne nil aliud q̄ꝫ v̄ba ponere dicar in
hanc rem arculā ipſe meā alienigena: in particulā
impēſe huius offero: qd ciuibus debitū? quid do-
mino? At ſi forſitan nominati auxiliaris quātitas
collationis exigit: ſcies in tēpore. Nūc illud rn̄de
bo: qđ auguſto quondā ceſari libertus ſuus. Con
fero tibi dn̄e ad noui opis impenſam qđ videbit.
¶ Sane qđ ad viarum curā: de qua p̄us agebat
attinet eo inter cetera ꝓmptior eſſe debes: quo ⁊
honeſtior ſimulq̄ꝫ facilior cura eſt. Nam ut audio
publici oli ad hoc redit⁹ deputati ſunt: ut ſine one-
re ciuiū: ſine tua uel errarij iactura fieri ualeat: qđ
res poſcit. Neq̄ꝫ eni inficior neq̄ꝫ ignoro ei cui rei
publice cura cōmiſſa eſt ſummo ope ꝓuidendū: ut
inutilib⁹ ac ſupfluis impenſis abſtineat: ne exhau
ſtū uanis errariū neceſſarijs nō ſufficiat: nihil igi-
tur effundat: nil oino faciat: niſi qđ ad decus aut
cōmodū ptineat ciuitatis: cui preſidet aut regni.
Sic ad ſummā agat omnia ut adminiſtrator non
ut domin⁹. Philoſophicū nempe cōſiliū eſt in po
liticis latius expoſitū: ⁊ uſu utile deprehenſum ⁊
ꝯſonum equitati. Ceteri eni nō rectores atq̄ꝫ ꝯſer-
uatores urbiū ſed predones ſunt: ſemp illud ergo
memierit: qđ ab Hadriano p̄ncipe iuſte neſcio ma
gis an ciuiliter dictum eſt: de quo elius ſpartian⁹
ita ſcripſit. Et in cōcione ⁊ in ſenatu ſepe dixit. Ita
ſe rempublicam geſturū ut ſciret: populi rem eſſe
non propriam. Ita inq̄ꝫ agam omnia: ut rationem
de omnibus redditurus: utiq̄ꝫ enim rōnē reddere
habet: ⁊ ſi non hominibus at deo. Et certe rōnari
um impij Auguſtū Ceſarē egrotantē ſenatui red-
didiſſe notiſſimū eſt: ⁊ qſqs bonam honeſtamq̄ꝫ vi
tā agere inſtituit: quocunq̄ꝫ in ſtatu ſit: ita ſe gerit
ita cūcta circūſpicit: ut ⁊ ſi nulli teneatur poſſit tm̄
omnibus reddere rōnē: cāmq̄ꝫ probabileꝫ: hec eſt
eniꝫ fere ut vult Cicero deſcriptio officij quod qui
negligit ⁊ virtutē ipſaꝫ negligat oportet. Quid au
tem refert alteri nō teneri: cū ſibiipſi: ſueq̄ꝫ conſci
entie anim⁹ teneat: cui niſi ſatiſfaciat triſtis ⁊ anxia
vita ſit. Jure ergo laudatur illud non optimi licet
p̄ncipis optimum tm̄ ⁊ generoſe fiducie plenū v̄bū
in ſenatu habitū. dabo inqt tyberius opam ut rō-
neꝫ factoꝝ meoꝝ dictorūq̄ꝫ reddā. En plus aliqd
q̄ꝫ qđ querebamus non factoꝝ modo ſed dictorū
rō. Circa publicoꝝ ſane ſumptuum parcitatē illud
Ueſpaſiani p̄ncipis ꝯſiderare profuerit: qui licet
multa publice decora liberaliter feciſſet tm̄ artifici
colūnas ingentes paruo ſumptu ſe in capitolium
ꝑuecturū promittenti: dignū quidem ingenij p̄ciū
dedit ad opam non admiſit: ⁊ ſine inquit me ple-
beculam meam pane paſcere: pia ꝓrſus boni p̄nci
pis ⁊ laudabilis cura: omni ſtudio famē plebis ar
cere ſobriamq̄ꝫ ſimul copiaꝫ comitēq̄ꝫ illius hone-
ſtam letitiā procurare. Siquidem illud aureliani
p̄ncipis dictū: Neq̄ꝫ eni populo ro. ſaturo quicq̄ꝫ
poteſt eſſe letius: eque ad oēs populos trahi pōt:
quos nō tam virtutū: q̄ꝫ victualium ꝯtriſtat iopia
ſic populoꝝ omnium felicitas in corpore poti⁹ q̄ꝫ
in animo ſita eſt. Ex hac nēpe ſollicitudine nō mo-
do gaudium populariū ꝓcedit: ſed etiā ſecuritas
p̄ſidentium: nihil eſt enim terribilius plebe fameli
ca de qua dictum eſt: neſcit plebs ieiunia timere.
Jdq̄ꝫ nō tm̄ ueterib⁹ ſcriptis: ſed exemplis ſepe re
centibus ⁊ preſertim rome nuper innotuit. Hoc in
genere maxime Julij ceſaris laudatur induſtria:
ꝙ ⁊ bellis gallicis atq̄ꝫ germanicis huic cure ſem-
per intentiſſim⁹ fuerit: ⁊ reuerſus Romā nihilo ſe
gnior ad ꝯquirendū frumentū neceſſitatib⁹ popu-
li ſuccurſurū nauigia per frugiferas inſulas ſedu-
la intentione diſpſerit. Neq̄ꝫ minus auguſti Ceſa
ris: de quo ſcribit: ꝙ frumētū in annone difficulta
tib⁹ ſepe leuiſſimo interdū: nullo p̄cio viritiꝫ popu
lo diſtribuit. Et hec quidē ita demū uera p̄ncipis
laus eſt: ſi nō adulādi aio ut multa ſolēt populos
mulcere quo patiētiores habeāt liberiuſq̄ꝫ deco-
rent: ſed uera ⁊ p̄ria ſit pietate: qđ in ipſo auguſto
clare patuit: qui cū populū fame laboranteꝫ nunc
ut dixi leui p̄cio nūc gratuita liberalitate releuaſ-
ſet: de vini inopia lamētantes acri ⁊ ſobria oratio
ne redarguit: ut cōſtaret nō blādū p̄ncipē: ſed ſalu
brē eē ⁊ amātē populi: dixit eni urbē romaꝫ aque
ductib⁹ abūdare: qb⁹ ſiti hoiuꝫ eēt occurſū. Jdq̄ꝫ a
Marco agrippa genero ſuo factū ait: ⁊ ſilnit tybe
ri menib⁹ illabētē: ⁊ reuera nō eſt par frumēti rō ⁊
vini: cū illđ vite neceſſariū ſit ſemp hoc ſepe dāno-
ſū. neq̄ꝫ tm̄ hoc min⁹ populo placuiſſet: uoluptaria
ꝓpe q̄ꝫ neceſſaria plus amāti: uerū optim⁹ ac pro-
uidētiſſim⁹ p̄nceps nō qd delectaret: ſꝫ qd ꝓdeſſet
attendit: hec nimirum cura frumentaria tam prin-
cipum ſua eſt: ut eam malis quoq̄ꝫ ⁊ inertibus fu-
iſſe comperiam ex quo quāta bonis eſſe debeat ꝓ-

num ſit aduertere.Qua te tamen magna ex parte
deus liberat:ac nā earum regionum:quibus preſi
des ubertate que preſtat:ut ſepius alijs ſubueni-
re ſoleas q̄ʒ ab alijs mendicare . Conſilium eſt ta-
mē:ut in pſperis quoqʒ parat⁹ ſit anim⁹ ad aduer-
ſa:⁊ uelut e ſpecula:nō quid eſt tm̄ : ſed qd eē poſ-
ſit vigili cogitatiōe pſpiciat:ne qua eū inopia mu-
tatio rerū turbet.¶ Hactenuſ neceſſaria neſcio an
plib⁹ an paucioribꝰ q̄ʒ neceſſe erat attingeri.Naʒ
illa in viſceratiōibus ac ludis circēſibus: ⁊ ferarū
pegrinarū exhibitione luxuria ad nihil utilis dele
ctationē ſolā ac libidinē oculoꝝ hn̄s breuē nec ho-
neſtā quidē nec honeſtis dignā oculis:q̄ʒuis inſa-
no peſſimoqʒ rerū iudici vulgo grata repudianda
tamē eſt penitus:ubi nō ſatis poſſū romanoꝝ ue-
terū ſapiētiā admirari:qui cognoſcētes rei uanita
tē:ut per ambitionē populo cari eēnt:nō verenť in
hanc rabiē vtendū:in alios uſus errariū exhauri-
re:de qua re ſi loq uelim: ⁊ qui duces in hoc lubri-
co ſuis tpib⁹ lapſi ſunt: ⁊ furores ſinguloꝝ exequi
lōga nimis ⁊ a pposito ſemota erit hiſtoria. Itaqʒ
ad inceptū redeo.¶ Si qn̄ igitur rector populum
ſuū grauare aliq̄ in parte decreuerit:qđ nunq̄ʒ de
bebit uelle:niſi ſtatu publico urgente:ita id faciat
ut eū oēs intelligāt:cū neceſſitate luctari: ⁊ inuitū
facere:ac niſi res cogeret libēti⁹ ceſſaturū.Erit ⁊ ſi
bi glie igenti:ſi in exactione publica aliqd ipſe de
pprio ꝯtulerit: ⁊ populi moderator eē ſe vnum e
populo pia moderatiōe pbauerit:qđ ſenatum ro-
manū bello punico ſecūdo ꝯſilio ac ſuaſu Ualerij
leuini ꝯſulis multa cū laude hoium feciſſe pditū
memorie eſt.Quicqd deniqʒ fuerit leniorē ſemp ⁊
leniorē in partē vgat exactio: ⁊ illđ ⁊ ſi ut dixi non
breui admodū pncipis optimū tm̄ vbū e memoria
nō diſcedat:qui pſidib⁹ onerādis tributo puinciaſ
ſuadentib⁹ reſcripſiſſe legiť:boni paſtoris eſſe ton
dere pecus nō deglutire.Qđ ſi dictū de puincijs
iure laudať quid de pria ſentiēdū? Proinde qm̄ te
nō niſi bonis ⁊ illuſtrib⁹ cōparatū ueli:hos imita-
re obſecro:atqʒ hoꝝ exēpla cōplectere:qui reb⁹ ac
vbis clarā laudē iuſtitie meruerūt:oblata tibi igiť
ab exactorib⁹ tuis magni cuiuſpiā lucri:ſpe Anto-
ninū piū tibi aio ppone:de quo ſcriptū eſt:ꝙ nūq̄ʒ
letatus eſt lucro quo puincialis oppmereť:quāto
igiť min⁹ ciuis.Similiťqʒ ꝯſtantiū:cui⁹ dictum eſt
laudabile:meli⁹ publicas opes a puatis haberi q̄ʒ
itra vnū clauſtrū reſeruari : eiuſqʒ dicti duplex eſt
rō.Nā pliuʒ ⁊ intētior eſt cuſtodia:q̄ʒ vnius ⁊ ſi-
mul utilior:ꝙ puati de pecunijs per iduſtriam lu
crū captant:que apđ vnū qd niſi iners pōdus ⁊ in
utile per auaritiā accruātur:diuitias aūt populo-
rū pncipū eē diuitias qs nō videt:ſicut viceuerſa
ut ait ille non ſibi ſed dn̄o grauis eſt que fuit ege-
ſtas.¶ Sūt ⁊ alia leuiora ad captandū amorē tm̄
efficacia ſupbis fateor dura pncipib⁹. Sed ubi ſe
ad humanitatē animus clamauit: ⁊ facilia ⁊ iucun
da.Ea vo ſunt huiuſmodi cōpati:cōſolari:viſitare
alloq.Habes adrianū rei huius auctoreʒ: de quo
ita ſcriptū eſt:egros bis aut ter in die: ⁊ nōnullos
eqtes romanos:ac libertinos viſitauit:ſolatijs re-
fouit:ꝯſilijs ſubleuauit:ꝯuiuijs ſuis ſemp adhibu
it:hec ille.Et quis oro tā imitis eſt animus qui nō
hac tāta dn̄i ſui pſertim leuitate miteſceret? Et ha
rū quoqʒ artiū nullus abundantior eſt q̄ʒ tu . Illis
utere nāmqʒ tuā ſequere:ſic optato proueniēt vni-
uerſa:oppſſis ⁊ ul' morbo ul' alia clade laborātib⁹
pia mēte cōpatere: ⁊ ſi potes etiā opē fer ⁊ debes
haud dubie tui ſunt.Quis niſi impi⁹ atqʒ imanis:
ut ſuos amet atqʒ adiuuet exorādus eſt.Sicut au
tē nulla re facili⁹ q̄ʒ clementia: ⁊ liberalitate amor
queritur plimorum : ſic econtra nil potentius ad
odium concitandum q̄ʒ crudelitas atqʒ cupiditas
que ſi inuicem conferantur crudelitas acrior:aua
ritia cōmunior:crudelitas duri⁹:ſed in paucos ſe-
uit.Auaritia leuius ſed in cūctos:hec duo vitia i-
munerabiles tyrānorum ac pncipum perdiderūt:
odioſoſqʒ ⁊ infames omnibus ſeculis reddiderūt
⁊ tecum diuti⁹ qdem loq de crudelitate nō attinet:
cuius tā non expers modo:ſed hoſtis es : ut nulli
difficilius ſit cōtra naturā niti q̄ʒ tibi crudele ali-
quid ne dicā facere ſed etiam cogitare.Ignobilis
eſt enim ac puſilli:ſibiqʒ diffidentis animi crudeli
tas ⁊ poteſtate ultionis oblata nil inultū linquere
vitiū a natura hominis ⁊ preſertim principis alie-
num:cui ulciſcendi poteſtas magna ſatis eſt ultio.
Unde illud adriani breue dictuʒ lōgum laudabi-
tur in euum:qui cuidam quē capitalē hoſtē priua-
tus habuerat adeptus impium trepidanti merito
⁊ extrema omnia metuēti placata fronte dixit:eua
ſiſti.De hoc vo nil amplius niſi ꝙ ſummum natu-
re bonum eſt quātum mihi videť humanitas:ſine
qua nō modo non bonus quiſq̄ʒ:ſed ne homo qui-
dem dici poſſit. ¶ At cupiditatē ex animis extir-
pare difficilius.Quis eſt nāqʒ hominū qui nō ali
quid cōcupiſcat? Illud hortor atqʒ obſecro:ut qn̄ Contra
honeſte ac magnifice vite modo deo largiēte con- cupidi-
ſultum eſt appetitum concupiſcibileʒ ſequi nolis: tatem
eſt enim ſitiens ſemper inexplebilis infinitus cui
quiſqs obſequitur:dum alienum appetit ſuū per-
dit.Miraris forſitā? ſic eſt hercle:qui aliquid ual
de cupit: ⁊ id nondū habet : ⁊ qđ habet obliuiſciť
ſic crudele uolūtates agūtur in deuia: ⁊ duʒ lucra
cogitant damna nō vident:quo neſcio an laborio-
ſi⁹ maluʒ aliud habeat vita mortalis. Nec tu tecū
nec cū alijs dicas id qđ multi ſolent . Nūc fateor:
bn̄ eſt:ſed quid poſt multos agam annos:hec qui
dem ſuperuacua cura eſt:non de annis modo : ſed
de vita hore vni⁹ incertis.Abijce prorſus hanc ſol
licitudinē.Scriptū eſt.Jacta ſup dominum curaʒ
tuaʒ: ⁊ ipſe enutriet:nec dabit in eternū fluctuatio
nem iuſto:quid fluctuas? quid angeris? quid ſolli-
citus es:neſcis qa domin⁹ ſollicitus eſt tui:bonuʒ
curatorē hēs:nō te fallet:nō deſtituet.Scriptum
eſt rurſus.Reuela dn̄o viā tuam: ⁊ ſpa in eo: ⁊ ip
ſe faciet.Monachoꝝ dicat aliqs non pncipū ſunt
iſta conſilia . Qui hoc dicit non intelligit:eo plus
pncipes teneri: ⁊ deum diligere: ⁊ de deo ſperare
quo ab ipo maiora ⁊ plura receperunt. Non ſpera
re eniʒ minora:a quo maiora pceperis ſpecies eſt
ingrati: Ipe igitur qui te pauit ab ifantia te paſcet
ad ultimū nec in ſe ſperantem deſeret:qui dū ſpe-
rare in eum nōdum ſcires:immo adhuc matris in
utero latitantem nō deſtituit . ¶ Quod ſi cupidi-
tas uellicat:quam radicitus auulſiſſe : difficile eſt
monſtrabo tibi cupiditatem irreprehenſibileʒ ge-
neroſam : virtutum theſauros ⁊ preclaram fame
ſupellectilem concupiſce:quibus nec tinee:nec fu-
res officiant:nec rubigo:niſi autē uel belli:ut nup
tibi:uel aliq̄ ineluctabilis difficultas iciderit qcū
qʒ dn̄is lucra de ſuoꝝ dānis oſtētant:qui eſt auli-

corum fere oīum mos vulgaris:ita illos ut animē
fameqꝫ ſue hoſtes aſpiciāt. Incitant dominos ut
cū illoꝝ inuidia furētur ⁊ rapiant:genus hominuʒ
nequiſſimū populos toꝛquētiū:dominoſqꝫ fallēti-
um:ſimulqꝫ alios ſeqꝫ perdentiū:de quibꝰ uera ⁊
memorabilis eſt illa ſnīa marij maximi cuiꝰ elius
lamp̄diuſ memit in hiſtoria Alexādri p̄ncipis.ipa
eni v̄ba poſui:meliorem eē rēp. ⁊ ꝓpe tutioreʒ in
qua p̄nceps malus eſt ea in qua ſunt amici p̄ncipiſ
mali. Si qdē vnꝰ malus pōt a plīmis bonis coꝛri-
gi. Multi aūt mali non poſſunt ab vno q̄ꝫuiſ bono
ulla rōne ſupari. Idcirco idē Alexāder bonus p̄n
ceps fuit ꝙ p̄ter inſitā animo virtutē amicos ut
ibidē ſcribit̄ ſanctos ⁊ uenerabiles habuit:non ma
litioſos:nō furaces:nō fictioſos:nō callidos : non
ad malū ꝯſentiētes:nō bonoꝝ inimicos:nō libidi-
noſos:nō crudeles:nō circūuētores ſui:non irriſo
res:nō qui illū quaſi fatuū circūducerent. Sʒ ſan-
ctos uenerabiles ꝯtinentes religioſos:amātes p̄n
cipis ſui: ⁊ qui de illo nec ipſi riderent:nec eū riſui
eſſe uellēt:qui nihil uēderēt:nihil mentirent̄:nihil
fingerent:nūq̄ꝫ decipent extimationē p̄ncipis ſui:
ut ſe amarent. Et hec quidē ille. Tales ergo amici
optandi p̄ncipibꝰ querendiqꝫ. Alij aūt ut ⁊ p̄ncipū
peſtis ⁊ publica quaſi hoſtes excludēdi:vitandiqꝫ
ſunt malarū artiū doctores:ut qui bonas ⁊ neſci-
unt ⁊ oderunt. In p̄mis eā qua ipſi eſtuant auariti
am dominos ſuos docēt:ut ſi perſuaſerint diſcipu
Auaritia p̄ncipū ꝺteſtabilis los ſe peiores faciant. Eſt eni auaritia p̄uatoꝝ ma
la:p̄ncipum v̄o longe peſſima:quo ⁊ plus licentie
habet ad nocēdū: ⁊ quo pulchꝛioꝛ eſt rerū vilium
ꝯtēptus in p̄ncipe eo admiratio atqꝫ auiditas eſt
turpioꝛ:neqꝫ ſine cā doctiſſimuſ ille p̄nceps cuius
ſupꝛa mentio eſt habita Marcus Antoniꝰ dicē ſo-
lebat. In impatore auaritiā acerbiſſimū malū eē:
ob quā pertinacē ⁊ galbā tales interitus meruiſſe:
quales alij crudelitates meruerāt. Hoc igit̄ malū
fugiant oderintqꝫ qui v̄tutē amant:famā bonā cu-
piunt. Sed in p̄mis p̄ncipes:ꝙ ⁊ p̄mi hoīum ſunt
⁊ illis ipſa reſp. lucrū ingens ac merces ampla ꝓ-
poſita eſt:quā ſi rite geſſerint ditiſſimi oīum moꝛ-
taliū ſint futuri: ⁊ opes imarceſſibiles habituri:cō
ſciētiā letaʒ ac ſecurā:amorē dei ⁊ hominū:qui ap
petitū autē ſequi uolēt omnia illis in ꝯriū cedent.
Nā neqꝫ inſatiabilē animū ſatiabūt: ⁊ odio dei at
qꝫ hominū laborabūt. Ita eni ſapiētibus viſuʒ eſt
ſic experiētia docuit magiſtra certiſſima nō extin-
gui cupiditatē opibus:ſed accēdi:optimūqꝫ eē ꝯſi
liū epicuri ut diues aliquis fiat non diuitijs addē
dū:ſed cupiditatibus detrahendū q̄ꝫuis ſi diuitie
uere eēnt que dicunt̄:utiqꝫ diuites facerēt:ſed nō
ſunt. ¶ Omnes itaqꝫ theſauri qui ſub celo ſūt vnū
diuitē non facerēt : faciet eū cogitatio:vna bꝛeuis
ac modeſta:ab auaritia ſe abſtrahens ⁊ reſpiciens
ad nāʒ. Et plīmos qdē modos querende pecunie
in yconomias ponit Ariſtoteles:qbꝰ aulici p̄ncipū
nr̄e etatis innumerabiles addiderūt : ut tantꝰ ille
phūs hac in parte fuiſſe videat̄ idoctioꝛ:oēs tamē
bono p̄ncipi dediſcendi ſunt: ⁊ ꝯtēnēde artes que-
cūqꝫ ꝯtra iuſtitiā pꝛo utilitate vident̄ inſtitute:cuʒ
a doctiſſimis viris atqꝫ ſapiētiſſimis diffinitū ſit:
nihil eſſe poſſe utile qꝺ non idē iuſtū honeſtūqꝫ ſit.
¶ Et de aulicis qdem quibꝰ bonis nihil eſt meliꝰ :
ſed ſi id rarū:qbꝰ malis nihil eſt peius ⁊ id crebꝛū
de hijs inq̄ꝫ ultimis ſentētiā meā habes:immo nō
meā ſed dioclitiani : qui niſi tam impius fuiſſet in
religionē noſtrā aſcribi non imertto claris p̄ncipi-
bus potuiſſet. Eius ergo de hijs v̄ba ſunt hec me-
morabilia niſi falloꝛ ſic ad lr̄am deſcripta in libꝛo
de vita aureliani. Colligunt ſe inqt quatuoꝛ uł qn-
qꝫ atqꝫ vnū ꝯſiliū ad decipiēdū impatoreʒ capiūt
dicūt quid ꝓbādū ſit. Impatoꝛ qui domi clauſus
eſt uera nō nouit:cogitur hoc tm̄ ſcire qꝺ illi loqu
unt̄:facit iudices quos fieri nō opoꝛtet : amouet a
republica quos debeat obtinere . Quid multa:ut
dioclitianꝰ ipſe dicebat bonꝰ:cautꝰ:optimꝰ:uendit̄
impatoꝛ:hijs atqꝫ alijs iductꝰ:cū iā depoſuiſſet i-
periū ꝯcludebat nihil eē difficilius q̄ꝫ bene impa-
re: ⁊ uere ſic eſt. Nō putent p̄ncipes felicitatē ſibi
ſimulqꝫ facilitatē obtigiſſe felicitatē qualēcūqꝫ cer
te difficillimā ꝯſecuti ſunt. Qui mihi nō credit p̄n
cipi ſaltem exꝑto credat. ¶ Hac in parte vnū hoc
monere ſatis atqꝫ hoꝛtari vix ſufficio:ne quē taliū
ſic cōmiſiſſe tibi p̄ie ꝑficias:ut alius dominꝰ ſit:q̄ꝫ
tu:fuerunt enim multi in impio qui dū ſuos attol-
lere cupiūt:ſeſe depꝛeſſerūt: ⁊ ꝯtemptibiles atqꝫ i-
uiſos populis effecerūt:per eos ipſos quos ad al
ta ꝓmouerant uenditi ⁊ irriſi:in quo maxime clau
dius qui Neronē p̄ceſſit in impio:vilis eſt habitꝰ
qui libertos ſuos nulliꝰ p̄cij hoīes poſſideri ⁊ feli-
cē narciſſū ⁊ pallātē uſqꝫ adeo euexit:ut ꝓuincias
regerent:eūqꝫ ipſum atqꝫ impium ſpoliarent: ⁊ il-
le infelix p̄uis ſuis affluentibꝰ idigeret. Hijs ⁊ uxo
ribꝰ addictus:ut tranqllus ait non ſe p̄ncipē ſʒ mi-
niſtrū egit:hoꝝqꝫ ꝯſilio ⁊ impulſu mlta ſtulte geſ-
ſit:multa crudeliter. Eadē in re uocatꝰ eſt helioga-
balus:ꝙ hēret qui apud eū plīmū poſſent omniū
cuʒ dolore:quiqꝫ oīa uēderent: ⁊ familiares ipꝛo-
bos:qui euʒ (ut Lamp̄dius ait) ex ſtulto ſtultiorē
faciebant. Idē repꝛehēſum in didio Iuliano:quia
quoſ regere auctoritate impij debuiſſet eos regen
do imperio pꝛefeciſſet. Uerūtn̄ hec ſub ſtultis aut
mediocribꝰ p̄ncipibus utrūqꝫ tolerabilia. Ego aūt
ex te nihil mediocre:nihil non egregiū ⁊ ſingulare
ſuſcipio:non mee qdeʒ ⁊ multoꝝ ſpei ſatiſfeceris :
niſi bonos quoſlibet ⁊ claros viros aut attigeris:
aut p̄uectꝰ poſt terga reliqueris:ſi qd foꝛte defue-
rit nō nature iputē ſed tibi. Quid v̄o minoribꝰ im
moremur:cū ſub Marco Antonio:tali viro ⁊ p̄nci-
pe libertos quoqꝫ multū potuiſſe comꝑtū ſit? quo
tibi ⁊ oībus quibꝰ p̄eſſe ⁊ ꝓdeſſe ꝓpoſitū diligētiꝰ
ꝓuidēdū eſt:ne humanitatis obtētu:qua plīmum
polles in hoc te vitiū labi ſinas:in qꝺ clari etiā p̄n
cipes lapſi ſunt. Et ſi eni viri oēs illuſtres iuitādi:
nō tamē oīa viroꝝ illuſtriū amplectēda ſunt. Ne-
mo eſt qui aliqua in parte nō erret ſitqꝫ ſibi ip̄e diſ
ſimilis. ¶ Dices auteʒ ⁊ foꝛtaſſe iam dicis:iſte ho
mo ingratitudinem me docet:quomodo enim be- Ingrati tudo
ne meritos mee pꝛoſperitatis exoꝛtes ſinam . Tu
ne id iubes? abſit. Nihil eſt minus pꝛincipis:minꝰ
viri q̄ꝫ ingratitudo. Omnis virtus habet aliquos
detractores. Omne vitium habet aliquos defen-
ſores. Sola ingratitudo nulli vnq̄ꝫ placuit : nulli
diſplicuit gratitudo. Sed ſunt alia multa ⁊ ma-
gna : quibus id merito pꝛoſequaris equi : ueſtes :
arma:uaſa:pecunie:domus:agri: ⁊ que ſunt eiuſ-
modi. Illꝺ vide ne (ut ſcriptuʒ eſt) alienis des ho
norē tuū: ⁊ ſi non ꝓpter te qui ut ego te noui:para
tus eſſes nō potētiā tuā mō:ſed vitā tuā : cuʒ tuis
equo animo partiri / ac p̄ter patriam ipſam tuam :

quā regēdā tibi deus dedit. Jta eni habe. Nil po
pulo triſtiꝰ:nilqꝫ moleſtiꝰ:q̄ꝫ multos: p̄cipue indi-
gnos ſupra ſe videre. vnū te igit̄ dominū ſciāt oēs
vnū colāt:vnū diligāt:vnū deniqꝫ uereant̄. Reli-
quos nō ut potētes: ſꝫ ut a te miſſos aſpiciant qui
ubi iuſſus tuos executi fuerit:ꝓuati ſint nulla p̄di
ti dignitate aut poteſtate. Nō loquor ſine cā: vidi
ꝛ obſuaui magnis in populis:mirā erga dn̄os pa
tiētiā q̄ꝫuis aſpos ꝛ imites:nec minꝰ mirā idigna-
tionē atqꝫ ipatiētiā in eo ꝙ pl'es ſuſpicē ac metue-
re cogeretur:de quo ipſo tecū quoqꝫ video egiſſe
dn̄ me ultimo niſi fallor anno altero rure ſolitariū
dignatꝰ eſt iuiſere. ¶ De amicis alijs qui nō opes

De amicitia uera.

tuas:ſed te tuūqꝫ diligūt honorē ſupuacuū videri
pōt:qcqd tibi qſq̄ꝫ dixerit:amicitiarū cultori inte-
gerrimo atqꝫ fidiſſimo:p̄ſertim cum de hac re ſit a
Marco tullio elegāti uolumie diſputatū:hec fere
oium ſūma eſt. Nihil humanis in rebus amicitia:
dulciꝰ:nil ſanctiꝰ poſt virtutē eoſqꝫ qui maxime po
tētia ac virtute p̄polleāt:maxime etiā amicis indi-
gere cū qbꝰ ꝛ ꝓſpa ꝛ aduerſa participēt. Ab ami-
co turpe nihil expetēdū:pro amico nihil turpe fa-
ciēdū:amico honeſtū nihil denegādū. Hijs pro fū
damēto poſitis debere amicoꝝ oia eſſe cōmunia:
vnū animū:vnā uolūtatē:nec ſpe ulla:nec metu:
nec piculo diſtrahēdā:amādū amicū ut ſe alterū
ꝛ oēm ꝯditiōis impitatē exequādā:deniqꝫ oibus
modis id agēdū qd̄ pythagoras iubet ut vnꝰ fiat
ex pl'ibꝰ. Que ipa nunqd nō ſatis lr̄is ſacris exp̄ſ-
ſa ſunt:ubi iter actꝰ apoſtolicos ſcriptū eſt. Multi
tudinis credētiū erat cor vnū: ꝛ aia vna: nec qſq̄ꝫ
eoꝝ:que poſſidebat aliqd ſuū eē dicebat:ſed erant
illis oia cōmunia. Et ſiqs dicat illā amicitiā fuiſſe
credētiū: ꝛ in Chriſto ſeſe amātiū:nec ego de alia
loquor:nec amicitiā ſtabilē:nec oino aliqd firmū
reor cū nō Chriſtus fuerit fundamētū. Neqꝫ v̄o
ipi gētiū pħi opinati ſunt:poſſe verā amicitiā: ſine
uera ſapiētia ac virtute ꝯſiſtere:hāc v̄o nō ſic acci-
pi debere:ut dixerūt aliq curioſitate ridicula:nul-
lū eē ul' fuiſſe ſapiētē. Nō eni illū querimꝰ qui nō
eſt:eo ꝯtēti ſumꝰ quē fert humana ꝯditio: ꝛ iter ta-
les eē illā de qua loquor amicitiā diffinimꝰ:cuius
ꝯſumate qdē ac pfecte: ꝛ ſi pauciſſima numerent̄
amicoꝝ paria:in qbꝰ p̄clariſſimū nomē hn̄t: Afri-
canꝰ minor: ꝛ Leliꝰ:tn̄ eſt ꝛ hec ipa cōmunis bono
rū hoium amicitia dulcis ac placida:in qua nulla
locū hēt adulatio:nulla ꝯtumelia:aut ꝯtēptꝰ:nulla
diſcordia:nulla diſceptatio:niſi de amici cōmodiſ
aut honore:ſed pax ꝛ ꝯſolatio ꝛ ꝗuictꝰ. Nihil deni
qꝫ in hac fictū:nihil duplex:nihil occultū:ſed pura
oia atqꝫ ſimplicia: ꝛ apta cū tali amico cōmunicā-
da oia dixeri: ꝛ ꝯſilia: ꝛ actꝰ: ꝛ honores: ꝛ diuitias
ꝛ poſtremo ſpūm:ſanguinē:vitā ipaꝫ:qd̄ pleroſqꝫ
ꝛ feciſſe liberal'r: ꝛ hic laudatos merito fuiſſe co-
gnouimꝰ:de qbꝰ nūc agere lōgū eſt:de fictis eni ue
riſqꝫ amicitijs ſatis multa pro tēpore dicta ſunt.
¶ Procedo itaqꝫ nec ordinē ſequor:niſi quē caſuſ
obtulerit:ut cogitatꝰ in mētē ueniūt:ita eos ad ca-
lamū deduco. Qm̄ ergo de pietate ac libalitate i
amicos dixi aliqd:vnū hoc iā dictꝫ adijciā. Q̄uis
hodie maxime uerū ſit qd̄ ait ille:dant̄ opes:nulli
nūc niſi diuitibꝰ. multiqꝫ id faciāt callidi illi qdē ꝛ
v̄ſuti: ꝛ ut v̄bo utar tulliano:bn̄ficiū fenerantes: in
eos maxime liberales:qui maxime ſunt potentes
ad gr̄am referēdā:tu tn̄ qui de tuis bn̄ficijs nihil
aliud petis niſi benefacere: ꝛ ꝓcedēti ide letitiā ai
bene ſibi ꝯſcij ꝯ̄riū morē ſua:erga magis egenteſ
nō tm̄ de ꝓp̄o liberalior:ſed ſine iniuria a diuitibꝰ
accipiēs:qd̄ paupibꝰ largiaris:habes rei huiꝰ au-
ctorē Alexādrū ipſū de quo dixi:adoleſcētē egre-
giū ac p̄ncipē:ſic eni ipſe faciebat. Nec ſum neſciꝰ
aduerſū meipꝫ eē poſſe qd̄ loquor:qui ꝛ ſi nō ad i-
uidiā diues ſim:tuo tn̄ ꝛ paterno munere nullius
rei egēs:que ſūme diuitie iudicio meo ſunt:at non
me:neqꝫ alios ſed te vnū in hoc ſermone reſpicio.
¶ Unū aliud mihi nūc aium p̄mit:qd̄ tibi gaudio
eē debuerit. Scio qdē nō humilitatē in p̄ncipe: ſꝫ
magnanimitatē ſolere laudari. Uerū qſqꝫ ſm̄ ſen-
ſum. Ego utrāqꝫ laudabilē iudico:nec ſibi inuicē
aduerſas:ut ſtulti putāt. Jn hoc eni:ut in multis ꝛ
fere oibꝰ vulgo errat̄. Sūt qui ſupbū magnanimū
tumidūqꝫ hūilē dicāt:utrūqꝫ eque falſū: uolo ego
p̄ncipē inter ſuos ꝛ in ꝓſpitate humilē ꝯtra hoſteſ
ꝛ i aduerſitate magnanimū:nuſq̄ꝫ tumidū aut ſu-
pbū. Eſt qdē q̄ꝫtū mihi videt̄ ad oēm virtutē p̄mꝰ
gradus humilitatis. Quidā tn̄ puſillanimes ceci-
qꝫ nō ſe dn̄os credūt:niſi ſupbiāt:tumeātqꝫ ſupra
humanū modū hinc illa ſtultoꝝ p̄ncipū ludibria.
Gaiꝰ caligula viliſſimꝰ p̄ncipū humanis ſibi pror-
ſus indebitis nō ꝯtētꝰ honoribꝰ diuinos uoluit:ſe
qꝫ ſtatuis i tēplo poſitis:ut deū adorari ꝛ coli:idi
genis etiā ſalutari qn ꝛ numini ſuo tēplū ꝓpriū ꝛ
hoſtias ꝛ ſacerdotes iſtituit: ꝛ aureū ſimul latiūꝫ.
Multa p̄terea que ꝓſeq eſt tedioſum:credēs ſcili-
cet hoc magnitudinē augere quo ſtultitiā detege-
bat. Quid cōmodo icōmodiꝰ: qd turpiꝰ? ꝛ hic tn̄
peſſimo filio patris optimi imolatū eſt:ut deo ꝛ in
habitu herculis oblate ſunt ſtatue:qui nō mō non
deꝰ ſed ne hō qdē erat:imo feda ꝓrſus ꝛ imitis be-
lua. Quin ꝛ heliogabalus ipſe nō p̄ncipū mō: ſed
hoium ſpurciſſimꝰ adorari cepit:qui oēs ilico tru-
cidādi: ꝛ in tyberi ꝛ in cloacas abijciēdi erāt. Jnui
tus fateor:de hijs loquor: ꝛ peccatis ut reor exigē
tibꝰ tales nobis iperatores fuiſſe v̄ecūdor: ꝛ doleo
At nō ꝙ ego cuperē:ſed qd̄ res hēt:eſt dicēdū: ut
mihi partiꝰ iraſci debeāt:barbari noſtri trāſalpini
ſi de eis quoqꝫ qd̄ ſentio interdū loquar v̄itate ſua
dēte nō odio. Nō eni hoies odi:ſed vitia: eaqꝫ nō
minꝰ imo eqdē m'lto magis in nr̄is q̄ꝫ in alijs:ſicut
ꝓprio in agro q̄ꝫ in alieno lappas ac tribulos ꝛ ur
ticas:ſed iactātiā uaniſſimā gētis inutilis ꝛ ad pre
dicādū de ſe mētiēdūqꝫ ꝓmptiſſime nullo mō fate
or pati poſſum. ¶ At ne nouā litē cū abſentibꝰ or-
diar reuertor ad ordinē:poſt hoſ ergo Dioclitianꝰ
adorari uoluit: ꝛ nō ueſtibꝰ tm̄:ſed calciamētis in
ſertis gēmis romanū ceſareūqꝫ habitū imutauit:i
gēti nouitate in viro alioqn graui nec incondito: ꝛ
qui impiū tādē getis amore dimiſerit. Ad ſummā
v̄o ſic exiſtimo ſupbiā ꝛ pōpas nō a magnanimita
te ſed ab ai ibecillitate ꝓcedere:videt̄ eni vilibus
ais mox:ut aliqd excellētie nacti ſunt ad celū aſcē
diſſe ut ſubito ſibimet obliti in cogitatibus euane-
ſcāt:ac uere magnanimis nil eſt magnū:nil ꝙ oēs
loco moueat. Jtaqꝫ Ceſar auguſtus p̄ncipū maxi-
mꝰ atqꝫ optimꝰ nō mō diuinos honores nō opta-
uit:ſeqꝫ adorari noluit:ſꝫ ne dn̄m qdē dici noluit:
ne a liberis ipſis aut nepotibus:imo v̄o qd̄ trangl
lus ait dn̄i appellationē ut maledictū ꝛ obprobriū
ſemper exhorruit: edictoqꝫ illam uetuit: ꝛ ꝯtra fa-
cientes corripuit grauiter manu vultu uoce. Fecit

idẽ Alexãder nõ ille rex macedũ: qui ſupbia oẽs
exceſſit: ⁊ uanitate: quiq; pſarũ victoꝛ pſarũ mori-
b⁹ vict⁹ ⁊ more pſico adoratus ipoꝛtuna demẽtia
de⁹: ⁊ dei fili⁹ videri uoluit: magna religioſarũ au
riũ iniuria: ſed hic alter Alexãder pnceps roman⁹
qui hodie nobis ſepe ſe obtulit quiq; nõ ſolũ ſe ue
tuit adorari ſed nõ aliter q̃ ꝓpꝛio noie ſalutari uo
luit. hoc mõ. Aue Alexãder. Siq̃s aũt ſmone aut
flexu capitis eũ blãdi⁹ ſalutaſſet: aut expellebatur:
aut graui cachino moꝛdaciter ridebat. Ego ſi te tu
oſq; mores noui: quos tot ãnis ⁊ noſſe potui: ⁊ noſ
ſe mihi videoꝛ: nõ dubito te dñi titulũ patiẽter fer
re poti⁹ q̃ iucũde. Audiui ampli⁹ q̃ ſemel dũ tu di
ceres: ⁊ iureiurãdo iterpoſito affirmares: non te
dño delectari: paratũq; illud ſpõte dimittere ni ti
meres: ne rẽpublicã alter inuaderet: ⁊ grauiore il
la iugo foꝛſitã ꝑmeret: ⁊ tu eẽ qđ nolles ſub dño
cogereris. Aliogn multo malle te liberũ eẽ: q̃ dñz
cũ ⁊ abũde de ꝓpꝛio diues ſis: ⁊ potẽs: ſiue tot cu
ris expeditã ⁊ tranqllã agere iuuẽtã: honoratãq;
cũ uenerit ſenectutẽ. Ex qb⁹ clare cõijcio mihiq; ꝑ
ſuadeo: q: quo minime delectaris: ꝯſequẽs eſt: ut
nec ei⁹ noie gl'ieris. Sed qm̃ populũ caſtigare pꝛe
ſcriptãq; ꝯſuetudinẽ abolere difficile eſt: illos utli
bet loq̃ ſinis tu ut licet: ⁊ ut decet loqueris. Nam
neq; te dñm: aut dicis vnq̃ aut ſcribis: ⁊ morem
quo nr̃i tẽporis pncipes: ac terrarũ dñi utũtur. Al
to aio deſpiciẽs tuũ ſine ullis externiſ ſubſcriptiõi
b⁹ nudũ nomẽ ep'lis adhibes: neq; pl'ali vnq̃: ſed
ſingulari ſemꝑ uteris ſmone: nõ cũ maiorib⁹ mõ:
ſed cũ parib⁹ cũq; minorib⁹: mecũ deniq; quo ni-
hil humili⁹: nõ nos inq̃s: ut ceteri: ſed ego hoc uo-
lo: hoc p̃coꝛ: hoc iubeo. Qđ ego plegẽs exulto: ⁊
tacit⁹ mecũ dico: vir hic ſi tumeret aio: ⁊ v̓bis etiaz
tumeret: ut iſti qui videri uolũt multi: nec ſunt ſin-
guli: nec ſunt q̃cq̃. Bñ qdẽ hoc facis ⁊ magnifice:
⁊ maximos imitaris: ⁊ ſi nõ ut imitatoꝛ ſed ꝓpꝛio
Ep'le Ceſaris ⁊ auguſti — id agas inſtinctu. Quere aũt Julij ⁊ auguſti ceſa-
rũ ep'las: quarũ multas apđ Joſephũ: q̃ſdã apud
Suetoniũ iuenies: nuſq̃ ibi nos ſcriptũ legit: nuſ
q̃ uolum⁹ ul' p̃cipim⁹: ſed uolo ⁊ p̃cipio: ⁊ que ſunt
ſimilia. Et ſane ut iocari ſoles. Hij qdẽ ſe plural'r
loquunt ſeq; ⁊ uxores ⁊ filios ⁊ famulos noiare vi
dent: tu nõ aliũ: q̃ te vnũ noias: tu vn⁹ q̃cq̃d id eſt
iubes ac ſtatuis: placet hic anim⁹: placet modeſtia
placet ſtilus: quo nõ duo illi tm̃ quos p̃miſi: ſ; plu
rimi etiã pncipũ antiquoꝝ uſi ſunt: quoꝝ oium te-
ſtes extãt ep'le diuerſis in libꝛis. qđ idcirco eẽ cõ-
memoro: ut ⁊ tu ſtilo tuo gaudeas ⁊ alios ſui pude
at: quẽ magni aĩ ſignũ putant: cũ exigui tumidiq;
ſit iudiciũ manifeſtũ. Ceterũ hec tua in ſmone mo
deſtia alteri⁹ admõet: ei⁹ ſcilicet que exteriore emi
net in habitu: teq; ſic ſpectãtiũ oculiſ appꝛobat ut
aurib⁹ altera: quo vndiq; vir ꝑfect⁹ ⁊ rõnis ⁊ ſenſu
um iudicio modeſtiſſimus habeare. Cũ eni ceteri
terrarũ dñi auro purpuraq; per ora ciuiũ uolitẽt
onuſti ⁊ cõpti: haud al'r q̃ in dieb⁹ feſtis altaria: ſe
q; eo maiores extimẽt: quo linteo cariore obuolu-
ti fuerit: tu mediocri cultu ꝯtẽt⁹ icedis: ut te dñm
nõ ueſtis: nõ elatio: ſed ſola morũ grauitas ⁊ fron
tiſ ꝓbet auctoritaſ: bonũ duplex ut in ꝯ̃rio duplex
Jactãtia — malũ: ⁊ iactãtia per ſeipſam odioſa: ⁊ imitationis
ꝑiculoſa ꝯtagio: populi eni oẽs ⁊ act⁹ pncipũ ⁊ ha-
bit⁹ imitari ſtudẽt. Ita fit v̓iſſimum nullos magis
reip. nocere q̃ qui exemplo nocẽt: q: uerũ eſt: qđ
ait ille. cõponit oꝛbis regis ad exẽplũ. Sic eſt her
cle: mali mores pncipũ: nõ eis tm̃: ſed oib⁹ ſunt dã
noſi. Eſt hijs qdẽ ꝯſentane⁹ atq; ꝯueniẽs loc⁹ apđ
Marcũ tulliũ tertio de legib⁹. Nec eni inq̃t tantũ
mali eſt peccare pncipes q̃; q̃; eſt malũ per ſeipſuz
malũ q̃tũ illud qđ permulti imitatores pncipum
exiſtũt. Nã licet videre ſi uelis replicare memoriã
tẽporũ q̃leſcũq; ſummi ciuitatis fuerint: talẽ ciui-
tatẽ fuiſſe. quecũq; mutatio in pncipib⁹ extiterit:
eãdẽ in populo ſecutã. Idq; haud paulo eſt ueri⁹:
q̃ qđ Platoni noſtro placet: qui muſicoꝝ cãtibus
ait mutatis mutari ciuitatũ ſtatuſ. Ego aũt nobili
um vita victuq; mutato: mores mutari ciuitatum
puto: quo ꝑnitioſius de republica merẽtur vitioſi
pncipes: q: nõ ſolũ vitia ꝯcipiũt ipſi: ſed ea infun-
dũt in ciuitatẽ: neq; ſolũ obſunt q: ipſi coꝛrũpũtur
ſed etiã q: coꝛrũpũt pluſq; exemplo q̃ peccato no
cẽt: hec Cicero. Ego v̓o quotiẽs te video mecum ⁊
cũ alijs dicere ſoleo: hoc duce diſcet nemo ſupbiã:
nemo põpoſos habit⁹ induet: ⁊ ſepe mihi illud oc-
dele miniſterium ſilentio exprimens ſubticuit: ſuſ-
pecta viri fama: ſuſpecta facies: ſuſpecta hora: ſuſ-
pecta erat oratio: quibus ⁊ ſi clare occiſum iri dul-
cem filiam intelligeret nec lachrymulã tamẽ ullã
nec ſuſpirium dedit: in nutrice quidem ne dum in
matre duriſſimum. Sed tranquilla fronte puellu-
lam accipiens aliquantulum reſpexit: ⁊ ſimul ex-
oſculans benedixit ac ſignum ſancte crucis impſ-
ſit: porrexitq; ſatelliti: ⁊ uade ait quodq; tibi dñs
noſter iniunxit exequere: vnum queſo cura ne cor-
puſculum hoc fere lacerent aut uolucres: ita tamẽ
niſi tibi cõtrarium ſit preceptum. Reuerſus ad do
minum: cum quid dictum quid ue reſponſum eẽt
expoſuiſſet: ⁊ ei filiam obtuliſſet uehementer pr̃na
animum pietas mouit: ſuſceptum tamen rigorẽ ꝑ-
poſiti non inflexit. Juſſitq; ſatelliti obuolutam pã
nis ciſte iniectam ac iumento impoſitam quieto oĩ
quanta poſſet diligentia bononiam deferret ad ſo-
rorem ſuam que illic comiti de panico nupta erat
eamq; ſibi traderet alendã materno ſtudio ⁊ cha-
ris moribus inſtruendam: tanta preterea occultã-
dam cura: ut cuius filia eſſet a nemine poſſet agno
ſci. Juit ille ilico ⁊ ſollicite qd̃ impoſitũ ei erat im-
pleuit. ¶ Ualterus interea ſepe vultum coniugis
ac v̄ba conſiderans nullum vnq̃ mutati animi ꝑ-
pendit indicium: par alacritas atq; ſedulitas: ſoli-
tum obſequiũ: idem amor: nulla triſtitia: nulla filie
mentio: nunq̃ ſiue ex ꝓpoſito ſiue incidẽter nomẽ
eius ex ore matris auditum. ¶ Tranſiuerant hoc
in ſtatu anni quatuor dum ecce grauida iterum fi
lium elegantiſſimum peperit. letitiam pr̃is ingen-
tem: atq; omnium amicorum: quo nutricis ab ur-
be poſt biennium ſubducto ad curioſitatem ſolitã
reuerſus pater uxorem rurſus affatur. Et oliʒ ait
audiſti populum meum egre noſtrum ferre connu
bium: pꝛſertim ex quo te fecundaʒ cognouere. Nũ
q̃ tamen egrius q̃ ex quo marem peperiſti: dicũt
enim ⁊ ſepe ad aures meas murmur hoc perue-
nit. Obeunte igitur ualtero. Janicole nepos no-
ſtri dominabitur: ⁊ tam nobilis patria tali domio
ſubiacebit. Multa quotidie in hanc ſententiam ia
ctantur in populis: quibus ego ⁊ quietis auidus:
⁊ ut uerum fatear mihi metuẽs permoueor: ut de
hoc infante diſponam qd̃ de ſorore diſpoſui. Jd ti
bi prenuncio ne te inopinus ⁊ ſubituſ dolor turbet
Ad hec illa: ⁊ dixi ait ⁊ repeto nihil poſſuʒ: ſeu uel
le: ſeu nolle niſi quod tu: neq; v̄o in hijs filijs quic

q̃ habeo preter laborem: tu mei ⁊ ipſorum domi-
nus: tuis in rebus iure tuo utere: nec cõſenſuʒ me-
um queras: in ipſo enim tue domus introitu ut pã
nos: ſic ⁊ uoluntates affectuſq; meos exui tuos i-
dui: quacũq; ergo de re quicquid tu vis ego etiam
uolo: nempe que ſi future tue uoluntatis eẽʒ pꝛſcia
ante etiam quicquid id eẽt: ⁊ uelle ⁊ cupere incipe-
rem q̃ tu uelles nunc animum tuum quem preue-
nire non poſſum libens ſequor: fac ſentiam tibi pla
cere ꝙ moriar: uolens moriar: nec res ulla deniq;
nec mors ipſa noſtro fuerit par amori. Admirans
femine conſtantiam: turbato vultu abijt: confeſti-
q; ſatellitem olim miſſum ad eam remiſit: qui mul
tum excuſata neceſſitate parendi multumq; petita
uenia: ſiquid ei moleſtum aut feciſſet aut faceret:
quaſi immane ſcelus acturus popoſcit infantem.
Jlla eodem quo ſemper vultu qualicũq; animo fi-
lium forma corporis atq; indole non matri tm̃ ſed
cunctis amabilem in manus cepit: ſignanſq; eum
ſigno crucis ⁊ benedicens ut filiam fecerat: ⁊ diu-
ticule oculis inherens atq; deoſculans nullo peni
tus ſigno doloris edito petenti obtulit ⁊ tene inqt
fac quod iuſſus es: vnum nunc etiam precor: ut ſi
fieri poteſt hos artus teneros infantis egregij ꝓ-
tegas a uexatione uolucrum ac ferarum. Cuʒ hijſ
mandatis reuerſus ad dominum animum ei⁹ ma-
gis: ac magis in ſtuporem egit: ut niſi eam noſſet
amantiſſimam filiorum paulominus ſuſpicari poſ
ſet hoc femineum robur quadam ab animi ferita-
te procedere: ſed cum ſuorum omnium ualde nul-
lus erat amantior q̃ viri. Juſſus inde bononiaʒ ꝓ
ficiſci: ⁊ illum tulit quo ſororem tulerat: poterãt ri
gidiſſimo coniugi hec beniuolentie ⁊ fidei coniuga
lis experimenta ſufficere. Sed ſunt qui ubi ſemel
inceperint non deſinant: immo incumbant hereãt-
q; propoſito: defixis ergo in uxorem oculis an ul-
la eius mutatio erga ſe fieret contemplabatur aſſi-
due: nec ullam penitus inuenire poterat: niſi ꝙ fi-
delior illi indies atq; obſequẽtior fiebat ſic ut duo
rum non niſi vnus animus videretur: iſq; nõ cõis
amborum: ſed viri dumtaxat vnius: uxor eniʒ per
ſe nihil uelle ut dictum eſt: nihil nolle firmauerat.
¶ Ceperat ſenſiʒ de ualtero decolor fama crebre-
ſcere ꝙ videlicet effera ⁊ inhumana duritie hu-
milis penitentia ac pudore coniugij filios iuſſiſſet
interfici. Nam neq; pueri comparebant: neq; ubi
nam gentium eſſent ullus audierat quo ſe ille vir
alioq̃n clarus: ⁊ ſuis charus multis īfamem odio
ſumq; reddiderat. Neq; ideo trux animus flecte-
batur: ſed in ſuſcepta ſeueritate expiendiq; ſua du
ra illa libidine procedebat. Jtaq; cuʒ iam ab ortu
filie duodecimus annus elapſus eſſet nuncios ro-
mam miſit qui ſimulatas inde lr̃as apoſtolicas re
ferrent: quibus in populo vulgaretur dataʒ ſibi li-
centiam a romano pontifice: ut pro ſua ⁊ ſuaruʒ gẽ
tium quiete primo matrimonio reiecto aliam du-
cere poſſet uxorem. Nec operoſum ſane fuit alpe-
ſtribus rudibuſq; animis quilibet pꝛſuadere. Que
fama cum ad griſeldis notitiam perueniſſet triſtis
utputo ſed ut que ſemel de ſe ſuiſq; de ſortibus ſta
tuiſſet inconcuſſa conſtitit expectans quid de ſe il-
le decerneret cui ſe ⁊ ſua cũcta ſubiecerat. ¶ Mi-
ſerat iam ille bononiam cognatumq; rogauerat ut
ad ſe filios ſuos adduceret: fama vndiq; diffuſa
virginem illam ſibi in coniugium adduci. Qd̃ ille

fideliter executurus puellam iam nubilem excellē
tem forma:preclaroqꝫ conſpicuam ornatu:germa
numqꝫ ſuuȝ fil' annum iam ſeptimū agētem ducēs
cum eximia nobilium comitiua ſtatuto die iter ar-
ripuit.¶ Hec inter ualterus ſolito ut uxorem re-
tentaret ingenio doloris ac pudoris ad cumulum
in publicum adducte coram multis.Satis īquit
tuo coniugio delectabar:mores tuos non originē
reſpiciens. Nunc quoniaȝ ut video magna omnis
fortuna ſeruitus magna eſt:non mihi licet:qđ cui-
libet liceret agricole.Cogunt mei ⁊ papa conſentit
uxorem me alteram habere:iamqꝫ uxor in via eſt:
ſtatimqꝫ aderit.Eſto igitur forti animo:danſqꝫ lo-
cum alteri ⁊ dotem tuam referens in antiquaȝ do-
mum equa mente reuertere:nulla homi perpetua
ſors eſt.Contra illa.Ego inquit mi domie ſemper
ſciui inter magnitudinem tuam ⁊ humilitatem me
am nullam eē ꝓportionem:meqꝫ nunq̄ȝ tuo nō di
cam ꝯiugio ſed ſeruitio dignaȝ duxi. Inqꝫ hac do
mo in qua tu me dominam feciſti deum teſtor:aio
ſemꝑ ancilla permanſi:de hoc igitur tempore quo
tecum multo cum honore longe ſupra omne meri-
tum meum fui:deo ⁊ tibi grās ago:de reliquo pa-
rata ſum bono pacatoqꝫ animo paternam domum
repetere:atqꝫ ubi pueritiam egi ſenectutem agere
⁊ mori:felix ſemꝑ:atqꝫ honorabilis vidua que vi-
ri talis uxor fuerim. Noue coniugi uolens cedo:
que tibi utinam felix adueniat atqꝫ hinc ubi iucun
diſſime degebam qn̄ ita tibi placitum eſt non inui
ta diſcedā.at qđ iubes dotem meaȝ mecum ut au
feraȝ quale ſit video:neqꝫ enim excidit ut paterne
olim domus in limine ſpoliata meis tuis induta
ueſtibus ad te ueni:neqꝫ omnino alia mihi dos fu
it q̄ȝ fides ⁊ nuditaſ:ecce igitur ut hanc ueſtē exuo
anulumqꝫ reſtituo:quo me ſubarraſti.Reliq̄ anuli
⁊ ueſtes ⁊ ornamenta quibꝰ te donante ad inuidiā
aucta eram in thalamo tuo ſunt.Nuda e domo pa
tris egreſſa nuda itidem reuertar:niſi ꝙ indignuȝ
reor ut hic uterus in quo filij fuerunt quos tu ge-
nuiſti populo nudus appareat.Quāobrem ſi tibi
placet ⁊ non aliter oro atqꝫ obſecro ut in ꝓciuȝ vir
ginitatis quā huc attuli:quāqꝫ non refero:vnicaȝ
mihi camiſiam linqui iubeas earum quibus tecuȝ
uti ſoleo:qua uentrem tue quondam uxoris ope-
riam.Abūdabāt viro lachryme ut ꝯtineri ampliꝰ
iam non poſſet.Itaqꝫ faciem auertens ⁊ camiſiaȝ
tibi vnicā habeto uerbis tremētibꝰ,vir exꝑſſit.Et
ſic abijt illachrymans:illa coram cunctis ſeſe exu
ens ſolā ſibi retinuit camiſiā:qua ꝯtecta nudo ca-
pite pedibuſqꝫ nudis corā cūctis egredit̄ atqꝫ ita
ꝓſequentibꝰ multis ac flentibus fortunāqꝫ culpā-
tibus ſiccis vna oculis ⁊ honeſto ueneranda ſilen
tio ad paternam domum remeauit.¶ Senex qui
has filie nuptias ſemper ſuſpectas habuerat:neqꝫ
vnq̄ȝ tantam ſpem mēte conceperat:ſemperqꝫ hoc
euenturum cogitauerat ut ſatietate ſponſe taȝ hu-
milis exorta domo illam quandoqꝫ vir tantus ⁊
more nobilium ſuperbus abijceret:tunicam eius
hiſpidaȝ:⁊ attritam ſenio:abditā parue domus in
parte ſeruauerat.Audito ergo non tam filie tacite
redeuntis q̄ȝ comitum ſtrepitu occurrit in limine:
⁊ ſeminudā antiq̄ ueſte cooꝑuit.Māſit illa cū pa
tre paucoſ dies eq̄nimitate atqꝫ humanitate mira
bili.Ita ut nullum in ea ſignū animi triſtioris:nul
lum ueſtigium fortune proſperioris extaret:quip
pe cum in medijs opibus inops ſemper ſpiritu vi-
xiſſet atqꝫ humilis.Iam panicꝰ comes ꝓpinqua-
bat ⁊ de nouis nuptijs fama vndiqꝫ frequēs erat:
ꝑmiſſoqꝫ vno ex ſuis diem quo ſalutias ꝑuēturus
eſſet acceperat.pridie igitur ualterus ad ſe griſel-
dam euocanſ deuotiſſime uenienti:cupio ait ut pu
ella cras huc ad prandium uētura magnifice exci
piat̄:viriqꝫ ⁊ matrone qui ſecum ſunt ſimulqꝫ ⁊ nr̄i
qui ꝯuiuio intererūt:ita ut locoꝝ ꝟborumqꝫ honor
īteger ſingulis pro dignitate ſeruet̄:domi tn̄ femi-
nas ad hoc opus idoneas non habeo:proinde tu
q̄ȝuis ueſte inopi hanc tibi que mores meos noſti
optime ſuſcipiendorum locandorumqꝫ hoſpitum
curam ſumes.Non libenter modo inquit illa ſed
cupide ⁊ hec ⁊ quecūqꝫ tibi placita ſenſero faciam
ſemper.Neqꝫ in hoc vnq̄ȝ fatigabor aut lenteſcaȝ
dum ſpiritus huius reliq̄e ulle ſupererunt:⁊ cum
dicto ſeruilia mox inſtrumenta corripiens domuȝ
uerrere:mēſas inſtruere:lectos ſternere:hortariqꝫ
alias ceperat ancille in moduȝ fideliſſime.¶ Pro
xime lucis hora tertia Comes ſuperuenerat.Cer-
tatimqꝫ omnes ⁊ puelle ⁊ germani infantis mores
ac pulchritudinem mirabantur.Erantqꝫ qui dice-
rent prudenter ualteruȝ ac feliciter permutaſſe:ꝙ
⁊ ſponſa hec tenerior eſſet ⁊ nobilior:⁊ cognatus
tam ſpecioſus accederet.Sic feruente cōuiuij ap
paratu ubiqꝫ ꝑſens omniumqꝫ ſollicita griſeldis
nec tanto caſu deiecta animo:nec obſolete ueſtis
pudore ꝯfuſa:ſed ſereno vultu itrāti obuia puelle
flexo poplite ſuilē in modū:vultuqꝫ demiſſo reue
rēter atqꝫ humilr̄.Bn̄ uenerit dn̄a mea inquit:de
hic ceteros dū ꝯuiuas leta facie ⁊ ꝟboꝝ mira ſua-
uitate ſuſcipet:⁊ imenſam domum multa arte diſ-
poneret:ita ut omnes ⁊ preſertim aduene vnde ea
maieſtas moruȝ atqꝫ ea prudentia ſub tali habitu
uehementiſſime mirarentur:atqꝫ ipſa in p̄mis pu-
elle pariter atqꝫ infantis laudibꝰ ſatiari nullo mo-
do poſſet:ſed viciſſim modo virgineam modo in-
fantilem elegantiam predicaret.Ualterus eo ipſo
in tempore quo aſſidendum menſis erat in eā uer-
ſus:clara uoce coraȝ oibꝰ q̄ſi illudēs.Quid tibi vi
det̄ inq̄t griſeldis de hac mea ſpōſa?ſatis pulchra
atqꝫ honeſta eſt?plane ait illa nec pulchrior ulla:
nec honeſtior inueniri poteſt:aut cum nulla vnq̄ȝ:
aut cum hac tranquillam agere poteris ac felicem
vitam:utqꝫ ita ſit cupio ⁊ ſpero:vnum bona fide te
precor ac moneo ne hanc illis aculeis agites qui-
bus alteram agitaſti.Nam ꝙ ⁊ iunior ⁊ delicatiuſ
enutrita eſt pati quantum ego auguror nō ualeret
Talia dicentis alacritatem intuens atqꝫ ꝯſtantiaȝ
totiens tamqꝫ acriter offenſe mulieris examinanſ
⁊ indignam ſortem non ſic merite miſeratus ac fer
re diutius non ualens. Satis inquit mea Griſel-
dis cognita ⁊ ſpectata mihi fideſ eſt tua:nec ſub ce
lo aliquem eſſe puto:qui tanta coniugalis amoris
experimenta perceperit.Simul hec dicēs charaȝ
coniugem leto ſtupore perfuſam ⁊ uelut e ſomno
turbido experrectam cupidis ulnis amplectitur:
⁊ tu ait ſola uxor mea es. Aliam nec habui:nec
habebo.Iſtā autem quam tu ſponſaȝ meam reris
filia tua eſt:hic qui cognatus meus credebatur:tu
us eſt filius:que diuiſim perdita videbātur ſimul
omnia recepiſti.Sciant qui contrarium credidere
me curioſum atqꝫ experientem eſſe non impium:
probaſſe coniugem non damnaſſe:occultaſſe filios

non mactaſſe:hec illa audiens pene gaudio exani-
mis ⁊ pietate amens iucundiſſimiſqꝫ cum lachry-
mis ſuorum pignorum in amplexuſ ruit:fatigatqꝫ
oſculis pioqꝫ gemitu madefacit. Raptimqꝫ matro
ne alacres ac fauentes circũfuſe vilibus exutã ſu-
is ſolitis ueſtibus induunt exornantqꝫ: plauſuſqꝫ
letiſſimus ⁊ fauſta omnium ṽba circũſonant.mul-
toqꝫ cum gaudio ⁊ fletu ille dies celeberrimus fu
it:celebrior quoqꝫ q̃ꝫ dies fuerat nuptiarũ . Mul-
toſqꝫ poſt per annos ingenti pace concordiaqꝫ vi-
xere: ⁊ ualterus inopem ſocerum quem hactenus
neglexiſſe viſus erat ne qñ concepte animo obſta-
ret experientie ſuam in domum tranſlatum in ho-
nore habuit:filiam ſuam magnificis atqꝫ honeſtiſ
nuptijs collocauit:filiumqꝫ ſui dominij ſucceſſorẽ
liquit: ⁊ coniugio letus ⁊ ſobole. ℭ Hanc hiſtoriã
ſtilo nunc alio retexere viſum fuit:non taꝫ ideo ut
matronas noſtri temporis ad imitandam huius
uxoris patientiaꝫ:que mihi vix imitabilis videtur
q̃ꝫ ut legentes ad imitandam ſaltem femine ꝯſtã-
tiam excitareꝫ:ut qꝺ hec viro ſuo preſtitit hoc pre
ſtare deo noſtro audeant:qui licet ut Jacobus ait
apl's intentator ſit malorum ⁊ ipſe neminem tem-
ptet. Probat tamen ⁊ ſepe nos multis ac grauibꝰ
flagellis exerceri ſinit:non ut animum nr̃m ſciat:
quem ſciuit anteq̃ꝫ crearemur:ſed ut nobis noſtra
fragilitas notis ac domeſticis indicijs innoteſcat.
Abũde ego ꝯſtãtibus viris aſcripſeri:qſqs is fue-
rit qui pro deo ſuo ſine murmure patiat̃ qꝺ ꝓ ſuo
mortali cõiuge ruſticana hec muliercula paſſa eſt.

ℭ Ad eundem de reliquijs ſuperioris epiſtole: ⁊ de
imponendo iam tandem finem huic epiſtolari ſti-
lo. Epiſtola.IIII.

Rſit amor tui ut ſciberem ſenex qꝺ iuue-
a nis vix ſcripſiſſem:neſcio an res ueras an
fictas que iam non hiſtorie ſed fabelle ſunt
ob hoc vnum ꝙ res tue ⁊ a te ſcripte erant:q̃ꝫuis
hoc ꝑuidẽs fidem rerum penes auctorem:hoc eſt
penes te fore ſim ꝑ̃fatus. Et dicã tibi quid de hac
hiſtoria ego q̃ꝫ fabulam dixiſſe malim mihi conti
gerit:legit eam primum communis amicus pata-
uinus vir altiſſimi ingenij multipliciſqꝫ notitie: ⁊
cum epl'e medium vix tranſiſſet ſubito fletu ꝑuen-
tus ſubſtitit:poſt modicum ṽo cum in manus eam
reſumpſiſſet firmato animo perlecturus:ecce iteꝝ
quaſi ad condictum rediens lecturam gemitus in
terrumpit. Faſſus itaqꝫ ſe non poſſe procedere eaꝫ
vni ſuorum comitum docto ſatis viro legendã tra
didit. Qꝺ accidens quorſum alij traherent incer-
tum habeo:ego in optimam partem traxi mitiſſi-
mumqꝫ viri animum intellexi:uere eniꝫ homo hu
manior quem ego quidem noueriꝫ nullus eſt. Re
dijt illo flente ac legente ad memoriam ſatyricum
illud:molliſſima corda humano generi dare ſe na-
tura fatetur:que lachrymaſ dedit:hec nr̃i pars op
tima ſenſus. Poſt tempus amicꝰ alter nr̃ ueronẽ-
ſis:ſunt eniꝫ nobis ut reliqua ſic amici etiam com-
munes audito qd alteri interlegendum accidiſſet
eandem legere optauit. Geſſi morem ingenioſo ⁊
amico viro:legit eam totam:nec alicubi ſubſtitit:
nec frõs olductior nec uox fractior nec lachryme:
nec ſingultus interuenere: ⁊ in finem. Ego etiã in-
quit fleſſem. Nam ⁊ pie res ⁊ ṽba rebuſ accommo
data fletum ſuadebant:nec ego duri cordis ſuꝫ:ni-
ſi ꝙ ficta omnia credidi ⁊ credo. Nam ſi uera eẽnt
que uſqꝫ mulier uel romana uel cuiuſlibet gentis ?
hanc griſeldim eq̃tura ſit:ubi queſo tantus amor
coniugalis:ubi par fides:ubi tam inſignis patien-
tia atqꝫ conſtantia:hijs tunc ego nil reſpondi ne rẽ
a iocis amiciqꝫ colloquij feſta dulcedie ad acrimo
niam diſceptationis adducerem. Erat autem pro-
na reſponſio. Eſſe nõnullos qui quecũqꝫ difficilia
eis ſint impoſſibilia omnibus arbitrentur:ſic men
ſura ſua omnia metientes ut ſe omnium primos
locent:cum tamen multi fuerint forte ⁊ ſint quibꝰ
eſſent facilia que vulgo ĩpoſſibilia viderent̃. Quiſ
eſt enim exempli gr̃a:qui non curium ex noſtris ⁊
mutium ⁊ decios:ex externis auteꝫ codrum ⁊ phi
lenes fratres:uel quoniam de feminis ſermo erat
quis uel portiam uel hipſicratheam uel alceſtum
⁊ harum ſimiles non fabulas fictas putet? atqui
hiſtorie uere ſunt. Et ſane qui pro alio vitam ſper-
nit:qꝺ non ſpernere quid non pati poſſit non intel-
ligo. ℭ Ceterum ⁊ illam ⁊ alteram duas magnas
epl'as ad te non perueniſſe nunc ſentio. Sed quid
faciam? pati oportet. Jndignari licet nõ ulciſci:ap
paruit ecce per ciſalpinam galliam tedioſiſſimum
hoc hominum genus:cuſtodes paſſuum:immo pe
ſtis nunciorum qui lr̃as apertas introſpiciãt ⁊ mo
roſiſſime contemplentur:qꝺ dñoruꝫ forſan iuſſus
excuſat:qui ſibi omnium ꝯſcij trepida ac ſuꝑba vi-
ta de ſe ⁊ contra ſe omnia dici putant atqꝫ oĩa noſ-
ſe uolunt. Jllud nihil excuſat ꝙ ſi quid in lr̃is ĩpis
inueniunt qꝺ aures aſininas mulceat:ſolebant q-
dã in tranſcribendo tempus terrere: ⁊ nuncios de
tinere:nũc creſcente licentia ut digitis ſuis par-
cant abire illos iubẽt ſine lr̃is:quodqꝫ grauiſſimũ
tedij genus eſt:hic illi maxime faciunt:qui nihil in
telligunt ſimiles hijs quoruꝫ ampla ⁊ preceps gu
la eſt: ⁊ lenta digeſtio qui male ualitudini proximi
ſint oportet. Jmportunitatum taliuꝫ nemo me ſto
machãtior:nulluſ impatiẽtior:ita ut ſepe me a ſcri
bendo diuerterint:ſepe quo ſcripſerim dolere coe-
gerint:qñ ꝯtra hos predones lr̃arum nulla vindi-
cte alterius patet occaſio turbatis omnibꝰ ⁊ reip.
libertate peſſũdata. Sane huic tedio accedit etas
⁊ laſſitudo rerum pene omnium ſcribendiqꝫ nõ ſa
tietas modo:ſed faſtidium:quibus iunctis indu-
cor ut tibi amice ⁊ omnibus quibus ſcribere ſoleo
qꝺ ad hunc epl'arem ſtilum attinet ultimum.uale
dicam:tam ne uſqꝫ in finem me qꝺ diutius iaꝫ fe-
cerunt a meliori ſtudio ſcripture fragilioreſ impe
diant:q̃ꝫ ne ad horum nebulonum manus ineptiſ-
ſimas ſcripta noſtra perueniant quoꝝ ſic ſalteꝫ ab
iniurijs tutus ero. Si quando uel tecum uel cum
alijs ſcripto opus ſit:ſic ſcribam ut intelligar non
delecter. ℭ Promiſeram memini in quadam or-
dinis huius epl'a me deinceps in epl'is breuiꝰ ſcri
pturum decliui iam temporis urgente penuria:ꝓ
miſſum implere non ualui:multoqꝫ facilius ut itel
ligi datur ſilentium cum amicis eſt q̃ꝫ breuiloqui-
um:tantus eſt ubi ſemel incepimꝰ ardor colloquẽ-
di:ut facilius fuerit non cepiſſe q̃ꝫ frenare impetũ
cepti ſermonis:ſed promiſi. None ſat promiſſum
implet qui plus preſtat? Eram credo dum ꝓmitte
rem oblitus Catonis illud apud Ciceronẽ late no
tum:ꝙ natura ipſa loquacior eſt ſenectus. Ualete
amici. Ualete epl'e inter colles euganeos.vj.idus
Junias.1373.

ℭ Explicit liber decimuſſeptimus.

¶ Incipit liber decimuſoctauus. Ad poſteritatem: originem: conuerſationem morumqꝫ ⁊ ſtudiorum ſuorum ſucceſſus explanantis: Epiſtola.

f

Ranciſcus Petrarcha: Poſteritati: Salutē. Fuerit tibi foꝛſā de me aliquid auditu3: q̃q̃ ⁊ hoc dubium ſit an exiguum ⁊ obſcurum longe nomen ſeu locorū ſeu temporum peruenturum ſit. Et illud foꝛſitā optabis: noſſe quid hoīs fuerim: aut quis operum exitus meorū: eorū maxime quoruꝫ ad te fama peruenerit: uel quorū tenue nomē audieris? Et de pꝛimo q̄dē uarie erūt hoīuꝫ uoces. Ita enim ferme q̄ſqꝫ loquit̄: ut ip ellit nō vitas ſed uoluptas: nec laudis nec infamie modus eſt. Ueſtro de grege vnus: fui auteꝫ moꝛtalis homuncio: nec magne admodum nec vilis originis: familia (ut de ſe ait Auguſt⁹ Ceſar) antiqua. Natura quidem nō iniquo neqꝫ inuerecundo animo: niſi ea cōſuetudo contagioſa nocuiſſet: Adoleſcentia me fefellit: iuuenta coꝛripuit: ſenecta auteꝫ coꝛrexit: experimentoqꝫ perdocuit ueruꝫ illud qḋ diu ante perlegeram: Quoniaꝫ adoleſcentia ⁊ uoluptas uana ſunt: Immo etatuꝫ temporumqꝫ omnium conditoꝛ: qui miſeros moꝛtales de nihilo tumidos: aberrare ſinit interdum: ut peccatorū ſuorum uel ſero memores ſeſe cognoſcant. Coꝛpus iuueni nō magnaruꝫ virium: ſed multe dexteritatis obtigerat. Foꝛma non glorioꝛ excellenti: ſed que placere viridioribus annis poſſet. Colore viuido inter candidum ⁊ ſubnigrum: uiuacibus oculis: ⁊ viſu per longum tempus acerrimo: qui pꝛeter ſpeꝫ ſupꝛa ſexageſimum etatis annum me deſtituit: ut indignanti mihi ad ocularium confugiendum eēt auxilium. Tota etate ſaniſſimum coꝛpus ſenectus inuaſit: ⁊ ſolita moꝛborum acie circūuenit. Honeſtis parentibus Florentinis origine: foꝛtuna mediocri: ⁊ (ut uerum fatear) ad inopiam uergente: ſed patria pulſis: Aretij in exilio natus ſum: anno huius etatis ultime: que a Chꝛiſto icipit. 1304. die lune ad auroram kalendas Auguſti. Diuitiarum contemptoꝛ eximius: non ꝙ diuitias non optareꝫ ſed labores curaſqꝫ oderaꝫ: opum comites inſeparabiles. Non ut iſta cura eſſet lautarum facultas epularum. Ego autem tenui victu ⁊ cibis vulgaribus vitam egi letius: q̃ꝫ cum exquiſitiſſimis dapibus omnes Apitij ſucceſſores. Conuiuia que dīr (cuꝫ ſint comeſſationes: modeſtie ⁊ bonis morib⁹ inimice) ſemper mihi diſplicuerunt: laborioſum ⁊ inutile ratus ſum ad hunc finem uocare alios: nec minus ab alijs uocari. Conuiuere autem cuꝫ amicis adeo iucundum: ut eorum ſuperuentu nil gratus habuerim: nec vnq̃ꝫ uolens ſine ſocio cibū ſumpſerim. Nihil mihi magis q̃ꝫ pōpa diſplicuit. Nō ſolum qꝛ mala ⁊ humilitati ꝯtraria: ſed qꝛ difficilis ⁊ quieti aduerſa eſt. Amore acerrimo ſed vnico ⁊ honeſto in adoleſcentia laboraui: ⁊ diutiūs laboraſſem: niſi iam tepeſcentem ignem: moꝛs acerba: ſed utilis extinxiſſet. Libidinum me pꝛoꝛſus expertem dicere poſſe: optarem quideꝫ: ſed ſi dicam mētiar: hoc ſecure dixeriꝫ: me q̃q̃ꝫ feruore etatis ⁊ cōplexionis ad id raptum: vilitatem illam tamē ſemper animo execratum. Mox vͦ ad quadrageſimū annum appꝛopinquans: duꝫ adhuc ⁊ caloris ſatis eſſet ⁊ virium: non ſolum factum illud obſcenum: ſed eius memoriam omnem ſic abieci quaſi nunq̃ꝫ feminam aſperiſſem. Qḋ inter pꝛimas felicitates meas memoꝛo: deo gratias agens: qui me adhuc integrum ⁊ vigentem tam vili ⁊ mihi ſemper odioſo ſeruitio liberauit. Sed ad alia pꝛocedo. Senſi ſuperbiam in alijs non in me: ⁊ cum paruus fueriꝫ ſemper minoꝛ iudicio meo fui. Ira mea mihi perſepe nocuit alijs nunq̃ꝫ. Amicitiarum appetētiſſim⁹ honeſtarum ⁊ fideliſſim⁹ cultoꝛ fui. Intrepide gl'ioꝛ: qꝛ ſcio me uerum loqui: indignantiſſimi animi: ſed offenſarum obliuioſiſſimi beneficiorum ꝑmemoris. Pꝛincipuꝫ ac regum familiaritatibus ⁊ nobiliuꝫ amicitijs uſqꝫ ad inuidiam foꝛtunatus fui. Sed hoc eſt ſupplicium ſeneſcentium: ut ſuoruꝫ ſepiſſime moꝛtes fleant. Maximi regum ⁊ mee etatis amarunt ⁊ coluerunt me: Cur autem neſcio: ipſi viderint. Et ita cum quibuſdam fui: ut ipſi quodāmodo mecum eſſent: ⁊ eminentie eorum nullum tedium commoda multa perceperim. Mltos tamē eorum quos ualde amabam effugi: tantus fuit mihi inſitus amoꝛ libertatis: ut cuius uel nomē ipm̄ libertati: uel illi eſſe cōtrarium videretur: omni ſtudio declinarem. Ingenio fui equo potius q̃ꝫ acuto ad omne bonum ⁊ ſalubꝛe ſtudium apto: ſꝫ ad moralem pꝛecipue philoſophiam ⁊ ad poeticam pꝛono. Quam ipſam ꝓceſſu temporis neglexi: ſacris lr̄is delectatus: in quibus ſenſi dulcedinem abditam: quam aliq̄n contempſeram: poeticis lr̄is non niſi ad oꝛnatuꝫ reſeruatis. Incubui vnice inter multa ad notitiam uetuſtatis: qm̄ mihi ſemꝑ etas iſta diſplicuit: ut niſi me amoꝛ charoꝝ in diuerſum traheret: qualibet etate natus eſſe ſemper optauerim ⁊ hanc obliuiſci niſus animo me alijs ſemper inſerere. Hiſtoricis itaqꝫ delectatus ſum: non min⁹ tamē offenſus eorum diſcoꝛdia: ſecut⁹ in dubio quo me uel ueri ſimilitudo rerum uel ſcribētium traxit auctoritas: Eloquio ut quidam dixerunt claro ac potenti: ut mihi viſum eſt fragili ⁊ obſcuro. Neqꝫ vͦ in communi ſermone cum amicis aut cum familiaribus eloquentie vnq̃ꝫ cura me attigit: miroꝛ qꝫ eam curam Auguſtuꝫ Ceſarem accepiſſe. Ubi autem res ipſa uel locus uel auditoꝛ aliter poſcere viſus eſt: paulo anniſus ſum: idqꝫ q̃ꝫ efficaciter neſcio: eorum ſit iudicium coram quibus dixi: Ego modo bene vixiſſem: qual'r dixiſſem: paruifacereꝫ uentoſa gloria eſt de ſolo uerborum ſplendore famam querere. Tempus meum ſic uel foꝛtuna uel uoluntas mea nunc uſqꝫ partita eſt. Pꝛimum illū vite annum neqꝫ integrum Aretij egi ubi in lucem natura me pꝛotulerat: ſex ſequentes Anciſe paterno in rure ſupꝛa Florentiam quatuoꝛdecim paſſuum milib⁹: reuocata ab exilio genitrice octauū Piſis: nonum ac deinceps in gallia tranſalpina ad leuam rhodani ripam: Auinio urbi nomen: ubi Roman⁹ pontifex turpi in exilio Chꝛiſti tenet eccl'iam ⁊ tenuit diu: licet ante paucos annos Urban⁹ q̄ntus eam reduxiſſe videretur in ſuam ſedem. Sed res ut patet in nihiluꝫ redijt: ipſo (qḋ graui⁹ fero) tunc etiam ſuperſtite ⁊ quaſi boni operis penitente. Qui ſi modicum plus vixiſſet: haud dubie ſenſiſſet quid mihi de eius habitu videret̄. Iam calamus erat in manibus: ſed ipſe confeſtim glorioſuꝫ pꝛincipium ipſum cum vita deſtituit infelix: Q̃ꝫ feliciter ante Petri aram mori: ⁊ in domo ꝓpꝛia potuiſſet: Siue enim ſucceſſores eius in ſua ſede mā

ſiſſent: ⁊ ipſe boni opis auctor erat: ſiue abijſſent ⁊
tanto ipſius clarior virtus: quanto illorum culpa
conſpectior. Sed hec longior atqꝫ incidēs eſt que
rela. Ibi igitur uentoſiſſimi amnis ad ripam: pue-
ritiam ſub parentibus: ac deinde ſub uanitatibus
meis adoleſcentiam totam egi: non tamen ſine ma
gnis digreſſionibus: Namqꝫ hoc tempore Carpē
toras ciuitas parua ⁊ illi ad orientem proxima:
quadriennio integro me habuit: inqꝫ his duabus
aliquantulū grammatice: dialectice ac rhetorice
quantum etas potuit didici: quantū ſcilicet in ſcho
lis diſci ſolet: quod quantulū ſit chariſſime lector
intelligis. Inde ad montem Peſſulanum legū ad
ſtudium profectus: quadriennium ibi alterum: in-
de Bononiam ⁊ ibi triennium expendi: ⁊ totum iu
ris ciuilis corpus audiui: futurus magni prouect⁹
adoleſcens: ut multi opinabantur ſi cepto inſiſterē
Ego vͦo ſtudiū illud omne deſtitui: mox ut me pa
rentum cura deſtituit: Non qꝛ legum mihi nō pla-
ceret auctoritas: que abſqꝫ dubio magna eſt ⁊ Ro
mane antiquitatis plena qua delector: ſed qꝛ earū
uſus nequitia hominum deprauatur. Itaqꝫ pigu-
it perdiſcere quo inhoneſte uti nollē: ⁊ honeſte vix
poſſem: ⁊ ſi uellem puritas inſcitie tribuenda eēt.
Itaqꝫ ſcdm ⁊ vigeſimū annum agens domum re-
dij. Domum uoco Auinionenſe illud exilium: ubi
ab infantie mee ſine fueram. Habet eni[m] conſuetu-
do proximam vim nature. Ibi ergo iam noſci ego
⁊ familiaritas mea a magnis viris expeti ceperat
Cur autem: neſcire nunc me fateor ⁊ mirari: tūc eq
dem non mirabar ut qui mihi more etatis oī hono
re digniſſimus viderer: ante alios expetitus fui a
Columnenſium clara ⁊ generoſa familia: que tunc
romanam curiam frequentabat: dicam melius il-
luſtrabat: a quibus accitus ⁊ mihi neſcio an ⁊ nunc
ſed tunc certe indebito in honore habitus: ab illu-
ſtri ⁊ incomparabili viro Iacobo de columna lom
berieñ. tunc epiſcopo: cui neſcio an parem viderim:
ſeu viſurus ſim: in Uaſconiam ductus ſub collib⁹
pyreneis eſtatem prope celeſtem: multa ⁊ domini
⁊ comitum iucūditate tranſegi: ut ſemper tempus
illud memorando ſuſpirem. Inde rediens ſub fra
tre eius Ioāne de columna Cardinale: mltos per
annos non quaſi ſub domino: ſed ſub patre: immo
ne id quidem: ſed cum fratre amantiſſimo: immo
mecum ⁊ propria mea in domo fui. Quo tempore
iuuenilis me impulit appetitus: ut ⁊ Gallias ⁊ ger
maniam peragrarem. Et licet alie cauſe fingerent
ut profectionem meam meis maioribus approba
rem: uera tamen cauſa erat multa videndi ardor
ac ſtudium. In qua peregrinatione Pariſius pri-
mum vidi: ⁊ delectatus ſum ingrere: qd uerū: qd
ue fabuloſum de illa urbe narraret. Inde reuerſus
Romam adij: cuius vidende deſiderio ab infan-
tia ardebam: Et huius familie magnanimum ge-
nitorem Stephanum de Columna: virum cui-
libet antiquorum parem: ita colui atqꝫ ita ſibi ac-
ceptus fui: ut inter me ⁊ quemlibet filiorum nil di
ceres intereſſe. Qui viri excellentis amor ⁊ affe-
ctus uſqꝫ ad vite eius extremū: vno erga me ſem-
per tenore permanſit: ⁊ in me nunc etiam viuit: ne-
qꝫ vnqꝫ deſinet niſi ego ante deſiero. Inde etiam
reuerſus: cum omnium: ſed in patris illius tedio-
ſiſſime urbis faſtidium atqꝫ odium naturaliter ani
mo meo inſitum ferre non poſſim: diuerticulū ali

quod quaſi portum querens: repperi uallem pexi
guam: ſed ſolitariam atqꝫ amenam que Clauſa di
citur: quindecim paſſuum milibus ab Auiniōe di-
ſtantem: ubi fontium rex omnium Sorga oritur.
Captus loci dulcedine: libellos meos ⁊ meipſum
illic tranſtuli. Longa erit hiſtoria ſi pergam exeq:
qd ibi multos ac multos egeri per annos. Hec eſt
ſumma qꝛ qcqd fere opuſculorum mihi excidit: ibi
uel actum uel ceptum uel conceptum eſt. Que tā
multa fuerunt: ut uſqꝫ ad hanc etatem me exerce-
ant ac fatigent. Fuit enim mihi ut corpus: ſic inge
nium magis pollens dexteritate qꝫ viribus. Ita-
qꝫ multa mihi facilia cogitatu: que executiōe diffi
cilia ꝑtermiſi. Hic mihi ipſa locoꝝ facies ſuggeſſit
ut Bucolicum carmen ſilueſtre opus aggrederer
⁊ vite ſolitarie libros duos ad Philippū ſemper
magnum virum: ſed paruum tunc epiſcopum Ca-
uallicen̄. nunc magnum Sabinen̄. epiſcopū Car-
dinalem: qui mihi iam ſolus omnium ueterum ſu-
perſtes: non me epiſcopaliter ut Ambroſi⁹ Augu-
ſtinum: ſed fraterne dilexit ac diligit. Illis in mon
tibus uaganti: ſexta quadā feria maioris hebdo
made: cogitatio incidit ⁊ ualida: ut de Scipione
Africano illo primo: cuis nomen mirum vnde a ꝓ
ma mihi etate charum fuit: poeticum aliquid He
roico carmine ſcriberem. Quod tunc magno ce-
ptum impetu: uarijs mox diſtractus curis intermi
ſi: ſed ſubiecti de nomine Africe nomē libro dedi:
Operi neſcio qua uel ſua uel mea fortuna dilectō
multis anteqꝫ cognito. Illis in locis morā trahē
ti: dictu mirabile: vno die ⁊ ab urbe Roma ſenat⁹
⁊ de Pariſius Cancellarij ſtudij ad me littere ꝑ-
uenerunt: certatim me ille Romam: ille Pariſius
ad percipiendam lauream poeticam euocantes.
Quibus ego iuueniliter gloriabundus: ⁊ me di-
gnum iudicans: quo me dignum tanti viri iudica
rent: nec meritum meum ſed aliorum librans teſti
monia: parumper tamen heſitaui cui potius aurē
darem. Super quo conſilium Ioannis de Colum
na Cardinalis ſupranominati per litteras experij
Erat enim adeo vicinus: ut cum ſibi ſero ſcripſiſ-
ſem: die altero ante horam tertiam reſponſum ei⁹
acciperem. Cuius conſilium ſecutus: Romane ur
bis auctoritatem omnibus preferendam ſtatui: ⁊
de approbatione conſilij eius: mea duplex ad illū
extat epiſtola. Iui ergo ⁊ qꝫuis ego more iuuenū
rerum mearum benigniſſimus iudex eſſem: erubui
tamen de meipſo teſtimonium meum ſequi: uel eo
rum a qb⁹ euocabar: quod proculdubio non feciſ-
ſent: niſi me dignū oblato honore iudicaſſēt. Un-
de Neapolim primum petere inſtitui: ⁊ ueni ad il
lum ſummum ⁊ regem ⁊ philoſophum Robertū:
non regno qꝫ litteris clariorem: quem vnicum re-
gem ⁊ ſcientie amicum ⁊ virtutis noſtra etas ha
buit: ut ipſe de me quod ſibi viſum eſſet cenſeret.
A quo qualiter viſus: ⁊ cui qꝫ acceptus fuerim: ⁊
ipſe nūc miror: ⁊ tu ſi noueris lector puto mirabe
re. Audita autem aduentus mei cauſa: mirum im
modum exhilaratus eſt: ⁊ iuuenilem cogitans fi-
duciam: ⁊ forſitan cogitans honorem quem pete
rem ſua gloria non uacare: qꝛ ego eum ſolum iudi
cem idoneū e cunctis mortalibus elegiſſem. Quid
multa? Poſt innumeras uerborū collationes ua
rijs de rebus: oſtenſamqꝫ ſibi Africam illam meā
qua uſqꝫ adeo delectatus eſt: ut eam ſibi inſcribi

magno pro mūere poſceret. Quod negare nec po
tui: certe nec uolui. Super eo tandem pro quo ue
neram certum mihi deputauit diem: ⁊ a meridie
ad ueſperam me tenuit. Et quoniam creſcente ma
teria: breue tempus apparuit: duobus proximis
diebus idem fecit. Sic triduo excuſſa ignorantia
mea: die tertio me dignum laurea iudicauit. Eam
mihi Neapoli offerebat: ⁊ ut aſſentirer precibus
etiam multis urgebat. Uicit amor Rome uenerā
dam tanti regis inſtantiam: Itaqꝫ inflexibile ꝓpo
ſitum meum cernens: litteras mihi ⁊ nuncios ad
ſenatum romanum dedit: quibus de me iudiciū
ſuum magno fauore profeſſus eſt. Quod quidē tunc
iudicium regium: ⁊ multorum ⁊ meo in primis iu
dicio conſonum fuit. Hodie ⁊ ipſius ⁊ meum ⁊ om
nium idem ſentientium iudiciū non probo. Plus
in eum ualuit amor ⁊ etatis fauor: quam ueri ſtudiū.
Ueni tamen ⁊ quamlibet indignus: tāto tamē fre
tus fiſuſqꝫ iudicio: ſummo cum gaudio romanorum
qui illi ſolēnitati intereſſe potuerunt: lauream poe
ticam adhuc ſcholaſticus rudis adeptus ſum. De
quibus etiam ⁊ carmine ⁊ ſoluta oratione epiſtole
mee ſunt. Hec mihi laurea: ſcientie nihil: plurimū
vero queſiuit inuidie. Sed hec quoqꝫ hiſtoria longi
or eſt quam poſcat hic locus. Inde ergo digreſſus Par
mam ueni: ⁊ cum illis de Corrigia viris in me libe
raliſſimis atqꝫ optimis: ſed inter ſe male ꝯcordibus
qui tunc urbē illam tali regimine gubernabant: q̄
le nec ante in memoria hominū habuerat ciuitas
illa: nec etate hac ut auguror habitura eſt: aliquan
tulum tempus peregi. Et ſuſcepti memor honoris
ſollicituſqꝫ ne indigno collatus videretur: cū die
quodam in montana ꝯſcendens forte trans Entiā
amnem reginis in finibus: ſiluam que plana dicitur
adiiſſem: ſubito loci ſpecie ꝑcuſſus: ad ītermiſſam
Africam ſtilū uerti: ⁊ feruore animi qui ſopitus vi
debatur excitato: ſcripſi aliquantulū die illo. Poſt con
tinuis diebus quotidie aliquid: donec Parmam re
diens ⁊ repoſtam ac tranquillam nactus domū: que
poſtea empta nunc etiam mea eſt: tāto ardore opus
illud: non magno in tempore ad exitum deduxi: ut
ipſe quoqꝫ nunc ſtupeam. Inde reuerſus ad fontem
Sorgie ⁊ ad ſolitudinem tranſalpinam redii: cum
iam quartum ⁊ triceſimum etatis annum poſt ter
ga relinquerem: diuqꝫ ⁊ Parme ⁊ Uerone verſatus
⁊ ubiqꝫ: deo gratias: charus habitus: multo amplius
quam ualerem. Longū poſt tempus viri optimi ⁊ cu
ius neſcio an e numero dominorum quiſquam ſimilis
ſua etate vir fuerit: immo vero ſcio quod nullus Iacobi
de Carraria iunioris fame ꝓconio beniuolētiam
adeptus: nunciis quoqꝫ ⁊ litteris uſqꝫ trans alpes quū
ibi eram ⁊ per Italiam ubicūqꝫ fui multos per an
nos tantis precibus fatigatus ſum: ⁊ in ſuam ſolli
citatus amicitiā: ut quamuis de felicibus nil ſperarē:
decreueram tandem ipſum adire ⁊ videre quid ſi
bi hec magni ⁊ ignoti viri tanta uellet inſtātia. Ita
qꝫ ſero quidem Patauum ueni ubi ab illo clariſſi
me memorie viro non humane tantū: ſed ſicut in
celum felices anime recipiuntur acceptus ſum: tā
to cum gaudio tāqꝫ ineſtimabili charitate ac pieta
te: ut quia equare eam uerbis poſſe non ſpero: ſilētio
opprimenda ſit. Inter multa ſciens me clericalem
vitam a pueritia tenuiſſe: ut me non ſibi ſolum: ſed
etiam patrie artius aſtringeret: me canonicum Pa
due fieri fecit. Et ad ſummam ſi vita ſibi lōgior fu
iſſet: mihi erroris ⁊ itinerum omniū finis erat: Sed
heu nihil inter mortales diuturnum: ⁊ ſi quid dulce
ſe obtulerit: amaro mox fine concluditur. Biennio
non integro eum mihi ⁊ patrie ⁊ mundo cum dimi
ſiſſet deus: abſtulit: quo nec ego: nec patria: nec mū
dus (non me fallit amor) digni eramus. Et licet fi
lius ſibi ſucceſſerit prudentiſſimus ⁊ clariſſimus vir
⁊ qui per paterna ueſtigia me charū ſemper atqꝫ
honoratum habuit: Ego tamen illo amiſſo cū quo ma
gis mihi preſertim de etate ꝯuenerat: redii rurſus
in gallias ſtare neſcius: Nō tam deſiderio viſa mi
lies reuidendi: quam ſtudio more egrorum loci muta
tione tediis conſulendi.

¶ Finis Epiſtolarum rerum Senilium.

¶ Incipit tabula libꝛoꝝ rerũ ſeniliũ.

¶ Liber pꝛimus.

I ¶ Ad Simonidē ſuũ pꝛohemiũ. Olim ſocrati meo
II ¶ Ad Franciſcum ſanctoꝝ apoſtoloꝝ de Florentia foꝛtune blāditias contemptu magnifico repellendas. Jam ante.
III ¶ Ad eundem amice conſolationis appꝛobatio. Pergratam.
IIII ¶ Ad Talarandũ albañ. epm cardinalem oblati laborioſi honoris recuſatio. Litteras.
V ¶ Ad Joannē de certaldo de uaticinio morientiuꝫ. Magnis me monſtris.
VI ¶ Ad Franciſcũ bꝛuni: contra imodicā amici laudē uera ſue paruitatis expꝛeſſio. Suauis mihi.
VII ¶ Ad eundem: vite finem pꝛoximum ꝛ incertum: fugam moꝛtis nullam: ꝛ aſtrologos multa mentiri. Qđ me ad fugam.

¶ Liber Secundus.

I ¶ Ad Joannē de certaldo obiectoꝝ ſtilo criminum purgatio. Aut tacere opoꝛtuit.
II ¶ Ad Franciſcũ bꝛuni: ꝛ in egeſtate ꝛ in diuitijs virtuti ac glorie locum eſſe. Ad id qđ.
III ¶ Ad eundem quanti laboris ꝛ periculi ſit ſcribere: ſcribendum tamen ꝛ qualiter. Quanta vis eēt.
IIII ¶ Ad Leliũ ſuum quid ſit peius an ſua ſcriptoribuſ eripere: an aliena ingerere. Qđ adulantium.
V ¶ Ad eũdē de ſilētio utili ꝛ dānoſo. Bonũ cenſeo
VI ¶ Ad Robertũ comitē de battifolle. Et tui nois.
VII ¶ Ad eundem. Spem de te.
VIII ¶ Ad pꝛiorē magnum camalduli. Pꝛo benigna.

¶ Liber Tertius.

I ¶ Ad Joannē boccatiũ de hac peſte ultime etatis ꝛ aſtrologorum nugis. Pꝛeſentiam tuam.
II ¶ Ad eundē de illius ſtatu anxie. Caſus noſtros.
III ¶ Ad Nicolaum magnuꝫ regni Scicilie ſeneſcallũ querimonia. Dudum magne vir.
IIII ¶ Ad ignotũ quendam de ingenio ac moribus barbati ſulmoneñ. Barbati mei nomen.
V ¶ Ad Joannem boccatium de tedio ſcabiei ꝛ medicorum remedijs. Satis ſuperqꝫ tacuimus.
VI ¶ Ad eũdē de moꝛtalis iſtabilitate ꝓpoſiti Dũ nil
VII ¶ Ad Nerium moꝛādũ foꝛoliuienſem de fama moꝛtis ſue ſepi⁹ꝯficta ꝛ figmēti cauſis. Stupoꝛ tu⁹.
VIII ¶ Ad Guillelmum rauēnatē phiſicuꝫ deboꝛtatio a ſtudio eloquentie. Multis ꝛ ualidis.
IX ¶ Ad fratrem Bonauenturam baffro uenetum grauis patrie rumores. Una hoꝛa.

¶ Liber Quartus.

I ¶ Ad Luchinum de uerme ueronenſem uenetoruꝫ belli ducem aduerſus rebellātem cretam que ſint ſummo duci neceſſaria. Non uereoꝛ.
II ¶ Ad eundem gratulatio uelocis incruenteqꝫ victorie. Bene habet.
III ¶ Ad Petrum Bononienſem rhetorem de victoria uenetorum. Et ſi pꝛeſens.
IIII ¶ Ad eũdeꝫ de famuloꝝ ꝑuicacia. Uenit ad me.
V ¶ Ad Fredericum aretinum de quibuſdam fictionibus Uirgilij. Juuenilia inter.

¶ Liber Quintus.

I ¶ Ad Joannem boccatium: deſcriptio urbis ticinenſis. Feciſti optime.
II ¶ Ad eundem de appetitu anxio pꝛimi loci. Habeo tibi aliquid dicere.
III ¶ Ad eundem de audacia ꝛ pompoſo medicoruꝫ habitu. Meum tibi.

¶ Ad Donatum apennigenam grammaticum qꝫtuꝫ medicis ſit fidēdum. Foꝛte ſic accidit. IIII
¶ Ad eundem de inconſtantia iuuenili ꝛ ut utileꝫ ſapienti ſic damnoſam ſtulto laudem. Inter vite. V
¶ Ad eundem de eadem re. Ille quidem. VI

¶ Liber Sextus.

¶ Ad Joannem boccatium miſerabilis amici terribilis caſus. Tris ingentes. I
¶ Ad eundem de ſeipſo. Animaduerti. II
¶ Ad Franciſcum bꝛuni pape ſecretariũ de hoc ipſo. Noueram te. III
¶ Ad Pilleum epũ paduanum deboꝛtatio ad animi conſtantiam. Etate. IIII
¶ Ad Philippũ pꝛiarchā hieroſolymitanũ ꝓmiſſi libꝛi trāſmiſſio ꝛ dilationis excuſatio. Miſi tādē V
¶ Ad amicũ grauiſ icrepatio degñiſ ſtudij ꝑfect⁹ VI
¶ Contra auaritie magros ꝛ de ſenum diuitumqꝫ ꝛ regum auaritia. Scio tibi magiſtrum. VII
¶ De auaritia iterum ingenijs adiuta multorum. Et miramur. VIII
¶ Ad Philippum patriarcham hieroſolymitanum laudē etiā in re qualibet ſuſpectā. Sicut igētia. IX

¶ Liber Septimus.

¶ Ad Urbanũ qntũ de dilato nimis nec iā ampliuſ differēdo eccľie reditu in ſuā ſedem. Aliqꝫdiu. I

¶ Liber Octauus.

¶ Ad Joannem boccatiuꝫ: de etatis parte dubia ut aiunt. Mos eſt. II
¶ Ad amicos de ſenectute pꝛopꝛia ꝛ eius bonis. Senui fateoꝛ. III
¶ Ad Thomam de garbo florentinũ phiſicũ de opinione ꝛ foꝛtuna de qb⁹ ille qſierat. Peregrinā. IIII
¶ Ad Luchinum de vme eqtem ueronenſem cōtra turchos ꝑfectũ exhoꝛtatio ad reditũ Tenes ut V
¶ Ad Jacobum de uerme de luchini patris ſui obitu. O inſidioſa. VI
¶ Ad Donatũ apennigenā grāmaticũ de penitētia: ꝛ ad hāc efficacib⁹ ſcõꝝ libꝛis. Due qdē nuper VII
¶ Ad Fredericum aretinum de notorum modeſtia. Magnam parua. VIII
¶ Ad Joannem Boccatium de anno etatis .63. fruſtra infami. Annus eſt. IX

¶ Liber Nonus.

¶ Ad Urbanũ papam quintuꝫ: gratulatio pꝛo reducta in ſuas ſedes eccľia: ꝛ exhoꝛtatio ad perſeuerantiam. In exitu iſrael. j
¶ Ad Frāciſcũ bꝛuni pape ſecretariũ de materia ſupioris epľe ꝛ de crebꝛa loci mutatiōe. Neſcio. ij

¶ Liber Decimus.

¶ Ad Sagramoꝝ de pomerijs ex equite armate militie monachum ciſtercieñ. exhoꝛtatio ad perſeuerantiam. Semper ꝛ viuis. j
¶ Ad Guidonem ſeptem archiepm Jañ. de mutatione temporum. Scio iam hinc. ij
¶ Ad Paulum de Bernardo uenetum tranſfretātē iij uotis reditus pꝛoſequitur. Luſi tecum.
¶ Ad Donatum apennigenam grammaticum cōſolatoria ſuper illius filij ſuiqꝫ ſimul nepotis immaturo obitu. Tres ex oꝛdine. iiij
¶ Ad eundem de eadem re ꝛ de amicitie ſue facilitate. Dulciter. V

¶ Liber Undecimus.

¶ Ad Urbani pape qnti familiares litteras reſponſio. Tua me. j
¶ Ad Franciſcum bꝛuni pape ſecretarium: de mate ij

ria ſuperioris ep̄le. Forſan amice.
iij ¶Ad eundem de eadem re. Quid vis.
iiij ¶Ad Colutium de ſtignano pape ſecretarium alterum. Aliquot ante.
v ¶Ad Guillelmū maramaurum neapolitanū equitē male fundatas amicitias non durare. Orphe⁹.
vj ¶Ad Franciſcum de urſinis noue contractus amicitie. Jucunduȝ in.
vij ¶Ad Antoniū donati apēnigene filiū. Fili lr̄ulam
viij ¶Ad Franciſcum bruni commendatio iuuenis ſtudioſi. Hic cuius e.
ix ¶Ad Hugonem de ſancto Seuerino commēdatio eiuſdem. Juuenis iſte.
x ¶Ad Lorbardū a ſerico breuis ꝯſolatio. Dulci.
xj ¶Ad eundem vite huius compendioſa deſcriptio. Quid mihi.
xij ¶Ad Urbanū qntū romanū pōtificē pro inocentia gn̄alis miſtri ordis fratrū minoꝝ. Multa iam.
xiij ¶Ad Hugonem eſtenſem marchionem. abſtinēduȝ ludis inanibus ⁊c̄. Petrus.
xiiij ¶Ad magr̄m Bonauēturā ordis hēmitaꝝ ꝓfeſſorē ſacre pagie ꝯſolatoria ſup morte fr̄is. Qualeȝ.
xv ¶Ad Philippū ſancti Marcellini ⁊ Petri pſbyterū cardinalē de ſtatu ſuo. Littere tue me.
¶Ad Urbani quinti lr̄as eum ad ſe Romaȝ iſtāti⁹ euocātis rn̄ſio ⁊ dilatiōis excuſatio. Jnt̄ cūcta.
¶Ad eūdē excuſatio ipolitatis pp mortiferū ⁊ horrēdū caſum ſibi in itinē occurrētē. Mltos eoꝝ
¶Liber Duodecimus.
j ¶Ad Joannem patauinū phiſicum inſignem de q̄buſdam ꝯſilijs medicine. Obtuliſti mihi.
ij ¶Ad eundem de eadem re. Uideo amice.
¶Liber Tertiuſdecimus.
j ¶Ad magnificū Nicolaū marchionē eſtēſem ferrarie dn̄ȝ ꝯſolatoria ſup fratris morte. Heu mihi
ij ¶Ad Philippū de maſerijs militem regium ⁊ Cypri cancellarium ſuper cōis amici morte ſimiliter conſolatio ⁊ lamentum. Fontem lachrymarum
iij ¶Ad Joānē aretinū de ſcribētis origine. Jgnoti
iiij ¶Ad eundem. Deſiderium reculorum.
v ¶Ad Donatū apēnigenā grāmaticū cū libello quodam ſibi inſcripto. Habes en amice.
vj ¶Ad Antoniū ſupradicti donati filium de vitandis artium erroribus. Litterulam tuam fili.
vij ¶Ad Franciſcum quēdā adoleſcētē romanū rhetorice ſtudioſum. Tua prior epiſtola.
viij ¶Ad Mattheuȝ longum archidiaconum leodien̄. de utriuſqȝ ſtatu. Erat.
ix ¶Ad Pādulfuȝ malateſtā familiariter. Ep̄laȝ tuā
x ¶Ad eundeȝ ſe tempore peſtis ad loca ſalubria euocantem. Tua breuis.
xj ¶Ad eundem ſe tempore belli ad loca pacifica iuitantem. Nec ceſſat.
xij ¶Ad Philippum ſabinen̄. ep̄m ſedis apoſtolice legatum. Audaciam.
xiij ¶Ad Franciſcum bruni pape ſecretarium de q̄buſdam ſuis ſecretis affectibus. Omiſſis.
xiiij ¶Ad eundem iiſdē rebus expſſius. Et amice.
xv ¶Ad Joannem de dondis phiſicum patauinum. Ex mea ſoſpitate.
xvj ¶Ad eundem. Jncolumitas.
xvij ¶Ad Gaſparum ueronen̄. de ſe. Cura tua de me
xviij ¶Ad eūdē de ſtatu belli. Lr̄am tuā nō abſimileȝ
¶Liber Quartuſdecimus.
j ¶Ad magnificū Frāciſcū de carraria padue dn̄m q̄lis eē debeat qui ⁊ rēpublicā regit. Dudū tibi.
¶Ad eūdē eſſe hūana mirabilia ⁊ nō eē. Affectū. ij
¶Liber Quintuſdecimus.
¶Ad Stephanum de columna prothonotariuȝ pape. Multas tibi. j
¶Ad eūdē rn̄ſio ad uocationē romani pōtificiſ Gregorij .xj. Scribis inter multa. ij
¶Ad Lorbardum a ſerico de habitatione ruſtica ⁊ urbana. Scripſiſti mihi. iij
¶Ad Guillelmum maramaurum equitem neapolitanum. Feciſti amice. iiij
¶Ad fratrem Gerardum cartuſienſem germanum ſuum. Magnum tempus. v
¶Ad fratrem Ludouicum marſiliuȝ ordinis ſancti Auguſtini exhortatoria. Magnam tuis. vj
¶Ad eundem cum libro confeſſionum ſancti auguſtini. Merita de te. vij
¶Ad Joānē boccatium excuſatio ſilētij. Potes. viij
¶Ad Donatū apēnigenā grāmaticū nihil in amicitia expetēdū pter aiuȝ amici. Quotiēs monui. ix
¶Ad Petrum rhetorem bonon̄. contemnenda mortalia. Jngens mihi. x
¶Ad Beneuenutum rhetorem imolen̄. de poetis. Ad reſpondendum. xj
¶Ad inconſtantiſſimum uagumqȝ hominem quendam. Gratulor tibi. xij
¶Ad Gaſparū vonenſem. Litterulaȝ tuam xiij
¶Ad Philippum ſabinen̄. ep̄m cardinalem de ſtatu ſuo. Et mirari. xiiij
¶Ad eundē cū vſiculis ab eo petitis. Rogas ⁊
¶Liber Sextuſdecimus.
¶Ad Lucam de penna pape ſecretarium de libris Ciceronis. Dabis ueniam. j
¶Ad Franciſcum ſenen̄. phiſicum noue contractus amicitie. Epiſtola quedam repens. ij
¶Ad eundem de libro vite ſolitarie. ⁊ de medicis. Epiſtola quedam tua. iij
¶Ad Philippū ſabinen̄. ep̄m cardinalē de abſentia amicorum equo animo ferenda nec minus amari que oculis nō viden̄. Sperabam qd̄. iiij
¶Ad Karolū quartū romanū imꝑatorē de falſitate ꝑuilegij auſtria ab impio eximētis. Claudum. v
¶Ad doimuȝ grāmaticū placētinū ibi maiorē ſpeȝ ꝓfert ubi de ſe opio ſcie mior eſt. Nō poſſum. vj
¶Ad eūdē eſſe adhuc virtutis aliquos imitatores modo ulla ſit virtus. Noli amice. Noli. vij
¶Ad dn̄ȝ Joannem ꝑorē magne cartuſie: ut pro ſe deum oret. Jta ego ſtupens. viij
¶Ad eundem excuſatio ꝙ viuentem laudauerit. Lauiſti mihi caput. ix
¶Liber Decimuſſeptimus.
¶Ad Joānē boccatiū de certaldo. Ad lr̄as tuas. j
¶Ad eundem de non interrumpendo per etateȝ ſtudio. Ep̄la ſtatus tui. ij
¶Ad eundem inſignis obedientia ⁊ fides uxoria. Librum tuum iij
¶Ad eundem de reliquijs ſupioris ep̄le ⁊ de iponēdo iā tādē fine huic ep̄lari ſtilo. Arſit amor tui iiij
¶Liber decimuſoctauus.
¶Ad poſteritatem de ſucceſſibus ſtudiorum ſuorū Franciſcus poſteritati ſalutem ⁊c̄. j

Finis.

Epiſtola miſſa per dominum Franciſcum Petrarchā dn̄o Andree Dandulo illuſtri Uenetꝝ. duci: vigēte bello inter Uenetos ⁊ Genuenſes. Ep̄la.I.

ET aliqd ad te ſcribā inclite dux: hinc mea fides: hic humanitas tua ſuggeſſerit. illinc rerū p̄ntiū ac tēpoꝝ ſtatꝰ cogit. Hec qdē p̄ſtat ut loq uelis. hec ut audeā. ille aūt ut tacē nequeā. Quis eni ab amāte ſollicito ſilētiū reqrat? Libtas amoris v̄ecūdie frenuʒ neſcit. Os lʒ obſtruxerit rōnis manus: ⁊ magnitudini rerū ſe ipareʒ recognoſcēs aius quieſcēdum tacendum ue denunciet. erūpet tamen anxium pectus in uoces: non p̱egrinas ſententias aut v̄ba uenabiẜ. qcqd ad manū uenerit: qcquid dolor metuſqꝫ ſuaſerint: loqueẜ. feſtina trepida: tumultuaria: ⁊ quod natura rerum fert ſimillima mentis fluctibus exibit oratio. Id ſi nunq̄ꝫ alias: nūc mihi preſertim euenire noueris. Moueor equidem vir illuſtris ⁊ ualde permoueor: ⁊ ſi proprium affectus mei nomen exigis: permetuo frementes in circuitu procellas. ⁊ quos vndiqꝫ cernimus reruʒ motus. Sed ut totius humani gn̄is lamenta p̄teream: italicus homo ad italicaʒ querelā uenio. Surgitis nunc ad arma duo potētiſſimi populi: due florentiſſime urbes: duo ut dicam breuiter italie lumina. que ut mihi qdē videẜ peropportune adeo hinc illinc: circuʒ auſonij orbis clauſtra diſtribuit natura parēs. ut uobis ad arthon ⁊ ad ortum ſolis: illis ad meridiē ⁊ ad occaſum uerſis uobis ſuperum: illis inferum mare frenātibꝰ: poſt debilitatum inclinatumqꝫ iam ne dicā proſtratuʒ prorſus ⁊ extinctū romanū imperiū: adhuc reginam italiā q̄dripartitus orbis agnoſceret. De quare ⁊ ſi quarūdam forte gentium ſup̱bia in terris litē factura videaẜ in alto: certe nullius vnq̄ꝫ impudentia controuerſiam mouebit. Ceterum ſi in uoſmetipſos: quod nedum ſpectare: ſed ominari horreo: victritia nūc arma cōuertitis: haud dubie ueſtris proprijs manibꝰ ſaucij perimus: ueſtris proprijs manibus ſpoliati: ⁊ nomen ⁊ multis queſitū laboribus imperium maris amittimꝰ. Ita tamen ut quod ſepe al's malorum ſolamen habuimꝰ: non p̱damus. Calamitatibus eniʒ noſtris gaudere poterunt hoſtes: ſed minime gloriari. Inter cūcta nimirū quibus angor aut terreor: nil magis q̄ꝫ intractabiles animos ⁊ conſilia iuuenū paueſco. Ignara etas eſt: ac fortune uolubilis inexperta: ⁊ cuius impetu magna olim imperia corruerunt. Omnia ſibi que cupiunt pollicentur: eoqꝫ ſepiſſime falluntur. Ut enim uerum eſt quod ait apud Liuiuʒ ille clariſſimus bello vir. Non temere incerta caſuum reputat: quem nunq̄ꝫ fortuna decepit. Sic ⁊ quod ſequitur uerum eſt. Nuſq̄ꝫ minus euentus reſpondere q̄ꝫ in bello. Falli proculdubio neceſſe eſt eos quibus vnus dumtaxat: iſqꝫ ſerenus ac trāquillus fortune vultus apparuit. Bifrons eſt eniʒ. aliquātoqꝫ ſepius violenta q̄ꝫ mitis. Ideoqꝫ letus audiui: te res ambiguas ad ſenile ꝯſiliuʒ reieciſſe. Hoc prudētiā moreſqꝫ tuos decuit: quoꝝ grauitas atqꝫ maturitas: te in illa acie p̄mū fecit. cū adhuc in altera ſis etate. Adoleſcētie ferocia: ſenio prudētiaʒ aſcribūt. Ut nō imerito illi q̄ndā romane reipublice magiſtri: quoꝝ virtuti nihil inacceſſum fuit: ſiue ob honorem: ſiue ob ſil'itudinē p̄ne ſollicitudinis p̄res dicti: ob etateʒ certe ſenatoꝝ nomē acceperunt.

Qua cura iuuenibꝰ p̄mum mox etate nr̄a pueris quoqꝫ p̱miſſa: ex q̄ꝫ alto ceciderimꝰ utinā nō tā publice notū foret. Sed de hoc alibi. Neqꝫ eniʒ leue eſt dolori ac pudori ſimul obſequētē: ⁊ deflere p̄terita: ⁊ uenietia ꝓuidere: dare dāno lachrymas ⁊ p̱iculo cautionē. Ad id ergo qd̄ uēturi metu crucior reuertor. Sollicitū me fateor atqꝫ attonitū me habet: p̄rie tue ſtatus. De te qd dicam? Cuius eni gl'ie gratulor: ſi cōpatior labori parū ipſe mihi cōſentiam. Ingenio tuo nō cōpati non poſſum. Sentio nāqꝫ qd iterſit iter armoꝝ ſtrepitū ⁊ pieriā qetē: q̄ꝫqꝫ tenuiter inter martis tubas plectrū ſonet apollinis. Quia v̄o nihil patrie negare potes: que de te ſic in pace merita eſt: ut eā nec belli tedio nec mortis terrore deſereres. ſed relicto tantiſper elicone ac feriantibus libellis: ſecutus es publici fati viam ⁊ grati ciuis: ⁊ boni viri ⁊ egregij ducis officio functꝰ es. Ita tm̄ ut armatus pacē cogites: pacē ames: atqꝫ ita perſuaſum habeas: nullos te triūphos clariores: nulla opimiora patrie ſpolia referre poſſe q̄ꝫ pacē. Libēter ubi de pace agiẜ (Hannibalis v̄bo utor.) quo. ſ. ex ore bellicoſiſſimi viri: veritas ipſa videaẜ loquētis aduerſuʒ ſtudijs teſtimoniū extorſiſſe. Is ergo apd̄ eūdem Liuiuʒ qd ait? Melior tutiorqꝫ inqt certa pax q̄ꝫ ſp̱ata victoria. Hoc ille vincendi deſiderio ardens: ⁊ qui pacē toto orbe turbauerat. Quid igiẜ amicus pacis? Nōne potiꝰ dicat. melior ſanctiorqꝫ eſt certa pax q̄ꝫ certa victoria? ꝓpterea ꝙ illa quietis claritatis ⁊ gr̄e hec laboris ⁊ criminū ⁊ inſolētie plena eſt. Quid aūt pace iucūdius? qd felicius? qd dulcius? Quid v̄o ſine pace vita hominū niſi p̱iculū pauorqꝫ perpetuus ac triſtis curaꝝ imortaliuʒ officina? Que nā iſta uoluptas oro eſt. ſub diuo p̱noctare claſſico ſomnū frāgere. corpꝰ lorica. atqꝫ ut ait Maro. Canitiē galea premere: ferreis ſemp̱ vinclis artatum mori ſubito. ⁊ que ultia viroꝝ fortiū cura eſt ihumanū abici? Iuuat mordaci ſollicitudie: iuuat metu ⁊ odio miſerū cor atterere: ⁊ his ſtudijs incertū huius breuiſſime vite tp̄s ipendere? Siccine tutuʒ eſt cum pelago ſimul ⁊ cum hoſte certare. hoc eſt gemina pariter cum morte luctari. Nemo eniʒ queſo uos fallat. cū aſperrima atqꝫ inuictiſſima. ⁊ qd̄ triſtius dico cū italica gente bellū geritis. Utinā inimice urbes uobis eēnt damaſcus aut ſuſis: utinā mēphis potiꝰ aut Smirna q̄ꝫ Ianua. utinā aduerſus p̱ſas aut arabes: utinā aduerſus tracas aut illiricos pugnaretis. Nūc v̄o qd agitis? Siq latini nois reuerētia eſt: q̄s delere molimini fr̄es ſunt. Et heu nō tantū apud thebas fraterne acies ſed per italiā inſtruunẜ amicis flebile: letum hoſtibus ſpectaculū. Quis autem belli finis? ubi ſeu victores fueritis ſeu victi? Anceps eſt enim alea fortune. Neceſſe eſt ut alterum e duobus italie luminibus extinguatur. obſcureẜ alterū. De tāto enim hoſte incruētam ſperare victoriā: vide ne nō tā generoſe fiducie q̄ꝫ incurioſe dementie ſignū ſit. Sane uos videritis viri magnanimi: ⁊ prepotētes populi. Quod enim vni dico: dictū ambobꝰ itelligo. niſi qr ut ad te potiſſimū hec ſcripta p̱ueniāt: ⁊ deuota familiaritas que mihi cum virtutibꝰ tuis eſt: ⁊ ipſa locoꝝ vicinitas cauſaʒ prebuere. Uos inq̄ꝫ videritis quorſum pergatis animo. quis ſit iraruʒ modus. quis terminus odioꝝ. qd de ſalute ꝓpria. quid deniqꝫ: cuius nō parua portio pendet ex uo-

bis de ſtatu publico cogitetis.modo ne illud exci-
dat:qd̓ niſi gliſcentis belli ardor:fonte aliquo pie-
tatis extinguitur.de vulneribus que parantur:nō
numātinus aut penus:ſed italicus ſanguis fluet.
Et eorū qui ſiqua repentina vis ingruat:aut ſiqua
barbaries quod interdum : ſed nunq̄ꝫ gratis auſa
eſt.fines noſtros irrumpat:primi uobiſcum arma
pro cōmunium fortunarum defenſione ſuſcipient:
qui ſimul pectora ſua morti atqꝫ hoſtilibꝰ teliſ obij
cient:qui ⁊ ueſtris tegentur: ⁊ uos clipeis ⁊ corpo
ribus ſuis tegent:qui profugos hoſtes claſſibꝰ pro
ſequentur:pariter viuent:pariter morient : pariter
pugnabunt:pariter triumphabūt.Tales igit hos
viros propter leuis forſitan iracundie ſtimulos in
uadere: ⁊ q̄ꝫq̄ꝫ īpune poſſis euertere:quid delecta
tionis habeat nō intelligo.Norūt fortaſſe melius
īcenſi quorundam animi:qui ſupplicio amicorum
⁊ vindicta quarūlibet offenſarum : more femineo
delectantur:profecto nec utile nec honeſtum:deni
qꝫ nec humanū eſt.Satius eſt obliuiſci iniuriā q̄ꝫ
ulciſci. ⁊ inimicum placare q̄ꝫ perdere.illum preci
pue cuius ⁊ merita preceſſerunt ⁊ ſi in gratiam re
dierit ſequi poſſunt.Nempe ſi utrobiqꝫ par labor
eſſet:tamen manſuetudo hominū eſt.feraruꝫ rabi-
es.eaqꝫ nō omnium ſed ignobiliuꝫ ⁊ quas ſiniſtra
nāe manus attigit.Si igit inter ꝯſulares tuos q̄s
plurimos grauiſſimoſqꝫ nō dubito:mea uox audi-
tur.non modo uenientem nō repelles pacem.ſed
ultro illi obuiam ibis. ⁊ auidiſſime cōplexus iuen
tam:ut apud uos eternam maneat curabis.qd̓ fa-
cilius aſſequeris:ſi quicquid erit:ſobriam ueneran-
damqꝫ canitiem in conſilij parteꝫ uoces.Illos au
di:qui ⁊ fortune ludos noſce: ⁊ amare rēpublicaꝫ
didicerunt.Hijs enim dulcedo pacis eſt gratior:
qui cōtrarij amaritudinē preguſtarūt.Ceteri ergo
tanq̄ꝫ pacis hoſtes a limine arceantur.Neqꝫ enim
tamen illos admitto quibꝰ nulla ſunt ſenectutis in
ſignia:preter rugas canos ⁊ caluitium ⁊ in curuū
tergum:naſiqꝫ madentis infantiam. ⁊ cū uoce tre-
mētia mēbra.ut Satyricꝰ ait.Suas ſibi aut equi-
dem inuidioſas dotes habeant.Nos enim nō pu-
tres querimꝰ ſed maturos.Neqꝫ rurſus illos ex-
clude ſiq ſunt:qui florētibus annis ai p̄occupaue-
rūt ſenectutē.Neqꝫ qd̓ in te miror in alijs ſperno.
Sicubi precor indoles affulſerit.Non ſum neſci-
us:q̄ꝫtuꝫ africanus meus adoleſcēs:afflicte reipu
blice:non manu ſolum ſed cōſilio ꝓfuerit.Aut dū
ſecretum ſenatus celat papyrius pretextatus:quo
nam ioco matrē deluſerit.quid pedagogo ſuo por
tiꝰ cato?qd ſeni anxio puer ſuaſit alcibiadeſ?Sed
mihi crede.perraruꝫ genus hominū:quibꝰ tenera
etate contingat ſape.Ubi ſane tale aliquid: ⁊ pre-
greſſum aīos adoleſcentem videris.Nec enim iſi-
cior fieri poſſe.ſenuꝫ choris aſcribito.Tu qui ⁊ cō
ſilij prima uox ⁊ rerū caput eſſe meruiſti.hoc ſem-
per tecū cogita:primas ad te p̄tes uel glorie uel in
famie pertinere.Ideoqꝫ ſopitis omnibus ſolus vi
gila.Neqꝫ eniꝫ quod illuſtribꝰ viris placet:par im
peratoris ⁊ militis labor eſt.Promptior ad actuꝫ
uenit:quē maior premij pars impellit.Et q̄ꝫq̄ꝫ mul
te ⁊ uarie ſint premioruꝫ ſpecies:ad quas pro ua
rietate effectuuꝫ nō vniformiter inclinamur:haud
dubium tamen.quia nobilibus animis poſt virtu
tem:ſummum calcar eſt gl'ia.Hinc igit excitatum
animum curis optimis exerce.Sunt aūt optime

cure de ſalute patrie:ut ait cicero.His igit tibi nūc
in celum iter facturus aſſurge.teqꝫ ſupra teipſum
erige.vide.circūſpice.contēplare omnia. ⁊ felices
bellorum exitus cum infelicibus confer: ⁊ damna
cum cōmodis ⁊ gaudiuꝫ cum merore.Et qm̄ ut di
xi in cauſa pacis aptiſſimus teſtis eſt hannibal:di-
ligenter caue:ne ut ait ille:tot annoꝝ felicitateꝫ in
vnius hore dederis diſcrimen.Quantis enim pu
tas laboribus hec collecta potentia eſt.q̄ꝫtis gra-
dibus ad hoc fortune faſtigium eſt aſcenſum?Per
uetuſta ſi neſcis gentis tue fama eſt.qd̓ pleriqꝫ nō
putāt.multiſqꝫ aūt urbem cōditam ſeculis:nō ue-
netoꝝ modo:ſed qd̓ magis mirabere:ueneti ēt du
cis clarum nomen inuenio.Qd̓ diligētius aduer-
tenduꝫ eſt:ne virtutē caſibꝰ: ⁊ tot annoꝝ ꝯſilio par
tum decꝰ:fortune uaſtaturos ſubdas imperio.Et
qm̄ ut ſapientibꝰ viſū eſt.nullo maiori q̄ꝫ fame pre
cio virtus cōſtat.optime ⁊ e republica te facturuꝫ
noueris:ſi ubi res exigat:iactura etiā proprie lau-
dis bonū publicū redemeris.frementiqꝫ turbe:tu
ta magis q̄ꝫ ſpecioſa conſilia: ⁊ profutura potiꝰ q̄ꝫ
placitura p̄bueris.Qd̓ enim eidem duci accidit:
⁊ cumulatior gloria: ⁊ cū admiratione oium amor
te publicuſ ſequet.Que ſi ēt ſpes abeſſet.ſentis tn̄
gd ꝓ tuti.gd glorie debeamꝰ.tantūqꝫ inter eas q̄ꝫ-
tum inter ſolidū corpus ⁊ inanē vmbram intereſſe:
⁊ p̄te ip̄m noueras: ⁊ a ph̄is accepiſti.Quāto aūt
cū dolore:ne gd oino tibi ſubtraham:audiuiſſe me
putas:recens uobis cū aragonum rege fedus ini-
tum?Ergo ne ab italis ad italos euertendos:bar-
barorum regum poſcunt auxilia?vnde infelix opē
ſperet italia.ſi parum eſt ꝙ certatim a filijs mater
colēda diſcerpitur.niſi ad publicū patricidiuꝫ alie
nigene concitentur?Dicet aliqs.idem mali genus
prius ab hoſte temptatum.Jam dixi. ⁊ ſi vnū allo
quor utrūqꝫ redarguo.Quāto dignius fuerat ira-
rum deterſa rubigine:a qua nō ullius amicitie ſin-
ceritas:non fraternus amor:non ſuprema demum
parētis ac natoꝝ pietas prorſus imunis eſt:Uene
tos cū ianuenſibꝰ vnum fieri:q̄ꝫ formoſum corpus
italie lacerari?uobis occidētaliū illis ut audio de-
xtras oriētalium tyrannoꝝ in partē furoris iplorā
tibus?O ferales ⁊ ſupuacuas cautelas.o maliuo
lentie genꝰ ultimum:qd̓ manu ꝓpria nō poſſis:ad
id circūſpicere qd̓ irrites. ⁊ argumētum odij pre-
bente vicinia:vicinos ſcelerum ſubrogare.At qui
multarum hinc iniuriarum fluxere primordia.dū
indigno ⁊ neſcio vnde ꝓdeunte:faſtidio noſtraruꝫ
rerum:in admirationes rapimur externarum. ⁊ iā
pridem conſuetudine peſtifera:italicā fidem:bar-
barice perfidie poſt habemus.Inſani qui in uenali
bus animis fidem querimꝰ:quā in proprijs fratri-
bus deſperamus.Quo effectū eſt.ut iure optimo
in has calamitates inciderimus:quas ſero iam ⁊
inefficaciter lamentamur.Poſtq̄ꝫ alpes ⁊ maria:
quibus nos menibus natura uallauerat: ⁊ interie
ctas obſerataſqꝫ diuino munere clauſtrorum ual-
uas:liuoris auaritie ſuperbieqꝫ clauibus aperien
das duximꝰ cimbris:hūnis:panonis:gallis:theu-
tonis:hiſpanis.Quotiēs illud paſtoriuꝫ maronis
flendo cecinimus.Barbarus hec tam culta noua-
lia miles habebit.Barbarus has ſegetes,en quo
diſcordia ciues perduxit miſeros.Sed ut ad rem
redeam.quid uos deliberaturi ſitis ignoro.Illud
ſcio.ꝙ in emulatione olim pari:ſed cōditione lon-

ge impari : dum euertendi infeſtiſſimam athena-
rum urbem : lacedemonijs oblata eſſet occaſio:
nec de potentia iam ſed de uoluntate ſola ſupereēt
queſtio:e duobus grecie luminibus eruturos ſe al
terū negauerunt. Preclariſſimuʒ ſane reſponſum:
⁊ priſca illa ſpartanorum digniſſimuʒ diſciplina.
Quod ſi ex ore illorum ſonuit:quos victoriarum
principandiqꝫ libidinis notat Plato.quid uobis
mitiſſimis ac modeſtiſſimis viris viſū iri arbitror?
Certe ego qui in tantis motibꝰ nō moueri nequeo:
ut diuerſis affectibus amore.metu.ſpe:vnum pe-
ctus urgentibus : ſecumqꝫ certantibus pace ani-
mi careo:iuſta me reprehenſione curaturum credi
di:ſi cum hij ſiluas in claſſem traherent : hij gladi
os acuerent ac ſagittas:illi muros ac naualia con
numerent : quod vnum mihi telorum genus erat:
ad calamum confugiſſem:non belli auctor ſed ſua
ſor pacis. Finem facere iādudum.cogito.nō igna-
rus quanto uerborum freno ubi deceat cum ſupe
rioribus colloquentem.ſed nullus eſt amore ſupe
rior. Ille te coget ad ueniam qui ad multiloquium
me cogit. Hoc vnum in finem corā duorum popu
loruʒ ducibus affuſus ⁊ lachrymoſus obſecro. In
feſta manibus arma proijcite date dextras.miſce
te oſcula.animos animis : ſignis ſigna coniungi-
te. Sic nauigantibus oceanus ⁊ euxinij maris
oſtia patebunt.nulluſqꝫ regum aut populoruʒ niſi
uenerabundus occurret. Sic uos indus:ſic britā
nus ethiopſqꝫ permetuet. Sic thoprobanē:ſic for
tunatas inſulas:fumoſamqꝫ ſed incognitaʒ tylem:
⁊ omnem auſtralem atqꝫ hyperboream plagam:ſe
curus ueſter nauta tranſiliet. Modo inuicem tuti
ſitis.nil aliunde trepidanduʒ eſt. Uale ducuʒ ac vi
rorum optime. Pataui.xv.kal'. aprilis.1351.
Franciſcus petracus ueſter: ⁊ ueſtre reipublice de
uotus.

❡ Reſponſio domini ducis predicti ad ultraſcriptā
epiſtolam. II.

p Romiſſam diuqꝫ optatam epiſtolā de ma
nu latoris libenter accepimus:quam degu
ſtare tm̄ ſed ⁊ poſtea legere proponebamꝰ
ex commodo:ni ſtili ſublimitas procedere lōgius
ſuaſiſſet. Qui q̃ diſertus fuerit:ex hoc ꝙ tāta dul
cedine nos traxit: ⁊ tenuit.ut illam ſine dilatione
non tantum delectati ſed gauiſi legerimus:indica
tur. Mirabamur in ea vires animi precellentis:al
ti profunditatem ingenij: ⁊ redolentis facundie le
nimentum. ⁊ dum hec concurrere cernimꝰ:vix cre
dere poſſumus:ut compoſitio tam virilis ⁊ ſancta:
niſi e pectore ſacro defluerit. Decuit namqꝫ virum
ſincerum:qui reliquit forum ⁊ curiaʒ:ut in amplio
ra preſenti uentureqꝫ profecturus etati ſecederet:
pacis exordiri dictamina: ⁊ eloquentiam a celeſti
numine preſtitam. Magna eſt enim admiratio co
pioſe ſapienterqꝫ dicentis. ⁊ difficile dictu:quāto
pere cōciliet animos comitas affabilitaſqꝫ ſermo
nis:in ſalutē proximi exēplo Ciceronis ꝯuertere.
Nouimus equidem nec poſſumus diffiteri vir op
time:q̃ ſi ſuauis ⁊ dulcis trāquillitatis amenitas.
⁊ quo ad nos attinet humane īfirmitatis memini
mus. ⁊ vim fortune:ac omnia quecūqꝫ peragimꝰ:
ſubiecta mille caſibꝰ eſſe ſcimꝰ. Sed ſi philoſophi
ca ⁊ quod preponi debuit diuina dirimantur con-
ſilia:proſecutio iuſti belli quod gerimꝰ laudari q̃
reprehendi potius: ⁊ ſi ulla vis rationis exiſtit:ſeu
quod mage credēduʒ eſt:deo noſtro queuis cura
mortaliuʒ:exitus ſperari felices merito debuerūt.
Quid eni infelicius eſt felicitate peccātiū? Quid
amentius q̃ pati diu patientiaʒ virtutem inſignē:
nō modo virtuoſos ſed vitioſos: ⁊ aduerſus peni
tus effectus producere? Sane maleficos viuere:
ſeu impunitam laxare perfidiam:diuinis ⁊ huma
nis inſtitutis prohiberi didicimus. Secus impe-
rante malitia:nedū premijs iuſtus carebit:ſed ſub
iectis pedibus calcaretur iniuſtis. Cauſe noſtre iu
ſtitiam : ⁊ quantis obprobrijs ac demum acerbis
laceſcitos iniurijs:improba Iani nequitia inuitos
nos ⁊ renitentes ad querelam excuſſerit ſuperua
cuum explicare credidimus. Cum ſatis vulgatum
⁊ notum minime dubitamus. Teſtis eſt deus:qui
⁊ ſecundos dedit ⁊ dabit euentus:ꝙ eos fraterna
⁊ ſincera dulcedine non tamen mutua relatione cō
fouimꝰ. Ut enim pretereuntes antiqua:noua ſecte
mur.libertatem precioſiſſimum boni genus nobis
molliuntur eripere. ⁊ duʒ licita prohibent cogunt
ad arma.ut merito ceſarianum illud occurrat. Ar-
ma tenēti omnia dat qui iuſta negat. Fratres ergo
an domeſticos hoſtes iſtos uocemus:quoruʒ nul
la peſtis magis efficax ad nocendum? Fuit virtus
hec in romana republica.nec redarguendi ſunt taʒ
uenerabilis imitatores exempli.ut viri fortes vici
num pernitioſumqꝫ hoſtem:acrioribus ſupplicijs
q̃ remotum ⁊ acerbiſſimum cohercerent. Quam
diu patientia noſtra abuſi ſunt? q̃ diu nos furor eo
rum eluſit? Nullum ad finē ſeſe effrenata iactauit
audacia. O utinaʒ famam italicā quā ꝑeuntē ſepi
us deploraſſe videmini:noſtris tm̄ tēporibꝰ inqui
naſſent. Sed uetus eſt querela. q̃ obtenebratum
ſit eoꝝ aſtutijs regine quaʒ dicitis diadema. Ma
re ſibi reddiderunt infeſtum.terrarum orbem exo
ſum. ⁊ inimicas ſingulas nationes. De quorū mo
ribus breuem ſummaʒ accipio.qđ conuenire neqt
cum alijs qui minime cū ſeipſo. Negetur forte ue
ra ſint que ſupra deſcribimus:conuincemus ſi ne-
gari contigerint. Quo cognito.neminē extimamꝰ
tam improbum:tam perditū:tamqꝫ mentis exper
tem:qui non iure per nos factum eſſe fateaẽ. Plu-
ra dicenda forent.ſed omittimꝰ ut finē claudamus
epiſtole. Bellum ita ſuſcepimus : ut nihil aliud q̃
pacem honorabilem patrie:que vita noſtra nobis
eſt carior : querere videamur. ⁊ quemadmodum
ſuperbe ac violēter nos agere ſi ſpernemur:placa-
tū cedentēqꝫ hoſtē.ſic nunc cū prope ꝯfractuʒ reſi
ſtentem:ac tergiuerſantem traxerimus:nulla uere
cundia ſumus obſtricti:ſi bella hos contra permit
timus:qui pacem pati minime potuerunt. Uale vi
roruʒ peroptime.tibiqꝫ perſuade nobis eſſe chariſ
ſimū:ſed multo fore chariorē:ſi nos ſepius recrea
re curaueris ſimilibus monimentis. Uenetꝫ.22.
Maij.1351.

❡ Alia epiſtola dicti domini Franciſci ad dominuʒ
ducem ſupradictuʒ:ſuper eadē materia. III.

n Il audies noui.nil inſolituʒ legeſ:ſed ea tā
tūmodo recognoſces:quibꝰ iaʒ ſepe aures
tuas oculoſqꝫ laſſaui. Meminiſti enim cre
do clariſſime ducum:ante hoc ferme triennium cū
iam duos preſtantiſſimos populos arma terrifica
mars funeſtus induceret:prius tamen q̃ mare ce
ruleum ſanguine rubuiſſet:non mihi ſed italie me
tuens:in qua fateor mea quoqꝫ temporalis ſalus

includitur: ꝗ longam ⁊ quanti amoris quanteqꝫ
ſollicitudinis atqꝫ foꝛmidinis plenam epiſtolā ad
te miſi. Cuius ⁊ ſi foꝛte non meminiſſes. Neqꝫ eni
illam tanti facio: ut tali memoria digna ſit: at ſaltē
elegantiſſime grauiſſimeqꝫ tue reſponſionis: obli-
tus eſſe non potes. Cum ꝟo iam bis acie decerta
tum. iam belleſpontiacum equoꝛ atqꝫ tyrrenū: ge-
minis cladibus noſtris infectum. ⁊ iam ſimillimū
ueri eſſet irarum flammas longo cruoris imbꝛe
lenteſcere. ab hoc nuper italorum maximo: fidelis
heu ſed iefficax tractatoꝛ pacis ad te ciueſqꝫ tuos
miſſus: quibus nec dux uſqꝫ conſultioꝛ: nec gens
ulla tranquillioꝛ: quāta preſens in conſilio cui pꝛe
ſides: quanta tecum ſolus in thalamo uerba feci:
puto pꝛopter vicinitatem adhuc ut ita dixerim in
auribus tuis ſonet. Ne quicqꝫ tamen. Nam ⁊ pꝛo
cerum tuorum: ⁊ quod mirum immodum ſtupeo:
pectus etiam tuuꝫ ſalubꝛibus monitis pꝛecibuſqꝫ
iuſtiſſimis belli feruoꝛ atqꝫ armorum fragoꝛ ob-
ſtruxerant. reliquieqꝫ ueterum irarum: ⁊ recentis
memoria tumoꝛqꝫ victorie. Minimum nouum id
quidem. Iracundia enim eſt ut ait Cicero inimica
conſilio. victoria autem natura inſolens ⁊ ſuperba
eſt. Acceſſerat ab aquilone quedam nouarum re-
rum aura pertenuis: que licet aduerſus id quod in
tendebant flaret: perfeceritqꝫ quod timui. pace ſit
dictum tua: tantam tamen grauitatem auertere. ac
ſaniora diſſipare conſilia non debebas. Quouſqꝫ
enim miſeri iniugules patrie ⁊ in publicaꝫ necem:
barbarica circunſpiciemus auxilia? Quouſqꝫ qui
nos ſtrangulent pꝛecio conducemus? Dicam cla-
ra uoce quod ſentio. Inter omnes moꝛtalium er-
rores quoruꝫ nullus eſt numerus: nihil inſanius:
ꝗ quod tanta diligentia tantoqꝫ diſpendio: italici
homines italicos cōducimus uaſtatores. Que ta
men o pietas? o implacabilis doloꝛ? Qualis inter
amantium ⁊ colentium manus eſſet: cum tot iam
ſeculis inter uaſtantium feras manus: multum ad
huc cunctis terre regionibus antecellat? Quid
in uerbis moroꝛ: pꝛeſertim cum tibi notiſſima ſint
que loquoꝛ? Senſi ego tunc meſtus inſidias foꝛtu
ne ⁊ quam doctioribus nihil eſſe credideram: non
modo aliquid eſſe didici: ſed in omni re dominari
cum ſaluſtio: ⁊ humanarum cum Cicerone rerum
dominam: ⁊ omnipotentem atqꝫ ineluctabilem co
actus cum virgilio confiteri. Itaqꝫ multis hincin-
de uerbis perditis: ꝗ ſpei plenus ad te ueneram:
tam meroris pudoriſqꝫ pauoris plenus abſceſſi?
Soꝛtem enim publicum lugebam. pudebatqꝫ me
mei ꝙ tanto impar negocio delectatus: nec tamen
ꝑclare legationis vna pars: ſed dignatione mittē-
tis: ꝗuis idipſum ſibi obnoxius excuſaſſem. pꝛin-
ceps etiam ad loquendum: ⁊ foꝛtiſſimis illis atqꝫ
doctiſſimis viris antepoſitus: qui me longe virtu
tibus anteibant: fructum ꝟo rei optime ſed inſuffi
cientie mee debitum repoꝛtarē. tametſi quod mi-
hi defuerat militariter: facundiſſimus ille collega:
niſi me amoꝛ viri fallit: impleſſet diſceptatione no
uiſſima. Sed aperire aures obſeratas: ⁊ obſtina-
tos animos mouere: non noſtri neſcio an ciceronia
ni eſſe eloquij. Magna quippe facundia eſt uel po
tius nulla que cogat inuitos. Quod ipe ꝑmetuēs:
in ipſo quidem ſollicite orationis initio: Ciceronia
no etiam uſus uerboꝛ eſſe opus animo non repu-
gnante teſtatus ſum. tam fruſtra tamen ut reliqua.

Metuebam ſane quod nūc video. ne ueſtra illa du
rities belli maximi materia: ⁊ immēſi diſcriminis
cauſa foret. Que ſi tam tibi ceteriſqꝫ pꝛincibus re
rum publicaꝝ ꝗ mihi homini penitus ocioſo ac ſo
litario diſplicerent: felix italia: iure ſuo cunctiſ nūc
ēt pꝛouincijs imperaret: que pꝛope iam ſerua eſt.
uerum quia magnus amoꝛ multuꝫ mihi pꝛebet au
dacie. ⁊ quia dulcis ſpei reliquiaſ inuitus abijcio:
iterum atqꝫ iterum retemptabo omnia. teqꝫ de tā
longinquo ducum pꝛudentiſſime cōteſtaboꝛ. ſi ab
ſens foꝛte felicioꝛ ꝗ pꝛeſens: calamoqꝫ potentioꝛ
ſim ꝗ lingua: aut ſi ſecunda pꝛimā vincat epiſtola
Noſti equidem vir optime: e cunctis rebuſ moꝛta
lium nouiſſime ſpem deponi: nec niſi cum vita ex-
tremoqꝫ alitu. ꝗuis ne tum quoqꝫ deponitur. qn
potius ad meliora conuertitur. ſed de moꝛtalium
rebus loquoꝛ. Hoc igit̄ modo me refouet. In hac
vna publicis malis feſſus ⁊ magnis foꝛtune miniſ
exterritus conquieſco. viuere deſinaꝫ ſi ſperare de
ſiero. Quid autem ſpereꝫ ſi me roges? Spero qđ
cupio ſanam mentem: conſiliumqꝫ maturius: ⁊ ſi
non foꝛſan a ratione at ſaltem ab experientia pꝛofe
cturum. Noſti expertus quid pax: quid bellum ſe
cum ferat. vidiſti faciem utranqꝫ foꝛtune. victi fui-
ſtis ⁊ viciſtis. ꝗuis ut eſt mens hominū indomita
vincendiqꝫ pꝛecupida: pꝛimum foꝛte negaueris.
Non cōtendo. ut viceritis ſemper computa. Que
ſo quid tibi: quid reipublice victorijs acceſſerit?
Minus pꝛofecto auri: minuſ eſt ſanguinis: ⁊ quod
peſſimum eſt: plus ſcelerum ac malorum. Que ſi
victoribus acciduňt: quid ſperare debent victi. In-
cipe iam pꝛecoꝛ in hanc rem oculos aperire: quos
vigilantiſſimos ac linceos habeſ in ceteris. Si dā
ni ꝗ lucri plus: ſi plus mali ꝗ boni: plus flagitij
ꝗ virtutis: immo equidem ſi virtutis ſi boni ſi lu-
cri nihil in bello eſt: ſi contrariorum infinita conge
ries: deſine oro iam tandem. ⁊ tibi etiā cui ex par
te troianus eſt ſanguis: ab illo duce dardanio di-
ctuꝫ puta. Pꝛoijce tela manu: ſanguis meus. Nō
patiaris ut duce te: uenetorum ac ligurum poten-
tiſſima ſigna concurrant. Iam enim ut vides ſuis
in finibus non ſtat belluꝫ. Nempe contagioſa res
eſt: ⁊ que facile ſerpat in pꝛoximos. atqꝫ ita ſenſim
uel longinqua complectitur. multa quoqꝫ que pꝛi
mum imunia videbantur: toꝛrentis in modū odio
rum atqꝫ diſcriminum alluuione permiſcens. Pu
tabas tibi cum ianuenſibus rem eſſe. quod ipſum
flebile nimis ac miſerum erat. Ecce iam cum tota
liguria bellum geris. ⁊ quod inter hec mala nō ul
timum poſuerim: ab hoc etiaꝫ tali viro tanteqꝫ pa
cis amatore diſſentis. cuiꝰ neſcio an virtus an foꝛ
tuna mirabilioꝛ ſit: an animus maioꝛ an humani-
tas. Solet autem excellentibus viris eſſe familia-
ritas quedam ⁊ beniuolentie affectus: licet inco
gnitis: conglutinante pares animos natura. Si-
militudo eniꝫ amicitiaſ parit. cōis alit utilitas. At
qui ambo nos iuſti: ambo pꝛudentes: ambo ma
gnanimi. que nam cauſa diſcoꝛdie? Pax utilis eſt
ambobus. immo cūctis neceſſaria: niſi illis qui ra
pto viuunt: ⁊ exiguum cenſum multo mercantur
ſanguine: immane genus hominum: ſi tamē homi
nes ſunt: quibus humani nihil eſt pꝛeter effigiem.
Hij ſunt qui infami ſtipendio calamitoſam ⁊ miſe
ram vitam trahunt. Iure itaqꝫ pacem: ⁊ in pace fa
mem metuunt. bellum amāt. ⁊ lupi uelut ac vultu-

res ſtrage hominum ac cadaueribus delectantur.
Hijs ne tu beluis morem geres? Eque carnem ⁊
ceſorum exuuias eſuriunt:eque ſanguinem ſitiunt
atqꝫ aurum. Noli queſo noli committere:ut florē-
tiſſimam tue creditam cuſtodie rempublicam:atqꝫ
omnem hanc que inter appenninum ⁊ alpes inter
iacet opulētiſſimam atqꝫ pulcherrimam italie par
tem:externorum ac fameſcentium predam facias
luporum a quibus nos bene:quod in ore ſemper
habeo ipſarum iugis alpium ſolers natura ſecreue
rat. De nullo queri poſſumus:noſtra illis impatien
tia viam fecit.dum leuia quelibet in noſtros ulci-
ſcimur:paſſi ſumus ut alienigene noſtris impune
paſcantur:ſaginenturqꝫ viſceribus. Ha q̄꜡to meli
us inedia conſumentur ⁊ rabie.quod facient ſta-
tim ut gregis italici paſtores reſipiſcere ceperint.
Paſtorum prouidentia mors luporum eſt. Id ſa-
ne ante alios facere ⁊ feciſſe iam ſpero. Niſi enim
falſum fama loquitur. ⁊ niſi fallor augurio:ſtoma
chari incipis.iam ſtipendiarij militis inſolentiam
auaritiamqꝫ faſtidis. Quid expectas igitur? Ad
cor redi. ⁊ ſi externi diſplicent tuos ama. Siquid
autē forte in animo rubiginis:ſiquid odij eſt:amo
re patrie ⁊ malorum communium miſeratione de
terge. Nec tibi perſuadeas:pereunte italia Ue-
netiam ſaluam fore.pars illius eſt enim:⁊ natura
partis ea eſt:ut ſequatur ſui totius uel ſubſiſtenti-
am uel ruinam. Hoc tecum ſepe recogitans noli
dux optime rerum ſummam in extremum adduce
re.ubi ⁊ vinci miſerum eſt ⁊ vincere ſceleratum.
eoqꝫ ipſo miſerius eſt:q̄꜡ vinci meli⁹ in noſtros ho
ſtes:quibus utinam careremus:q̄꜡ in noſmetipſos
hec tela uerterentur. Melius hee diuitie uel neceſ
ſariorum preſidia bellorum uel pacis fuerint orna
menta:q̄꜡ uoluntarie inſtrumenta ſeuitie. Quantū
potes accelera.quoniam preteritis ſuccurrere non
licet.inſtantibus ſaltem malis occurrere nec expe
ctes. Dum tota hec impendens belli nubes in no-
ſtrum caput detonuerit:⁊ ſanguine proprio italia
omnis inundauerit:quo iam gemitui non iam cō-
ſilio locus erit. Expergiſcere tuoſqꝫ ciues excita:
⁊ publicum illis oſtende periculum. Hoc fac pri-
us q̄꜡ cuncta depereant.priuſq̄꜡ italia uel deſertuꝫ
uel barbaries fiat. Caue ne cum natura te mitē pa
cificumqꝫ genuerit:populumqꝫ tuum omnem ⁊ in
immenſum aucta felicitas:non bellorum ſed pacis
⁊ iuſtitie fundamentis inititur:de illoruꝫ grege vi
deamini qui ut ait pſalmiſta. Cogitauerunt iniqui
tates in corde:tota die conſtituebant prelia.ne for
te eiuſdem imprecatio in uos cadat. Diſſipa gen-
tes que bella uolunt. Nihil enim ut arbitror odio-
ſius deo eſt:q̄꜡ curare ⁊ niti:ut cum ille te aliqua
ſingularis dote virtutis ornauerit:tua ſponte ⁊ uo
luptate quadam effera malus fias. Quamobrem
etiam atqꝫ etiam hic inſiſto calamo. Sequere non
vulgi furorem ſed naturam tuam:dexteram ſemꝑ
in ꝑtem.⁊ ad optima quelibet te uocantē. Et ſi vul
garibus auris eo forte prolapſus es quo non opor
tuit:retrahe nunc etiam pedem ab incepto pre-
cipiti:dum licet.dum nondum ſignis ſigna colla-
ta ſunt:dum tonat adhuc nedum fulminat mars
horrendus:dum inter amaras ⁊ horribiles bel-
li minas:audiri poteſt dulciſſimum pacis nomen.
Deniqꝫ dum ſpes vna tam multis nondum cōſum
pta terroribus:viua uelut magnis in tenebris lux
apparet irreditura forte ſi ſpernitur. Arripe illam
dum ſe exhibet:dū dicaris italice pacis auctor no
menqꝫ tuum multis ⁊ magnis rebus cum hac pre
cipue glorioſum mittas ad poſteros. Nil tibi ſua-
deo niſi quod tuum eſt:rationem ſequi non impe-
tum.cauere ne omnia in precipitium tecuꝫ trahas.
Cum enim id turpe omnibus:tum tibi turpiſſimū
⁊ penitus alienum eſt. Nam quid hee littere pro-
fuerint.quid ſtudia hec artium honeſtarum:quib⁹
te pre cunctis etatis noſtre ducibus abundantiſſi-
mum fama predicat:nec mentitur:ſi cum meliora
prouideris:deteriora ſecteris. Abſit hoc ab animo
tuo ſcelus. ⁊ ut iam loquacioris q̄꜡ putabam ep̄le
modus ſit.oro.precor.obſecro.obteſtor atqꝫ adiu-
ro te per virtutis amorem ac ſtudium:quo nulli ce
dis.per patrie charitateꝫ qua cunctos exſuperas.
poſtremo per quinqꝫ chriſti vulnera quibus ſacra
tiſſimus ⁊ innocentiſſimus ſanguis fluxit:quo re-
dempti ſumus.ſi bene:ſi pie:ſi fideliter locutū pu
tas:mihi aures animūqꝫ non neges. Et ſi conſiliū
placet non contemnas auctorem. Alioquin omnia
vidēs deus chriſtus:⁊ preſens in omne euum epi
ſtola teſtes ſint:ut a Plutarco philoſopho aliquid
ſumam:tuqꝫ ſis hodie traianus meus:ꝙ in per-
niciem italie:non modo non pergis auctore Fran
ciſco:ſed pro viribus reluctante.teqꝫ quādo aliqd
nequit:alto ſuſpirio ⁊ magnis animi gemitibus re
uocante. Uale.v.kal. Junij.1354.

Ille tuus ſeipſum ſiquid eſt.

Reſpōſio domini ducis ad premiſſaꝫ ep̄laꝫ.IIII.

a Mice. dum ſingulare deſiderium nos te-
neret:ſerie pollicite pridem nobis epiſtole
cauſas noſce:quibus ſumme virtutis ⁊ cō
ſtantie viro:cui os ⁊ ſapientiam dedit deus:ut ali
os neduꝫ lingua doceret:ſed confirmaret ⁊ opere:
frequens locoruꝫ mutatio aduerſa quippe ſtudijs
contigiſſet.alterius tenoris epiſtolam noſtre quie
tis ⁊ pacis utiqꝫ ſuaſiuam:nō minus libentes ex-
cepimus. In qua ⁊ ſi tue mentis fidelem affectuꝫ
multorum dictis prudentium ornaueris.quod ta-
men breue a nobis reſpōſuꝫ accipias:huius quod
viget fratris potiuſq̄꜡ uerbis inſiſtere:tēporis con
ditio nos excuſet. Ad explicandam enim cum Ja-
nuenſibus cauſe noſtre iuſtitiam:non nimis inni-
titur:q̄꜡ ipſa ex ſe ueritas ſatis nota:⁊ proſperorū
ſucceſſuū celitus nobis accumulata felicitas:abū
dantius ſunt profeſſe. Et q̄꜡uis in helleſponto nos
ſemel victos eſſe deſcripſeris:ꝙ in facto ſic errauе
ris ut de loco:quem prepontum noſtri nominaue-
re maiores:uenia dāda eſt. Sepe namqꝫ ipſos eti
am prudentiſſimos factum fallit.ut autem in ſtatū
rerum preſentium:vnde digreſſa eſt:noſtra reuer-
tatur oratio:pacem deo teſte:teſteqꝫ mūdo cordia
liter optauimus ⁊ optamus:precipue cum quibus
⁊ lōga familiaritas ⁊ uetuſta ſinceritas nobis fu-
it. Que profecto ſi turbata non eſſet:iam ultro ue-
niens ⁊ nobis ſponte ſe offerens:nedum italie ſed
orbis totius multa iocūditate vigeret.eo maxime
ꝙ nec ad eam alius ante victoriam animus nobis
fuit.nec amplius q̄꜡ tunc a victis hoſtibus peteba
mus.memores quanta ſit gloria principis uti mā
ſuetudine poſt triumphum. Nec modica quidem
admiratione:mouemur:ꝙ animi repugnantis ad
pacem duritiem nobis impingis.cum mitis ⁊ ho
neſta reſponſio tibi ⁊ ſocijs tuis facta:⁊ ſubſecuta

legatio ſummo pontifici per nos miſſa:mentis no-
ſtre pꝛoteſtentur affectum:puritatem in nobis non
ſimulatam aſtutiam detegentes . pꝛopterea ꝙ tan
tos labores ſenſerimus:ut eruptā e manibus nr̄is
pacē recupare poſſimus:utqꝫ cuius graues erum-
nas ſepius deploraſti repellat . quam ſenſim in ſe
ſerpere ſentiebat florens italia ſeruitutem.gratifi-
care nō impꝛobare debueras: ⁊ libertatis amatoꝛ
⁊ pꝛedicatoꝛ eximius:uoto ſimili laborare nobiſ-
cū.nec refellere fructuoſa remedia que ſi bene me
minimus facundo iam eloquio ſuaſiſti. Scis eniꝫ
tuo Cicerone teſtante nullam moꝛteꝫ ſeruitute ma
iorem:nilqꝫ deteſtabilius eē dedecore uel fedius
ſeruitute. ⁊ cum ad decus ⁊ libertatem nati ſumꝰ:
aut tenenda ⁊ tuenda eſt:aut cum ipſa pariter mo
riendū.Si ergo bone rei operam exhibemuſ:pri
morum noſtrorum calamitatibus condolentes.
oppoꝛtunius viſum erat:ad execrandam alieni cul
pam demeriti : ⁊ noſtram quam optime noſti in-
nocentiam excuſandam:tuam in partem alteram:
ꝗ̃ ad nos quos pacificos ipſe fateris . ſumus et-
enim . epiſtolam ſe uertiſſe.ꝗ̃uis hec ⁊ alia ſcri-
pta tua: ⁊ peculiaris charitas que nobis cum vir-
tutibus tuis eſt : ⁊ ipſa tui animi pꝛompta ſinceri-
tas admixtaqꝫ grauitas : cum uenuſtate ſermo-
nis gratiſſima nobis reddant.Et cum oratio tua
in id quod intenditur fuerit ⁊ ſit apud nos ſatis
iam efficax . ad illos quorum in noſtros labores
ſic irrepſit cupiditas ſtilum uerte. ⁊ eorum crimi-
natis erroribꝰ:ipſos admonere ne dubites:ut qui
ſe tanti diſturbij reos eſſe cognoſcunt.quam chꝛi-
ſtus nobis pacem reliquit in terris pꝛepedire me-
rito uereantur. Ne ipſe qui iuſtus eſt: ⁊ cuius iudi
cium ſemper rectum:eos in ira coꝛripiat ⁊ arguat
in furorem . Quod quidem facilime aſſecuturum
te credimus ſi ſit vir ille talis : qualem cum laudi-
bus extuliſti.Si enim bonarum mentium eſt : ibi
etiam culpaꝫ agnoſcere ubi non eſt:quanto magis
ubi recens ⁊ notoria palam ſit ? Nos autem licet
uarientur plerumqꝫ ſm̄ uarietates temporum hu
mana conſilia idem quod hactenus fuimus nunc
ſumus. ⁊ eadem mente qua ſemper ad pacem diſ
poſiti.fama ⁊ honore noſtre patrie reſeruatis.pꝛo
qua nos ⁊ vniuerſaliter ciues noſtri:ſi ei pꝛofuturi
fuerimus:nedum argentum ⁊ aurum : ſed vitam
qua nihil eſt charius:exponere cūctis ꝑiculis pꝛō
pti ſumus. Uale facundiſſime vir. ⁊ ſuper pꝛius
queſita materia pꝛo recreatione noſtra uelis motꝰ
reſcribere mentis tue.

Uenetꝫ.daꝫ.13.Junij.1354.

¶ Epiſtola domini Franciſci petrarche miſſa ad flo-
rentinos. V.

IAm ſatis me vixiſſe arbitroꝛ optimi ciues.
⁊ illam ſapientis amici uoceꝫ audire vide-
oꝛ.Morere dū letus es . Neqꝫ enim es in
celum aſcenſurus. Pꝛeclariſſime.Quo enim inſa
tiabilis iſta cupiditas viuendi:virtute non annorū
numero metienda felicitas. ⁊ cuꝫ perueneris quo
tendebas:deſinendum eſt.Audebo quidem apud
uos familiarius gloriari.eoqꝫ fidentius ꝙ quātu-
lacunqꝫ uel eſſe uel fingi poteſt mea gloria : ingen-
tis glorie ueſtre perexigua quedam erit acceſſio.
Nunꝗ̃ opes aut potentiaꝫ optaui.ad quas ⁊ ſi nō
foꝛte pertingere:at ſaltē ſuſpirare permiſſum erat
ab annis teneris parua ducens:que multis maxi-
ma videbantur. Id vnde mihi quidē neſcio . Sed
me uera loqui teſtis eſt vita:teſtis oratio : teſtis eſt
animus meus.Huc omnes curas:omnes vigilias
meas uerti:ſiquo ſtudio datum eſſet:ut bonus fie
rem:aut bonorū beniuolentia non indignꝰ . Quo
rum pꝛimum nondum contigiſſe mihi doleo.Se-
cundum ꝟo ueſtro munere : ꝗ̃ cumulate ꝗ̃qꝫ ſu-
pꝛa ſpem ſucceſſerit:ſuauiſſimus litterarum ueſtra
ruꝫ tenoꝛ indicat.ex quibus fateoꝛ non minus me
ſtuporis percepiſſe ꝗ̃ gaudij. Gaudeo enim:atqꝫ
ut traianum pꝛincipeꝫ Plutarchus alloqtur: ⁊ vir
tuti ueſtre gratuloꝛ ⁊ foꝛtune mee.Sed ſupꝛa fidē
ſtupeo:etate hac quam omnis boni tam ſterilē pu
tabamus: ⁊ qꝺ miraculū coaceruat:in tot animis
tm̄ ppl'aris ut ſic dixerim ac publice liberalitatis
exiſtere.Ex quo intelligi poteſt:quanta in dato be
neficio ſit laus.ut ait Cicero . cum in accepto ſit tā
ta gloria. Quid enim queſo pꝛeclarius?quid ma-
ius uel pꝛecari pꝛeſens poteram uel optare:ꝗ̃ qꝺ
uos abſenti mihi nuper ac tacito viri illuſtres ⁊ ma
gnifici ꝯtuliſtis?Cuius vnꝗ̃ patrie:erga bene me
ritum ciuem tanta liberalitas?tanta dignatio?Ex
cutiatur antiquitas.pꝛoferantur hiſtorie. Reuoca
uit ab exilio Ciceronem ſuum Roma.reuocauit ⁊
Rutilium ⁊ Metellum:ſed ab eo exilio quod ipa
mandauerat.reuocauit ⁊ Camillum:ſed extreme
foꝛtune caſus admonita.Et ſicut horum omnium
iniuſta relegatio:ſic omniū iuſta:Camilli ꝟo neceſ-
ſaria ⁊ pꝛope violenta reuocatio. Reuocarunt alci
biadem athene:ſed conditione non abſimili: ⁊ ne-
ceſſitate publica pꝛope pari.Quo vnꝗ̃ plebiſcito:
quo ue ſenatuſconſulto:ſponte abſens ciuis:nullo
patrie periculo reuocatus eſt ? Uirgilio auguſtus
ceſar agrum reddidit.ſed quem ipſe pꝛeripuerat.
Cui vnꝗ̃ filio culpa patris ager perditus:publico
conſilio reſtitutus eſt ? Inaudita ſunt hec pietatis
⁊ liberalitatis indicia.Et cum fere raritatem clari
tas ſequatur:quanto exemplo lamentis ueſtre be-
niuolentie fulgoꝛ erit?Aduocoꝛ.ſed ꝗ̃uis oꝛo?ſed
a quibus?ꝗ̃ ualidis pꝛecibus?ꝗ̃ imperioſis blan
ditijs?quanta ſpe ager auitus de publico redem-
ptus reſtituitur?At quonaꝫ ſarculo cultus eloquē
tie?quibuſ ꝟborum floribus oꝛnatus?quibus lau
dibus mis frangas?Quanta noſtre virtutis meſ-
ſe letiſſimus?Cui vnꝗ̃ tam fertilis ⁊ tam felix frō
duit agellus?Adeo quippe natiuam ſoli duritiem
ueſtra vicit induſtria.ut nec afris ego iam:nec ſicu
lis frugibus inuideam. ⁊ campanum liberi cereriſ
qꝫ certamē:ex uberrima ac iocūdiſſima ruris mei
ſtatione deſpiciam:ꝗ̃libet regis opulentiam ani-
mo ſupergreſſus.Ita eniꝫ mihi contingat hunc tā
tuꝫ reipublice fauorem:qui nunc ueſtre liberalita-
tis eſt pꝛopꝛius:aliquādo ⁊ meriti mei eſſe.ut ego
multo pluris facio ueſtrum hoc de me tale iudici-
uꝫ ⁊ honorificentiſſimum illud eulogium muneri
ueſtro additum:quē non modo reſtitutum ſed ue
rius donatum agruꝫ:ſed quicquid inſuper ſeritur
uel arratˀ in circuitu.Qꝺ haud difficile me perſua
ſurum reoꝛ hijs qbus ulla rerum mearū fuerit ex
ꝯuerſatione notitia.Quid enim mihi pꝛeſtare po-
teſt hec infinita diuitiarum ſitis:atqꝫ anxia finiuꝫ
⁊ operoſa pꝛopagatio?Certe quo ulterius metam
fixero:longiuſqꝫ pꝛoceſſero.eo magis intelligā ꝗ̃
tum reſtet ⁊ clarius ne quicꝗ̃ laxati ruris anguſti
as:meqꝫ inopem recognoſcam. Et o ſuperuacuos

laboreſ:cū nihil auaritie ſufficiat.quanti eſt quod nature ſufficit:quantum quod ſepulchro? Regnorum finibus non contentos:breuis urna cōcludit. ſine qua tamen ⁊ bene viuere: ⁊ feliciter mori licet. Equidem glorioſiſſimi ciues: indulgentia ueſtra hec:ut uobis ſempiternam laudem:ſic mihi ſolatium non mediocre peperit:dulcem ac predilectam in ſedem reſtituto:in qua pater: auus ac proauus meus vir ut litterarꝫ inops:ſic prediues ingenij: in qua deniqꝫ maiores mei reliqui:non tam fumoſis imaginibus q̄ clara fide conſpicui: longa ſerie ſenuerunt. Ego autem: ſeu natura mihi conflante alas ſeu fortuna:uolare longius edidici. Nunc uobis auctoribus primeuis: mihi tandem nidus panditur:quo reuolare queam longis iam feſſus erroribus. Magna hec eſſe nō inficior.ſed illa per maxima:ꝙ donum publicum tanto mei nominis digno utinam preconio:tanta precum inſtantia:tāta uerborum ſuauitate conditum eſt.ut niſi ſim ſaxeus:eternum mihi hoc ueſtro beneficio ⁊ lumine ad gloriam: ⁊ calcar acceſſerit ad virtutem. Quibus rebus ſi impares grates agam:non mee mentis ingratitudo fuerit:ſed ueſtre munificentie magnitudo. Ago tamen quas poſſum.ſed ut ait Cicero:maiores habeo quibus exprimendis: ⁊ accuratiori ſtilo: ⁊ feliciori opus eſſet eloquio. Ita me ueſtris beneficijs obrutum ac circūcluſum ſentio: ut minus ſit omne quod dixero:q̄ quod dicē uoluiſſem. vnum hoc in finem non obmiſerim.ꝙ anno altero roma reducem: inter clariſſimos illos viros qui tum frena reipublice gubernabant: dixiſſe me recolo. Siquidē eouſqꝫ patrie mee me attollit humanitas.ut illud quondā pro ꝑuis tituli gaudio:imperatoris Auguſti reſponſum:cuꝫ lachrymis redditꝫ ſenatui:mihi nunc tantillus homuncio apud uos pro tantis rerum ac illorum honoribus uſurpare non uerear. Compos enim factuſ uotoꝝ meorum patres conſcripti:quid habeo aliud deum immortalem precari:q̄ ut hunc conſenſum ueſtrum ad ultimum vite finem mihi perferre liceat. Proinde quid animi habeam ad reditꝫ ſi deus fauerit: quantum ue mandatis ueſtris obtemperare cupiam.ne omnia ſcripto: ſed aliquid viuis legati ueſtri uocibus cōmittam:vir egregius Joannes boccatij:per quem litteras ⁊ monitus ueſtros ac iuſſa percepi:preſens peraget.qui ut hanc epiſtolam fida manu ad uos:ore diſertiſſimo perferret affectus meos.quem ue cum audieritis:illius ore me locutꝫ credite. Cupio uos florentiſſimi ſemper in republica ualere feliciter. Pataui.viij.idus ap̄lis.

¶ Epiſtola domini Franciſci ad Nicoloſium Bartholomei de luca ciuem ⁊ habitatorē Venetꝶ. VI.

a Micus noſter communis: quo nihil fidelius nihil poteſt eſſe ſincerius:ſepe admonuit:ut te meis litteris viſitarem. Excuſaui:nunc occupationum uariarꝫ turbam adeſſe dictitans:nunc ſcribendi deeſſe materiam. Nunc autem occaſionem nactus:omne mearū excuſationū dimouit obſtaculum:petens ut florentini ſenatꝰ litteras humanitatis eximie:nouo quodam ⁊ inſolito ⁊ inaudito genere honoris:publicꝫ erga me teſtantes affectum tibi mitterem. commoda ⁊ honores meos precordialiter gauiſuro. Digna res viſa eſt.in qua ſibi morem gererem. Mitto igitur ⁊ illorum exemplar epiſtole. ⁊ reſpōſi mei.ut intelligas

quanto adhuc eſſe in precio uera virtus ſi uſq̄ appareret.quando falſꝫ eius nomen non deſpicitur Vale. Franciſcus tuus. Pataui kal.maias.

¶ Alia epiſtola eiuſdem ad eundē Nicoloſiꝫ. VII.

t Uus hic ⁊ bonorum omniꝫ amicus:atqꝫ honeſtarum amicitiarum diligentiſſimus proſeneta:ſummo ſtudio inſtitit.ut tibi aliquid ſcriberem. Quod cum aliquandiu recuſarꝫ ignarus vnde inciperem:aut quibus uerbis hominē ſolius fame teſtimonio cognitū alloquerer.euicit tandem ut calamum arriperem: ſcripturus qcquid occurreret. Quod cum feciſſem:letus ⁊ uoti cōpos abſceſſit. Mihi aūt in ſilētio cogitanti:quonam artificio familiaris epiſtola de nihilo texeretur.mirantiqꝫ ⁊ mihi requirenti:quid mihi tecum rei eēt.que ue ſcribendi materia:nihil prius in animum uenit q̄ Ciceronis illa vulgata quidem ſed preclara ſententia.virtute nihil amabilius: nihil qꝫ quod magis alliciat.tantamqꝫ eius eſſe vim:ut eos quoqꝫ quos nunq̄ vidimus diligamꝰ. Itaqꝫ confeſtim uenit percuſſa ualido aquilone nubecula: ⁊ cunctatio ⁊ admiratio omnis euanuit. Jam latum ſcribendi campum video. iamqꝫ nihil miror: talem animo meo virum eſſe chariſſimum:q̄q̄ facies eius mihi hactenus quidꝫ ne viſa ſit. Si eni niſi quod oculis vidimus amare non poſſumꝰ:primus ⁊ maximus amandi gradus euertitur. Semetipſum nullus amabit. Nemo nāqꝫ ſuum aīum nemo faciem ſuam vidit. Hoc nimirū intereſt.quoniam ut uoſipſos quos nunq̄ vidimus amemus. natura eſt.ut v̄o alios virtus efficit: ⁊ fama virtutis nuncia. Hec eſt que preclariſſimum regꝫ Maſſiniſſam oblitum patrie ac pignorum tantorū:africani mei congreſſum coegit expetere.ac preſentia tanti ducis attonitum: e carthaginenſium caſtris ad romana ſigna perduxit. ⁊ quod inſtar monſtri facit morum animorumqꝫ diuerſitas eiuſdem ducis ⁊ rei cauſam: ſui quidem hoſtis ſed virtutum amici honorificentiſſimo decreto ⁊ ſupplici ac uenerabunda predonꝫ acie:abſentis honeſtauit exilium. Deniqꝫ diuine eius originis in pectoribus hominum opinionem genuit. ⁊ nedum ueris laudibus ſed etiam fabulis locꝫ fecit. Hoc eſt quod bene meritos: ⁊ viuētes in terris celebrat: ⁊ extinctos ad celum effert.tumqꝫ eternitate victuros elicit e ſepulchris. Credibiliora recenſeo. Quantum ſane q̄qꝫ accenſum ſtudium:quanta inter legētes audienteſqꝫ heroum ſolet eſſe cōtentio.amante ac uenerante quolibet non quem vidit:ſed quē fame credidit. Magnꝫ hoc.quod ſequitur maius:quoniam non modo quos non vidimus ſeu quos videre nequiuimus:ſed etiam quos odimꝰ:mendatrix illa conciliat.quod ⁊ breuiter attigi: ⁊ dicendum eſt latius. Hec eſt enim que odijs in amorem uerſis: preualidas munitiſſimaſqꝫ urbes expugnauit que grauiſſima ſepe bella confecit. ⁊ Catullo quidem ferreas faliſcorum portas apuit. Pyrrhꝫ regem:ductoreſqꝫ romuleos:curium:rigidumqꝫ fabricium:quanta eſſe potuit familiaritas deuinxit. Porſenam ſuperbum illum etrurie regnatorem: ab obſtinata raptim obſidione diſtraxit. Hec tantum virorum ⁊ tam multos orientis populos:vnius vidue ſubiecit arbitrio. Hec ad genua ceſaris iulij:adhuc forſan grande aliquid auſuros:galloꝝ

regulos inclinauit. Hec magnum pompeium ad poſſidonij fores. Hec Alexandrum macedonez ad Diogenis dolium direxit. Hec Tito imperatori: humani generis aſſenſu: glorioſiſſimum cognomē tribuit. dilatoqꝫ germanicū in perſonam: licet imerentis filij reſtituit principatū. ¶ Atqꝫ ut aliqd de hebreorum hiſtorijs attingaz. hinc quoqꝫ miratrix illa Salomonis regina: de tam longinquo hieroſolymā uenit viſura quod audierat. Et legatio machabei maria tranſiuit: amicitiam expetens romanorum. Innumerabilia huius generis exempla ſe ingerunt. Sed ut iam longiuſculam epiſtolam breui fine concludam. quid hic miri eſt. ſi virtus tua: ⁊ fama virtutis comes indiuidua: multorum: atqꝫ in primis latoris preſentiū fidei credita: me in amicitiam tuam dulcedine captum trahit? Preſertim cum nihil impediat. non etas: non patria: non imparitas ſtudiorum. Confabulari tecum hactenus iocundum animo meo fuit. hinc iam mihi manum ſolite occupationes inijciunt. Tu vero uale. ⁊ quotiens amicos tuos numerabis: caue queſo ne mecū ſileas nomen. Patauí. vj. idus Januarij: ſub intēpeſte noctis ſilentio.

Jlle tuus incognitus prematurus frondibus laureatus.

¶ Oratio Nicolai laurentij olim Rome tribuni ad dominum Guidonem Bolomeñ. tituli ſancte Cecilie preſbyterꝝ cardinalem apoſtolice ſedis in partibus italie legatum. VIII.

r Euerende mi pater ⁊ domine. Et ſi placidum mare ex tumido ſerenum ſi celum ex nubilo hilari aſpectu reſumitur. Si in ſignum principalis clementie regem apium natura priuauit aculeo. Si feritatem ſuam in ſibi proſtratos leo deponit ut ſcribitur. quid mirum ſi humanas preſertim principantium mentes: diuinitatis quippe participes querimus ⁊ reppimus in tempore depoſita ſeueritate clementes? Cum ⁊ ipſe formator earum humane iniuſtitie ſponte ſubirit aculeos: ut diuinos ⁊ iuſtos humanitas euitaret. Cum quibus ſi quandoqꝫ eam pro demeritis percutit: nō utiqꝫ ambitioſa uelut ultione mortificat: ſed caſtigans viuificat: vulnerat ⁊ medetur. Qui ⁊ ſi ſcelera inſuper deteſtanda quantumlibet prodeliberata ultra ſeptuageſies ſepties remitti precipiat penitenti: quanto ergo facilius ſemel commiſſa ⁊ reuocata q̄ꝫ totius illa debet. Quanto deniqꝫ leuius delicta noſtra: que non ab ortu nata propoſiti: ſed virtuoſe actionis in ſemita a ſubterraneo mirmicaleone prerupta: ubi iacturam precipitationis inflixerint: ipſe condolens ⁊ ipſe mundificat compaſſiuus. Sane toti iam conſtat mundo notorium: qualiter derelicta diu ciuitas: preſertim a tempore quo inſidiantis urſi: ⁊ tortuoſi colubri rabie uenena nutriuerint: pro minime circūligatis: minuſqꝫ ſanatis nunq̄ꝫ oleo fotis ſuis prohdolor ſine intermiſſione vulneribus. que pro falſo nomine ciues romanos ignobileſqꝫ virtute tyrannulos latrocinantes diutius ⁊ ubilibet ſunt illata. ⁊ qualiter ab infectione lepre ſue extra ſerens: ⁊ in ſeipſa q̄ꝫ incurata marceſcens: in odium ſuiipſius inficiens: ⁊ infecta ceciderit. ⁊ cūctarum prohdolor forſitan nationum: nec latet ꝑſentes nec uerisimiliter latebit in poſteros: qualiter iuſtus iudex ſub vnico ciuium minimo: ſalutem ꝓpriam publice poſtponente: ſolo reipublice liberande propoſito loricatum: montes illos in ualles: aſpera eorum in plana: lucos in agros: aquas intollerabiles in riuos tranſibiles transformarit. Que quidem dum hominis paucitate: ineptitudine ciuium: prauitate potentum: breuitate temporis: ſine ſanguinea plebis gutta: faciliter acta pēſantur: nemo niſi calumniator inuidus: aliūde ꝓgreſſa dictauerit q̄ꝫ a deo. Sed dum ex confidentia pij operis: uelut diuino fretus auxilio: inter humana nil ſuſpicans tam ſupplíciter q̄ꝫ confidenter incederem ſarcinatus: ſubterranei hoſtis laqueos ⁊ foſſas ſub arena cauernulas non aduertens: corrui fateor tam proprij lapſu pedis: q̄ꝫ aliene manus uerſatus impulſu: patrocinali conſilio ⁊ auxilio deſtitutus. Qꝫ ſi nullus alius dolor: nulla alia punitio transfixiſſet: niſi ꝙ poſt diuturnos incredibileſqꝫ labores mentis ⁊ corporis perſone pericula ⁊ meorum: ad effectum ſitite diutius ⁊ eſurite iuſtitie: ad brauium laudati iaz opis fere perductus: tam damnoſe tam lugubre: vna cum populo ſum fruſtratus: compaſſionē q̄ꝫ maximam apud rectos ⁊ pios: mea quippe iuuentus ⁊ paruitas indefenſa utriuſqꝫ fortune non practica: iuſtorum iudicio merebatur. Quid nam difficilius: q̄ꝫ populorum infirmitates agnoſcere inueteratas medullitus ⁊ mederi? Jn egritudine quidem corporum herbe ⁊ lapides plerunqꝫ ſubueniunt. ſed egrotātibus dare animis nequaq̄ꝫ diluuia conferunt: angelica munera: ⁊ diabolica funera in eorum raro ſanitate cōueniunt: fames ⁊ peſtilentie non ſufficiunt terrores ⁊ gladij non ꝓficiunt: ⁊ diuine ac humane leges deficiunt ⁊ prophete. Uerum ſi videbatur ſuper dolorem vulnerum vulnerari medici prohdolor adhibendum. utinaz cum ſalubri populi deſolati reſpectu: cum moderationis ipſo libramine: talis ⁊ tanta fuiſſet mi pater afflictio: ut pia ipſa iuſtitia clemenſqꝫ correctior peccatū cohercuiſſet in pena. ⁊ non me abſorbuiſſet nocentem vna cum populo ſine culpa. Poterat enim ſiqua tumefactio nouitio apparebat in vulnere: que a ſeipſa ut patuit vnctionibus reſilebat: ubi lenimenta ſpreuiſſet impoſita: taliter in hora ſuccidi. ut intactis populi neruis: cui compatienduz potius erat: mortificate iaz plebis ſanitas ſaluaretur. ⁊ pecus quod videbatur paſte cibus morbidum: taliter diſgregare quiſſet: ut illo ſublato de medio inter eorumdem luporum fauces: quorum rabies uerisimiliter multiplicata preſumitur: erepti non caderent. Jterum greges dei. eo maxime ꝙ meo teſtante regimine poterat alma ciuitas per romanos ciues e plebe deletos: ſanius q̄ꝫ per Nicolaū Laurentij debiliorem ceteris: cuz ſolo eccleſie ſpiritu reformari. Non eſt equidem uerisimile ꝙ aptioribus digníoribuſqꝫ me: ea ciuitas non abundet in ciuibus. q̄ꝫ q̄ꝫ informato populari regimine: ⁊ confortata ab eccleſia cauſa potentum: iacere videantur exterriti: ac deſtituti cum cordis viribus eneruatis. Quis nam ſuſurrare iam poſſet aliam q̄ꝫ maternam in populum eccleſiam reſpexiſſe romanam. ubi impio rectore ſummoto: expedientem ⁊ pium populo ſubrogaſſet. utinam per continuationem huiuſmodi meliorez mea foret in orbe credita ex opinione peruerſitas. Nūc ex hoc mea iu-

ſtificata videretur ⁊ pena. Sed hoc iam meum plus extergit infamiam. iam famam ueritatis elucidat. ꝙ ductus ad tribunal non audax ſed elinguor: nō iudicor ſed extinguor. ⁊ quod eſt in omni iure moleſtius: pauper cum fortibuſ: oppreſſus cū oppreſſoribꝰ uenire prohibeor: quod deprecor ad examen. Dicet aliquis forte mihi. Quid tua refert o minime ciuium qualitercunqꝫ archa romane rei publice recalcitrantibus deferatur a bubus. ⁊ uelis preſumptuoſa tu manu illaꝫ erigere. que non niſi forſan ſuperna diſpenſatione ſic trahitur. ⁊ quod diſpenſatorie agitur: temere tu repēſes? An putas ouis vna totum romanum gregem: plus ſuo paſtore diligere: plus cognoſcere: melius cōfouere? Pater quippe non puto. ſed romani curam pontificis quenquam ad romanuꝫ ouile tam debito ꝗ̃ neceſſario primo uertatur ⁊ potior: tamen confluentibꝰ iugiter aliorum implicatam tumultibus: ⁊ in illiuſmet informatione deluſam: poſſe ſuſpicor eam minus attendē poſſe: minus inſpicere: ⁊ uelut alienis ſub oculis palpitantem: minus curare vulnera palliata. Nec temere ad erigendum archam manꝰ erexeram arrogantes. qui diutius ruinaꝫ eius certiſſimam: remedium contemplatus ⁊ cauſam. executionem iudicij mei primo temptans in curia nō reprobatam fore ſperaui. ſed per ſummum pontificem uelut probabilem acceptatā. Nec adhuc dexteram meaꝫ uelut proprie prudentie niſus: comprobabili cauſe actualiter attuliſſem: niſi eiuſdem domini noſtri vicarij conſentire vidiſſem dexteraꝫ cōmunitam. Sed nonnulli reuerendi patres italici libidine cōſanguinitatis euicti: aliud ꝗ̃ iunior omnium Daniel de alma Roma: ex ore meo tunc clamante Suſannam: teſtimonium protulerunt. Uerum benedictus iuſtus dominus iuſtitias diligēs ⁊ proſequens equitatem: qui ⁊ ſm̄ vias adinuentionum noſtrarum retribuit ſcrutans renes: exaudiuit eo tempore quo in conſiſtorio protuli uocem eius. Et ſupra ipſoruꝫ tantummodo inique iudicantium caput ⁊ ſanguinem: iudicium retulit iudicatuꝫ. oſtenditqꝫ dominus in oculis tunc titubātis eccleſie: ꝙ non iuxta eorum iudiciuꝫ alma ciuitas ſponte meretricata cum fortibus: rectoris conſortiuꝫ ſpreuerat popularis. Et hodie violenta ꝗd clamitet: in omnem terram ſonus eius: ꝗ̃ corda: oribus de oppreſſis euertent lugubris ⁊ querulis auditur. Porro vnum eſt: quo amaro corde plus lugeo: nequando ſacre paſtores eccleſie: illius male conſulti populi infectionum ueterum recordati. ⁊ ſi continuum precipitiuꝫ eius aſſentiant: ⁊ remedium non ignorent. ⁊ de illorum forſan inſtabilitate diffiſi: eos vna cum ceteris eorum ducibus ut demeritos cadere permittant in foueam ab ipſis hijſdem tenebrarum ducibus preparataꝫ. Sed abſit ſancta mater eccleſia: que non ſolum irata non peccat: immo peccatum ⁊ iram conterit iraſcēdo. ut cecos filios illuminare deficiat. ⁊ claudo porrigere dextram. imo prorſus erigere ſtudeat: ac baſes eius ⁊ plantas ut recte ambulet ſolidare. Naꝫ ubi pijſſima mater noſtra: gladiuꝫ ſeueritatis eduxerit: quis ille mundo miſericors: opponet clipeuꝫ pietatis? Sed quid mirum ſi ploro: ſi ullulo: ſi ſedens ⁊ renuo conſolari: ſuper interfectis meis ubiqꝫ ciuibus mihi reuerendis in patribus: charis ut fratribus: ⁊ ut filijs predilectis. dum ſi per totidē diſperſis pecoribus aggregādis: omnes dies meos in urentibus curis ſudoribus ⁊ periculis expēdiſſeꝫ. ubi in ipſo violētatꝰ affectu pro illoꝝ amore mortificor. ⁊ ipſi meqꝫ ſeipſos ſuſpirant ⁊ ullulant tacite peſſundatos: nō foret reprehēſibilis animo compaſſibilis omnibus: meus lachrymabilis queritatus? Et nunc poſt aggrauatum meum ex calūniatione delictum: utinam poſt mortificatam vitā interitū duriorē: herodiani potentis in mea dudū natiuitate turbati: pro mortificatiōe mei nominis: mortificare deſiſterent Rachel filios innocentes. Certe ſi cogitare poſſet aliquādo ſummus Dauid: genus nequitie ſaltem vnum: quo ipſum in deum impijſſime: in ſyon abominantiſſime: in omnē iſrael nephādiſſime ſeſe innocuos reſeruaſſe cognoſcerent uel innocuos puduiſſe: uel ſaltem non ſeſe inde ſuperextuliſſe conſtaret: ipſos quandoqꝫ regnare hieroſolymis auctoritate pontificum non turbarer. Nunc autem captiuatam ab eis ciuitatem ſanctam euacuatam populo populoſam: eorum tributo ſuppoſitam gentibus dominantem: eorum contradictionibus deſolatam in obprobrium vicinis omnibus conſtitutam: ab amiciſſimis ſuis ſpretaꝫ: conſolatorem carentem: ſene principe ⁊ conſule derelictam: roboratas manus peſſimorum in eaꝫ: factos inimicos eius in capite. quem pietatis vilicū quem charitatis talentiferuꝫ: quem ueritatis agricolam offendero ſi lamentor? Quinimo calamitoſus animus animoſus ⁊ calamus: in meroris agoniçatione conueniant: ⁊ ubi charte ⁊ atramēta deficiāt: arida pellis mea: ⁊ de calamare mei cerebri lachrymaruꝫ liquor expreſſuſ: in doloris expreſſione ſuccurrant. An ego ſum ille qui inuidie çelo corroſus: perſecutores meos malos exiſtere malim. ⁊ eos meritos ſubeſſe ꝗ̃ preeſſe iuſtitie: tam in populi ꝗ̃ in mei ipſius naufragio concupiſcam? Cuꝫ nulli me ⁊ illos recognoſcenti ſit dubium: non virtutem eorum ſed emulam virtuti malitiam cauſaꝫ fuiſſe ⁊ eſſe mei diſcriminis ⁊ ploratus. Nam cuꝫ diligentibus in populo ueram pacem mihi irā eſſe non poſſe uel odium: teſtantur uox ⁊ affectio populi: afflicta nunc mea vita denunciat: ⁊ ab adoleſcētijs actitata. Nam quia vidi pacem atqꝫ iuſtitiaꝫ: omnes innocentes ⁊ rectos ſitire dolentes in populis. non cum adulteris ⁊ furibus meā poſui portionem. ſed illis adheſi ⁊ illi mihi pariter adheſerunt: illas cum illis uolui nec aliquando ſimulaui. Uerum ⁊ ſi multi oretenus equitatem ⁊ paceꝫ ibidem corruiſſe condoleant: cordetenus tamen eaſdem non ignorantur inficere medicamine paliato. Sed poſito ꝙ vnus exiſterē ex ambitioſis rome rectoribus: ipſam ſimulantibus charitatem. dato ꝙ çelo meo totidem correſpondiſſet ambitio. Si iuſtitie ⁊ libertati reparate tyrānides. ſi paci ⁊ cōcordie reformata malignitaſ. Si defenſioni piorū locorum: miſerabiliumqꝫ perſonarum impietas. Si honeſtati ⁊ pudicitie reuocate lubricitas. Si reſtitutioni publicarum priuatarumqꝫ rerum: raptus auiditas. Si paſſagiorum ⁊ gabellarum amputationibus oneroſitas. Si coequationi iudicij inter potentem ⁊ pauperem: puſillanimitas. Si ſollicitudini ⁊ diligentie: negligendi tepiditas. Si viarum ſecuritati: rapacitas. Si limitationi ⁊ ſub-

iectioni tribunatꝰ officij per ſindicatores mihiipſi
ſponte prepoſitos:ſuperſtitioſa cupiditas. Si obe
dientie in perſiſtendo pertinacitas. Si populi uti-
litati damnoſitas. Si accuſationi mee:accuſanti-
um equitas . Si conditioni vnici pauperis : emu-
lorum equalitas. Si fame mee : infamie paritas:
ponderate in libra iuſtitie:ſub uero me conuictum
iudicio conlibraſſent. tandem ipſa depoſitio cũctis
priuata muneribus:omnibus referta periculis:cũ
acquiſitata potentum inimicitia inde futura perpe
tuo:compenſata:ſine alterius perſecutionis acule
is:ad penam ⁊ penitentiam ſuffeciſſent. Nunc au
tem uelut de nulla harum virtutum utilis:de nul-
la probabilis:de omnibus contrarijs factus reus
ſuperadditis ſacrilegij:ſciſmatis hereſiſq; comma
culis:ad grauamen ſupplicij perperã adinuentis:
non aliter q̃ conuictus executionem ſententie cum
meis omnibus. utinam per mortis vnius ⁊ non cẽ
teſime:ab eccleſia dei ⁊ ſynagoga potentum pari-
ter ſum occiſus. Nam exilio ab urbe perpetuo in
mortis condemnatione turpiſſime:fuga : terrori-
bus:mendicitate:nuditate:fame:maledictionis in
famia:ſecuritatis ⁊ pacis deſperatione perpetua:
⁊ vinculis ſuperiunctis:continuis ſum ibidem paſ
ſionibus cruciatus. Quid in peccãtem ꝓpoſito in
ↄuictũ iudicio? in ipenitentẽ ex vitio? impertinaciter
etiã de erroribꝰ gl'iantẽ:pene infligi poterit graui-
oris ? Et adhuc de die in diem. quimmo in eternũ
mihi iraſcitur dominus:ac ſi humanum figmen-
tum non ⁊ ipſe cognoſceret. ac ſi in me omnem ma
litiam: ⁊ nullam in filijs hominum ⁊ in eccleſie an
gulis reperiſſet aliquando prauitatem. Nam ſu-
perfundit picem flammis ⁊ ſulphurem:clemens
pater:cum mei memoratur intonat ſuper filium:ex
ſolo feruore nouitium tranſgreſſorem. quem mini
me quidem videt aſtutum:nimium credulum ſim
plicem ⁊ fidelem. ſemel ex iuuentutis ignorantia
lapſum. ⁊ ad miſericordie uocem ſeptuagieſſepti-
es reuolutum. Heu. nam omnes accuſationes me
as:non aliter q̃ commiſſa connumerat . ⁊ pro tot
bene actis ab ipſo eodem commendatis operibus
ſaltem refrigerij guttulam:nec ex retributione iu-
ſtitie:nec ex rore paterne miſericordie recompen-
ſat. Cum apoſtolica clementia ad ſuperexaltandã
miſericordiam in iudicio:etiã ſi cauſa punitionis
exuberet:ex exaltato in cruce ſpectaculo ſe ſentiat
doctrinatam. Teſtor reuerende pater altiſſimum.
ꝙ ſiqua pro populi defenſione ſũ paſſus ⁊ patior:
pati antea crediſſem in manibus quondam do-
mini Stephani de columna. Qui cõſcientia refor
matus in vita : cãm populi per me iuſte defenſam
conteſtatus in publico. ⁊ filiorum furias reprobãs
mortuorum:per pacis oſculum ſocero meo paten-
ter exhibitum:omnem meam familiam meq; ſi af
forem ſecurauit. uel quondam domini cardinalis
de columna:de legitima mei cauſa corã deo ⁊ ho
minibus comprobanda confiſus: ⁊ non deſperans
de miſericordia:me brachijs obtuliſſet. Ac ubi ra
tioni appetitũ ſubijcere noluiſſent. fuiſſent ſaltim
de vnico mortis genere tot mearum mortium con
cluſorio ſatiati. cum ſub illorum potentia ⁊ pretex
tu : cauſam meam compoſitam aduerſus me : de
fidei ſuſpitione:de eccleſie:de imperij abrogatio-
ne uel derogatione:fore falſiſſimam : in conſpectu
dei ⁊ hominum ſit apertum. Sed euenit pater in-
terdum. ut vnde homo placere plus ſtudeat : aut
per imprudentiam peccet ignorans:aut non intro
ſpectis eius ab extra viſceribus : diſpliceat vnde
prodeſt. Nam ſi de inuaſione imperij madefactã
ſe conſciẽtia cognouiſſet:nõ utiq; manus intraſſẽ
Ceſaris improuiſus . Sed innocentiam proprio
cordi inſertam:ſicut ⁊ mihi ſic extimaui ceteris fo
re notam. Sane quis poterit pro uero malignita-
tem in honore contra eccleſiam ſuſpicari:qui au-
tem aſſumptionem eius piam uoluntatem eccleſie
rapuit. in aſſumptione fiducia:cõfidentia in admi-
niſtratione:obediẽtia in depoſitione:paupertas in
peregrinatione : ſimplicitas in captiuatione adeo
reperitur puerilis ? Heu mihi:nam plerũq; mor-
tales:proprios honores ⁊ cõmoda:doctrina ⁊ ar-
tibus mercantur in foro . Ego autem hoc emulo
charitatis in tempore:quo omnis cura fida reipu-
blice a multis extimatur inſania:incommodũ nã
ciſcor ⁊ dedecus:ꝙ a vulgari exercitatione me ſub
trahens:non artem didicerim aliam q̃ pro plebe.
Hanc quippe animo recenſebam. Hanc diuino ⁊
humano putabam preualere iudicio. hanc ueteri ⁊
nouo tabulario ſummam fore. Hanc deniq; chri-
ſtiana ⁊ gentili concordia legeram:ſicut oneroſam
fore pre ceteris:ſic ⁊ pre ceteris ſpecioſam . Hanc
igitur adamaui pauperculus : exquiſiui potiſſi-
mum ⁊ elegi:vite longitudine : diuitijs ⁊ delitijs
paruipenſis. Quid nam mirum ſi is qui chriſtum
didicerit:ſe ⁊ ſua pro plebe ponere gliuerit. cum ⁊
ipſa cruda gentilitas:nullo radio decocta paracli-
to:idipſum in republica ſenſerit charitatis? Mira
ri quandoq; libeat platonicum illud . Decet recto
res ut quicquid agunt ad commune commodum
referant obliti commodorum ſuorum . Inſuper
proprias erogare ſubſtantias in communi . ac ſi
vidiſſet apoſtolos:inſtruit Ptholomeus. Nõ apo
calipſim audiuerant:cum virginitatis ⁊ iuſtitie in
republica intemerate cuſtodes:precipuo celi loco
gaudere:Scipio bellicoſus ⁊ Cicero: ⁊ ipſe com-
mentator eorum Macrobius : neſcio quo ſpiritu
protuliſſent. Nam ⁊ ipſam iuſtitiam:utpote inte-
meratam ab eis virginem appellatam:ſũmus poe
ta noſter Maro teſtatur cum diceret. Iam redit ⁊
virgo redeunt ſaturnia regna. q̃q̃ hoc carmen nõ
nulli magiſtrones erronei:apoſtolicas prophetias
deſerẽtes:pro virgine matre dei a Hieronymo in
prohemio ſuper geneſi redarguti:dixerunt fore di
ctum. Nonne ⁊ charitatiua reipublice eſt illa Ci-
ceronis ab Auguſtino replicata monitio. ꝙ ſi ex
naufragio duo in tabula vna natantes laboraue-
rint inter vndas:ei qui utilior eſt reipublice : alter
minus utilis ſponte cedat? Sed quid philoſophã
tium argumentis inuoluor:cum omnia ſacre pagi
ne uolumina:exemplaria patrum ⁊ decreta ſancto
rum:ſuperdilecte mee pulchritudine citharizent?
Potiſſime illa taceo:ꝙ canes mei me idolatrum
me clamitant fore ſacrilegum. ꝙ gentilium fuerim
ſtudia proſecutus . Sed impudici forte rubeſce-
rent : ſi omnium doctorum eccleſie linguas lau-
reatorum lectione diſertas : ſicut Anzeloti ⁊ Tri
ſtani fabulas lactitaſſent. Et ego quandoq; tedio
ſa forſitan pro infamatione mouerer . niſi dile-
ctiſſimum mihi almum illum patricium Boeti-

um. Seuerinum palatinis a canibus accuſatum: id ipſum ſibi conquereretur in vinculis accidiſſe cum diceret. Sed vti innocentiam meam alicuius ſceleris admixtione fuſcarent. me ſacrilegio conſcientiaꝫ polluiſſe mentiti ſunt. O deus. Nam tales coadiutores chriſti: contra me ꝑtes pro chriſto ſuſcipiunt: qui interrogati neſciãt quid reſonẽt chriſti. quinimo barrabe fautores effecti: chriſtuꝫ ⁊ chriſtos pro modico crucifigunt. Tales eccleſie filij me eccleſie emuluꝫ diffamant: qui ubi effrenatius raperent impuniti: cuncta ſubueterẽt ⁊ ſitirẽt eccleſiam perpetim viduatam. Tales cõſcientiati catholica mihi pro eccleſia detrahunt: qui cum eorum dominis quos adorant: ad capiendum ſummum pontificem: ad diripienduꝫ uaſa templi: ubi tempus ⁊ locus cum uoto concurrerent: tanq̃ ad predas hoſtium iterum curſitarent. Qui in deriſione ⁊ obprobrio ſubſanantes dicunt. uanum fuit conſilium eius. ut hos dies in populis meditaretur antiquos. Eadem eſt terra que fuerat. ſed alij ſunt meſſores. uerum ex quo ſic ad uotum eorum vigilat ⁊ dormit altiſſimus: quem vigilare ſuper miſeriam inopum ⁊ gemitum pauperum ⁊ populorum aliquando confidebam. utinam agrum colere putare vites ⁊ arbores: cum meis retro parẽtibus: nequaq̃ reipublice ſtudia queſiuiſſem. Nã nunc non utiq̃ tyrannorum audaciã ⁊ populoruꝫ metum: quem viciſſitudine econuerſa mutaueram corruens duplicaſſem. Non in me linguas aſpidũ inuidorum ⁊ dentes acuerem. Non ſignanter ſignum ſagitte pontificalis exiſterem. Non maledictionis eius funeſtus me gladius penetraſſet. Nõ tedioſam preceteris vitam elugerem. Non perpetuum mihi ⁊ meis iugulum fabricaſſem. Porro ſi iuxta opinionem multorum: ne poſt expeditioneꝫ meaꝫ vires priſtinas ⁊ ſuſpectas paruitas mea forte reſumeret. ſedes apoſtolica ſuſpicãs: obſerat mihi ianuas ut dicitur pietatiſ. q̃ꝫ q̃ non mediocriter hec conſona ⁊ concepta in populorum patribus: eadem ⁊ in tyrãnis ſit admiranda ſuſpitio: ut principes holophernis ⁊ ſacerdotes iſrael vnũ reprobent iudiceꝫ. Jeſus ⁊ iudeus vnam in templo lapident circumuentaꝫ. chriſtus ⁊ phariſeus vnam in conuiuio abijciant penitẽteꝫ. Certe ſi infectus ego ab urbis tyrannulis perditoruꝫ more conciuium: ad alme urbis precipitium concurriſſem: tandem deſpectus ⁊ derelictꝰ in via ab amalechitis ſequax eoꝝ egyptius: tanto clementiꝰ a miſericordie patre Dauid recipiendus erat in tempore etiã ⁊ fruẽduſ. Nam ⁊ per eum ipſos amalechitas ſuper vniuerſe italie tunc faciem: de populorum ſanguine conuiuantes: cuꝫ uoluiſſet circumuenire: iam poterat ⁊ debere. Necnon utranq̃ ſponſam eius ſacerdotalem ⁊ regiam: cum afflictis filijs ſuis italicis filiabus ⁊ predis facilius liberare captiuas. Tamẽ ut illa ⁊ quelibet de me ambitioſi dominatus ſit ablata ſuſpitio: que uere deprehendi nõ poteſt: qui nudus ⁊ per ſe nolenter intrauit: nudior ⁊ violentior tunc exiuit: ad cautelam tamen titubantiũ ampliorem. ⁊ decetero ne iter ſeculares laicus mero re pallidus ⁊ rubore appaream preconfuſus: ad portum hieroſolymitane militie quomodo ab initio ruine deſpectus habitare delegeram reſpirandum: in habitu ⁊ regula poſtulaui ⁊ poſtulo: oraui ⁊ ſupplico me remitti. nexu matrimonialis copule non obſtante. Cum ⁊ parua conſors mea idem de ſe uelit. ⁊ clauſtrali religione ſe ſupplicet honeſtari. Nunquid pater tanta me occupat ceruicoſa cordis amentia: ut uelim putemq̃ poſſe in contradictione tam iuſtorum principum apoſtolici videlicet ⁊ auguſti: q̃ꝫ tyrannorum omnium: populos defenſare nudiſſimus. quod quidẽ ſine lachrymis nequeo dicere: cum conſorte filiabus ⁊ filijs: nepotibus puerulis ⁊ germana: de elemoſynis pauperum viuimus delitentes? An credã ſaturare plus alios: cui ad reſpirationem propriam ⁊ meorum: nullus italie locus inſidijs uacuus: nullus quietus erit perpetim ⁊ ſecurus? Qui certe ante aſſumptam populorum cauſam: ⁊ preſertim ubi aſſentationibus ⁊ blanditijs uenerari homines uoluiſſeꝫ: tutus ⁊ alacer inter conciues viuere poteram: potentibus ⁊ plebeis amabilis affabilis ⁊ opimus. Sed in hoc vno potentiſſime iratum huic populo deum fore cognouerim. ꝙ ⁊ ipſum ſub impijs irremedianter ſinit ire precipitem: ⁊ ſingularibus quotidie flagellis excruciat: qui pro illius remedio ſingulariter laborauit. Ueruꝫ ubi poſſibile mihi foret: viribus reuolare reſumptis. quis ſtolidiſſimus omnium: ruinas langores ⁊ tedia a ſapientioribus euitata cõciuibus: expertus iterum uolẽter aſſumeret: que aſſumpſiſſe iam memorat condolenter? Dudum ⁊ ille prudens Saluſtius: de ſe expertus admoneat. Omnis cura reipublice minime mihi hac tempeſtate cupienda. quoniam virtuti honor non datur: Fruſtra autem niti: ⁊ nihil aliud q̃ ſeſe fatigando odium querere: extreme dementie eſt. Non enim dico hoc: ut flagella hec me a populi charitate diſſoluerint. Nam tunc redemptos odiuero: cum precioſum pro eis precium odiuero redemptoris. Sed titubo ne omnino fruſtra ſit charitas: que vicario chriſti videtur impietas. ⁊ quantumlibet bonum opus dignum ſit gratia quod ab illo pertinacia iudicatur. Nũquid credaꝫ expertus iam caducis fortune muneribus cum timore retentis ⁊ perditis cum dolore? Preparet illa blanda conuiuium. inſtruat cantilenas. polliciatur coronas frondifluas: ⁊ arentia quideꝫ folia ex ligno quod plãtatur in arido. quoniam nũq̃ ulterius menſam eius intrauero: ut dum ſaturatus conſedero: paulopoſt decidam calcitratus. Placet cum pauperibus cellulas habitare quietas. placet fabas rodere ruſticanas: q̃ curis rodi perpetuo ruſticis ⁊ urbanis. Et licet ante depoſitionem tyrannorum de vniuerſa italia: per viam triplicem: theoricam practicam planam ſanam humanam regiam ⁊ directam: nemini per me apertam: faciliter videam ab eccleſia poſſe perfici grauibus armigeris ſine turbis: tamen recordator ſeu executoris inſtructor potius q̃ executor ⁊ proſperans effici maluiſſem. Sed quid amplius zelo miſerorum elangor? quid feruore inſanior populorum: ubi ab infelice deſpecto ſuſpectoq̃ pro ſalute populi: ſibi nullorum teſtimonio credenda uerba inaniter proferuntur? idcirco illis omiſſis reuerende paternitati ueſtre pro infelice me ſupplico in lachrymis genuflexo. quatenuſ de humanitatis mi-

ſericoꝛdia recoꝛdati:que ad peccandum eſt pꝛona:
ſi coꝛruit miſerante domino releuatur.ſuperexal-
tatum iamdudum ⁊ humiliatum iam nimis clari-
tatis ueſtre dignitatis intuitum. ⁊ gladium illum
bicipitem:quem pꝛo peccatis meis uſqꝫ ad iteritū
hunc ſuſtineo tumulatus.ꝙ in reſpiratione pau-
luli: euelli patrocinetur a vulnere. ⁊ ſuper dolorē
meum ocium dolentium dolori diſſimilē: modicū
queſo olei ſuperfundar. Non equidem uana ſpes:
nec uanum fuit mihi hoc pꝛecipuum ad paternita
tem ueſtram pꝛeſidij implorandi conſilium. Quo
niam uere illa nobilitas regieqꝫ virtutis utroqꝫ ſy
dere pietatis irradiatis:infectum cōtra me calum
nijs aerem:uētis pꝛocelloſis obductum:uerisſimili
ter pꝛeabhoꝛrens:de conſiſtoriali celo ſereno ſpiri
tu pꝛofugabit. Nam ⁊ diruptis vinculis hijs:pa-
ternitatis ueſtre ſum cuius alas menſe benignita-
tis expertus:laudis hoſtiam ore ⁊ animo relatu-
rus:etiam ſi via gladijs obſidatur hoſtilibus:cur
ſu uenire uoueo perſonali. Ego namqꝫ nouit altiſſi
mus:nouerunt ⁊ hij domini qui me claudunt:ꝙ a
pꝛincipio carcerationis huius:tranſlationem me-
am apud romanam curiam ſupplicaui.ut ſalteꝫ pa
teret in publico quicquid mihi obijcitur ſub mātel
lo. A qua quidem repꝛeſentatione apud ſedeꝫ apo
ſtolicam perſonale:non leſa conſciētia que ſemper
ſeua conſiderat.non victa maculis anima:non con
tumacie pꝛauitas:ſed inimicorum ibidem robora
ta potentia me retraxit. Nam ſi potentes me ſuble
uaſſent in curia quantum pꝛemunt:ꝙ aut caſum in
expertus:aut poſt caſum citius releuamen adeptꝰ
exiſterem:pater reuerende: quis neſciat: niſi qui
difficillimas recōciliationes eccl'ie facilitatas ab
illis: ⁊ diſpenſationes in curia iuxta eorum uotū:
de regimine ciuitatis ignorat? Sed pater non mi-
nus pulchꝛum hoc de eccleſia in ore hominum cā
ticum cantaretur.videlicet ꝙ pauperem vnicuꝫ in
defenſum in contradictorio tyrannorum omnium
liberauit eccleſia:q̄ꝫ illud quod in pꝛouerbiuꝫ Ro
me ſonat. Potentes opoꝛtet adorare:qui paradi-
ſum vult intrare. Si vͦ potentes non pꝛo me ſed
contra me clamitant populus econtra pꝛo me tacē
do uociferatur.tacet nam trepidus ſtrepitu:accla-
mat tn̄ ſed affectu. Et ſi aures pater ad illos erigi-
tis:in medio ꝯſiſtorij coꝛde clamant. Nunq̄ꝫ quip
pe in ſacra pagina legitur:uocem potentum ⁊ foꝛti
um:ſed uocem afflictoruꝫ ⁊ pauperum:uocem cla
mantis populi uel depꝛecantis pꝛo populo domi-
num exaudiſſe.quinimmo confracturuꝫ in ira ſua
reges ⁊ pꝛincipes depoſiturum toꝛmentaturum
qꝫ potentes:percuſſurum robuſtos ⁊ foꝛtes:in po
pulorum miſerabiliumqꝫ ſuccurſum: per omnes
uerbi ſui gladio minitatur. Ceteruꝫ ſi de tantis ini
quitatibus reus ut feroꝛ efficioꝛ.ad decus pertine
ret eccleſie:aut tam deteſtabilem hominem per iu
ſtitiam e mundo diuellere:aut penitētem per miſe
ricoꝛdiaꝫ repare. Hijs nā geminis uolat alis.hijs
permaxime fulcitur eccleſia munimētis:miſericoꝛ
dia videlicet ⁊ iuſtitia.quarum ſi alteram eſuriui
diutius:reliquā ſitio penitus in meipſum. Et quo-
niam vnus ex.lxx.munera oblaturus in domo do
mini factus eram.nec hiſmaelis in occurſum ueni
entis:noui pꝛohdoloꝛ euitare uerſutias:ſperabaꝫ
in medio ciuitatis adductus:non cum.lxx.interfe
ctis aliquando concidere: ſed cum chꝛiſti theſau-
ros abſconditos habentibus ſupereſſe. Neſcio vͦ
quo iure penitentia peracta non releuoꝛ. quo iure
contumax ⁊ excommunicatus ⁊ pertinax interfi
cioꝛ ut īfectus. Qui vinculis impeditus petij ſem
per ⁊ peto: ⁊ per perſonalem pꝛeſentiam me purga
ri. Nā non ignorat iudex eternus:ꝙ dominis me
is obꝛedunē. ⁊ petragoricē. ſupplicans pꝛo mi
ſericoꝛdia reſcripſiſſem.niſi caligantes pꝛe lachꝛy-
mis oculi pꝛohiberent. Fiat autem quod placet al
tiſſimo.fiat queſo pater miſericoꝛs.fiat ueſtro pa-
trocinio pꝛi iuſte ut exanimatꝰ in pꝛagē.eccleſia:
ibiqꝫ hieroſolymitana militia honeſtatus ſurdus:
tacitus ſemper ⁊ mutus humiliatus ſemper in do
mino peregriner. Fruſtra namqꝫ animarum paſto
res leuem iuſtitiam:uberemqꝫ miſericoꝛdiam pꝛo
ſeipſis ⁊ alijs a domino peterent: quas adeo ipſi
pꝛemoniti petentibus denegarent. uel partem iu-
ſtitie pꝛotegentes: quam nihilominus poſtulo ri-
goroſam:vir reus ⁊ palmes inutilis:nunq̄ꝫ uerisſi-
militer quieturus: in vita tamdiu in omni mundi
angulo ſuſurratus:condignam ſuorum operūꝫ pe
nam ploret:mare ſibi etiaꝫ clementie deſiccato. ⁊
remota calumnia que in me ſancte eccleſie non eſt
opus:per meram iuſtitiam regiam ⁊ apertam:re
um tollat e medio pena vna. Deniqꝫ ut ſalteꝫ adiu
tus in ſpiritu:ne diuturnis intollerabilibus anima
coꝛrūpatur anguſtijs.hac merito ſucciſus e vita:
miſerante domino in alia requieſcat.

¶ Epiſtola dn̄i Benintendi Venet.cancellarij.fra-
tribus ſuis ducalis aule notarijs. IX.

ſ J conceptum ſermonem poſſem mādare ſi
lentio.ſi oculos meos ab utilitatibus ue-
ſtris auertere:ſi ori meo frenum imponere
potuiſſem: rebar mihi conſultius actum fore.non
ignaro quantas ſecuꝫ calamitates attulerit:de po
tentibus viris loqui.q̄ꝫqꝫ pꝛeſumptuoſum ſit cum
maiori.q̄ꝫ anceps cum pari:q̄ꝫ ſoꝛdidum cum infe
riori contendere. Vtcunqꝫ mihi tamen euenerit:
vincit charitas ueſtra.vincit graue ſeculi noſtri pō
dus.vincit acerbe ſoꝛtis noſtre myſteriuꝫ.ut loq̄r
non ſileam ſermones utiqꝫ non adulatorios uel
amenos:acres potius ⁊ moꝛdaces. ⁊ querulis uo
cibuſ circunſeptos. Vnde tamen exoꝛdiar incertū
habeo:cū multa mihi dicenda ſint:plura tn̄ tacen-
da. Faciaꝫ quod ſolent perplexitate nimia laborā
tes:laxabo habenas:ampluſtre deponaꝫ.uela uē-
tis committam.quocunqꝫ mens impegerit illaꝫ ſe
quar. Magnꝰ eſt doloꝛ meus:magna iniuria mea:
irremediabile vulnus meum. ⁊ cum ex pꝛeteritis
pꝛeſentia metioꝛ:futuraqꝫ coniecto:in lamentis ⁊
ſuſpirijs miſerabilem vitaꝫ duco. Adeſt tamen fre
quenter inter vigilantem ⁊ doꝛmienteꝫ uelut in ex
taſi poſito: dux ille danduleus recolende memo-
rie:ne dum noſter ſed totius patrie noſtre parens:
virtutis ⁊ ſapientie claruꝫ ſydus.ſumme benigni
tatis ⁊ gratie viuus fomes:auide queritans quo
nam in ſtatu ſit eius reſpublica:quibuſqꝫ guberna
culis moderetur. Et cum me trementem ⁊ palli-
dum attonitum ac pꝛoꝛſus elinguem totis intue-
tur luminibus:elicit ex taciturnitate quod ſentio
⁊ uelut celeſtis accola terrena contemplās ex alto

quod paſſi ſumus ⁊ patimur:hijs uerbis clara uo
ce depromere iam feſtinat. O pura dilectione mi
fili quem viuens ſemꝑ ⁊ moriens geſſi in viſcerib⁹
charitatis. Nunqd uera loqui rogatuʒ te puduit?
Neſcis ꝙ ueritas eſt de celo. ⁊ ꝙ pro ueritate paſ
ſi ſūt mlti martyres ſancti diuerſa gña tormētoꝝ?
Neſcis ꝙ ueritatem occultans ⁊ mendacia profe-
rens pariter ſunt peccantes. ⁊ ꝙ utilius permitti-
tur naſci ſcandalum q̄ȝ ueritas relinquatur? Equi
dem mihi preſertim tuis moribus ſic familiariter
cognito:ueruʒ ſecreti tui minime celare debueras
Amicus enim ut ex equo te alloquar imo amiciſſi-
mus tibi fui. Et ſiquem amicum exiſtimas:cui nō
tantūdem credas quātum tibi:uehementiſſime er
ras:nec vim uere amicitie plene noſti. Hec eſt ami
citie uera lex:ut ſit in duobus pectoribus vna mēſ
Putas ne ignota ſint nobis aſtra tenentibus que
cūqȝ uos inferi nedum agitis:ſed etiaʒ cogitatis?
Scio quod dolentiſſime refero q̄ȝ tempeſtiuum ⁊
calamitoſum ſibi ⁊ patrie primum ſucceſſorem ha
buerim. ſcio etiam ⁊ ſecundum. Scio quot aduer
ſi caſus me obeunte urbē noſtrā exceperint. Scio
quātis demum iactatam fluctibus ⁊ adeo ualida
tempeſtate quaſſataʒ:ut niſi portus peteretur:pro
pe ſubmerſioni iam foret:ad pacis amenitatem:te
uelut miniſtro in partem eius laboris aſſumpto:
chriſtus ipſe perduxerit. Et ſi fidei noſtre credis.
credentem quippe non ambigo:quem chriſtianiſſi
mum eſſe noui. apud ſuperos vitam agentibus ex
actibus ueſtris aperta ſunt omnia: nec minimum
quicq̄ȝ occultum. Igitur ex hijs ⁊ alijs que cir-
ca ueſtram rempublicam uerſata ſunt hactenus ⁊
uerſantur. mihi ſicut ⁊ ſemper ſuis commodis aſſi
due vigilāti:multa dicēda forent. ſed infinita ſunt
numero:que poſſent decentius cōſiderari q̄ȝ dici.
⁊ occupatos adeo ſenſus ut video: ⁊ nubilam mē
tem geris:ut in eis explicādis diſtinctius attentio
ri opus ſit animo ⁊ ſpatio longiori. Ad vulnerum
quidem tuorum fomēta progrediar. in quibus eſt
meticuloſa dilatio. Mlta magnaqȝ ſunt. ſed ex eiſ
non plus q̄ȝ vnum mortiferum:quo diligenter cu
rato. Facilis eſt enim ſi parūper acquieueris cura
eius:ſenties profecto te fortius infirmitate animi
q̄ȝ alterius iniuria laborare. Quod me tibi mors
immatura ſubtraxerit. Hunc qui te tranſfixit gla
dium eſſe noui. hanc illam fuiſſe ſagittam que tibi
cor tranſuerberauit ⁊ animam. Facit hoc pietas
tua. facit tui erga me amoris ardentiſſima facula
faciunt non minus inexorabiles ⁊ graues erumne
quibus premi conſideras fratres tuos. Ita eos te
nera dilatione proſequeris. ſic amaſ:ſic diligis:ſic
uerſa vice te colunt. ut merito nō minus ſuis q̄ȝ tu-
is leteris ⁊ doleas proſperis ⁊ aduerſis. Juſtos nā
qȝ clamores ⁊ querulos eiulatus eorum frequen-
ter intelligo:ꝙ uenerabile illud ⁊ pene ſacrum col
legium:hactenus quidem ⁊ nuper meis tm̄ tempo
ribus uelut de patria benemeritum:in ſūma chari
tate ⁊ honore iam habituʒ:nunc ignominioſa vul
go fabula factum ſit. Pudet talia de talibus viris
audire. Futurum tamen ſcio:ut ſicut qui falſo pre
dicantur:neceſſe eſt ut ſuis laudib⁹ erubeſcant. ſic
qui falſo criminantur neceſſe eſt ſuis criminationi-
bus euiteſcāt. Affirmabo plane quod ſentio. ⁊ pro
fiteri non deſinam quod longa experientia doctus
ſum. Eorum qui tibi aſſiſtunt pars maior ⁊ ſanior
fide: ⁊ ſufficientia ⁊ moꝝ honeſtate:in omne euuʒ
laudanda tranſiſſet. Patent fructus eorum ⁊ ope
ra ipſa ueritas eminens ex ſe lucet. ideo longis ar
gumentis probare non molior. quod manifeſtum
⁊ notorium palam ſit. De reliquis vͦ quid ſentiā:
non quidem eiuſdeʒ matris ſunt filij:nec in via do
mini pariter ambulantes: audire forte deſideras
Eſt mihi de quibuſdaʒ ſpes aliqua. de reliquis vͦ
nulla. Indurata ⁊ prorſus inueterata ſunt vitia. ⁊
niſi cuʒ vita pariter euellenda. Sunt qui de ſe me-
liora promittant. nondū ſani ſed ad ſanitatem aſpi
rant. facile niſi in medio curſu deficiant aſſecuturi
quod cupiunt. Nā labor improbus cuncta vincit.
⁊ ut tuus ille Anneuſ Seneca cordubeñ. teſtatur.
Uelle fieri bonum pars maxima eſt bonitatis. cu
iuſq̄ȝ etiam rei principium:partem potentiſſimam
eſſe noſti. Bonis igitur conſulo. patientie terga pa
rent. inſiſtant virtutibus. inceptis fideliter perſeue
rent. nec odio nocentum innocentiam ſuam ꝑdāt.
Calumniari quidē poſſunt. criminari non poſſunt.
Callum faciant. maledicta queqȝ nō ſibi ſed alijs:
exemplo diſertiſſimi Socratis dicta putēt. Ita uē
turuʒ eſt Uirgilianum illud. ut det deus hijs quo
qȝ fineʒ. Reliquos autem admoneo. ut dimiſſis er
roribus in recta reſipiant. Secus extirpentur de
medio. Modicum enim fel totum mel amaricat.
vnica menda totam faciem deformat. parum fer-
menti totam maſſam corrumpit. Ideo putrida mē
bra ne totum pereat ſolent a corpore reſecari. Ne-
phandū quippe foret utile per inutile vitiari. Sed
ut video:nimia iam expectatione torqueris. ⁊ ad
hauriendum ſalutare poculum:quo dolori tuo fo-
menta propinem intritam ⁊ ſollicitam curam ge-
ris. Accipe quod nedum leuiat:ſed mundet ex to-
to. Amicum premiſiſti non perdidiſti. Ex hijs qui
amantur:licet eos caſus abſtulerit:manet cum io-
cunditate memoria. Non tm̄ futura ſed preterita
quandoqȝ delectant. hec expectatione:illa quideʒ
memoria. Superuacuum etiam eſt dolere. ubi do
lendo ne quicq̄ȝ proficias. Deinde iniquuʒ eſt que
ri de eo quod vni accidit ⁊ omnibus reſtat. Demū
deſiderij ſtulta queſtio eſt:ubi inter amiſſum ⁊ do-
lentem minimum intereſt. Reſpice celeritatem ra
pidiſſimi temporis. cogita breuitatem huius ſpa-
tij:ꝑ qd̄ uſitatiſſime curramuſ. Obſerua comitatū
hunc generis humani:eodem tendentium. diſtin-
ctum minimis interuallis. etiam ubi magna viden
tur. Quem putas periiſſe:premiſſuʒ eſſe videbis.
Quid autem dementius: q̄ȝ cum idē iter tibi eme
tiendum ſit:eum flere qui tibi dilectus ad gloriam
anteceſſit? Non ſum ablatus tibi ut extimas:o fi-
de pectoris mei comes. Non tibi ſubtractus ſum.
non malis artibus circūuentus. Tranſlatus ſum
in meliorem regionem. euectus ubi labores diuti-
nos in quietem perpetuaʒ commutaui. de terreno
celeſtis agricola. de ſeruo liber ⁊ dominus. de ſor
dido ⁊ humano corpuſculo angelus factus ſum.
Ibi redemptoris noſtri glorioſam effigiem: glo-
rioſus aſpiciens:ſanctorum ſociatus agminibus:
in hymnis ⁊ cantib⁹ hilarē vitā ago. Tuas igit̄ la
chrymas feſtinus exterge. gemit⁹ cōprime. ⁊ lamē
tis oib⁹ ammō fineʒ ipone. ne forte certiorat⁹ hijs:
tante felicitati mee inuidere potius q̄ȝ gratulari vi
dearis. Confabulari tecum ⁊ ſingulare deſideriū
⁊ uoluptas maxima mihi fuit. ſed ad decantan-

das iam ſolitas laudes altiſſimo: ⁊ in eius contemplari captandam ſumma cum uoluptate letitiam: me uocat chorus angelicus. Obſecro autez per viſcera miſericordie ieſu chriſti: ut omnis meroris ⁊ turbinis deterſa caligine: fluctuanti adhuc patrie fidelis ut hactenꝰ adiutor aſſiſtas. Nec te ulla que poſſit occaſione contingere deneges: cui tantuz teneris. Chari quidem parentes: liberi: ꝓpinqui pariter ⁊ amici. ſed omnes omniū charitates vna cōplexa eſt pr̄ia. pro qua nemo bonus dubitat mortē appetere: ubi ei profuturus ſit. Noui fidem tuam: noui ſinceritatem ⁊ intima cordis tui. in te fidunt: in te ſperant proceres uenetorum. Non potes duz vixeris patrie recuſare labores: licet graues infeſtiq̄ʒ ſint. Non ſolum enim nobis nati ſumus. partem noſtri primam patria uendicat. partem parentes: partez amici. Aderit ⁊ comitabitur diuine maieſtatis auxilium. omnem a te noxiam nouitatem auertet. imbecilitati tue me quoq̄ʒ intercedente vires ſubminiſtrabit ⁊ gratiam. Nihil eſt eniz quod principi illi deo qui omnem mundum regit fiat in terris acceptius: q̄ʒ conſulere patrie: miſeris ⁊ afflictis opem ferre: quietem ⁊ pacem ſeculo ſuo dare. Hac petij celum via. hac petiturus es tu. Omnibꝰ quidem qui patriam iuuerint: auxerint: opēq̄ʒ preſtiterint: certum ſcias in celum diffinitum locū: ubi beati ſempiterno euo fruantur. Eternum uale mi fili. cui animam que iam celo potitur: natos ⁊ coniugem non aliter q̄ʒ ſint in mēte adduco. expertus ꝙ uerum ⁊ fidum amicum te ſibi reliquerim: quantū natura patitur in ſuis commodis vigilez ⁊ aſſidue curioſum. v. idus Februarij. Anno incarnationis eius qui nos a morte redemit. 1355.

Epiſtola domini Benintendi Ueneꝶ. cācellarij ad magiſtruz Modium parmeñ. qui conſueuit morari cum domino Açone de corrigio de parma. X.

Modio ſuo Benintendi. ſalutē.

n On poteſt mi Modi virtus tua latere ſub modio. Fulget ⁊ eminet uelut in cādelabro poſita: ⁊ tota iā ueris nō fictis ſuffulta laudibꝰ ex ſe lucet. Ideo ut a querelis exordiar tecuz: hactenus mihi quidem incognito: tantum huius fugaciſſimi temporis: cuius ſolius auaritiam ueterum noſtrorum commendat auctoritas irrecuperabiliter perdidiſſe me doleo. Q̄ʒuis eniz bonus nō ſim: in hoc tamen libenter incumbo: ut bonorum fiam conſortio non indignus. Fateor magnaz vim ad conciliādos ſibi animos virtus habet. Ea nihil eſt amabilius. nihil quod magis ad diligenduz alliciat. cum propter virtutem ⁊ probitatem eos etiam quos nunq̄ʒ vidimus diligimus. Uincit omnē cognitionem nature morum ſimilitudo bonorum. Nullaq̄ʒ ſocietas gratior: nulla charior: q̄ʒ cum viri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. Proinde cum pleriq̄ʒ referentibus multa magnaq̄ʒ de te nuper audiuerim: factus es mihi ante charus q̄ʒ cognitꝰ. ⁊ dum mihi ſuggeritur quanta ſit eloquentie tue vis: quāta diſcretionis itegritaſ: quantuſq̄ʒ animi tui vigor: in te delector ⁊ ſtupeo. Stupeo quippe grauibꝰ te curis obſeſſum: tot ſecularibus implicatum negocijs: ſic uacare animo ⁊ ſapientie potuiſſe. Et cū ſenſerim tecum inique fortunam egiſſe: per multos caſus uariaq̄ʒ pericula te iactando. hoc ipſum delectat me animi tui robur. O q̄ʒ mirabilis ⁊ ueneranda res eſt: noſtra preſer

tim etate virtutis utinam non magis ſterilis q̄ʒ fecunda: virum interritum inueniſſe periculis: in medijs tempeſtatibus placidum: ⁊ inter aduerſa felicem. Maiuſ hoc altiuſq̄ʒ mi modi: q̄ʒ ut ſimile tuo in quo eſt corpuſculo credi poſſit. Sed vis ut opinor in te diuina deſcendit. animum tibi excellentē exhibuit: moderatū: omnia tanq̄ʒ minora transeuntem. quicquid timetur operaturq̄ʒ ridentem: quez profecto agitat celeſtis potentia. Non poſſet res tāta ſine adminiculo numinis ſummi ſtare. Itaq̄ʒ niſi fallor: maiore tui parte illic es: Unde ueniſti. Quemadmoduz enim radij ſolis contingunt quidem terram: ſed ibi ſunt vnde mittuntur. ſic animꝰ tuus magnus ac ſacer: ꝯuerſatur quidem nobiſcū: ſed heret origini ſue. illinc pendet: illuc mittitur ⁊ aſpirat. Quocirca felicitati tue uehementer ꝯgratulor: ⁊ fortune mee habitare deinceps vnde impenſe ratio mihi conſtet. vnde virtutis ⁊ patientie formam ſumam. cuius exemplo aduerſus hoc momentanea ⁊ caduca me muniaz. poſtremo ad eius mores ⁊ regulam me componam. Ha quantū prodeſt animo nondum adulto: illic adheſiſſe vnde ſe poſſit facere meliorem. Propterea eligendus eſt nobis vir bonus: ⁊ ante oculos ſemper habēdus: ut illo vidente viuamus: ⁊ tanq̄ʒ illo ſpectante omnia faciamus. Hunc te mihi electum eſſe cognoueris. obſeruabo. imitabor. ⁊ ſequar etiaz ſi mare trāſieris animi tui mores. quos ⁊ ſi non ſperem facile conſequi poſſe. magnus quidem eſt labor: ⁊ prorſus viribus meis impar. at ſaltem attingere nō deſpero. Nihil enim eſt quod pertinax opera ⁊ cura intenta ⁊ diligens non expugnet. Robora in rectū q̄ʒuis flexa trahuntur. curuatum trabem calor explicat. ⁊ aliter nate arbores in id finguntur quod exigit uſus noſter. quanto facilius mens ipſa flexibilis ⁊ omni humore exequentior: formam bonitatis accipiet: ſi feruenter inſtabitur? Nec temerariū me queſo puta. ueris ſi de me meliora ꝓmitto. Imbecilis enim foret ⁊ egri inexperta formidare: nec ſpem bonam concipere: ubi tali tantoq̄ʒ duce regēdus ſim. Sed ne forte nimis blandiri tibi hec mea videatur oratio. Ars enim ea procul a moribꝰ meis eſt. al's me tibi ſcripturum prenoſcito. quo huic tue laudi contraria iudicat vulgus exterior. nō ut me qui diſcipulus eſſe uolo tibi correctorem exhibeaz: ſed potius ut uelut honoris tui amantiſſimū habeas ea parte: ex puritate fidei relatiore. Et cuz nihil ex omni parte beatuz. nihilq̄ʒ in humanis adinuentionibus adeo perfectū: qꝺ ſi ad perſpicacis correctionis regulam deducatur: multa non idigeat tonſione. magnum argumentuz bene conſtituti animi tibi erit: ſi ea que de te forte adhuc ignoraueras: nunc in melius reformando cognoſces. vij. idus nouembris. 1355.

Reſponſiua magiſtri Modij ad premiſſam epiſtolam. XI.

p Erūcta melle rhetorico tua me permulxit epiſtola: Benintendi: que mētis ⁊ oris admirāda nitore: oculos meos dulciter illexit: iflexit ſpūz: ꝑfricuit ⁊ auditū. Uex ubi ſecū ſtrictius quorſum me uocaret ſollicite queritarē. non obſtupere nō potui: quo nā modo dū eminētie tue gradum: laboris tui ſtudium peruigili meditatiōe contemplor: qui tanti ducis imperia: tantorum ꝓncipum conſulta diſponis: hijs utcunq̄ʒ cedens in

meos titulos te conferres. Nec mihi ſatis liquet:
nunquid permulcendis moribus an propulſandis
erroribus inſtitiſti? Hijs etenĩz haud iniuria mihi
meminiſſe videor adoleſcẽtulos urgeri ſolẽ quos
olim uel illuſione corripimus : uel in meliores ani
mare callida perſuaſione molimur. Moliris equi
dem fateor:nec de te qui tantus qui talis es : niſi
ſanctum niſi honeſtum credere minus fas fuerit
q̃ꝫ dubitare nefas. Moliris namqꝫ uelut interpre
tor:torpenti animo calcar addere:pauores excute
re: ⁊ qui tibi ad probitatem affici credor:in hac te
te perficiar ſuadẽte. Supprime queſo mi domine
reuerende:ac nimium elata uela ſubſtringe. Nam
quid agis . niſi ut preconij ludibrio mendacis eru
beſcam? quem tanta vi facundie floridum integra
diſcretione conſpicuum:animi loricam potentem.
⁊ ſi ſeculi fluctibus ⁊ ſi fortune ictibus actũ:uacaſ
ſe diſcipline pre nimio ſtupore miraris ? Miraris
enim nec admirari deſinis : quem noſtris tempori
bus nihil attonitum:minime cupiduz:bifrontis fa
ni ludis:non ſine ſocij fauore numinis : inconcuſſa
mente ſpectantem:oratione blanda non minus q̃ꝫ
uera deſcribis. Erubeſco deniqꝫ.emuteſco penit⁹:
quando qd̃ mens egra cogitare:nedum manuſ tre
pida ſtilo dare vix audet.me tibi ducez eligis:ſpe
culum exigis.ſed ut iam arbitror hic tibi mos eſt:
ut quos virtuti faciles reris:hunc laudibuſ accen
dere:hunc pro animorũ exigentia ſoleas argutijs
deterrere. Porro ut ex multis que tot ⁊ tanta pro
faris ad pauciſſima reſpondeaz. Is non ſum.is nõ
ſum:iuratus exclamem:quem tantis plauſibus ex
tollere.deperditi temporis querimonia complora
re:quem falleratis orationibus allicere:quem tan
to debeas molimine flagitare:quin ut preterea q̃ꝫ
ta ſit qua ſic afficeris ingeniorum dulcedo ſimili-
um.ſi pectuſculi mei latebras inanes percurreris:
fortaſſe quem latentem ſub modio non horrebas:
nõ autem tibi in medio cognitum q̃ꝫ minus charũ
intellexiſſe dolebis. Nouiſſime ne tuis preſum:qui
tanta me contẽplatione dignaris videar auſpicijs
diſſentire:non ut tecum quem mihi ſingularem do
minum preelegi:cui meos animi motus: ⁊ cuncta
nota ſubegi:fulgentibus ne dicam paribus armis
accingar:ſed ut naſcentis amoris noſtri radix mu
tuo compluta pignore coaleſcat.ſolutis inuigilare
ſermonibus:non intrepido tamen police laboraui.
nequaq̃ꝫ ignarus illuc me rapi:ubi tua noſtrorum
cicropidarum ſimillima turba paleſtris concertat
ingenij:floreſcit Liuius ⁊ facũdia Ciceronis.ubi
tua te uenerabilis caterua miratur:labori ſuo colu
mẽ: ⁊ pedibus dulce iubar. Succedo itaqꝫ domi-
ne mi:ac genibus tuis ſupplex ⁊ deuotus aduol-
uor : ut ſiue mitior qualem te tua commendat hu-
manitas:ſiue qualem te ad ultimuz policeris:acri
or imperitare malueris:mihi liceat tua iuſſa cape-
ſcere:dictata faceſcere:ac eo medulit⁹ aſpirare:qd̃
⁊ quacunqꝫ me uocabunt tui ſocratici pectoris ru
dimenta. Veneƚ.xxj. Nouembris.

Per tuum item tuum ſigd
eſt Modium parmeñ.

¶ Alia epiſtola eiuſdem domini Benintendi ad eun
dem Modium. XII.

r Em non nouam neqꝫ inopinatam aggredi
ar:vulgatam potius ⁊ clara uoce promiſ-
ſam ſi tanto illi preconio:quod de te pridez
altera mea profitebatur epiſtola:quicq̃ꝫ iſta detra
xerit. Que ſi forſan:quod minime reor:aliqua ſui
parte tibi moleſta peruenerit:tantilum ſaltẽ repor
tatura ſit fructus:ut quem te illa tantuz extulerat:
preſens nunc expertura ſit virum. Sunt mihi que
fortibus in te lacertis traiciam acutiſſima iacula.
ſunt ualidiſſima tela quibus te tranſuerberare iaz
properem. Sunt ſagitte mortifere quas in te mit-
tere totis viribus non formidem. Quid autem ad
uerſum hoc negocij tibi ſit ipſe delibera. Nõ te tu-
tabitur ſcutus uel galea:non lorica uel torax : non
quoduis alterius generis munimentum. quantũ-
cunqꝫ exquiſito artificio ſint contexta. Armis cre-
de mihi alijs q̃ꝫ ferreis opus eſt. Miſer es modi.
⁊ miſerior multo q̃ꝫ putas.cum ſeruus ſis : ⁊ iam
non ſeruus eſſe non poſſis. Aſtrinxiſti fidem tuam
aſtrinxiſti pariter libertatem. ⁊ utinam illi domi-
no cui ſeruire ſumma eſt iocũditas ⁊ libertas. Sz
quod pace tua dixerim ab eo cui ſeruieris:ſeruias
ſeruiturusqꝫ ſis : quid ſperare potueris non agno-
ſco. Spaſti forte diuitias ab eo qui in diuitijs pau
per eſt? Speraſti honores ab eo in quem honoris
occaſio letiferum vulnus inflixit? Speraſti liberta
tem ab eo qui ſemper animo inquietus : in ſumma
libertate:ſeruorum noſcitur eſſe ſeruus ? Quanto
tibi conſultius actum erat:ſi tecum ipſe vixiſſes.ſi
te dignum feciſſes deo. Nemo autez alius eſt deo
dignus:q̃ꝫ qui hos uanos honores opeſqꝫ contem
pſit . quorum tamen poſſeſſionem non interdicit
ex toto:ſed efficere vult:ut intrepide poſſideantur
a nobis . Id ṽo minime conſequi poſſumus : niſi
nos etiam ſine ipſis beate victuros eſſe putemus.
Nunquid ſatius erat tibi hijs qui quotidie noui
caſus emergunt ceruicem ſubducere: ⁊ ſm naturã
vixiſſe:que paucis ut noſti minimiſqꝫ contenta eſt.
panem ⁊ aquam ipſa deſiderat.nemo ad hec pau-
per eſt.intra hec ſi tua deſideria concluſiſſes . cum
ipſo ioue de felicitate contenderes. Sed ut video
implicauit te potius error communis glorie videli
cet appetitus qui ſummum calcar etiam virtuoſiſ-
ſimis eſſe ſolet.quaſi pulchrum duceres: ⁊ ad ma
gnum tibi decus aſcriberes:apud illuſtrem virum
fame precium meruiſſe. Falleris:licet aliquali ue-
nia dign⁹ ſis. Nonne meminiſti ꝙ uera animi ma
gnitudo:honeſtũ illud quod natura ſequitur in fa
ctis poſitum non in gloria iudicat. ⁊ mauult eẽ pn̄
cipem q̃ꝫ videri? Nam qui ex errore imperite mul
titudinis pendet:hic in magnis viris habẽdus nõ
eſt.facillime enim ad res iniuſtas impellit̃. Nõ eſt
philoſophia populare artificium:nec oſtentationi
paratum.nulla extrinſecus inſtrumenta iã querit:
domi colitur:ex ſe totuz eſt. Nulla ergo excuſatio
eſt peccati:ubi reprobata cauſa peccaueris. Sic
itaqꝫ ſi ſeruitutez ambitionemqꝫ tuam ex corde re
cenſeas:ſenties profecto hec duo laudem tuã acu
tiſſime tranſfodiſſe . Reſpondebis ut opinor hec
eadem imputaturus ⁊ mihi. Fateor non ſuz liber
non ab huiuſmodi labe totalr̃ abſolutuſ . Libens
tamen ſeruio iuſto ⁊ chriſtianiſſimo principi:non
domino uel tyranno:qui vite neciſqꝫ in me habeat
poteſtatẽ. Seruio reipublice mee:que mihi meip-
ſo charior ſemper fuit. Seruio patrie mee : que fi-
lijs parentibus ⁊ amicis : ⁊ demum priuate utili-
tati preferenda eſt.hanc mihi non ſeruitutem ſed
ſummam arbitror libertatem . non tam honoris

diuitiarum uel glorie cupidus:q̄ꝫ ut apud euꝫ qui omnium coꝛda nouit fructus benefactorum ſit mihi bene feciſſe. Credideris foꝛte hic finiam ⁊ ſigillem epiſtolam? Maius certamen expecta. Accipe quod te pꝛofundiuſ ſauciet: ⁊ penetrabilius vulneret mentem tuam. Uerſus ut audio componis ⁊ carmina. dictiones ⁊ ſillabas quotidie menſurare non deſinis. Uerbis tamen ⁊ uocibus operam tuam ponis. O pueriles ineptias. hijs rebus intentus es: que nec te poſſint nec alios facere meliores In hoc labores. in hoc vigilias tuas perdis? In hoc ſubduciſ ſupercilia tua: barbamqꝫ demittiſ: ⁊ palidus quandoqꝫ ⁊ exanguis inſudas? Turpiſſima iactura que ſenſato viro ex conſcientia ſua uenit. Si multum ſupereſſet etatis parce diſpenſanda: ut neceſſarijs tm̄ ſufficeret. Nūc ꝙ moꝛs a tergo quotidie nobis inſtat. magnaqꝫ pars eius pꝛeterijt. ⁊ quicquid etatis retro eſt: iam tenet: quanta demētia eſt ſuperuacua diſcere in tanta temporis egeſtate? Et cum aliena ſint omnia: tempus quod ſolum noſtrum eſt: fruſtra conterere? Non virgilius: non Homerus: non Ouidius Statius uel Lucanus: non reliqui poetarum quotquot numerare uolueris: aut eoruꝫ utiqꝫ faceto ſtilo metra compoſita: eo ꝙ ab omnibus queritur a pauciſſimis inuenitur: conſilio te iuuabunt. Id tibi celeſtis amoꝛ ⁊ philoſophia ſola pꝛeſtabit. efficiet ut libenter deū: contumaciter foꝛtunam aſpicias. aliquid ꝯtra paupertatem aliquid deniqꝫ contra moꝛtem: ſingulis te adhoꝛtabitur horis. docebit te nulli rei ſeruire: nulli neceſſitati. nullis caſibus demum ad calcem perducet. ut teipſo contentus ſis: ⁊ ex te naſcentibus bonis. utqꝫ hoc quotidie mediteris: quemadmodum poſſis equo animo imbecillem hanc ⁊ trāſitoriam vitam relinquere. Facere ſuadebit non dicere. ⁊ non uerbis opera: ſed operibus uerba pꝛobare. Crede mihi mi modi. litterata colloquia: ⁊ ex p̄ceptis ſapientuꝫ uerba collecta: eruditusqꝫ ſermo: uerum robur animi non oſtēdunt. Cum ſit oratio etiaꝫ timidiſſimis audax. Pꝛoinde tibi perſuade: libertatem eſſe precioſiſſimum boni genus quā naturalem facultateꝫ: eius quod cuiqꝫ facere libet: niſi quod vi aut iure pꝛohibetur. ſapientes eſſe diffiniunt. Seruitutem econtra omnium malorum grauiſſimum: qua quis alieno iuri contra naturam ſubijcitur. Ab initio eni omnes homines liberi naſcebantur. Ambitionem quoqꝫ pernicioſiſſimā peſtem fore. que ut tuus ille Saluſtius ait. multos moꝛtalium falſos fieri coegit. aliud clauſum in pectore: aliud in lingua pꝛomptum habere. Demum ſummam negligentiam illam eſſe: ſi exiguum hoc nobis datum eſt temporis: inutiliter expendatur: ⁊ pꝛodige. ubi uelut irrecuperabile fuerat parciſſime diſpenſandum. Poſtremo cum qualem quantum ue haberi te uelis: non infoꝛtune ſed in manibus tuis ſit: tunc conſumata felicitas tibi erit. tunc ſummā ſummaruꝫ attigiſſe te noueris: cuꝫ eo perueneris: ut qualis haberi cupias: talis ſis.

Modio ſuo. Benintendi. xv. kal. decembꝛis.

¶ Epiſtola domini Benintendi cancellarij miſſa domino Franciſco Petrarche. XIII.

Erius noſter mihi pꝛidem apparuit. ad cuius pꝛimo complexuꝫ: magna me ſubijt ueneratio eius: dum eum eſſe memini qui ſe pꝛobitatibus ſuis fecerat amicitia tua dignū. Magnum opus feciſſe. magnas ſibi comparaſſe diuitias: immenſum ſibi theatruꝫ extruxiſſe viſus eſt mihi. Queroꝛ. iraſcoꝛ ⁊ litigo mecum ipſe: ꝙ nō maiori cura tanti viri gloriam ⁊ ipſe ego uenatꝰ ſum. Accuſo ignauiam meaꝫ: ipſe me ſepe redarguo: ac miſerum ⁊ infelicem me clamito: ꝙ tanta diligētia hoc luteum coꝛpus operiam: fami ſitiqꝫ ſatiſfaciaꝫ ſue. ac eius ſiquid langoris intercidat: ſingula mēbꝛa curem. Animum vͦ qui non ſuo ſed alieno potius vitio ſemper eſt nudus: qui non annone ſed paſtoris inopia famelicus ſemper ⁊ eger: ſic pꝛoꝛſus ac ſi mea nihil eius interſit abijcerem. Dico intra meipſum. Si ceci coꝛporis lumina perdidiſſes. ſi auditum guſtum uel tactum aut deniqꝫ odoratū: ſiniſtra manu caſus aliqs abſtuliſſet. nunqd adriaticum mare non ſulcares? Nūquid ionicū ⁊ egeū? Nunquid caribdim ⁊ ſcillam foꝛti animo nedum traijceres ſed trauares? Nunquid non italiaꝫ: germaniam ⁊ galliam peragrares? Et ut paucis totuꝫ complectar. nunquid non europam: aſiaꝫ ⁊ africā: uelut furibundus inquireres. ut nedum qui ſanaret ſed qui ſalutem pꝛomitteret inuenires? Nūc in foribus tibi eſt: qui moꝛbos animi diligenter expurget. qui tanta ualitudine infectum eum curet ⁊ ſanet. qui tenebꝛas pellat: lucemqꝫ ſubducat. qui beneficio ſuo te parem angelis efficiat. ut quid moraris uel ceſſas? Excute teipſum ⁊ libera. feſtina. pꝛopera. ⁊ virum illum uelut diuinum quoddam oraculum ſupplex adora. Nulla adeo tibi tranſeūda ſunt maria. nulla hoſtiū adeunda pericula. nulla peregrinatione iter querendum. Plana tuta ⁊ aperta ſunt omnia. utilis laboꝛ eſt. utilioꝛ multo q̄ꝫ putas. Plus eo q̄ꝫ ſperare poſſis inuenies. Nunquid quod raro in philoſopho reperitur: chꝛiſtiane religioni quiſq̄ꝫ fidelioꝛ? Nunquid ad obediendum quiſq̄ꝫ humilioꝛ? Nunquid ad imperandum quiſq̄ꝫ modeſtioꝛ? Nunquid ad ſeruiendum paratioꝛ ⁊ in conuerſatione benignioꝛ viſus eſt? Ita ut merito dici poſſit. ꝙ nequaq̄ꝫ ei ſimilis ſit inuentꝰ. Ad Titum liuiū lacteo tunc eloquētie fonte manātem multos de ultimis terrarum finibus legimus ꝑueniſſe. ⁊ quos ad ſui comtemplationem Roma nō traxerat: vnius hominis fama perduxit. Quāto magis hic: non lacteum fontē. ſed ut uerius dicam: aureū virtutis ⁊ eloquentie flumē emittens: adeundus ⁊ contemplandus eſt vir? O theſaurū immenſum ſi bene quis computet. O inextimabile ſeculi noſtri donum. illam in terris inueniſſe ſalutem. quam nec pꝛeteritis nec futuris ſperare: niſi de celo fas fuerit. Leges in antiquoruꝫ hiſtorijs viros fuiſſe pꝛudentes iuſtos temperatos ⁊ foꝛtes: ſed quod vni contigerit alteri defuiſſe comperies. In vno hoc totum quod dici uel cogitari poſſit virtutis inuenies. Si queras ſcientiā: equabis eum Ariſtotili uel pꝛepones. Si mores: Anneus Seneca cedet illi. Si eloquentiam alterum inueniſſe credideriſ Tullium Ciceronē. Si cardinaliū q̄ꝫuis ex quatuoꝛ alterum conſpicies Socratem alterum ⁊ platonem. Si huiuſmodi ergo vir. cum nil aliud q̄ꝫ deꝰ in humano coꝛpore viuēs extimari iaꝫ poſſit. inuadat me ſepius immoderata quedā cupiditas: ut mandatum dominicum quodammō in te ſequens: uxorem ⁊ filios: patrem ſi ſupereſſet ⁊ matrem: fratres deniqꝫ ⁊ ſorores cetera etiam que circa me bona videntur: pꝛopter te deſeram

centuplum accepturus. Scio quidem ꝙ in manibus tuis eſt: regna: imperia: nobilitates: honores: diuitias: opeſqꝫ conferre. ⁊ quod hijs omnib⁹ maius eſt: animas hominum erudire. eiſqꝫ ſapientiā digniſſimam rerum infundere. Quid autē ea optabilius ſit? quid preſtantius? quid melius aut homine libero dignius non agnoſco. hec eſt diuinarum ⁊ humanarum rerum notitia. hec falſi uerique ſcientia. hec que ſola poteſt hominem contentum beatumqꝫ preſtare. Itaqꝫ receſſum mihi frequentius perſuadens: cuncta diſpono: accingor ad iter. ⁊ pacatis omnibus uelut celeſtem gloriam petiturus: hilaris ⁊ tutus abſcedo. Et ſemper in limine: que me turbet ratio. videlicet rerum omnium moderatix. clamat ⁊ reſiſtit in faciem: vulgatam illā non tamen ſatis intellectam ſententiaꝫ repreſentans. appetitus obtemperet rationi. Ad huius uocem attonit⁹ ſiſto gradum: pedē retraho ad nauis iam properantem aſcenſum. ⁊ quaſi ſubita obumbratione ꝯcuſſus: eius imperium taciturnus expecto. Arguit: increpat ⁊ caſtigat. ⁊ uelut grauiter delinquentem alloquitur. Quis te in dementiam tantam duxit. ut temere quicq̄ nec conſulto conſtituas? Cogita quis ſis. quo. quid ue queſiturus accedas. Rudis ⁊ tenebroſa materia: cui vix poſſit aliqua bonitatis effigies: ne dicam imprimi: ſꝫ nec etiam inſigniri. Pro ſapientia temptas luminum ſummum lumē? Neſcis ꝙ fruſtra quicq̄ agitur in non diſpoſito ⁊ patiente? Tu pedagogi miniſterio adhuc egens. qua fronte clariſſimi viri fores etiam prouectiſſimus in vias. ⁊ niſi conſumate ſapientie acceſſibilis mentibus pulſare preſumens? Nam tibi delirare maxime videretur: qui ſcandere turrem excelſam vix per multas aſcenſibilem ſcalas: vnico ſaltu contenderet? Nun tibi inſanus videretur ⁊ improbus: pannoſus ⁊ ſordidus nec cilicio quidem dignus: regiam ſibi ueſteꝫ auro gemmiſqꝫ contextam. repentina quadam impetitione depoſcens? Magno ut opinor moueretis cachino: ſed maiori multo ſi alium inuenires: uolare contra naturam uolenteꝫ. Certe ut ille quo altius aſcenderet: maiori foret ruina caſurus. ſic ⁊ tibi niſi propoſito reſipiſcas: quaſi erranti viam quo magis ambulare credideris: itineris plus reſtabit. Sunt ad ſapiam ipſaꝫ gradus. quorꝫ ſi quē interſcalari uel pretermitti ꝯtigerit. neceſſe eſt qui hoc temptat ordine peruerſo precipitet. Melle ⁊ lacte prius educantur infantes. demum inualeſcētibus annis ualidioribus nutriuntur cibarijs. Tu quoqꝫ ſimile fac: in eorum adhuc numero collocādus. Eſt enim cibus quem queris prorſus viribuſ tuis impar. Cum autē adoleueris: ad fortiora matura conſultatione conſcendens. Tunc deſtinatuꝫ portum ſecurus intrabis. ubi ſalutarem medelaꝫ: ubi incomparabiles theſauros. ubi quicquid poteſt circa hominem boni eſſe: conferta menſura recipies. ita ut tibi merito ſit dicendum. Hoc eſt qđ ſemper optaui. Hec igitur virorum optime: etiam quēqꝫ conſtantiſſimum territura: tua preſentia carere inuituꝫ me compellunt. Feram quoad potero patienter. daboqꝫ operam: licet ignauus ⁊ diſcolus: licet publicis obſeſſus negocijs: ut aliquando me faciam deſiderio meo dignum. Tu autem benignus ⁊ pius: hoc vnū quod abſenti preſtare potes: litteratum colloquiuꝫ queſo mihi nę deneges. hoc vno mō mihi viſendum te pꝛbe. Nunq̄ epiſtolam tuam accipiam ut non protinus tecū ſim. Nā ſi amicorū abſentium imagines iocunde ſunt: que memoriam renouant: ⁊ deſiderium abſentie falſo ⁊ inani leuant ſolatio: quanto iocundiores future ſunt littere que ueri notas amici ⁊ uera ueſtigia repreſentant? Uale mi feliciſſime domine. ⁊ quotiēs ſeruos tuos computare uolueris: precor nomē meum ſaltem in ultimis non omittas. Ago autem tibi reuerenter memoriam: ut epiſtolarij tui copiā: munus quidem mihi chariſſimuꝫ: ⁊ al's tua benignitate promiſſum. qualicunqꝫ via habere promerear. pro cuius ſcriptura per communem amicum noſtrum Marcuꝫ de Raude ciuem mediolaneñ. ⁊ uenetum: ſicut neceſſe fuerit ſcriptoribus ſatiſfiet. Ecce enim ⁊ ego tibi rependens. exſoluo debitum quod promiſi. Mitto incluſam reſponſioneꝫ quam ad ea que ſecundario inuexiſti: non tamē ut aſſeris tibi receptam: mandauit recolende memorie dum ille danduleus: olim tibi ſuis dilectus virtutibus. ⁊ uere noſtre patrie uera lux. ut ſcias ei nec uerba nec ſententias defuiſſe: Et ut nil reſtet quo tanti viri poſſit accuſari memoria certum tene eum omni tempore appetentiſſimum pacis fuiſſe. At ut audire ſepius potuiſti: hic mos glorioſum quippe patrie noſtre decus: ducibus noſtris eſt. ut q̄uis in eos dignitatis tituluſ ſit collatus: potius ſequi q̄ ducere. nec tam imperandi q̄ parendi ſibi poteſtatem aſſiſcunt. utqꝫ ipſius viri laudes: q̄s nec cape poſſet uoluminis magni liber: paucis abſoluam: nil in eo natura peccauit: niſi ꝙ tam breuē vitam dedit eidem: cui tamen bene reddite religē memoriam ſempiternam.

Tuus Benintendi Uenet̄. cancellarius: lꝫ indignus. vij. kal'. Februarij.

¶ Reſponſio dñi Franciſci ad precedentē. XIIII.

b Ene mihi accidit ꝙ in urbe licet frequentiſſima: tua me ſolitarium epiſtola repperit. Erubuiſſem coraꝫ multis deprehenſus in publico. Nunc ſolus erubui. ⁊ dixi. quid non potes imperioſe amor? quid non potes? quando etiā talis viri oculos iudiciumqꝫ perſtringis? In litteris quidem tuis optime vir: duas ſimul ueterum ſententias recognoui. ⁊ amoris ſcilicet ⁊ eloquentie magnam vim. nec de nihilo dictum. uel amantium ceca eſſe iudicia. uel oratorē poſſe omnia. Primum te amice in extimatione rerum mearum fallit haud dubie. Secundum vō me paulominus fefelliſſet. ut talis mihi videri inciperem qualē tu me facis. ſic corda legentium in manu habes. ſic papyrus pro regia. ſic calamus tibi pro ſceptro eſt. niſi ꝙ me cogi ſentiens in arcem rationis euaſeraꝫ. meqꝫ ipſum idētidem percuntabar. an uera eſſent que de me ſtilo q̄uis artificioſo ⁊ mellifluo dicerent. Scio qđ mihi intus in ſilentio ſit reſponſum. Proinde oro: poſthac pudori meo parcas. ne ue me nō meis laudibus oneres. Non precor errorem exuas quo delector. tantū ne me facundie vnco trahaſ in errorē multo iparē. Tu⁹ eniꝫ error igenu⁹ ⁊ amicitie teſtis eximie. meus ſi ſit. niſi amens ridiculoſuſqꝫ erit. q̄q̄ ni fallor ne in hac parte labi poſſim prouiſum eſt mihi. Habeo cui heream: conſcientiam meam. A qua ſi non exterius flatibus auulſus fuero: non facile corruam. Illic enim non niſi aura puriſſima: uerique flant ſpūs. Deniqꝫ ſic hēto poſſe

me tibi omnia credere:niſi que de me ſcribiſ.Que
ſi aliūde pcederēt:qua putas frōte lecturꝰ fuerim?
At nunc mihi notiſſimus cādoꝛ tuus.quicqd agis
aut ſenſibus meis appꝛobat.⁊ que ex ore alterius
illuſoria viderentur:⁊ tuis labijs grata facit:⁊ dul
cia.Ad ſummam.quiſquis ſum:tuus ſum.⁊ amici
tie noſtre fores quas eloquentie tue clauibus ape
rire tanto ſtudio ſatagis:aperte ſunt:ut libet exop
tatis igredere.Crede mihi.nullo niſu:nulla opus
eſt arte.ultro animis pꝛeſto ſum.teqꝫ in limen letꝰ
excipio.non pꝛius excluſurus:ꝙ hanc inde aiam
moꝛs excludat.Idqꝫ ſic eſſe ut dico:penitꝰ tibi inſi
tum eſſe uelim.Pauca ſunt quibꝰ glorier.inqꝫ hijs
ipſis heſitare ſoleo.Unum hoc intrepide dixerim
temporales amicitias non noui.ad quas ſi non in
annis emolumenti flura ratio.ſed honeſtas allice
ret:immoꝛtalis ex ſe genitas moꝛtales eſſe non ſi
neret.Ego fateoꝛ.ad ineundas amicitias tardus:
ad fruendas immobilis.ad hanc contrahendā uti
qꝫ pꝛonus ſum.ac ne id foꝛtuitum putes.de te mi
hi diu ante pꝛouiſum erat.queʒ ut in amicis habe
rem:⁊ dignus ⁊ appetens videbaris.Sane qꝫ pre
ter modeſtiſſimum amicitie uotum:etiam de ſcri
ptis familiaribus que uaria exigente materia quo
tidie mihi e manibus excidunt:partē poſtulare di
gnatus ſis:miroꝛ.Quid ita cum viuum fonteʒ do
mi habeas ⁊ lucidum:ſemiarentes ac turbidos vi
cinorum riuulos ſitibundus ambias.niſi pꝛideʒ in
tellectꝰ mihi ſit animi tui ardoꝛ:qui tacitus eſt.ut
nullum ingenij liquorem vndecunqꝫ faſtidiat.Ne
qꝫ ſibi ſufferturum arbitretur quicquid perennibꝰ
ſcatebꝛis uberrimū pectus affatim pꝛomit:niſi uel
ad limina pauperum pulſes:⁊ tui locuplex aliena
mendices.Perge.age.habes quos ſeqris duces:
ſeu Socratem mauis ſeu Platonem.quorū alter
ut ſcriptum vides:ad diſcendum pauper:ditiſſimꝰ
ad docendū fuit.Alter litteras toto oꝛbe collegit:
quas toto oꝛbe refunderet.Hijs exēplis fretus:⁊
hac iter ingreſſus:fieri non poteſt:quin ad ſūmas
quoqꝫ diuitias pꝛouehare.Quod ad nugas meas
attinet:deſiderio tuo etiam mei ⁊ meaꝝ reꝝ amoꝛ
accedit.amoꝛ cecus ut dixi:⁊ ſemper obliquus re
ruʒ arbiter.Uulgo dici ſolet.Placens hiſtrio ſem
per placidum canit.Pꝛofecto autem non in me ne
qꝫ in meis ſcriptis eſt ut placeant:ſed in te.Quan
tum vō in hijs:quando in hijs delectaris:ꝙtum
in maioribus ſiqua ſoꝛs fauerit:tibi moreʒ gerere
copiam:⁊ rurſuʒ quid ſi uacet ex te uelim eius ex
ore audies:cuius e manibus iſta percipies.Qui
vir muſica ſuauitate mulcē aures:⁊ digito potēs
eſt ingenium excitare.Cumqꝫ ipſe ſit magnus:ꝙ
ꝙ non e coniugio thetidis maiorē ſe genuit.Nūc
ambo quietis auidi:de toto oꝛbe ſibi uenetiā dele
gere.Adeſto illis oro:qua potes.mei ſūt:eoqꝫ ma
gis eſſe tui:quo eſſe ſui nō alterius videbunt.No
uiſſimum eſt ut noris.epiſtolaʒ illius optimi viri ⁊
ciuis ⁊ ducis:melioreʒ nunc in patria viuētis:quo
digni utinam diutius fuiſſemus:letum me ſed nō
ſine lachꝛymis perlegiſſe.Ita mihi de ſepulchꝛo:
immo de celo reſpondere viſus eſt.ut multa mihi
ſuſpiria renouaret.ſed nō ita:ut nō ſibi quoqꝫ mul
ta reſponſurus fuerim:ſi nobiſcū ageret.Nunc ut
puto uel tacitum intelligit.Uale memoꝛ noſtri.
Mediolañ.xiiij.kal.Junij.

¶ Reſponſio quedam per dñʒ Franciſcū petrarchā
facta dño Bēintendi cancellario Uenet.ſup epita
phio dñi Andree dādulo olim ducis Uenet.XV.

C Olēde ſemp atqꝫ honorabilis amice.litte
ris ueſtris pꝛimum acceptis ſuper epigrā
mate clare ⁊ glorioſe memorie domini du
cis noſtri:ut quid ſegnitiem meā celem?excuſatio
nem non epitaphiuʒ meditabar.ut qui multumqꝫ
alia curarum acie obſeſſus:⁊ occupationū mearū
mole obrutus:uobis ut reoꝛ animi ſalteʒ augurio
nō ignota:nec ceptis ipē ſufficiā meis.⁊ uſqꝫ adeo
ab huiuſmodi iuuenilibꝰ exercitijſ ſim diſtractꝰ:ut
nō iā antiqua repetē videar:ſed noua pꝛſus ⁊ iſue
ta tēptare.viteqꝫ metiens bꝛeuitatē:⁊ fundamēto
rum amplitudinem que ieci:ſedulo mecum ipſe re
metiens contremiſcam.Ideoqꝫ iampꝛidem ſemel
mente firmaueraʒ:nihil vnqꝫ uel ingenij exercitio
uel cuiuſqꝫ pꝛecibus ul qualibet ſeu neceſſitate ſeu
delectatiōe materie:noui carminis aggredi.ſatis
ſuperqꝫ exiſtimās ſi uotiue uota ſucceſſerint.Qđ
pꝛeruptum animi decretū:neglecta interim igenij
aſperioris infamia:cōtra feruidā amicoꝝ inſtātiā:
inexorabilem ſepe me tenuit.Quid multa?Iaʒ ca
lamus erat in manibꝰ:iamqꝫ excuſatio texebatur:
duʒ ſecundus interuētus eple iniijciens manū diſ
fidentiam abſtulit:pudorem attulit:duriciē fregit.
Itaqꝫ calamum quē ad negādū ceperam:ad parē
dum uerti.quid ⁊ per quē ⁊ pꝛo quo poſceretur:qđ
ue ⁊ huiꝰ amicitie ⁊ illius memorie debeā:acriter
mecū uoluēs.Eadē hora igit:eadēqꝫ ſeſſione:qua
tuoꝛdecim elegos dictaui:qui ſi mei nō videbunt
nolite mirari.nam nec ego ut cuperem meus ſum.
nec ſum ille qui fueram:ita me multa circūſtrepūt.
ꝙꝙ hoc ita uelim accipi ueꝝ eſſe:ubi me viuū:me
as res intueoꝛ.Nam ubi alios:⁊ humanum genꝰ
omne contemploꝛ:multa fateoꝛ occurrūt.vnde cū
mei ſtatum aliene foꝛtis collatione cōſoler.neqꝫ fa
cile quiſqꝫ me liberioꝛ aut magis ſuus appareat.
Quod ſi foꝛte uerſiculi plures ſunt ꝙ petiti erant:
remedium pꝛeſto eſt.duos abijcite quos videbit.
⁊ numeri ratio ꝯſtabit.Sin oino nō placēt:eo me
magis ueſtrum credite:qui ut uobis obſequar mi
hi aduerſoꝛ.ne ue aliquid uobis aut natis icliti du
cis negem:ſciens ac uolens inglorio labori idipſū
cuius mihi penuria ingens eſt:tp̄s impēdo.Aſcri
pſi autem in margine ſiquid eſt ubi uel dubiteʒ:ul
res eadem uarie dici poſſe videatur.ut ſic electio
ueſtra ſit.Mihi enim cū oēs muſe hodie:tum pꝛe
cipue illam abeſſe perpendi:quam graiuam graij
uocant.Ualete.Franciſcus ueſter.Scripta rurali
calamo in domo cartuſie Mediolaneñ.ubi ⁊ eſta
tem ago.kal.ſeptembꝛis.ad ueſperum.1357.

¶ En domus andree ueneti ducis ultima quāta eſt?
Alta ſed aſſurgens ſpiritus aſtra tenet
Publica lux iacet hic.⁊ quartum ſidus honoruʒ.
Stirpis danduleę gloria pꝛima ducum
Hunc animi vigilem temeraria grecia ſenſit.
Et leuis antiquo reddita creta iugo.
Hunc comes albertus tyralis noſtra perurgens.
Uaſtatis pꝛopꝛijs qui meruit ueniam.
Hunc iuſtino polis feruens.⁊ iadra rebellis.
Pertimuere trucem.percoluere pium.
Hic genuam bello claram pelagoqꝫ ſuperbam.
Fregit ad algerium:ſeruitioqꝫ dedit.
Juſtus amans patrie:magnos cui fecit amicos.
Ingenio pꝛeſtans:eloquio omnipotens.

¶ Epiſtola miſſa domino Frāciſco per dominū .B. cancellarium Uenetꝝ. XVI.

r Euerende domine mi. Si plus debito importun⁹ infeſtuſqꝫ ſum: aſcribite queſo feruenti in uos deuotioni mee: que omnem a me pauorem ſimul ⁊ ruborem auertens: nimirum deuiare facit a tramite rationis. Scio quidem nū q̄ꝫ erga uos ulla ex me merita preceſſiſſe: vnde tantum virum ſic audaci fronte: taʒ crebꝛis pulſare tedijs auſus ſim. ſed ueſtra ſumma virtutis: omnem iam vulgata per oꝛbem: ⁊ animus mihi famelicus ſitibunduſqꝫ ſimul timore neſcius: in hoc quantulumqꝫ futuruʒ ſit hic tp̄is more mee pabulo generoſo: quo diu delectatus ſum cupiens ſaginari: faciunt audacem ex timido: ⁊ ex uerecundo ſecuꝝ. Epiſtolas duas ad Ciceroneʒ habui. reſtat ea quā ad anneū ſenecam direxiſtis. Et cū dieb⁹ octo uel circa hic adhuc me moraturum exiſtimē: ſupplico ne me ocioſū ueſtra benignitas eſſe ſinat. Quicq̄d uobis ad manum occurrerit: queſo copiandū traſmittite. cui ueſtra omnia clariſſima ſunt fulgentia ſuper auruʒ ⁊ quamlibet margaritam. In quibus ⁊ ſi multa alia grandis utilitatis mihi futura ſint: in ſummo tamen pꝛecio mihi erit: ꝙ ea intuens videboꝛ os habere pꝛeſentem: quem in ſingularem patrem ⁊ dominum habere pꝛopono: cunctis tempoꝛib⁹ vite mee. Recōmendans me humiliter gr̄e ueſtre ſemper. Ueniſſem nunc ⁊ frequentius uenirem ad uos: ſi hijs quibus utiliter inſudatis operibus: meam viſitationem tam utilem q̄ꝫ ſuperuacuam eſſe ſcirem. Ueſter. B. cācellarius Uenetꝝ. licet indignus.

¶ Ep̄la dn̄i Frāciſci petrarche ad Nerium. XVII.

g Rauem curis obſeſſumqꝫ negocijs ⁊ peroſum cuncta que video: nec aliter q̄ꝫ feſſus atqꝫ aridus ceruus ſolet ad vmbꝛoſuʒ fontem ad ſolitudinem: vnde latratu canum ſequaciū pulſus eſt: atqꝫ ad ſilentiū aſpirantem epiſtola tua parumper auertit. que taʒ longa interfuiſſet ut q̄ꝺ ad exiguum tempus fecit: rerum me pꝛeſentiuʒ obliuiſci in perpetuum coegiſſet. Ita enim me ſeculi noſtri memoratoreʒ ſcito: ut vix fuiſſe aliquid ulla etate miſerius aut extremius puteʒ. Unum me ſolatur: ꝙ ſi naſci opoꝛtuit ⁊ penitus neceſſariuʒ fuit: ut inexorabilis cloco nos ad pꝛeduruʒ huius vite limen impelleret: nec pꝛius in lucem erumpere datū erat. minus mali fuerit nunc natos eſſe q̄ꝫ poſtea: talia de poſteritate coniecto: trepido: utinam ludar augurio. Sed hanc mihi ſpem de ſe noſtra tribuit iuuentus: ea indoles: hij mores ſunt. Is notorum modus. Is terminus ſtudiorum. deliros etiam ſenes noſtris iuuenibus admotos ſapere ad inuidiam putes. ⁊ felices dicas ꝙ pꝛidie nati ſunt. ſic mundus indies ad extrema pꝛecipitans ſecum omnia in deterius trahit. Mitto auteʒ quādo quidem ⁊ quid ſerioꝛ etas actura ſit. quod de Sergio Galba fertur dixiſſe Tyberius ceſar. Ad nos nihil pertinet. ⁊ cauendum eſt ne maioꝛ ingenio ſit querela. Ne ue mihi foꝛſan occurrat illud Senece: ubi ait. Omnem etatem de moribuſ ſuis queſtā. Credo eniʒ. ſed ni falloꝛ quo ad mores attinet: nulla vnq̄ꝫ dignius queſta eſt. Illud nō omiſſum quod ab amantibus ſeſe ⁊ ſua cuncta mirantibus opponi poſſe video. Non ſū neſcius italie vulnerum: que nūc que ue olim perpeſſa iam malis in

duruit: ⁊ callum crebꝛis cicatricibus ſuperduxit. q̄ꝫ q̄ꝫ non italia tantum: ſed terrarum oꝛbis ab origine clades tulit innumeras. Quid vero eſt aliꝺ breuis hec vita q̄ꝫ moꝛs longioꝛ? quid aliud terrena habitatio q̄ꝫ grauis ſeruitij fedus carcer: ⁊ iugis meſtitie ceca domus? Scio. Sed aliꝺ eſt ab hoſtibuſ aliud a vitijs obſideri: urgeri: pꝛemi: uri: uaſtari. Deficit aliquando hoſtis externus: ⁊ ipſe aliuʒ fatigando laſſatur. Deniqꝫ omnis hominum incurſus bꝛeuis. Nec ullum omnino bellum moꝛtaliuʒ immoꝛtale eſt. cum auctorib⁹ ſuis intercidat opoꝛtet. ⁊ ſuis ipſuʒ viribus extinguatur. Uitia ſpatio temporis augentur. ⁊ exercitio roborantur. ⁊ quo plus nocuerint incipiunt plus nocere. Nemo crudelioꝛ q̄ꝫ qui diu fuit. Nemo tam cito luxurie ſuccumbit: q̄ꝫ qui ſepe ſuccubuit. Multis ex actibus habitus fiunt. ⁊ aſſueſcēdo curueſcimus: ut ꝓnos in terrā ſternere pꝛomptuʒ ſit. Sic euo creſcit auaritia. Sic ſenum pertinacioꝛ ambitio eſt. ſic ⁊ reliquis peſtibus pꝛoceſſus eſt ſuus. ne ue mori vnq̄ꝫ moꝛbus poſſit egroruʒ intemperies facit. Cū hijs hoſtibus res eſt nobis: quibus modo non reſiſtimus ſed fauemus. ⁊ ultro noſtros in iugulos ferrum damus. quinetiam mirum dictu. Si lenteſcere ceperint irritamus illos. quaſi minus miſerū fieri ſit miſeria ſumma. quod paſſim in multis modo ſenibus uſqꝫ ad faſtidium videmus. quibus nihil obſcenius ſol videt. De quibuſdam legimus. at in pꝛimis de illo cui⁹ paulo ante memini: Tyberis quē apud inferos quoqꝫ dij ſui deeqꝫ male toꝛqueant. Ita mihi ſtomachum toꝛquet: bilemqꝫ agitat: quotiens ſenē illum lego miris ⁊ infandis modis atqꝫ inter ceteros relatu etiam turpi: ſpectaculo cōcubitus monſtruoſi: ut tranquilli uerbo utar: deficientes libidines excitantem. Hinc ille ridicule infameſqꝫ noſtrorum ſenum querimonie: ꝙ ſolito minus uoluptatibus inardeſcāt ꝙ male ſuada titillatio ⁊ pꝛurit⁹ iuuenilis obſceſſerit. ꝙ gule ſomniqꝫ ⁊ uentris illecebꝛis: deſtituti ſunt. Poſtremo ꝙ vires coꝛporee ad cedeʒ carnificinamqꝫ defecerunt. At quid peius eſt ſanguinarium eſſe uelle q̄ꝫ eſſe? Quis qui malis eſſe cupit: utiqꝫ iaʒ malus ac peſſimus eſt. Nec q̄ſq̄ꝫ peioꝛ q̄ꝫ qui peccato ſtudet ⁊ flagitio gloriatur. Delectari equidem in malis pꝛope malorum omnium eſt natura. Unde peccandi conſuetudo iucundiſſima apud Ciceroneʒ dicitur. In medijs ſane delectationibus inhoneſtis: moleſtuʒ aliquid pati: ⁊ uelut frenum aliquod ſentire libidinum: malorum adhuc eſt. ſed ad meliora tendentium. ⁊ quos ſepe de magnis tempeſtatibus liberatos: in poꝛtuʒ perueniſſe cognouimus. Effundi autem in malis ⁊ efferri letitia ⁊ geſtire ⁊ niti ⁊ q̄ꝺ eſt omnium peſſimuʒ gloriari: pꝛope ultime deſperateqꝫ nequitie eſt. Horum vero plena ſunt omnia. Hoſqꝫ interuiuendum eſt nobis. ⁊ ſi inter hos tm̄ ac non etiam ex hijs ſumuſ: bene eſt. q̄ꝫ q̄ꝫ conuict⁹ ſceleratoruʒ nullis ſit moleſtioꝛ q̄ꝫ hijs qui ab illorum moribus inſigni diſſimilitudine ſecernuntur. Utcunqꝫ eſt: inter hos viximus. ⁊ quod pſalmiſta regius deflebat. Inueterauimus iter inimicos noſtros. quodqꝫ miſerrimum dixerim. inter hos ipſos moriendum eſt. Quo eniʒ patet fuga? quo ibimus? quo nō nos ſceleratoꝝ acies ac ſigna pꝛeceſſerint? ubi non peſſimis moribus imperium partum atqꝫ firmatum ſit? Trans oceanum nauigandum

erat.niſi qꝛ credibile eſt vitia noſtra iam ad antipo
das deſcẽdiſſe. Ad celum potius euolãdũ:niſi no-
ſtris ad terrã ponderib⁹ pꝛemeremur. Illa ſi ſalui
eſſe cupimus:deponẽda ſũt.quod facile factu eẽt:
niſi qꝛ malorum exẽplis obruimur.quoꝝ cũ fero-
ciſſima etas noſtra ſit:ut dixi feratioꝛ eſt etiã ſperã
da poſteritas. Pugnarũt equidem maiores noſtri
aduerſus penos:Cimbꝛos:ac theutonas ⁊ bꝛitã-
nos.egre uel italiam ab hannibale uel capitoliũ a
ſenonib⁹ defenderũt.omnium tandẽ uera ⁊ indo-
mita virtute victores. Nos ſi capitolij noſtri arceꝫ
a tanto barbaricoꝝ vitioꝝ circũfuſo exercitu defẽ-
dimus:ad tutelã noſtrã celeſti alite excitati:ſi cir-
cũſtrepẽtib⁹ vulgi erroꝛib⁹ imote fronte reſiſtim⁹:
⁊ mãlio ⁊ mario ⁊ ipſo ceſare foꝛtiores erimus. Il-
los enim ab hoſte murus iterdum uallumqꝫ diri-
mebat.ſepe noctib⁹ quieſcebãt.hiemis aſꝑitatẽ hi
bernoꝝ ſolatio leniebãt. Nobis nulla quies.nullũ
ſine periculo tp̃s:nõ bꝛuma:nõ inducie: non nox.
Nihil uſq̃ꝫ tuti pacatiqꝫ eſt. Aſſidue de ſalute cer-
tam⁹.ſemꝑ in acie ſtam⁹:tẽptamur: circũſidemur:
impellimur. Hoſtes itra muros ſunt.ad ip̃aꝫ ratio
nis arcẽ ſcalas applicant. Quid expectas ut dicã?
in ipſas mẽſas noſtras atqꝫ cubilia irrũpũt.qđqꝫ
pꝛoximum exitio eſt.vulgus omne pꝛo hoſtib⁹ par
tes facit. In hoc tã ancipiti duroqꝫ certamine: nõ
niſi de celo ſperãda victoria eſt. Inde eã amice po
ſcam⁹. Interea tñ ubi ſiꝫ video.nõ moueri nequeo
interdũqꝫ tam grauiter:ut mee ſoꝛtis ipatiens:me
ſtis pene vincar angoribus. Aberraſſe foꝛte a ꝓpo
ſito videoꝛ.tulit impetus:ſed redeo. Hijs ergo ho
die curis implicitus quas mihi circũſtrepẽtiũ reꝝ
fragoꝛ ſatietaſqꝫ pepererãt.dũ thalamo egredioꝛ:
ep̃lam tuam in limine obuiam habui.bꝛeuem qui-
dẽ e lõga ueluti peregrinatione ſuccinctã. Multa
tñ qui pꝛoperãtib⁹ mos eſt:paucis illa v̓bis expe-
dijt.⁊ qualiter affect⁹ ſingula putas audieri.atqꝫ
in pꝛimis lelij mei nomẽ.cũ quo cupide oro v̓ſare.
totaqꝫ illũ mẽte cõplectere. Digni eſtis alterutro.
Sane quod ſequit̃:nr̃e gẽtis aduẽtu:piſanũ popu
lũ graui ſuſpitione turbatũ:mirari nõ debes. Nã
neqꝫ gẽs ulla ſuſpitioſioꝛ. Et vipera noſtra terribi
lis rubẽtẽ dentib⁹ virũ ſtringẽs:ſecuros quoqꝫ ſol
licitat. In quo ceſaris ꝓuidẽtiam laudo:que ⁊ pa
uori ciuium ſuccurrit: ⁊ pudori multum occurrit.
Qđ v̓o de patria mea ſcribis:lete admodũ legi.⁊
romano p̃ncipi obediẽtiã nõ negari.⁊ ſi qua iã to-
to oꝛbe neglecte libertatis cura eſt:eaꝫ in p̃ria mea
eſſe. Ultimũ nihil miroꝛ:qđ de auri p̃tãte facetiſſi
me cauillat⁹ es. Scio eniꝫ eẽ v̓iſſimũ illud Flacci.
Aurũ per medios ire ſatellites ⁊ pꝛorũpere amat
ſaxa potẽtius igne fulmineo.qđ ip̃m in libꝛis me-
thamoꝛphoſeos ponit Apuleius. Certus iquit fra
gilitatis humane fidei.⁊ ꝙ pecunie cuncte ſũt dif
ficultatis peruie.auroqꝫ ſoleãt adamãtine etiã per
fringi fores.q̃ꝫ late patẽs ⁊ q̃ꝫ nota ſñia eſt que nõ
mõ phõ ſꝫ philoſophãti tribuit̃ aſello. Legiſti cre-
do apud Põpeium melã Coſmographie libꝛo 3°.
eẽ gentẽ ethiopum auri ditiſſimã eris indigaꝫ.cui
raritate ⁊ frequentia pꝛecia rerũ alternãtib⁹: ⁊ oꝛ-
namẽta enea ⁊ vincla ſũt aurea. Nobis amice oĩa
iam ex auro ſũt.⁊ haſte ⁊ clipei ⁊ cõpedes ⁊ coro
ne.hoc ⁊ conimur ⁊ ligamur.hoc diuites ſumus:
hoc inopes:hoc felices:hoc miſeri. Auruꝫ ſolutos
vincit:vinctos ſoluit. Aurum ſontes liberat:dãnat
innoxios. Aurum diſertos ex mutis:ex diſertiſſi-
mis mutos reddit. Auro cõcionat⁹ eſt Metellus
i ceſarẽ. Auro Demoſthenes oratoꝛ obmutuit. Au
rũ ⁊ de ſeruis p̃ncipes ⁊ de p̃ncipib⁹ ſeruos facit.
⁊ audacib⁹ metuꝫ:pauidis ꝓbet audaciã: ⁊ curas
iertibus ſollicitiſqꝫ ſegnitiẽ. Hoc ⁊ iermes armat:
⁊ nudat armatos.indomitos duces domat.ma-
gnos populos pꝛemit.ualidos fundit exercit⁹.bel
la longiſſima paucis horis cõficit.pacẽ p̃ſtat ⁊ eri-
pit.ſiccat flumina.terras luſtrat.maria ꝯcutit.mõ
tes equat.pãdit adit⁹ clauſtroꝝ.urbes aggreditur
expugnat arces.oppida demolit̃.⁊ qđ apud Cice
ronẽ legim⁹. Nullus foꝛtis eſt locus in quẽ onuſt⁹
auro aſellus nõ poſſit aſcẽdere. Aurũ claras parat
amicitias:magnas clientelas: ⁊ honeſta cõiugia.
quippe qđ generoſos ⁊ foꝛtes ⁊ doctos ⁊ foꝛmo
ſos: ⁊ qđ miraberis ſanctos efficiat poſſeſſores ſu
os. Itaqꝫ qui diuites ſũt:boni viri in ciuitatib⁹ ap-
pellant̃:eiſqꝫ tãtum credit̃. Nulla fides eſt paupi.
qꝛ pecunie nihil eſt.uerũqꝫ eſt illud ſatyricũ. Quã
tum qſqꝫ ſua nũmoꝝ ſeruat in archa.tantũ habet ⁊
fidei. Poſtremo inuit⁹ dicã:ſed ueritas cogit.non
mõ potens ſed omnipotẽs eſt aurũ.⁊ oĩa que ſub
celo ſunt auro cedũt:auro ſeruiũt: ⁊ pietas ⁊ pudi
citia ⁊ fides.omnis deniqꝫ virtus ⁊ gloria aurum
ſupꝛa ſe vident.inqꝫ ipſos aĩos celit⁹ nobis datos:
pudoꝛ ſoci terret ⁊ rutilãti imperium eſt metallo.
Hoc reges ligat atqꝫ põtifices.hoc homines.⁊ ut
aiunt etiam ipſos deos placat. Nec quicq̃ꝫ inexpu
gnabilẽ inacceſſumqꝫ auro eſt. Qđ ſciẽs iuppiter:
ut cuſtodite mulieris pudicitiã rapturus ferreas
poꝛtas effringeret:in imbꝛẽ aureuꝫ ſeſe uertit. Ta
li deo dignũ opus. De⁹ aũt noſter pudicitiã amat:
aurum ſpernit:auaritiã deteſtat̃. Opto tibi ualitu
dinem inconcuſſam mentis ⁊ coꝛporis.

¶ Alia epiſtola eiuſdem domini Franciſci ad eundẽ Nerium. XVII.

Ondum ſupiori epiſtole ſignum impꝛeſſe
n ram.dũ ecce alia ſupueniens coegit:ut po
ſito anulo:depoſitum calamum rurſus ar-
riperem. Et q̃ꝫuis tua hec ſupioꝛ ſit longioꝛ reſpõ-
ſo tamen bꝛeuiore contenta erit. Nã nec cui noſtri
querelam iterare eſt neceſſe:quã ⁊ tacitus loquoꝛ
⁊ ipſa res clamat. Nec quicq̃ꝫ pꝛohibet quod in il
la dixerã ad hãc trãſferri. Neqꝫ eniꝫ aut minoꝛ eſt
hodie doloꝛ meus:q̃ꝫ heri ⁊ nudiuſtertius fuit.ne-
qꝫ minus efficax. Epiſtole tue hodierne ſolatiuꝫ q̃ꝫ
heſterne. Accedit ꝙ neqꝫ đ hijs que nouiſſime ſcri
pſiſti auſim aperte ꝓnũciare quod ſentio.neqꝫ tu
ideo minus quid ſentiam quid ue ꝓnũciem intelli
gis. Sepe ſilentiũ ad expꝛimẽdũ animi cõceptus:
quouis ſermone potẽtius fuit. Nec minus ſilẽtio
Niobe:q̃ꝫ latratu hecuba dolorẽ animo inſituꝫ de
ſignabat. Itaqꝫ cum illa in ſaxum hec in caneꝫ uer
ſa fingatur:non minus mutum illius ſimulachꝛuꝫ
q̃ꝫ hec querula rabies ſuam miſeriaꝫ loquebatur.
Illud non ſiluerim:agnoſcere me ceſarum fatum:
quod ⁊ in occaſu ſolis ⁊ ſub auſtro:deniqꝫ ubili-
bet felici⁹ fuerit q̃ꝫ ſub arcto.ita ibi gelida oĩa:nul-
lus ardoꝛ nobilis:nullus vitalis caloꝛ iperij. Red
de nobis foꝛtuna:ſi Romuleos ceſares parce ue-
tant:at ſaltẽ ab hiſpania theodoſios:Seueros ab
africa.heu qđ diceret nũc architectoꝛ ille magnus
monarchie:ſucceſſorẽ ſuuꝫ cũ ſacerdote humili de
humilitate certare.dum meminiſſet ſupbiſſimum

olim galliarũ regē:dũ ſupplex ut ait Florꝰ hiſtori
cus:in caſtra ueniſſet:phaleras ⁊ ſua arma añ Ce
ſaris genua ꝓieciſſe:ac dixiſſe.Habe hec.virũ foꝛ
tē vir foꝛtiſſime viciſti?Multa ſe offerũt id gñis.
Nã ⁊ locuplex mã ⁊ multiloq̄x idignatio eſt.ſed
frenabo ipetũ:ut qui hec ipſa nõ mihi ira cogente
ac ditãte ꝓfuderim.Sane de Ceſaris legatiq3 cõ
greſſu:qȯ ꝓuidētiſſime uaticinaris amplectoꝛ ac
ꝓbo.⁊ pene rem ipſam videoꝛ vidē.nõ ꝙ oia iſta
me moueāt ꝯtra que multa ſepe diſſerui:ſed ex ꝑ
teritis uētura conijcio.Itaq3 nõ tã tãgoꝛ ꝙ legati
ſonipes in ceſarez calcitrarit:q̄3 ꝙ calcitrare aios
noui.Et ſcio ꝙ ois ptãs eſt ꝯſoꝛtis impatiēs.hec
hactenus.Leliũ meũ imo tuũ:imo nr̄3:familiariſ
ſimũ ⁊ Ceſari factũ gaudeo nõ miroꝛ.Nihil eniз
eſt v̇tute rapaciꝰ:nihilq3 tenaciꝰ rapit vincitq3 ani
mos hoium:vinctoſq3 ſemel in ꝑpetuũ vinctos te
net.Nulla mihi dubitatio vnq̄3 fuit:qn nõ ſolũ ab
illo humaniſſimo p̊ncipum:ſed ab alio quolibet l3
aſꝑioris igenij:cum tñ v̇tꝰ in p̄cio ſit:poſſet ille vir
amorē ꝓmereri:nõ mõ notitiã ꝓmeruiſſe.Quis
enim tã agreſtis eſt ut Leliũ nõ amet:⁊ ſapie lau
de ꝑſpicuũ:⁊ in amicitijs fauſtũ nomē?Qȯ ſi ſo
la v̇tutis fama efficit:ut quē nunq̄3 vidimꝰ ſenē il
lũ Leliũ amemꝰ:qd huiꝰ nr̄i v̇tꝰ ac p̄ñtia poſſe de
bēt?Itaq3 minus miroꝛ ꝙ de legato ſedis apl'ice
idem ſcribis:cũ quo familiaritas Lelij uetus eſt.
Illud potiꝰ miroꝛ qȯ p̊oribꝰ lr̄is p̄termiſſum hijs
iſerui.qd ita illũ ad coronãdũ Ceſarē diu ante di
greſſum iſte p̄uenerit:niſi qꝛ ut arbitroꝛ ⁊ ut ſolet:
illũ foꝛtuna ſegnē:hũc ſollicitũ v̇tꝰ facit.Unum nõ
mirari cũ eodē nequeo.ambo ꝑgerēt:rhodanoq3
dimiſſo tyberim peterēt.Uñ reuerētioꝛ adhuc ro
manꝰ p̊nceps:diadema ſup̄mu3 poſcit:qȯ Petri
ſucceſſoꝛ ceſaris ſucceſſorē ſecurioꝛ nõ curat:q fie
ri potuit:ut cardinalis rutilo v̇tice ⁊ purpureo ful
gidus amictu:tãtoq3 ſpectabilis comitatu:nr̄i hu
ius lincea lumina fugerit.aut cum hic Piſas:ille
vir dũ Januã ꝑueniſſet:ita ut illi obuiã iſte redie
rit.Auguroꝛ ſane alterũ terra:mari alterũ ueniſſe.
De hoc eqdē ac reliquo ſtatu ur̄o tuis ac ſuis lr̄is
certioꝛ fieri uelim.Ad ſingula rñdiſſe videoꝛ.Nã
ad epl'e tue finē de familiaribꝰ curis ſtilo alio ⁊ ſe
oꝛſum loquar ut ſoleo.Grãs aũt tibi:ꝙ q̄s ipſe ia3
obliuioni tradiderã:adeo ut ne locutũ tibi de hijſ
aliqd me putarē:tã memoriter tenes:ut facile pa
teat rerũ te mearũ curioſiorē eē q̄3 meipſum.Mi
rũ ⁊ pene icredibile:niſi charitatis tue miraculo i
curioſitas mea lõge lateq3 nota detraheret.Uale
feliciter noſtri memoꝛ.

¶Alia epl'a eiuſdē dñi Frã.ad eũdē Neriũ. XIX.

m Irari cogoꝛ in tãtis occupationibꝰ tuis:in
hijs fluctibꝰ rerũ maximarũ:quos ab aglo
ne ueniēs nouus ceſar iuexit italie:⁊ quo
rũ te ualde ꝑticipē tua ſoꝛs facit.hãc tãtã meis in
rebꝰ diligētiã tuã:ut videri poſſis nihil aliȯ q̄3 me
vnũ cogitare.Ita dico videri poſſis ignaris indu
ſtrie igenijq3 tui.Nã qui te nouerũt nõ mirantur
poſſe aium tuũ ad multa ⁊ multũ diuerſa ſufficē.
p̄ſertim ubi illũ ſuis ſtimulis urget amoꝛ:quē ois
difficultatis victorē ⁊ regē nouimꝰ aioꝝ.Hec cur
p̄fatꝰ ſim iterroges.qꝛ dũ te lr̄is p̊oribꝰ feſſu3 reoꝛ:
ecce due ſil'alie:a te mihi vir optime reddunt oēs
ipigerrimis digitis tuis ſcripte.Ita mirũ plus ti
bi uacat in negocio q̄3 in ocio.Mihi mirũ inq̄3 ni
ſi celeritas:que ut Cicero nr̄ ait igenij laus eſt:mi
rũ eē diſcuteret.Sed uenio ad rē.⁊ illud tranſeo:
ꝙ in p̊mis q̄ſi magni criminis te mihi purgas ifa
miã.⁊ ꝓpe ſacrilegij iſtar ducis in tuis me lr̄is ſin
gulariter cõpellaſſe.Itaq3 ſtilũ mutas:q̄ſi uel ego
blãditiarũ egeã:q̄s p̊mũ Julij ceſaris foꝛtuna mũ
do itulit.aut te vilioꝛ ſtilus robuſtioꝛq3 nõ deceat
cuiꝰ ⁊ ueteres oēs qcũq3 calamũ attigē.quē arti
culũ qm̄ alibi latiꝰ digeſſi:nũc ſuſpēſo pede p̄terue
hoꝛ.⁊ ſiqd auctis apud te nõ qdē merui ſed iueni
me quoq3 nouiſſimũ oium hēs auctorē.qui hoc ſti
lo nõ tm̄ ad amicos quos ex equo alloquoꝛ:ſ3 ad
reges atq3 põtifices:ceſarēq3 ip̄m uti ſoleo.quos
reuerētiꝰ affari ius equũq3 eſt.Uerũ ego reuerēti
am uerã in mēdacijs nõ repono.Mētiri aũt dñis
hijs uocibꝰ qbꝰ nũc vulgo utimur.etate ipſiꝰ ceſa
ris iuētũ:Lucanꝰ aſſeruit.Sētio aũt qd te mouit:
neq3 tu diſſimulas motũ te litterulis meis:in qbꝰ
ſtilũ hũc intmiſiſſe videoꝛ:cuiꝰ rei ne de cetero mo
ueare reddēda rõ eſt.Ego qdē amice ſtilo huic cõ
ſtãter ihereo quotiēs grãdiuſculũ aliqd adorioꝛ.
Grãdia enim nec huiꝰ anguſtiſſimi fugaciſſimiq3
tꝑis:nec igenij mei ſunt:nec huiꝰ calami quē agre
ſtem rectiꝰ cũ liceret:celeſtē urbaniꝰ dicē maluiſti.
At quotiēs ad plebeias atq3 humiles curas quas
nec ſtilo dignas putē:aliq̄ reꝝ neceſſitas me attra
xerit:plebeiũ quoq3 caracterē non recuſo.ne foꝛte
plus ope v̇bis ipēdã:q̄3 ſentētijs debeat.Idq3 mi
hi nõ aliud cãe in illis litterulis fuiſſe noueris.Et
hec qdē hactenꝰ.ex nũc aũt qcqd agã ⁊ ſtilo quo
libet:illud ſaltē nõ admittam:ut plurali nũo utar
amico ⁊ vni loquēs.Idq3 tũ per meip̄m ſu3 factu
rus:ne amicis mētiar:tũ uel maxime ne exēplo ti
bi noceã.cuiꝰ apud te nõ leue põdus eē video.Tu
igit̃ ſi me amas ad ꝓpꝛiũ ſtilũ redi:⁊ id agamꝰ nõ
ut auribꝰ vulgi:ſed ut decori nr̄o ſatiſfeciſſe videa
mur.Uenio nũc ad acerrimũ dolorē meũ:quo in
ſcȯa ꝑte lr̄arũ tuaru3 q̄ſi uenenata cuſpide aures
meas atq3 aiu3 pupugiſti.O factũ peſſime de ami
co optimo.o ifauſtũ negociũ.o rē triſtē calamitoſã
⁊ miſerã.o nouũ ⁊ iauditũ ſeculis ifoꝛtunij genꝰ.
Aſſuefecerã oculos triſtibꝰ ſpectacl'is.aures ama
ris rumoribꝰ.pectꝰ cũctis foꝛtune vulneribꝰ.⁊ co
gitabã aſſidue qd vnq̄3 mali qd aſꝑi qd acerbi ac
cidiſſet hoi.ut qdē mihi ⁊ meis qm̄ hoies ſumꝰ ⁊
nõ dij:ul'euēturũ eē ul'euenire poſſe certe ſcirē.ut
q3 aduerſus oia iacula duratũ atq3 armatũ aium
hērē.Telũ hoc qꝛ nunq̄3 tale aliqd viderã:nil ſil'e
ꝓꝛſus audierã aut legerã:cogitare ⁊ p̄uidē nõ po
tui.⁊ iȯ ihermē ipꝛouidũq3 trãſfixit.Hei mihi qd
q̄rar?vñ oꝛdiar?qd dicã?Accuſabo foꝛtunã?Sur
da ē.Accuſabo mollitiē amici qui ſibi moꝛtē:mihi
moꝛtiferꝝ dolorē attulit?Sera ē accuſatio erroriſ.
Irreuocabile dãnũ ē quo aucture potiꝰ iutileſ ſint
querele.Et tñ o dulcedo effera iuuat iſiſtē.⁊ fãdo
alimēta miſerie p̄ſtare.Quid eni aptiꝰ poſſit aius
triſtis q̄3 in triſti mã v̇ſari.hēt ⁊ meroꝛ uoluptate3
ſuã:durã qdē ſed ſibi accõmodatã.In arte poeti
ca ſcriptũ eſt.Triſtia meſtũ vultũ v̇ba decēt.utar
cõſilio qȯ me decet.S3 quo ꝑgo ut illi nihil ꝓſim
mihi noceã.foꝛte aures atq3 oculos tuos ledã?O
ceca mēs hoiu3.⁊ nõ futuri mõ ſed ſepe p̄ñtis eti
am fati ſui neſcia.Ad Paulu3 hãnibalēſem vnum
ex romanis p̊ncipibꝰ cui me familiariſſimũ virtus
⁊ humanitas fecerãt:qbus illũ mirabil'r nã dota

uerat.mādata dederā tibi ignarus illū iam rebus
humanis exēptū.taliter quidē ut nō moꝛtem que
natis oibus eq̄ eſt:ſed genus moꝛtis vnice miſerū
cogerer uſqꝫ ad meā ipſe moꝛtē lamētari.O cogi-
tationes hoium uanas.o ianē ſpē.o lubꝛicū ſtatū.
o iſtabilē foꝛtunā.o ancipites vite vias.o p̄cipites
exitus.o ꝓſperitates ambiguas.o ieuitabiles erū
nas.Amiſit filium Paulus.tritum ⁊ intolerabile
mali genus.Quis eni non aliqn̄ filiū ꝑdidit : niſi
qui nullum habuit?Rari ſunt quibꝰ foꝛtuna pꝛolē
dederit:nec donū ſuū deliberauerit:rapinam dici
mus pꝛimitie ſunt.Amiſit Paulus noſter filiū:rē
non inſolitā narras:⁊ alius Paulus filios amiſit
Hannibalēſis vnum ꝑdidit.Macedonicus duos
Alij plꝛes.quidā omnes.vnū iſte ꝑdidit.Pꝛiamus
vnus ex tanta natoꝝ acie ſuperfuit.Sed hic ſuum
ferro amiſit.Quid refert an ferro:an incendio:an
naufragio:an febꝛibꝰ:an ueneno?Moꝛs aūt vna
eſt.ſed hec iuuenē amiſit.Scio.Nam adhuc iuue
nis pater erat.Que nam v̊o hinc tanti doloris cā
fuit?An ignorabat doctꝰ hō ⁊ pꝛudēs plures mul
to iuuenes mori ſolere q̄ꝫ ſenes.⁊ ut vulgo dicitur
plꝛes edos perire q̄ꝫ capꝛas?Humani generis in-
cremētū terra nō caperet:ſi oēs ſeneſcerent qui na
ſcūtur?Quid igiꝛ ploras?Dicat aliqs.Nihil ad-
huc noui audio.Adoleſcentem in ꝑlio pugnantēꝫ
in pꝛelio cecidiſſe.Eueniunt iſta quotidie:⁊ foꝛtiū
patrum innumerabilis multitudo eſt.Nā qd̄ ſcri
bis:coꝛpus exangue hoſtibꝰ fuiſſe ludibꝛio:hoſtili
ſeuitie aliquid:ſed ſuperſtitiꝫ exiſtētiqꝫ miſerie nil
ꝓꝛſus adiecerit.Stultū enim cum moꝛtēꝫ ſpꝛeue
ris:cadaueris iniuriā foꝛmidare.Patres obitum
filioꝝ foꝛti tulere aio.laceros quidēꝫ artus ſiccis
oculis collegere.Multi aūt ſuos cū lachꝛymiꝫ ad
ſepulchꝛū.ad inferos quidam uerſis in ſe gladijs
pꝛoſecuti ſunt fletu immodico.Qd̄ memineri aūt
Paulum noſtrum nemo.Hic eſt nouus ⁊ rarus ⁊
inconſolabilis doloꝛ meus.homo nobiliſſimus ⁊
mea quōdā opinione foꝛtiſſimꝰ:ſic foꝛtune terguꝫ
ꝓbuit:ſic laxauit frena meſtitie:ut illa euꝫ p̄cipita
ret in moꝛtem.O lachꝛymas meas.o inexhauſtoꝫ
fletu oculos.o liuentia lumina.Da ueniam paule.
fons ille aruit qui cunctis amicoꝝ miſerijs uber-
tim lachꝛymas dabat.Siccare illū uel vna roma-
na domus debuit.Dum colūnenſium familiā fleo
flere alios poſſe deſij.Omnes lachꝛymarum mea
rum ſcatebꝛas illa ꝯſumpſit.Pumice ſiccioꝛ factꝰ
ſum.Tu tamē vir optime ſine lachꝛymis meis nō
eris:q̈s de ꝓfundiſſimis atqꝫ abditis aie receſſibꝰ
fando eruam:⁊ qbus meſtū funus abſens pꝛoſe-
quar:imo v̊o iter triſtia funera fletu madidus pn̄ſ
qꝫ uerſaboꝛ.Quid heu mihi feciſti?Uir in rebus
alijs acer ac ſtrenuus quid feciſti?Nō ſat magna
pietas eſt viſa paternis lachꝛymis filij funus oꝛna
re:qd̄ ipm̄ virtute ai melius ⁊ ſpe ac ſolatio ꝓmiſ-
ſe reſurrectionis oꝛnaſſes.ſed parū pie viſe ſunt la
chꝛyme:niſi moꝛtē moꝛte accumulāꝫ chariſſimo ⁊
inſonti filio paterne moꝛtis inuidiam poſt fata re-
liqueres:⁊ reū atqꝫ odioſum poſteris faceres quē
amabas.Nōne p̄ſtabat q̄ꝫuis p̄poſtere filio ſuper
eſſe:⁊ uel ſibi fratres feliciores tibi natos quere-
re?Uirentiſſima etas erat:uel qd̄ chꝛiſtiane pieta
tis ꝓpꝛium fuit:pꝛo illius ſalute aie:cuius coꝛpo-
ris p̄ceps ⁊ feſtinata moꝛs fuerat:pꝛeces atqꝫ ſuf-
fragia ad celū mittere?uel ſi qua ea dulcedo eſt re

colligere animū atqꝫ firmare:⁊ in extrema ſolatis
patri viroqꝫ foꝛti debite ultionis intendere?Po-
ſtremo qd vis facere potius q̄ꝫ qd̄ potiſſimum ele
giſti?Que eni iſta demētia eſt:ſuperbis hoſtibus
qui filij tui frigida mēbꝛa calcauerant:qbuſqꝫ ſu-
us luctus ⁊ crudelitatis ⁊ inſolētie ſupplicia debe
antur.de te quoqꝫ duplex gaudiū ⁊ geminā ultro
victoriam ꝯceſſiſſe?O moꝛtalia pectora in extre-
mis ſemꝑ ceca caſibus.Audita p̄mum moꝛte filij
ꝯſpectoqꝫ cadauere:qd̄ humanitatis imemoꝛ ho-
ſtilis ira diſcerꝑat:cum ⁊ ferro poſſes ulciſci:⁊ ai
viribus grauē ferre foꝛtunā:⁊ fato ſuccūbere ma-
luiſti:⁊ te exitialibus atqꝫ moꝛtiferis ultus es la-
chꝛymis.cūqꝫ viroꝝ exemplis illuſtrium:que pꝛo
be noueras reuocaueris ad vitā ⁊ ad ſpem:deſꝑa-
tā in moꝛtem neſcio qua ferali dulcedine raptꝰ es.
Nōne autem queſo luctus incōſolabiles paranti
tibi occurrat Anaxagoras:qui moꝛtē filij nunciāti
Nihil inquit inopinū narres.Cū enim ipſe moꝛta
lis ſim:ſciebam ex me genitū eſſe moꝛtalē.Nōne
Xenophon in aīum uenit:cui cū ſacrificanti pꝛimo
geniti moꝛs filij nunciata eēt:neqꝫ ceptū ſacrificiū
itermiſit:neqꝫ ſuccubuit foꝛtune:ſed coꝛpore atqꝫ
animo manſit immobilis:corona dūtaxat quā ca-
piti geſtabat depoſita ne tātū vulnꝰ non ſenſiſſe vi
dereꝛ.moxqꝫ cuꝫ gaudio repoſita ubi accepit:foꝛ-
titer dimicātem filiū occubuiſſe:deos teſtes faci-
ens plus ſe virtute filij delectari:q̄ꝫ in moꝛte toꝛ-
queri.Nōne vnici filij dolorem immodicuꝫ caſti-
gare viſus eſt pericles:qui duobꝰ ſimul rariſſime
indolis amiſſis filijs:neqꝫ coronaꝫ depoſuit:neqꝫ
concionibꝰ abſtinuit:neqꝫ ullū penitus aut in v̊biꝫ
aut in vultu mutati animi ſignū dedit.Et ſi lōgin-
qua reſpicere mens lachꝛymoſa non poterat:nōne
ſub oculis erant romane v̊tutis exēpla clariſſima?
Nōne aderat.M.cato ſenex ille famoſiſſimꝰ.cuiꝰ
cum innumere laudes ſint:tn̄ illa apud Ciceroneꝫ
pꝛecipua eſt ꝙ foꝛtiter ac modeſte optimi filij moꝛ
tē tulit?Nonne Catonis collega.Q.Marciꝰ qui
cum ꝯſul eo ipſo die quo ſenatus ſc̄m legē ꝯuocan-
dus erat:vnicū ſpectande indolis filiuꝫ amiſiſſet:
⁊ ſepulture filij pius pater interfuit:⁊ mox ſena-
tuꝫ conſul egregius ꝯuocauit.vnū diē inter diuer
ſiſſima p̄uati meroris ⁊ publice maieſtatis partitꝰ
officia?Nōne Paulus emilius cuius ſuꝑ memi-
nerā Paulo noſtro par nomine:ſed qd̄ nollē v̊tute
ſuperioꝛ:qui duobꝰ pꝛimū filijs in adoptioneꝫ da-
tis:⁊ mox duobꝰ quos ſibi ſuauerat:qui q̈les eēnt
inde conijcies ꝙ inter datos africanus iunioꝛ:itra
ſeptimū diē moꝛte ſubtractis oꝛbitatē ſuam tā iui
cto animo ꝑtulit:ut poſt triūphū macedonicū quē
ſibi virtus ⁊ foꝛtuna de opulentiſſimo rege pepere
rant:⁊ quē alterius filioꝝ moꝛs p̄ceſſerat:alterius
inſecuta erat.ppl'm romanū alloquens quaſi pu-
blici ꝯſolatioris officio fungereꝛ:⁊ id ſibi optato
accidiſſe diceret:ꝙ in tanto ſplendore ſucceſſuum
publicoꝝ:metuens ne qua foꝛſan gaudio ut ſit me
ſticia ſe nubes effunderet deos anxie pꝛecatꝰ eēt:
ut ſiqd tacitū minaretur totū a ppl'i ceruicibus in
ſuā domū foꝛtuna ꝯuerteret.Nonne Marcꝰ hora
tius puluilus:cui cum capitoliū dedicanti ab emi
lio moꝛs filij nunciata eſſet:ab opere gl'ioſo q̄ꝫuis
equidem ut falſo meſto tamē rumore ꝑculſus abſi
ſteret:nihil aut vultu aut animo motus eſt:ceptū-
qꝫ non ampliꝰ intermiſit:q̄ꝫ ut cadauer iuberet of-

ferri:templi continuo poſtem tenens? Q̄ď ſi falſe
tm̄ ille religioni diiſq; mendacibus tribuit:q̄ꝫtum
uere religioni ďoq; deo tribuendum erat? q̄ꝫtoq;
ſtudio ꝓuidendum:ne tuo fletu paule tu perires.
Chriſtus offenderet? q̄ꝫ q̄ꝫ qd exempla virilia col-
ligo cum romane mulieres pudorē tuū p̄memere ⁊
lachꝛymas ſiccare debuerint vir romane? Nam
ubi tunc queſo:ubi tūc Cornelij africani filia grac
corum mater:cui pꝛeter materne pietatis affectū
q̄ꝫ cari filij eēnt illď indicat:q; cāpane oliꝫ hoſpite
apud ſe muliebꝛiter iactabūde: ⁊ ſua ſibi oꝛnamen
ta monſtranti:filios e ludo lr̄arū reuertentes oſtē
dit. Et hec inquit mea oꝛnamēta ſunt. Hos illi fili-
os: ⁊ hec oꝛnamenta ſimul omnia ſeua moꝛs rapu
it:tātum tm̄ animi femieo fuit in pectore:ut ex moꝛ
te illā cōplorātibꝰ ⁊ miſerā uocitantibꝰ rn̄dēt:me-
ſtam utiq; ſed miſerā ſe non eē que tales filios ge-
nuiſſet. O non femineū ſed virilem ⁊ uere paterna
gl'ia dignā uocē. Ubi erat liuia auguſta:cui cuꝫ e
duobꝰ filijs moꝛs ut ferme mos ſuū eſt: ⁊ peſſimū
reliq̄ſſet: ⁊ optimū impioq; digniſſimū abſtuliſſet:
ita caſum ſuū fleuit:ut ultro ⁊ modū ⁊ finem lachꝛy
mis imponeret:mediamq; ſe inter piā matrē ⁊ p̄n-
cipem feminam exhiberet:ne uel nature debitum
negaret:uel tanti ꝯiugis oculos ſpectaculo triſtio-
re cōfunderet. Quāto autē exactius cauēdū erat
ne gemitu nimio lederet Chriſtus ſpectatoꝛ ac iu
dex actuū noſtroꝝ:cui moꝛtalibꝰ querelis iudicia
eterna conuelli:haud dubie neq; immerito ꝑmo-
leſtū eſt. Sed romanas trāſeo:q̄bus ut muliebꝛis
eſt pudoꝛ:ſic virilis ai robur atq; ꝯſtantia:quaſq;
nunc etiā fama vulgaris: ⁊ ſi ml'ta viris detrahat:
iure tm̄ omnium gentiū mulieribus āꝑponit: cum
in hoc genere laudis ſeſe offerat grata mulier cu-
la:ut ꝓle impar ſic par aio:que audita moꝛte filij:
qui in acie ceciderat. In hoc inquit illum genui:ut
eſſet qui mori pꝛo p̄ria nō timēt. Digna ul' hoc rn̄-
ſo:cui natus incolumis redderet:quē tam foꝛtiter
amiſiſſet. Uerū quo ꝓgrediar? quid ago? Conſter
natos ⁊ abſq; reſurgendi ſpe deiectos aios foꝛtia
exēpla nō decent. Itaq; qm̄ nihil meſtiꝰ: nihil hoc
tēpore dulcius poſſum: libet nūc incepto herere:
⁊ omnibus ſeculis flebiliora ꝯquirere:ut oſtendaꝫ
paulo meo:nihil toto oꝛbe miſerabilius:nihil ulla
etate flebilius:qui ut patrem idueret virum exuit
ꝯſecutuſq; eſt:ut miſerrimus pater potiꝰ q̄ꝫ mode-
ſtus ⁊ ſapiens videret. Excutiantur poete:euellan
tur hiſtorici:ꝓtrahantur in medium inſignes ge-
mitꝰ:ut appareat q̄ꝫtū in hoc genere mali altioꝛ cū
ctis eſt paulus: q̄ꝫtūq; ſupereminet: ⁊ toto uertice
ſup̄ eſt:ut Maro ait. Fleuit ſuū pallanta miſerabi
lis euādrus:ſed poſt fletū vixit: ⁊ vindictam pꝛe-
ſtolari maluit: q̄ꝫ filiū ſequi. Lauſum quoq; meȩ̄
tius fleuit:nec immerito. Nam ſiq̄d credimꝰ Uir-
gilio, pietas patris filio cāꝫ moꝛtis attulerat. Nō
multum hic filio ſuperuixit:tēptauitq; vindictam:
que cū parū ſuccederet:non tā flendo mori uoluit
q̄ꝫ pugnando. Et erant ambo ſenes. Et ut diutius
viuere: ⁊ animoſius pugnare potuerit paulus me
us. Legimus phocaycum argi patrē:qui nauali p̄
lio qď marſilie geſtū eſt:cū traiectū iaculo ⁊ expi-
rantē filiū videret:violentius q̄dem indoluit:non
tamē eatenus ut fletu ſolo: ſed ut gladio pꝛopꝛio
ꝯfoſſus:ſaltu etiam pꝛeceps in medios fluctus ge
mina uelut moꝛte pꝛocumberet:qď genus moꝛtis

o paule utinam eſſes imitatus. Sic enim niſi fal-
loꝛ ⁊ parcius ⁊ ꝑfecto virilius doluiſſes. Nullus
enim maioꝛ doloꝛ q̄ꝫ qui non eget auxilio:nec cir-
cūſpicit inſtr̄a:ſed ad inferendū moꝛtē ſolus ſuffi-
cit. Ad hec ⁊ honeſtius viro eſt vulneribꝰ q̄ꝫ lachꝛy
mis mori:hunc dolorem ⁊ has lachꝛymas ꝯſum-
ptrices apud Lucanū ut rurſum ad luctꝰ femieos
reuertamur: Pōpeiana uxoꝛ optabat ubi ait. Tur
pe mori poſt te ſolo non poſſe dolore. Ipſa tamen
hec dicēs vixit:ſicut Hecuba vixit ⁊ andromache
poſt ꝯiugū ⁊ natoꝝ moꝛtes. Multū filios multe fle
uerunt matres:ſed plus omnibꝰ Marcellū mater
Octauia auguſti ſoroꝛ:que talis tanteq; ſpei filio
amiſſo:qualem nullū Rome puerū fuiſſe Uirgiliꝰ
eterne memorie mandare nō timuit oi ſolatio reie
cto in tenebꝛis ꝑpetuiſq; gemitibꝰ euū egit: ꝑtina-
citer ifelix:ois illi letioꝛ hitꝰ:oē minꝰ triſte ďbū irri
tamētū doloris:ois illi ꝯſolatoꝛ hoſtis fuit. Poſtre
mo ita ſemper vixit ut ait Seneca:talis per omnē
vitam qualis in funere. Multum fleuit apď Uir-
giliū mater Euriali. Multū apud Statiuꝫ nutrix
fleuit achemori. Ille tm̄ filijs vixere ſuꝑſtites: hec
alūno ſic fletū legimus Anthiogenes ⁊ Argie moꝛ
tē nunc legimus mirū ſuꝑfuiſſe iuuēculas dolori:
cui vir foꝛtis ſupereſſe nequiuerit. Fleuit Euadnes
capaneū:fleuit Bꝛutū ſuū poꝛtia:ſed illa ſe in ardē
tē viri rogum intulit:hec candētes hauriēs carbo
nes p̄cluſo ſpū:qď p̄dem aio deſtinarat:virū ad in
feros pꝛoſecuta eſt. Et ut amores illicitos attiga-
mus:qui ut turpiores ſic nōnunq̄ꝫ iuſtis amoribꝰ
foꝛtiores ſunt. Fleuit Hero Leandrum. Phedra
Hippolytū. Neutra tm̄ gemitu:ſꝫ illa p̄cipitio ꝑijt
hec laqueo. Apud Catulū leſbia meretricio amo-
re ſaucia paſſerē ſuū fleuit extinctum:ita tamen ut
oculorū aciem perderet:non ut animam exalaret.
Uerū hoc dicit aliquis. viros aut fratres aut ami
cos flebant:nr̄ hic filiū:ſed quid ſuꝑioribus dice-
mus que fleuerunt natos uel omnes uel plurimos
uel vnicos? Quid dicemus illis matribus q̄s ro-
mana narrat hiſtoria:poſt inſignē cladem que ad
tranſimenū:ut Liuius tradit:cui potius fideꝫ do:
⁊ quem Ualerius ſeq̄tur:uel cannis ut Plinio pla
cet eſt accepta nunciatis filioꝝ moꝛtibus attonitas
fleuiſſe? Utrāq; autem poſt aliquātulum tēporis
alteram ſcilicet meſtam domi ſedentem:p̄ter ſpeꝫ
conſpecto filio:dum in occurſum eius aſſurgit exa
nimem coꝛruiſſe. Alteram percunctandi ſtudio an
xiam:extraq; muros urbis egreſſam poꝛta flami-
nea:qua fuſe redibant legiones:obuio repēte filio
dum irruit in amplexus expiraſſe. Has nempe nō
meroꝛ:ſed qď multis accidit gaudium interfecit.
Fuiſſe ille utinā o Paule falſus etiā rumoꝛ tuus:
ut te quoq; non luctꝰ ſed gaudiū peremiſſet. Nūc
quocūq; me uerto dolore ſiml' ac pudore ꝯfūdoꝛ.
Legi ego permultos amantiſſimoꝝ patruꝫ. Legi
matrum gemitꝰ ac ſoroꝝ ⁊ ꝯiugum utriuſq; ſexus.
Siquidem duos plaucios mirū dictu: ut eiuſdeꝫ
nominis:ſic paris amentie in patientia doloris in
uxorum moꝛtibꝰ ſeſe gladio tranſuerberaſſe comꝑ
tum eſt:qď apud Ualeriū maximum non excuſari
tm̄ ſed laudari:ſi de pꝛopꝛio loqui datur:nō excu-
ſo nec laudo. Legi morem indoꝝ apud quos cum
moꝛtuis viris viue cremātur uxores. Legi ſingu-
lorum hominum:legi ppl'oꝝ atq; exercituuꝫ luctꝰ
tam uehementes:ut quidaꝫ arma reliquamq; oꝛ-

natum:quidam etiam ſemetipſos ardentiū ducuȝ
rogis iniecerint. Legi quorūdam fidem ſupuacu-
am amicoꝝ:nulli utilem ⁊ damnoſam ſibi:qui ꝯfo
di gladijſ iuxta dilecta cadauera uoluerunt:q̄ꝫ dū
liceret euadere. Ad ſummam multos iuenio : qb⁹
cām mortis dolor attulit.cui v̊o mortē itulerit nul
lum.niſi forte pro uero recipimus qd̄ de Homero
poeta quidam ſcripſere.remqꝫ tā ſtultā de taȝ do-
cto viro:de tāqꝫ diuino igenio ſuſpicari libet. Qd̄
ipm tamē ⁊ ſi inter uera nūerare uoluerimus : nec
de morte altera dolor fuit nec repentina vis dolo-
ris:ſed egritudo forte ai ⁊ egritudinis forte inedia
ac ſpūs in dies triſtior qui ꝓculdubio vitam imi-
nuit: ⁊ ſicut ſcriptum eſt exiccat oſſa: ⁊ quem mul-
tos paulatim ſeu ꝯſumpturum eſſe ſeu ꝯſumpſiſſe
non negem:in quib⁹ nomen habet macedonie rex
Philippus:morbo animi crudelitatis ꝓprie ⁊ iſul
ſe triſti feraqꝫ penitētia perſeiqꝫ filij dolis ⁊ impie
tate ꝯcto. Nam Paulus rutilius quem nunciata
fris repulſa in ꝯſulatu petitiōe ilico expiraſſe.ſcri-
bit Plinius.vij .nālis hiſtorie:ut ueꝝ ſit:huic ſen-
tentie preiudicij nihil affert.ꝙ iam añ morbo im-
peditus deſcribitur. Itaqꝫ facile parua doloris ac
ceſſio inclinatum animum ſtrauit : atqꝫ integrum
quenq̄ꝫ ſubitus dolor de alterius morte ſuſceptuſ
meroris impetu ⁊ lachrymaꝝ diluuio oppreſſerit
atqꝫ necauerit.hoc eſt qd̄ apud auctores idoneos
uel non legi uel me legiſſe non memini:eoqꝫ inſola
bilior dolor eſt meus:quo iuſitatior amici miſeria
q ſic mori uoluit ac potuit ut ſine exēplo ſit mors
ipſa mortalibus. Ceterum ego quoqꝫ fortaſſis im-
petu ai euectus ſum longius q̄ꝫ debui. Da ueniam
queſo. Amara mihi dulcedo ⁊ dulcis fuit amaritu
do cū amico iā ſepulto quaſi reſpōſuro ac pñte cō
tendere. Iaȝ tandē deterſis utcūqꝫ oculis ad te re
redeo:atqꝫ ita cēſeo idem omnibus agendū eē for
tune ſub imperio degentib⁹ qd̄ ſolent qui ſeua pre
muntur tyrānide:tergum patientia durandū. Sic
inſtruendos oculos ac aures:ſic formādos aios:
ut qd̄ vident nō videāt:qd̄ audiūt non audiāt:qd̄
ſciunt neſciant.multa diſſimulanda : omnia tole-
randa: ⁊ ut Flaccus ait.amara lento riſu tempan-
da. Horribile cogitatu eſt:q̄ꝫ nihil eſt mali qd̄ non
impendeat hanc vitam agētibus.cui niſi fallor op
tandus finis eſſet:quem tantopere formidamus.
Itaqꝫ ſapiēs omnia cogitat:omnia ꝓuidet:omnia
ſcit:multo ante q̄ꝫ fiant examinans non tm̄ que uē
tura ſunt ſed que poſſunt euenire:tanq̄ꝫ que eueni
re poſſūt ꝓrſus non euenire non poſſint. ⁊ aduer-
ſus poſſibilia quelibet ceu neceſſaria atqꝫ ineuita-
bilia ſeſe armat.ꝑuigilem intentumqꝫ in excubijs
animum tenēs: ⁊ hec quidem ſapiens. Ego autem
qui tam ꝓcul inde abſum ut ſapiētem ſi occurrat
ne noſce quidem uenerariqꝫ digne queā:meis ha-
ctenus amicorumqꝫ fortunijs non poſſibilia fate-
or ⁊ v̊iſimilia ⁊ inuſitata ꝓuidi. Uidebā ergo nunc
gladios : videbam morbos ⁊ uenena: ⁊ incurſus
ferarum: ⁊ naufragia: ⁊ incendia: ⁊ laqueos: ⁊ rui
nas.luctum repentinū mortiferū non videbā. Uñ
facie rerum inſolita uehemēter exterritus atqꝫ de
iectus ſum. Senſiȝ animū attollere ⁊ ſparſa arma
colligere incipio. Diſcam cogitare ⁊ expectare oia
⁊ ſi poſſim nihil ualde metuere. Impatuȝ ⁊ iermē
nr̄a fortuna repperit : lorica defuerat ubi furtiua
cuſpis irrepſit. Quāobrem vuln⁹ hoc ſentio ⁊ pau
lum meum nunq̄ꝫ ſine ſuſpirio recordabor. Tu ua
le. Nam de reliquis ⁊ ꝓſertim ad ſummam reipu-
blice quid ominer ⁊ qd ſpem : ne dici qdē op⁹ eſt.
Mediolañ.XII°.kaleñ. Martias.

¶ Epl'a domini. F. Petrarche. Ad Guidoneȝ ſeptē
Archidiaconum ianueñ. XX.

r Umores italicos quotidie niſi fallor ad
ſatietatem audis:qui uel utinam rariores
eſſent uel minus immites. Nunc crebri ue
hementeſqꝫ ſunt ⁊ ſonori adeo ut non tm̄ in gallijſ
vicina regione:ſed apud indos atqꝫ arabes audiri
queant. Magni ſunt rerum motus.magni belloꝝ
ſtrepit⁹.magna imperioꝝ iugiſqꝫ colliſio . magna
deniqꝫ fame uox:queqꝫ non modo alpes patrias:
ſed maria tranſilit. ⁊ cum magna ſint ſemper mali
pñtia:futuroꝝ apparatus continuo maior eſt. Ita
nobis qd̄ in omni aduerſitate duriſſimū eſt:extre
mum maloꝝ ſolatiū ſpes aufert? Semper ne igit
ſic inuicem conteremur ? Semper noſtroꝝ laboꝝ
ſonitu:cunctarumqꝫ gētium aures atqꝫ ora cōple
bimus? Semꝑ mundo qd̄ audiat fame dabimus
quid loquatur? Ita ne v̊o etati tm̄ ſue:ſed omnib⁹
ſeculis.nec poetico magis q̄ꝫ prophetico ore locu
ti ſunt Uirgilius ⁊ Flaccus:quorum alter. Graui-
dam impijs belliſqꝫ frementeȝ italiam dixīt. Alt.
Auditū medis heſperie ſonitum ruine. Agat mo-
do fortuna:perficiat qd̄ incepit:quādo ſi Uirgilio
ipſi credimus:omnipotens ⁊ ieluctabilis dea eſt.
De qua re:ne quid precipitante iudicio diffiniam
nihil in pñs pronuncio.tu tamen ſententiam meaȝ
noſti:ſi quid ſeriuȝ loqui ſoleo:ab hac opinione re
motiſſimus ſum. Nunc loquor ut vulg⁹ a quo ma-
xime diſſentio. Ceterum ſiue illa nihil ſiue aliquid
eſt.nam dea proculdubio nō eſt. ⁊ rurſuſ ſiue ſuis
viribus:ſiue noſtra ignauia potens eſt:qui quib⁹
ſolis obſtari illi poterit arma rationis obiecimus.
Agat inq̄ꝫ.ſeuiat.tonet ac fulminet in hoc ꝑcipue
mundi latus ubi in utrāqꝫ parteȝ plurimū ſe ſem-
per exercuit.pergat.inſtet.premat.urgeat. ⁊ quan
do ita ſuperis ⁊ inferis placet:ut dictum eſt cepta
perficiat. Uereor ſane ne preſens prefatiuncula q̄-
ſi magne meſtitie index amātem ⁊ amore pauidū
atqꝫ ſollicitum animū tuū forte turbauerit. Pone
metum:ꝓuatim nihil aduerſi eſt:certe ſicut publi-
ce nihil eſt proſperi. Quid enim proſperū viris? i-
mo v̊o quid nunc non triſte prorſus ⁊ miſerum li-
bertate mortua ⁊ ſepulta:pro qua multi ſepe vitaȝ
cum uoluptate ⁊ gloria perfudere:preſertim cum
non libertas ſola perierit:ſed cum illa ſimul fides
pietas pudicitia.peſſimuſqꝫ iam morbus late re-
ex gallia nūcienf. Illius ergo digreſſu ſic remanſi
quaſi inter denſas animi mei nubes: quidam inſpe
rati gaudij radiꝰ penetraſſet. Heri aūt cū iaȝ adue
ſperaſceret: ſacerdos quidā ſenex familiariſ meus
ad me lachꝛymabundus acceſſit: narrās nuncium
quēdam de tuſcia uenientem dicē: maynardū nō ſo
lū ſed cū alijs perijſſe. qꝺ audiēti mihi de pectore
ſtatim alterius iuecta ſagitta: ſerenitas ois ablata
eſt. Sed vix dū ſacerdos uerba cōpleuerat: ⁊ ecce
mercatoꝛ quidā mediolaneñ. notus meꝰ: locum in
quo meſtuſ erā ingredif: ſalute data ⁊ reddita. Cū
inquit hac trāſitū facerem: audiēs ꝙ hic eſſes: lice
re mihi nō credidi ſine conſpectu ⁊ colloquio tuo
pꝛogredi. Urbane inq̄;: ſed vnde nunc te reuehis?
Quartus inquit dies eſt: ex quo Florētia diſceſſi.
Et heus bone inq̄;: queſo quibꝰ itineribꝰ trāſiuiſti?
Rectū inquit iter ſequi nō potui. Audiſti enim ut
arbitroꝛ illius boni viri moꝛtē. pꝛo cuiꝰ ultione po-
pulus florētinus ad arma ꝯſurgēs multa iam in il-
lis montibus caſtra cōbuſſit. Itaq; deuio quodaȝ
⁊ ſilueſtri calle ꝓfectus ſum. Dic age inq̄;. viri an
viroꝝ moꝛtē memoras? Hic enim. ⁊ ſacerdotē illū
digito ſignaui. plures narrat occiſos. Minime vō
inqt. vnus ꝓfecto ſolus occubuit. reliq euaſerunt:
Et cū intētum me atq; anxiuȝ videret: adiecit. De
hac re: ꝑter uoces populi: nihil habeo. Illic eniȝ in
oium ciuiū cōuentu non niſi de vnius nece audiū-
tur indignatiōeſ hoiuȝ ⁊ querele. Credibile eſt aūt
ꝙ ſi plures eēnt: de pluribꝰ loquerētur. Placuit cō
iectura. ſed qꝛ nihil certi afferebat: ſerenare aium
frontēq; nō potuit. ⁊ qualē inuenerat dimiſit. Hec
ſingula frater: tam ſcrupuloſe exequoꝛ. ut ꝑticula-
riter intelligas: ꝙ in ſūma ſcire te nō dubito: peſſi-
me mihi eē: alternātibus his curaꝝ fluctibꝰ: ⁊ fra-
gilem ſpei cimbam hac illac eſtu recipꝛocātē iactā-
tibꝰ. Accedit ad erumnarū cumulū: ꝙ dū numera
re dies incipio: qꝺ curioſe faciūt amātes. miroꝛ ⁊
ſtupeo: quid eſt ꝙ ad lr̄as meas triuixij: inde pata
ui: mox uerone datas: tanto lapſu tꝑis nil oino re-
ſcripſeris. pꝛeſertiȝ cū per fidos nūcios miſſe: ⁊ de
rebus nō paruis ſcripte eſſent. Neſcio quid nunc
mihi noue ſuſpitionis oborif. Audio eni peſtē illā
anni alterius: que abſceſſiſſe videbaf ex itegro: rur
ſus inuaſiſſe rhodani ripas: a quibꝰ utinā abeſſes.
Sed qd ago infelix? An nō ſatis mihi uera ⁊ pꝛe-
ſentia mala ſufficiāt: niſi ⁊ ficto ⁊ futuro inſup mi-
ſer fiam? Uertat hec deꝰ in meliꝰ: ut qui falſa ſpe to
tiens deceptus ſum: ſemel ſaltē decipiar falſo me-
tu. Quod ſi acciderit: ut te cū pauculis qui ſupſūt:
adhuc ſemel aſpiciā anteq̄; moriar. vixiſſe me ſatiſ
arbitraboꝛ. Ceterum epl̄a texi cepat: in libelli mo-
dū euaſit. cuius me illud ꝑcipue delectat in malis
meis: ꝙ ſcribētis animo nubilo ⁊ iquieto: nō ſoluȝ
ſtilus ipſe: ſed foꝛma etiam litteraꝝ: ⁊ papirus: ⁊

atramenta conueniũt.que niſi proiecero ꝛ vim do
lori fecero:nullus erit modus. Alia enim ex alijs
erũpũt.Sꝫ forte nec adhuc nobis ſol dierũ oium
occubuit. ꝛ aliquid in craſtinũ reſeruanduꝫ eſt.lr̃e
exemplum quã florentinis miſi ſuꝑ hac tanta eoꝝ
ignominia:qꝛ te iuuet lecturum auguror: pñtibus
innexui.Uale frater. ꝛ temetip̃m rebꝰletioribꝰpre
ſeruare ſtudeas.ut nos ſi tñ ex alto ꝑmiſſum eſt:in
terris iterũ videamus. Parme. Junij.xx.recõmẽ
do me dño meo dño theaneñ.ꝑticipi doloꝝ meoꝝ
Jtẽ dño Archidiacoñ.leodeñ.ſilr̃ dño meo dño
Cauallíceñ. ꝛ dño ſeneſcallo ſi ꝓpe ſunt.dñꝫ Gui
donẽ ſeptem. ꝛ Romanellum ꝛ leonẽ ſaluto. Hei
mihi. Maynarduꝫ amplius more ſolito nõ ſaluto
ſed ſaluto eũ ſicut poſſum: ꝛ pro eo tantus pecca-
tor indeſinẽter oro.quatenus cuiuſ corpꝰ mei vidẽ
di deſiderio:in ꝑnitiem ꝛ in mortem incidit:aĩa ſal
tem euadat de manibus ipiorum:liberãte ꝛ ſaluã
te liberatore ꝛ ſaluatore nr̃o dño ieſu chriſto. qui
ꝓpter peccata mea multa ꝛ grauia:me nũc in ami
ci corꝑe vulnerari tam grauiter paſſus eſt. Bñdi-
ctũ ſit tñ in ſecula nomẽ eiꝰ. Uale iterũ ꝛ ſemꝑ mei
memor. ꝛ reſcribe queſo ſi viuis ꝛ ſi uales:hec fra-
ter ut facile perpẽdi põt ſcripſi inter moleſtias ꝛ tu
multus animi uarios. ꝛ cũ multa feſtinãtia:lꝫ nun
cius aliqs nõ adeſſet.ſed aderit forte dũ nõ ſpabi
tur uel me abſente qui perferat. Ego eni quotidie
per rura noſtra diſcurro: nõ tã rei familiaris cura
que mihi nulla eſt:qꝫ amore ſolitudinis: ut ſiquo
mõ fieri poſſit:meip̃ꝫ obliuiſcar ꝛ langores meos.

C Tuus Franciſcus.

C Epiſtola infraſcripta miro artificio dictata eſt.que
tanqꝫ vni hõi mittat̃.ſi legat̃ directe.ut ſcripta eſt.
ꝛ punctata.cõmẽdat illum cui mittit̃ de oibꝰ vir-
tutibꝰ ꝛ moribꝰ. ꝛ ſibi oia bona imprecat̃. Si v̓o le
gat̃ retrograde.videlicet ab ultimo v̓bo ueniendo
uſqꝫ ad primũ ordine reuoluto: ꝛ punctata prout
apparet infra in alia epl'a.ſtãtibus ijſdem uerbis.
habet totũ contrarium ſenſum.videlicet qꝛ expro-
brat eum cui mittitur.de omnibus vitijs ꝛ mori-
bus prauis.ſibiqꝫ omnia mala imprecat̃ ꝛ optat.
P.epiſcopi equiliñ. LVII.

Ucunda ipſa felicitate.letiſqꝫ ijſdẽ ſucceſ-
ſibꝰte ꝓſperis potiturũ. nunqꝫ quelibet te
paſſuꝝ aduerſa.ꝓbate re uera:fide ꝛ operi
bus amice non ficte vir.intimis affectibꝰgeſtio.ac
iugiter deũ oro. Prolõgent̃ dies tui.nec tibi ſit vi
ta breuis. Diuitijs affluas.neqꝫ careas ergo cun-
ctis optatis.debita quepiã hec tue v̓tuti nõ vitijs.
v̓ſus ad cõmẽdationes tui:ꝓmere uolui ſtilo ſonã
te diſpoſitꝰ fidelitatis in tue laudes non iurgia cri
minãdum: ſiqd fuerit tegẽs de tui rubore.pãdẽs
tua tñ egregia:nõ infima opa p̃dicanda. Cognoui
te moribꝰꝑfectũ in cũctis.quadruplici virtutũ car
dinaliũ radio.abſqꝫ vitioꝝ maculis aſꝑſuꝫ ſic iugi
ter extitiſſe. Uirtutũ ipſaꝝ ordinẽ ꝑuandũ nõ iam
p̃poſterãdũ ideo duxi.ſingula ordinata in te facẽ:
qm̃ ſemꝑ noui. Probas te ꝓuidũ in futuris.caues
ſemꝑ ꝑicula.neqꝫ proſꝑa fortune nixu aĩ cõplecte-
ris. Diſpoſita in te pñtia.ſolerti non ſegni ſtudio.
certa in actibꝰ tuis oñdis.cõpoſitũ hic aiuꝫ:nõ qꝫ
rudẽ:effectibꝰmõſtras. Amplectẽda ſunt utiqꝫ:nõ
aſpernenda opeꝝ tuoꝝ geſta ꝓbãda re ipſa.exem-
ploꝝ ueterũ illuſtriũ memorẽ:nõ excordẽ:nãqꝫ te
fuiſſe ꝓrſus ꝛ eẽ hoies ꝓclamãt.prõpta nõ diſgre
gata memoria. Tribꝰitaqꝫ tꝑibꝰtuꝰaiuſ manet diſ
pẽſãtꝰin ſingulis.prudẽtia oĩ ac ꝑitia reꝝ abſqꝫ cor
dis ig̃rãtia q̊rũcũqꝫ nãliter iſita tibi. Dilectã te iu
ſtitiã in iudicãdo foues. p̃mia bona non ſupplicia
iuſtis.iniqs penaꝝ diſcrimina nõ coronas. dudũ
tribuere didiciſti. Ueritati ſilr̃is:abdicatis tibi fla
gitijs.reddis hoibꝰoibꝰſua:nõ piger aut iniquiſſi
mus cẽſor.ſeruãs dubio ꝓcul miſ̓icordiã in ſeue-
ris. ꝛ pietatẽ in rigoribꝰſemꝑ tuis.cedens ex aio
clemẽti in adiectionibuſqꝫ penaꝝ. Donator libera-
lis.nemini parcꝰ.largitor munificꝰnõ auaruſ. Exe
craris vitia nõ virtutes.mores honeſtiſſimos inſe
ctaris. Honeſtuꝫ nil qꝫ penitꝰ eſt iniquũ qδ oparis
Juſtos ꝛ bonos ſequeris per oẽ tp̃s.pius in ꝯſilijs
iuſtꝰin oibꝰopibꝰ tuis. Cõſtãtẽ in aio te certe noti
ferũt.felici ſtatu humiliari:nõ exaltari. aduerſis
euẽtibꝰfortẽ:nõ dep̃ſſuꝫ te reddẽ. Fortitudineꝫ ac
v̓tutẽ oibꝰtꝑibꝰinuincibilem ſic ꝑuãs agnoſceris.
Declamaris aio ꝓbo re uera:famaqꝫ publica lõga
nimis nõ trepidus.feruidus nõ remiſſus.ſtrenuꝰ
non uecors. diceris apꝑere. Sãcta modeſtia:pul
ſa caſtrimargia fungeris. Caſtimonia: reiecta la-
ſciuia: delectaris. Temperatum in uerbis ꝛ acti-
bus.cibis ꝛ potibus.te die ac nocte.morum tuoꝝ
ac vite.experti manifeſtius atteſtantur. Deo atqꝫ
hominibus grata in omnibꝰopera tua patent. Me
ditaris nam iugiter quodqꝫ fas. ne pereas anima
mala nece. Felicẽ in gradibus ſingulis:dicere ma
lim te:probandum te conſona: ueritate perſpicua
cunctis nota.regno digniſſimuꝫ:in digniſſimuꝫ ru
re. Cunctis notoria.

C Jn quinternionibus ſignatis 14 15 16 17
ſunt alique epiſtole domini Frãciſci petrarche:ali
que v̓o aliorum:ut patet.

¶ Incipit Africa dñi Frācīſci Petrarche.

Liber primus.

T mihi ꝯſpicuū meritꝭ:belloqꝫ tremēdū
Muſa viꝝ referes:ital' cui fracta ſb armiſ
Nobilis eternū pꝰs attulit africa nomē.
Hunc precor exhauſto liceat mihi ſuggere fōtem
Ex elicone ſacrum:dulces mea cura ſorores.
Si uobis miranda cano:jam ruris amici
Prata quidem ⁊ fontes.uacuiſqꝫ ſilētia campis
Fluminaqꝫ ⁊ colles ⁊ apricis ocia ſiluis
Reſtituit fortuna mihi.uos carmina uati
Reddite:uos animos. ¶ Tuqꝫ o certiſſima mūdi
Spes:ſuperumqꝫ decus:que ſecula noſtra deorū
Uictorē: atqꝫ herebi/memorant:quē qua videmꝰ
Larga per innocuum retegentem vulnera corpꝰ:
Auxilium fer ſumme parens:tibi multa reuertēs
Uertice pernaſi referam pia carmina:ſi te
Carmina delectant.uel ſi minus illa placebunt
Forte etiam lachrymas:quas ſic mens fallit olim
Fundendas:longo demens tibi tempore ſeruo.
Tu quoqꝫ trinacrij moderator maxime regni
Heſperieqꝫ decus:atqꝫ eui gloria noſtri.
Indice quo merui:uatumqꝫ in ſede ſedere
Optataſqꝫ diu lauros:titulumqꝫ poete.
Te precor oblatum tranquillo pectore munus
Hoſpitio dignare tuo:nam cuncta legenti
Forſitan accurret:uacuas quod mulceat aures:
Peniteatqꝫ minus ſuſcepti in fine laboris.
Preterea in cunctos pronum ſibi feceris annos
Poſteritatis iter.quis enim damnare ſit auſus
Quod videat placuiſſe tibi:fidentius iſta
Arguit expertus:nutu quem ſimplice dignum
Effeciſſe potes:quod non erat:aſpice templis
Dona ſacris affixa pauens ut vulgus adoret:
Exime:deſpiciet:quantum tua clara fauori
Fama meo conferre poteſt:modo mitis in vmbra
Nominis iſta tui dirum ſpretura uenenum
Inuidie latuiſſe uelis:ubi nulla uetuſtas
Interea: ⁊ nulli rodent mea nomina uermes.
Suſcipe iamqꝫ precor regum inclite:ſuſcipe tādē
Atqꝫ pias extende manus: ⁊ lumina flecte:
Ipſe tuos actus meritis ad ſidera tollam
Laudibus:atqꝫ alio fortaſſis carmine quōdam.
Morʒ modo me paulūʒ expectet.nō lōga petunt.
Nomen ⁊ alta canam ſiculi miracula regis
Non audita procul:ſed que modo vidimus oēs
Omnia.namqꝫ ſolent ſimilis quos cura fatigat:
Longius iſſe retro:tenet hos milleſimus annus
Sollicitos:pudet hac alios conſiſtere meta.
Nullus ad etatem propriam reſpexit:ut erret
Muſa:parum notos nullo prohibēte per annos
Liberior.troiamqꝫ ideo canit ille ruentem.
Ille refert thebas.inuēhemqꝫ occultat achillem:
Ille autem emathiam romanis oſſibus implet.
Ipſe ego non noſtri referam modo tēporis acta.
Marte ſed auſonio ſceleratos funditus affros
Eruere eſt animus:nimiaſqꝫ retundere vires.
At ſemper te corde gerens properanſqꝫ reuerti
Rex iter hoc ingreſſus agam.tua maxima facta
Non auſus teigiſſe prius.magis illa trahebant
Sed tremui me teqꝫ videns atqꝫ omnia librās.
Ingenium temptare libet.ſi forte ſecundis
Ceſſerit auſpicijs.ſolidos tunc viribus alta
Ingrediar.nāqꝫ ipſe aderis:meqꝫ ampla videbit
Inclita parthenope:redeuntēʒ ad menia rurſus
Et romana iterum referentem ſerta poetam
Nunc teneras frondes humili de ſtipite vulſi
Scipiade egregio primos comitante paratus.
Tunc ualidos carpam ramos.tu nempe iuuabis
Materia generoſe tua:calamumqꝫ labantem
Firmabis:meritumqꝫ decus continget amanti
Altera temporibus pulcherrima laurea noſtris.
Ue tātis ſit cauſa malis:que cladis origo — Hic poeta pōit cās bellorum punicoruʒ
Querit.vnde animi:qʒ tot tolerare coegit
Dura:perrato ualidaſ furor equore gētes.
Europamqꝫ dedit libie:libiamqꝫ rebellem
Europe:alterno uaſtandas turbine terras.
At mihi cauſa quidem ſtudij non indiga longi
Occurit.radix cunctorum infecta malorum
Inuidia.vnde oriēs extrema ab origine mors eſt.
Atqꝫ aliena videns triſti dolor omnia vultu
Proſpera:non potuit florentem cernere romam
Emula carthago:ſurgenti inuiderat urbi.
Sed grauius tulit inde parem.mox viribꝰ auctaʒ
Uidit: ⁊ imperio domine parere potentis:
Ac leges audire nouas: ⁊ ferre tributum
Edidicit:tacitis intus.ſed plena querelis
Plena minis:frenum funeſta ſuperbia tandem
Compulit excutere: ⁊ clades geminare receptas.
Angebat dolor atqꝫ pudor ſeruilia paſſos
Multa viros:animiſqꝫ inceſſerat addita duris
Triſtis auaritia: ⁊ nunqꝫ ſatiabile uotum.
Permixte ſpes amborum.optatumqꝫ duobus
Imperium populis:dignus ſibi quiſqꝫ videri
Omnia cui ſubſint:totius cui pareat orbis.
Preterea damnumqꝫ recens:iniuriaqꝫ atrox
Inſula ſardinie amiſſa: ⁊ trinacria rapta
Atqꝫ hyſpania nimis populo confinis utriqꝫ
Omnibus expoſita inſidijs.aptiſſima prede
Terra:tot infandos longum paſſura labores.
Haud aliter qꝫ cum medio deprenſa luporum
Pinguis ouis:nunc huc rapidis nūc dentibꝰ illuc
Uoluitur:inqꝫ tremens partes diſcerpit omnes
Bellantum proprioqꝫ madens reſupina cruore.
Acceſſit ſitus ipſe loci:natura locauit
Se procul aduerſo ſpectantes littore gentes
Aduerſoſqꝫ animos:aduerſas moribus urbes
Aduerſoſqꝫ deos:odioſaqꝫ numina utrinqꝫ
Pacatiqꝫ nihil:uentos elementaqꝫ prorſus
Obuia. ⁊ infeſto luctantes equore fluctus.
Ter grauibus certatum odijs: ⁊ ſanguine multo
At ceptum primo profligatumqꝫ ſecundo
Eſt bellum:ſi uera notes:nam tertia nudus
Prelia finis habet.modico confecta labore.
Maxima nos rerū hic ſegm̄ur:medioſqꝫ tumult'
Eximioſqꝫ duces: ⁊ inenarrabile bellum.
Ultima ſidereum iuuenem laſſata procellis
Heſperia:excuſſamqꝫ graui ceruice cathenam:
Auſoniumqꝫ iugum:romanaqꝫ ſenſerat arma.
Jam fuga precipites longe trans equora penos
Egerat:horruerant animos.dextramqꝫ tonantis
Fulmineam:moreſqꝫ ducis:famamqꝫ genuſqꝫ
Armorumqꝫ nouas artes:atqꝫ orſa cruentis
Nobilitata malis:vir tandem littore mauro
Perfidus urgentem reſpectans haſdrubal hoſtē:
Tutus erat ¶ Sic uenantum perterritus acrem
Reſpicit atqꝫ canum ceruus poſt terga tumultum
Montis anhela procul de uertice colla reflectēs.
Conſtitit occeano domitor telluris hybere

Qua labor ambiguus natum:pelagiq; columnaſ
Verberat herculeas:ubi feſſus mergitur alto
Phebus:⁊ eſtiuo detergit puluere currum.
Hi ubi non vis ulla manu:mortalis:at ipſa
Omnipotens aduerſa aditum natura negabat
Conſtitit.atq; auidis prereptum faucibus hoſtez
Indoluit.viciſſe parum:iam blandior egrum
Non mulcet fortuna animum:carthagine recta
Gloria geſtarum ſordebat fulgida rerum
Nempe videbat adhuc ꝓfugū longinqua tenētez
Lentaq; femineci vibrantem ſpicula dextra.
Turbida quin etiam rumoribus oīa miſcens
Fama procul noſtro ueniens creſcebat ab orbe:
Arcibus inſtantem auſonijs:uolitare ſub armis
Hannibalem:patrieq; faces ſub menia ferri.
Illuſtres cecidiſſe duces:ardere nephandis
Ignibus heſperiam:atq; vndantia cedibꝰ arua.
Urgebat vindicta patris.pietaſq; mouebat
Ut ceptum ſequeretur opus:nam ſanguine ſeuo
Ceſſorum:cinereſq; ſacros vmbraſq; parentum
Placari:atq; itala detergi fronte pudorem.
Hic amor aſſiduum pulſabat pectora clari
Scipiade:in frontem eliciens oculoſq; iuuenta
Fulgentes calido generoſas corde fauillas.
Anxia nox:operoſa dies:vix ulla quietis
Hora duci.tanta indomito ſub pectore virtus.
Has inter curas.ubi ſenſim amplexibus atris
Nox udam laxabat humum.titonia q̄uis
Uxor adhuc gelidumq; ſenem complexa foueret.
Nec dum purpureo nitidas a cardine ualuas
Uellere:ſeu roſeas auſe reſerare feneſtras
Excirent dominam famule que ſecula uoluunt.
Feſſus ⁊ ipſe caput poſuit:cum lumina dulcis
Uicta ſopor clauſit:celoq; emiſſa ſilenti
Umbra ingens facieſq; patris per nubila rapti
Aſtitit oſtendens caro precordia nato.
Et latus ⁊ multa tranſfixum cuſpide pectus.
Diriguit totus iuuenis fortiſſimus actus
Arecteq; horrore come:tunc ille pauentem
Corripit:⁊ noto permulcens incipit ore.
O decus eternum:generiſq; ampliſſima noſtri
Gloria:⁊ o patrie tandem ſpes vna labanti
Siſte metuz.memoriq; animo mea dicta recōde.
Optimuſ ecce breuem:ſed que niſi deſpicis:horā
Multa ferat placitura dedit moderator olimpi.
Ille meis victus precibus:ſtellantia celi
Limina:perrarum munus patefecit.⁊ ambos
Uiuentem penetrare polos permiſit:ut aſtra
Me duce ⁊ obliquos calles:patrieq; labores
Atq; tuos:⁊ adhuc terris ignota ſororum
Stamina:tum rigido contortum pollice fatum
Aſpicias:huc flecte aium.viden illa ſub auſtro
Menia:⁊ infami periura palacia monte
Femineis fundata dolis:viden ampla:furentum
Concilia:⁊ tepido ſtillantem ſanguine turbam?
Heu nimium noſtris urbs inſignita ruinis
Heu miribus trux terra italis:iterū arma retētas
Fracta ſemel:uacuiſq; itez ſtruis agmina buſtis?
Sic tiberim idomitū ſegniſſime bagrada tēpnis?
Sic modo birſa ferox capitolia deſpicis alta:
Experiere iterum:⁊ dominā per uerbera noſces
Is tibi nate labor ſupereſt:ea gloria iuſto
Marte parem:factura deis:hec vulnera iuro
Sacra mihi merito patrie quibus omne refudi
Quod dederat:quibus ad ſuperos manortia vtꝰ

Fecit iter.non ulla meos fodientibus artus
Hoſtibus:atq; abeunte aīa mihi multa dolenti
Occurriſſe prius tanti ſolanima caſus:
Qz q; magnanimum poſt funera noſtra videbam
Ultorem ſupereſſe domi.ſpes iſta leuabat
Inde metus alios:hinc ſenſum mortis amare
Talia narrantem percurrit:⁊ impia meſtis
Uulnera luminibus:totumq; a uertice corpus
Luſtrat ad uſq; pedes:at menſ pia ꝓminet extra.
Ubertimq; fluunt lachryme.nec plura parantem
Suſtinuit:medijſq; erumpens uocibus orſus.
Heu heu quid video?qſnā hec mihi pectora duro
Confixit mucrone parens:que dextra uerendam
Gentibus immerito violauit ſanguine frontem?
Dic genitor.nil ante queas cōmittere noſtris
Auribus:hec dicens alto radiantia fletu
Sidera viſus erat:ſedeſq; impleſſe quietas
Infima ſi liceat ſummis equare:marina
Piſcis aqua profugus fluuioq; repoſtus ameno
Non aliter ſtupeat:ſi iam dulcedine captum
Uis ſalis inſoliti ⁊ ſubitus circūſtet amator.
Qz ſacer ille chorus ſtupuit.nāq; hactenus ire
Et dolor:⁊ gemitus:⁊ mens incerta futuri
Atq; metus mortis:mundiq; miſeria noſtri
Milia curarum:rapide quibus optima vite
Tempora:⁊ in tenebris meliores ducimꝰ annos.
Illic pura dies.quam lux eterna ſerenat:
Quā nec luctus edax nec triſtia murmura turbāt
Non odia incendunt:noua res:auremq; deorum
Inſuetus pulſare fragor:pietate receſſus
Lucis inacceſſe:tacitumq; impleuerat axem.
At pater amplexu cupido:precibuſq; modeſtis
Occupat:⁊ grauibus cohibet ſuſpiria dictis.
Parce precor gemitu:non hunc tēpuſq; locuſq;
Expoſcunt.ſed viſa animum ſi vulnera tangunt
Uſq;adeo:iuuat ⁊ primos agnoſcere caſus
Accipe:nam paucis perſtringam plurima uerbiſ.
Sexta per heſperios penitus victricia campos
Noſtraq; ſigna ſimul:romanaq; viderat eſtas.
Cum mihi iam belliq; moras curaſq; peroſo
Conſilium teſte euentu fortuna dediſti
Magnificum:infelix fido ut cum fratre viritim
Sollicitum partirer onus:geminumq; moranti
Incuterem bello calcar:ſic alite leua
Diſtrahimur tandem:⁊ ſciſſis legionibus ambo
Inſequimur late ſparſis regionibus hoſtem.
Nondum plena colis:iaz ſtamina noſtra ſorores
Deſtituunt feſſe:iam mors ſua ſigna relinquit.
Illicet imparibus ueriti concurrere fatis.
Fraudis opez dubio poſcunt in tempore peni.
Ars ea certa viris.⁊ noſtro incognita damno.
Celtiberūq; animos:quibus auxiliaribus arma
Fratris ad id ſteterant precio corrumpere adorti.
Perſuaſere fugaz.noſtrorum exempla per euum
Ante oculos geſtanda ducum:ne robore freti
Externo proprio non plus in milite fidant
Obicit ille deos:ius:fas:⁊ inania uerba
Raptim abeūt:tacitoq; uale vis quāta metallo ē?
Dij pudor alma fides vni ſuccumbitis auro.
Preſidio nudata acies fraterna retrorſum
Auia conſtituit:notoſq; recurrere montes.
Hec viſa eſt ſpes vna duci:ꝑmit hoſtis acerbus
Doctus ad extremum cedenti inſiſtere tergo.
Me quoq; iam magno diſtantem punica tractu
Agmina cingebāt:que clā nouus auxerat hoſtis

Improbus inſultans.viſum ⁊ mihi cedere fato
Ne quicq̄ꝫ uetitū caro me iungere fratri.
Inferior numero multuꝫ tribus vndiqꝫ caſtris
Uallabar:multumqꝫ locis urgebar iniquis.
Ferrum aderat.ſpes nulla fuge.quod fata ſinebāt
Tempore in anguſto.duriſſima pectora ferro
Pandimꝰ. ⁊ uafras herebo detrudimus vmbras.
Ira dolorqꝫ dabant animos.ars bellica nuſq̄ꝫ
Conſilijqꝫ nihil:ceu dum uelamina paſtor
Fida gerens apibus bellum mouet iprobꝰ almis
Nocte ſub obſtura trepidant:mox dulcia flentes
Excedunt inopi ſubſtrata cubilia cera.
Inde ruunt ceceqꝫ fremunt:ſparſoqꝫ uolatu
Importuno inſtant capiti ſtat callidus hoſtis
Inceptiqꝫ tenax:poſtq̄ꝫ irrita vulnera victor
Eruit extirpatqꝫ pie cunabula gentis.
Sicqꝫ ſola ſalus miſeris ⁊ ſumma uoluptas
Inuiſam iaculis gladioqꝫ ultore cohortem
Tundimus ⁊ rapidas in vulnere linquimus iras.
Illi ex compoſito ſtabant.ceu flantibus auſtris
Aerius conſiſtit erix.atqꝫ aſtriger athlas.
Quid moror incauti armorum ſub nube virumqꝫ
Obruimur.fortuna ſuum tenet inuida morem
Aduerſata pios.gelidus mihi pectore ſanguis
Heſerat.agnoſco inſidias:mortemqꝫ propinquā.
Nec mihi ſed patrie metuēs pro tempore raptim
Ingredior dictis cuneos firmare labantes.
Hac via preclari miles patet ardua leti
I duce me:quem ſepe alias maiore profecto es
Fortuna nunq̄ꝫ fama meliore ſecutus.
Non acies ferri:facies non obuia mortis
Terreat:exiguo decus ingens ſanguine mauors
Obicit.⁊ caros illuſtrat cede nepotes.
Noſce genus:patriamqꝫ libens amplectere ſortē.
Ignauum fortemqꝫ mori:me tangere damno
Nature lux vna iubet breue tempus utriqꝫ:
Iam licet:⁊ terre pelagiqꝫ pericula ceſſent
Ultro aderit ſuſpecta dies:hoc fortibus vnum
Contigit:ut leti morerentur.cetera flendo
Turba perit.lachrymaſqꝫ metu diffūdit iherteſ.
Hora breuis longe teſtis uenit ultima vite:
Ergo age ſi latio quicq̄ꝫ de ſanguine reſtat
Morte palam facito.nam dum fortuna ſinebat
Uicimus:⁊ noſtris exibant funera dextris.
At modo corporibuſ:cedunt quando omnia retro
Sic ſatis obſtruxiſſe viam:per pectora noſtra
Perqꝫ truces oculos vultuſqꝫ in morte tremēdos
Tranſcendant.talem libet his opponere morteꝫ.
His clauſtris uallare aditus.ſciat horrida ueros
Barbaries cecidiſſe viros.⁊ pallida q̄ꝫq̄ꝫ
Haud ſpernenda tamen romana cadauera calcet.
Accelera bene nata cohors in limine mors eſt
Inuidioſa bonis:romanas ſemper ad aras
Cum lachrymis recolenda pijs:⁊ ture perenni.
Talibus accenſi coeunt.⁊ grandinis inſtar
Sciſſa nube ruunt.in tela micantia primus
Et circūfuſos ferox irrediturus in hoſtes.
Conſequitur deuota neci fortiſſima pubes.
Sternimus:⁊ morimur paucis tot milia contra
Quid reliquum?ſed fata pij nunc ultima fratris
Expectas neqꝫ enim heſperior felicior ora
Ille quidem extremo fati de turbine fruſtra
Surgere conatus:magne ſub mole ruine
Oppreſſuſqꝫ itidem.nec mors magis ulla dicebat
Altera q̄ꝫ fratris.fuerat concordia vite
Mira:uel exiguis nunq̄ꝫ interrupta querelis.
Una domus:victuſqꝫ idem:mens vna duobus
Et mors vna fuit.locus idem corpora ſeruat
Amborum ⁊ cineres.huc tempus ferme ſub vnū
Uenimus.hic nobis nulla eſt iam cura uetuſti
Carceris.ex alto ſperſos.contemnimus artus
Odimus ⁊ laqueos ⁊ vincula nota timemus
Libertatis onus.quod nūc ſumus illud amamꝰ.
Ille autem illachrymans.tua me tua care ꝓfūdo
Corde premit pietas genitor:ſed mollis inherſqꝫ
Ultio uerborum ſemper fuit optima rerum.
Dic tamen hoc o ſancte parens:an viuere fratrem
Teqꝫ puteꝫ:atqꝫ alios quos pridē roma ſepultos
Defunctoſqꝫ uocat.lente pater ipſe loquentem
Riſit:⁊ o quanta miſeri ſub nube iacetis.
Humanumqꝫ genus quanta caligine ueri:
Uoluitur.hec inquit ſola eſt certiſſima vita
Ueſtra autem mors eſt:quam vitam dicitis:at tu
Aſpice germanum.viden ut contemptor acerbe
Mortis eat.viden indomituꝫ ſub pectore robur.
Et viuum decus ⁊ flāmantia lumina fronti?
Quin etiaꝫ a tergo generoſum reſpicis agmen?
Hos mihi defunctos audebit dicere quiſq̄ꝫ?
Et tamen egregios humani ſorte tributi
Efflauere animos.ac debita corpora terre
Liquerunt:ceruis nitido uenientia contra
Per purum radiare diem lecta agmina vultu?
Immo ait eximie nec quicq̄ꝫ dulcius vnq̄ꝫ
Hos vidiſſe oculos memini.ſed nomina noſſe
Eſt animus.tibi ne genitor contraria mens ſit.
Per ſuperos ipſumqꝫ iouem.ſolemqꝫ videntem
Omnia:per frigios ſi qua eſt ea cura penates.
Per ſiquid patrie uenit huc dulcedinis oro.
Aut ego fallor eni.aut quoſdā hoc ex agmīe noui
Et mores habituſqꝫ virum greſſumqꝫ:manuſqꝫ.
Inſolitum licet ora micent:tamen ipſe recordor.
Uidi etenim:⁊ patria nuper conuiximus urbe.
Uera quidē memoras.fraus hūc mō rebꝰ ademit
Punica terrenis.perijt congreſſus iniquo
Credulus etate heu nimium marcellus in illa.
Iſte memor finis:lateri latus admouet ultro
Nobiſcum ne libenſ celo ſpaciatur in amplo.
Criſpinus longe ſequitur.quem ꝑfidus vno
Abſumpſiſſe die temptauerat hoſtis.at illum
Languida dilate tribuerunt vulnera morti.
Alter ibi cecidit moriens.ubi furta latebant.
Inde leuis recte penetrans huc ſpiritus:illic
Frigida carnifici:dimiſit membra cruento.
Sed magis ardentēqꝫ animis:pugnaſqꝫ fremētē
Cerne per inſidias indigno funere gracchum:
Corpore ſecluſum ualido ⁊ pollentibus armis.
Preterea emilio nimium fors inuida paulo
Aſpice magnanimum terebrāt quot vulnera pectꝰ
Canenſi romana die defleta ſupremum
Fata putans renuit cladi ſupereſſe.ſed ultro
Oblatum contempſit equum:multumqꝫ rogantē
Repulit:⁊ nimium reſpondit nixius.at tu
Macte animi virtute puer diſcede tuumqꝫ
Uicturum abde caput.teqꝫ ad meliora reſerua.
Dic patribus muniant urbem:dic menia firment
Condiſcant extrema pati.namqꝫ improba ſeuas
Ingeminat fortuna minas:hoſtiſqꝫ cruentus
Uictor adeſt.fabio mea uerba nouiſſima perfer
Dic me iuſſorum memorem vixiſſe ſuorum.
Dic memorem te teſte mori.ſed fata feroxqꝫ

Collega ingenti turbarunt cuncta tumultu.
Nuda loco caruit virtus.tulit impetus illam
Effuge dum morior ne forſan plura loquendo
Sum tibi cauſa necis.dicentem talia ferro
Circūſtant.uolat ille leuis.timor alleuat artus
Et plumas adiungit equo ⁊ calcaria plantis
Anxia ceu uolucris ubi nidum callidus anguis
Obſidet.hinc viſe ſeſe ſubducere morti
Optat.⁊ hinc dubitat.ſua dulcia viſcera linquēs.
Infelix pietas tandem formidine vitiꝫ
Cedit ⁊ incuſſis ſerum ſibi conſulit alis.
Uicinaqꝫ tremens reſpectat ab arbore fatum
Natorum:rabiemqꝫ fere.⁊ plangoribus omne
Implet anhela nemus.ſtrepituqꝫ occurrit amico.
Sic ibat iuuenis memorandus ſepe retrorſum
Lumina meſta ferens:videt ingens ſurgere cāpiſ
Naufragium.videt immitem poſt publica penuꝫ
Funera ſacra ducis fodientem pectora duris
Ictibus.⁊ celum gemitu pulſabat inani.
Quid moror.innumeram licet internoſcere turbā
Ceſorum hoc bello iuuenum:patrieqꝫ cadentum
Scilicet immenſo ſtudio:dum ledere querit
Ciuibus atqꝫ inopem ſpoliat dum fortibus urbeꝫ
Compleuit celum noſtris ferus hannibal vmbriſ.
Talia dum genitor memorat ſuſpiria natus
Alta trahens:licuit fateor cognoſcere quicquid
Optabam magis:⁊ vultus ſpectare meorum.
Cetera ni prohibes.nihil eſt ſermone ſecundi
Patris amabilius:quin tu modo cominus inquit
Alloquere.atqꝫ aures q̄ꝫ primuꝫ inuade paratas.
His dictis tulit ante gradum.frontemqꝫ modeſtaꝫ
Demiſit.patruumqꝫ tenens ſic incipit ore
O ueneranda mihi uero:nunq̄ꝫqꝫ parente
Care minus:ſi noſtra deus dedit ora videre
Mortales oculos.alti ſi limina mundi
Indignoqꝫ mihi clarum reſeruauit olimpum.
Da precor exiguam noſtris affatibus horam.
Nā breue tēpus adeſt moneorqꝫ in caſtra reuerti
Occeani ſubnixa uadis:ubi maxima calpes
Impendent pelago celumqꝫ cacumine pulſat.
Illic me romana manent modo ſigna.ducemqꝫ
Expectant rapidum hoc tandem ſtat limite bellū.
Suſcipit amplexu iuuenem placidiſſimus heros
Atqꝫ ita.ſi iuſſu ſuperum mortalia celo
Mēbra uehis.nec enī tā magni muneris auctor
Eximiumqꝫ decus:quam de te concipiam ſpem?
Dictu difficile eſt.cui tantam numina viuo
Conceſſere viam.nam ni diuinus ineſſet
Spiritus.haud quaq̄ꝫ hoc hoi fortuna dediſſet
Que faciles diſpenſat opes:archana videre
Celica:uenturos longe prenoſcere caſus
Et fatum preſcire ſuum:ſpectare beatas
Has animas:ſubterqꝫ pedes radiantia ſolis
Lumina:⁊ aduerſos tam uaſtis tractibus axes
Hec nunq̄ꝫ fortuna dabit.quia cuncta potenti
Sunt ſeruata deo.qui ſi te lumine tanto
Illuſtrat.quo nam te alij dignentur honore?
Non ergo immerito fractos paſſimqꝫ iacentes
Heſperie campis totiens deſpeximus hoſtes
Uidimus ⁊ noſtre vindictam mortis:ab illa
Egregie pietatis habes per ſecula famam.
Quidlibet hinc aude mecum nam protinus aurē
Iuuenis:atqꝫ animum uacuum.quin ocius ergo
Ingredimur.fandoqꝫ breueꝫ conſumimus horā.
Dic ait is.ſi vita manet poſt buſta:quid almus
Teſtatur genitor.ſiqꝫ hec eſt uera perennis
Noſtra autem morti ſimilis:quid demoror ultra
In terris.quin huc potius quacunqꝫ licebit
Euolat aſſurgens animus tellure relicta
Non bene ſentis ait.deus hoc naturaqꝫ ſanxit
Legibus eternis hominem ſtatione manere
Corporis edicto donec reuocetur aperto
Non igitur properare decet:ſed ferre modeſte
Quantulacūqꝫ breuis ſuperant incōmoda vite.
Ne iuſſum ſpreuiſſe dei videare:ꝙ iſta
Sunt geniti ſub lege homines:ut regna teneret
Infima:namqꝫ illis cuſtodia credita terre.
Et rerum quas terra uehit:pelaguſqꝫ profunduꝫ.
Ergo tibi cunctiſqꝫ bonis ſeruandus in iſta eſt
Carne animus:propriāqꝫ uetandus linquere ſedē
Nobilibus curis.ſtudioqꝫ ⁊ amore videndi
Promineat ni forte foras corpuſqꝫ relinquas
Ac longe fugiat ſenſus:ſeqꝫ ingerat aſtris
Hic decet egregios animos.hic exitus eſt.queꝫ
Diuini fecere viri:meliora ſequentes.
Sed dū mēbra vigēt.breuis eſt mora ſuſcipe nr̄i
Conſilij quid ſumma uelit.tu ſacra:fidemqꝫ:
Iuſtitiamqꝫ cole.pietas ſit pectoris hoſpes:
Sancta tui:morumqꝫ comes.que debita virtus
Magna patri:patrie maior.ſed maxima ſummo
Ac perfecta deo.quibus exornata profecto
Uita:via in celum eſt.que uos huc tramite recto
Tunc reuehat.cum ſumma dies exemerit iſtud
Carnis onus.pureqꝫ animam tranſmiſerit aure.
Hoc etiam monuiſſe uelim:nil gratius illi
Qui celum terraſqꝫ tegit:dominoqꝫ patriqꝫ
Actibus ex noſtris:q̄ꝫ iuſtis legibus urbes
Conciliumqꝫ hominum ſociatum nexibus equis
Quiſquis enim ingenio patriam.ſeu viribus alte
Suſtulerit:ſumptiſqꝫ oppreſſam iuuerit armis:
Hic certum ſine fine locum in regione ſerena:
Expectet:uereqꝫ petat ſibi premia vite:
Iuſtitia ſtatuente dei:que nec quid inultum
Nec precio caruiſſe ſinit.ſic fatus amoris
Admonuitqꝫ faces auido ſtimuloſqꝫ nepoti
Accenſoqꝫ duci ſimul hec placidiſſimus addit.
En fabium celo maieſtas maxima tanti:
Nominis ac virtus ⁊ iuppiter ipſe reſeruat:
Cerne ducem quantuꝫ licet hic cūctator ab omni
Dictus eat populo.tamen ingens gloria tardis:
Debita conſilijs viget.hunc nō flamma:nec enſis
Eripiet latio.ſed dum magis arma tonabunt
Punica.tranquilla feret huc annoſa uetuſtas.
Ecce autem interea uenientum turba:nec ulli
Nota fuit facies.habitus tamen omnibus vnus
Sidereoqꝫ leuis fulgebat lumine amictus.
Anguſta pauci procul omnes fronte preibant
Iam ſenioqꝫ graues ⁊ maieſtate uerendi
Hec acies reguꝫ eſt:quos tempora prima tulerūt.
Urbis ait noſtre.frons arguit inclita reges.
Romulus ecce prior famoſi nominis auctor:
Publicus ille parens:cernis dulciſſime quantus
Ardor ineſt animo:talem uentura petebant
Regna virum uenit inceſſu moderatior alter
Religione noua,populum qui temperet acrem
Hic virtute prius patrie curibuſqꝫ ſabinis
Inſignis.noſtramqꝫ ideo tranſuectus in arcē eſt.
Aſpice ſolicitum monitu ceu coniugis almas
Inſtituat leges ⁊ euntem diuidat annum.
Extulit hunc natura ſenem.primoqꝫ ſub euo

Hāc habuit frontem.ſic tempora cana genaſqꝫ.
Tertius ille ſequens qua tu nunc uteris:omnem
Militie expreſſit regum fortiſſimus artem.
Fulmineus viſu.victus quoqꝫ fulmine ſolo.
Quartus arat muros.⁊ tibridis hoſtia fundat.
Preſagus quas tutus opes huc conuehat orbis
Sectaqꝫ primeuo conuectans menia ponte.
Frons quinti mihi nota parum.ſed ſuſpicor illuꝫ
Quem nobis regem longe dedit alta corinthus.
Ille eſt.haud dubie video tunicaſqꝫ togaſqꝫ
Et faces trabeaſqꝫ graues.ſellaſqꝫ curules
Atqꝫ leues faleras:⁊ cuncta inſignia noſtri
Imperij curruſqꝫ ⁊ equos:pompaſqꝫ triumphi.
Illum autem numero queꝫ cernis in ordine ſextū.
Seruilis ſolio regem tranſmiſit origo.
Et nomen ſeruile manet.ſed regia mens eſt
Decus hic generis virtute piauit ⁊ actis
Condidit hic cenſum prior.ut ſe noſcere poſſet
Roma potens.altumqꝫ nihil ſibi nota timeret.
Finierat.tunc ille iterat ſi lecta recordor
Romuleo cinxiſſe comas diademate ſeptem
Audieram:totidem cognomina certa tenebam.
Alter ubi eſt igitur?fili cariſſime dixit.
Huc ⁊ luxus iners ⁊ dura ſuperbia nunqꝫ̃
Aſcendunt:atrox animus nomenqꝫ ſuperbum.
Nunc expoſcis enim qui ſceptra nouiſſima rexit?
Rex ferus ⁊ feritate bonus.nam triſtia paſſe
Hic libertatis primum urbi ingeſſit amoreꝫ:
Quin animas letas melioraqꝫ regna tenentes
Cerne cateruatim uere virtutis amicos.
Tres ſimul ante alacres alternaqꝫ brachia nexi
Ibant.hos leto celebrabant agmina plauſu
Umbrarum.atqꝫ omni deuotuꝫ ex ordine vulguſ.
Subſtitit admirans.que tanta eſt gratia dixit
Iſta trium?quis tantus amor connectit euntes?
Hos idemqꝫ parens.eademqꝫ ait extulit aluus
Hinc amor.hiſqꝫ ipſis libertas credita quondam.
Hinc fauor.heu iugulos ⁊ vulnera cruda duoruꝫ
Aſpice:utriqꝫ recens nitet ut generoſa cicatrix
Pectore in aduerſo.populorum pugna potentum
Tergeminis mandata viris:ut ſanguine pauco
Scilicet innumere ceſſarent funera gentis.
Diuiſis exercitibus:conſpecta ſuorum
Aduerſiſqꝫ oculis ſex ultima bella gerebant.
Libertas tunc noſtra tremens ſimiliſqꝫ cadenti
Unius ad fatum:dubio ſub marte pependit.
Unius eſt aſſerta manu.germanus uterqꝫ
Occiderat.populoqꝫ nimis fortuna fauere
Ceperat albano:niſi tertius ille ſuperſtes
Integer ⁊ fratrum mortes:⁊ publica fata
Reſtituiſſet agens victricia corpora campo
Donec ſe victos ſpacijs:largoqꝫ cruore
Defectos plagiſqꝫ graues ⁊ curſibus hauſtos
Impiger alterno iugulaſſet vulnere fratres.
Id recolens nunc exultat.gaudentqꝫ viciſſim.
Germani:ad ſuperos nec inulto funere miſſi.
At quibus imperium virtus ea contulit ultro
Circūſtant memores.ſed quid per ſingula uerſor
Milia nonne vides ſpacioſum implentia celum?
Publicolam ante alios.tanto cognomine dignuꝫ
Preclarum pietate ducem patrieqꝫ parentem?
Lumina viſendi cupidus flectebat ⁊ ingens
Agmen erat iuxta.ſtabilem qua uergit ad arthon
Lactens:innumeris redimitus circulus aſtris.
Obſtupuit.queritqꝫ viros ⁊ nomina ⁊ actus.

Care nepos ſi cuncta uelim memorandā referre
Altera nox optanda tibi eſt ait:aſpice ut omnis
Stella cadit pelago:celumqꝫ reflectitur ⁊ iam
Candidus aurore meditātis ſurgere vultus
Uibrat ⁊ eoa iam ſomnum diluit vnda.
Tum pater admonuit.fugientia ſidera nutu
Oſtendens.uetuitqꝫ moras.hic noſſe ſatis ſit
Romanas has eſſe animas:quibus vna tuende
Cura fuit patrie.proprio pars magna cruore
Diffuſo:has petijt ſedes:meritoqꝫ caduce
Pertulit eternam per acerba pericula vitaꝫ.

¶ Incipit argumentum ſecundi libri africe.

Alibꝰ intētum pater arripit:melitꝰ heros
t Scire futura cupit: recipit narrāte parēte
Fallacis per cuncta uelit neu credere ȯbis
Hannibal:quem clara ducis victoria flenteꝫ
Italia patrioqꝫ procul de littore pellet.
Inde duces alios romane ſtirpis:ab illis
Julius:⁊ Marius:Pompeius clarus in armis
Auxonijs.diuum hos ſequitur clariſſima proles
Auguſtumqꝫ genus.itali faſtigia regni
Atqꝫ graues lapſus:p̄ceptaqꝫ ſacra parentis.

¶ Incipit liber ſecundus.

Alibꝰ intētū pater arripit:atqꝫ benigne
t Tempus ait celo deſcēdere.gratia rara
Huc ueniſſe fuit.patiēter abire decoꝝ ē.
Ne ꝑꝑa p̄cor alme parēſ qn digerꝭ ingt
Pauca mihi dubio.certūqꝫ remitte futuri.
O nate exigui ſolatia temporis inſit
Exigis:ambigue ſubito tibi ſomnia noctis
Omniaqꝫ implicite uaneſcent viſa quietis.
Siqua animo memori ueſtigia forte manebunt
Somnia uana tamen:mentemqꝫ erraſſe putabis.
Sed nequeo ſpreuiſſe preces.dic nate quid angit
Te magis ⁊ breuibus:celeri te ſubtrahe phebo.
O genitor ſi nota tibi diuina uoluntas:
Siqꝫ tibi ante oculos uenturuꝫ eſt cernere tēpus.
Scire uelim quid fata parent.nam bella videmus
Aſpera terribili latium quaſſantia motu.
Hannibal in foribus ſtat perfidus:omnia retro
Uerſa cadunt.noſtro pingueſcunt arua cruore.
Tot clari cecidere duces.uos lumina tanti
Imperij:tam magna duo cecidiſtis:eodem
Tempore:tūc italis raptus regionibus eſt ſol.
Magnaqꝫ ſub gemina nutauit roma ruina.
Quid ſupereſt.dn̄aꝫ quis nunc manet exitꝰ urbē?
Corruet an ſtabit?ꝙ ſi fruſtra arma mouemus
Exime tot curas animo:tantoſqꝫ labores.
Somnuꝫ redde oculis.⁊ membris redde quietē.
Nā mihi ſi cogente deo patrieqꝫ cadendum eſt
Quid iuuat obniti contra?fatoqꝫ prementi
Humanas afferre manus?moriamur inermes.
Uiuat ⁊ in toto regnat ferus hannibal orbe.
Non tulit indignanteꝫ animo pater optimus:imo
Immo ait armato latronem pellere luſcum
Finibus auſonie dabitur:diſcedet iniquo
Inde animo:metuetqꝫ alienam linquere terram
Sanguinis ac prede ſitiens:at meſta ſuorum
Plebs metuēs:belloqꝫ nimis turbata propinquo
Hūc repetet retrahetqꝫ domū:poſtqꝫ̄ affera tāget

Littora:funeſto ueritus confligere campo
Congreſſus uolet ante tuos:tu furta caueto:
Inſidiaſqꝫ viri:doceat te dira tuorum
Funera barbarico confecta ferociter aſtu.
I tamen.atqꝫ hoſtis crudelem conſpice vultum
Et dictis intende aurem.cantuſqꝫ vigilqꝫ
Inſidioſa ſenis uerſuti percipere uerba.
Si rennuis retrahiſqꝫ pedeꝫ:nihil crede.per orbẽ
Aut timidus videare alijs:aut forte ſuperbus.
Ille quidem uaria temptabit flectere mentem
Arte:doliſqꝫ nouis:dulcem per ſecula pacem
Pacem iterans:paciſqꝫ tegens ſub noĩe fraudeꝫ.
Unicus euerſor pacis:firmiſſime preſta
Propoſitumqꝫ tene.nil de patrieqꝫ tuaqꝫ
Maieſtate cadat.fremet ille:⁊ triſtia coram
Fata videns.humiles uoces ſubmiſſaqꝫ uerba
Ore dabit ficto.iuuenem ſemperqꝫ ſecundis
Aſſuetum:caſus uarios librare monebit
Fortune.ac multa ancipiti ſermone tremenda
Proferet:euentuſqꝫ ducum.cum nulla videbit
Uerba altum mouiſſe animum:tum triſtis ⁊ ira
Feruidus.arma fremens bellũqꝫ in caſtra redibit
Pugna erit ambiguo quam ſpectant fata fauore.
Cuius ad euentum toto timeatur in orbe.
Sanctior his preerit caſtris.dux impius illis.
Hinc virtus obiecta malis.cultuſqꝫ modeſti.
Et pudor.⁊ bene ſuada fides:pietaſqꝫ comeſqꝫ
Juſtitia.⁊ relique vibrabunt arma ſorores.
Inde furor:dolus:⁊ rabies:⁊ neſcia ueri
Pectora:contemptuſqꝫ dei:feruenſqꝫ libido:
Cecaqꝫ perpetuis creſcens ſubtilibus ira:
Et ſcelerum ſpecies horrende:ac nomina multa.
Uictor eris bello tandem:victoria nec te
Efferet:aſt illum fortuna aduerſa repente
Proſternet:victus fugiet:peregrinaqꝫ tanget
Littora.qua grais aſiam regionibus eſtus
Helleſpontiaci dirimit maris:omnia tandem
Temptabit:regumqꝫ pedes.indignaqꝫ ſupplex
Contiget genua.atqꝫ aliena precabitur arma:
Italicas ardens.iterum ruiturus in oras
Si fortune ſinat.nobis ſed amicior illa
Jam longis ſatiata malis:funeſta retrorſum
Conſilia euertet:quid multa?uagabitur exul
Peſſimus:⁊ terras virus diſpergit in omnes
Romanos in morte petens.ceu ſaxea ſeuum
Cum forte in triuijs tempeſtas obruit anguem
Ille furit morienſqꝫ minas uomit:atqꝫ uenenum
Mille ligans caudaꝫ:ſquamoſaqꝫ corpora nodis:
Horrificus ſolo aſpectu:poſtrema cruentus
Sibila languenteſqꝫ oculos attollit:⁊ ipſum
Seuit in auctorem fruſtra.ſic turbidus iſte
Mille vias moribundus aget.quo tempore forte
Publica dum perages mandata videbis inermẽ
Securus:faciemqꝫ trucem.que terruit urbem.
Colloquio feſtina dies videatur amico
Tantorum felix epheſus ſermone virorum.
Fama quidem mendax falſa cuꝫ lance nephãdos
Equat iniqua bonis.facinus dũ grande tremẽdũ
Horrendum dictu inuenit:canit orba per orbem
Nec dirimit cauſas:patriam iuuat ille cadentem
Laudatur:multaqꝫ alius cum ſtrage cruentas
Captat opes:regumqꝫ ſibi victurus in auro.
Hic quoqꝫ laudatur.laudabitur hannibal:atqꝫ
Scipio.poſteritas mirabitur omnis utrunqꝫ.
Heu par diſſimile.⁊ diuerſo ſidere terris
Illatum.ac vulgus diſcernere quanta ſit inter
Magnificum ac tetrum facinus diſtantia neſcit.
Oꝫ ſubito miris animum uolet ille loquendo
Flectere blanditijs.ſeu ſunt hec punica ſemper
Pectora.ſeu laudem virtus uel ab hoſte meretur.
Precipue tam rara quidem.uerum illa iocoſum
Qualiacunqꝫ tibi riſum fortaſſe mouebunt.
Nil aliud.ſic ille graues in morte reflexus
Cum dederit.falſaqꝫ animum ſpe pauerit amens.
Tandem bitinica ruet imperterritus aula:
Dux atrox urbiqꝫ metum depellet ⁊ orbi.
Hoſtis fata vides.tanto quem tempore tellus
Suſtinet auſonie.ꝙ ſi romana requiris
Pauca ſed e medio fatorum intentus aceruo
Accipe:procliuem faciet victoria preſens
Ad reliquas.facilemqꝫ viam.nullumqꝫ pudebit
Queꝫ teneat carthago potens apprendere portũ.
Illa iugum populos.⁊ ferre tributa docebit
Illicet etholus conſurget.uanus ad arma
Proruet antiochus:fratris iunioris ⁊ illum
Uincitis auſpicijs.teqꝫ orbis noſcet eous
Ut çephirus pridem ac pluuialis nouerat auſter
Inde alia ex alijs naſcentur bella.ſed omnes
Uincet roma minas:⁊ totum proteret orbem.
Uicta iugum regna excipient.ſub legibus ibunt
Mox galate macedumqꝫ furor.nil regia poſſunt
Nomina:nil patrum egregij prodeſſe labores.
Magnus alexander totiens reuocatus ab urna
Si redeat:mea ſit que nam ſententia noſti.
Grecia tota breui procumbet tempore victa.
Et male ceſorum penas dependet auorum.
Hic placet:⁊ glabrio ⁊ ſpectata modeſtia menni
Flaminijqꝫ animus.claris qui creſcere factis
Incipit:⁊ tecum temptat certamina fame.
Res inſtant uarie.ſeries quoqꝫ longa laboruꝫ.
Florida iamqꝫ viris uenit armipotentibus etas.
Hec mihi iam ſcauros:druſos:crebriſqꝫ metellos
Inſignes titulis.⁊ nomina clara nerones
Protulit.hoc olim ueniet de ſtipite ramus
Peſtifer:ac populis vmbra nociturus iniqua.
Jam ſenſim aſſurgunt rigida virtute catones.
O utinam domus illa minus foret inuida noſtre.
Surgunt emilij.quorum de gente nepotem
Elige.qui nomen geſtis mereatur auitum.
Reliquiaſqꝫ tuas ferro conſumat ⁊ igni.
Durior id meritis odioqꝫ accenſus honeſto.
Longius incedam.iamqꝫ hinc ſillamqꝫ ferocem
Pompeioſqꝫ graues animoſaqꝫ pectora bruti
Ante oculos habeo.ſtupeoqꝫ ubi condere ferrum
Audeat.hinc rerum ſumma ad faſtigia uentũ eſt.
Ceſareumqꝫ genus:toti dominarier orbi
Prouideo:quid cuncta ſequar?non ditior vnqꝫ
Urbs animis erit egregijs:ducibuſqꝫ ſupremis.
Crederet hoc aliquis.campano raptus aratro:
Unus erit bello eximius.qui noſtra ſub auſtrum
Signa ferat:libiamqꝫ iterum premat:inclita regũ
Colla triumphali victor fracturus ab arcu.
Biſqꝫ ſub extrema latium formidine ſoluat
Obſidione graui.calidaqꝫ reuerſus ab ora.
Atqꝫ alpes ſubito iuſſus tranſire niuoſas.
Preter aquas ſextas.dicunt ſic nomine uallem.
Theutonicum inſigni compeſcat ſtrage furorem.
Poſt ſimili ardentes proſternat vulnere cimbros.
Orbis in extremi latebras.ubi caſtra locaſti
Nunc iuuenis memorãde nouis per ſecula factis

Magnus item iuuenis ueniet:nec dignioꝛ alter
Nomen habet magni.hic tagū:betimqꝫ ⁊ biberū
Coget ferre iuguꝫ.dominumqꝫ agnoſcere tibꝛim.
Hic idem nimia ciuem feritate rebellem
Contundet.tibi nulla animum contingat honeſtū
Inuidia.atqꝫ alios patiaris ad alta uolare.
Nullus erit.nulluſqꝫ fuit.cui gloria tota
Ceſſerit.illa nouis ſemper parat integra partem
Uita bꝛeuis:rerumqꝫ uenit longiſſimus oꝛdo.
Quid fiet niſi queqꝫ ſuos pꝛoduxerit etas
Uenturus qui ſponte uelint occurrere fatis?
Sufficeret cunctis ſpacioſi temporis vnus:
Publica res poterat duce te contenta fuiſſe.
Tu ſiquidem letus mecum dum bella gerentur
Hic eris:⁊ iuuenem egregium laudabis ab alto.
Pauca ſed innumeris memoro.maiora ſuperſunt
Geſta viri.plectroqꝫ alijs maiore canenda.
Namqꝫ hic pꝛecipiti ſit fas dixiſſe uolatu
Uictoꝛ ab occaſu deſcendens victoꝛ ad oꝛtus
Pꝛeueniet.nomenqꝫ italum ſuper aſtra leuabit
Omnia ſuccumbent.multis foꝛtuna triumphis
Larga uolet ditare ducem.moderatioꝛ autem
Implenduſqꝫ animus paucis.ꝙ laurea triplex
Stringet honeſta comas:ꝙ ter ſua roma uerēdo
Extantem curru videat:contentus abibit.
Hic ⁊ pirratas pelago depellet ab omni
Uincetur iudea tenax:armenia duplex:
Capadoces:arabeſqꝫ ⁊ lato coꝛpore ganges
Perſis:⁊ arſacides.rubꝛoqꝫ a littore tandem
Omnia vincentes rigidaꝫ ueniemus ad arcthon.
Et glaciale ſolum:tanaym:⁊ meotida duram:
Ripheoſqꝫ pꝛocul tangemus in ethere montes.
Attriti longo fugient certamine reges.
Et vitam ſimul ⁊ regnum bellumqꝫ peroſi
Caſpia calcabunt victores clauſtra.ſabeam
Turicremaſqꝫ domos.intacti limina templi
Intrabunt.cernentqꝫ aditi penetralia ſacri.
Purpura non illos nō gemme:aurūqꝫ mouebunt
Theſauros inter medios mucrone trementi:
Paupertas romana uenit nec tangitur illis.
Inſula non toto reſtabit libera ponto
Non tellus:ſeu pꝛeſſa uagis:ſeu ſtantibus aſtris.
Aula ſub imperium ueniet ditiſſima cipꝛi.
Creta ſuperſtitionuꝫ ingens dom⁹:atqꝫ magiſtra.
Euboicūqꝫ latus phebo rhodus inclita:⁊ vndis.
Tum ſalis egei celo uelut aſtra ſereno
Ciclades effuſe medio clipeuſqꝫ potētis
Trinacrie:⁊ craſſo diues ſardania celo.
Pauperioꝛqꝫ ſolo ſed apꝛicis coꝛſica ſaxis.
Et quicquid tuſco iacet equore:quicquid hibero
Quicqd ⁊ adriaco:Sed quis cum claſſe fremētē
Ibit in occeanum?foꝛtiſſimus ille nepotum
Unus erit:magno ſemper cantandus in oꝛbe.
Gallica qui uario complebit rura pauore.
Et fluuios atri violabit ſanguinis vnda:
Inde pꝛocul celo ⁊ terra pelagoqꝫ repoſtos
Auricomas rapido calcabit marte bꝛitannos
Stringet:⁊ indomito luctantem gurgite renum
Pontibus.hoſtileſqꝫ tenens cum milite fines.
Triſtia ceruleis germanis bella mouebit.
O felix ſi foꝛte modum ſciat addere ferro
Neſciet heu noletqꝫ miſer:ſed turbine mentis
Uictrices per cuncta manus in publica uertet
Uiſcera:ciuili fedans externa cruore
Pꝛelia.⁊ emeritos indigno marte triumphos.

Me tamen infami tam multa decora furore
Commaculare pudet.q̄ꝫ turpiter omnia calcat
Ambitus?ut totum imperium ſibi uendicet vnus
Pꝛimus?⁊ exemplum reliquis.ſpolietqꝫ ſupbus
Tarpeiam.miſeroſqꝫ nouo legat oꝛdine patres.
Hec ⁊ pharſalicas moꝛtes:ephyreaqꝫ arma
Tharſonqꝫ:⁊ mundā:⁊ capitolia ſanguine tincta
Omnia pꝛetereo.Succedet maximus illi
Inde nepos.clara ueniens a ſtirpe ſoroꝛis
Hic mihi longinquos mittet ſub legibus indos.
Egyptumqꝫ ferox:⁊ barbara ſiſtra mouentem
Uxorem latij capiet ducis.inde per omnem
Fulminet enſe diem.reges pede ſuppꝛimat altos.
Hic parere ferum romanis faſcibus hyſtrum
Perdoceat:gemineqꝫ ſolum quod ſubiacet urſe.
Hic urbem tribus inuectus de more triumphis.
Edicet toti pꝛecepta incognita mundo.
Et ſummo celſus ſolio ſubmiſſa videbit
Sceptra ſibi:claroſqꝫ duces:atqꝫ agmina vulgi.
Munera ferre omnes:ſtudioqꝫ ardere placendi.
Iam ſenioꝛ rigidos bello contundet hyberos.
Ultimus ille babos.exhinc tranquilla ſequuntur
Secula.tum gemini claudentur triſtia iani
Limina:⁊ erati iungentur cardine poſtes
Inde grauem tumulo mittet ueneranda ſenectus
Digreſſum amplexu.⁊ dilecte coniugis ulnis.
Huius poſt cineres video romana reuerti
Fata retro:⁊ pulchꝛos pꝛolabi ad turpia mores.
Hei mihi quid moreris tecum moritura pꝛopago
Nominis eſt noſtri.ſed tu tibi debita nactus
Alta petes conuexa poli:quid turba ſuperſtes
Ludibꝛium mundo.generiſqꝫ infamia pꝛimi
Tartara conſpiciet meritis.ſtigioſqꝫ receſſus.
Ac nimium pꝛopero.video par nobile natum
Atqꝫ patrem.⁊ gemino capitolia leta triumpho
Laurea bina viret.duplex quoqꝫ purpura:curru ſ
Non videoꝛ ſpectare duos:contenta ſed vno
It pietas.noua res equidem:⁊ digniſſima fama.
Coꝛruet hijs ducibus hieroſolyma:victaqꝫ ferro
Inclita religio.⁊ gladijs pꝛerumpere ſacra
Fas erit.⁊ poterunt populi peccata mereri.
Ulterius tranſire piget.nam ſceptra decuſqꝫ
Imperij tanto nobis fundata labore
Externi rapient.hyſpane ſtirpis ⁊ afre
Quis ferat has hoīum foꝛdes:noſtriqꝫ pudēdas
Reliquias gladij:faſtigia pꝛendere rerum?
Amplius urgentem quoniam frenare dolorem
Non poterat:rupit lachꝛymis ⁊ uoce loquenteꝫ.
Quid miſerum pater alme refers:tantū ne licebit
Foꝛtune?pꝛius inſtigias conuulſa paludes
Aſtra cadent.pꝛius ethereo trux arbiter oꝛci
Uictoꝛ erit ſolio.celiqꝫ tonabit ab arce
Africa q̄ꝫ rome victrix ſua iura:ſuumqꝫ
Nomen in eternum rapiat:non longa dolentem
Paſſus ait.depone pꝛecoꝛ lachꝛymaſqꝫ:metūqꝫ.
Uiuet honos latius:ſemperqꝫ uocabitur vno
Nomine romanum imperiuꝫ.ſed rectoꝛ habenas
Non ſemper romanus aget.quin ſyria mollis
Poꝛriget ipſa manum:mox gallia dura.loquaxqꝫ
Grecia.⁊ ibꝛicum.tandem cadet iſta poteſtas
In boream.ſic res romanas fata rotabunt.
Foꝛte ſub extremos annos mundiqꝫ ruentis
Interitum.ad pꝛopꝛias ſedes foꝛtuna redibit.
Altius incumbens atqꝫ urbis cetera noſtre
Fata petens:vnum hoc de pluribus ille ſupernus

Abſcondit ſub nube deus:ſed noſcere quantum
Permiſſum eſt animi augurio:non vita ſub hoſte
Roma ruet:nulliqꝫ data eſt ea gloria genti.
Nulli tantus honos populo:vincetur ab annis
Rimoſoqꝫ ſitu paulatim feſſa ſeneſcet.
Et per fruſtra cadet:nulla vnq̄ꝫ nulla uacabit
Ciuiliqꝫ odio ⁊ bellis furialibus etas.
Tempus adhuc ueniet cum vir romanus in urbe
Ciuis erit uerus.ſed terras lecta per omnes
Fex hominum.tamen ⁊ tunc ſe male ſana cruẽtis
Turba premet gladijs.⁊ ni fortiſſimus vnus
Uir aliquis dignus meliori tempore naſci
Opponat ſeſe medium:frontemqꝫ:manumqꝫ
Litibus oſtendat:ſupereſt quodcũqꝫ cruoris
Pectoribus miſeris per mutua vulnera fundant.
Hoc ſolamen habe:nam roma potentibus olim
Condita ſideribus.q̄ꝫuis lacerata malorum
Conſilijs manibuſqꝫ diu durabit:eritqꝫ
Has inter peſtes nudo uel nomine mundi
Regina:hic nunq̄ꝫ titulus ſacer excidet illi.
Qualiter annoſum vires animuſqꝫ leonem
Deſtituunt:ſed priſca manet reuerentia fronti:
Horrificuſqꝫ ſonus.q̄ꝫq̄ꝫ ſit ad omnia tardus
Umbra ſit ille licet:circum tamen omnis inermi
Paret ſilua ſeni.ſed quis uel noſcere certam
Audeat:aut rebus tantis prefigere metam?
Uis loquar?in finem q̄ꝫuis ruinoſa dierum
Uiuet:⁊ extremum ueniet tua roma ſub euum:
Cum mundo peritura ſuo.ſic fatus ab alto
Pectore ſuſpirans tacuit.dextraqꝫ ſequentem
Per nitidum conducit iter:iam prona cadentis
Calcabant conuexa poli.gradibuſqꝫ ſuprema
Linquebant leuibus.qui lumine terga feriret
Lucifer altus erat:tamen vna erat vmbra duorũ.
Athlantiſqꝫ ruens de uertice plena propinqui
Cinthia conſpecti ſplendebat imagine fratris:
Hic iterum genitor ſacro ueneranda reſoluit
Ora ſono:ſtetit eximia dulcedine mundus:
Captus:⁊ eternos tenuerunt aſtra meatus.
Nate peioris ait ſolamen ⁊ optima vite
Pars mihi:qui leto cumulas nũc gaudia celo.
Quodqꝫ ego non rebar facis:ut ſpectando beatꝰ
Mortalez videar mihi me felicior ipſo.
Huc aures intende pias:⁊ pectora ueri
Plena refer.mora noſtra breuis.nāqꝫ iuida nocꝫ
Umbra abijt.pelaguſqꝫ operit iaz fluctibus aſtra.
Omnia nata quidem pereunt.⁊ adulta fatiſcunt
Nec manet in rebus quicq̄ꝫ mortalibus:vnde
Uir eteniz ſperare poteſt:populus ue:quod alma
Roma nequit:facili labuntur ſecula paſſu
Tempora diffugiunt.ad mortem curritis:vmbra
Umbra eſtis.puluiſqꝫ leuis:uel in ethere fumus
Exiguus:quem uentus agat.quo ſanguine parta
Gloria?quo tanti mundo fugiente labores?
Stare quidem vultis.ſed enim rapidiſſima celi
Uos fuga precipitat.cernis q̄ꝫ parua pudendi
Imperij pateant circum confinia noſtri?
Hec tamen heu quanto nobis extenta labore:
Nunc quoqꝫ q̄ꝫ multo uobis ſeruanda periclo?
Finge quod eſſe poteſt ⁊ erit niſi fata benigni
Penitet incepti:totius ſola ſit orbis
Roma caput:terris dominetur ſola ſubactis.
Quid tamẽ hic magnum?tanto quid noīe dignuz
Inuenis?anguſtis artatus finibus orbis
Inſula parua ſitu eſt:curuis q̄ꝫ flexibus ambit
Occeanus:viden ut paruus cognomine magno?
Nec tamen hanc totā incolitis nā multa paludes
Multa tenent ſilue:pars rupibꝰ hiſpida torpet:
Pars riget glacie:pars ſqualet inuſta calore.
Serpentumqꝫ domos calidis tegit eſtus arenis.
Utqꝫ ſimul totum videas:huc lumina uolue
Uerticibus celi aduerſos:atqꝫ alta tuentes
Cernis ſtare polos?ſubiectaqꝫ cuncta duobus
Perpetuo durata gelu.prohibetur ab illa
Stirps regione procul.nil naſcitur illic
Qđ victum preſtare queat:qua ſemita ſolis
Latior.obliquuſqꝫ uagis it circulis aſtris
Ignibus arua rubent.mediuſqꝫ exeſtuat ingens
Pontus:⁊ ardorem celi male temperat humor
Subditus huc olim priſci finxere poete
Conueniſſe deos.potuqꝫ ciboqꝫ refectos
Ethiopum cum rege:grauis duxiſſe ſub vmbra
Athlantis placidam tranquillo numine noctez.
Qđ fictum eſt ideo:quia numina magna putabãt
Sidera:que liquidis primum ueſcuntur in vndis
Ethiopum quas litus habet:mox feſſa videntur
Uergere ad occaſus ubi maximus eminet athlaz:
Ultima terrarum qui poſſidet.ille paratus
Excipit.ac magno uenientia contegit antro.
Sed redeo mediam uetitum eſt attingere ꝫonam
Etheris hinc etenim.uos inclementia longe
Submouet:ac circum flammis ꝑmixta tepeſcunt
Frigora.ſic gemina mortales ſede fruuntur.
Altera ſed uobis eſt inuia.ſeparat illam
Et calor ⁊ pelagus ſtatio tantũ vnica reſtat
Parua.ſed hec uaſto nimis interrupta locorum
Deſertoqꝫ habitu.linguarum diſſona multum
Murmura.diuerſi mores.hec creſcere famam
Impediunt:nulli toto cognoſcier orbe
Contigit:extrema quis erit bene notus in artho?
Et vili ignotum continget nomine fontem?
Quem ſua toprobaui cõmendet gloria ⁊ idem
Littus ad hiberum reſonet?mortalia quorſum
Uota ruunt?amplam cupiunt diffundere famam
Septa ſed arcta uetant.anguſto carcere clauſos
Somnia magna iuuant.at cum lux ultima ſomnũ
Excutit:ac tenebras adimit.tum cernere uerum
Heu miſeri ſero incipiunt:⁊ tempora retro
Nequicq̄ꝫ aſpiciunt abeuntqꝫ amiſſa gementes.
Illa quoqꝫ in nobis ridenda inſania mentes
Occupat:eternum cupitis producere nomen.
Secula demulcent animos numeroſa.uenitqꝫ
Poſteritas longa ante oculos.libet ire per ora
Doctoruz:extinctos hominũ.clauſoſqꝫ ſepulchro
Liberiore via per mundi extrema uagari.
Uiuere poſt mortem.violentas ſpernere parcas.
Dulcia ſunt fateor.ſed nomine viuere nil eſt
Uiuite ſed melius.ſed certius:ardua celi
Scandite felices.miſeraſqꝫ relinquite terras.
Hic uos vita manet.quam ſecula nulla mouebũt
Quā nec triſtis hyems:nec noxia torqueat eſtas:
Anxia ſollicitam quam non opulentia reddet.
Querula non meſtam paupertas:palida nõ mors
Obruet aut nocuo uexabunt ſidere morbi.
Corporis.atqꝫ animi ſine tempore viuite.nā uos
Et magno partum delebunt tempora nomen.
Tranſibunt cito que uos manſura putatis.
Una manere poteſt o caſus neſcia virtus.
Illa viam facit ad ſuperos.hac pergite fortes
Nec defeſſa graui ſuccumbant terga labori:

Qꝫ ſi falſa uagam delectat gloria mentem:
Aſpice quid cupias:tranſibunt tempora:corpus
Hoc cadet: ⁊ cedent indigno membra ſepulchro.
Mox ruet ⁊ buſtum:tituluſqꝫ in marmore ſectus
Occidet:hinc mortem patiaris.nate ſecundam.
Clara quidem libris felicibus inſita viuet
Fama diu:tamen ipſa ſuas paſſura tenebras.
Ipſa tuas laudes etas uentura loquetur
Immemor ipſa eadem:ſeu tempora feſſa tacebit
Immemoreſqꝫ dabit poſt ſecula longa nepotes.
Magna geris.maiora geres immenſaqꝫ victor
Conficies tu bella manu: ⁊ digniſſima fama:
Res multis laudata quidem laudandaqꝫ multis.
Cernere iam videor genitum poſt ſecula multa
Finibus etruſcis iuuenem:qui geſta renarret
Nate tua: ⁊ nobis ueniat uelut ennius alter.
Carus uterqꝫ mihi:ſtudio memorandus uterqꝫ.
Iſte rudes latio duro modulamine muſas
Intulit.ille autem fugientes carmine ſiſtet.
Et noſtros uario cantabit uterqꝫ labores
Eloquio:nobiſqꝫ breuem producere vitam
Contendet:uerum multo mihi carior ille eſt
Qui procul ad noſtrum reflectet lumina tempus.
In quod eū ſtudium:non vis preciū ne mouebit.
Non metus aut odium:nō ſpes aut gratia noſtri.
Magnaruꝫ ſed ſola quidem admiratio rerum.
Solus amor ueri.ſed quid tamen omnia proſunt?
Iam ſua mors libris aderit.mortalia nāqꝫ
Eſſe decet.quecunqꝫ labor mortalis inani
Edidit ingenio.quos ſi tamen illa nepotum
Progenies ſeruare uelit:ſenioqꝫ nocenti
Uim facere.ac rapido vigilans obſiſtere ſeclo.
Non ualeat.tam multa uetant.fatalia terris
Diluuia ⁊ populos violentior eſtus adurens:
Et peſtes rerum uarie.celiqꝫ mariſqꝫ.
Bellorumqꝫ furor:toto nihil orbe quietum
Stare ſinens.libris autem morientibus:ipſe
Occumbes etiā.ſic mors tibi tertia reſtat.
Quot modo in extremo claros oriente uel auſtro
Eſſe viros reris? tamen ad uos mittere nomen
Non potuere ſuum?quot prima etate fuiſſe
Illuſtres.famamqꝫ auſos ſperare perennem
Nunc tamen ignotos?annorum nate locorum ⁊
Eſtis in anguſto poſiti.que cuncta videntem
Huc decet huc animos attollere.vulgus inane.
Uiderit in terris quo te ſermone loquatur.
Deſpice quiſquis is eſt: ⁊ ſi mea iuſſa merentur
Te docilem.humanum iubeo contemne fauorem
Ne ue ibi uel nimiam rerum ſpem pone tuarum.
Illecebris trahat ipſa ſuis pulcherrima virtus
Gloria:ſi fuerit ſtudiorum meta tuorum
Perueniens equidem:ſed non manſurus ad illaꝫ.
Premia ſinautem celo tua nate reponis
Quo ſemper:potiaris habes:ſine fine beatus
Et ſine menſura.ꝙ ſi dulcedine fame
Tangeris ⁊ ſtimulis.etiam nunc pūgeris iſtis.
Qꝫ preclara tuo ſtat gloria fixa labori
Polliceor.ueniet precium tibi nate quod optas.
Illa uel inuitam.fugias licet.illa ſequetur
Ut ſub ſole uagum comitatur corporis vmbra
Ipſa tui:quocūqꝫ gradum tu flexeris:illa
Flectitur: ⁊ ſtat ſi ſteteris.ſic fama uolentem
Nolentemqꝫ ſimul ſequitur.ſed nunquid ineptuꝫ
Dixeris arenti gradientem in puluere:ut vmbraꝫ
Aſpiciat poſt terga ſuam?non ſanior ille eſt
Qui terit etatem fruſtra.corpuſqꝫ fatigat
Aut animum curis onerat:nihil inde repoſcens
Ni laudem: ⁊ uarios populi per compita uētos.
Que nam igitur queres mea ſit ſententia? dicam
Ille erat ut metam teneat.licet inter eundum
Umbra ſequatur iter:virtutis amore laboret
Hic alius:celumqꝫ ſibi ſit terminus: ⁊ non
Gloria que meritos ſequitur uel ſpreta labores
Ergo age nate viam tibi quam ſup ardua monſtro
Ingredere.aut potius ceptum ne deſere callem.
Publica res duce te vigeat victrixqꝫ ſupremo
Cardine fortune ſedeat.ſpectabit ab aſtris.
Quicqd ages placidus rex cuncta tegētiſ olimpi.
Letus honore tuo.ſed nullo letior actu
Qꝫ ꝙ te patrie baculum ſupereſſe labanti
Nomen ⁊ hoc merito ſcipionis habere videbit
Cognomenqꝫ aliud tibi quot tua facta parabunt.
Inſuper id moneo.memoriqꝫ hoc imprime menti
Poſt ſtudium recti.patrieqꝫ parentis amorem
Proxima de caris tibi cura ſuperſit amicis.
Pronus amicitias amplectere quas tibi virtus
Conciliat.parteſqꝫ cole.hoc da nate roganti
Rebus in humanis nil dulcius experiere.
Alterno conuictu ⁊ fido pectore amici.
Eſt equidem ex multis tibi nunc certiſſimus vnuſ
Lelius.archani ſit conſcius atqꝫ miniſter
Ille tui.regat affectus.pectuſqꝫ profundum
Cernat inacceſſum reliquis.poſt tempore multo
Lelius alter erit.domui claroqꝫ nepoti
Carus: ⁊ eximio pariter coniunctus amore
Hinc olim multi errabunt.parqꝫ omnibus vnum
Lelius ⁊ ſcipio:celebrabitur inter amicos.
Quos tulit extrema ueniens ab origine mūdus.
Cum duo ſint paria. ⁊ longo diſtantia tractu.
Suſcipe tu primum nec ſis licet altus:amicum
Deſpice plebeium.quoniam de plebe uerendi
Surrexere viri:quos nobilioribus equos
Uiua tulit virtus:animuſqꝫ parentibus impar.
Dixerat:ille autem tua per ueſtigia q̄ꝫq̄ꝫ
Ingreſſus.nunq̄ꝫ primo memor ipſe decori
Defuerim:tamen admonitus vigilantior ibo:
Quo me ſancte uocas genitor:ſed multa mouētēꝫ
Te factum tacuiſſe meum.pater optime miror.
Meſtior ille equidem.tua te dulciſſime virtus
Aſpera cuncta pati doceat.quid fata reſeruent
Ultima preclaro malis neſcire labori.
Ingratam patriam.piget heu narrare pudetqꝫ
Experiare licet.facili contentus abito
Uindicta non arma tibi:non caſtra mouenda.
Et ſi forte queas:preſtat q̄ꝫcunqꝫ ſubire
Fortunam.patriam ſeruatam perdere noli:
Et meritum maculare tuum.fugat illa:recede
Non reuocat:perſta.ſed preclariſſimus exul
Uiuenti illatum moriens ulciſcere uerbo
Dedecus ⁊ patrie cineres.atqꝫ oſſa negato:
Ingratamqꝫ uoca.memoriqꝫ inſcribe ſepulchro.
Hoc liceat tantū.tibi nil permiſeris ultra
Iamqꝫ uetor traxiſſe moras:memor ergo parētis
Nate uale: ⁊ mitis ſurgentem dirige fratrem.
Iſqꝫ viam poſt te tua per ueſtigia ſeruet
Dixit: ⁊ equabit fugientia ſidera curſu
Interea lux orta ſuper tentoria fulſit
Irrupitqꝫ ducis durum rubicunda cubile.
Buccina caſtroꝝ cecinit:ſonituqꝫ tremendo
Attonitum ſubito ſomnuſqꝫ paterqꝫ reliquit?

¶ Incipit argumentum tertij libri
Poſtq̃ viſa ducis ſol excutit optimꝰ heros
p Acciri propere lelium iubet illicet ille.
Mittit ad regeȝ ſyphacē ut federa ponat.
Hoſpitis inde thoro fruit citharista iocoſus
Carmine pangebat:quibus eſt firmata ſeueris
Urbs carthago viris.hinc magne maxima rome
Fundamenta canit lelius ducibuſqꝫ ſupremis
Exornat:quo ſit ingens ſatiata uorago.
Et decios reguloſqꝫ canit.cauſamqꝫ ſuperbi
Regis ad expulſi tandeȝ deuenit ab urbe.

¶ Incipit liber tertius.

Mpiger aſtrigerū poſtq̃ ſol ꝑtulit axē.
i Et rapidos imiſit equos:ceſſere tremēti
Sidera cūcta fuga ꝯſurgit maximꝰ heroſ
Singula ꝑtractāſ aīo:que viſa ꝑ vmbraſ
Intulerat nocturna quies:Cur dulcia patri
Oſcula non rapui:cur uertere terga parantem
Non tenui:prendiqꝫ manu:cur iſta ruit nox
Tam cito:nec licuit placito ſermone morari.
Multa petiturus fueram.quibus ultima campis
Agmina concurrant.ſeu qua regione profundi
Quantum in amicitijs fidei:q̃ꝫ barbari regum
Pectora fida forent.qua nam tellure ſepulchrum.
Quod ue genus mortis ſors imperioſa reſeruet
Uel mihi uel fratri.qui ſit patruelis amati
Exitus:aut fatuȝ.nam pridem eſt cognita virtus:
Omnibus an ſoli mihi nunc iniuria care
Impendet patrieqꝫ nephas:at forſitan iſta
Sit melius neſcire mihi:ne conſcia finis
Aduerſo retrahat virtus ſua carbaſa uento.
I modo qua ceptum eſt.patrieqꝫ ignoſce furenti
Neſcit enim quid agat.ſic ſecum fatus : amicum
Accire propere lelium iubet:illicet ille
Affuit.atqꝫ oculos tacitus frontemqꝫ uerendam
Suſpiciens immotus erat:cariſſime leli
Magna animo uoluuntur ait:que geſſimuſ ambo
Sufficiant fortaſſe alijs:at quantula res eſt:
Italicas inter clades miſerandaqꝫ fata
Hyſpanas fregiſſe acies:uacua iſta periclo
Militia.⁊ matris queſitum eſt dedecus armis
Ni ceptum peragatur opus:timuiſſe videmur
Horrifici ducis aſpectum:⁊ longinqua petiſſe
Prelia:non auſi patria concurrere terra.
Meniaqꝫ obſeſſe defendere dulcia rome.
Exilium ne fugam ne hoſtes ciueſqꝫ uocabunt?
Neſcio quid tibi nunc animi:quid roboris inſit.
Sed mediocre aliquid nequeo ſperare:ſit ergo
Incepiſſe alijs clarum ⁊ memorabile fatum
At mihi nil ſatis eſt aliquid dum reſtat iniquam
Hannibalem reuomentem animā priꝰ ipſe videbo
Tot noſtros placare duces:carthago profundo
Perfida ſubſidet.q̃ꝫ pectoris ira quieſcat
Alta mei:moriarqꝫ libens dum triſtia poſſint
Morte mea equari penorum vulnera noſtris.
Nunquid iuſta deus pro nobis tela mouebit
Tantorum vindex ſcelerum?num fulmina celo
Deſcendent?num periure denſiſſimus athlas,
Telluris clipeus mundi tutela nephandi
Cedet ſponte loco radice reuulſus ab ima?
Serpentumqꝫ acies monteſqꝫ immittet harene
Ardentis?facietqꝫ viam ſpirantibus auſtris?
Num piger infames contorto uertice muros
Bagrada diſcutiet gelido violentior hiſtro.
Sceleſteſqꝫ animas ultricibus obruet vndis.
Uicimus.imbelles teneant licet arma lacerti
Bella deus peraget:periuria crebra peroſus.
Jam tamē hic humeris onus hoc incumbē nr̄is
Prouideo:tedetqꝫ more.ſed multa neceſſe eſt
Scrutari:⁊ longe uenientes cernere caſus.
Africa tota odijs ardet:non littora portum
Non domus hoſpitium preſtat:non pabula terre.
Quocunqꝫ intendas oculos:hoſtilia cernas
Omnia.que primum teneat naualia claſſis:
Miles agros:ubi noſtra duces tentoria figent?
Quis tutū monſtrabit iter?quis rura quis urbes
Edoceat?moreſqꝫ hominum.quis fluminis alti
Ad uada precedat trepidantes ire cohortes?
Singula ſunt igitur ſtudio tractanda ſagaci.
Id primum temptare uelim.ſi barbara corda
Ulla fides habitat:nomen fortaſſe ſyphacis
Audiſti:cunctos illum precedere reges
Fama refert opibus:nec auorum ſanguine quiſq̃ꝫ
Altior incedit:populiſqꝫ uel ubere regni.
Is nobis temptandus erit.ſi fama latini
Nominis in libicos potuit penetrare receſſus.
Flectetur forte alloquio.precibuſqꝫ benignis
Barbara namqꝫ etiam nonnunq̃ꝫ gloria mulcet
Pectora:⁊ agreſtes animos:ea littora nobis
Hoſtilem in patriam congreſſis:nāqꝫ ea mēs eſt
Optima reor:ceptoqꝫ accōmoda bello.
Hec tibi cura datur vir optime:nam tibi ſermo
Dulcis adeſt placideqꝫ ingens ſolertia mentis.
Perge animum placare feruȝ.⁊ mollire loquēdo.
Dixerat.is raptim religans a littore funem
Equoreas ſuperat fauces:qua littus hiberum
Diuidit a libicis pelagi breuis eſtus harenis.
Illa dies maura proram ſtatione recepit.
Hinc propere ad regem.niueis ſuggeſta columniſ
Atria ſurgebant:fuluo diſtincta metallo:
Regia prefulgens.
Ordine gemmarum uario radiabat in orbem.
Hic croceos:illic virides fulgere lapillos
Aſpiceres:altoqꝫ uelut ſua ſidera tecto.
Signifer in medio ſinuoſi tramitis arcu
Aureus obliquos ſupremo culmine curſus
Aſſidue faciebat.ibi ceu lumina ſeptem
Que uaga mūduſ habet:ſeptē uafer ordie gēmaſ
Clauſerat ingenio:nōdum lapis optimus athlas.
Tardior hec.gelidoqꝫ ſeni magis apta placere
Illa minax longeqꝫ rubens.aſt illa benignis
Ire videbatur radijs.tecumqꝫ ſerena
Luce coruſcabat medio carbunculus ingens
Equabat ſolare iubar.largoqꝫ tenebras
Lumine vincebat:mira virtute putares
Hunc ꝓprios formare dies.hunc pellere noctes
Solis ad exēplum.poſt hunc duo lumina motu
Splendebant parili.ſed quod rutilantius ibat
Spectando ſubitos animis ſpargebat amores.
Cornua de fuſco ſinuans adamante:deorſum
Impigra precipiti celerabat luna meatu
Atra quidem.at radijs circum illuſtrata ſupernis
Hec ſupra horrificis diuerſa animalia paſſim
Uultibus.⁊ uarijs cernuntur ſculpta figuris.
Cornibus intortis aries ſtat in ordine primus
Deuexa in tergum facie.ceu meſtus in vndis
Horreat egregie fluitantia membra puelle.
Inde ferox thaurus.facieſqꝫ impoſta natanti

Stirpis ageneroee:iuuenum mox clara duorum
Corpora:progenies lede:par nobile fratrum.
Quarta ſed equorei ſpecies uenit horrida cancri
Quem fons prerapidi ſequitur metuenda leonis.
Poſt illum it vultu roſea pulcherrima virgo.
At grauis hinc illinc extantia brachia libre.
Inſtabiles paribus compenſant paſſibus horas
Scorpius hinc cauda perluſtrat tecta minaci.
Ingenteſq; aperit chelas.hinc theſala monſtra
Semiuiri informis ſpecies:cui vultus ⁊ armi
Sunt hominis:tonſoq; ſenex ſpectabilis arcu
Horrifer occurſu.pharetraq; incinctus ⁊ urna.
Infima pars quadrupes:iuxtaq; aſſurgit in altuz
Forma leuis capree:rutilo cui cornua in auro
Effulgent:fiſſoq; riget pes vngue bicornis.
Poſt ingens nudi effigies:nimboq; migranti
Frons uelata hominis uelut ethere ponꝰab alto
Fundat aquas:factoq; natant in gurgite piſces
Pectoribuſq; ſecant caudiſq; trementibꝰ vndas.
Signa poli duodena uago dum lumine raptim
Colluſtrant:operiq; inhiant:⁊ cuncta ſequuntur
Undiq; fulgentes auro:ſpecieſq; deorum
Et forme heroum ſtabant atq; acta priorum.
Juppiter ante alios anguſta in ſede ſuperbus.
Sceptra manu fulmēq; tenēſ:leuis armiger antē
Unguibus ideum iuuenem ſuper aſtra leuabat.
Inde autem inceſſu grauior:triſtiſq; ſenecta:
Uelato capite ⁊ glauco diſtinctus amictu
Raſtra manu falcemq; gerens:ſaturnus agreſti
Ruſticus aſpectu:natos pater ore uorabat.
Flammiuoinuſq; draco caude poſtrema recurue
Ore tenens magnos ſeſe torquebat in orbes.
Nec procul ingenti diffundens cornua giro
Atq; agilem arcendis neptunius ferre tridentem
Cernebatur aquis pelagoq; natabat in alto
Tritonumq; greges nimpharumq; agmina cirrū
Errabant procul equoreum uenerantia regem
Hinc quoq; iuſſus equus percuſſo mergere ſaxo
Litoream pedibus rapidis pulſabat harenam.
Proximus imberbi ſpecie crinitus apollo.
Hic puer:hic iuuenis:nec longo tempora tractu
Albus erat ſacer ante pedes rapiduſq; fremenſq;
Stabat equus:quatiēſq; ſolū mādebat habenas.
At iuxta monſtrum ignotum immēſumq; trifauci
Aſſidet ore ſibi:placitum blandumq; tuenti
Dextra canem:ſed leua lupum fert atra rapacem
Parte leo media eſt.ſimul hoc ſerpente reflexo
Junguntur capita.⁊ fugientia tempora ſignant.
Necnō ⁊ cithare ſpecies anguſta canore
Icta videbatur ſonitum perducere ad aures
Et pharetra atq; arcuſ uolucreſq; in terga ſagitte
Cirreoq; ingens phiton reſupinus in antro.
Hic etiam grais italiſq; optanda poetis
Dulcis odorifere lauri viridantis in auro
Umbra nouez placido refouebat tegmine muſas.
Illas carminibus uarioq; manentia cantu
Sidera mulcentes alterna uoce putares.
Frater it hunc iuxta iunior.frons ipſa fatetur
Argutum:virgamq; gerit ſerpentibus atris
Intextam caput inſigni exornante galero
Circundantq; pedes nitidis talaria plumis
Gallus adeſt vigil ⁊ cornu cadit argus ab enſe
Ad leuam noua ſponſa ſedens facieq; ſuperbit
Egregia:⁊ rare letatur imagine dotis.
Hec prope gorgonidum ſtat fabula nota ſororum
Anguiconumq; caput fraterna perſeus arpe
Obtruncans:fiſus ſpeculo.⁊ ceruice reflexa
Marmoreuſq; ſenex:atq; ortuz ſanguine mōſtrū
Alatus ſonipes ⁊ muſis fons ſacer almis.
Necnon funeri poſt hec mauortis imago
Curribus inſiſtens aderat:furibunda cruentis
Hinc lupus hinc rauce ſtridentes triſtia dire
Caſſis erat fulgens capiti:manibuſq; flagellum.
Hinc ignominiam:compertaq; furta doloſe
Coniugiſ aſpiciens vulcanus abire parabat.
Sed pede tentus erat claudo:quem turba deoruz
Uidit.⁊ obliquum riſerunt aſtra maritum.
Cornua tollentem celo:facieq; rubentem
Pectora ſideribus diſtinctum pauca videres
Hiſpida crura rigent pedibus terit antra caprinis
Et paſtorali baculum fert more recurnum
Texta ſibi ex calamis ſonat ingens fiſtula ſeptem
Parte alia ſua ſceptra gerens regina dearum
Cara iouis ſoror ⁊ coniunx:anguſta ſedebat
Hinc ſublime caput uelatum eſt nube decora.
Diſcolor aſpectu quam circum amplectitur iris.
Pauoneſq; pedum domine ueſtigia lambunt.
Proxima terrifice ſpecies armata mineruē
Uirginis ut perhibent:dextre:cui longior haſtu
Et chriſtam galea alta mouēs:hāc gorgonis ora
Criſtallinis habens clipeus tegit.inq; tenebris
Proſpectante dea uolitat nocturna uolucris
Cecroſpiuſq; noua frondeſcit campus oliua
Hec cerebro prognata iouis ueneriſq; pudendum
Illudit genus.⁊ primordia feda ſororis.
Nuda uenus pelagoq; natans ubi prima refertur
Turpis origo dee:quondam laſciua gerebat
Purpureis ornata roſis.uolucreſq; columbas
Semper habens nidiſq; tribus comitata puellis.
Quarum prima quidem nobis auerſa.ſed ambe
Ad nos conuerſos oculos vultuſq; tenebant.
Innexe alternis percandida brachia nodis.
Nec puer alatus.nec acutis plena ſagittis
Poſt tergum pharetra deerat.nec mortifer arcus
Ille vnam ex multis iaciens in appolline fixam
Liquerat.hic ſuperi rumpebant aſtra fragore:
Trux puer in gremium care genitricis abibat.
Inde choris driadū nemus omne diana replebat
Horeades:faumq; leues ſaturiq; frequentes:
Plaudebant in circuitu multumq; diane
Dilectus viridi ſtertebat ceſpite paſtor.
Fonte miſer nitido pulcherrima membra lauantē
Uiderat attheon:rapido mox ipſe repente
Dente canum laceratus erat.ſibi cerua cadebat
Sacra dee in ſcithica non ſit placabilis ara.
Ultima ſed mater cibile cui gratior yda
Nulla fuit tellus:magno grandeua ſedebat
Corpore conſiſtens:claui:ſceptroq; uerenda.
Ueſtis bonos uarie frigijſq; ex turribus altam
Geſtabat capiti.ſobolis fecunda coronam.
Namq; omnes peperiſſe deos ipſumq; tonantez
Hanc ueteres memorant:liceat ſi uera fateri
Hec eadem ſenes utero uariante gigantes
Protulit:infandas mundo per ſecula peſtes.
Curribus hec agitur domita ceruice leonum.
At procul inferni moderator turbidus orbis
Sulphureo inſiſtens ſolio tenebroſa regebat
Tartara quem iuxta coniunx inamena ſedebat.
Rapta olim ut fama eſt ſiculi ſub uaſibus ethne.
Hic dolor hic gemitus animarum amiſſa luentū

Et clauſtris diſticta nouem pallentia regna.
Cernuntur:ſtudijqꝫ nigre ſtant gurgitis vnde
Triſtioꝛ hac acheron fluctu perlabitur atro.
Concretam limo cogens fluitare paludem
Cocituſqꝫ gemens lachꝛymoſo flumine auernum
Circuit hinc oriens. ⁊ ripis antra pererrat.
Umbꝛarumqꝫ choros.necnon flegetontis aduſta
Surges aqua:tacitiqꝫ.ſatus obliuia late
Funduntur.chꝛiſtiqꝫ animas qui trāſuehat amni
Puppe ſenex fuſca reſidet remoqꝫ gubernat.
Hec rex cuncta videt ſtigius cum coniuge toꝛua
Per tenebꝛas longe aſpiciens ⁊ lurida paſcit
Lumina ſupplicijs uarijs:ſeuoſqꝫ miniſtros
Imperio exagitat:cui mox.cui triſtia queqꝫ
Et fune ⁊ toꝛto famulantur ſtamine parce.
Sub pedibuſqꝫ triceps iacet atre ianitoꝛ urbis.
Hec uarijs inſculpta modis atqꝫ oꝛdine miro
A ſuperum regnis centrum perducta ſub imum
Lelius aſpiciens:puro nil vilius auro
Agnoſcit:pedibuſqꝫ pꝛemit que rara putantur.
Inde pꝛocul magne tranſcurſis finibus aule
Peruenit ad regem:ſolio tunc ille ſuperbo
Surgit:⁊ amplexum cupide petit hoſpitis inde
Conſidunt:placito mox lelius incipit ore.
Oro Lelij ad ſyphacem — Optime rex tanto quem ſoꝛs dignatur amico.
Quantum non alium rediens ſol littore ab indo
Dum petit heſperium deſpectans cuncta cubile
Aut videt aut vidit:mens aut niſi ceca videbit.
Suſcipe ne uanas abeant mea uerba per aures:
Maximus in magno ſcipio notiſſimus oꝛbe
Te ſaluare iubet:ſiquid ſanctumqꝫ piumqꝫ
Eſt uſq̄ꝫ:ſi pura fides:ſi cura decoris
Durat apud gentes:populo ſunt largiter vni
Omnia:ſed populi ſummam vir poſſidet vnus
Roma caput rerum:ſcipio dux ſummus in illa eſt
Haud equidem conficta cano:nunc ille tuam rex
Poſcit amicitiam:vidiſti qualia penis
Pectora ſint:q̄ꝫ fluxa fides mihi crede ſecundos
Bellorum euentus:ſiquos deus ille deorum
Auertat foꝛtuna daret:tibi peſſima regni eſt
Conditio ⁊ multis obnoxia vita periclis.
Et modo terrore eos non ſpiritus ullus amoris
Continet. at nulla romanis certior ars eſt
Oꝫ ſeruare fidem:nil illa eſt carius.ample
Diuitie nobis dulces numerantur amici
Teſtis adeſt paruo diſtans hyſpania tractu.
Teſtis ⁊ auſonia eſt.At tu nunc africa noſtram
Experiare fidem:⁊ populi pꝛomiſſa togati
Ipſe tibi noſtra nihil oppoꝛtunius uſq̄ꝫ
Cernis amicitia:pꝛocul abſumus.vnde timeri
Tedia rara queant ſi poſcimur ampla paratis
Claſſibus exiguo tranſmittimus equora uento.
Noſtra ubi tempus erit medio radiantia campo
Impꝛouiſa tuis occurrent hoſtibus arma.
Pꝛeterea niſi ſeua viam quam ſternimus ultro
Obſtruit ac medios foꝛtuna intercipit actus:
Fixa manet populo ſententia tollere.turbas
Reguꝫ atqꝫ indignis ſceptrū extoꝛquere tyrāniſ.
Omnia ut ad paucos redeant.nam rege ſub vno
Optimus eſt patrie ſtatus:⁊ male viuitur inter
Regnantum ſine lege greges.tunc africa tandem
Omnis ad vnius redeat moderamina regis.
Cetera pꝛetereo.nam quis te dignioꝛ alter
Littus athlanteum rubꝛaſqꝫ intricaret vndas?
Munera quin etiam ne deſpice foꝛtis amici
Is tibi nanqꝫ apulis rapidum ſub finibus oꝛtum
Mittit equum:bellis babilem.qui curſibꝰ auſtros
Equat:⁊ infeſto uenientia tela tonante.
Iungit equo phaleras:niueo monilia collo
Aurea ſamnitico quondam pꝛerepta tyranno
Addit ⁊ arma viros rigidis foꝛtiſſima uenis
Quas aperit uario pꝛefertilis ilua metallo.
Aſpice nigrantem galeam.gladiumqꝫ nitentem:
Aſpice q̄ꝫ tutuꝫ tegit ingens lamina pectus:
Ut fatiles ocree uarijs ut purpura bullis
Intertexta micat:ferrumqꝫ obnubit opacum.
Ferreus ut fuluo ſtimulus ſplendeſcat in auro.
Ut pꝛocul haſta ferit:clipeuſqꝫ ut vulnera curuo
Excutit obiectu calibum:romana deinceps
In bellum fer ſigna pꝛecoꝛ:felicibus iſta
Sūpſeris auſpicijs:magni ſcipionis amicus.
Hoc petit ille uolens hoc te tua roma pꝛecatur
Iunge fidem:feduſqꝫ feri:ſit fauſtus utriſqꝫ
Iſte dies:gemina ſemper celebꝛandus in ora.
Europe libieqꝫ bonus.ſic ille locutus
Conticuit uocemqꝫ ſimul vultumqꝫ remiſit.
Tunc rex blandus ait.ueſtrum romane libenter — Rñſio regis
Pꝛopoſitum amplectoꝛ:nec amici munera tanti
Deſpicio:ueſtramqꝫ fidem ſed iungere fedus
In partemqꝫ noui ſubito trāſire pericli
Sponte mea uereoꝛ:niſi pꝛimum cernere coram
Magnanimū faciſ ipē ducē:mihi ſūma uoluptaſ
Uictricem tetigiſſe manum:que federis obſes
Fida ſit:⁊ pignus uenture in ſecula pacis.
Scimus quanta quidem virtus q̄ꝫ clara per oꝛbē
Fama viri:nullus romano illuſtrioꝛ uſq̄ꝫ
Uiuit in imperio:nulluſqꝫ potentioꝛ alter
Flectere uoce animos ⁊ pectora fronte mouere
Tangimus:⁊ meritis ⁊ nomine tangimur ipſo.
Optamuſqꝫ ducis congreſſum:dextera dextre
Hereat:atqꝫ oculis oculi:permixtaqꝫ uerbis
Uerba ſonent:faciatqꝫ fidem pꝛeſentia fame.
Nam neqꝫ uſqꝫ adeo ſunt coꝛda ferocia nobis
Pectore ſub noſtro nec mens tam barbara viuit
Ut non pulchꝛa oculos moneant:ſpectataqꝫ ꝓ tuſ
Alliciat.capiatqꝫ animos:me maxima regni
Cura tenet dubij:fineſqꝫ excedere auitos
Circūfuſa uetat regio fecunda tyrannis.
Iuiſſem viſurus eum.nec gloria facti
Parua foret:tantum queſiſſe per equoꝛ amicum.
Ille igitur quem degeneris non lenta morantur
Frena metus:quem ferre mali patientioꝛ etas
Aſpera queqꝫ monet:ſi noſtri eſt cura per vndas
Tuta via eſt:ſociam ſiquid mihi credis ad aulam
Colloquium petat ⁊ ſermone fruatur amico.
Interea tamen ad noſtras accedere menſas
Umbꝛa monet creſcens:⁊ pars extrema diei.
Dixit ⁊ exurgens ſolio:dextramqꝫ benigne
Appꝛendens ſtratis ſublimē:ex more locauit
Purpureus.notum mox ampla per atria ſignum
Dat tuba.conueniunt famuli:turmeqꝫ frequenteſ
Diſcurrunt:non vna dapes:non pocula ſimplex
Cura fuit uariare viris:pars aurea geſtant
Uaſa manu:pars criſtallo ſplendentia puro.
Aſt alij effoſſos gemma crateres in ampla
Implebant ſpumante mero:quod miſerat olim
Ipſa parens meroe:phebo ſuccenſa pꝛopinquo.
Ardeſcit ſplendore domus fremituqꝫ redundat.
Talis apud menſas:niſi teſtem ſpernis homerus
Cena fit alcinoy:ſedet illic blandus ulixes:

Lelius hic hoſpes mellito affabilis ore
Uir dum finis erat dapibus:cum cōptus in oſtro
Aſtitit argutus iuuenis.patrioqꝫ canoram
Increpuit de more liram dulcedine mira
Obſtupuere omnes.ſonitum mox uerba ſecūdāt
Maximus alcides poſtq̃ fera monſtra per orbeꝫ
Perdomuit.fecitqꝫ viam ſibi viuus ad aſtra
Euacuans ſaltus nemeos lernamqꝫ paludem
Terribileſqꝫ diu vmbroſi colles erimanthi
Faucibus hemonie ſciſſis clariſqꝫ duabus
Urbibus euerſis ſtratiſqꝫ bimembribus altis
Et ceſo gerione ferox.dignatus ad iſtas
Ferre gradum terras.⁊ noſtra pericula tandem
Diſcutiens patrijs antheum extinxit in aruis
Libertas hinc noſtra uenit.teterrima peſtis
Herculea compreſſa manu:tuta omnia late
Liquit:⁊ inſolitis patuerunt rura colonis
Omnibus exactis.pacati conſcius orbis
Ipſe ſibi.limenqꝫ petens interritus orci
Cominus horribilemqꝫ auſus ſpectare megeram
Haud procul a noſtris:memorandum finibꝰ alte
Erexit geminas pelago turbante columnas
Utqꝫ pererrati foret illic terminus orbis
Edixit fueratqꝫ diu.ſed nuper ab ortho
Ueſanus ueniens iuuenis conuellere metam
Eſt auſus nomenqꝫ ideo mutare nequiuit
Horculis auctoris.libie cui rura tenenti
Longeuus nimioqꝫ athlas ſub pondere feſſus
Depoſuit celum ac ſtellas.ſic ipſe quieuit
Nec ſibi longa quies.nam mox dulcedine captus
Heu miſer.atqꝫ oculos auſus vidiſſe meduſe
Uertitur in ſcopulos nunc ſtat quem cernimꝰ ipſi
Magnus ⁊ ingenti tellurem contegit vmbra
Immenſoqꝫ iacet ſpatio porrectus ⁊ aſtra
Uertice tangit adhuc.illum vix hoſpita ſemper
Et nymbi atqꝫ aure quatiunt ⁊ fulmina ⁊ imbres
Non tamen ipſe diu poſt caſum manſit inultus
Ultor ab archadia nam palladis arte tremendi
Colla tulit monſtri libicas cruor ille nephanda
Infecit ſanie tabi ſtillantis harenas
Sic nocuit mundo viuens morienſqꝫ meduſa
Poſt regina tyro fugiens hijs finibus ampla
Menia conſtruxit.magnam carthaginis urbem
Ex re nomen ei eſt:mox aſpernata propinqui
Coniugium regis.cum publica uota ſuorum
Urgerēt.ueteris non immemor illa mariti
Marte pudicitiam redimit.ſic urbis origo
Oppetijt regina ferox.iniura quanta
Hinc fiat.ſi forte aliquis quod credere non eſt
Ingenio confiſus erit:qui carmine ſacrum
Nomen ad illicitos ludens traducat amores
Hijs igitur fundata modis urbs tempore creuit
Exiguo.ac rebus ſemper coniuncta ſecundis
Inuidia exciuit ualidas in prelia gentes
Tunc acres vixere viri.quos inter amore
Inſignes patrie fratres carthago philenes
Nunc colit extinctos numerumqꝫ auxiſſe deoruꝫ
Extimat.ac gemini ueneratur nominis aram
Hij patrie vitam cupidiꝰ ſi forte negaſſent
Plura cyreneo cecidiſſent milia campo
Ultima nunc bellis agitur feruentibus etas
Nec mare quod ſeuit medio:nec iuncta caribdi
Scilla rapax:italis penos:a finibus arcet
Hannibal eterno dignus cognomine montes
Perfregit latios.atqꝫ inuia rupit aceto

Saxa prius ſrauitqꝫ viam legionibus aptam
Hic ubi ſilueſtres ſoleant titubare capelle
Concurſum eſt totiens iā ſanguine rura madeſcūt
Iamqꝫ rubent fontes.italis iamqꝫ altior aruis
Exerit herba caput.ſubito dimiſſus ab aſtris
Luꝫ iuuenis memorandus adeſt:patrieqꝫ ruinas
Fert humero.videt hunc claris hyſpania factis
Africa iamqꝫ audit.ſic nunc victa duorum
Stat fortuna ducum.ſic iam ſub pondere mutat
Finis erit quem fata dabunt ſed magna parantur
Huc ubi perduxit carmen cithariſta repente
Subticuit.digitoqꝫ liram percuſſit inanem
Plauſus ad hec ſequitur procerꝫ.populiqꝫ fauētiſ
Rexqꝫ iterum.libicos audiſti ex ordine caſus
Hoſpes ait:noſtreqꝫ vides primordia gentis
Grecia ſi dictis eſt debita noſtra retexe
Principia.noſtroſqꝫ duces.hic leniter ille
Subridens.quam congeriem rex optime rerum
Exigis.an breuiter noſtros audire triumphos
Forte putas breuior narrantibus exeat annus
Tu petis anguſte conferre in tempora noctis
Cuiꝰ magna retro pars eſt.tum lingua uolentem
Deſerit impediunt cure.ſomnuſqꝫ laborqꝫ
Non uacat hec inter tempus ſermone tenere
Quis facile italiam per ſecula longa frementem
Tuſcorumqꝫ acies ⁊ tot ſamnitica bella
At totiens uerſo fugientes agmine gallos
Explicet.aut noſtros ⁊ in hac tellure labores
Et pelagi medio:quos fors contraxerat ambas
Protinus infeſto coeuntes remige claſſes
Aut quas infelix paſſa eſt hyſpania clades
Plena cadaueribus nec habentia flumina curſuꝫ
Aſſidueqꝫ noui fumantia cedibus arua
Que noſtri fecere duces.annalibus altis
Tantarum capitur vix pars milleſima reruꝫ
Quos ſi forte iuuat:tarpeia mittet ab arce
Scipio tranſcriptos:ibi nam cuſtodia templi
Publica noſtrorum ſeruat monimenta laborum
Illic multa leges:que ſint licet ampla putato
Eſſe minora tamen uero.nec teſte citato
Eſt opus acta patent.ſcriptorum copia nunq̃
Romano fuit in populo.quos grauis abunde
Orbis habet noſtris facere eſt q̃ ſcribere multo
Dulcius.atqꝫ alijs laudanda relinquere facta
Q̃ laudare alios.quin anguſtiſſima libris
Siquis interdum videas que geſſimus illos
Externe ſcripſere manus.at greca latinis
Addita res nequeunt tantas equare loquendo
Ingenia.hoc ueſtro maneat ſub pectore certum
Nunc quantum nocturna patet ſermonibꝰ hora
Principia expediam.teucrorum a ſanguine longe
Gentis origo uenit.victrix quem grecia bello
Ditior ad patrios muros ſparſiſſe biluſtri
Et fortaſſe aliquis iam tanti criminis ultor
Natus in italia eſt.ſed nunc ad cepta reuertor
Naufragio ex tanto uixqꝫ ex tot milibus vnus
Integer euanuit.ſine crimine.namqꝫ ubi troie
Matris adhuc frigio fumabat littore buſtum
Iamqꝫ ciuis facilem incipiens glomerare fauillā
Inclitus ⁊ claris multum ſpectatus in armis
Dux anchiſiades.cui non via prona ſalutis
Uiribus aut proprijs aut urbibus eſſet amicis
Deſtituit patriam lachrymans caramqꝫ cubilis
Conſortem ⁊ paſſus terra caſuſqꝫ tremendos
Erroreſqꝫ uagos ⁊ mille pericula ponti

Impiger auſonias tandem tamen attigit oras
Iſqꝫ ubi belligerum latij ſenſere coloni
Tronigenam.externoqꝫ viro lauinia pactos
Reddidit amplexus.ſacro pia flumine membra
Deſeruit moriens.puer hunc excipit iulus
Succedens.illumqꝫ alij ſic omnia regum
Tēpora fluxerunt longam qui menibus albam
Sub ſceptris habuere ſuis ad tibridis vndam
Donec magnanimus poſuit noua menia paſtor
Ultor aui.vindex ſcelerum.quem noſtra parenteꝫ
Dixit.⁊ ethereas defunctum traxit ad arces
Poſteritas raptoqꝫ tulit ſua thura quirino
Fundamenta vides urbiſqꝫ exordia noſtre
Quos tibi nunc ſermone duceſ.que nomina fādo
Exequar innumeram video concreſcere turbam
Precipue ex quo libertas tulit ampla virorum
Semina nobilium.⁊ tranquilla pauit in urbe
Ingentes animas.ſtellate ſidera noctis
Et pelagi fluctus:⁊ herenas littoris ante
Enumerem.q̃ꝫ cuncta quibus mea roma ſuperbit
Nomina clara ducum.curioſqꝫ forteſqꝫ camillos
Et paulos bello claros.fabioſqꝫ trecentos
Quos ſimul vna dieſ patrie ſubduxit egenti
Torquatoſqꝫ truces lepidos duroſqꝫ catones
Fabricios modico contentos.indica curſu
Nomina queqꝫ dedit celo demiſſa uolucris
Marcelloſqꝫ animi illuſtres.graicoſqꝫ feroces
Et regulos fidei plenos.que nomina belli
Fama tulit pridem ueſtras niſi fallor ad aures
Et qui magna procul tranſcendunt oia ſummos
Scipiadas:quos alma domus cornelia celo
Extulit.atqꝫ hoium ſuperis equauit alumnos
U n̄ ducū dux ille genus trahit.eſt mihi magnus
Enumerare labor uel nomina ſola domorum
Q; ſi geſta uelim percurrere digna relatu
Quantus erit.non uſq̃ꝫ mihi ferrea lingua eſt
Nec tibi ſint aures.at ne fortaſſe putentur
Exemplo caruiſſe fides.quam ueſtra philenis
Fratribus altiſono cecinerunt carmina cantu
Pauca ſed e pleno longe repetentur aceruo
Namqꝫ olim aut uento terram impellente latenti
Aut cauſa quacunqꝫ alia prerupta uorago
Romano patefacta foro.conterruit urbem
Stabant attoniti pleno circum agmine patres
Undiqꝫ ſollicitum pregrandia uoluere ſaxa
Uulgus anhelabat:pars conuectare caniſtris
Tellurem.magnaſqꝫ trabes.nil mollibus ullis
Cum fieret.ſimul ira deum manifeſta moueret
Conſilio ſuperum viſum eſt compeſcere peſtem
Dum pauidi reſponſa petunt: conſultus aruſpex
O preclara nouis gens inquit territa monſtris
Hoc ſpecus explenduꝫ eſt.nō qua ratione putatis
Quid iuuat aggeſtu lapidum ⁊ telluris inani
Flectere uelle deos.non ſi tarpeius in imas
Sexqꝫ alij latebras deſcendant ordine colles
At ſuper incumbat grauis apenninus ⁊ ethna
Finis erit ſuntqꝫ uobis precioſa adhiſcens
Foſſa petit paucis plenus concurret hiatus
His dictis riguere animi palloꝛqꝫ per omnes
Meſtus erat:multi gemmas: aurumqꝫ ferebant:
Argentumqꝫ alij.namqꝫ hec meliora putantur:
Inter inexperta:⁊ uerorum ignara bonorum:
Corda hominum.quos ceca ligat terrena cupido:
Nigraqꝫ corporei quos carceris occupat vmbra:
Unus ibi ante alios iuuenum fortiſſimus: alte
Exclamat:que tanta animis ignauia ceci
Uilia pro caris:pro magnis parua tuliſtis
Nil opus eſt auro.fedis quod terra cauernis
Euomit.aut lectis inter deſerta lapillis:
Unum ego uos moneo:nobis virtute uel armis
Nil meliuſ tribuiſſe deos.hec ſumma profecto
Hec uere romana bona.⁊ ſi ſumma repoſcunt
Arma virumqꝫ dabo.dicens hec lumina celo
Erexit.templumqꝫ iouis quod preſidet arci
Suſpiciens.tendenſqꝫ manus ſurſuꝫ atqꝫ deorſū
Atqꝫ omnes ſuperoſqꝫ deos.maneſqꝫ precatus
Ad quos tendebat ualiduꝫ calcaribus ultro:
Urget equum.baratroqꝫ uolēs infertur aperto:
Arma ruente viro lucem ſonitumqꝫ dedere
Fit ſtrepitus.coeunt ripe.⁊ iunguntur in vnum
Uixqꝫ ſequens tremule pars ultima trāſilit haſte
Ceu quondam in modico celum ſplēdore dehiſcit
Et uelut etherei reſerat penetralia mundi
Inde repentino tranſcurrens turbine flamma
Uiſa fugit.celoqꝫ redit ſua forma ſereno.
Hic tibi vir quantus patrie quem reddere vitam
Ac viuum terre liceat dixiſſe cadauer
Cernis.⁊ armatum ſtigios inuiſere lucos
Curtius in noſtris fuit hic annalibus ingens.
Uis referam decios.quoꝝ prior ille latinos
Forte videns acies noſtrorum terga prementes
Conſtitit ingemuitqꝫ ferox mox magna precatus
Numina:deuotuꝫ medios ſe miſit in hoſtes
Uictato capite.⁊ ſuccinctus more gabino
Ipſe quidem in geſtis proſternitur vndiqꝫ telis
Nobis morte ſua victoria contigit illo
Certa die.ſecumqꝫ ſimul mens ceca:tremorqꝫ
Omnis in aduerſos ſubito tranſiſſe latinos
Creditur.ipſe habitu horrifico ſpectabilis atro
Celſus equo ſpecieqꝫ humana anguſtior ire
Uiſus erat.Decus id paruo poſt tempore natus
Iure uelut proprio pugnantibus agmine gallis
Rettulit.⁊ nomen patris ⁊ pia facta ſecutus
Quin etiam clara compellans uoce parentem
Traditur ad mortem indubiam:per tela per enſes
Gallorumqꝫ acieꝫ ⁊ cuneos penetraſſe fremētes
Secum ad victores fuga tranſijt.⁊ met9.⁊ mors
Tertius inde nepos ut auitis atqꝫ paternis
Accedat titulis q̃ꝫuis obſcurius illi
Fama dedit nomen ſimili pietate lucanas
Strauit opes.ſimili deſcēdēs tramite ad vmbras
Sic tribus in campis:totidem patet ordine ciues
Et palmam peperiſſe nece.⁊ perijſſe uolentes
O genus eximium dignum cui ſecula cuncta
Rite canant laudes.cui nulla obliuio ſenſim
Obrepat.ſerioſqꝫ uetet celebrare nepotes
Cetera nota tibi.ac paſſim vulgata relinquo
Uidiſti.neqꝫ enim tam longa interuenit etas
Ut nequeas vidiſſe quibus fortiſſimus olim
Regulus expoſitus ſeruarit ſacra fidemqꝫ
Supplicijs.quanto patrie inflāmatus amore
Heu bene nate ſenex nunq̃ꝫ tua fama peribit
Tu moreris:tamen illa tibi manſura ſuperſtes
Uiuit ⁊ eternum viuet.
Q;q̃ꝫ gd genera.atqꝫ viros memorare neceſſe eſt
Cum ſepe ad certam legiones currere mortem
Uiderimus monſtrante duce.⁊ ſua fata docente
Ire licet clamante viri.uetitumqꝫ redire eſt
Nec flexiſſe animos ideo nec lumina quenq̃ꝫ
Prerapidoqꝫ leues iuiſſe in vulnera ſaltu

Romanum eſt ſi neſcis opus.contemnere caſus
Fortuitos.placide uenienti occurrere morti
Spernere que gentes alie mirantur ⁊ optant
Contra autem amplecti que formidanda vidētur
Uincere ſupplicia ⁊ triſtes calcare dolores
Sponte mori potius q̄ꝫ turpem degere vitam
Dixerat ille autem.medio interrumpis ⁊ aufers
Plurima.quid regum noſtroruꝫ extrema relinqs
Hoſpes ad hec.fateor fortunas querere regum
Regius eſt ſermo.tamen hec breuitatis amore
Tranſieram.tibi ſed ſuſpecta ſilentia forſan
Ne ue putes ideo ꝙ noſtris regibus auſi
Inſultare ſumus nos forte cupidine prede
Incenſos.nomen ſceleri queſiſſe decorum
Accipe uera rei fuerit que cauſa nouande.
Libertas optata diu.nunq̄ꝫ ue petita:
Mulcebat ſplendore animos:ſed ſceptra p̄mebāt
Efferaqꝫ imperijs urgebant regia duris.
Impendens capiti miſerorum ⁊ torpor inertes
Ceperat:immemoreſqꝫ ſui pudet illa referre
Pertulimus que meſta domi pudet omnia rurſus
Dicere.que campis alienis caſtra ſequentes
Rege ſub infando iugulis ſumus impia paſſi
Mancipia ⁊ ſegnes anime.nihil ille putabat
Per ſcelus horrendum titulos queſiſſe ſuperbi
Criminibus in ſeua nouis cognomina mundo
Ingereret.patrieqꝫ ſue proli qualia monſtra
Milia tot pariter quibus omnia peruia virtus
Fecerat.ac turbam cui tot fortuna parabat
Et cui tot reges populoſqꝫ ſubegerat.vnum
Indignum timuiſſe caput.nutuſqꝫ prophanos
Obſeruaſſe ſacris pro legibus haud ita regem
Mellifice uenerantur apes. fucoſqꝫ nocentes
Atqꝫ leues culices arcere a finibus auſe
Que dominum mellis trepidum ſepe atqꝫ pauētē
Excludunt.omnes regem tamen intus inermem
Exiguumqꝫ timent.illum admirant:⁊ illum
Militieqꝫ domiqꝫ colunt.⁊ regia ſemper
Atria circūſtant.humeriſqꝫ in nubila tollunt.
Nos quoqꝫ ſic noſtri timor ⁊ irreuerentia regis
Continuit.donec permixta ſuperbia luxu
Creuit.⁊ intumuit turpis luxuria faſtu
Tunc mora nulla viris viſum eſt ſuccidere ferro
Hanc ſaniem.medicaſqꝫ manus in vulnera ferre
Queqꝫ ſub imperijs ſtetit inconcuſſa ſuperbis
Uicta ſub obſceno cecidit patientia facto
Regius infami iuuenis precordia flamma
Succenſus vulnuſqꝫ trahens male ſanus acerbuꝫ
Nocte ſub ambigua matrone limina caſte
Intrat.⁊ exceptus placide.nil tale uerentem
Ui ſuperat.uoti compos.ſpoliumqꝫ pudoris
Feminei referens.⁊ opace gaudia noctis
Letus abit.furti tacite ſibi conſcius alti.
Illa dolens.vitamqꝫ ſimul corpuſqꝫ peroſa
Et membris irata ſuis.uas vile pudende
Femina luxurie:viues dicebat.⁊ in te
Semper adulterij ueſtigia feda manebunt?
Et poteris ſpectare thorum:quo rapta fuerunt
Omnia cara tibi?vir:virtus:fama:pudorqꝫ.
Quin obis.⁊ triſtem potius precor effuge lucem
O anima infelix.inimicaqꝫ clauſtra refringe
Hec tibi clam queſta eſt.ſubito patrēqꝫ virumqꝫ
Euocat.id ſiquidem cupiens:ut teſtibus illis
Corporis inuiſum liceat deponere pondus.
Roma patrem.longinqua virꝫ tūc caſtra tenebāt.

Cui dum forte redit properans iam patre reperto
Nuncius occurrit.domineqꝫ ex ordine uoces
Narrat.atrax facinus.ſed quod non nouit ipſe
Eueniſſe domi.raptimqꝫ opus eſſe reductis
Patre viroqꝫ ſimul ſtupet ad mandata maritus
Coniugis incertuſqꝫ animi ſub corde uolutans
Quid ſibi fata uelint.aut quid fortuna minetur.
Procedit diuerſa putans.⁊ limine primo.
Inuenit attonitum ſocerum:pariterqꝫ uocati
Ibant ⁊ paribus curis alterna loquentes:
Illicet aduentu mulier commota ſuorum
Profudit lachrymas mox percunctante marito
An ne ſatis ſoſpes:minime.namqꝫ omnia:dixit
Perdidimus precioſa ſimul.nil dulce remanſit
Prereptaqꝫ pudicitia hec perijſſe fatendum eſt
Heu miſere.ſtant feda tuo vir optime lecto:
Signa aliena viri.fuit hoc violabile corpus
Integer eſt animus.mors teſtis.porgite dextras
Et preſtate fidem ſcelus hoc ne turpis ad vmbras
Auferat impunis:tumuloqꝫ inſultet adulter.
Ex hinc indignans tranſacte crimina noctis
Explicat.atqꝫ adhibet uerbis lamenta preceſqꝫ
Conſolante viro meſtam.facinuſqꝫ negante
Eſſe ubi mens pura eſt.ego me ſic crimine dixit
Abſoluo.ſceleris penas euadere nolim.
Exemploqꝫ mei non viuet adultera rome.
Dixit.⁊ eductum latebris qui ueſte latebat
Pectore ſub niueo gladiuꝫ moribunda recondit.
Et ruit in capulum uelut hoc releuare pudorem
Uulnere proſtratum ualeat.ſic nota parentem
Fama refert uolucreꝫ.proprio de ſanguine natos
Extinctos dire morſu ſerpentis ad auras
Tollere.⁊ illorum exequijs expendere vitam
Horrida conclamant cernentes vulnera:luctus
Exoritur.tremuitqꝫ domus ſub murmure tanto.
Brutus ibi ſolus lachrymas ⁊ inania uerba
Caſtigat.vir egregius celata ſub alto
Pectore cui virtus ingens erat.ille cruentum
Feruidus educens ſpumanti vulnere ferrum
Attollenſqꝫ manu.ſuperos ſummumqꝫ tonantem
Iuro ait.huncqꝫ olim caſtuꝫ intactumqꝫ cruorem
Qꝫ flammis ferroqꝫ genus.ſobolemqꝫ domumqꝫ
Regis.⁊ inuiſum caput.ac diadema ſuperbum
Nunc.poſt hac ſemper mihi duꝫ lux iſta manebit
Perſequar eternis odijs.nec regna tenere
Ille poteſt:poterit manus hec dum tela mouere.
Hijs dictis alios eadem iurare coegit
Mirantes vnde hec audacia tanta repente
Pectore ſub bruti.uel quo de fonte ueniret.
Conuocat hinc ciues.triſte ⁊ miſerabile viſu
Protrahit in lucem populo ſpectante cadauer
Oſtenditqꝫ alijs gladium pulmone tepenti
Undantem pectuſqꝫ alijs.vulnuſqꝫ profundum
Admonet hunc nate.iubet hunc meminiſſe ſororū
Coniugis eſt alium.pignus cui norat amoris
Eſſe domi predulce aliquod.quo regia pergant
Acta docet.faſtuqꝫ ferox adiuta libido
Ira dabat ſtimulos ⁊ rebus conſona uerba
Purpura cede madens.palloreqꝫ ⁊ frigida mēbra
Et patris:atqꝫ viri:ſpectacula cruda mouebant
Omniaqꝫ exuperans fortis violentia bruti.
Illum igitur quocunqꝫ gradum deflexerat ingēs
Turba ſequebatur:ferro ſuccincta virorum
Femineiqꝫ greges crudelia fata gementes
Quis fuerat celebri:ſpectata lucretia fama.

Quid moror:hiſtoria eſt multarum maxima rerū
Hoc duce pelluntur reges:exulqꝫ ſenexqꝫ
Tarquinius moritur nati omnes:diraqꝫ coniunx
Supplicium celerum non vna morte luerunt
Corruit in cineres regis domus alta ſuperbi
Regnorum hic finis poſt hec meliora ſequuntur
Tempora.⁊ huic noſtri libertas incipit eui
Annua perpetuos ſtrauerunt iura tyrannos
Seuaqꝫ legitime fregerunt ſceptra ſecures
Atqꝫ vnum pepulere duo.geminata modeſtos
Ferre magiſtratus ſubito noua ſigna videres.
Primus iuit faſces auctor qui primus adepte
Libertatis erat.ſtudio ſeruauit eodem
Deniqꝫ quo peperit natoſqꝫ,regia mallent
Imperia.afflictos virgis.truncoſqꝫ ſecuri
Compulit ad mortem pro libertate ſerena
Tam ſimul infelix genitor.ꝙ̃ ciuis honeſtus
Tam rigidus conſul.ꝙ̃ libertatis amator
Idem poſt regis ſobolem fera bella nouantem
Regnaqꝫ uel tali repetentem iura paterna
Obuius excepit.iuuenemqꝫ ſuperba minantem
Uulnere letali tranſfixum compulit ortho
Sed dum torua fremens:odioqꝫ accenſus in illū
Irruit:alterne non vidit cuſpidis ictum
Ac pariter cecidere truces:at fortior illum
Immoriens brutus reſupinum corpore texit
Uictor ad extremum.ſic immemor ille pericli
Eruit infandaꝫ ide animaꝫ ⁊ ferꝰ ultor ad vmbras
Perfide tartareas ferro ſequar inquit acuto
Talia per meritum ſexum ſimul omnis ⁊ etas
Fleuit.⁊ inſolitis ſtrepuerunt roſtra querelis
Precipue tamen ut proprium luxere parentem
Ultoremqꝫ pudicitie gratiſſima matrum
Agmina.nec longum ceſſerunt meſta per annum
Nunc manet hijs bruti ſemper uenerabile nomē.

Argumentum libri quarti.

Inierat tunc rex iterum narrare iubebat
f Inclita geſta ducis placido cuꝫ leliuſ ore.
Incipit enumerāſ q̄ ſit ſua forma uel etas
Qꝫ ue ingens animus preſtanti corpore regnet
Que virtus:que religio qui corpore cultus
Morte patrem ut peni violenta cuſpite fixum
Liberet:ut patriam maiori turbine lapſam
Erigat:ut celeri tellus hiſpana uolatu
Uincitur:utqꝫ noue rapitur carthaginis vno
Urbs obſeſſa die:populis ut munera reddit.

¶ Incipit liber quartus.

Inierat tūc rex iteꝝ placidiſſimꝰ inquit
f Magna qdē mēoraſ video ꝙ̃tū iſima ſū
Et ꝙ̃ ſint rōna alijſ diſtātia facta ⌊ miſ
Sentio preterea qd femina ur̄a pudica
Morte uelit.ne cuncta ſibi iam candida dido
Arroget.aut iuuenis terre demerſus inique
Omnia ne noſtris contingāt clara ſepultis
Fratribus occurrunt:genitor : natuſqꝫ nepoſqꝫ
Unum de cunctis miracula maxima tranſit
In turbam potuiſſe animos deſcendere tantos
Plus hominum ſuprema dies ꝙ̃ cetera terret
Hunc virtus predura ſolet minuiſſe pauorem
Uix tamen hec cunctis uſꝙ̃ vix contigit vni
Publica ſed uobis eadem eſt ſtat vnica ueſtris.
Mens exercitibus pro libertate tuenda
Recta fronte mori.ſed quid ſuper omnia longe
Noſſe uelim:egregij vitam:⁊ ducis acta moderni
Preteris:hoc igitur precor hoc ediſſere nobis
Qui mores:que fortuna viri.qs pectoris hoſpes
Eſt animus.que maieſtas iuuenilibus annis
Inſita.namqꝫ vnum nobis hoc crebrior illum
Fama tulit.tum precipue que geſſit hybero
Nuper in orbe refert:tibi ſi notiſſima poſco
Omnia ſi preſens ſpectaſti.⁊ cernere ſoli
Cor licet archanum.quoniam nil protinus ardēs
Celat amicitia.at tu nunc feſtina parumper
Nox ſubſiſte precor.lelius dum pulchra relatu
Eloquitur.teneat niueos aurora iugales.
Et contenta ſenis gremio iacuiſſe mariti
Det ſpacium uerbis:ſolitoqꝫ iocoſior ille
Uxorem roſeam complexibus alliget arctis.
Uidit ut intentos animis atqꝫ auribus omnes
Lelius:⁊ nullo concuſſa ſilentia motu.
Incipit.heu quanto tam grandia iuſſa ſequenti
Eſt opus eloquio:mihi non facundia torrens:
Largaqꝫ cecropie contingit grecia lingue.
Maximus inſano iuueni:vigilauit homerus.
Ruſticus egregio vigilat nunc ennius:atqꝫ
Dignus ut hic graio.ſic dignior ille latino
Uate fuit:precone autem fortaſſis achilles
Indiget.hic nullo.ſurgit ſua fama ſine ullis
Artibus.inqꝫ dies creſcunt preconia.nec me
Fallit amor.ueniet tempus cum libera celo
Fama virum tollat:ſtimulis nunc forſitan ille
Inuidie:ſed grata magis iam cepta ſequamur
Nulli vnꝙ̃ natura viro tam larga fuiſſe
Creditur.ethereo corpus ſplendore niteſcit
Imperioſa ducem frons arguit.aſpera blandum
Unde ſimul vibrant vnum duo lumina fulmen
Qd̄ nullus ſufferre queat.coma denſa per armos
Protinus ad ſolem uentis ferientibus aurum
Explicat impexum.quoniam caſſiſqꝫ ſudorqꝫ
Et labor aſſiduus prohibent.animuſqꝫ modeſto
Contentus.cultumqꝫ timens tranſiſſe virilem.
Celſior eſt alijs quotienſqꝫ in prelia uentum eſt
Spem procul ipſe ſuis ſublimi uertice preſtat.
Terret ⁊ hoſtiles acies ſpem quippe metumqꝫ
Ille habet aſpectus.
Pectoris eſt qualem petit ingens ſpiritꝰ aulam.
Cetera conueniunt.humeros ⁊ brachia cernas
Militis altifici:licet inter milia mille
Uideris hunc.uerum ualeas cognoſcere regem.
Iſte decor nimius:multos trepidare coegit
Immemoreſqꝫ ſui.tenuit dulcedine quadam
Inſolita.tacitoſqꝫ diu conceptaqꝫ uerba.
Diſtulit.aut alio deflexit calle loquentes.
Pulchrior eſt etenim mortali corpore longe.
Atqꝫ hominem ſupra.vix illum fulgidus equat
Juppiter.aut puro pharetratus in ethere phebus
Iſta carmen quia parua viris ſpernendaqꝫ forme
Commoda ſunt ſileo.vultus ſpectaſſe ſerenos
Ipſe ſuos cernes ueriſqꝫ minora locutum
Me dices.datur hec illi nam gloria ſoli.
Hominibus quia cum noceat preſentia magnis
Hunc ſuper attollit.cuius ſi queritur etas
Nondum tridenum fateor peruenit ad annum.
Omnis in aſcenſu eſt creſcens cuꝫ tempore virtꝰ.
Jam ſua nunc ſenibus grauitas mutanda ſeueris.
Atqꝫ iuuentuti leuitas optanda ſerene eſt.
Hoſtibus aſpernis nihil eſt.nil dulcius inter
Carorum affectus.ſiue illum tela mouentem
Siue armis poſitis multos ſpectabis apertos.

Quid potius deceat dubites.hunc ꝓſpera nunq̄
Extulit:aut ſtrauit iaculis foꝛtuna moleſtis.
Unus utrobiqꝫ eſt eadeꝫ mens permanet:⁊ frōs.
Rebus in ambiguis.rebus trāquilla ſecundis
Spernit opes.populi uentoſos ſpernit honores.
Gloria uera placet dulces cōquirit amicos.
He ſibi diuitie ſunt quas ſolet ille perennes
Qua peperit ſeruare fide.modo fama per omnem
Uoluitur heſperiam.iuuenem ueniſſe ſuperbis
Dijs ſimilem.cui vis hominum non ulla reſiſtat
Quiqꝫ etiam placida quoſcūqꝫ ſubegerit armis
Uincat amicitia.
Uincitur ut celo ſpecies telluris opace.
Florida ſic omnes tellus pꝛemit itala terras
Utqꝫ nitet celi pars purioꝛ vna ſereni.
Italia ſic roma potens pꝛefulget in ipſa
Solqꝫ uelut radijs fulgentia ſidera vincit.
Scipio ſic omnes ſuperat.ſtat uera fateri
Non illum noſtro iuuenem de more creatum
Dixeris.atqꝫ ideo non omnia falſa locuta eſt
Fama virum ſuper aſtra leuans.nā pꝛotinus alto
Perſuaſum eſt multis hoieꝫ hunc deſcēdere celo.
Naꝫ quid cūcta ſequar.piget illa minuta referre.
Fabula ſed vulgo nota eſt.pulcherrimus anguis
Obuerſatus enim matris perſepe cubili
Dicitur:⁊ viſus multis mouiſſe pauorem.
Suſpitioqꝫ frequens hinc iam vulgata per urbes
Diuini partus oritur.cui ſcilicet ipſe
Editus in lucem puer:⁊ mox maximus idem
Uir ſimilis:nulli diuinis rebus apertam
Atqꝫ animo facit ecce fidem.ſpectataqꝫ rurſus
Religio.⁊ vitam mos obſeruatus in omnem.
Namqꝫ ubi ſol oritur.ſolus ſolet ille remotis
Omnibus in cellam iouis.anguſtiſſima nobis
Tarpeioqꝫ colle ſedet:cui ſacra pauentes
Rite ſacerdotes celebꝛant.ſecurus ad aram
Intrare:⁊ limen foribus firmare reductis.
Hic quaſi multa loquēs tempus terit.inde repēte
Digreditur:ſummoſqꝫ animos poꝛtendere vultuꝫ
Celeſtemqꝫ oculos videas pꝛeferre vigorem.
Ipſe ſpei plenus ſiquid tunc inſtat agendum
Aggreditur:certoſqꝫ ſolet pꝛomittere magnis
Succeſſus bellis.ueluti ſibi numine ab ipſo
Pꝛomiſſos.multis equidem ſic pectora campis
Accendit.tribuitqꝫ animos ⁊ poſſe coegit
Nō modo nō poterāt.vireſ mēs firma miniſtrat.
Nilqꝫ ualent artus niſi quod dedit illa ualere.
Sepe ego conſpexi cum iam ferienda retroꝛſum
Terga darent acies:⁊ ſignifer ipſe trementi
Uix regeret uexilla manu:rapuiſſe magiſtro
Pila ducē pauido:⁊ mediaſ penetraſſe phalāgeſ.
Clamantem.deus ecce pꝛeit:ſequimur ne uocātē
An fugimus:ſequar ipſe libens.victoria ſoli
Continget pꝛomiſſa mihi.⁊ ſi fata uetabunt
Unus ego emoriar.uos en fuga libera:poſt me
Uiuete degeneres:aliter moritura iuuentus.
Hijs dictis redijſſe acies:⁊ pectora moꝛti
Oppoſuiſſe viros.ſic vincere ſepe coactus
Tātus amoꝛ ducis eſt.tant⁹ pudoꝛ urget in arma.
Namqꝫ ubi perpendunt:quanta eſt ꝯſtantia mēti.
Quanta fides ſuperum:q̄ꝫ pꝛeſens iuppiter illi
Conſiſtunt.iuſſuqꝫ dei remeare putant ſe.
Hec pꝛopter:cum multa adeo tractauerit olim
Ardua:nulla acie victum dum pꝛimus in illa
Dux foret aſſiduis meminerunt ſecula bellis.

Caſibus hic quoqꝫ nunc quantū ſibi foꝛte futuris
Pꝛeſumat:ſeu quos iubeat ſperare laborum
Euentus audire uelis.carthaginis alte
Menia iam quatit ille animo iam ſcandere in arcē
Cogitat.ac pelago titubantem inuoluere birſam
Ut leo ſeu nitidam:in pꝛatis errare iuuencam
Pꝛecipiti ſtimulante fame:ſeu turbidus hoſtem
Foꝛte laceſſitus iaculis pꝛoſpectat:⁊ iras
Suppꝛimit:ac rabiem frenat:dum pꝛoximioꝛ fit.
Interea tamen abſentem nondum vngue cruento
Dilacerat:moꝛdetqꝫ oculis:ac tecta pererrat
Uiſcera:⁊ inuiſum minuit per fruſtra cadauer.
Sic noſter mihi crede leo:nunc eſtuat:ullas
Nec metuit vires:tantum ne pꝛeda:uel hoſtis
Aufugiant timet:atqꝫ aditus circūſpicit omnes.
Omnia poſſe putat:que vult:quecunqꝫ putauit
Poſſe poteſt:igitur peragit quecunqꝫ cupiuit.
Optima ſola tamen cupit ⁊ pulcherrima facta.
Quid iam de pietate loquar:que cognita patri eſt
Et patrie:uarijs olim ſpectata periclis.
Sꝫ duo nūc tetigiſſe ſat eſt.furoꝛ hoſtis acerbi
Flenda ciſalpinis iam gallica rura colonis
Uaſtabat:romam iam flamma padocenus ardēs
Et capitolinas fumus perflabat ad arces.
Maxim⁹ huc noſtri genitoꝛ ducis:ipſe malignis
Mittitur auſpicijs.quia multa:patentibus aruis
Congredimur:ſuperat penus:perijſſet in illa
Dux acie.niſi natus agens tunc circiter annum
Octauum decimūqꝫ ferox.tellure iacentem
Transfixumqꝫ latus.media de moꝛte parentem
Eripuiſſet:opus pueri.medioſqꝫ per hoſtes
Feciſſet mucrone viam.Iam fata pꝛemebant
Ultima.iamqꝫ minax ferro:facibuſqꝫ potenteꝫ
Hannibal italiam confecerat.atra cruentus
Cannarum ⁊ noſtro famoſus ſanguine vicus.
Uulnera viſceribus latijs inflixerat omnem
Spem metus expulerat.ueluti cū fluctib⁹ almis
Succubuit.celiqꝫ graues pelagiqꝫ tumultus
Non tulit.hoꝛreſcunt naute palloꝛqꝫ per ora
Funditur.ac trepidos angit noua cura magiſtroſ.
Qua rapiat ſibi quiſqꝫ fugā.ſeu littora ſaltu
Seu ſcopuli ſaxoſa petens iuga parua pꝛopinqui
Seu reſidens trunco diſiecti turbine claui
Enatet.⁊ rabido committat bꝛachia ponto
Talis erat noſtre ſtatus urbis.talia nobis
Conſilia.heu quantas tracturus mole ruinas
Imperij mutabat apex.quid uera fateri
Diſtulerim?coeunt iuuenes.pꝛincepſqꝫ metellus
Conuentus.fuga ſola placet.terraſqꝫ nocentes
Linquere:⁊ heſperiam victori tradere peno.
Quod ſimul innotuit:ceciderunt coꝛda.tremoꝛqꝫ
Omnibus inceſſit gelidus.tum foꝛte tribunus
Militie:vix dum teneras lanugine pꝛima
Exoꝛnante genas:erat imperterritus vnus
Scipio.dumqꝫ omnes dubijs ſuccurrere rebus
Conſulerent inopes animi.tempuſqꝫ pauentes:
Extraherent ſermone uago:quo pergimus inquit
Egregius iuuenis.non tempora longa ſuperſunt
Conſilij.ſed facto opus eſt.quin ſtringimus enſes
Ite pꝛecoꝛ mecum pꝛoceres.quib⁹ ultima cura eſt
Urbis ⁊ imperij.ueſtigia noſtra ſequantur.
Publica res nondum perijt:taliqꝫ iacentes
Erexit ſermone animos.conſurgimus omnes
Conſequimurqꝫ ducem.non illo celſioꝛ ibat
Amphitrioniades cum dura rebellibus olim

Prelia ſemiferis: ⁊ grandia tela moueret.
Imus. ⁊ ut trepidi uentum eſt ad tecta metalli.
Irruit ipſe prior: ſtabat tremefacta pudendis
Conſilijs intenta manus vix meſta ſonabant
Murmura: vix pauidum feriebat lingua palatuꝫ
Qualis ineſt captis color. aut fiducia frontis
Quos fera terribili addixit ſententia morti.
Illi equidem miſeri trepidant. letiqꝫ propinqui
Caſibus attoniti ſpectant tamen omnia circum
Qua fugiant. quando illa patet via ſola ſalutis.
Tunc ſuperinſultans ſtricto mucrone tremendus:
Iuro ait etherei per numina ſumma tonantis
Me nunq̃ dum vita mihi dum mẽbra manebunt
Deſerturum urbis rome. italieqꝫ labores:
Paſſurum ue alios: ⁊ nunc tibi quinte metelle
Iurandum eſt pariter: uel ſi fortaſſe recuſas
Hac moriere manu. uobiſqꝫ nouiſſima uenit
Omnibus iſta dies gladiumqꝫ erexit. ⁊ omnes
Cõtremuere metu. facti dux ipſe metellus
Diriguit. res nempe ferox inopinaqꝫ mentes
Preſſerat. hanc aliter q̃ ſi iouis ira triſulcum
Torſiſſet male firma domus in culmina celum.
Nec ſecus irati ciuis tremefecit imago
Hannibalis q̃ ſi victritia ſigna viderent.
Impendere ſibi mortemqꝫ ⁊ vincla minari.
Ergo in uerba ſimul quo iuſſerat ordine iurant.
Dux prior: inde alij. mire ſic ille pudendam
Compreſſit virtute fugam. vix ſextus ab illo
Annus agebatur. quo patrem a morte reduxit.
Occiderant alme duo maxima lumina rome
Scipiadumqꝫ ingens vno prope tempore nomen
Obruerat fortuna nocens. hyſpanaqꝫ tellus
In dubijs amiſſa fidem mutarat auitam.
Milibus ex tantis procerum conſurgere nullus
Nullus ad immenſe reparandum vulnera cladis
Audebat preſtare manus. tum filius ultor
Et patris ⁊ patrui: nomen dedit. iſqꝫ pirenem
Tranſgreſſus maiore animo q̃ viribus: omnem
Rettulit heſperiam populi ſub iura quiritum.
Qua duo lata patens inter diſtantia multum
Equora porrigitur. uel qua longiſſima tractu
Ad ur̃m eſt hinc uerſa more: herculeaſqꝫ colũnas.
Illinc perpetuus nomen debentia flammis
Ad iuga conſurgens gallorum proſpicit arua.
Quicquid in hijs habitat terris hoiuꝫ uel opũ uľ
Hoſtibus ereptum fortuna iudice noſtrum eſt.
Ut tamen ex multis decerpam pauca decoris
Urbs ſedet hyſpano poſuit quam littore primus
Haſdrubal: ⁊ magne nomen carthaginis illi
Impoſuit. cuius partem ualidiſſima cingunt
Menia: parſqꝫ maris rapido defenditur eſtu.
Huc opes peni pompas: huc ſigna viroſqꝫ
Cõtulerant atqꝫ arma duces: quia ſiue per vndas
Siue per explicitos inſtarent prelia campos
Opportuna foret: belloqꝫ aptiſſima ſedes.
Antiquam leuo proſpectans tramite matreꝫ
Proximus huc etiam populus confugerat omnis
Tuta petens. ceu cum primas incendia flammas
Attollunt. piceuſqꝫ uolans replet ethera fumus.
Diffugiunt. quos dira fugat vicinia peſtis:
Euacuantqꝫ domos ſecum precioſa ferentes.
Et teſtudineam concurrunt vndiqꝫ ad arcem.
Huc fame ſignantis iter ueſtigia ſeruans
Scipio contendit: neglectaqꝫ cetera linquens.
Hanc petit. huc acies ducit: romanaqꝫ circum
Caſtra locat. paruumqꝫ leui ſtruit aggere uallum.
Mira loquar. ſed uera tamen non menia crebris
Turribus ⁊ ualido circũfirmata paratu
Militis aut ardor ſua fata extrema videntes.
Cuſtodumqꝫ acies. ⁊ propugnacula mille
Ac turbanda procul ferientes caſtra baliſte.
Scandentem muros. per que oia tela ruentem
Suſtinuere ducem. breuior non contigit ullis
Menibus obſideo ſiquidem primordia bello
Una dies finemqꝫ dedit. non tacta reliquunt
Ocius imbelles iouis inſtimulante columbe
Armigero: aut pauidi uenientem ad luſtra leoneꝫ
Diffugiunt lepores ſubito: cuſtodia porte
Deſeritur. pauci ualide ſe menibus artis
Occultant. alij fugiunt: totamqꝫ per urbem
Sternuntur. uario complentur cuncta fragore.
Pugnantumqꝫ ſimul ſtrepitu gemituqꝫ cadentũ.
Qualis ab ethiopum rapidis cum tollit̃ auſtris
Littore tempeſtas: noſtrum caſura ſub axem
Apparet metuenda procul. mox proxima nubes
Decidit: ⁊ mixtis deſcendunt fulmina ſaxis.
Iamqꝫ tument amnes. iã qui modo ſegnis abibat
Quilibet alta fremens imitatur fulmina torrens
Turbati agricole fugiunt ingenſqꝫ ſuperne
Terror ait miſeros. pereunt armenta furentes
Fluminis obiectu: quoſqꝫ trementia uoluas
Lumina terrifici diſiectis nubibus ignes
Preſtrigũt. morſqꝫ ante pedes nec flectere quoqꝫ
Poſſis iter. nec ſtare queas hinc luctus ⁊ horror
Lugubreſqꝫ procul reſonant per nubila uoces
Multa ſub hoc tempuſ micuerunt indole clara
Signa ducis manifeſta noui. vir quantꝰ in armis
Et quantus poſt bella foret namqꝫ arma mouente
Milite ab aduerſo. non mars violentior urget
Infeſto temone trabas nec acerbior hebro
Spumantes immergit equos uerſũ arce recluſa
Hoſtis ubi aduenian proiectis concidit armis
Illicet extinctus cecidit furor iraqꝫ ceſſit
Pulſa animo ferrumqꝫ manu ſic atrá ſerenat
Nubila pacifico deſpectans iuppiter ore
Continuoqꝫ ſilent uenti: fugiuntqꝫ procelle
Sol nitet. emergunt fuſcis ſua noctibus aſtra
Et mundo ſua forma redit. iam victor ad arcem
Tranquillus uoluebat iter: romanaqꝫ celſis
Turribus affigi victritia ſigna iubebat
Poſt hoc ſacra deis meritaſqꝫ rependere grates
Inſtituit. ſtabat cinctus de more ſacerdos
Lataqꝫ deuoti feriebat pectora tauri
Compellans ad ſacra iouem frigioſqꝫ penates
Romuleamqꝫ animam: cũctoſqꝫ ex ordine diuos
Cuſtodes latij quorum capitolia cure
Credita perpetue mundi caput eſſe merentur
Hijs actis grates meritas ⁊ debita ſoluit
Premia militibus. virtus ut alatur honore
Haud equidem ignarus. fuerat mos ille uetuſtus
Romanis ducibus primo ſeruatus ab euo
Inualidas tutaſqꝫ altis cum menibus urbes
Cingere obſidio: cui primum ſcandere muros
Seu virtus: ſeu fata darent ꝓponere dictam
Nomine mirabilem de re ueniente coronam
Hoc precij predulce genus quia gloria mentes
Erigit immemoreſqꝫ omnis facit vna pericli
Id modo proſpiciens animos dux talibus ardẽs
Impulerat ſtimulis. ſed enim faſtigia victis
Apprendiſſe duos manibus uox publica ⁊ ingẽs

Oꝛtus erat caſtris ſtudio uariante tumultus
Hunc illi. contra illum alij laudare fauentes
Sic ubi vulnificus ferientes dentibus apꝛum
Eiectum caueis. ⁊ opacis ſentibus acres
Eripuere canes certatim: omneſqꝫ per artus
Explicuere ſolo. ſtrepitus conſurgit ab alto
Spectātum iuuenum. quis pꝛimuꝫ figere moꝛſus
Clunibus hirſutis auſus quis pꝛendere ſaltu
Hiſpida terga feri quis pꝛimum haurire cruorem
Pugna canum fit: de meritis uenantibus vna
Illi victores latratum in nubila tollunt.
Scipio turbatos cuneos atqꝫ arma frementes
Agnoſcens virtuſqꝫ noui non parua duelli
Semina diſcoꝛdes raptim ad pꝛetoria turmas
Conuocat. ⁊ uerbo ſurgentes compꝛimit iras
Quin ait amborum virtus tam clara virorum
Eminet ut cunctis longe poſt terga relictis
Officiat. ſibi ſola quidem ut debita neutri eſt
Fama uel ambobus. quod dignius eſſe putamus
Nam pꝛioꝛ eſt quem nemo pꝛeit. ſic ore ſereno
Fatus. ⁊ amborum pariter viridante corona
Tempora circundat. ſimul impetus omnis ⁊ ira
Concidit. hunc finem triſtes habuere querele.
Haud aliter q̄ꝫ cum ualidos in pꝛelia tauros
Excitat inuidia ⁊ dilecte candoꝛ amice
Coꝛnua tentantur truncis mugitibus aure
Complentur tunc ampla fouent armenta duobus
Et partem fecere boues. ſi pꝛouidus iras
Pꝛeſenſit. rapidoſqꝫ agnouit paſtoꝛ amores
Tempeſtiuus adeſt ⁊ blando murmure metus
Temperat. ac pugiles victrici fronde coronat
Et ſua placatos pꝛocul inde per arua remittit
Interea lachꝛymoſa cohoꝛs miſerabilis ingens
Feminea audita eſt gemitu ſua menia complens
Hic pius infremuit iuuenis. geſſitqꝫ patronum
Ipſe pudicitie tute committitur arci
Omnis ab incurſu metuens ſibi ſexus ⁊ etas
Indigus auxilij populus cuſtodia ſanctis
Et mandata viris. uetitumqꝫ ſub ora uenire
Femineuꝫ vulgus ꝙ lumina blanda pudori
Inſultant. caſtiqꝫ oculis flos rapitur oris
Id modo permetuens longe captiua relegat
Agmina. pꝛoh ſuperi moꝛtali in pectore quanta
Maieſtas: ſpectare ſenem iuuenilibus annis
Nam ſimul etatis ſtimulos floremqꝫ virentis
Blāditias ꝑferre graue eſt: mihi crede: frequēter.

Argumentum quinti libꝛi.

Enia magnanimꝰ victoꝛ trepidātia cirthe
m Maſſiniſſa capit: ſed eni maleſanꝰ ab igne
Carpitur occulto: tandem genialia feſta:
Sponte ſua celebꝛat iurataqꝫ federa firmat.
Interea lete vinctum poſt terga ſyphacem
Aſpere acies clari ducis: ille modeſte
Caſtigat regem placidis: ⁊ pectora mulcet
Oſtendens quid roma uelit: ſibi conſcius ipſe
Pocula dat ſeruo domine ferat uda ueneno.
Illa bibit pꝛopere lucemqꝫ coacta reliquit.

¶ Incipit liber quintus.

Enia magnanimꝰ victoꝛ trepidātia cirthe
m Ingredit̄: pꝛioſqꝫ lares: ⁊ auita tuetur
Tecta libēs: gn̄is cara in cunabula ꝑmi.
Milite ꝯfeſtiꝫ ad poꝛtas cuſtode relicto:
Ipſe altam cupidus raptim tendebat ad arcem.
Sic ſtimulante fame lupus amplum nactꝰ ouile:
Intima dum penetrat: ſocium pꝛede atqꝫ laboris
Linquit in ingreſſu: quo tutioꝛ abdita fidis
Coꝛpora deducat latebꝛis mergenda palato.
Uentum erat ad miſeri felicia tecta tyranni.
Que merſo male fida viro regina tenebat.
Hec ſubitis turbata malis in limine viſa eſt
Obuia victori: ſiquam foꝛtuna pararet
Temptatura viam: dureqꝫ leuamina ſoꝛtis.
Undiqꝫ ſiderium gemmis auroqꝫ nitebant
Atria. non illo fuerat rex ditioꝛ alter:
Dum tenuit foꝛtuna fidem. nunc fidite letis
Pauperioꝛ non alter erat. tamen omnia longe
Regia pꝛeradians vincebat lumina coniunx.
Ille nec ethereis nunq̄ꝫ ſeparandus ab aſtris
Nec phebea foret ueritus certamina vultus:
Iudice ſub iuſto: ſtabat candore niuali
Frons alto miranda ioui: multūqꝫ ſorori
Zelotipe metuenda magis: q̄ꝫ pellicis ulla
Foꝛma viro dilecta uago: fulgentioꝛ auro
Quolibet. ⁊ ſolis radijs factura pudorem.
Ceſaries ſpargenda leui pendebat ab aura
Colla ſuper. recto que ſenſim lactea tractu
Surgebant. humeroſqꝫ agiles effuſa tegebat.
Tunc olim ſubſtricta auro certamine blando
Et placidis implexa modis ſic candida dulcis,
Cum croceis iungebat honos: mixtoqꝫ colori
Aurea condenſi ceſſiſſent uaſcula lactis.
Nixqꝫ iugis radio ſolis conſpecta ſereni.
Lumina quid referam pꝛeclare ſubdita fronti
Inuidiam motura deis. diuina ꝙ illis
Uis inerat: radianſqꝫ decoꝛ qui pectora poſſet
Flectere quo uelit: menteſqꝫ auferre tuendo.
Inqꝫ meduſeum pꝛecoꝛdia uertere marmoꝛ.
Africa ne monſtris caruiſſet terra ſecundis.
Hoc planctu confuſa nouo modo dulce nitebant
Dulcius ac ſolito: ceu cum duo lumina mixta
Scintillant pariter madido rorantia celo.
Imber ubi nocturnus abit geminata ſuperne
Leuiter aerei ſpecies inflectitur arcus.
Candida purpureis imitantur floribus alme
Lilia mixta gene: roſeis tectumqꝫ labellis
Splendet ebur. ſerie mira. tum pectus apertum
Leue tumens. blandoqꝫ trahens ſuſpiria pulſu
Cum quibus inſtabilem potuit pepuliſſe pꝛecādo.
Unde nequit reuocare virum: tum bꝛachia quali
Iuppiter arctari cupiat per ſecula nexu.
Hinc leues longeqꝫ manus. tereteſqꝫ ſequaci
Oꝛdine ſūt digiti pꝛopꝛiūqꝫ ebur exꝓ̄mit vngues
Tunc laterum conuexa decent ⁊ quicqd ad imos
Membꝛorum iacet uſqꝫ pedes. illoſqꝫ moueri
Moꝛtali de more neges: ſic terra modeſte
Tangitur: ut tenere pereant ueſtigia plante
Ethereum ceu ſeruet iter: ſic nube coruſca
Obſita magnanimum uenus eſt affata tonanteꝫ.
Naufragio nati ſeu moꝛte impulſa nepotis:
Dulcis opem ſperare patris. duꝫ troia per vndas
Dum ſubterraneo tremuit pia roma tumultu.
Hac igitur foꝛma nulli ceſſura dearum
Occurrit iuueni mulier. nec cultus in illa
Segnioꝛ effigie: uarijs nam purpura gemmis
Intertexta tegit regine pectora meſte
Et doloꝛ ipſe docet miſeram: nec cuncta placere
Tempore felici poterat magis: illicet ergo
Uulnus inardeſcens totis errare medullis
Ceperat. eſtiuo glacies ceu lenta ſub eſtu

Cera uel ardenti facilis vicina camino.
Linquitur ille tuens. captiua captus ab hoſte.
Uictaqꝫ victorem potuit domuiſſe ſuperbum.
Quid non frangit amor? quis fulminis impetꝰ illi
Equandus? iamqꝫ illa gradu prouecta trementi
Eſt affuſa ducis genibus: quem vultus ⁊ arma
Ediderant. comitumqꝫ fauor. plauſuſqꝫ ſequentū
Arreptaqꝫ manu ſubmiſſa uoce locuta eſt
Si mihi victricem fas eſt attingere dextram
Captiue viduëqꝫ tuam. per numina ſupplex
Cuncta precor miſerere mei. nec magna rogaris
Utere iure tuo. captiuam mortis acerbe
Carceris aut duri licet hanc abſumere ſorte.
Eſt etenim mihi vita mori. lux ne iſta placeret
Fata coegerunt. ſtatui nimis inuida noſtro,
Tu quocunqꝫ libet iubeas. genus elige digne
Mortis. ⁊ hoc vnum prohibe ne viua maligno
Seruitio calcanda ferar. ſunt forte ſorores
Rex tibi. quas referat fortune iniuria noſtre
Ante oculos inuicte tuos. namqꝫ ⁊ ſua nobis
Fata fuiſſe vides. ſuccedunt triſtia letis.
Nec tamen ullorum fuerim preſaga malorum.
Ipſa tibi: fauſto in finem precor utere regno.
Et natis tranſmitte tuis: nulluſqꝫ nepotum
Armet in inſidias animum: mihi turbida regni
Ultima fortune nimiumqꝫ aduerſa priori
Contigerint damniſqꝫ meis laſſata quieſcat
Mitior hinc alijs. mihi ſed romana fuiſſe
Scis odia. armorumqꝫ ſolent me dicere cauſam.
Materiamqꝫ ferunt belli: nec falſa queruntur.
Eripe ludibrio miſeram. manibuſqꝫ ſuperbis
Eripe. deqꝫ mee ſpecie rex inclite mortis
Tu cui fata fauent. cui mens ſe deuouet ultro
Uideris. hec inter lachrymis perfundere terram
Ceperat. auratis ſuffigens oſcula plantis.
Immemor armorum iuuenis. cui martius ardor
Exciderat. grauidumqꝫ noue dulcedine forme
Pectus: ⁊ inſolitis ardebant viſcera flammis.
Suſpirans regina precor iam luctibus inquit
Pone modū. trepidumqꝫ animo ſeclude pauorē.
Parua petis. ſed magna feres. nā forma genuſqꝫ
Maieſtaſqꝫ animi. dignam cui plura petitis
Largiar inſinuant. igitur regina manebis
Et noſtri memoranda thori per ſecula conſors.
Ni renuis. noſtroqꝫ nocet uetus ardor amori.
Hic humilem complexus heraꝫ: multumqꝫ diuqꝫ
Ora ſalutiferis referentem triſtia plantis
Subleuat illachrymans. vnde iſta potentia ceco
Tanta deo? tantum ne leuem ualuiſſe pharetram
Ut iecur inuicti per tot fera prelia regis
Uulnere traiectum tenui proſterneret intra
Femineum imperium? vultu tandem illa remiſſo
Incipit. o regum decus: auxiliumqꝫ
Dum meruit patrie. nunc terror maximus idem.
Si mea poſt tantos vnq̃ꝫ conſurgere lapſus
Fata queant. ſpeſqꝫ vna foret poſt damna ſupſtes
Quid mihi uel longa potuit contingere vita
Letius. ad talem q̄ꝫ ſi tranſlata maritum
Dicerer. ⁊ fauſta ſubito creuiſſe ruina.
Sed quia fata premunt. ⁊ noſtris debitus annis
Finis adeſt. mihi care animos attollere fractos
Deſine. non tali pelago conuulſa ratis nat
Fortune mihi nota fides ſat magna petenti
Dona dabis mortem. que libertate retenta
Perferat hāc animā directo tramite ad vmbras.

Romanum fugiſſe luguꝫ mihi meta precandi eſt.
Cetera non auſim tibi ſed pro talibus ille
Rex ſuperum meritis grates exſoluat opimas.
Qui mea magnifico trāſcendere uota fauore
Niſus eras vultum hec dicens auertit. ⁊ illum
Compulit in lachrymas iterum. ſed parce dolori
Parce ait ⁊ noſtris oculis: quos fletibus iſtis
Mens refugit. terreqꝫ iacens nil ſuſpicit altum
Tu tamen intendas animum melioribus. ibit
Forte alio fortuna nocens. aditumqꝫ relinquet
Ad magnos placata gradus ſi dura quod horret
Mens omen. fors illa uetat. tunc ultima ſero
Mors dabitur promiſſa tibi. per ſidera teſtor
Alta poli regumqꝫ fidem. maneſqꝫ deoſqꝫ
Talia vir tremula confuſus uoce peregit.
Hinc ſeſe uacuam tulit irrequietus ad arcem
Quis queat inſtabiles animorū noſcere fluctus
Quos ferus urget amor: nō illos turbidus equet
Euripus: non ſcilla fremens non duri caribdis.
Nempe procelloſi male ſanum pectus amantis
Nulla quies habitat. non lux tranquilla dierum
Non ſua ſigna poli: non noctis imago ſerene:
Non ratibus clauum. non tutus littore portus:
Horrida perpetuo facies turbata tumultu:
Undiqꝫ naufragium ſcopuli clademqꝫ minantes
Impiaqꝫ aduerſis diſcordant equora uentis
Heu miſeri quibus huc ſubito uoluuntur ⁊ illuc
Incerti pelagi atqꝫ vie. Iamqꝫ tecta ſupremi
Intima rex thalami. ſecretaqꝫ lumina ſolus
Intrarat. tacituſqꝫ ſedens. dum ſingula ſecum
Pertractat. qua nam ille fidem perſoluat amanti
Difficilem videt eſſe viam: nam territat illum
Captiue ſtatus ⁊ miſere fortuna marite.
Romani mens alta ducis. tum nota pudici
Pectoris integritas. illam metuebat amori
Aduerſam reperire ſuo. ſed dura cathenis
Euinctum ualidis lex imperioſa trahebat
Cernentem ſua fata procul. Ceu victus in alto
Nauita: qui meſtus ſcopulos. ſirteſqꝫ uadoſas
Ante oculos videt ipſe ſuos: nec flectere proram
Arte ualens ſolita uentoqꝫ impulſus ⁊ vndis
Omnia deſperans fortune mandat inique
Et clauum ⁊ remos ⁊ uela fluentia nimbo.
Ac lachrymans in puppe ſedet. ſic naufraga regis
Mens heret compulſa quideꝫ: nec flectere quoq̃ꝫ
Orſa ualens: gemitu ſic lōgam concitus horaꝫ
Exegit uario. nunc ora nitentia coram
Cernere regine: nunc dulces fingere uoces
Ipſe ſibi. pedibus nunc oſcula preſſa manuſqꝫ
Leniter apprēſas. lachrymoſaqꝫ pectora flentis
Dulcibus vndanteſqꝫ oculos arſiſſe fauillis:
At medias inter curas: niſi forte uerendi
Frons aderat dilecta ducis: tunc improba terguꝫ
Spes dabat ⁊ domitis ſtabant precordia flāmis
Sicut ubi ardenti gelidus ſucceſſit aeno
Humor aque furor ille ſilet. paulumqꝫ tepenti
Stat ſimilis. mox aucta ſuas incendia vires
Exercent. magis atqꝫ magis. ſic ille tumultus
Pectoris oppreſſus: ſtimulis agitantibus iiſdem
Fortior admotas rōnis ſpernit habenas.
Ergo niſi vulnifico reuerentia ceſſit amori
Preſentiſqꝫ decus forme. ⁊ damnoſa uoluptas
Abſenti prelata duci eſt. caput illicet eger
Conſilium. factiqꝫ viam deprendit inanem
Et ſecum quid lentus agis. ſpecioſa himenens

Coniugia.⁊ letos blandus modo iuppiter annos
Obtulit ecce tibi.ſatis eſt meminiſſe laborum
Exul inops pꝛofugus.regno ſpoliatus auito
Per mare per terras per mille pericula ſupplex
Regibus ac populis multos erraſſe per annos.
Gaudeo.iam tempus fuerit foꝛtaſſe quietis
Nam ſi cuncta bꝛeuis numerentur triſtia vite
Nullus erit toto te nunc annoſioꝛ oꝛbe
En regnum foꝛtuna tuum quo dulcius illo
Perfruere diu:longo poſt tempore reddit
Depoſitumqꝫ refert.hoſtem qua nulla uoluptas
Maioꝛ habes vinctum.viteqꝫ ⁊ moꝛtis in ipſum
Arbiter es.qui chara tibi tulit omnia ſolus
Omnia nunc redeunt.ſimul hic poſſeſſoꝛ iniquus
Regna gemēſ reuomit.nitidiſqꝫ ſimillima niphis
Femina pꝛeterea:pꝛimo ſpoliata marito
Bellorum ſic iura uolunt occurrit ⁊ ardet
Si liceat.ſed multa timet ſibi conſcia foꝛtis
Nempe uerecunde petit id quod uoce negare
Uiſa fuit.metuens:heu qualis foꝛma gementi
Q̃qꝫ decent lachꝛyme:quid maieſtatis in illa eſt
Et quid leta foret.qualis regina ſuperbo
Alta ſedens ſolio.ſi gloria ſupplicis ingens
Captiue ſi tantus honos.pꝛoh dulcis amantum
Uita:nec altius concoꝛdia rupta querelis
Una quidem facies ſemper.mens vna duobus
Una quies.vnuſqꝫ laboꝛ.non pulchꝛius oꝛbe
Par fuerit toto niſi nos obliuia foꝛme
Foꝛte tenent noſtre genus ⁊ mens omnia tandem
Conueniunt caſuſqꝫ graues mollire ferendo
Conuenit atqꝫ etas ſpacio diſtincta quod ipſis
Coniugibus gratū eſſe poteſt.quodqꝫ ipſe notaui
Conuenit ille etiam qui ſummis infima ſolus
Equat amoꝛ:pꝛopera:nec enī tibi foꝛte timēdū eſt
Ne tua condemnet fori iuuenilia furta
Scipio:quin iuuenem iuuenis miſerebitur ultro
Uiderit ⁊ lachꝛymas ueniam pꝛeſtabit amori.
Coniugium foꝛtaſſe ſacrum:non furta uocabit.
Reginamqꝫ thori ſociam uenerabitur olim:
Mitioꝛ ille ducum.ſimul hoc affatus:amicos
Cōuocat:atqꝫ animos aperit.iubet omnia raptim
Expediant modico conuiuia culta paratu.
Atria non reboant.non tuſcus ad ethera clangoꝛ
Non comitum fremitus.non alta palatia turmis
Non crebꝛe micuere faces.fax uſſit amantes
Una duos.lachꝛymis mox extinguenda duoruꝫ.
Pulcher athlanteo pꝛoperans ſub gurgite mergi
Heſperus optatam noctem referebat:iniquos
Aſſuetus perferre dies.⁊ amantibus hoſtis
Inuida luciferi dum nomina ſuſcipit aſtri
Mentibus heu quantum noſtris caligine ceca
Illudit uentura dies.foꝛtaſſe beatus
Coniugio.ſobolemqꝫ ſibi turbamqꝫ nepotum
Rex animo complexus erat:genialia letus
Tempora noctis agens.illi non blanda mariti
Oſcula mille noui.non regni iura uetuſti
Per cunctos pꝛomiſſa deos.de coꝛde pauoreꝫ
Funditus expulerant.ſemꝑ tremefacta ſepulchꝛū
Ante oculos moꝛtemqꝫ tulit.nec ſomnia letum
Poꝛtendere aliquid.viſa eſt ſibi nempe ſecundo
Rapta viro.ſentire minas ⁊ iurgia pꝛimi
Et tremuit ſopita.licet tum uertice montis
Aerij traducta ſedens ſubiecta videbat
Regna ſibi populoſqꝫ uagos monſtrumqꝫ repēte:
Concurriſſe alium maiori coꝛpore montem
Tum uero tremuiſſe iugum cui nixa ſedebat
Impulſuqꝫ graui gelidos de uertice fontes
Deſcendiſſe duos.montemqꝫ abijſſe minorem
Inde retro.aſt illam rapido per inania lapſu
Tartara nigra quidem:⁊ ſtigiam tetigiſſe paludē
Publica finitimas ſubito perlabitur urbes
Fama gradu:victe victorem ſponte ſecutum
Coniugia.⁊ bello indomitum:ſeruire puelle
Uulgus adulterij ſignabat nomine factum
Qꝫ neqꝫ legitimis arſiſſent ignibus inter
Armorum ſtrepitus.alioqꝫ ſuperſtite rege
Coniuge.captiue victori foꝛma ꝙ vno
Uiſa die ⁊ dilecta pꝛius.ſubitoqꝫ recepta
Federe non inter patrios ex more penates
Iudicio nequit.ſed cuncta libidine ſanas
Pꝛecipitante moras fierent.ſic omnia vulgus
In peius toꝛquere loquax.iam crebꝛioꝛ aures
Fama ducis uario feruens pulſauerat eſtu
Indoluit cari facinus miſeratus amici
Dux pius hic rerumqꝫ moduꝫ ſecū ipſe reuoluēs
Intempeſtiuos eſt deteſtatus amores.
Multaqꝫ in abſentem tacitus conuitia finxit
Sic pater offenſus longinquo uerbera nato
Inſtruit:⁊ thalamis irarum fulmina fundit:
Mox vultu placito.⁊ dulci ſermone mouendus.
Altera poſt pꝛimam ſequitur.populoſqꝫ ſecundo
Fama leues rumore replet.ſuccedere caſtris
Siphaceꝫ victumqꝫ trahi.ruit obuius omnis.
Uiſendiqꝫ auidus poſitis exercitus armis:
Illum admirari.atqꝫ illum celebꝛare frequentes.
Hunc illum bello ingentem:regniſqꝫ ſuperbum
Romanum.penumqꝫ ducem:qui viderit vno
Tempore ſub laribus pacem ueniamqꝫ pꝛecātes
Cuiqꝫ duos mundi dominos.non multa puderet
Blandiri:cui certatim ſolemnia tanq̃
Uota deo fierent.cui regum maximus olim
Maſſiniſſa metu toto conceſſerit oꝛbe
Quem facie turbata noua foꝛtuna rotaſſet
Ad terram impulſu ſubito.vix credula tante
Coꝛda rei ingentis lapſu ſtupefacta ruine
Siquis athon videat uerſo ſeu uertice olimpum
Egeis cecidiſſe uadis ericiſqꝫ tuumqꝫ
Apennine caput:tyrrena ſub equora merſum
Non credat ſatis ipſe ſibi.ſed ſomnia uanis
Plena putet monſtris.rex inter talia magno
Concurſu inuehitur ducis ad tentoria noſtri
Heu quantis foꝛtuna dolis moꝛtalia peſſum
Omnia das.quantum ſublimibus inuida regnis
Hec magnis pꝛomiſſa lues.hec meta bonorum
Stare parum ⁊ ruere.hic regum rex ille ſuꝑmus
Mancipium uenale iacet.trahiturqꝫ cathenis
Obrutus ⁊ multo circunuallatus ab hoſte
Contigit heſperij mentem ducis illa uetuſti
Hoſpitij neglecta fides blanduſqꝫ ſerene
Uultus amicitie conſpectus iunctaqꝫ dextre
Dextera.confeſſuſqꝫ thori.ac pꝛeſentibus illa
Maieſtas collata malis.tandemqꝫ pꝛofatur
Quid tibi uane ſiphax uoluiſti.vnde iſta furenti
Mens adeo tranſuerſa tibi.pacti ne repulſa
Auxilij contentus eras:niſi bella moueres?
Dixerat.ille animo vultuqꝫ immotus eodem
Perſtitit.ac ſero vix longa ſilentia fregit.
Nil mihi magnanime ⁊ noſtri dux maxime ſecli
Nil grauius foꝛtuna tulit.q̃ꝫ frigida campis
Linquere q̃ꝫ medijs moriens hec membꝛa nequi:

Armorum inter ſtragem cumuloſqꝫ virorum:
Penarum mihi ſumma quidem ꝙ viuere bello
Contigit exhauſto.nec enim nunc ora viderem
Hec mihi perfidie meritam renouantia litem
Aſt ego ſi miſeris liceat credenda pꝛofari:
Et queat in grauibus uero locus eſſe cathenis
Uera loquar.pꝛimūqꝫ omnes meruiſſe fateboꝛ
Sponte cruces.qui ſacra uolens.qui iura fideqꝫ
Faſqꝫ piumqꝫ ſimul conuentaqꝫ federa tanti
Hoſpitis:exigua turpiqꝫ libidine victus
Calcaui:teſteſqꝫ deos memoreſqꝫ malorum
Sed que cauſa grauis:que triſtis origo ruine
Foꝛſitan ignoras.ego nunc ueriſſima paucis
Expediam.non illa meum releuantia crimen
Quin potius iuſti ſtimulos auctura pudoris.
Femina cum pꝛimum laribus fuit aduena noſtris
Auſpicijs inuecta malis.atqꝫ alite toꝛua
Tunc perij perijtqꝫ fides ⁊ gloria nobis
Excidit.ac ſceptrum manibus.diademaqꝫ fronti
Pꝛodita tunc tacitis arſit mea gloria flammis.
Funereas tulit illa faces.potuitqꝫ doloſis
Flectere blanditijs animū.lachꝛymiſqꝫ malignis
Hoſpitis illa ſacri.fame ſuperumqꝫ deorum
Reddidit.immemoremqꝫ mei.quid te moroꝛ illa
Illa ſuis manibus miſero tulit arma marito.
Induit illa latus.capiti tunc caſſida caro
Tum gladium dextre clipeum dedit illa ſiniſtre
Increpuitqꝫ tubaꝫ.trepidumqꝫ atqꝫ arma pauētē
Impulit ambiguam in moꝛtem.tecumqꝫ coegit
Aduerſis certare deis.quando agmina campis
Contulimus ſtetimuſqꝫ acie.fuit exitus ille
Erroris mihi crede mei.placuiſſe pꝛophanos
Amplexus.fuerant huius pꝛimoꝛdia caſus
Coniugioqꝫ heſiſſe fero.pꝛoh regia uere
Regia ⁊ innumeris nuptura ſine oꝛdine coniunx
Regibus hoſtiles nunc tranſlata penates
Igne cremes ſimili:niſi me pꝛeſagia fallunt
Et facies mecum hoc ueniet ſolamen ad vmbꝛas
Dixit ⁊ obticuit grauiter turbatus ⁊ imo
Lumina meſta ſolo referens.iam ſenſerat iras
Scipio.namqꝫ oculos ⁊ ſtigmata clara loquētis
In vultu:nimium offenſi ſpectarat amoris.
Hinc magis atqꝫ magis cari ſcelus hoꝛret amici
Iuſtus amoꝛ regi quoniam ſi digna querele
Maſſiniſſa tibi fuerat non iuſta rapine
Cauſa furoꝛ.ſtimuliſqꝫ repens impulſa libido
Turpibus.hec inter regem ſub clauſtra recondūt
Fama recens latis ſenſim crebꝛeſcere caſtris
Cepit adeſſe duces.victriciaqꝫ agmina regis
Ac lelij.placido uenientes ſuſcipit ore
Scipio.laudatos populo ſpectante decorat
Muneribus largis.abſtractum deinde ſeoꝛſum
Sede locat regem iuxta pꝛocul atqꝫ remotis
Teſtibus alloquitur.Niſi me tua maxima longe
Maſſiniſſa diu virtus ſperata fefellit
Non tibi cauſa tuum fuerit niſi magna videndi
Scipiadam.fideiqꝫ mee tua credere fata
Ut malles.ueteres ſic aſpernatus amicos
Africa nam uaſtis latio diſiungitur vndis
Nec minus alternis diſcamus moribus.ergo
Grande aliquid tibi cauſa vie fuit.equore tanto.
Tot bellorum inter fremitum mundiqꝫ tumultus
Certe ego ſi pꝛopꝛio mihi non ſoꝛdeſcit in ore
Gloria.non alia tantum virtute ſuperbum
Me fateoꝛ.qꝫ ꝙ blande mihi frena tenere
Frena uoluptatis videoꝛ non hoſtis in armis
Obuius:aut flammis reſonās vndantibus ethna
Euboice non ſic fundo grauis eſtus ab imo
In cumulos ſurgentis aque metuendus ut iſta eſt
Turba uoluptatum.que circumfuſa tenet nos
Pꝛecipue tamen hec nitide ſuſpecta iuuente
Peſtis.⁊ etati pꝛetendit retia noſtre.
Equoꝛ enim ſilet interdum.grauis ethna quieſcit
Dura nimis.luctuſqꝫ grauis.ſimul oſcula trunco
Fixa diu tenero:vitaqꝫ abeunte tepenti.
Atqꝫ ideo ſimiles regis miſeratus amores.
Intulit occeano vultus lachꝛymoſaqꝫ lauit
Ora cadens noctiqꝫ ſuas permiſit habenas
Scipio.nulla etenim dederit foꝛtuna quietem
Ni mediocris erit nam triſtioꝛ illa dolores
Leta uehit curas.per noctem ſingula ſecum
Ancipiti cum mente rotat.num territa pulſet
Menia penorum:⁊ turres carthaginis an ſe
Extremos fundat libie uaſtatoꝛ in agros.
An requiem feſſis paucorum foꝛte dieruꝫ
Pꝛebeat equitibus peditumqꝫ det ocia turmis
Illa recurſabat potioꝛ ſub pectore cauti
Cura ducis.quibus inde vijs captiua per altum
Agmina penorum latio tranſmittat ouanti
Pꝛecipue in rege.regiſqꝫ in coniuge multum
Angitur ⁊ quantis uelit hos cuſtodibus ire
Cui tantum committat onus.ſic anxius heret
Mercatoꝛ cui nota vie ceſſere ſecunde
Et lucri foꝛtuna fuit.nunc cogitat aurum
Ac gemmas qua puppe uehat.pꝛecioſaqꝫ rerum
Quiqꝫ ratis cuſtos placeat.non carioꝛ uſqꝫ
Ullus erat lelio.nulli felicius altos
Credere conſuetus laſſata mente labores
Hunc igitur noctis medio uocat.admonet arma
Nauibus imponat.lectoqꝫ ut remige centum
Inſtruat.hac patrie acceſſurus littora claſſem
At miſero multum diuerſa fluebat amanti
Nox ea cum lachꝛymis.quas ſeſe uertat in artes
Quos uocet ille deos.p̄cibus quib⁹ atra relaxet.
Stamina parcarum ⁊ dilecte tempus amice.
Nunc uenit in mentem cara cum coniuge raptim
Herculeas ſubita linquentem claſſe columnas.
Foꝛtunatorum famam temptare locorum
Nunc recta penetrare via carthaginis alte
Menia ⁊ ad ueteres humilem ueniamqꝫ petētꝫ
Pergere cum gemitu ⁊ dulci cū coniuge amicos
Nunc ferrum laqueoſqꝫ ſibi pꝛoperataqꝫ moꝛtis
Inſtrumenta manu.triſteſqꝫ intexere nodos
Auxilioqꝫ necis tantos finire dolores
Sepe manus gladiuꝫ tetigit pudoꝛ obſtitit vnus
Non metus incepto.vidue non anxia vite
Dulcedo.ueritus famam maculare perenni
Crimine continuit.capulumqꝫ animumqꝫ remiſit
Uoluitur inde thoro.quoniaꝫ ſub pectore pernox
Seuit amoꝛ.lacerantqꝫ truces pꝛecoꝛdia cure
Uritur.inuigilant meroꝛ metus ira furoꝛqꝫ
Sepe etiā abſentē lachꝛymans dū ſtringit amicaꝫ
Sepe thoro dedit amplexus.⁊ dulcia uerba
Poſtqꝫ nulla ualent violento frena dolori
Incipit ⁊ longis ſolatur damna querelis.
Cara mihi nimium:vita mihi dulcioꝛ omni
Sophoniſba uale.non te mea cura videbo
Leniter ethereos poſthac componere vultus
Effuſoſqꝫ auro religantem ex more capillos
Dulcia non celum mulcentia uerba deoſqꝫ.

Oris odorati ſecretaqꝫ murmura carpam.
Solus ero.gelidoqꝫ inſternam membra cubili
Atqꝫ utinam ſocio componar amica ſepulchro
Et ſimul hic uetitos illic concorditer annos
Contingat duxiſſe mihi ſors optima buſti.
Si cinis amborum commixtis morte medullis
Unus erit.ſcipio noſtros non ſcindet amores.
O utinam infernis etiam nunc vna latebris
Umbra ſimus.liceat pariter per clauſtra uagari
Mirtea:nec noſtros ſcipio diſiungit amores
Ibimus vna ambo flentes. ⁊ paſſibus iiſdem
Ibimus eterno conuexi federe.nec nos
Ferreus aut equos ſcipio interrumpet amores
Inuidioſa deis herebi:populoqꝫ ſilentum
Ac cereris genero:cunctiſqꝫ beatior vmbris
Umbra ferar.dulces nec ſcipio franget amores
Ille quidem aſtrigeros tractus celumqꝫ tenebit
Dux ſacer.humanis in totum moribus impar
Nec uolet infernas ſedes.aut pallida dicis
Regna ſequi.aut cupidos iterū turbabit amātes
O utinam libicum nunq̄ꝫ tranſiſſet in orbem
O utinam latiis ſemper manſiſſet in oris
Quid precor heu demens.ſi non ueniſſet:amice
Et decor ⁊ ſpecies:facieſqꝫ ſimillima.ſoli
Non mihi nota fores.ſine qua nec vita fuiſſet
Grata quidem pariter quanta eſt diſcordia:vitam
Abſtulit.ac tribuit ſcipio dulciſſime raptim
O utinam romam victricia ſigna tuliſſes
Captiuo cum rege prior:reginaqꝫ retro
Manſiſſet non viſa tibi.quid ſurda precamur
Numina.caſtrorum dominus:victorqꝫ ſuperbus
Captiuam petit ecce ſuam.dabimus ne.ſed urget
Importuna precum ſpecies nocitura precari
Sed rogat.at vultu tacito mihi multa minatur
Sed rogat.ac durum precibus latitare ſub iſtis
Imperium agnoſco:parebimus:at prius horrenſ
Iuppiter admoueat.capiti ſua fulmina noſtro
Hoc tellus uoret alta latus.pelaguſqꝫ per amplū
Impia falſiloqui ſpergantur viſcera regis
Ergo ego romano placitum quia ſancta reuellam
Federa coniugii.licuit ſine coniuge regem
Uiuere.⁊ id ſatius fuerat quia celibe vita
Scipio noſter erat.ſponſe nunc pacta negare
Non licet aſt ingens: ⁊ inexorabile turbat
Imperium:quid agam morieris munere cari
Sophoniſba viri morieris munera ſeuo
Hoc placuere ioui.ſic nec captiua traheris
Littus ad italie:viribus ſubiecta latinis
Nec noſtros illuſa dolos ſic poſſe videris
Aut fractam culpare fidem moriere quis ergo
Finis amoris erit.mors effera parcite cuncti
Celicole:calcanda fides fugiamus in orbis
Ultima ⁊ ignotas lybie penetremus harenas
Eſt ubi ſerpentum regio tutiſſima nobis
Tutior hac patria.nec enim uenturus ad illam
Eſt ſcipio nec peſtiferi vis ulla ueneni
Tam pulchros leſura pedes.mihi forſitan ipſa
Ignoſcent ſpectante fere.dulciſſima coniunx
Stat fugere. ⁊ te impendenti ſubducere morti
Pauperiem letus tecum.exiliumqꝫ fugamqꝫ
Meſtaqꝫ cuncta feram.ſed nec ſequerere uocantē
Femineos ſi noui animos.regina ſupremo
Sueta ſedere loco. ⁊ q̄ꝫq̄ꝫ ſequerere.parati
Nil habeo.atqꝫ omnis romana potentia paſſus
Claudit. ⁊ extremo ſcipio notiſſimus orbi eſt

Somnia nunc tacite quondaꝫ mihi tēpore noctis
Uiſa recognoſco turbate horrendi quietis.
Non ſatis intellecta prius tu ne illa fuiſti
Candida proſtrato per vim ſubducta marito
Serua.ſed imperio tandem paſtoris iniqui
Cuſtodi prerepta nouo.tunc nempe placebas
Uel ſic viſa mihi.ſed quid coniuncta ferebat
Mors tua.dii viſis omen remouete malignum
Permetuo.nam cuncta ſibi conſtantia certo
Ordine cernebam.ne me ſopor ille fefellit
Quid faciam:moriere igitur:moriere profecto.
Nil aliud ſupereſt.coniunx miſeranda.tibiqꝫ
Auctor mortis ego.ſed que mihi vita futura eſt
Scis uenus ⁊ celo proſpectans iuppiter alto
Mortales actus.noſtroſqꝫ hoc orbe labores
Quis mihi uerba dabit placitas ducentia noctes
Aut grauis ingentes animi mulcentia curas
Quis dabit amplex⁹.quis ue oſcula dulcia iūgat
Te ſine dulce nihil.quid prodeſt regia largo
Agmine ſeruorum.tyrio quid lectulus oſtro
Comptus . ⁊ innumeris inſtrata palatia gemmis
Quid diadema iuuat lati quid gloria regni
Uror. ⁊ aſſiduis torquentur pectora flammis.
Heu mihi dulcis adhuc . dulcis poſt buſta.ſereni
Quo fugiunt vultus.hinc iam te cura ſupremum
Uiuentem deflere iuuat ſophoniſba deorum
Atqꝫ hominum decus eximium: quaꝫ nr̄a tulerūt
Tempora ſiderei exemplum ſpecimenqꝫ decoris
Que faceres conſpecta fidem.ſupra aſtra:qs ipſiſ
Splēdor ineſt ſuperis.qualis q̄ꝫqꝫ alma uenuſtat
Forma deas.aduerte pias hiis fletibus aures.
Hei miſero.fuerat quoniam meminiſſe iocundum
Lumina ſidereis mulcentibus ethra fauillis
Alma ſub exiguo claudentur condita buſto
Lumina magnorum.mentes tractura deorum
Lumina durorum.rabiem fractura virorum
Lumina que mihi me abſtulerāt:curaſqꝫ minores
Candida frons.auro circuncriſpante decora
Frontibus humanis anguſtior.abdita ſaxo
Stabit in anguſto riſus qui ferrea fugit
Pectora:qui celum.qui circunfuſa ſerenat
Nubila tartareum ruit irrediturus ad antrum
Heu mihi felices anime.quibus illa repente
Lux oriens ueteres ueniet purgare tenebraſ.
Heu bene progeniti.quibus illa videre licebit
Que mihi mors inuiſa rapit.pes lacteus atram
Diuino celerante gradu conſcendere cimbam
Iuſſus tranſiliet:lethei gurgitis eſtum
Fortunate caron:utinam mihi flectere clauum
Contingat ueteramqꝫ diu contingere ripam
Tuqꝫ mei interea ſerues moderamina regni
Inuidioſe ſenex.quando hec tibi monſtra videre
Contigit.aut ullo poſt hac continget in euo
Uidiſti ethneo raptam ſub uertice nigri
Uxorem tranſire thori nec vultus eliſſe
Te latuit noſtre.facies nec gorgonis horrens.
Nec que ſatiferum laqueo pendente ſecuta eſt
Laodomia virum:ne te pulcherrima procris
Nec teucrum peſtis.minoiſqꝫ altera proles
Altera nam celum tenuit ſtellante corona
Sed cui tantus honos:cui tante gloria forme
Crude ſenex:mihi crede parem non ulla videbunt
Secula nec rerum laudatrix magna ſuarum
Etas prima tulit:viſa tangere iuuenta
Ardebis mihi crede ſenex:me forſitan illac

Coniugis infauſte ueſtigia cara ſequentem
Tardius excipies ueniam nec tempore multo
Hic mihi carcer erit proh ſi prohibemur adire
Corporeoſqꝫ iterum vis eſt remeare ſub artus
Occidimus.tu parce ſenex atqꝫ arbiter equus
Igne pari flagrans iuuenilibus annue flammis.
Cerbere ſi potuit nates rodopeius iram
Frangere uoce lire.facies nunc coniugis iſta
Quid poteris conſpecta tibi.conſpectaqꝫ regi
Tartareo uereor ne noſtros captus amores
Temptet.⁊ annoſe redeas proſerpina matri
Sōnia ſunt que fingis amans ⁊ falleris amens.
Maſſiniſſa diu felix ſi rara fuiſſent
Munera fortune.modo ſed meſtiſſime.regum.
Pone moduꝫ lachrymis.metāqꝫ ipone querelis.
Dulce meuꝫ decus atqꝫ anime pars altera noſtre
O breue ſolamen.longus dolor:inclita coniunx
Ibis.ad eliſias directo tramite ualles
Et mihi morte tua gemitū lachrymaſqꝫ relinques
Sed ſequar.hec miſeri ſuperant ſolatia morbi
Obticuit ſubijtqꝫ ſopor.tum feſſa parumper
Membra quies ſenſim ſubrepens tarda fefellit
Multa ſed in ſomnis queſtus.celumqꝫ chaoſqꝫ
Fortunamqꝫ feram incuſans hominesqꝫ deoſqꝫ
Ecce parum fauſto finem poſiturus amori
Phebus ab occeano rediens ſurgebat eoo
Concrepuere tube.ſurgit tremefactus ⁊ iras
Suſcitat.ac queſtu ſe ſepe reuoluit eodem
Poſtq̄ꝫ caſtra videt fremitu teſtantia motum
Et metuit mandata ducis:vimqꝫ affore credit
Si negat horrendum dictu ⁊ miſerabile ſumit
Conſilium.quid triſtis amor dabat.aurea fido
Pocula dat ſeruo.cuſtodia dira ueneni
Credita cui fuerat rex hec vndantia ſummo
Ac ſuperinfuſa cernens ſpumantia morte
Uade ait.⁊ miſere mea triſtia munera perfer
Regine.ſcriptoſqꝫ deos abſolue.fidemqꝫ
Me promiſſorum memorem ſciat illa ſecundum
Impleo ſunt ſuperi teſtes.erat altera longe
Conditio mihi grata magis:temptataqꝫ fruſtra
Eſt via:ſiqua foret per quam regina maneret
Coniugio contenta meo:romanus ab alto
Dux uetat.hinc noſtri:ſic dij ſtatuere poteſtas
Fortunaqꝫ iubente data eſt.ſibi conſulat ergo
Cogitet vnde ruens quo ſit proſtrata quis illam
Exitus excipiat viduatam nomine noſtri
Inſuper ⁊ primi reuerentia quanta mariti
Quanta patris virtus.tituliſqꝫ ⁊ ſanguine dignū
Conſilium paret ipſa ſibi.quod poſſumus vnum
Inſtrumentaqꝫ fuge libertatiſqꝫ paramus
Hec ait.atqꝫ oculos lachrymis auertit onuſtos
Nuncius accelerans regine ad limina pulſat
Munera dira ferens.pannis anus obſita ⁊ annis
Proſilit.atqꝫ habituꝫ:conſpectaqꝫ pocula narrat.
Subſtitit attonite ſimilis:ſimiliſqꝫ pauenti
Nec remorata diu:poſitoqꝫ inſtincta pauore
Ingrediatur ait.ſtat terre lumina fixus
Et peragit commiſſa tremens.itercipit illa
Suſcipio mandata libens:nec dona recuſo
Regia.ſi maius nihil eſt quod mittere dulcis
Poſſet amans.certe melius moriebar in ipſo
Funere ni demens nupſiſſem.numina teſtor
Conſcia.non aliquid quoniam de coniuge caro
Sit niſi dulce mihi.ſed ſidera promptius alta
Terrenis ut erant vinclis exuta petebam
Hoc refert extremū.⁊ mortis mihi teſtis adeſto
At uos celicole.⁊ qui maria ampla tenetis
Quiqꝫ locum mundi medium ſtigiaſqꝫ tenebras
Quas adeo licet ante diem ſi iuſta precandi
Materia eſt.preſtate pias hijs queſtibus aures.
Audiat.⁊ celum ⁊ pelagus:telluſqꝫ profunda.
En morior mortiſqꝫ magis me cauſa dolere
Q̄ꝫ mors ipſa facit:quid enim commertia tangunt
Noſtra duces latios?en quanta ſuperbia genti?
Non ſatis eſt hoſtem regnis ſpoliaſſe paternis
Libertate animos ſpoliant.⁊ rite coactis
Coniugijs ſanctoqꝫ audent irrumpere amori.
Ac pactos laniare thoros.victoria poſtq̄ꝫ
Fata poteſt eterna iouis.ſint ultima vite
Triſtia:⁊ eximijs ſua roma ingrata tropheis
Exul ut a patria deſerto in rure ſeneſcat
Solus.⁊ a fidis longe ſemotus amicis.
Ne videat ſibi dulce aliquid:qui dulcia nobis
Omnia preripuit.tum chari iniuria fratris
Exagitet doleatqꝫ ſuos non equa ferentes.
Filius extremos inglorius aggrauet annos
Indigno tandem atqꝫ inopi claudare ſepulchro.
Iratuſqꝫ tibi ⁊ patrie moriare relicte.
Scipio.⁊ infames ſaxis inſcribe querelas
Tu quoqꝫ finitimo ſemper quatiare tumultu
Si ſecum poſthac coniunx chariſſime firmum
Fedus habes.videas obeuntes funere natos
Intempeſtiuo:⁊ fedatos cede nepotes
Alterna.ueniens illa de gente cruentus
Ruſticus inſultet generi per vulnera ueſtro
Et trahat ante rudem iunctos per menia currum
Obruet ⁊ ex uobis proprios tua roma triūphos
Dixerat.ac circum gemitum lachrymaſqꝫ videres
Aſtanteſqꝫ fero attonitos intendere fini.
Illa manu pateramqꝫ tenens ⁊ lumina celo
Attollens.ſol alme inquit ſuperiqꝫ ualete
Maſſiniſſa uale.noſtri memor.inde malignum
Ceu ſitiens haurit non mota fronte uenenum
Tartareaſqꝫ petit violentus ſpiritus vmbras

¶Argumentum libri ſexti.

Ulla magis ſtigia mirantū obſeſſa corona
n Umbra fuit quōdā.uerit⁹ tē triſtia magn⁹
Scipio ꝑmulcet cunctos:⁊ pectora regis
Lelius in patriam latia cum claſſe ſyphacem
Conuehit:inde ducis monitu phynecta cohortes
Circum caſtra locant.dubij ad tentoria peni
Terdenos miſere viros:qui ficta loquantur
Scipiade:geminos obſeſſi ad menia fratres
Italia reuocant:flens dulcia deſerit arua
Hannibal:aſt medio carus perit equore mago.

¶Incipit liber ſextus.

Ulla magis ſtigios mirātū obſeſſa corōa
n Umbra lac⁹ ſbijt.poſtq̄ꝫ diuiſa triformis
Partib⁹ hab̄ eqꝫ ſtetit igēꝫ machia mūdi
Obtuitu attonito ſtabāt horrētia circum
Agmina penarum.ſparſoqꝫ regentia villo
Eumenidum tacitis inhiabant rictibus ora
Regia vis oculis inerat.palloreqꝫ uerendus.
Et uetus egregia maieſtas fronte manebat.
Indignata tamen ſuperis.irataqꝫ morti.
Ibat ⁊ exiguo defigens lumina flexu
Iudicis inferni poſtq̄ꝫ ad pretoria uentum eſt
Iniecit ſibi ſeua manum canentia minos
Ora mouens dixit:ſit carcere clauſa ſecundo

Quem ſontes habitant anime quib⁹ ultima vite
Cura fuit neglecta ſue:rodomantus acerbo
Judicio firmabat idem.iam prendere meſtam
Ceperat immanis lictor:tunc maximus alte
Eacus exclamat.ſiluerunt turbida late
Tartara:trans ſtigiam uox eſt audita paludem.
Mortis amor cauſa eſt.lucemqꝫ coacta reliquit
Tertia clauſtra ſibi ſunt legibus addita noſtris
Huc eat immerite neqꝫ hec iniuria noſtra
Accedat nunc uoce recens.ſatis aſpera vite
Manſit apud ſuperos fortuna.⁊ mortis acerbe
Aſſenſere pari circum clamore fouentes
Umbrarum populi ⁊ nigri linentia regni
Concilia.Haud aliter q̄ꝫ cum ſententia captum
Turpibus addixit laqueis:crucibuſqꝫ:uel igni
Mens bona.que non ſupplicio:ſed ſorte mouetur
Infami:trepidatqꝫ tamen generoſior at ſi
Conditio mortis ſubito datur.altera frontis
Effigies.vultuſqꝫ alius formatur:⁊ extra
Pectoris apparēt lachrymis noua gaudia fuſis.
Letior ipſa quidem poſitaqꝫ decentior ira
Optatos viſura locos:regina modeſtis
Paſſibus ingreditur.iuuenum cui cingit utrunqꝫ
Turba latus.ueteris repetens quaſi ſomnia vite
Haud procul a ripa lethei fluminis illa
Que capit expoſitos inamenaqꝫ mittit in antra
Planities obſcura iacet.que collibus atris
Cingitur .hic latis eterna ſilentia campis
Mirteaqꝫ vmbriferoſ uetus ambit ſilua receſſuſ.
Nō hic armorum ſtrepitus ſtudiuꝫ ue frementuꝫ
Cornipedum.non cura canum:pecudūqꝫ boūqꝫ
Sed labor ⁊ lachryme.⁊ longo ſuſpiria tractu
Et macies.odiumqꝫ ſui palloꝛqꝫ ruborqꝫ
Et male ſuadus amor ſcelus ira fideſqꝫ doliqꝫ
Furtaqꝫ blanditijs immixta.iocuſqꝫ dolorqꝫ
Et riſus breuis ⁊ ficto periuria vultu.
Crebraqꝫ ſub raris habitant mendacia ueris
Jlla per anguſtas fauces ingreſſa ſub ipſo
Limine clauſtrorum laqueo ſua colla prementem
Cernit yphim.⁊ nimio conſumptaꝫ biblida luctu
At procul ingenti latitabat mirra pudore
Frondibus ora tegens.iterum ſpoliator auerni
Orpheus euridicen fruſtra reuocare parabat
Maximus extremo nemorū uagus ibat achilles
Palidaqꝫ immiti ſignabat gramina paſſu
Aduerſa regione paris ceu nota timeret
Arma hoſtis.greſſu tacito properabat.at illum
Triſtior oenone a tergo lachrymoſa uocabat
Jpſe alio tendebat iter.tum regia virgo
Et mundo matrona nocens.tot cauſa dolorum
Turnus ⁊ ipſe dolens rapta de coniuge campis
Errabant.mediaqꝫ duos in ualle videres
Soliuagus lateri herentes.alternaqꝫ collo
Brachia tendentes heu feliciſſima tiſbe
Suſpirans inquit placuit ſeruatus auerno
Dulcis amor tantum nullis inuiderat vmbris
Nuſq̄ꝫ adeo chari meminit deſerta mariti
Nequicq̄ꝫ namqꝫ ille ſenex moriturus ⁊ annis
Laſſandus vite uenturus ad ultima longe eſt
Heroumqꝫ gregeſ diuerſaqꝫ clauſtra tenebit.
Poſtq̄ꝫ fama fere uolitans prenuncia mortis
Jn vulgus effuſa ruit tunc vna per omnes
Jt pietas:tote lachrymis maduere cohortes.
Hunc ſors regine mouet:hunc iniuria regis
Qui ſcelera accumulans:maiori crimine crimen
Diluit.hunc ingens duro conſtantia leto
Feminea.⁊ nulli non admiranda virorum.
Scipio permetuens iuuenis ne forſitan ardens
Nunc etiam gemini ſceleris ſibi conſcius in ſe
Conſulat aſperius quicq̄ꝫ pro tempore blandis
Mitigat aloquijs caſtigatumqꝫ modeſte
Temperat ⁊ curis cupit exonerare malignis
Proxima ſic dubij medicus diſcrimina morbi
Agnoſcens egrum placido ſermone moratur
Ac monet.⁊ proprij immemorem uelit eſſe pericli
Altera nox feſſum curis:vigilemqꝫ ſopore
Reddidit amore.iam lucifer aſtra premebat
Candida:iamqꝫ dies pelago ueniebat ab indo:
Jam uolucrum dulces ullo ſine fine querele
Audiri ⁊ nocturna ſilentia rumpere progne.
Surgit ⁊ effuſas iuſſo precone cateruas:
Congregat.ac medio ſublimis ab agmine fatur:
Romani proceres.felicia caſtra ſecuti
Uictores quos heſperie tot preſſa per annos
Terra tulit.quos innumeris nunc africa ſentit
Cladibus extremis iamiam ſenſura ruinis
Jntentas adhibete aures.⁊ corda precanti
Prona duci.me uera quidem:⁊ compta profari
Teſtis ab excelſo proſpectans iuppiter eſto
Gloria tam longi nunq̄ꝫ mihi uana laboris
Cauſa nec imperij fuerit damnoſa libido
Sed patrie pregrandis amor.qui noſtra uadoſis
Sirtibus.oceanoqꝫ alternat caſtra frementi
Hoc duce ripheas nudus tranſire per alpes
Non uerear gelidum cum bruma reduxerit annū
Eſtiui medio armatus nec in ore leonis
Ethiopum penetrare latus ſitientiaqꝫ arua
Nam mihi uel dubij certa eſt victritia martis
Uel mors leta quidem:patrie mea vita ſaluſqꝫ
Non mihi debetur.pia debita perdere ſoluens
Nil uideor.nunc iſta tamen quo tendere pergant
Expediam breuibus:uos me per cuncta ſecuti
Aſpera.ſupremo mentes aptate labori
Finis adeſt.ſummūqꝫ decus mihi menia circum
Cingere propoſitum.⁊ ſeue carthaginis urbem
Aut redit his:cui cuncta vni ſua vulnera ſeruat
Perfida gens noſtre tantum aduerſata ſaluti
Tum latio interrupta quies nobiſqꝫ perennis
Fama uenit.belli fato querenda ſupremi
Aut manet.⁊ victum cunctatio ſola fatetur
Jndefenſa mihi tellus dabis impia dignum
Supplicium.⁊ ceſos purgabis ſanguine ciues
Rura ne barbaricis pedibus calcanda fuerunt
Jtalie.nobis animos tam iuſta negabit
Ultio.quin etiam qđ uel meminiſſe moleſtum eſt
Menia noſtre urbis.capitoliaqꝫ alta minaci
Cominus ille fremens vir lumine viderit vno
Nos muros ſpectare ſuos que cauſa uetabit
Non mihi ſi campis ueniat mars ille ſecundus
Penorum armatus ſtigiaqꝫ reuerſus ab vnda
Quatuor atqꝫ truces quos pauit in arma leones
Alterno cingant latus ordine pectora contra
Ferre reformidem.ſic me ſpectata querites
Ueſtra monet virtus.at nunc pater inclit⁹ vmbris
Occubat infernis natorumqꝫ omnis ad vnum
Turba redit latius iugulos ſic enſis in illos
Fulminat.iſte autem per ſecula tanta ſuperſtes
Quid niſi ſerus honos ⁊ noſtre gloria dextre eſt
Sic vixiſſe diu finis ſibi fuructus honeſti
Hac tandem feriere manu licet aſpera iactes

Prelia ⁊ aduerſa romanos cuſpide fixos
Gloria prima tamen mortis tibi cognitus auctor
Scipio: ⁊ in tumuli ſcribēdū hoc marmore nomē
Nunc agite egregijs animos preparate triūphis
Ultores patrie tuqꝫ o decor inclite regum
Maſſiniſſa ingens.quem nec turbata fatigent
Equora.nec toto deſcendens iuppiter igne
Non ferus infeſto concurrens numine mauors
Accede. ⁊ noſtris animum ſermonibus offer
Magna tibi hoc bello virtus multuſqꝫ deorum
Eſt fauor agnoſco.nunc urbis munera noſtre
Munera pro meritis fateor tibi parua ſed arram.
Maiorum mihi crede damuſ.viden ecce fremētē
Cornipedem.letum phaleris.auroqꝫ ſuperbum
Neſcit ut eſſe loco.fulgentes reſpice currus
Cetera quin etiam que circunferre triumphis
Romani ſtatuere duces.ut iaſpide crebra
Texta corona micat rutilo riget integer auro
En crater quantoqꝫ manum grauis īplicat orbe
En habitus ſacra quo nil conſpectius urbe
Noueris.ipſe animis pridem romana quid eſſet
Uirtus mortales inter te noſſe fateris
Quod neſcire potes:nulli tam clara ſolemus
Externo preſtare viro.tibi noſtra ſed vni
Arma:habitum:titulos nomenqꝫ decuſqꝫ libenti
Mente damus.te participem ſociumqꝫ licebit
Eſſe triumphorum.nobis quos noſtra pararit
Fortuna.in medio ſedes tibi certa ſenatu
Semper erit noſtro.cinis monumenta tenebis
Omnia romulei.ſtabilem ſociumqꝫ ⁊ amicum
Te ſalutamus regem.tum tu optime leli
Hanc auro gemmiſqꝫ grauem geſtare coronam
Dignus habe.captoſqꝫ trabēs.primūqꝫ ſyphacem
Maturabis iter pelago ſtat claſſis aperto
Et placitum ſpirante fretum ſubſternitur auſtro
At uos o ſocij certaminis atqꝫ laborum
Emeritas laudes. ⁊ premia digna feretis
Cum nos laurigero capitolia celſa prementes
Leta videns curru:cum circunfuſa fauentum
Milia victorum plauſum fremitumqꝫ iocoſqꝫ
Maxima ſepteno ſpectabit uertice roma:
Quem mihi fata diem nunqꝫ mentita propinquū
Promittūt.Sic fatus erat.iamqꝫ vndiqꝫ magnꝰ
Conſurgens letuſqꝫ fremor pulſabat olimpum
Ante omnes meritas grates expendere certant
Rex.leliuſqꝫ duci ſpeſqꝫ ingens addita regi
Abſtulit antiquas.aliamqꝫ in viſcera curam
Intulit.ut regni poſſet protendere fines
Pauperis.hoſtileſqꝫ ſuis adiungere terras
Quod ſperare quidem fors illius atqꝫ potentis
Scipiade promiſſa dabant.Ceu retibus anceps
Aſpiciens uolucrem ſubito diſcedere paruam
Conqueritur.mouet exigui ſpes perdita lucri
Maior inopina mox ⁊ generoſior ales
Parte poli tenſis ſi forſitan aduolet alis
Erigitur recipitqꝫ animos.ſpeſqꝫ ampla futuri
Preteriti meminiſſe uetat:Sic prima ſecunde
Cura parum ſolido ſub pectore ceſſit amantis
Uictor amoris amorqꝫ:libidine victa libido eſt
Proxima nox alia tranſiuit imagine ſomni
Non habitus non inceſſus:non vultus amice
Ante oculos.non uox iterum exaudita gementis
At ſolium.atqꝫ urbes.at fortibus oppida muris
Fluminaqꝫ ⁊ montes lati confinia regni
Iam rubicunda uagos eoo littore currus
Aptabat uentura dies.auroraqꝫ noctis
Candida pellebat tenebras.cum buccina claſſem
Excitat. ⁊ uento tenduntur uela ſecundo
Littore iam toto ſtabat romana iuuentus
Digreſſu viſura ſuos hic uerba parenti
Hic fratri perferre iubet:iubet ille ſorori
Hic ſocijs:multumqꝫ rogat confuſus in altum
Clamor it. ⁊ uarie reſonant per inania uoces
Lelius in medio conſpectus amica ſalutat
Equora:tum ducibus commendat carbaſa uētis
Atqꝫ alacres leto reſpondent murmure naute:
At meſtus mediaqꝫ ſyphax de puppe reflectens
Lumina.ſupremum patriā viſura.locoſqꝫ
In quibus altus erat.tacitꝰ lachrymoſa mouebat
Poſtqꝫ clauſtra dolor: uociſqꝫ repagula feruens
Euicit talem diffudit ad aſtra querelam
Heu tellus aduerſa deis:heu ſidere triſti
Preſſa diu tellus.quam noſtris attulit aruis
Femina ſidonio fugiens a littore peſtem.
Pectoribus noſtris animis quos intulit illa
Exul.inops mulier.metuens atqꝫ icta recenti
Uulnere.nēpe auidos bellorum: ⁊ ſanguinis acri
Tutius ut fuerat regnum tenuiſſe uetuſtum
Et pacem ſeruaſſe ſuam.lato equore gentes
Diſcreuit natura duas.aduerſaqꝫ fixit
Littora.nos mortem medijs queſiuimus vndis
Quid viſum eſt noſtris elemēta irrūpere damnis
Et uento pelagoqꝫ manus inferre tumenti
Sat noſtro preciſa nocens a corpore tellus
Hyſpana. ⁊ calidis fumans trinacria uenis
Quid mihi nunc nobiſqꝫ fuit ſardinia flatu
Peſſima peſtifero:melius latuiſſe marinis
Eternum potuiſſet aquis quo ſigna furentes
Pertulimus.puduit ſpatio requieſcere tanto
Hei mihi non alias ſic te pulcherrima cernam
Africa ne patrij tangent hec lumina colles.
Littus ad inuiſum ferimur.locus ille ſepuchri
Quis putet:extremis genitum ſub finibus orbis
Itala terra teget.medijs ac vita procellis
Irrequieta fuit:ſic triſtes litia parce
Diſtribuere mihi.ſic dij ſtatuere ſuperni
Hij tibi qui vires animumqꝫ dedere ſuperbum
Omnia miſcentem.meritas dent ſoluere penas
Hannibal.ingentis quoniam mihi cauſa ruine es
Et patrie natus miſere.tu cauſa ſupremi
Prima mali.patrias utinam iuratus ad aras
Fulmine flagraſſes merito.proh iuppiter ille
Ille tibi feriendus erat.nam vindice flamma
Quid iuuat innocuas quercus ⁊ ſaxa ferire
Heu puer infelix patrie cunctiſqꝫ tibiqꝫ
Tuqꝫ deis inuiſe parens qui dura tuliſti
Semina bellorum.natis caruiſſe nephandis
Quāto erat utilius.genitor ſed triſtis ad vmbras
Iuiſti.tantos uetitus ſpectare furores.
Non licuit cupida mundi ſatiare cruore
Lumina non gladios.at poſt celerata propago
Hunc fudit.ſeuo in ferias miſſura parenti.
Tu certe iam digna luis.ſed peſſime rerum
Quas penas mihi nate dabis:qui ſtagna latuſqꝫ
Qui freta:qui fluuios:qui terras ſanguie turpas
Forte ego premoriar.tua nec ſinar ultima preſens
Cernere ſupplitia.at manes penetrare videbo
Agmine ceſorum: ⁊ furiarum turbine ſceptum.
At coniunx infida virum que linquere fruſtra
Niteris. ⁊ noſtris inſultas cladibus.imos

At manes inuita preis.ſolamqꝫ videre
Te potero.ꝛ vultus iterum ſpectare pudendos.
Littore nam patrio:niſi me mea lumina fallunt
Immemor ille tui turpiſſimus errat adulter.
Dixit ꝛ in gremium lachꝛymantia condidit ora
Illum non ſcopuli:non horrifer eurus ab antro
Terruit eolio.non monſtra uagantia ponto
Deuotum.mortiſqꝫ auidum.gelidumqꝫ cadauer
Littoribus libicis tranſuerſo turbine reddi
Optantem tacite:tempeſtateſqꝫ uocantem
Inuidus haud aliter tenuis regnator agelli
Annua cui meſſis periit ſpes.optat iniquum
Uer aliis.imbreſqꝫ feros.ꝛ grandine mixtos
Arboribus frugibuſqꝫ graues incumbere uentos
Interea ſcipio curarum parte leuatus
Carpit iter.tumulumqꝫ habili munimine cingit
Quem funecta uocant.turreſqꝫ ibi ſubrigit altas
Menia precipiti circundans lignea uallo
Iamqꝫ in conſpectu carthaginis ampla repente
Caſtra locat late fugientibus arua colonis
Uaſtantur.trepidant ſubita formidine ciues
Obſeſſi.ſolamqꝫ viam ſupereſſe ſalutis
Abſentem reuocare ducem.clamare fatentur.
Legatos igitur raptim qui publica fanda
Fata ferant mittunt.reuocentqꝫ ad prelia tandem
Ultima.ꝛ extremos patrie ſub morte dolores
Aſt alii ligurum uallem properante iubentur
Claſſe uehi:atqꝫ illis magonem auertere terris
Ni redeant.patrie ſummas inſtare ruinas
Ille quidem ꝗuis animum grauis ira cruentum
Angeret.aduerſo quoniam tamen aſpera marte
Uulnera paſſus erat:metuens inimica ſupremis
Arma malis.ſtatur patrie parere uocanti
Interea blandis terrerent qui tempora uerbis
Terdenos oratores in caſtra ſenatus
Penorum ex omni lectos ac ficta loquentes
Romano miſere duci:quorum vnus ab alto
Pectore ſuſpirans.lachrymis ſic incipit ortis.
Summe ducum:cui cuncta parē per ſecula nullū
Mundus habet.ꝑma numerans ab origine retro
Uiſceribus patriis que publica vulnera ſeue
Paucorum fecere manus rabieſqꝫ nocentum
Aſpice placatos tandem:ꝛ miſerere precamur
Afflictis.liceat per te ſperare ſalutem.
Quam ciues rapuere feri:ſi parcere pulchra eſt
Ultio.ſi imperium nobis anxiſſe receptis
Romanum.ꝗ tantam urbem extinxiſſe repulſis
Utilius.ſi victores meminiſſe uetuſte
Preſtat amicitie.ꝗ uos preſentia tantum
Atqꝫ iras penſare nouas ignoſcite victis
Parcite ſupplicibus:rebus ſuccurrite noſtris
Occidimus.preſtate manus.hoſtemqꝫ iacentem
Erigite.ꝛ noſtro ſic inſultate pudori
Optima vincendi ſpecies.qñ hoſtis amicus
Fit meritis.ſed pretereo ſpecioſa profari
Nomen amicitie quoniam fortuna ſilere
Noſtra iubet.ſatis eſt miſeros optaſſe ſalutem
Et ueniam petiiſſe reos.per ſacra tonantis
Per ueſtros romane deos.ignoſce paratis
Supplicium penamqꝫ pati.non noſtra negarim
Crimina.ſed uerum liceat dux ſancte fateri
Te coram noſtro violentus prefuit auctor
Hannibal errori.noſtraſqꝫ cupidine ſummi
Imperii pauit furias.ꝛ uelle coegit
Quod ſero nunc nolle dolet.uerum ille neceſſe eſt
Ut pereat.ſcelerumqꝫ ruat cum pondere tandem
Sic illum ſua fata uocant:tu noſtra benignus
Reſpice.ſi ciuem crudelem ſenſimus hoſtem.
Tu ciuis pius eſſe uelis:qui diceris hoſtis
Dixit.ꝛ ante pedes iacuit victoris.at ille
Erigit.ꝛ vultu reſpondet pauca ſeuero
Non pacis tractator ego.ſed victor ꝛ ultor
Sum ſcelerū.libicas memini tranſmiſſus in oras
Quam mihi ſpem fortuna ferat.victoria ꝗ ſit
Prona mihi notum eſt.ſꝫ me tamen ultima ueſtri
Fata mouent.animum nequeo poſuiſſe benignum.
Mundus ut agnoſcat ſic nos pia bella mouere
Ut noſtro ſit pacis amor ſub pectore ſemper.
Parcimus indignis.has pacis figite leges
Mentibus.ꝛ ſeruare fidem condiſcite tantis
Cladibus edocti.ſuperoſqꝫ ꝛ ſancta uereri
Federa.biſdenas non ultra littore naues
In patrios ſeruate uſus:non bella mouendi
Ius uobis.populi iniuſſu.ſint prelia noſtri
Arbitrii.ueſtro tellus hyſpana ſubeſſe
Deſinat imperio:ueſtris ne quieſcat ab armis
Inſula nulla freto quod nos interiacet ꝛ uos
Non procul a libico iuuat ſibi libera marte
Uincula captiuis turpeſqꝫ auferte cathenas
Uictorum pedibus.ſtet nobis tranſfuga nullus
Nullus in italia penorum exercitus ultra
Permaneat.ueſtroſqꝫ duces remeare iubete
Sicqꝫ trium ſpacio par conſultando dierum
Quos damus accepta eſt:legatos mittite romam
Sanciat hanc populus pacem iubeatqꝫ ſenatus
Si minus.ac ſaltem paucis ſiluiſſe diebus
Tres liceat noctes per me duxiſſe quietas
Dixit.ad hec cereris pro tot legionibus addit
Ingentes cumulos.atqꝫ eris grande tributum
Illi autem ueluti pacis iam nulla moleſta
Conditio foret.ac fractis ſpes nulla ſub armis
Omnia ſuſcipiunt leti.populoqꝫ reportant
Iſqꝫ fremens ficto confirmat pectore pacem
Haud pecus ancipiti periurus nauita mortem
Tēpeſtate timens ubi iam ſpes nulla relicta eſt
Uota deis cumulat pelagi:tremulaqꝫ tumentem
Neptunum ter uoce ciet.tethidiſqꝫ marine
Numen:ꝛ iratum compellat nerea ponto
Dona dabit templis.omnem feret ille laborem.
Si redeat tranquilla dies portuſqꝫ videri
Cominus incipiat.ſenſim mens perfida tuto
Atqꝫ inconſulti ſubeant obliuia uoti.
Sic ſtimulante metu deludunt tempora peni
Pollicitis redeat donec ferus hannibal abſens
Illum tunc uario curarum turbine feſſum
Ultimus italie brutiorum in monte tenebat
Angulus.ꝛ ludos fortune ꝛ monſtra notantem
Hunc adeunt iuſſi.fandiqꝫ peritior vnus
Sic ait.o libici decus ꝛ ſpes ultima mundi
O patrie iam ſola ſalus.miſerere tuorum
Quos fera terribili uexat fortuna tumultu
Proſpice pendentem mutata fronte ruinam
Fatorum.
Iam tua ſuppoſitis arderent menia flammis
Nil procul abſentis prodeſſet ciuibus ingens
Fama tui uereorqꝫ miſer nedum equore lato
Huc ferimur patriis errent incendia tectis
Namqꝫ ſub extremum:ſubitoſqꝫ minantia caſus
Liquimus.imperio atqꝫ urbi ſuccurre trementi
Que reuocat:fidumqꝫ ſibi trans equora nomen

Inuocat ore pio.tu uel te redde precanti
Uel cauſam te te noſtre fateare ruine
Jamq; tuis libicis niſi me preſagia fallunt
Littoribus reducem frater ſuper equora claſſem
Alligat.at fruſtra fratrum modo turba paterq;
Martius ethereas rediens vinctus ad auras
Auxilium ferat afflictis.non ira deorum
Tam leuis aut tali:nent ſtamina pollice dure
Parcarum nunc noſtra manus.tibi credita ſoli
Uita ſalus:decus ⁊ miſeri ſunt omnia regni
Dixit.⁊ inuicte lachrymans dedit oſcula dextre
Jlle perorantem querulo cum murmure ſemper
Audierat.frendenſq; manus compreſſerat.⁊ ſe
Torſerat:haud aliter q̄ carmina noxia ſerpens
Et magicum murmur curſumq; uetantia uerba
Quando audit rauco violentus ſibilat ore
Et ſeſe innodos ſinuoſo corpore uerſat
Sepe manu frontem percuſſerat udaq; celo
Sepe ſupercilia extulerat.ſepe agmina rerum
Conſcia tum multarum oculo conſpexerat atro
Tandem meſtus ait.fatum carthaginis olim
Agnoui.generiſq; mei fraternaq; ceruix
Admonuit:quid ſera mihi fortuna paraſſet
Nunc tamen ante oculos iam fata nouiſſima nr̃e
Urbis ⁊ obſcenas videor ſpectare ruinas
Heu mihi carthago dulcis carthago:quis ⁊ te
Et me:⁊ tot noſtros latia de gente triumphos
Perdidit.ac tacite multos iam ſenſimus hoſtes
Non reuocare fuit quotiens ſtipendia mitti
Eſt uetitum.bello exhauſtas quotienſq; cohortes
Jmpleri.aſt odium nu͠nc eminet.atq; in aperto
Res agitur retrahunt.⁊ me parere neceſſe eſt
Parebo inuitus ſibi non hinc arroget hoſtis
Externus.non me totiens peſſundata vincis
Roma.nec auſonio conſpirans robore tellus
Me ciues vincere mei.latioq; meorum
Jnuida atq; dolus pellunt:non martia virtus
Nec modo inhoneſte poterit tam maximus ille
Jnſultare fuge ſcipio:q̄ perfidus hanno
Conſiliumq; ſecuta ſuum plebs ceca ſenatus
Jlle meas inuiſus opes.famamq; domumq;
Uertere non aliter poterat.q̄ publica noſtris
Damna ſimul miſcens populi me mole ruentis
Opprimet atq; vna conuoluet cuncta ruina
Hoſtis penorum ⁊ romani ſanguinis ultor
Talia feruebat rabidus nimioq; dolore
Jnſanus.ceu leſus aper cui ſpumea mento
Fex riget.⁊ duro horrentes ſtant tergore ſete
Jtalie procul extremo ſedet inclita quondam
Urbs crotho pauper claro cognomine portus
Matutina videns redeuntis lumine phebi
Picturis hic egregijs ditiſſima templa
Junonis fuerant graia que nobilis arte
Zenſis adornarat.nimia dederatq; per orbem
Religione coli nitidas hic quinq; ſeuere
Stabat imago dee nudaſq; imitata puellas
Et forme decerptus honos.quem corpore in ullo
Se reperire ſimul:quia deſperauerat auctor
Abſtulit a multis ſpeciemq; redegit in vnam
Hoc inſtructa fuge iam pridem:atq; abdita portu
Punica claſſis erat.quoniam uariantia fata
Militie tantus fortunarumq; magiſter
Uiderat ante diu ſteteratq; paratus ad omnes
Euentus.igitur raptis legionibus huc ſe
Contulit iratus mundo ſuperiſq; ſibiq;
Jtalico nec adhuc mens exaciata cruore
Seua viri ad manes ſuprema piacula mittit
Heu miſeranda acies miſerorum ⁊ magna virorum
Quo tua te fortuna tulit formidine poſtq̄
Fruſtra animos temptaſſe videt.ſi caſtra cruenta
Forte ſequi.⁊ pfugā uellent conſcendere claſſem
Seuus in humana confeſtim excanduit ira
Longeuamq; ſeuum tenerā iuuenumq; catheruā
Tale nihil ueritam.nudā fragilemq; ⁊ inermem
Que pellente metu.tutis ſucceſſerat aris
Obtruncat.calido complentur ſanguine templa.
Et fremitu tectum omne ſonat ſic ille prophanus
Commaculatq; ſacros poſtes iurandaq; penis
Junonis ſimulacra ſue vultuſq; deorum
Terrificos.gemitu ingenti domuſ ampla remugit
Nec ſacra contentus dijs perſoluiſſe marinis
Dux ferus ⁊ celi contemptor maximus alti
Conſcendit puppim victor.funemq; cruentum
Soluit.⁊ italie flens dulcia deſerit arua
Quā tacitus lachrymanſq; retro multūq; diuq;
Proſpiciens pelago ex alto quatienſq; minantis
More caput.frontemq; plicis maioribus implēs
Murmure terribili ſit tandem turbidus inquit
Jtalia italia:⁊ rerum caput aſpera roma
Que nam uos noſtris facilis fortuna repente
Faucibus eripuit.tu quiſquis es ille deorum
Maxime ⁊ in noſtros nimis importune labores
Quid mihi parta diu momento temporis auferſ.
Juppiter auſonij defenſor perfide mundi
Quis tibi noſtra dedit tot clara decora ſub vno
Uertere poſſe die.cur non canneſia mecum
Prelia temptabas.ſi tanta libido nocendi eſt
Ueniſſes utinam medijs tunc obuius armis
Armaſſetq; ſuo ſe fulmine dextra tonanti
Mulciber ethnea calibem fornace recoctum
Cuſpide denſaſſes in vulnera noſtra triſulca
Hinc ſuccincta ioui clipeum ſua nata dediſſet
Palladiaq; pater texiſſet gorgone pectus
Atq; utrunq; latus ſtipaſſent uana deorum
Numina:torſiſſes medio mars puluere currum
Mortibus ipſe grauē uacuaſſes phebe pharetrā
Monſtrificūq; gerens aduerſa per agmina robur
Alcides genitorem aruis tutaſſet in illis
Uiciſſet fortuna deos ibi noſtra:iouemq;
O mihi care comes:conſultor fide bomilcar
Cannenſi cur ſancta die tua iuſſa reliqui
Cur mihi non armis durato uterq; labores
Tantum animi fuerit:q̄tum iuuenilibus annis
Scipiade fuit indomito.qui morte ſub ipſa
Audeat italie noſtros inuadere muros
Uictor ego extimui victas irrumpere portas
Quid uetuit romam raptim petijſſe cruento
Agmine:quis pactam potuit mihi tollere cenam
Juppiter ipſe dolis.non vi.qui noſtra futuri
Pectora ceca tulit.ꝙ ſi tunc iſta remota
Tempora fatorum licuiſſet cernere nube.
Non quicquid celo:⁊ pelago:terreq; deorum eſt
Non genus omne hoīum noſtros auertere curſuſ
Hinc poterat.ſpes noſtra quidem ⁊ fiducia tanta
Murus roma fuit tibi nunc diſcrimine in illo
Nil acies.nil arma tibi.nil menia uel arx
Sed noſtre ualuere more proh ſanguine quanto
Undaſſent maria.⁊ thirreni littoris eſtus
Quot tibris rutilo truſiſſes gurgite in altum
Corpora.quot currus.quot nobilis arma ſenatus

Aurea quot flammis ultricibus obruta tecta
Spectaſſem vulgiq; vna ſub ſtrage cadentis
Milia quot.ſpecula longe metuendus ab alta
Quas uoces.quos accētus:que murmura plebis
Auribus audiſſem lirici mihi carminis inſtar
Nec tamen armorum.cepti nec penitet.urbis
Menia conſpexi armatus:latebriſq; coegi
Tot claros latitare duces.iam nempe notare
Fulminibus nimbiſq; tuam tunc iuppiter iram
Si mens ſana foret.poteram quid mixta colore
Flumina ſanguineo referam tempuſq; ſub vnum
Ticinumq; uadis tepidum.trebiamq; rubentem
Montibus aduerſis genitos.tractuq; viarum
Coniunctos teſtes noſtrarum in ſecula rerum
Quos padus adriacū deſcendens traxit in equor
Quid tranſumeni memorem ſub gurgite laſcas
Sanguine pingueſcunt italo.ſatis ampla relatu
Geſſimus.auſonijs annalibus hannibal ingens
Nomen erit.latijs nunq̄; delebile faſtis
Hannibal exiguo reſtabat ſumma labore
Fama.ſed inuidit patrie dux maximus hanno
Inuidere dei ſontes.Sic triſtis abibat
Hannibal.⁊ quarto linquebat littora luſtro
Italie poſſeſſa gemens:nec triſtior vnq̄;
Uel patriam quiſq̄;:uel dulces liquit amicos
Q; patriam petit ille ſuam.ſibi nempe videri
Exul ab hoſtili iuſſus regione reuerti
Meſtior has inter curas.feraſq; querelas
Subtrahitur ſenſim terris iamq; equore currus
Phebus anhelantes rediens condebat hibero
Inde vie ſpacium:noxq; addita littoris omnem
Abſtulit aſpectum.tum dux concuſſa quieti
Membra dedit dubie.certāq; obuerſus ad arthō
Claſſis agens curas ⁊ ſidera nota magiſter
Sollicitat nautas:quibus eſt cuſtodia puppis
Magnetis ferriq; vias ſpectare ſequacis
Et ſimul inſomnem ſtudio traducere noctem
Littora claſſifragis linquunt famoſa procellis
Atq; altum tenuiſſe iuuat.tum lintea proſper
Fert aquilo ⁊ flatu pellit diſtenta ſecundo
Uix dum pulchra dies pelago ſurgebat.⁊ aſtra
Undiq; vicinum fugiebant languida ſolem.
Cum dextra italice tranſmiſſo pollice plante
Hic ubi rauca uetant iterum concurrere colles
Equora diſiectos.procul exaudita pauorem
Scilla rapax nautis.atq; irrequieta caribdis
Incutit ancipitem.ſed conſcia turba pericli
Leua ſecant maria.⁊ phebi flectuntur ad ortus.
Jam prope conſpicitur fumoſi uerticis ethna
Sulphureis innixa uadis olimq; ciclopum
Terra ferax.ac nūc trucibus domus apta tyrānis
Jam ſiracuſanus famoſo littore portus
Apparet.ſulcantq; fretum.quo bella gerentes
Tam longe a patria furijs urgentibus olim
Argolice periere rates:dux ipſe coactus
Menia proſpectans caſum teſtata recentem
Marcelli meminiſſe ſui.cui victa triumphum
Illa dedere prius.diro q̄; proditus aſtu
Oppeteret.ſurgunt longe conuexa pachimij
Que dum pulſa legit uentis ⁊ remige claſſis
Solq; dieſq; ruunt.uerum ſic fata iubebant
Nocte ſecant:fluctus medios ac littora linquunt
Trinacrie pelagiq; via breuiore feruntur
Lenta per ambiguam fulgebat cinthia noctem
Et cecis radiabat aquis.dux peruigil alta
Puppe ſedens medius caſus uenturaq; uerſat
Prelia ⁊ euentus dubios finemq; latentem
Talia uoluentem de circunſtantibus vnus
Compellat.ſi digna peto dux maxime nobis
Exoptate diu.que ſtet ſententia rerum
Nunc animo tibi noſſe uelim.ne ſperne precātem
Legatus tibi ſum patria tranſmiſſus ab ipſa
Atq; urbis pars vna tue.te feſſa tuumq;
Expectat reditum.nunquid cum littora tanges
Punica confeſtim patulo confligere campo
Atq; manum conferre uoles:an menia primum
Intrabis patrie.ſpes erecturus in arma
An alia fortaſſe via meliora tuenti
Conſilia apparent.quem noſtro fata labori
Impoſitura modum reris.quem ue affore finem
Ille autem quis certa deus ſub turbine tanto
Conſilia expediat.quis det meliora tenere
Ibimus in patriam.quoniam ſic imperat hanno
Forſitan ⁊ dulces muros prius ipſe ſubibo
Q; fatum temptare uelim.vireſq; meorum
Speſq; animoſq; pri⁹:vultuſq; habituſq; videbo
Sin autem medijs iuuenis romanus in aruis
Occurrat.pugnare mihi ſententia fixa eſt
Atq; omnem potius ſucceſſum ſponte ſubire
Quem deus ⁊ fortuna dabunt.hic turbidus ille
Conticuit.ſenior iuxta cui flectere clauum
Ars erat.annoſam tollens ad ſidera frontem
Mox freta lata tuens.ueniam te iuppiter inquit
Neptunumq; patrē:atq; omnia numina ſupplex
Deprecor.infandas libie prohibete ruinas
Atq; omen prohibete malū.mihi multa videre
Uita dedit longos huc continuata per annos
Nunc tremor inuadit mentem timidūq; ſenectus
Efficit.heu quanto ſtetimus diſcrimine contra
Hoſtiles acies.tunc cum romana pauentem
Caſtra pererrabāt libiam.⁊ carthaginis ample
Menia pulſabant.tum dux erat optimus illis
Regulus.eximio cui ſic fortuna fauore
Blanda videbatur.nihil ut ſperare liceret
Afflictis.quantum tandem dat bagrada facti
Teſtis adhuc quantum fruſtra ſerpentis amicē
Senſimus auxilium.latijs namq; illa ſagittis
Obruitur tranſfixa fera ⁊ ſub grandine multa
Telorum compreſſa perit.vix iugera campi
Quatuor excipiunt:immani mole iacentem.
Uix tandem tot victa malis fortuna remoto
Opportuna quidem non dignis mittit ab orbe
Auxilia ipſa ducem fida lacedemone mittit
Grecia.magnificos videor mihi cernere vultus
Xantippi:moreſq; graueſ:librataq; uerba
Te quotiens hannibal video:quotienſq; loquentē
Audio.tu vix dum in lucem tunc editus infans
Sed quid cuncta ſequor victores vincere nobis
Contigit arte ducis ſola romanaq; caſtra
Romanaſq; acies.romanaq; ſigna ducemq;
Fudimus.⁊ noſtras ſubijt dux ipſe cathenas.
Hei mihi quid referam.quid me meminiſſe coegit
Hannibal hoc pelagus:nāq; hic niſi noctis opace
Indicijs fallor.xantippum ſeua ſub vndis
Et reditum in patriam mentita:⁊ perfida claſſis
Demerſit.videor corpus ſpectare natantis
Equore tam uaſto:⁊ vix brachia feſſa mouentis
Dij que monſtra boni.que mens ingrata nocentū
Quid uoluere ſibi.ſolum qui cauſa ſalutis
Hijs fuerat.tali vnanimes abſumere morte

Remigiis implebam partes.illumqꝫ cadentem
Et vidi ⁊ dolui.⁊ pꝛeſagia triſtia finxi
Ipſe mihi uereoꝛ ſummum narrare dolorem
Qui ſequitur.ſed digna fuit vindicta deorum
Hac equidem paucos poſt annos foꝛte tenebat
Impia claſſis iter nec longe a finibus iſtis
Incidit in claſſem latiam.nempe ipſe tremendam
Noſtrorum ſtragem.totoqꝫ incendia ponto
Et uolitare trabes: ⁊ mixta cadauera viuis
Coꝛporibus.circūqꝫ atro freta tincta cruore
Et victas puppes:remoſqꝫ: ⁊ ſparſa per vndas
Carbaſa.naufragium hoꝛrēdū fractoſqꝫ rudētes
Uulnera crebꝛa nimis moꝛteſqꝫ ⁊ in equore luctū
Confuſum.triſteſqꝫ ſonos:trepidumqꝫ tumultum
Pꝛelia tartareis:hereboqꝫ ſimillima vidi
Dij mihi non aliter faueant.niſi ſemper ab vndis
Donec feda fuit ſtrages fera bella cientem
Xantippum releuare oculos atqꝫ ora videbam.
Subdentemqꝫ faces ratibus.flāmaſqꝫ per equoꝛ
Fundentem.⁊ celo gladios.ac tela pluentem
Nec pꝛius ex oculis abijt ꝙ̄ claſſis in omne
Diſſiluit pelagus ſiculi quod littoris imum
Sardinieqꝫ latus medijs diſterminat vndis
Libertas equidem xantippo vindice nobis
Tunc perijt.tandemqꝫ pꝛecoꝛ trux ira quieſcat
Molliat ille animos.vni ſatis ultio tanta
Una ſit offenſe ſed nunc antiqua recoꝛdoꝛ
Nam locus admonuit.ſcelus ⁊ vindicta ꝙ iſto
Contigit in pelago.Sic queſtus uertitur inde
Ad leuam.medioqꝫ retro pꝛocul equore malta
Ante ſe ad dextram lilibeia littora feruent
Occultantqꝫ ſinu phꝛigij monumenta ſepulchꝛi
Sic longam alterno noctem ſermone leuabant
Et ueteruꝫ memores iam tunc uentura timebant.
Anxia tum tenui ſuccumbunt pectora ſomno
Et nouus eoo conſurgens eurus ab axe
Lintea complebat facili crepitantia pulſu
Lelius hec inter perducto rege reuertens
Accelerabat iter.namqꝫ illum cara trahebant
Iuſſa ducis.pꝛofuguſqꝫ hoſtis.multūqꝫ timebat
Ne ſine ſe foꝛtaſſe dies foret ultima belli
Expectata ſibi ſemper.cum fama repente
Incidit hoſtiles pacem ueniamqꝫ pꝛecantes
Affore legatos.igitur reuocante ſenatu
Lelius ipſe domum repetit.ſic dulcia care
Limina cum peteret iuuenis male ſanus amice
Si pater aut genitrix retrahant.ueſtigia flectit
Lenta dolens.pactamqꝫ timens amittere noctem
Fuluius expoſitos baiano in littore romam
Perduxit.comitem quem dederat ipſe pꝛofectis
Scipio.ſed muros uetitis intrare uetuſto
Concilium de more datur.ſtat pꝛoxima poꝛtis
Bellone ſacrata domus.quo tota ſenatus
Turba uerenda coit.ſimul ⁊ quos miſerat hoſtis
Conueniunt.hij multa palam quia falſa citatis
Aſſeruere deis:ira grauiore:ſenatus
Accendere animos.pacemqꝫ ⁊ fedus amicum
Poſcentes meruere odium violata negare
Publica picta quidem.cauſamqꝫ inferre malorū
Hannibali cunctoſqꝫ alios abſoluere culpa
Capit ad hec uarium murmur .tū concitus vnus
Ex patribus.quoniam pacem petijſtis auitam
Dicite ait fuerint que federa pacis
Omnibus etatis clipeus fuit.illa uetuſta.
Si iuuenes.neqꝫ tot retro meminiſſe per annos
Punica ſic patuit fraus: ⁊ fruſtrantia tempus
Uerba parum latuere patres excedere templo
Iuſſi abeunt.In tres ſciſſa eſt ſententia partes.
Pꝛincipibus queqꝫ viſa ſuis.quaruꝫ vna reuerſis
Conſulibus.nam foꝛte aberant.que ſumma ptās
Reſponſi ſeruabat onus.dignumqꝫ mouebat
Maieſtate deus latia.liuiuſqꝫ morandi
Auctoꝛ erat reditus.at contra intacta metellus
Federa romano fuerat qui cauſa petendi
Cuncta referre duci.noſſe quiqꝫ omnia ſolus.
Illa ſed aſperioꝛ ſententia viſa leuini
Optima.que muris pellendos cenſuit hoſtes
Exploratores.
Si ſine pace retro redeunt ſine federe raptim
Et ſine reſponſo.cuſtodia littus ad uſqꝫ
Mittitur auſonie ne quoqꝫ flectere curſum
Neu fraudis moliri aliquid per punica poſſint
Ingenia.atqꝫ artes nati exercere paternas
Fuluius ipſe etiam leliuſqꝫ in caſtra iubentur
Hec patrie mandata duci non lenta referre
Pergat qua cepit.pꝛimoꝛdiaqꝫ alta ſequatur
Foꝛtunamqꝫ deoſqꝫ ſuos:neu pacis in vmbꝛa
Deſtituat.ceptum ue ſinat leuteſcere bellum
Fecerat interea pacis ſpes blanda ſequeſtre
Ut terris ſecurus iter pelagoqꝫ viatoꝛ
Carperet.intrepidiqꝫ errarent equore naute
Hac ſpe igitur romana ingens a littore claſſis
Arma ferens.homines uacuiſqꝫ cibaria caſtris
Soluerat.⁊ gemino ſulcabat cerula curſu.
Namqꝫ alias calaris puppes aquilone ſecundo
Flatibus aduerſis alias lilibeius onuſtas
Miſerat.has pelago tempeſtas coꝛripit alto
Diſpergitqꝫ uagas ſcopuliſqꝫ allidit ⁊ vndis
Pars pelago ſubmerſa perit pars littus iniquum
Uicta petit.ſecura hominum metuenſqꝫ pꝛocelle
Omnia tunc poterat celſo de uertice birſe
Cernere fidefraguꝫ: ⁊ pꝛomptum ad piuria vulgꝰ
Ergo oritur ſubitus per menia lata tumultus
Inqꝫ forum coeunt.pauci quibus eſſet honeſti
Cura fideſqꝫ opibus potioꝛ.potioꝛqꝫ rapinis
Pactorum ⁊ totiens uoti pꝛecibuſqꝫ petite
Pacis ab italia vulgus meminiſſe iubebant
Aſt odijs alij cecaqꝫ cupidine pꝛede
Flagrantes raptim arma fremūt:interqꝫ tumultū
Ut ſolet multis melioꝛ ſententia victa eſt.
Conſcendunt auidi naues.giſgonius illis
Haſdrubal eligitur ſceleris dux iſqꝫ repente
Egreditur poꝛtu ſparſaſqꝫ per equora puppes
Deſertaſqꝫ fuga nautarum inuadit:at ille
Fluctibus hinc illinc inopini fraudibus hoſtis
Uincuntur facile.paucas maris abſtulit eſtus
Demerſitqꝫ alias.plures rapuere nephandi
Pꝛedones.medias octauius ipſe pꝛocellas
Dux ſecuit claſſis.terdenis puppibus.ac ſe
Remige defeſſo ſub tuto condidit antro
Montis apollinei uento iactatus ⁊ eſtu.
Scipio tam feda concuſſus imagine fraudis
Quamqꝫ animos foꝛtuna dabat.virtuſqꝫ laborū
Contemptrix nocuam iuſtis tamen ille querelis
Tres oratores oneratos mittit in urbem
Impetus hos vulgi ferus excipit atraqꝫ circum
Tempeſtas lapidum exoritur.fremit impia turba
Intemptatqꝫ manus: ⁊ ni reuerentia ſummi
Foꝛte magiſtratus interueniſſet:in illo
Iura die humani generis calcata fuiſſent:

Cede truci.trepidi tandem per iurgia ⁊ hoſtes
Preſidijs fulti exiguis ad littora pauci
Uix penetrant.repetuntq; ratem.iam tuta videri
Puppis ab incurſu poterat:iam caſtra ſuorum
Cernebant.ſubito cum tres a littore naues
Erumpunt ex inſidijs.non partibus equis
Pugna oritur caſtris littus romana relictis
Agmina in extremum coeunt.clamore uel armis
Succurſura ſuis:ac quis ſuccurſus in armis
Unde uetabat iter.ſed enim conſpecta ſuorum
Signa dabant animos.tandem romana ſagittis
Miſſilibus uacuata ratis.conuerſa maligne
Subtrahitur pugne uerſis ad littora remis
Ac niſu ualido terris alliſa fatiſcit
Ipſa quidem.ſed uectores tellure petita
Expoſuit.curſus ⁊ ſpem fruſtrata ſequentum
Sic lupus iuuenco procul a cuſtodibus agno
Irruit ⁊ dentes acuit.rabiemq; famemq;
Si fuga tunc trepidum rapiat de faucibus hoſtem
Inſequitur:mordetq; animis.⁊ deuorat auras
Donec ad ignotas caulas ⁊ ouilia uentum eſt
Tum retrahit curſum.terret locus ipſe.canumq;
Latratus.viridiq; ſedens ſuper aggere paſtor
Talia dum peni peragunt:non leta ferentes
Romulea reuehit legatos miſſus ab urbe
Lelius.⁊ pauidos latijs ſuccedere caſtris
Imperat.agnouit ſcipio.nec terna ſub vno
Tempore flagitia aut triplex iniuria mitem
Excuſſere animum.legatos namq; benigne
Alloquitur.q̄;q̄ primum ſint federa uobis
Et superū deſpecta fides.iuſq; omne qđ uſq̄ eſt.
Non tamen a nobis modo premia digna feretis
Perfidie.ueniet fraudeſq; vindicet omnes
Una dies.nil indignum ſeu moribus in nos
Ipſe meis faciam:ſeu maieſtate meorum
Nec ueſtram ſequar ipſe fidem diſcedite tuti
Mitius armatos inter ſub tempore belli
Romanos habiti q̄ nos ſub pacis amictu
Uos inter.
Uiribus ipſe animiſq; ingens in tempore bellum
Feruidus inſtaurat.libie ſtatus ipſe pauentis
Tunc erat.Italia ſed iam dux iuſſus uterq;
Ceſſerat.⁊ uaria q̄uis regione profectas
Equoris ⁊ patrie fraternas tempore eodem
Aduentare acies paſſim iam fama ferebat
Iamq; mago ianue ſoluens a littore claſſem
Alite non fauſta pelago ſe faucibus alto
Crediderat:patriam petiturus tramite recto
Si fortuna ſinat ſenſim turgeſcere colles
Cedriferi.nulliq; cedens hijs ſaltibus ora
Incipiunt.rareq; virent per littora palme.
Hinc delphinus adeſt luco contectus aprico
Obice qui montis violentos protinus auſtros
Reicit.immotaq; ſilens ſtatione quieſcit.
Parte alia.ſinuoſa patent conuexa ſieſtri.
Hinc ſolis vineta oculo luſtrata benigno
Et bacho dilecta nimis.montemq; rubentem
Et iuga proſpectant cornelia palmite late
Inclita melliſluo:quibus haud colleſq; phalernos
Laudatamq; licet meroen ceſſiſſe pudebit.
Tunc ſeu pigra ſitu.nulli ſeu nota poete
Illa fuit tellus iacuit ſine carmine ſacro
Hoc mihi nunc cantanda loco : ſulcantibus equor
Inſula iam venerique placens a littore portus
Exoritur.contraq; ſedet fortiſſimus erix
Auſonius ſicule retinens cognomina ripe
Collibus hijs ipſam perhibent habitare mineruā:
Spernentemq; patrias olei dulcedine athenas
Exoritur coruiq; caput:tumefactaq; circum
Diſſiliunt maria.⁊ ſaxis fremit vnda uadoſis:
Cognitus in medio nautis dorſoq; nigranti
Arduus aſſurgit ſcopulus cui proxima rupes
Candidior late phebo feriente refulget.
Poſt in receſſu curuo maris oſtia macre
Cernuntur rapidi ſtantiſq; palatia lune
Labitur ⁊ placidis frangens mare fluctibus arnꝰ
Hunc ſupra ⁊ ripas tenet urbs pulcherrima piſe.
Hanc oculis digitiſq; notant:propiuſq; pateſcunt
Etrurieq; latus.ſpatioq; breuiſſima gorgon.
Siluaq; nobilior:rigidiſq; capraria ſaxis:
Inſula tum niueo prediues marmore retro
Linquitur ad leuam gilium.vicinaq; contra
Stant iuga : de gemino nomen ſortita metallo:
Plumbeus hic uertex:illa eſt argentea rupes.
Nec procul herculei deuexo monte receſſus.
Et thelamonis opus nautiſq; infeſtior equo
Paruus aquis proprijs violenti gurgitis vmbro.
Dextra ſed a tergo uentoſi frondea tractus
Corſica reſtabat.iamq; hinc ſardinia longe
Tabificos aperit colles.hinc aurea roma
Hincq; procelloſo tibridis ſtant littore fauces
Hic poſtq̄ medio iuuenis ſtetit equore penus
Uulneris increſcens dolor.⁊ vicinia dure
Mortis agens ſtimulis ardentibus urget anhelū
Ille videns propius ſupremi temporis horam
Incipit.Heu qualis fortune terminus alte eſt.
O q̄ letis mens ceca bonis:furor ecce potentum
Precipiti gaudere loco:ſtatus ille procellis
Subiacet innumeris:⁊ finis ad alta leuatis
Eſt ruere:heu tremulum magnorū culmē honorꝝ:
Speſq; hominum fallax:⁊ inanis gloria fictis
Illita blanditijs:heu vita incerta labori
Dedita perpetuo:ſemperq; heu certa:nec vnq̄
Sat mortis preuiſa dies:heu ſortis inique
Natus homo in terris:animalia cuncta quieſcūt.
Irrequietus homo:perq; omnes anxius annos
Ad mortem feſtinat iter:mors optima rerum?
Tu retegis ſola errores:⁊ ſomnia vite
Diſcutis exacte:video nunc quanta paraui
Ha miſer incaſſum:ſubij quot ſponte labores
Quos licuit tranſire mihi:moriturus ad aſtra
Scādē querit homo:ſed mors docet oia quo ſint
Noſtra loco:latio quid profuit arma potenti.
Quid tectis inferre faces?quid federa mundi
Turbare:atq; urbes triſti miſcere tumultu?
Aurea marmoreis quid ue alta palatia muris
Erexiſſe iuuat?poſtq̄ ſic ſidera leuo
In pelago periturus eram:chariſſime frater
Quanta paras animis?heu fati ignarus acerbi
Ignaruſq; mei:dixit:tum liber in auras
Spūs egreditur:ſpatijs num altior equis
Deſpiceret romam:ſimul ⁊ carthaginis urbem.
Ante diem felix abiens:ne ſumma videret
Excidia:⁊ claris quod reſtat dedecus armis.
Fraternoſq; ſuoſq; ſimul:patrieq; dolores.

Argumentum libri ſeptimi.

Eſciꝰ extincti iuuenis ferus hānibal oras
n Ingredit̄ pīias.latias penetrare cohortes
Clā iubet.ide ducis motu p caſtra iubent
Exploratores:⁊ noſtras ire phalanges.

Congreſſus uepetit ſtupidus dux maximus illoʒ
Alloquitur.tantis ſuperis celebꝛatur in oris
Colloquium rebus ſed pugna nouiſſima partes:
Exagitat geminas.orituſqꝫ miſerrima penis
Hora viris.acies ut viderat ipſe labantes
Hannibal egreditur victus latebꝛaſqꝫ petiuit.

¶ Incipit liber ſeptimus.

Eſciꝰ extincti iuuenis ferꝰ hānibal inſtās
n Bellū aio.⁊ uarios agitās ſb̄ pectoꝛ̄ cāuſ
Fraternaʒ ſpabat opē.iāqꝫ aſfore claſſem
Illius.ac dulceſ cupide ſibi fingē vultus
Fingere colloquia ⁊ latijs quid paſſus in aruis,
Audire.⁊ pꝛopꝛios fratri narrare labores
Inqꝫ ſibi infeſtos ulciſci in tempore ciues
Hānonem ante alios.acies dum mente frequēter
Inſtruit.atqꝫ equitum circundat coꝛnua ſemper
Germanum armauit pꝛimaqꝫ in fronte locauit
Speʒ quoqꝫ nōnunq̃ꝫ mens immoderata uetuſtā
Retulit imperij.caro tunc grandia fratri
Italiaqꝫ dedit partem.regemqꝫ uocauit
Atqꝫ ſuperuacuis ignarus pectora ueri
Implicuit curis: volucris uelut anxia nido
Pabula dum cumulet memori toꝛquetur amore
Aſſiduoqꝫ fremit ſtudio: ⁊ ſuſpenditur alis
Cum tamen interea generis ſpem foꝛte malignus
Abſtulerit natos atqꝫ incunabula paſtoꝛ.
Non pꝛocul hannibalis diſtabat curſus abafro
Littore cum iuſſus raptim uaſtigia mali
Nauita conſcendit quam claſſis pꝛenderet oram
Viſurus.ſummoqꝫ ſedens in uertice ligni
Dirupta reſpondit ſpectamus ſaxa ſcpulchꝛi
Huc recto impellens fert uentus tramite pꝛoram
Triſtioꝛ augurio.clauum rege carbaſa uolue
Flecte viam.curſumqꝫ alio melioribus inquit
Auſpitijs detoꝛque meum.tum iuſſa magiſtri
Expediunt.ac uerſa uadis ad pꝛoxima leptis
Littora ſollicito peruenit remige claſſis
Qui ſtatus interea romanis eſſet in oris
Qui ue foret libicis.que ſpes.qui terroꝛ utrinqꝫ
Volueret alterno fluitantes turbine mentes
Dictu difficile eſt.quotiens ingentia duri
Hannibalis monimenta animis confectaqꝫ bella
Obuerſabantur.tunc ſpes romana cadebat
Victa retro.ac quotiens clari occurrebat imago
Scipiade.florenſqꝫ viri ⁊ ſpectata iuuentus
Ac virtus infracta malis ſpes pulchꝛa redibat
Tunc italis.terroꝛqꝫ iterum tranſibat ad hoſtes
Et q̃ꝫq̃ꝫ latijs depulſum finibus acrem
Hannibalem fratremqꝫ oculis reſpublica letis
Cerneret.aſt alia urgebat pꝛecoꝛdia cura
Segnities ſuſpecta ducuʒ.quibus omne ſenatus
Mandarat ſtudium.ne quo molimine poſſent
In libiam tranſire hoſtes.neu terra uel equoꝛ
Securum pꝛeſtaret iter.diſcrimine nullo
Nunc ambos abijſſe ſimul.nempe vna pericli
Conditio.ſed campus erat diſcriminis alter.
Collectiſqꝫ domi penorum viribus ingens
Caſus ⁊ excidium metuendum inſtabat ⁊ hora
Ultima romani imperij.Ceu coꝛpus in omne
Si longeua fuit ſcabies.abienſqꝫ repente
Deſerat extremamqꝫ cutem parteſqꝫ patentes
Gaudia coꝛripiunt animum.ſi foꝛſitan eger
Sentiat abſtruſum introꝛſus turgeſcere pectus
Hoꝛreſcit peiora timens.peſtemqꝫ pꝛiorem
Optat.⁊ in regnum coꝛdis dolet eſſe coactaʒ
Sic metus extinctus minime.licet hoſte remoto
Verum alio tranſlatus idem grauiuſqꝫ periclum
Viſceribus ſupereſſe mouet.magnumqꝫ timendi
Calcar erat fabij pꝛeſens quaſi ſemper imago
Cui longe pꝛeſaga viro ſapienſqꝫ futuri
Mens fuerat:certoqꝫ uelut pꝛudentia uati
Ille quidem vulgo ſolitus pꝛedicere ſemper
Siquando patriam peteret ferus hannibal urbi
Tunc ueros inſtare metus: ⁊ flebile tempus
Non ibi ductores pauidos.regeſqꝫ fugaces
Venturos acie aduerſa.non lecta per agros
Agmina paſtorum pꝛopꝛie.uerum arma tremēdū
Laturum hannibalem.cuius numerare triūphos
Expleat annales.plures qui truſerit oꝛcho
Romuleo ex populo vidue q̃ꝫ liquerit urbi
Aſt utrunqꝫ latus circum belloqꝫ geluqꝫ
Duratas:longaqꝫ fame uallare coboꝛtes.
Quin etiā multos quibꝰ ars celeberrima paſſim ē
Romanos iugulare duces.quoruʒ agmina vndis
Scipiade occurrent gladijs.nil nominis illic
Maieſtas ualitura duci.nil foꝛma genuſqꝫ
Fabula nil oꝛtus.nil colloquiumqꝫ deorum
Dixerat hoc fabius.quoniāqꝫ id moꝛte ſub ipſa
Vaticinatus erat ueluti ſupꝛema minantis
Dicta patris memori nunc iactabantur in urbe.
Terrebantqꝫ animos.at eniʒ iam parta per agros
Tot uocis optata quies.vultuſqꝫ ſerenus
Auſonie.letam merito perſoluere plebem
Vota iubent ſuperis.per quinqꝫ altaria flammis
Incaluere dies.totidemqꝫ onerata coronis
Limina cuncta deum:viridiqꝫ comantia lauro
Hannibal alepti trepidis rumoribus actus
Ad ſamnam celebꝛat iter:iamqꝫ omnia late
Scipio uaſtabat.facibus iam rura uel armis
Ditia romanis ardebant.ultima ſecum
Pꝛelia dum penſat penus:ſubitoſqꝫ ueretur
Congreſſus.certos ſtatuit pꝛemittere contra
Qui referant:qua ſint hoſtes regione locorum
Quidue agitēt.quo fulta ſitu:quo ue oꝛdie caſtra
Conſiſtant.tulit hos leuo foꝛtuna pꝛofectos
Tramite.caſtrorum incautos cuſtodia captos
Pertraxit ducis ante pedes.tunc ille tribunus
Imperat ut circūductis per ſingula monſtrent
Caſtrorum armorumqꝫ genus:vultuſqꝫ virorum
Atqꝫ equitū peditūqꝫ habitꝰ:numerūqꝫ manuſqꝫ
Paretur.ſic intrepidi tentoria paſſim
Circuerunt:omnem abſtulerat dux ipſe pauorem.
Mirantur morem indomitum.legeſqꝫ ſeueras
Militie.duraſqꝫ manus.atqꝫ apta labori
Coꝛpora.non glacie.nec vi frangenda nec eſtu.
Atqꝫ cicatrices aduerſo coꝛpore crebꝛas
Ingenteſqꝫ.acres oculos.teſtantiaqꝫ altos
Ora animos.⁊ uerba tonis reſonantia miris
Poſtq̃ꝫ cuncta viris ſunt explorata reuerſos
Scipio ſubridens placide:vultuqꝫ ſereno
Alloquitur.firmatqꝫ animos.ſatis omnia nūquid
Iuiſtis per caſtra viri.noſtroſqꝫ paratus.
Siquid adhuc ſupereſt ſecuri cuncta videte
Et ueſtro narrate duci.ſic ille benigne
Hoꝛtatus.dubios hominem ue deū ue loquenteʒ
Audiſſent.ſtupidoſqꝫ incerta mente reliquit
Inde viris ſumptus pꝛeſtatur opimus:equiſqꝫ:
Conceſſi:comiteſqꝫ vie.qui tuta locorum
Oſtendant.nutuqꝫ tegant.ne foꝛte per agros

Sparſa manus iuſtam oblato putet hoſte rapinā.
Talia dum latius peragit dux.foꝛſitan illo
Maſſiniſſa die peditumqꝫ equitumqꝫ catherue
Ingentes.alacri ueniunt in caſtra fauore:
Omnibus ex viſis nil tam perterruit aſpꝛum
Hannibalem:q̄ clara hoſtis fiducia magnas
Spes animo uoluentis enim.nec bella pauentis
Attamen extremas quoniam iam fata ruinas
Urgebant aderatqꝫ dies.qui nubila foꝛtis
Pelleret ambigue.ſtatuit temptare loquendo
Ante ducis mentem aduerſi.ſi flectere poſſit
Conſilio paciſqꝫ nouos infundere amores
Siue ille egregia morum dulcedine tactus
Seu uentura pauens:ſeu iam longeua laborum
Tedia perteſus.ſeu fraudem inuoluere uerbis
Inſidiaſqꝫ parans:ſolitaſqꝫ recurrere ad artes.
Nuncius hec pꝛopter pꝛemiſſus pergit ad hoſtez
Colloquium petit:nihil aduerſatus:⁊ ambo
Caſtra mouent excompoſito:multūqꝫ pꝛopinquis
Conſedere locis facilis congreſſus ubi illos
Iungeret exiguis urbs nargara menib⁹ inde eſt.
Haud pꝛocul.hunc ſcipio raptim munimine collē
Occupat:hec ſedes tutis aptiſſima caſtris
Dulcis aque fontes illic ⁊ pabula paſſim
Oppoꝛtuna viris ⁊ equis.vix milibus alter
Quatuoꝛ aduerſis ductoꝛ diſtantia caſtris
Ardua communit ſcatebꝛis ubi nulla benignis
Limpha caput tollit campoſqꝫ irrorat inhertes
Ne ue diu mora tuta foret ſitis ipſa uetebat.
In medio tumulus legitur conſpectus utrinqꝫ
Detectuſqꝫ ſitu nequid inter frondea clauſtra
Antraqꝫ ſiluarum fraudiſqꝫ doliqꝫ lateret
Marcellus terrebat enim.⁊ collega peremptus
Hinc illinc armate acies:huc greſſibus equis
Agmine quadrato ueniunt paribuſqꝫ remote
Subſiſtunt ſpacijs.at dux pꝛegreſſus uterqꝫ
Coꝛnipede excelſo:poſitus concoꝛditer armis
Pone ſuus quēqꝫ eſt teſtiſqꝫ comeſqꝫ ſecutus
Unicus interpꝛes.tumulo ſic cominus ambo
Conueniunt.ſummi ſiquidem regumqꝫ ducumqꝫ
Quos aut pꝛima tulit celi quocunqꝫ ſub axe
Aut etas latura ſequens.Ceu bella gigantes
Si renouent indigna deis.ſtentqꝫ agmine contra
Fulmine depoſito pꝛocedat iuppiter ingens
Mercuriuſqꝫ comes.tum pars aduerſa tipheum
Mittat.⁊ hinc comitē ſe turpiſ homūculus addat
At longe armati ſpectent commertia fratres
Terrigene.tum parte alia furoꝛ ipſe deorum
Conticeat pꝛomat phebus teneatqꝫ ſagittas
Hoꝛrificamqꝫ minax quatiat pꝛocul egida pallas
Terra tremat.vibꝛent ignes ⁊ fulguret ether
Moꝛtibus haud alijs:alioqꝫ hoꝛrore videntum
Conuenere pares.ſileant mihi cuncta pꝛiorum
Nomina non alias nullo conſiſtere campo
Maiores foꝛtuna duos vidiſſe negabit
Alter ad alterius conſpectum heſere viciſſim
Immoti.tum multa alto ſub coꝛde mouentes
Dum ſtupoꝛ attonitos habuit ſiluere parumper.
Scipio fulminei cernens hoꝛrentia circum
Hora ducis.vultuſqꝫ truces.hic iuppiter ille eſt
Cuius ab armatis legionibus ora timentur
Italie terroꝛ.murus carthaginis arxqꝫ
Heſperie domitoꝛ.qui gallica rura peragrans
Fregit inacceſſas alpes:callemqꝫ niuoſum
Natura luctante dedit.tot noſtra cecidit
Agmina totqꝫ duces.totiens qui lumine noſtro
Sanguine fedauit.campo potuitqꝫ patenti
Atqꝫ acie iuſta magnum ſuperare parentem
Meqꝫ ſimul iuuenem pauide qui limina rome
Non ferro noſtriqꝫ metu.ſed numine certo
Pꝛeſentiqꝫ deum.nimbiſqꝫ fauentibus urbi
Liquit ⁊ erubeo noſtram debere ſalutem
Non animis:non virtuti:non foꝛtibus armis
Sed tempeſtatis tm̄ auxiliaribus vndis.
Talia uoluebat ſcipio.Contra hannibal hic eſt
Hic cuius tenera iam nunc etate remotos
Fama polos penetrat.cuius dant credula ſūmis
Secula numinibus virtus quia ſuggerit oꝛtuz
Sanguine qui patrio madidum contingere cāpuz
Non timuit.cladeſqꝫ ſuas tam foꝛtiter ultus
Inſequitur victos.⁊ nos poſt pꝛelia tanta
Hyſpana tellure fugat.noſtroſqꝫ labores
Irritat.iſte abitum cunctis meditantibus vnus
Conſilium uertit.cunctiſqꝫ trementibus idem
Conſtitit immotus.nullus ſua rura tueri
Audebat.noſtras en iſte inſultat in arces
Hic regem cui noſtra ingens innixa manebat
Spes pꝛius alloquio flexit.mox fregit aperta
Perdomuitqꝫ acie.victumqꝫ in vincla coegit
Me quoqꝫ deiecit pꝛius hic q̄ viderit.⁊ nunc
Expulit italia.quid multa.uel iſte pꝛofecto
Eſt mihi uel nullus toto metuendus in oꝛbe
Que dum cuncta pares oculi trepidantis in ictu
Uoluiſſent animis.incepta ſilentia rumpens
Hannibal hec pꝛimus.ſi me mea fata maligno
Sidere damnabant.ut poſt tot bella peracta
Totqꝫ acies ceſas campis.tot milia fuſa
Solus ego pacem a nobis petiturus inermis
Foꝛtuna uariante vices:ſupplexqꝫ uenirem
Gratuloꝛ ex cunctis quibus hoc dec⁹ illa parabat
Te potius mihi ſoꝛte datum quia nobilis ingens
Solamen mihi victoꝛ erit:minimumqꝫ pudebit
Sub tanto cecidiſſe viro:tibi gloria poꝛro
Ultima non fuerit.niſi mens mea conſcia fallit
Hannibalem cui de uobis tot larga triumphos
Fata dabant.cui tot campis atqꝫ agmine fracti
Romani ceſſere duces.tibi cedere ſoli
Non acie non vi ſolo ſed nomine victum
Ludibꝛium quoqꝫ foꝛtune que bella parenti
Cepta tuo mecum nato claudenda reſeruat
Indigner:ſtupeam ne magis:namqꝫ ille per arma
Dux acer:plenus victoꝛ foꝛtiſſimus annis
Ille mihi ceſſit iuueni.victuſqꝫ latinis
Finibus eſt.contra tu nunc iuuenilibus annis
In pꝛopꝛia me nempe domo ſine vulnere vinces
Tempore iam belloqꝫ ducem.victricia ſigna
Duratoſqꝫ animos durataqꝫ membꝛa gerentem
Cura quidem fateoꝛ fuerat pulcherrima pacis
Gentibus indomitis:nec enim trinacria nobis
Non fera ſardinie tellus.non tractus biberus.
Pꝛemia magna ſatis pꝛo tot iam claſſibus aut tot
Sunt exercitibus:pꝛo tanto ſanguine fuſo
Culpari tranſacta tamen.licet uſqꝫ loquendo
Mutari uetitum eſt.tranſuerſo calle furentes
Traxit auaritie rabies.aliena petebam
Urgeoꝛ in pꝛopꝛijs ſpes immoderata fefellit
Atqꝫ animus paris impatiens ſic blanda parūper
Foꝛtuna:in magnis alio furit impꝛoba vultu.
Caſibus hec uarijs niſi me quoqꝫ fallere dulce eſt
Iam ſatis edocuit:non ſat ſibi tradere tutum

Hinc ratione meos moderantem certius actus
Cepit pacis amor.tua ſed feruentior etas
Et fortuna diu felix exterret utrunqꝫ
Conſilio aduerſum pacis.ſtudijſqꝫ quietis
Namqꝫ ego commemini medio feruore iuuente
Qualis apud trebiam fuerim permitte profari
Qualis apud cannas.talem te ſuſpicor eſſe
Nempe virens etas:⁊ famoſiſſima clari
Te vindicta patris.te tot felicia bella
Africe ⁊ heſperie.⁊ nunq̄ꝫ mentita ſecundos
Succeſſus fortuna leuat.ſatis omnia noui
Preterea expertus totiens.ſcio quanta libido eſt
Uincendi.q̄ꝫtumqꝫ decus.victoria quando
Certa foret fateor rerum eſt dulciſſima.ſed nunc
Quis deus hanc uobis qui non ⁊ fallere poſſit
Pollicitus mihi crede aderunt niſi ſiſtimus iras
Corpora:ferrum:animi:vultuſqꝫ:manuſqꝫ virorū
Agmine ab aduerſo.ſimul hic quē cernis inermē
Alter erit pectuſqꝫ aliud fronſqꝫ altera longe
Nec ſonus hic uocis.nec pacis inhertia uerba
Ergo animos aſſumme nouos.neu nomina pacis
Uile ſonēt.pulchra eſt inquis victoria ſed ſpes
Anxia vincendi:pax eſt pulcherrima rerum
Hec tibi certa patet.niſi reſpicis.omnia uerſa
Et quotiens animos preſentia proſpera tollunt
Ante acres intende oculos.circumqꝫ retroqꝫ
Nec quid leta ferat tantū fortuna:tulit ne
Sed quid ferre poteſt animo metire ſagaci
Nil facies recte.niſi cum ſpes uenerit illinc
Hinc metus occurrat.tibi ſin victoria forſan
Ceſſerit.⁊ quantū eſt proprijs quod laudibꝰ addiſ
Uictor:es ⁊ vincis:vixqꝫ vnum mille triumphis
Addicis.at ſi forte diu comitata repente
Deſtituant te fata.ruis pereuntqꝫ labores
Innumeri.ſpeſqꝫ ampla ſimul conſultor ⁊ hoſtis
Unus adeſt.odium ſileat res firmet utrinqꝫ
Utile conſilium ⁊ ſi nulla pericula terrent
At retrahat ſaltem ſtudium te nominis alti
Altius ire nequit.nunc conſeruare labora.
Magnus enim labor eſt magne cuſtodia fame.
Uis ne tot egregios actus:⁊ tempore tanto
Queſitum decus:vnius commitere caſus
Arbitrio.vis ne vna.dies tot ſubruat annos.
Fortunam frenare ſuam:finemqꝫ ſecundis
Ponere conſilium eſt.nec parua acceſſio magne
Fortune eſt tenuiſſe modum.ſi frena relaxas
Auferet in preceps.poſſem te multa monere
Namqꝫ exemplorum magna eſt mihi copia quātꝰ
Uir fuerat cyrus.tamen is dum fine ſine ullo
Credulus inſequitur fortunam.turpiter alto
Excidit e ſolio.cumulus fuit ille pudori
Feminea cecidiſſe manu.felicia pirrus.
Arma tulit.quanta potuit cum laude reuerti
In regnum.uobis etiam manſiſſet amicus
Ut reor.illa animi tanta dulcedine.tali
Dignus amicitia.ſed dum nec frena tenere
Nec curſum cobibere poteſt.collapſus ad ima
Corruit.hic medio ſi permanſiſſet abunde
Sparſerat epiri celebrem per ſecula famam.
Ha quotiens italo rex formidatus in orbe
Trinacrie diadema tulit.mox cognitus ortho
Sceptra etiā macedum arripuit.ſed ſiſtere nuſq̄ꝫ
Dum ualet ille viris inuictus gloria vulgi
Feminei.argolico ruit ingens victima ſaxo
Sed quia noſtra magis fortaſſe exēpla mouebūt
Hac ipſa in patria regulum fortuna ſupremis
Equarat ducibus.ſed dum conſcendere ad aſtra
Nititur.in tergum iacuit reſupinus acerbo
Fine decus partum claudens aliena renarro
Meqꝫ libens taceo.fato iactatus utroqꝫ
Quid ſim.quid fuerim cernis vix notius uſq̄ꝫ
Inuenis exemplum.fortuna uolubilis in quo
Luſerit ulla magis.tutum eſt diſcedere ſenſim
Illius e gremio.nimium nec fidere blandis
Uin tu illi preſtare fidem:que uoluere nunq̄ꝫ
Deſinit inſtabilem violento turbine rotam
Que non ceca modo eſt.ſed cecos efficit illos
Quos complexa ſinu eſt nunq̄ꝫ ue attollit ⁊ īplet
Muneribus falſis.niſi quos de culmine ſummo
Uertere precipiti fuerit meditata ruina.
At fuerit ſuſpecta tibi iam federe fracto
Punica forte fides.ſed tu deſiſte uereri
Tempus pacis adeſt.⁊ nos niſi falſa relatu
Audiui.pactum fedus ſpreuiſtis auorum
Tempore.quod minime dignis auctoribꝰ ictum
Eſſe videretur.nos ſi fortuna maligne
Strarit humi.reris forſan cecidiſſe decoris
Omne ſimul ſtudium.non ſic nos numina leuo
Sidere proſpiciunt.fateor non omnibus eque
Publica fata uelim ⁊ patrios committere caſus
Nunc autem de pace agitur tractantibus illis
Quorum primus honos pacis belliqꝫ futurus
Et labor ⁊ requies.equidem quia bella mouendi
Auctor eram donec metuerunt fata tetendi
Ut fauſtus foret euentus ſic federa certe
Conſilia firmate meo:pacemqꝫ tuebor
Que nobis inhoneſta quidē.ſed uelle neceſſe eſt
At uobis ſpecioſa uenit.ſic dicere q̄ꝫq̄ꝫ.
Uictorum pacis leges:penamqꝫ iubere
Tu tamen hanc patiare reos imponere mulctam
Ore uelim proprio.noſtris erroribus equam
Heſperie tractus:atqꝫ arua nouiſſima mundi
Eolieqꝫ triceps regio ⁊ ſardinia:⁊ omnis
Inſula tyrreno aut libico perfuſa profundo
Ueſtra ſit.hinc alia ex alijs conquirite regna
Ite per extremos axes.atqꝫ inuia ferro
Pandite fulmineo.reges calcate ſuperbos
Ueſtra ſub occaſu victricia ſigna ferantur
In boream.⁊ ſolis tandem uoluant̄ ad ortus
Nos autem libicis arctati finibus inde
Uos dominos rerū longinquaqꝫ cuncta regētes
Imperia.⁊ multum terraqꝫ mariqꝫ cremendos
Cernamus.ſuperis poſtq̄ꝫ fatoqꝫ potenti
Eſt placitum.tantum ille graui ſermone profatus
Subticuit.contra ſcipio cui talia reddit
Certus eram quecūqꝫ mihi promiſſa fuiſſent
Aduentu turbanda tuo.nec federa penos
Ius ue hominum uel ſacra deum ſeruare paratos
Ni cogente metu.prius hic grauis aſtra uolatu
Scādet equus.prius hic ſolidus per inania collis
Aſcendet.celumqꝫ cauo ſubſidet auerno
Q̄ꝫ uobis ſit amica fidem.ſed iuſta deorum
Ultio perſequitur ſontes.ſtirpemqꝫ prophanam
Uerberat.⁊ claudo q̄ꝫq̄ꝫ pede iuſſa fugaces
Preuenit interdum ſcelerum ſpectator ab alto
Perfidieqꝫ deus q̄ꝫq̄ꝫ tibi fabula uana eſt
Hannibal eſſe deum.quotiens rubicunda cruente
Littora pulſarunt abſorptis claſſibus vnde
Uiſcera bellantum pelago quot ſparſa natarunt
Quot trūce aut lacere afflictū ſup̱ equora puppes

Quot tabo vndantes eſtu iactante carine
Quot clipei. ⁊ tetro ſtillantes ſanguine poſtes
Credis adhuc non eſſe deum.ſic pectore prorſus
Egatis abraſit non multum annoſa uetuſtas
Bis prius aduerſum nos arma nephāda tuliſtis
Noſqꝫ laceſſiti ſemper.ſocijſqꝫ fauentes
Id meritis contra ſtetimus certare coacti
Nos pietas quondam ſiculis ſuccurrere iuſſit
Nūc autem hyſpanis.in quos tua maxima q̄tuz
Seuitia exarſit dolor eſt meminiſſe pudorqꝫ
Sera nimis miſeris quoniam romana fuerunt
Auxilia atqꝫ ingens infamia noſtra ſaguntum eſt
At deus:ille deus quem uos contemnitis equas
Exegit penas meritis belliqꝫ prioris
Exitus ille fuit quem uos ſenſiſtis: ⁊ idem
Huius erit:niſi iuſta deum vindicta fatigat.
Si qua tamen medio tulimuſ.que multa fatemur
Uulnera.premiſit forſan rectiſſimus ultor
Exercens:purganſqꝫ pios.ſed priſca relinquo
Si tibi cura monet:ne pax tua ciuibus obſit
Et mihi perfidie ne premia forte reportent
Eſt animus.quid enim.nū uos ⁊ federa ⁊ omnez
Spem pacis violaſſe palaz eſt.nūc federa rurſus
Et pacem.indignos quos prima iniuria fecit
Conditione pari petitis leuiore ſecundam.
Nec pudet. ⁊ quantis ſeſe fortuna reuoluat
Caſibus admoneor:q̄ ſit via lubrica magne
Fortune.iubeor reges meminiſſe ducesqꝫ
Quos mutata gradu ſubito deiecit ab alto.
Exemplisqꝫ premor.ſcio ꝙ mortalia nobis
Corpora ſunt.animi eterni.ſcio multa ſepultis
Supplicia. ⁊ longos ſcelerum ſupereſſe dolores.
Hic famam reſtare bonis.eternaqꝫ celo
Premia.vis ne aliud docilem vir docte monere
Caſibus expoſitum ſcio me:teqꝫ armipotentem
Egregiumqꝫ ducem fateor deſiſte minari
Scimus ⁊ hinc maior noſtris ſperatur ab armis
Gloria.nec regnum fortune ignoro iocantis
Rebus in humanis.at nulla potentia ſummo
Eſt equanda deo.ſolet hic pia bella fouentes
Auxilio firmare ſuo.ac ne forte moremur
Hunc totum per uerba diem.ſi federa nobis
Prima placent.ratibuſqꝫ recens iniuria noſtris
Legatiſqꝫ illata aliqua purgatur.habetis
Quod petitis.neu polliciti puter inſcius:ingens
Munus habes pacem.quonā fortuna reuerſa eſt
Ueſtra vides.ſi dum latio tua fama tonabat
Tempeſtate graui bellorum:mitior hoſtis
Optaſſe eadem precibus tunc forte ſuperbum
Non preſtare fuit.nunc cum prope victus ⁊ omni
Pulſus ab italia.metuenſqꝫ ⁊ uelle ſubactus
Pacem ores.poterat recta cum fronte negari
Et tamen ut mundus videat non aſpera nobis
Deieciſſe animos:non tollere proſpera bella
Fortuna ue pares habitus conſiſtere in omni.
Poſteritaſqꝫ notet:non nos dulcedine prede
Prelia non odijs.ſed pacis amore mouere
Pax dabitur fuerit nobis ſi pura uoluntas.
Sed quid uana refers.hac eſt hyſpania dextra
Si neſcis.multoqꝫ mihi iam parta cruore
Cetera noſtra vides.ſtulta eſt iactantia dantis
Quod retinere nequit.de noſtro munera fingis
Proinde aliud paci:pactiſqꝫ prioribus ultro
Adice.ſiquid habes.ꝙ ſi nimis illa videntur
Importuna animis.gladios atqꝫ arma parate
Indociles tollerare thogam pacemqꝫ peroſi
Dixerat. ⁊ tremula tellurem percutit haſta
Hijs dictis retro redeunt:ceu cornua poſtq̄
Obniti tenuere diu grauibuſqꝫ tumentes
Impleuere animos odijs.viſuqꝫ maligno
Digreſſu tacito referunt ueſtigia tauri
Ut grauius toto coeant cum pondere rurſus.
Mugituqꝫ fero complent nemus omne fremētes
Circunſtant:reduceſqꝫ acuunt in bella iuuente
Quemqꝫ ſue:Talis ducibus redeuntibus ore
Spiritus. ⁊ talis tumido ſub pectore feruor
Poſtq̄ ad vicinas ambo rediere cohortes
Arma animoſqꝫ.parent in bella nouiſſima tandez
Edicunt.alacri celum tonat omne tumultu
Tum uero urgentes ſtimulos virtutis ⁊ eſtus.
Irarumqꝫ faces:grauiterqꝫ minantia uerba
Flammanteſqꝫ oculos ardentiaqꝫ ora videres
Haud aliter q̄ cum ſtipulis immittere flammam
Forte ex compoſito late diſtantibus aruis
Diſcedunt gemini agricole.diſperſus in agros
Horridus alternos:nunc hic:nunc cernitur illic
Et trepitante ſono ſubitus micat ignis utrinqꝫ
Ut uero caſtra eſt reditum:clamore fauenti
Qualis apum ſtrepitus regem circunſtat ouantē
Pro ſe quiſqꝫ ducum excipitur.cupidumqꝫ tuēdi
Funditur inquirens certatim ſingula vulgus.
Unus in amborum caſtris diſcurrere ſermo
Fatalem ueniſſe diem.nec premia belli
Qualia preteritis ſoleant ſperare periclis
Nec penas inſtare pares.victoribus orbem
Terrarum.imperiumqꝫ ſequens per cūcta parere
Secula.tum victis extremos affore caſus.
Semianimis ꝙ victa metu.propiorqꝫ cadenti
Carthago.nondum icta tremat fatoqꝫ premente
Amplius immenſam nequeat differre ruinam
Romanis non eſſe fuge.non collis amici
Preſidiuz.obſtruſoſqꝫ habitꝰ maris equore circū
Alarum celiqꝫ fugam reſtare patentis.
Hinc igitur quoniam terror:ſpeſqꝫ excitat illinc
Imperiumqꝫ ducum uario permixta fragore
Caſtra modis reboant miris.hic corrigit haſtam
Ille acuit gladios.agiles probat ille ſagittas.
Induit hic galeam capiti:criſtaſqꝫ trementes
Excolit.hic blando permulcens murmure fortem
Frenat equum phaleriſqꝫ tegit.ſtudet ille recuruꝰ
Ferratos aptare pedes vnguemqꝫ cauatum
Uerberat:ac crebris tinnitibus inde fauillas
Elicit.hic pictum clipeum textamqꝫ cathenis
Loricam exiguis tenuiſqꝫ rigentia ferri
Tegmina circum humeros: ⁊ fortia pectora ducit
Implicat hic ocreas femori:tibiaſqꝫ pedeſqꝫ
Armat. ⁊ aurata preſulget imagine poples
Hic mihi pierides:quoniam maiora puſillis
Uiribus aggredior ſi uos ab origine ſemper
Dilexi coluiqꝫ libens.ſi rite uocaui
Hic prebete animos.totoqꝫ elicone fauete
Auia caſtalie ſitiens conuexa pererro
Urget amor.fameqꝫ trahit ſpes blanda decore
Lux ea terribili hinc illinc conſumpta paratu
Ceſſerat ⁊ uerſo radiabant ſidera celo
Inclita magnificis opibus cultuqꝫ uerendo
Ethereas matrona virens perlabitur auras
Stat capiti diadema ſacro turritaqꝫ frontis
Effigies.ſceptrumqꝫ manu.ſed ſparſa capillos
Et trepido feſtina gradu,cui feruida contra

Multa minax mulier.medioqꝫ peruſtioꝛ axe
Ac ſuccincta ſinus.pauloqꝫ annoſioꝛ ibat.
Illa quoqꝫ ſceptrum.⁊ regni violenta gerebat
Signa.deos.homineſqꝫ omnes regemqꝫ deoruʒ
Aſpernata animis.ambe ſimul alta tenebant
Quaqꝫ rubens martis metuendi luminis aſtrum
Scoꝛpio:chelarum amplexu caudaqꝫ tegebat
Utraqꝫ celeſtes pariter tempuſqꝫ ſub vnum eſt
Introgreſſa fores.illas mirantur euntes
Celicole rapidus tenuerunt ſidera curſus.
Ut ſummo ſolio coram ſtetit altera raptim
Incipit.En quantum facinus iunonia longum
Hoſpita.⁊ eternum fato ſtatuente futura
Temptoꝛ ab italia.nec tot ſua vulnera pꝛoſunt
Nec quod ſiqua fides gladijs letale putaui
Cannarum memoranda dies.o fata deorum
Dura bonis liceat iuſtas inferre querelas
Et celo non ficta loqui.natura benigne.
Mecum egit fateoꝛ.ſuperi inuidiſtis acerbi
Equoris immenſi pulcherrima littora clemens
Illa mihi circum dederat.poꝛtuſqꝫ decorem
Addiderat:celiqꝫ aderat clementia blandi
Et ueſpertino ueniens ab axe fauoni
Dulcioꝛ afflatus çepheriqꝫ tepentioꝛ aura
Littoris aduerſi frigus glatiale videbam
Et poſterga graues exurere cuncta calores
Ipſa meo contenta ſitu.medijſqꝫ fruebar
Leta bonis poterat terre celeſtis imago
Uera niſi falloꝛ ſpectantibus illa videri
Adde tot illuſtres natos martiſqꝫ ſecundi
Tot titulos:tot geſta ducis.famamqꝫ ſonoram
Non tibi mars illum fratrem fateare pudendum
Hunc quo fata virum rapuerunt inuida furtim
Tempore vulgatum eſt.quantus tot ille paratus
Oꝛſus erat.nomenqꝫ meum quo ferre putabat
Infelix quanto flagrans genitricis amore.
Mitte alios.naʒ magna mihi nũeroſaqꝫ turba eſt
Quanta mihi nuper qualiſqꝫ nouiſſima pꝛoles
Contigerat.fateoꝛ ſuperi moꝛdaxqꝫ fatenti
Inuidia abſiſtat.non ullum regia paſcit
Maiorem generoſa iouis.quis feruoꝛ in ullo
Par fuit ex quo pꝛometheus ſubduxit ab aſtris
Particulam:ceciqꝫ infudit pectoris antro
Accenditqꝫ homines.quanta eſt conſtantia mẽti
Inſita.q̃ꝫ pꝛeceps per cuncta pericula fertur
Credite coꝛporeo niſi mentem carcere clauſam
Sarcina membꝛorum pꝛemeret:foret ille deoruʒ
Ex numero ſolioqꝫ altus radiante ſederet
Nomine non opus eſt.ubi ſoli conuenit vni
Quod loqueris.factiſqꝫ ſatiʒ iã cognitus oꝛbi eſt
Hannibal.ante ſuos perdent errantia calles
Sidera ⁊ ethiopes niuibus grauis obruet eſtas
Ripheumqꝫ gelu borea tepefacta loquenti
Soluet hyems.q̃ꝫ feta viro perduxerit illi
Terra parem.nec fallit amoꝛ.ſed uera fateboꝛ
Parcite celicole.uereoꝛ ne triſtis alumno
Inuidia:⁊ cecus noceat fauoꝛ.aſpice terras
Iuppiter italie.viden interſtrata colonis
Arua ſuis.viden indigena uariata cruore
Flumina ⁊ ignotis multum diſtantia terris
Buſta ducum potuit latum effudiſſe per oꝛbem
Hannibal iſta meus potuit diſiungere moꝛtes
Et ſaxis arctare uagis.uerum obuius illi
Nunc deus eſt aliquis:quis enim moꝛtalia cõtra
Arma ferat.puer aduerſo uenit agmine nobis
En pudoꝛ o ſuperi.ſed nec puer ille .nec omnis
Terreat auſonie tellus.non illa ſuperbo
Quam tacitam hic modo meditãtẽ grãdia vultu
Aduerſamqꝫ meis fatis.hanc ſcilicet ipſam
Et foꝛmidatum mundo puerumqꝫ patremqꝫ
Una acie quondam collatis vicimus armis.
Nos nec adhuc tanto melioꝛ foꝛtuna fauore
Ceperat amplecti.nunc tot firmata triumphis
Quid metuam:niſi foꝛte deos.ſuccurrite fame
Atqꝫ arcete nephas.moriar niſi clauditur illo
Neſcio quid puero quid me iubet uſqꝫ timere
Dixerat:at contra vultu ueneranda modeſto
Altera pꝛocedit paulum.manibuſqꝫ coronam
Abicit.ac ſceptrum pedibuſqꝫ affuſa tonantis
Sic ait.o magni ſupꝛema potentia mundi
Si tua roma poteſt:lachꝛymis perfundere ſacros
Te patiente pedes.pꝛecibus inflectere iuſtis
O ſuperumqꝫ hominumqꝫ ſatoꝛ rerumqꝫ creatoꝛ
Optime parce tuis.fer opeʒ.⁊ moderare labores
Aſpice placatos tandem:⁊ miſerere pꝛecamur.
Quanta per heſperiuʒ rapidis urgẽtibus auſtris
Flamma latus:nimboqꝫ nocens vndante pꝛocella
Seuierit.mundo notum eſt ⁊ notius aſtris.
Nec mihi quod miſere inſultans nunc illa virago
Obicit inficioꝛ.candantes oſſibus agros
Italie.terriſqꝫ ducum diſperſa ſepulchꝛa.
Et quicquid miſer armorum fert impetus oꝛbi
Suſtinui.ſolioqꝫ pater tu paſſus ab alto es
Crimina ſic meruiſſe reoꝛ mea.reſpice tandem
Mitius afflictos.⁊ ſi mea crimina nondum
Sunt purgata ſatis.tua fulmine dextra coruſco
Hoc caput inuiſum ⁊ tarpeias uerberet arces
Hannibalem auertat.iamqꝫ auertiſſe videris
Et grates actura tibi pꝛo munere tanto
Aduenio.timui fateoꝛ furiaſqꝫ doloſqꝫ
Imphandi ducis ⁊ laqueos ſimulataqꝫ bella
Ille etenim ſacra quem genitrix celotenus effert
Atqꝫ ipſis inſana deis.tot laudibus equat
Fraudibus inſidijſqꝫ magis confidere in armis
Q̃ꝫ virtute ſolet:poſſem ſibi multa meorum
Funera natorum.doloꝛ impedit.heu heu quanta
Seuitia eſt ſummumqꝫ nephaʒ.quibꝰ illa ſuperbit
Sic tales cecidiſſe duces.ſed tempus aperte
Nunc virtutis adeſt.iuuenem niſi fata virentem
Quem puerum uocat ipſa odijs immitibꝰ urgẽt
Quod tu ſumme parens pꝛohibe ⁊ ꝑmitte parẽti
Id modo ſollicite.ceſſet fraus arma ferantur
Iuſta acie liceat plano confligere campo
Uel nati me fallit amoꝛ uel mira videbis
Pꝛelia.⁊ infames equantia vulnerea cannas.
Diuinos noui ipſa animos humanaqꝫ ſubter
Omnia cernentes.non ꝙ mihi fabula mundi
Perſuadeat.natum eſſe deum.licet impꝛoba fãdo
Excitet inuidiam.diuino temptet honore
Pꝛedones.licet ipſa ſuos celebꝛare deiſqꝫ
Adnumeret.mihi ſufficiat decoꝛ ille virorum
Scipio magnanimus.ſimilem cui nulla tulerunt
Tempora nulla ferent.non hec me uera negabo
Credere nempe animos diuinã accendere mẽteʒ
Illius.ac nullum ſine numine poſſe benigno
Egregium reoꝛ eſſe virum.non aſtra moraboꝛ
Amplius.aut nato faueas.aut partibus equis
Sta medius.fraudemqꝫ ueta.ſi ceſſerit illa
Uincimus haud dubie ſed enim iunonia iactat
Hoſpitia.⁊ ſuperos hac ſperat uoce mouere

Fallitur.inſanit:ſtet ſemper nube ſub iſta
Uel ſimili ſtabit equidem mihi pulchꝛa tonantis
Tarpeio ſtat colle domus.cui thura preceſqꝫ
Defecimus.ſed rite utinam.pia ſacra docere
Tu potes ⁊ facies.niſi pꝛimo in limine celi
Fatorum uox intrantem exaudita fefellit.
Ergo age ſupplicibus pateāt pia pectora,uerbis
Celſe parens:hominuȝ ſpes ſumma ⁊ ſola bonoꝝ
Audieram imperium terre pelagiqꝫ ſupꝛemum
Et circunfuſo.quicquid quocunqꝫ ſub axe
Clauditur oceano.latio de ſanguine natis
Pꝛomitti.ſed quid niſi tu tam grandia pꝛeſtat
Nunc autem non regna peto ſit tuta merentum
Libertas.liciat ſitientem ſanguine hoſtem
A iugulis arcere meis.ſi digna rogaris.
Si mihi non parcis.populis ignoſce nepotum.
Quos noua religio faciet tibi foꝛſan amicos.
Finierat.ſtringenſqꝫ pedes atqꝫ oſcula rurſus
Ingeminans.lachꝛymis herebat.⁊ ore madenti.
Subriſit vultu tacito ſtillantis olimpi
Rectoꝛ.ad alterius tactus pꝛeſagia ſecli
Tandem uerba parat tremuit conterritus ether
Conticuere poli.ſiluit telluſqꝫ chaoſqꝫ.
Nullo vnq̃ꝫ ingenio patuit moꝛtalibus inquit
Quid pareret uentura dies.ſic noſtra pꝛemuntur
Conſilia.archano ſic iuſſa ſilentia celo.
Et tibi que patrem memoras audiſſe futuri
Intra ſiderium potuit contingere limen.
Exterius ſonuiſſe nequid.niſi foꝛſitan ardens
Spiritus huc aliquis flammis purgatus ⁊ vnda
Uenerit.hinc tenui quedam penetrantia rima
Erumpunt.multa quoniam pietate coactus
Uim patioꝛ.verum quo longius omnia uoluam
Pauca mihi e cunctis que iam ſub ſole geruntur
Pauca placent.quoniam terris incognita virtus
Huc refugit.totiens de uobis queſta:ꝙ inter
Milia tanta hominum ſibi vix contingat amicum
Inueniſſe aliquem.me purpura ueſtra mouebit
Foꝛſitan an aurum pꝛefulgens ceruice celi
Hoc ſpacium.gemmis foꝛſitan contingar eois
Hinc oriente alio:⁊ circumradientibus aſtris
Delectoꝛ.meqꝫ ipſe magis.comitumqꝫ choreis
Coꝛpora qui placeant oculis moꝛtalia noſtris
Aut fragiles artus:aut foꝛma fugatioꝛ vmbꝛis
Omnia ſunt eterna mihi ſplendoꝛqꝫ decoꝛqꝫ
Diuitie ſtabiles maſuraqꝫ gloria regni.
Ac ne cuncta ſequar:virtus mihi clara placere
Sola poteſt.animiqꝫ habitus.quam dicere ſedeȝ
Ipſe meam nunq̃ꝫ erubui:ſed rara per oꝛbem
Hoſpitia inuenio.nunc ueſtra addiſcite fata
Eſt laboꝛ hinc illinc per ſecula multa paratus
Mutuaqꝫ alternas tenuabunt funera gentes
Quem foꝛtuna pꝛemat.cui ſtet victoria parti
Non eſt noſſe pꝛius:niſi ꝙ cui conſcia mens eſt
Iuſtitie:noſtrumqꝫ licet hanc ſperare fauorem.
Aſt alium timuiſſe par eſt:ab origine rerum
Pꝛemia digna pijs atqꝫ aſpera multa malignis
Edixi.ſed enim uobis nunc maxima cura eſt
Natorum.ueniet tempus quando utraqȝ triſti
Exilio patiare tuum ſeneſcere longe
A patria.nec buſta petes non gloria tanta
Non decus:aut pietas:aut foꝛtia facta mouebūt
Amborum.nimium moꝛtalia coꝛda uolutat
Ambitio.ſpem non ſobolem mihi credite amatis
Largioꝛ in uerbis ſolito ſum:maxima namqꝫ
Res agitur.merito ſermonis ⁊ indiga tanti
Imperium.mundiqꝫ caput.maiore cauendum
Uoce aliud ſupereſt.dociles auertite mentes.
Eſt mihi pꝛopoſitum quoniam caligantia mundo
Lumina ſunt pꝛopius ueſtris accedere terris
Et pondus nexuſqꝫ hominum:moꝛtalia membꝛa
Sponte ſubire mea.ueſtroſqꝫ leuare dolores
Quantus amoꝛ.moꝛtēqꝫ etiaȝ tolerare pudendā.
Ingrate.dureqꝫ animi conuiuia q̃ꝫq̃ꝫ
Munera ſint uobis.tamen hec felicioꝛ illa eſt
Fauerit hoc equidem cui nunc victoria campo
Hanc penes imperiuȝ ſimul ⁊ mea maxima ſedes
Semper erit ſic,fixa etenim ſententia ſanxit
Neue diu dilata nimis ſpes ueſtra putetur
Cuncta pꝛius cuncti moꝛtales iſta videbunt
Qȝ decies latum ſaturnus cinxerit oꝛbem
Limite retrogrado.placida ſic virgine captus
Iam rapioꝛ.ſacri ſic mulcent ubera lactis.
Talia narrātem cuncti gaudentibus alis
Celicole vmbꝛabant.atqꝫ agmina nuncia pacis
Attonite auditis:non vno tramite matres
Spe uaria incerte redeunt.iam littus eoum
Sanguinolenta dies caſus viſura ſupꝛemos
Luſtrabat radijs.iam claſſica crebꝛa ſonabant
Et matutinum per caſtra frementia murmur
Conſurgunt hinc inde duces nec tanta ſub aſtris
Ulla fuit romana dies.per ſecula cuncta
Nec fuit in campis ullis ductoribus equis
Aut paribus certatum odijs.aut artibus aut vi
Nec metus in pꝛeſens tantuȝ ſed milia multa
Annorum ante oculos aderant.quēcūqꝫ dediſſet
Hac acie foꝛtuna gradum.patriamqꝫ domumqꝫ
Et ſtirpem.⁊ genus.⁊ ſeros ſperare nepotes.
Scipio diſtinctam campis inducit apertis
Oꝛdinibus miris aciem dextrumqꝫ gubernat
Maſſiniſſa latus numidis inſtructus.⁊ illum
Hyſpanus ſublimat equus.triſtataqꝫ ſignat
Caſſis.⁊ aduerſo ſinuatur purpura uento.
Lelius.at leuum moderatur in agmine coꝛnu
Quem ſequitur latijs equitatus ductus ab oris
Hunc apulus ſonipes:rapidum pꝛopioꝛqꝫ uolāti
Fert circum.rigidoqꝫ effulgent pectora ferro
In medio romana fremit pꝛedura iuuentus.
Eminet hijs alte imperitans legionibus ingens
Scipio.iamqȝ auro.iam ferro:clarus ⁊ oſtro
Clarioꝛ eſt animis.⁊ ſpe clariſſimus ampla
Obſcuratqꝫ alios.Surgentis lumina phebi
Ferre uelut comites nequeunt.hinc lucifer almus
Inter hebes radios.illinc cyllenius ore
Pallidus ambiguo:nam cetera ſidera circum
Non expectato fugerunt omnia ſole
Excitat ipſe altos animos:atqꝫ omnia firmat
Per medias uolitans acies.nitidiſqꝫ tremendum
Fulmen ineſt oculis:quod uerberet ora tuentum
Signiferis inſtare ſuis.equitumqꝫ phalanges
Hoꝛtari.trepidos uerbis ſolidare.pauentes
Erigere ac dubios.hos obteſtatur at illos
Orat.⁊ in medium pulcherrima facta recenſet
Uel ſua uel generis nomenqȝ inculcat auorum
Hos laudat.blandis caſtigat uocibus illos
Obiurgatqꝫ moras.⁊ amico uerbere inhertes
Inſtigat.docet ille decus docet ultima belli
Pꝛemia.q̃ꝫ pꝛope ſint.diſcriminis atqꝫ pudoris
Admonet.hijs ſtimulis animos impellit ⁊ urget
Omnibus ille locis feſtinat adeſſe.nec ullum

Perdere ſupremi momentuꝫ temporis ardet.
Poſtq̃ cuncta ſatis circum prouiſa.ſuiſqꝫ
Preſidijs firmata videt.dux maximus acri
Cornipede excelſus niueo.ſi iuppiter inquit
Hunc animum qui noſtra mouet precordia cũctis
Nunc nobis notum eſſe uelit.dubitaſſe pudebit
Quis finis ſeu que noſtros fortuna paratus
Exciperet.nullis oculis ſol clarior vnq̃
Apparuit.mihi q̃ victoria cernitur ingens
Uicimus agnoſco: trepidantis turbida vulgi
Murmura.⁊ ambiguos motus:acieſqꝫ labãtes
Uicimus.hic animos cerno.ſtatqꝫ horrida cedes
Ante oculos taboqꝫ tumens.⁊ ſanguine torrens
Et cumuli ingentes patris tellure iacentum
Ipſum ego iam video iactatis turpiter armis
Exceſſiſſe ducem video latebraſqꝫ petentem
Atqꝫ utinam heſterno patuiſſent cominus aures
Cunctorum alloquio.licuiſſet noſcere aperte
Degenerem fractumqꝫ animuꝫ.non iſte ꝓfecto eſt
Hannibal ille prior:niſi nomen territet ipſum
Immo ille eſt eqdẽ.ſed enim dux callidus arma
Nota tremit.ſentitqꝫ alijs tractãda lacertis
Conſilioqꝫ noui ducis imperioqꝫ moueri
Non ſibi cannarum conſul temerarius ibit
Obuius hoc campo.nec quem pugnare uetabat
Omnia clara deum manifeſtaqꝫ ſigna futuri
Si mens ſana foret.neqꝫ nunc ſempronius alter
Preſidet hijs caſtris.mecum non puluis ⁊ eſtus
Solqꝫ oculis infeſtus eum uentuſqꝫ iuuabunt
Non nebula inſidias canniſqꝫ paluſtribus idem
Obſtruet.aut aciem victam torpore niuali
Obruet.⁊ calido perfundet corpus oliuo.
Hic mecum gladio pectus temptabit acuto.
Enſe latas rigido.ualidamqꝫ incumbet in haſtam
Hoc metuit.pacem quotiens petiere pauore
Et quotiens rupere dolis.ſi temnimus illos
Hos odiſſe decet.uos nunc ad talia bella
Felices igitur dextras.atqꝫ arma mouete.
Primus in inuiſos ego iam nunc inferor hoſtes
Inde fuga ⁊ terror.ſic dij promittitis omnes
Sic mens ſaga boni.ſtrictiqꝫ auidiſſima ferri
Dextera.⁊ indomiti generoſus pectoris ardor.
At uobis tanto calcata hyſpania curſu.
Et noſtruꝫ iuuenile decus:tot regia bella.
Ruraqꝫ perpetuis:ardentia punica flammis
Occurrant.etas.actus.iam plena viriles
Incipit a nobis.ueroſqꝫ optare triumphos.
Iam mihi bellorum ſtimulus radixqꝫ malorum
Hannibal.⁊ tanti debetur gloria cepti
Quecunqꝫ ingreſſis pelagus dij ſigna dederunt
Quãdo egathis petiere patres:ac plura fauẽtes
Oſtendunt.equidem tempus mihi perdere ſemꝑ
Diſplicuit.tum precipue.cum regna geruntur
Terror abes.certa eſt victoria.pergite mecum
Nil moror ⁊ reditus felix.qui viſere geſſit
Et patriam: ⁊ natos: ⁊ amice coniugis ora
Hac iter eſt romam.victori talia certo
Non pugnaturo ſimilis poſtq̃ ille profatus
Subticet hortanti leto ſimul agmina vultu
Unanimeſqꝫ alacri reſpondent uoce caterue.
Haud aliter q̃ ſi capitolia celſa tenentem
Curribus in niueis ſolito clamore ſequantur
Hannibal extremi fatalem temporis horam
Precipitare videns confeſtim elephante relicto
Prerapidum conſcendit equum vultuqꝫ minaci
Terribilis.qualis paſtor poliphemus ab antro
Turbidus eolio:uel qualis ab ethere triſtis
Nuncius imperijs ſolet apparere cometa.
Inſtruit ingentes acies:cunctoſqꝫ elephantes
Ut grege monſtrifico turbatum territet hoſtem
Prima fronte locat.turreſqꝫ in terga trementes
Cernuntur totidem colles iuga ſumma mouere
Dixeris ac totidem mutantes rupibus arces
Hunc clipeum totis pretendit viribus hoſtis
Mox ligures galloſqꝫ acie conſiſtere prima
Imperat.auxilijs illam balearibus implens
Ac mauris.acie penos locat inde ſecunda.
Atqꝫ afros brutio completur tertia tantum
Milite.qui meſtus magnaqꝫ ex parte coactus
Caſtra ſequebatur.lacis cum cornibus agros
Occupat:immenſo circundans agmina giro
Ad dextram penos italis concurrerere iuſſos
Ordinat.at leuam numide tenuere rebelles
Optanteſqꝫ armis inuiſo occurrere regi.
Hec ubi diſpoſuit.quoniam ſibi caſtra coacta
Gentibus ex uarijs fuerant ⁊ diſſona lignis
Nunc interpretibus . proprio nunc ore cohortes
Accendit.ſtimulatqꝫ ſuo non ſegnior hoſte.
Omne ſimul ducis egregij ſeu militis idem
Implet opus.primas acies ac ſigna ferentes
Inſtruit.hinc alas:curſuqꝫ nouiſſima luſtrat.
Itqꝫ uagus blandis.permiſcens aſpera uerbis.
Si fortuna mihi nota eſt mea.vicinius inquit
Nec viciſſe ſat eſt.timidum deleuimus hoſtem
Romanũqꝫ genus.maneant modo priſtina uobis
Pectora:cannarũ:aut trebie memorãtia tempus.
Nullus ab aduerſo uenit obuius agmine:quẽ nõ
Mille locis italo pridem ſaturata cruore
Fuderit hec acies.cui non fratrem ue patrem ue
Aut natuꝫ abſtulerit.dux ipſe ferocior annis
Et pater auſonij tunc gloria nominis ingens
Hos timuit gladios laudataqꝫ ſigna cruore
Infecit:noſtros fugiens rediturus in enſes
Ni forſan:procul a patria melioribus iſte
Militant auſpicijs.aut nos peioribus urbis
Ante fores patrie.non ſic carthaginis alme
Immemores rear eſſe deos.ut fortia rome
Menia non auſi ferro defendere noſtris
Menibus inſultent.furor huc attraxerit illos
Hec fortuna potens populo ſpectacula peno
Miſerit.ut quondam digitis auulſa cruentis
Tot ſpolia ut modios curuo compleuimus auro
Contenti patrie rerum tranſmittere famam
Tantarum.ſic formoſo nunc vincula collo
Leta ducis latij victrix carthago videbit
Sic circunductos pecudum de more per urbem
Romanos errare greges.leliumqꝫ loquacem.
Et uarium regem atqꝫ inopem:qui noſtra reliquit
Arma fugax.huiuſqꝫ hodie per numina teſtor
Uos mauri:numideqꝫ iugum vitate ſuperbum
Maſſiniſſa ſuos repetit per uerbera ſeruos.
Uos galli certate odijs.hoſtemqꝫ uetuſtum
Nunc gladijs urgete nouis.hic campus in orbe
Collectas alio longeuas expiet iras.
At uos o ligures.quos me ⁊ mea fata ſecutos
Per mare per terras nulli ceſſiſſe labori
Hic video.pugnate precor.ſi digna manebunt
Premia victores.non uos mihi credite uallis
Hiſpida.nec regio abruptis imperuia ſaxis
Sed campi pingues.⁊ ditia rura manebunt

Jtalie.neſterqꝫ pauor ſtimuluſqꝫ ſilebit
Roma ferox.uos chara mihi dilectaqꝫ multum
Agmina.uoſqꝫ mei ciues impulſibus ullis
Non opus.aut monitis.patriaꝫ ſpectate tremētē
Hoſtileſqꝫ faces.atqꝫ impia pila pauentem
Et notos muros:ubi prima infantia uobis
Exacta eſt:ubi tot meriti duxiſtis honores.
Tot letos feſtoſqꝫ dies:ubi buſta ciuiſqꝫ
Maiorū.⁊ memori ſtāt ſcripte i marmore laudes
Omnis in armatis patrie fiducia dextris
Et noſtra virtute ſita eſt.ſuccurrite feſſe.
Uxores uobis:dulceſqꝫ occurrere natos
Deprecor.⁊ trepidas matres ſacramqꝫ parentuꝫ
Canitiem.⁊ patrij curam ſupereſſe ſepulchri.
Nondum finierat.magnuſqꝫ in uerba ferebat
Jmpetus ardentem.ſubito cum claſſica ⁊ omnes
Romane cecinere tube.clamorqꝫ tremendus
Ortus ab aduerſo:celum compleuit ⁊ auras.
Ac ſtrepitu horriſono uolucres heſere uolantes.
Quo cuncte concuſſe acies.trepidiqꝫ elephātes
Jn ſua precipiti redierunt agmina curſu.
Turbaruntqꝫ loco.compulſaqꝫ cornua retro
Ceſſerunt.o ceca hominum mens inſcia rerum
Conſilijſqꝫ illuſa tuis.quos agmine primo
Preſidium tanti ducis anxia cura locarat
Hij ſtragem peperere ſuis.primamqꝫ ruinam.
Hic fragor hannibalem medio ſermone loquētē.
Auertit.ueluti ſubitum ſi forte canenti
Obſtrepat.⁊ ſciſſo deſcendat iuppiter axe.
Jlle ſilet.tremuloqꝫ modos ſub gutture frangit.
Attollitqꝫ oculos.⁊ celum ſuſpicit atrum.
Uerum tam uarijs totiens dux caſibus olim
Jactatus:totiens dubijs exercitus armis
Preſtat.⁊ aduerſos ſpeculatur turbidus hoſtes
Jncrepitanſqꝫ metus.vires animoſqꝫ fluentes
Colligit.excurritqꝫ fremens ſeqꝫ obuius offert.
Sicut aper rapidis poſtqꝫ̄ latratibus actus
Uulnificos inſtare canes:atqꝫ arma ſequentum
Aduertit:iam terga rigent.iam ſubrigit aures.
Hinc preceps in tela ruit.Sic feruidus ibat
Hannibal.egregijqꝫ animam patris ore uocabat:
Stabat ab aduerſo iuuenis tunc impiger acri
Maſſiniſſa animo:qui mox fluitantia cernens
Cornua penorum:trepidos irrumpit in hoſtes.
Et quacunqꝫ viam facit ingens belua:raptim
Jnſequitur.ſimiliqꝫ fretus duce lelius:inter
Jrruit armorum cumulos:tempuſqꝫ locumqꝫ
Arripit:obſtantes cedit.fugientibus inſtat.
Scipio magnanimus violenti more leonis
Qui catulis feſtinet opem.ſiluaſqꝫ feraſqꝫ
Obruat.in medios ſtricto penetrauerat enſe
Jllum tote acies.illum miratur ab alto
Juppiter.⁊ noſtro ſibi num foret emulus orbe
Sol ſtetit ambiguus:rutilo ſic totus in auro
Fulgebat.ſic purpureo radiabat amictu
Sic rigidis nitidus iuuenis ſplendebat in armis
Poſtqꝫ̄ eſt ad ueros peruentum cominus hoſtes
Romani peniqꝫ manus miſcere cruentas
Ceperunt:ingens ⁊ inexorabilis urget
Jra duces:populoſqꝫ duos:nec marcius uſqꝫ̄
Jmpetus aſperior.nec acerbior ulla per orbem
Pugna fuit.nec enim precio conducta gerebat
Bella cohors:aderant proprio qui ſanguine uellēt
Quas ipſi ediderant:odiorū extinguere flāmas:
Unus amor:cunctiſqꝫ adeo legionibus vna
Mens erat.ulciſci iuſtos uel morte dolores:
Punica perfidia:⁊ romana ſuperbia paſſim
Uocibus alternis vulnus iactantur ad omne.
Jurgia.⁊ infames queſtus.⁊ tempore eodem
Hic ſonus hic iugulis extorta ſilentia ceſis.
Annua nunc penis ⁊ auara tributa ſubactis
Nunc fraus:⁊ capto ſtrages indigna ſagunto.
Et quicquid rabies odio flammata uetuſto
Armatis dictare ſolet:coit omnis in vnum
Offenſe cumulus.longiqꝫ iniuria belli.
Pectora pectoribus tunduntur:⁊ enſibus enſes
Uulnera vulneribꝰ.mortes quoqꝫ mortibus atre
Miſcentur.iuuat inſertis deſcendere ad vmbras
Uiſceribus.maneſqꝫ nouo turbare tumultu
Pugnanteſqꝫ animas herebo transferre ſilenti
Heu furor ⁊ quanto ſatius vixiſſe quietus
Finibus in patrijs populos potuiſſet uterqꝫ
Non ſinit ambitio.ceciqꝫ ſuperbia cordis
Et ſitis:eterna que ſpe ſuccendit habendi
Mortales:uritqꝫ animos ⁊ trudit in enſes
Confligunt infenſe acies nec publica tantum
Hos odia exagitant.credit ſua vulnera quiſqꝫ
Et patris fratriſqꝫ necem dum percutit hoſtem
Ulciſci.uſqꝫadeo mentes offenſa uetuſtas
Aſperat.atqꝫ odio leuius certare recenti.
Jmpellunt ſua caſtra duces:⁊ uocibus altis
Accendunt animos.⁊ honeſta pericula mōſtrant
Ac ſubeūt.ſpecies viſa eſt pulcherrima mortis
Pro patria pepigiſſe animam.vis ampla furoruꝫ
Armorumqꝫ dabat ſtrepitus:gemituſqꝫ cadentuꝫ
Confuſos horrore ſonos.iam ſanguinis altus
Jt fluuius:campoſqꝫ rigat fumantibus vndis
Jamqꝫ furens operit uoluitqꝫ cadauera torrens
Mons quoqꝫ corporibus proſtratis ſurgit equorꝫ
Atqꝫ virum rapidoſqꝫ iugis iam ſeperat hoſtes.
Non ſic attonitos egeo littore nautas
Expauiſſe rear.quibus inſula nata repente
Eſt ꝓpe theraſiam.quod mōſtrū doctus aruſpex
Romano dedit imperio:macedumqꝫ ruine.
Nauita ſed tranſtro rupis ac ſtupefactus adheſit
Ceperat interea pugna tremefactus iniqua
Auxiliaris eques penorum excedere campo
Jnſequitur victor profugos.iam ſparſa ſequendo
Jpſa viam cumulos:inter reperire laborat
Ceſorum romana acies.pars ſcandere in altum
Et dubio titubare gradu.pars lubrica circum
Arua tenens:ſparſis aditum temptare maniplis
Signiferi fluitare etiam armorumqꝫ magiſtri.
Et poterat vincendo uagus felicia miles
Bella repentinis preuertere cladibus atqꝫ
Jlluſtrem fedare diem.ni prouidus alti
Scipio conſilij reuocantia ſigna dediſſet
Cognita nāqꝫ poſtqꝫ̄ iuſſo tubicine campis
Uox ſonuit.tenuere gradū.ſignumqꝫ ſecuti
Jn primos rediere globos.hinc agmina rurſus
Turbine concurrunt alio:ſed viribus iiſdem
Ethere diſperſos ueluti cum turbidus auſter
Arctauit nimbos ſiluitqꝫ repreſſa parumper
Dum tonat.hinc pluuijs ⁊ grādine mixta reſurgit
Tempeſtas inimica ſatis.exceſſerat ardens
Scipio iam colles immenſa ſtrage coactos
Collatiſqꝫ iterum ſignis ⁊ viribus ambe
Miſcebant acies equato prelia campo.
Sollicitum ſpectaſſe deum tot funera gentis
Jndomite.tantoſqꝫ truci ſub morte labores

Crediderim.ſeu quis ualidis foret exitus armis
Hoc equidem mundi campis commiſſa cruentis
Nutabat fortuna die.quis iura ſupremi
Imperij.ſummumqꝫ gradum.quis ſcepta teneret
Fauiſſet ſi forte etenim ſors ultima peno
Quis dubitet:quin immenſū dominata per orbē
Impia carthago rerum tenuiſſet habenas
Romanumqꝫ nihil foret hec in tempora nomen.
Itala barbaricis tellus lacerata colonis
Mutaſſet genus egregium.maiorqꝫ fuiſſet
Africa.ſi potuit nomen ſibi grecia inermis
Impoſuiſſe ſuum.quanto magis africa victrix
Sed miſerata pios diuina potentia nobis
Succurrit.talemqꝫ virum peioribus annis
Italie dedit afflicte.qui fortia bella
Fortior exciperet.qui non preſentia tantum
Sed uentura etiam diſcrimina pelleret vnus.
Temporibus cui tuta ſuis innixa maneret
Et cui libertas ſeruanda ſequentibus annis
Iam media ſol almus equos regione trahebat
Etherea.⁊ tantas ſpectabat territus iras.
Impiger.⁊ nullo defeſſus membra labore
Non eſtu:non vulneribus:non nube calentis
Pulueris:extremas manibus temptare ꝓcellas
Scipio tendebat.cuneus quo denſior illum
Et ducis aduerſi facies optata uocabat
Flamma cauernoſi connexa trementia montis
Ac uelut ethneo deſcendens uertice uaſtat
Et ſcopulos ruit obſtantes.arbuſtaqꝫ frangit
Obuia.ſulphuree reboant ſimul vndiqꝫ ualles
Sic ferus ⁊ ſimili proſternit turbine cuncta
Scipio:ſepe monens.miles romane precor te
Aut vince aut morere:⁊ mecum nūc ultima tēpta
Hec via uel romam:uel recto tramite ducit
Ad ſuperos.hec uociferans intrabat in agmen
Hannibal.contra ille graui cum mole ruentem
Excipit impauidus.confligunt fulmina martis
Hic ſcipio:hic hānibal:cernēſqꝫ ex ethere mauorſ
Miratur tales terris ſupereſſe magiſtros
Militie.tales operum ferriqꝫ miniſtros.
Hic precor ut mendax deſiſtat grecia tandem
Hominibus certare ducum.pudeatqꝫ referre
Imbelles aſie populos.gangemqꝫ ſub actum
Parthorum ſileant reges ⁊ perfidis aruis
Exiguo ſpectata phalanx.nec conſerat ipſa
Troia manum.priamiqꝫ domus cantata poetis
Graiorum.⁊ noſtris.non regum quiſquis adoro
Crine fluens.atqꝫ aſſirio criſpatus amictu
Hijs campis nō nude acies.non fluxa par armos
Purpura.non leuibus tantum confiſa ſagittis
Turba fugax.uerum hinc armis innata virenti
Robore ſubſiſtens italo romana iuuentus
Arma tulit.contra aſſiduis exercita bellis
Agmina penorum.quibus eſt hyſpania teſtis
Uirtutis.latiumqꝫ magis:que mille per arua
Romanos hominum victores omniaqꝫ auſos
Iam peſſum ferro dederant:⁊ fortibus armis
Has inter gentes alio certamine longe
Concurſum eſt.alijſqꝫ animis:iam uera fatenti
Uiribus hec acies preit.hec leuitate:ſed vnuꝫ eſt
Parqꝫ odium ambabus.vix tandē feſſa parūper
Cedebat penorum acies.tum feruidus ira
Hannibal exclamat.non hec tibi ſigna retrorſum
Furcifer ut referas dederam.quin pergis ⁊ illa
Hoſtibus in medijs potius diſcerpta relinque.

Heu mihi quo ruitis.non eſt via recta:uenite
Hac hoſtem reperire licet.carthaginis eſtis
Sic memores.hac forte domum remeare putatiſ
Erratis miſeri ciues.hec carceris vna
Exilijqꝫ via eſt.hec dicens ibat in hoſtes
Solus ⁊ intrepidus cunctas ſic ille pudore
Et victas pietate ducis firmaſſe cohortes
Uiſus erat.bellumqꝫ ingens renouataqꝫ cedes
Ceperat.urgebat ſcipio primuſqꝫ premebat
Obſtantes cuneos ⁊ funera crebra ferebat
Perfidiam nunquid tam longā inferre videbo
Prelia virtuti.non ſic pietatis auite
Oblitos rear eſſe deos.concurrite fortes
Pectoribus:manibuſqꝫ viri.victoria preſto eſt
Talia iactabat ſtricto mucrone tremendus
Iamqꝫ referre pedem paulatiꝫ exterritus hoſtis
Mox magis atqꝫ magis.nec iam reuerentia tanti
Ulla ducis retinere diu potuiſſet in armis
Ecce autem pariter redeuntes hoſte fugato
Rex leliuſqꝫ retro feſſos
Improuiſi a tergo inuadunt.Illicet ergo
Cepta prius ſenſim laxis fuga pergit habenis
Nec patrie pietas.proprij nec cura pudoris
Nec decus hannibalis quicq̄ꝫ ualuere preceſqꝫ
Ille videns fractas acies ⁊ terga ſuorum
Uerſa metu rapidum trepida formidine tandem
Uoluit equū.campoqꝫ fugit lachrymoſus aperto
Accuſanſqꝫ omnes homines ue deos ue ꝓpinquū
Peruenit ad rumetum.illic menibus urbis amice
Subſtitit.hinc iterum peno reuocante ſenatu
Digreditur poſtq̄ꝫ attonite ſub menia uentum
Eſt patrie.non ille forum:non publica templa
Sed furtum petijſſe larem contentus ⁊ ima
Sede diu meſtus.latebris ſeſe abdidit atris.

Argumentum libri octaui

i Amqꝫ ducis iuſſu rapit carthaginis aurū
Feſſaqꝫ victores ꝓſternunt corpora terre
Graminee:fit ſermo ducū:leliuſqꝫ iubetur
Ire iterum in patriam ut portet noua nunci⁹ urbi.
Hannibal exilium clam proripit equore uaſto
Pergit ad antiochum.ſyphacis filius inde
Uincitur imprudens ſtimulis agitatus anhelis
Claudius in libiam tendens prohibetur ab alto.
Haſdrubal:⁊ ueniam pacemqꝫ iubente ſenatu
Impetrat.at victrix ꝓtendit lintea claſſis:

¶ Incipit liber octauus.

Ron⁹ad occeanū cupiēſ narrare ꝓfūdiſ
p Antipodū populiſ nr̄o que viderat orbe
Sol rapidos ſtim'labat eq̄s.nōdūqꝫ ſo
Scipio curarū laqueis.ſup̄ma uolutās lutus
Excidia infande gentis tempuſqꝫ locumqꝫ
Atqꝫ aditus formamqꝫ rei.⁊ diſcrimina ſecum
Cuncta ſimul tacitus vigil ſub mente mouebat:
At quia ſolis iter deuexum.atqꝫ hora monere
Grata videbatur feſſis daret ocia caſtris
Inſtituit reuocare acies.meritamqꝫ quietem
Tradere militibus nocturni tempora ſomni
Et tamen hoſtili q̄ꝫ primum irrrumpere uallo
Uiſum eſt.huc alacres igitur preit ipſe cohortes
Ingrediturqꝫ aditum nullo cuſtode locorum
Illic preda ingens
Precipitem meditāte fugam ⁊ quid vita ualeret
Non quid opes.paſſimqꝫ iacens p̄cioſa ſupellex
Inuenta eſt:rapitur cupide carthaginis aurum

Per maria ⁊ terras queſitum ſanguine multo
Barbarice libico quod victa hyſpania bello
Miſit auaritie.ſardis quod feſſa cauernis
Quod ſiculis totiens extoꝛſerat impia templis
Quod medio percuſſa die:plaga toꝛrida mundi
Et niger ethiopum populus regnumqꝫ peruſtum
Quod mauri:numidumqꝫ olim per ſecula longa
Aut reges miſere alij.quodqꝫ itala tellus
Tot dederat damnis:id totum ſanguine mixtum
Africa nunc reuomit.quid tot ualuere rapine
Raptoꝛ raptorem ſpoliat.nunc ite per ampla
Equora.nunc ualidas pꝛoſternite turribus arces
Nunc aratruꝫ antiquis inſultet menibus:omnes
Unus habet pꝛedas hoſtis.mundiqꝫ ſuperbit
Tot ſpolijs.ueſtriſqꝫ ſimul.tandem agmine feſſo
Scipio magnanimus referens victritia retro
Signa ſub occaſum ſolis ſua caſtra reuiſit
Captiuos ſeruare iubet.que ue ampla relatu
Ac ſpecioſa forent.nam cetera pꝛeda viritim
Sparſa erat.atqꝫ animos mulcebat militis acres
Serus atlantheo radiabat uertice pulcher
Heſperus.⁊ nitido rariſſima ſidera celo
Aggere gramineo conſidit leta iuuentus
Celſioꝛ at cunctis ſcipio.rexqꝫ additus illi
Herboſum tenuere thorum.tum coꝛpora curant
Feſſa labore graui:belloqꝫ exhauſta diurno.
Ut dapibus compꝛeſſa fames.pꝛimus ue quieuit
Impetus edendi:placito facundioꝛ ore
Lelius ingreditur:poſtq̄ꝫ mihi fata dedere
Hunc tantum vidiſſe diem contentus abibo
Quo iam cunqꝫ trahent.ne me natū eſſe pigebit
Dum tecum vixiſſe ferar.foꝛtiſſime rectoꝛ
Heſperie cui noſtra ſalus bene creditur vni
Hoc fateoꝛ ſolo.mentem ſpes ultima luſit
Nam rediens bello magna iam parte peracto
Cum maſſiniſſam cedentem terga viderem.
Teqꝫ per aduerſo tanta virtute tonantem
Actum de hannibale eſt:tacito cuꝫ murmure dixi
Nunc quibus ille vijs.aut quonam eruperit aſtu
Obſtupeo.miroꝛqꝫ fugam.ſed notioꝛ illis
Eſt regio .idqꝫ hodie multis foꝛtaſſe ſalutis
Cauſa fuit medio abrumpens ſermone loquenteꝫ
Rex ait:iſte quidem merito clariſſimus omni
Poſteritate dies per ſecula longa feretur
Nominis auſonij fuerit dum fama ſuperſtes
Sed mihi crede leli.noui moreſqꝫ animumqꝫ
Hannibal.an ne dolis victus ſuccumbat in armis
Seruis incertum eſt vnum mihi lumen in illo
Centum oculis:par eſt argum quem ſepe uocare
Bellorum ſoleo:quia non eſt fallere cuiq̄ꝫ
Ingenium mentemqꝫ viri.tamen omnia vite
Conſilia.atqꝫ omnem ancipitis diſcriminis arteꝫ
Uerterat vna dies.iamqꝫ hunc pꝛendiſſe videbar
Et comitem inuiſo romam miſiſſe ſyphaci
Sed dum cuncta oculis luſtro vigilantibus ille
Aduolat:⁊ noto decurrit tramite tutus
Nec dubium ingentes qm̄ montes ſtragis ⁊ altuꝫ
Sanguinis infandi pelagus uel mole uel vndis
Creuiſſet:niſi dilapſos per opaca viarum.
Uicine ſocijs cepiſſent menibus arces
Excidit hunc ſcipio vitam quecunqꝫ per omnem
Aut vidi aut legi fateoꝛ mihi parua videntur
Fabula:dum memini hannibali vidiſtis amici,
Quantus erat quantaqꝫ acies firmauerat arte.
Ipſe mihi aduerſus ueniebat in agmine pꝛimo
Obijciens penos italis numidaſqꝫ rebelles
Maſſiniſſa tibi memoꝛ hos odioqꝫ metuqꝫ
In regem pugnare ſuum latiamqꝫ cohoꝛtem
Ecce ubi conſtituit quoniam ueniſſe coactam
Nouerat in frontem ſtetit indica belua pugne
Getuliqꝫ greges horum terrore putauit
Romanam turbare aciem quorum impetus illi
Pꝛofuit:innumeris bellis ſed amicioꝛ omnem
Hunc nobis foꝛtuna mecum detraxit eramqꝫ
Ipſe ego ſollicitus:quibus hoc eludere monſtruꝫ
Artibus:aut tollerare feras quo robore poſſem
Atqꝫ ideo pꝛimam rara regione cateruam
Impleui facili peſtiqꝫ tranſitus eſſet
Ut curſu ſuo diffuſa contentioꝛ iret
Innocua feritate ruens ſed iuppiter alme
Qꝫ foꝛti ſtetit ille animo dum fracta videret
Coꝛnua q̄ꝫ nihil extimuit quotienſqꝫ labantem
Reſtituit:virtute acie interdumqꝫ coegit
Spem titubare meam ſolitum iactare pꝛofecto
Mentio clarorum fuerit ſi foꝛte virorum
Audiui ipſe omnis bello ꝙ tertius eui
Oꝛbe ſit in toto:peragitqꝫ hec oꝛdine pꝛimum
Ponit alexandrum pyrrhum locat ille ſecundum
Et ſequitur mox ille duos ſed uera fateri
Non liuoꝛ uetet aut odium:mihi maximus omni
Hannibal.ex numero eſt darium niſi foꝛte porūqꝫ
Eſt viciſſe magis q̄ꝫ quos numerare laborem
Tot noſtros fudiſſe duces niſi pꝛeſtat inermem
Barbariem ſuperaſſe manu:q̄ꝫ cede cruenta
Romanas ſtrauiſſe acies diſtantia longe.
Actum ducuꝫ memoro quid morem moribꝰ equē
Hinc regem nudare piget ſtet tegmine fame:
Clarus apud populos ac dignis laudibus acrem
Hinc hoſtem celebꝛare uacat:quis bella ſubire
Pꝛomptioꝛ:aut medio quis cautioꝛ eſſe periclo.
Quis ue tibi aut ſomni quis vini partioꝛ illo eſt
Hoc admirari ſoleo quod ſepe relatum
Eſt mihi longeui:poſt pꝛima exoꝛdia belli
Sollicitum aſſidue ⁊ facinus ſub mēte pꝛofunda
Uoluentem egregium nunq̄ꝫ cenaſſe ſedentem
Iam quid ergo armorum curas arcemqꝫ ſup̄maꝫ
Militie:terram ue duci clipeumqꝫ cubile
Neglecteqꝫ decus ueſtis ſtudiumqꝫ frementi
Coꝛnipedum memorare uelim patientia quāta eſt
Frigoris atqꝫ eſtus curſuſqꝫ ſitiſqꝫ famiſqꝫ
Quanta ducum miles:quanta eſt dux militis idē
Spes animis ꝙ pꝛimus erat ruiturus in hoſtem
Ultimus excedat campis hec omnia pꝛidem
Nominis experti:ſiquid modo pectore in illo
Aut ueri aut fidei melioꝛ natura locaſſet
Optarem noſtro genitum natumqꝫ ſub oꝛbe
Quis mihi ductorem laudet quem ceca gubernet
Ebꝛietas fugienda viro cuicunqꝫ ſed altis
Pꝛincipibus funeſta lues quis ſparſa cruore
Cōmunia ⁊ plenis elata cadaueris menſis
Perqꝫ eſtum ancipites algenti in fulmine ſaltus
Barbaricus cui luxus iners ⁊ perſica ſoꝛtis
Blandimenta noue placeant aut purpura molis
Cetera pꝛetereo:ſed enim non moribus iſtis
Hannibal italiam bello uaſtaſſe triluſtri
Eualuit:ſic fatus erat cum pauca modeſte
Maſſiniſſa refert depꝛeſſoꝛ magne tuarum
Atqꝫ alienarum miratoꝛ maxime rerum.
Si mihi das fandi ueniam ſtat dicere contra
Noſcendi ſtudio fame ſi credis auite.

Magnus alexander nullis non victor in horis
Orbe peragrato tandem peruenit ad ortus.
Fortunamqꝫ ſimul clauſit cum tempore vite
Hannibal: ⁊ ſpatio breuior victuſqꝫ cruente
Eſt hodie ille aſiam tentataqꝫ contra ſubegit
Innumeros docuit populos urbeſqꝫ duceſqꝫ
Ut lupus immenſum qui toto irrumpit ouile
Is timet aduerſum longe ſpectaſſe leonem.
Uicit alexander populos rex optime noſti
Quos adijt graios titulis aut ille paternis
Subtrahat: aſt aſiam quo viceret ille paratu
Scimus ⁊ imbelles galatus ⁊ inertia bactra
At non arthoas gentes qua uergere primum
Commoditate loci poterat: non punica regna
Non italos mundi caput galloſqꝫ ⁊ hiberos
Attigit. hos extra quid dignum laude videtis
Egregia ⁊ tantis titulis tantoqꝫ boactu
Regibus eois domitis. indoqꝫ cruori
Uiciſſe hunc omnes liceat fudiſſe ꝙ uſqꝫ eſt
Quatuor obitia latio confecta potenti
Prelia vis ne grauem ⁊ memorādū in ſecula teſtē
Alter alexander rex epirenſis ⁊ huius
Non minor ipſe animis ⁊ auunculus orbe viritim
Diuiſo italiam uenit belloqꝫ ſubactus
Dum latus auſonia tranſfiſu cerneret haſta
Hec ait expirans heu q̄ꝫ diuerſa nepoti
Et mihi bellorum cecidit ſors ille iocoſe
Femineum ſubigit nullo certamine vulgus
Durior armatis mea me diſcrimine tanto
Obiecit fortuna viris: cum talibus ergo
Hannibal iſte viris tot iam fera bella per annos
Qua virtute gerat noſcis: namqꝫ illa perennis
Gloria magnifici regis fortunaqꝫ ſemper
Proſpera: ⁊ in finem ſimili comitata fauore
Non nihil externis ſicut ſplendoribus addit
Omnia ſic ſtudio vigili meditantibus aufert
Iudicium ueriqꝫ viam pars altera namqꝫ
Fortune latet ambigue nec noſcere promptum eſt
Quantus in aduerſis breuitas quoqꝫ tēporis illi
Hec tribuit morſqꝫ impia viro properata nec illuꝫ
Maius habet fortuna bonum q̄ꝫ leta ſub vno
Et vitam clauſiſſe diem ſic tempus utriqꝫ
Indultum excutias: tute fateare neceſſe eſt
Hannibal ut plures vincendo exegerit annos
Quam viuendo alius macedum quo vita tyrānū
Tempore deſtituit toto quis protinus orbe
Uicerat hannibalem ſi tunc ceſiſſet ad vmbras
Ibat honorato viſurus tartara curru
Queſito non de perſis galathiſqꝫ triumpho
Qui rex longeue traxiſſet fila ſenecte
Quis fuerit certus uenturo tempore uates.
Non fortuna ſenem excipiet non rara ſecundis
Forte fides ſeros manſiſſet firma ſub annos
Precipue ſi quot fuerat iam ſepe minatus
Italiam ſeuior tentaſſet ⁊ africa bella
Singula uerſanti quoniam nox alta ſoporis
Admouet hic illo maior belloqꝫ videtur
Clarior: atqꝫ hodie plus uere laudis adeptus
Si famam egregiam dat fortuna nec aufert
Quam vincendo alius licet omnis grecula circuꝫ
Obſtrepat ⁊ teſtes inculcet turba libellos
Dixerat aſtabant intentis auribus omnes
Miles in his grauior paululumqꝫ annoſior vnus
Incipit: aut dubie quem magnum dixeris ille
Maximus eſt nec parua tibi miranda videntur.

Nec vulgare aliquid ſolitum laudare tenemus
Hoc vnum petijſſe uelim ſi tertius ille eſt
Quem tandem claro tanta virtute relictum
Scipiade putat eſſe locum quoue ordine ſeſe
Insereret ſi forte acie victritia ſigna
Q̄ꝫ procul auertant ſuperi meminiſſet ab iſta
Dactus ad hec lelius tu ſiquis ſidera celi
Dinumerare uolens hoc digerat ordine primum
Luciferum poſt arturum gelidumqꝫ boetem
Hic alios ignes ſolem fortaſſe putabis
Preterijſſe vno ſtat per ſe ſolus ⁊ inde
Nomen habet nec ſum ignarus quid calidus ille
Reſponderet ad hec acie ſi victor abijſſet
Heſterna macedum regem pyrrhumqꝫ ſecundos
Eſſe ſibi cunctoſqꝫ alios quos clara per orbem
Fama duces loquitur: ſed eniꝫ ſe dicere quartum
Noluit erubuitqꝫ altis miſcere ſuperbum
Sideribuſqꝫ diem ſic ille effatus ⁊ omnes
Aſpenſere animis nutuqꝫ ⁊ murmure leto
Talibus atqꝫ alijs noctem ſermonibus illam
Inſomnem traxere diu iamqꝫ heſperus alto
Morſus erat pelago mediumqꝫ rotūda loquēdo
Tranſierat iam luna polum te vndiqꝫ paſſim
Defeſſi inuiridi deponunt aggere membra.
Sic ubi triſtis apes celo commiſſit aperto
Impetus: ⁊ magne cedis pluit ethe aceruos
Pars victrix ⁊ repetit ſedes procul hoſte remoto
Et circa regem coeunt ac murmure plaudunt
Poſtremum in cigno dant corpora caſſa ſopori
Atqꝫ omnes pariterqꝫ ſilent pariterqꝫ quieſcent
Uix dum exorta dies iterumqꝫ aſcendere claſſem
Lelius ⁊ romam leto rumore iubetur
Sollicitoſqꝫ implere patres iamqꝫ equore felix
Nuncius ingrediens auſtro dat uela ferenti
Hic ſtatus in caſtris at quis carthagine terror
Quis dolor aut quenaꝫ trepidi noua cara ſenatis
Plebs ſubitis percuſſa malis pretoria circum
It patrum afflictiſqꝫ rubet ſuccurrere factis
Penorum: ⁊ patrie miſeram prohibere ruinam
Illi autem dubij conſultant qualiter olim
Dum ſcopulo colliſſa ratis gemit atqꝫ ſupremum
Naufragium impendet coeunt atqꝫ ultima tādeꝫ
Conſilia expediunt trepidi ſub nocte magiſtri
Omnibus vna ſalus viſa exquirere quenam
Mens foret hannibali ducis an ſpectata ſupremi
Uirtus ſub tanto cecidiſſet victa periclo
Staret an aduerſis animus ſpeſqꝫ ulla ſub alto
Pectore: ⁊ ambigui que ſit ſententia belli
Ille diu renuens tandem populiqꝫ patrumqꝫ
Imperijs obſtare nequit: meſtiſſimus ergo
Confuſuſqꝫ pudore graui nec merore latebris
Egreditur qualis rapto matrona decore
Que q̄ꝫuis culpa careat ſibi conſcia tanti
Dedecoris ſilet ipſa tamē refugitqꝫ videri
Exhorretqꝫ viri aſpectum faciemqꝫ ſuorum
Ut trepido ſtetit ille foro confuſa repente
Turba ducem viſura ſuum quem tempore tanto
Tam procul a patria longinqua bella gerentem
Audierat: populuſqꝫ omnis concurrit ⁊ ingens
Curia ⁊ innumero complentur compita vulgo
Aſpicienſqꝫ ſuos ciues generoſus ⁊ aſper
Spes intimuit tandemqꝫ ſilentia triſti
Fronte mouens vno ſiquideꝫ plus viximus inq̄t
Q̄ꝫ decuit placuitqꝫ die crimenqꝫ fatebor
Ipſe meum pridem tacitus me prelia ſenſi

Aduerſis tractare deis:ſed me ultra per omnes
Gloria precipitem caſus fameq; libido
Ceca tulit teſtes:facio quos ſenſimus hoſtes
Eſſe deos actum:quicquid uel arma uel artes
Uel noſtre ualuere manus:nec defuit vnq̃;
Cura operi egregio vicerunt numina noſtros
Conatus:cecidi totus:nec iam ulla relicta eſt
Spes mihi:nos precibuſ romanā expoſcite pacē.
Conſilij hec eſt ſumma mei:ſic fatus in imas
Rurſus abit latebras celumq; videre recuſat.
Inde pudor mixtuſq; dolor ſimul ira pauorq;
Cum quaterent animum aſſidue tutaſq; negaret
Fama moras hoſtiſq; odium ſecreta parauit
Effugia occultoſq; habitus lucemq; per omnem
Multus adeſſe foro populo ſe inferre frequenti
Ueſpere theſauros ad proxima littora mittit
Ingentes:ſeq; ipſe uagus ceu menibus effert.
Dumq; poli medium nos intempeſta rotaret
Conſcendit puppim tacitus tum carbaſa uentis
Pandit. ⁊ infauſte condemnat littus arene.
Iam procul italiam pelago ſpectabat ab alto
Suſpirans.reputanſq; ſui primordia facti.
Stat regum tentare fidem feriq; ꝙ uſq̃; eſt
Et bellum reuocare ferum mundumq; procellis
Exagitare alijs:iampridem magnus in armis
Rex erat antiochus:ſyrie iam tractus ⁊ omnis
Helleſpontiaci feruebant littoris urbes.
Iamq; epheſum belli ſedem rex ipſe tenebat
Equore iam claſſes campiſq; equitatus apertis
Dux deceat ceptis huc retro tramite proram
Hannibal:huc clauum iubet huc ⁊ carbaſa flecti.
Iam drepanuʒ propere iam littora nota panormi
Pretereunt curuoſq; ſinus çephiroq; fauente.
Uulcanum liparumq; ſecant fumumq; fauillis
Nigranteʒ horrificis geminumq; ardere cacumē
Suſpiciunt pauidi:fugiunt iuuantibus vndis.
Et ſinus italicum latus inter ⁊ arua propinque
Trinacrie ſolitus ſpectantes fallere nautas
Emines vnus ac faciem protendere terre
Abſtulit id dubium donec longeuior uſus
Paulatim.nam continuo duo littora tractu
Dixeris herere:⁊ geminos ſe tangere montes.
Qʒ quondam feciſſe ferunt huc uela peloris
Seu caſu ſeu ſponte dabat.namq; ille magiſter
Puppis erat timuit fraudem dux calidus:⁊ ſe
Obiectum ratus inſidijs nil tale merentem
Obtruncat:ſubitoq; errorem agnouit ⁊ acris
Penituit facti:ſiculo tum monte cadauer
Depoſuit:buſtumq; ſuper conſtruxit ⁊ aram
Addit:ac ſtatuam memorem nomemq; ſepulti.
Nunc etiam mox ipſe tenet ſemperq; tenebit
Faucibus emergens dubijs ratis impia uaſto
Sulcat iter pelago cephalen prior obuia ſurgit
Ac vicina pari ſpatio contenta iacinthus
Cederet ac gemini limes maris alta corinthus
Inſcius exemplo nouus hic fortaſſe recenti
Supplicium erroris potuit timuiſſe magiſter
Ergo gubernaculum flectit:iamq; equore ab alto
Littorea mathona vident ubi forte philippus
Rex macedum faciat iam lumine captus eodem.
Contigit hic animum uidueq; iniuria frontis
Et dolor atq; itale domuit locus ille paludis.
Inde maris late ſcopulos emenſus achei
Uoluitur eximio qua plamite fertilis extat.
Innumeraſq; ſacro ſparſas legit equore terras

Atq; epheſum feſtinus adit:regiſq; furentis
Excitat admotis ardentia pectora flammis
Utq; alias eloi uentis urgentibus oras
Occupat interdum niuibus qui grandine poſtq̃;
Hos uaſtauit agros : illo ciet orbe procellas
Ingeminans longeq; tonans:ſic pulſus ad ortus
Italie uaſtator erat:quos ille tumultus
Exciuit.quantas ſtrages ferus enſe parabat.
Si fortuna foret metuens id ſcilicet vnum
Dijs falſum iuraſſe ſuis.nempe omnia fando
Si ſequar excutiar cepto labor iſte ſequentum.
Et decus ingenij fatis incumbere eois.
Atq; aſia libie fratremq; adiungere fratri
Scipio muneribus diuum:tantaq; fauore
Fretus ad extremum inuiſe carthaginis ardens
Excidium intendit:ſtat enim quocunq; uocanteʒ
Fortunam mens certa ſequi nec mittere tempus
In caſum quo facta dabant victritia ſigna
Octauio commiſſa duci totaſq; phalanges
Terreſtri iubet ire via ⁊ ſub menia ſeue
Urbis agi petit ipſe uti tam quo lenculus illis
Miſſus ab italia magna cum claſſe diebus
Appulerat:uetereſq; nouis ubi miſcuit aluos
Impetit equoreo penorum tramite portam.
Scilicet auſuros pelago ratus ultima victos.
Siquis adhuc reliqui faceret fortuna retuſis
Uiribus aut animis ſi ſpes foret ulla ſub armis
Littoribus cunctis iam formidata ſubibat
Hoſtia:iam litius ſtridentibus equora circum
Omnia iam ſcopuli iam concaua ſaxa fremebant
Ipſe repercuſſus confuſis uocibus ether
Horriſonum lacte terrorem in menia iactat
Frondibus ecce olee circum redimita virentis
Supplicibuſq; onerata viris uenit obuia puppis
Ac pacem ueniamq; petens nil uocibus illis
Reſponſum eſt aliud:firmo ſub littore iuſſi
Aduentum expectare ducis romanaq; caſtra
Ipſe ſub inuiſe claſſe tamen admouet urbis
Menia:⁊ aerias ſpeculatur cominus artes.
Conſpicit ⁊ celſas ſolido de marmore turres
Luminibus ſuperaſtantes ac ferrea clauſtra
Portarum totis ⁊ propugnacula muris
Admirans:romamq; putans vidiſſe ſecundam.
Urbs circūfuſo ualatur maxima ponto
Et muris ⁊ tuta ſitu niſi falſa parumper
Anguſti a tergo pepuliſſent littora campi
Inſula tota foret iuxta latiſſima portus
Planities immota iacet fauceſq; cathenis
Nectuntur ualidis:crebre ſtant littore turres.
Ipſe oculis metitur opus libratq; periclum
Exploratq; aditus ubi pronum prendere terram
Qua penetret portum que ſit via tuta ſub arcem
Inuiſam ueluti cupiens proſternere rupem
Cultor agri aut ſegeti damnoſam auellere quercū
It circum:tentatq; modos facilemq; ruinam
Cogitat:annocuamq; alijs campoq; ſibiq;
Iam ſatis immenſam terrore impleuerat urbem.
Inde fretum remis celum clangore tubarum
Intonat:⁊ ſignis reſonant crepitantibus aure
Digrediturq; minax illum ſtupefactus euntem
Mercurij collis:montiq; inſcriptus apollo
Proſpiciunt:plebſq; ipſa tuens horreſcit ab alto
Attoniteq; gemunt matres ac multa precantur
Anxia:ſic uolucris tentare prehendere nidos
Paſtorem aſpiciens trepidis ſe uerberat alis

Multa querens truncoqꝫ pauens ſuſpendit alto.
Jamqꝫ uticam apulerat iūctiſqꝫ in littore tandem
Agminibus ſocijs vno que tempore circum
Duxerat octauius tiuetis menia uerſus
Carpit iter claſſemqꝫ cauo ſub monte recondit.
Non procul inde aberant ſubitus cū nunci⁹ hoſtē
Aduentare refert ſyphacis filius ultro
Uermina fortis caſuſqꝫ paterni
Intempeſtiuus vindex ſerumqꝫ coactis
Auxilijs aderat minime ſpernendus in illo
Ueniſſet ſi forte die magnaſqꝫ trahebat.
Nunc equituꝫ peditūqꝫ ferox in bella cateruas
Neſcius hannibalis victi non arma capeſſant
Scipio militibus ne uallum aut caſtra reuelant
Imperat: aut acies moueant aut ſigna ſequantur
Recta acie ſtabant armiſqꝫ animiſqꝫ paranti
Flectere lora manu preuertere greſſibus hoſtem
Accelerare iubet parent ⁊ uale latenti
Improuiſa acies uermine occurrit: at illa
Anguſtis deprehenſa locis parat arma ſuoſqꝫ
Explicat ut licituꝫ eſt: concurritur atqꝫ cruentum
Bellum oritur cedeſqꝫ ingens gemituſqꝫ doloꝛqꝫ
Atqꝫ loco claudentem fugam truncatur ad vnum
Tota fere iuuenis acies aſt ipſe fugaci
Raptus equo medios inter delabitur hoſtes
Solus: ⁊ aduerſi petit auia confraga mentis
Infelix quanto melius ſub ſtrage virorum
Caſurus miſeroqꝫ patri ſi facta tuliſſent
Carcere in albano comes ⁊ tiburte ſepulchro
Scipio victrices acies p̄damqꝫ trahentes
Innumeram: arma ⁊ eqs ueſtes curruſqꝫ iugales
Intextaſqꝫ auro tunicas triſtaſqꝫ micantes
Ad ceptum conducit iter uelut obice paruo
Egreditur paulum ripax mox omnia victor.
Obuia proſternit furibundo uertice torrens.
Indignaſqꝫ moras primo ſe dirigit alueo.
At poſtq̄ꝫ paſſim cota carthagine victus
Regulus: ⁊ caſus ſonuit fortuna recentis
Extemplo terrore graui tremuere minorqꝫ
Luctus maioris renouauit vulnera damni
Puppe uelut fracta remo cum triſtis adheſit
Nauita: iactaturqꝫ uadis cui littora longe
Spes fuſte exiguo titubat ſi forte malignus
Fluctus: ⁊ hunc rapiat morteꝫ gemit atqꝫ ſecūdū
Naufragium tanta ex paruis momenta ſupremū
Tempus habet pacem letos ueniamqꝫ petituꝫ
Tardenos placet ire viros quos vultus ⁊ etas
Et genus ⁊ virtus populo preferret in omni.
Talia per libiam belli ſed fama paracti
Nondum romana ſerpens penetrarat ad urbem.
Sollicitoſqꝫ patres peni quos fama rebellis
Mouerat: ac plebem attonitam portenta deorum
Plurima terrebant: medio ſol ethere viſus
In minimum ſenſumqꝫ iubar decreuit ⁊ ingens
Contremuit tellus: arbuſtaqꝫ multa dehiſcens
Sorbuit horrificoqꝫ palam ſubſidit hiatum.
Tibris agens ſiluas riparum iura furenti
Anime ſupergreſſus magnam conterruit urbem.
Diluuio inſolito ſubitumqꝫ horrendus in ipſo
Monte palatino deſcendit ſaxeus imbar
Ergo ſibilinis aditis reſponſa petentes
Sacra deis iuſſu peragunt ſummuſqꝫ ſacerdos
Succinctus de more iouem ſuperoſqꝫ fauentes
Junoniſqꝫ minacis opem latoniaqꝫ aſtra
Inuocat: ⁊ martem pingui mollire iuuento

Romam patrem imperij toruamqꝫ ſororem.
Ledeoſqꝫ parat fratres furiaſqꝫ cabaſqꝫ
Telluremqꝫ deum niſi falſa eſt fama parentem
Et nimphas matres fluuiorum ac nerea magnuꝫ
Nimpharum patrem ſic religioſus opima.
Certatim trepidis altaribus aggerat eſca
Poſtq̄ꝫ rite minas iuſſum eſt placaſſe deorum
Conſul ab urbe nouus diſcedens claudius afrum
Littus adire parat: miſerum torquebat inanis
Ambitio: laudem hac tantum reperire putabat
Poſſe viam eternam ſi permittente ſenatu
Scipiade magno equatum geſſiſſet honorem
Inqꝫ graui bello partes tenuiſſet eaſdem
Is populo prorſus licet aduerſante ſenatum
Flexerat aſſiduis precibus: q̄ ſepe ſepulſis
Ambitus afficitur quantoqꝫ labore pudendus.
Conſtat honos victor properabat plebis ⁊ equi
Participem ſe ferre duci natura profecto
Erubuit clauſitqꝫ vias elementaqꝫ pontum
Indignata graui perturbauere tumultu.
Lorentana retro linquebant littora naute
Securi uentorum ⁊ carmina nata canentes
Applaudēte freto remis frangentibus equor
Undiqꝫ reſpondent roſtriſqꝫ ſecantibus vnde
Horrida tam ſubitis conſurgunt uerſa procellis
Equora: ⁊ eolio prorumpunt carcere fratres
Indomiti: quatiuntqꝫ polos terramqꝫ fructumqꝫ
Inde repentinis panduntur carbaſa uentis
Ne quicq̄ꝫ uario ferueſcunt cerula motu.
Huc illuc rapitur claſſis fataqꝫ rotatur
Quolibet ac nullas ſpectant naualia proras.
Hinc aquilo violentus agit frangitqꝫ rudentes.
Inde furens auſter perfundit lintea nimbis
Et tamidos lato deducens equore fluctus
Littus in auſonium frangit faſtigia mali
Subſidunt pelago quotiens in nubila ſurgit
Et torrena ſalo ſpumante cacumina pulſat.
Ac quotiens retro furioſa relabitur vnda
Creſcit in immenſum tuſcum latus aruaqꝫ fundo
Sicca patent nudaqꝫ tremunt delphines arena
Et crebris ſonat in ſcopulis alliſa carina
Nox celum tenebroſa tegit: cum fulgura circum
Seua micant toto deſcendunt fulmina celo.
Equor agit montes ⁊ torrens vnda nigreſcit
Claudius ancipitis permotus imagine facti
Diriguit: tremuitqꝫ metu nunc improba damnat
Uota ſue mentis tantoſqꝫ optaſſe labores
Penitet armorum malet vitaſſe tumultus
Magnanimoqꝫ decus propriū tituloſqꝫ decoros
Scipiade ⁊ belli famam liquiſſe perennem
Ac manſiſſe domi ⁊ patrie iacuiſſe ſepulchro
Talia uoluentem calabris ex montibus eurus
Horrifer impellit feſſam populania claſſem.
Prima videt ſaxis poſt hanc ſpumantibus ilua
Corſica poſt ſcopulis minitantibus excipit inde
Sardinie arthoum latus attigit ⁊ inde frementi
Infelix agitur pelago ⁊ creſcente procella
Magnaqꝫ pars claſſis fluctu ſuperante fatiſcit
In medijs ſubſedit aquis pars cantibus atris
Diſſiluit duriſqꝫ alliſit frigida ſaxis
Corpora nautarum pars turbine iacta retrorſum
Littus ad erruſtum reddit ſolatia buſti
Italica tellure petens at claudius amens
Et pauce morte ex media rapientibus vndis
Uix calcarim tetigere rates hic claſſe nouanda

Conſulis:nitendumq; animum memorẽq; pericli
Attonitũq; inuenit hiems non punica vidit
Littora:non belli rumores territus ullos
Auribus excepit lapſoq; inglorius anno
Atq; fatigata ne quicq̃; claſſe viriſq;
Faſibus abſumptis rediit priuatus in urbem.
Felicis romam interea letiſſima belli
Fama uenit totum reſerantur templa per orbem
Fitq; deis immenſus honos ſolemnia ciues
Quas ſibi ante aras perſoluunt uota frequentes.
Finibus auulſos hoſtes ceruicibus aſprum
Exceſſiſſe iugum cladem tranſiſſe metumq;
In caput inq; trucis muros carthaginis ipſum
Perdomitum bello fontem cauſamq; laborum
Succubuiſſe:ducem niliam ſupereſſe timendum
Ambitus hinc alter maiori auctori magiſq;
Exarſit:populumq; omnem cunctumq; ſenatum
Inualuit conſul:ſiquidem cornelius alter
Lentulus imperium libici diſcrimine belli
Atq; animum nomenq; ſuum illuſtrare parabat.
Scilicet hoc meditans ſeu par inſtaret haberi
Pacis honorate princeps ſeu bella manerent
Perfacilem exhauſti fore iam certaminis omnez
Euentum ⁊ pregrande decus:ſic ille labori
Incumbens alieno indignum ardebat honorem
Semine non proprio meſſem rapturus opimam.
Heu peſtis damnoſa homini ⁊ funeſta libido
Nominis imperio nocuiſti ſepe latino
Hic ego nam calamuz fert impetus atq; parũper
Abſtrahor incepto uos quos romana loquendo
Exterius equare iuuat percunctor ubi nunq̃;
Gente pares animi totoq; aduerſantibus ulla
Uos mihi nunc populos regeſq; duceſq; potẽtes
Obiicitis:ſed ceſſet amor liuorq; malignus.
Quis geſſit tam magna ducuz regum ue:nec illis
Emulus obſtrepuit medioſq; irrupit in actus.
Inuidie conflata lues non annus agentes
Fortia deſtituit uetuitq; domeſticus hoſtis
Imperium extendi:non illos caſtra mouentes
Detinuit populos non ſero in bella profecti
Ante diem rediere domum reuocante ſenatu
Aut equitum prohibente aciem peditũq; nouari
Aut claſſem ⁊ merito ſtipendia digna labori
Conſiliis reges moderantur regna trahuntq;
Non ipſi ex aliis pendent aliis ue trahuntur
Arbitriis finem belli ⁊ primordia norunt
Dum libet accipiunt ⁊ dum libet arma reponunt
Liberiori via ſeq; ⁊ ſua ſigna ferentes.
Non illos preceſſor iners reparandaq; ferro
Segnities feſſos in finem pertulit anni
Non collega fuit cladis temerarius auctor
Inuitas rapiens in aperta pericula turmas.
Non ſucceſſoris nocuit metus alta mouenti
Gloriaq; in preceps tulit ⁊ celebrare coegit.
Nec mihi nunc quiſq̃; referat de nomine litem
Uirtutis uaniſq; illam ſeiungat ab vmbris
Aut extrema ſibi ceu non ſua premia tollat
Credite:cunctarum longe blandiſſima rerum eſt
Gloria:nec leuibus ſtimulis agit inſita fortes
Egregioſq; animos generoſaq; pectora pulſat.
Qua cui ſit dubium quin ſolitudine dempta
Hoc duce carthago fuerit ſenſura ſupremum
Excidium:⁊ meritam fortuna urgente ruinam
Q; queſtum perſepe ferunt poſt bella reuerſum
Scipiadam in cineres caſuram a culmine birſam
Inuiſaſq; domos ſtirpemq; genuſq; deoſq;
Penorum ⁊ nomen in ceca claudius ardens
Ambitione prior poſt lentulus alta ruentis
Ambo humeris dire ſubiiſſent menia terre
Conſulto tamen ad ſuperos ſeruate nepoti
Reliquias:famamq; reor nomenq; ſecundum
Uerum ego peruideo quo ſim progreſſus:⁊ vnde
Nunc redeo poſtq̃; tiuetis victor ad arcem
Scipio peruenit.legati tramite recto
Huc adeunt triſtes.genibuſq; trementibus vna
Affuſi.miſeris uerbis ⁊ ſupplice vultu
Fortunã:erroreſq; ſuos:rabiemq; furentis
Hannibalis patrieq; graues ſine crimine caſus
Deplorant:ueniamq; petunt:precluſerat aures
Uictorum temerata fides.ac punica fraudis
Exempla.abrupteq; recens iniuria pacis.
Res in conſilium perlata eſt.omnibus idem
Ardor erat.ferro inſtandum ⁊ vindice flamma
Perfidie.ac pacis nullas admittite uoces.
Cunctorum uotis aberat longeuus in illa
Obſidione labor.perdendaq; gloria tante
Summa rei ducis aduentu quem fama canebat
At minime ingentes animos:fixumq; mouebant
Scipiade ingenium uentoſe nomina fame.
Altius aſpirans.celum ſpectabat:⁊ aſtra
Uirtutiſq; decus nudum:tamen omnia fidi
Pectora conſilii pariter permota:ſeuero
Propoſito flexere ducem.lachrymiſq; petitam
Uberibus:placuit tandem permittere pacem
Et bellum finire ferum:Sic villicus olim
Nocturnos metuens fures.legit arbore poma
Immatura ſitu:ſic paſtor pendula ramis
Hoſpitio ⁊ nidos ſpoliat pulloſq; reportat
In plumis properans ſerpentum auertere peſtez
Poſtera lux iterum legatos multa precantes
Rettulit.hos ſcipio dictis compellat amaris.
Impia gens credens tandem tot cladibus ullum
Eſſe deum celo.qui noſtros iudicet actus
Cui ſcelus omne odio.cuit ſint mortalia cure
Effera gens infenſa bonis miteſcere ſero
Incipe docta malis:rabiemq;.aliquando nocendi
Exue.ſemper erit tibi ſumma ⁊ ſola uoluptas
Fallere .nec fraudis ſtudiuz gens perfida linques
Nos equidem q̃q̃ extremas merebare ruinas
Parcimus indigne.meritaſq; remittimus iras
Hactenus ut ſtateras ſtabis:nec ſtrata videbis
Menia.nec victor quicq̃; de finibus aufert
Libertas meritis ſeruilia cuncta manebit
Hannibalem cauſam belli fontemq; furorum
Poſcimus.utilius uobis neſtreq; quieti
Q; nobis illum abiicitis quo ſoſpite pacem
Nec ſperare licet.bellorum ſemina pectus
Illud habet.tantoq; uobis ſanguine conſtant
Hoc italas ſtrages:hoc ipſo ulciſcere mortes
Gens afflicta tuas mundumq; deoſq; per illum
Eluſos totiens.geminis hoc inſuper vno
Urbibus eternum:populiſq; auferte pauorem
Nullus ad hec libicis elephas miteſcat in oris
Aptum animal bellis.⁊ quos domuiſtis ad vnuz
Tradite.quin etiam violatis pacis in vmbra
Legatis:illata palam conuitia dignus
Penſet honos.capte redeant hoc littore naues
Cetera conuenient facile ⁊ ſub legibus iiſdem
Quas olim edixi:cum me ſub nomine pacis
Ludere ueniſtis.nec nos fortuna leuabit
Blanda nec aſperior franget uos iſta referte
Patribus ac populo:⁊ ſi ſemper fallere dulce eſt

Foꝛtunam tentate iterum: ſic ille pauentes
Affatus.
Urbe miſer trepida populo uariante tumultus
Exoritur diſcoꝛſqꝫ diu ſententia tandem
Omnia ſuſcipiunt triſtes ſic fata iubebant
Ultima: condenſis uolucris ceu uepꝛibus herens
Accipitrem ſuperaſtantem videt anxia. nec ſe
Auſa mouere loco patitur laqueumqꝫ manumqꝫ
Aucupis. impendens tanti eſt differre periclum.
Altera romuleam legatio tendit ad urbem
Penorum: pꝛinceps uoti cognominis hedus
Haſdrubal infeſtuſqꝫ armis ⁊ pacis amatoꝛ
Uix vita ſenioqꝫ grauis facieqꝫ uerendus
Annoſa. hannibalis multum fautoribus impar
Tres ſecum comites itali uenere ſecuti
Romani ducis imperium. ſed lentulus eger
Ambitione ſua: legatos arcuit urbe
Nam belli cupidus conſul fugiebat honeſtum
Pacis iter: donec victo molimine tandem
Ede ſacra bellona patres: hoſteſqꝫ recepit
Poſtqꝫ legati pleno introiere ſenatu
Longeui. multa cum maieſtate ſilentes
Canitieſqꝫ graues vultus ⁊ colla reflexis
Crinibus exoꝛnans miro ſqualore refulſit
Cunctorum mouere animos. nunc pacis amicos
Ueniſſe affirmant: animiſqꝫ ⁊ uotibus illam
Orantes. nunc uera peti. tunc haſdrubal edus
Incipit. Erratis ueniam ſi numina nunqꝫ
Exorata negant ſpes me tenet optima patres
Conſcripti. ſuperis quos fama potentibus equat
Et pietate pares fateoꝛ mihi feſſa ſenectus
Iampꝛidem attulerat longe faſtidia vite.
Pꝛecipue poſtqꝫ egregium noua bella petentem
Aſpexi iuuenem. timui caſuſqꝫ futuros
Ante diu agnoui. lingue ſed foꝛte peperci
Aut tacui metuens. ſed enim me ſerioꝛ etas
Fecerat audacem. teſtis mihi iuppiter eſto
Celicoleqꝫ alij. teſtis mihi maxima quondam
Carthago. huc etiam ſolitam tranſcendere famaꝫ
Auguroꝛ. infeſtus ſtudijs iuuenilibus atqꝫ
Conſilijs. quotiens fuerim. quotienſqꝫ periclis
Obtulerim. moꝛtiqꝫ caput. ſanctiſſimus hanno
Et comes: ⁊ teſtis ſupereſt. queꝫ parcet hamilcar
Africa terra tulit: nulli ratione ſecundum.
Cum pꝛimum puer ille ferox. hyſpana gerentem
Bella patrem: blandis conatus flectere uerbis
Ut ſecum perferret eum. iuratus ad aras
Cōſtitit heu mōſtrū hoꝛrendū. nos mlͭa viciſſim
Contulimus. tunc ancipitem trepidare fauillam
Cepimus at ueniam dedimus puerilibus annis
Sed rapto genitore: utinam quem fata tuliſſent
Maternum dum pondus erat. funeſtaqꝫ mundo
Sarcina. pꝛecepti puer hic memoꝛ ire parabat
Heſperiam iam dira tumens. ueſana fauebant
Ingenia. atqꝫ animos laudabat turba paternos
In puero: vultus mirata: ⁊ uerba ſepulti
Obſtitimus tunc ambo palam nec pꝛofuit iuit
Aſſueuitqꝫ malo imperio. ⁊ feralibus armis
Et magnam tenui flammam accendente fauilla
Quanta per auſonium ruerint incendia munduꝫ
Uidiſtis. nunc nos incendia noſtra videmus
Inqꝫ ſuas ſedes tandem uaga flamma reuerſa eſt
Uix mihi danda fides fuerit. ſed numina iuro
Conſcia. non alio ueſtras me pectore clades
Ingemuiſſe olim. qꝫ noſtre vulnera gentis
Nunc lugeo. quoniam ſemper rectiſſimus oꝛdo
Hic mihi viſus erat. serieſqꝫ immota malorum
Ex latio in libiam: uoſqꝫ ut fera flamma relinquēs
Nos peteret noſtraſqꝫ domos: ignoſcite patres
Funeſtum memorare diem. cui ſanguine multo
Reddidimus modo nempe pareꝫ: quo tpe cladis
Cannenſis cupidaꝫ compleuit nuncius urbem
Publica letitie duo nos ſpectacula ſoli
Uoce parum fauſta. ⁊ meſto fedauimus ore
Tūc quoqꝫ magnanimꝰ q̄ poſt mala ſenſimꝰ hāno
Uaticinatus erat. ſed inimica trahebant
Infoꝛtunatam ſub digna pericula plebem
Iam miſeras monitis foꝛtuna ſalubꝛibus aures
Clauſerat atqꝫ oculos uelo fallente tegebat
Parcite romani deus ⁊ foꝛtuna pꝛiores
Eripuere animos. quod vis humana nequibat
At pudet accuſare deos. errauimus omnes
Culpaqꝫ cunctorum fuerit. ſed uera fateboꝛ
Carmine turba caret. maleſani pectoris ardoꝛ
Ac furoꝛ ille fuit. dureqꝫ potentia foꝛtis
Namqꝫ ego me rigidum: qꝫ uocet atqꝫ ſeuerum
Abſoluo populum paucos ſed crimine uero
Condemno. paucoſqꝫ dolus me iudice nectit
Gꝛandiloquos. tumidoſqꝫ animis qui geſta ſuorū
In populum iactare ſolent. ſtatuaſqꝫ ruentes
Oſtentare ſitu reliquorum carpere uerbis
Omnia ſeqꝫ duces vulgo pꝛeſtare furenti
Nec pudet aduerſus pꝛimoꝛdia ueſtra iocari
Alpinos habuiſſe patres. populumqꝫ uocare
Paſtorum non impꝛopꝛie. nam iudice marte
Hactenus indomitos reges ⁊ bella pꝛofeſſos
Ut totidem tractatis oues. populiqꝫ videntur
In pauidos abijſſe greges. ſat cognita mundo
Sunt generis elementa noui. ⁊ mauoꝛtis origo
Quem factis uerum eſſe patrē ⁊ virtute pꝛobatis
Nūc tibi turba nocens latebꝛis qbꝰ abdita toꝛpet
Degeneri pellente metu. cur magna locuti
Non redeunt miſeros ⁊ hiantem fallere plebem
Pollicitus. utinam ueniant. patriamqꝫ reuiſant
Ut liceat ſontes meritis innectere vinclis
Et iuuenes raptare ſenem. non letioꝛ amplo
Scipio conſcendet capitolia ueſtra triumpho
Qꝫ noſtri ſcelerata ducis compꝛeſſa cathenis
Huc traheret mea colla manus. ſummūqꝫ putarē
Me patrie infando duxiſſe ex hoſte tropheum.
Nec minus haſdrubalē ſiquid mihi credit̄ odit
Perfidus ille animo: qꝫ quos ſibi p̄dicat hoſtes.
Nec magis hoꝛreret ueſtros pꝛecedere currus
Iudicio qꝫ ſtare meo. uerum ipſe per vmbꝛas
Effugit. noctis medio. nec cernere vultus
Suſtinuit noſtris. cauſam quibus eſſe malorum
Se norat patriam timuit ſpectare ruentem.
Ergo abijt tacitus leſa contentus ab urbe
Exilium peperiſſe ſibi. decreta ſuorum
Nempe nocēs pariet. atqꝫ iras vultuſqꝫ manuſqꝫ
Et merito. crucibus penderet victima triſtis
Ille modo uolucres paſcens infoꝛme cadauer
Piſcibus aut pelagi medias effuſus in vndas
Eſca foret. canibus dignus cibus ille marinis
Aut. aliquid monſtri libici cenſura rigoris
In caput id meritum ſtudio certante nouaſſet.
Deniqꝫ non fruſtra uobis foret ille petitus
Debitus ambobus populis: ⁊ debitus oꝛbi.
Ipſe ego uel viuum uel fruſtra cruenta dediſſem
Semeſumqꝫ caput. uobis hic noſtra uoluntas

Sic ſatis oramus concors nam iuſſa libenſqꝫ
Cetera penorum complectitur omnia vulgus.
Que noſtro placuere duci:ſpectate tabellas
Singula conueniunt:pulchra eſt vindicta p̄canti
Parcere proſtrato nulla eſt victoria maior
Qꝫ viciſſe animum.nam feliciſſimus ille eſt
Qui ſe felicem vultuqꝫ animoqꝫ modeſto
Agnouit tenuitqꝫ modum qd̄ forte videtur
Difficile inſuetis ſtimulis quos gaudia tangunt
Parua repentinis animos nec frena regentes
Precipitant.at perpetuis ſatiata triumphis
Pectora ſunt uobis parcendi ſumma uoluptas
Nec minus imperium uenia q̄ꝫ fortibus armis
Romuleum auxiſtis:ueſtre pietate regentes
Nos ſumus.⁊ ueniam poſitis expoſcimus armiſ
Parcite ſupplicibus ſatis eſt potuiſſe nocere
Magna ſumus uobis eternum gloria victi
Maxima ſeruati:ꝙ ſi nos forte merentum
Pena iuuat iuſtuſqꝫ dolor niſi fallor abunde eſt
Qꝫ memores ſtatuere dei ꝙqꝫ intulit ingens
Scipio:ſiquid adhuc ſupereſt ignoſcite victis
Uictores fuerit uobis pars ultima magne
Uindicte affuſum hic vitam ueniamqꝫ precantem
Haſdrubalem vidiſſe ſenem ſic ille locutus
Conticuit:tacitum ueneranda fronte dolorem
Ac comites paſſim proſtrati in limine uerbis
Flebilibus renuere patres lachrymiſqꝫ ſenatum
Impleuere ſuis nati ceu funus acerbum
Stat aſpiciens lachrymas nec ſpergit aniles
Ac luget interius genitrix reſoluta capillos
Meſta iacet tunditqꝫ genas gemituqꝫ madentes
Ethera femineis uacuum mugitibus implet
Ceperat auditis iam mitior ira ſenatus
Inflecti: ⁊ ſenſim leuito pectore iuſtas
Exaudire preces tu non ex partibus vnus
Perfidie infenſus penorum dicite per quos
Subſiſtet pax iſta deos feduſqꝫ ſecundum
Nam primos ſpreuiſtis ait tunc fronte modeſta
Haſdrubal aſſurgit paulum perqꝫ inquit eoſdem
Periuris adeo infeſtos iurabimus iſtam
Pacē alia ſeruare fide uox illa querelis
Impoſuit finem:vultuſqꝫ animoſqꝫ ſerenans
Et reſponſa patrum pacem ſanſere frequentes
Haſdrubal hic iterum dij nobis iuſta rependant
Premia romam noſtro qui digna fauori
Suppliitia aufertis meritaſqꝫ remittitis iras
Nunc ego nā ueteres non amplı͛ alloquor hoſtes
Sed dominos ſocioſqꝫ nouos hoc deprecor vnū
Nos noſtre cupidos admittite menibus urbis
Captiuoſqꝫ videre date: ⁊ cognoſcere ciues.
Sat mihi longarum ſolatia magna viarum
Hec fuerint ſeriqꝫ decus merceſqꝫ laboris
Qꝫqꝫ libenſ longinqua petam ſuper ethera romā.
Et mundi vidiſſe caput quodcunqꝫ petebat
Admiſſum: ⁊ magnā admirās ingreſſus in urbē ē
Non aliter ſtupuit niſi falſa eſt fabula celum
Ingrediens viridi ſubito tranſlatus ab ida
Laumedonteus puer ut uaga ſidera circum
Heſit ⁊ illicitas deſpexit ab ethere ſiluas
Appia marmoreo ſuſcepit limine porta
Prima viros magno mox obuia menia giro
Pallantea vident qui ſtructa eſt regia monte
Euandri primuſqꝫ noue locus inclitus urbis
Hic elementa uocis impreſſa hic archadas alme
Diuinum ingenium ⁊ miracula maxima rerum
Monſtrator docet ipſe vie libroſqꝫ repertos
Fatidice carmentis opus quātumqꝫ latinis
Contulit ingenijs mulier ueneranda per euum
Celius ad dextram remanet faſtigia leuam
Collis auentini ualidaſqꝫ in rupibus arces
Suſpiciūt: antrumqꝫ vident hic fabula caci
Herculeuſqꝫ labor placido ſermone morantes
Detinuit:loteqꝫ boues in gurgite tuſco
Hic quoqꝫ ſupplicij pontis pila diſcolor atris
Coclitis admonuit ſtatuaqꝫ inſignis equeſtri
Ille locus tenuit fixos in virgine torua
Hinc ſedem ſolis mirantur ⁊ aurea templa
Telluriſqꝫ domum capitoliaqꝫ alta pauentes
Aſcendunt ipſum queqꝫ putant concingere celum
Hic hominis caput iuuentum fodientibus alte
Audiuere prius patrie portenta coacte
Et bubalum damnare ſuum ſubigendaqꝫ turpi
Colla iugo ⁊ duri preſagia certa laboris
Hic celam videre iouis qua ditior uſq̄ꝫ
Nulla fuit cenſumqꝫ alta ſub rupe repoſtum
Lumina q̄ꝫ innumeris iam tunc calcata triūphis
Et niueos currus ⁊ rapta ex hoſtibus arma
Aurea magnorum nec non diademata regum
Sceptraqꝫ ⁊ armillas ⁊ dempta monilia collo
Seminatoſqꝫ frenos ſellaſqꝫ ex ordine eburnas
Hic clipeos fractaſqꝫ rates ac punica ſigna
Et phaleras mouere ſuas tacituſqꝫ per omnes
Lutus ijt ueteris referens ueſtigia belli
Tum uolucris per templa uagos argentea paulū
Occupat incurſu gallorum ⁊ uoce canora
Procedunt forteſqꝫ viros habituqꝫ uerendas
Matronas:amplaſqꝫ domos uarijſqꝫ grauatos
Bellorum eximijs arcus ⁊ crebra videntes
Signa triumphorū ſolidoqꝫ in marmore pugnas
Atqꝫ ſepulchrorum pompas monſtrantur aquaꝝ
Sub terram celoqꝫ vie iam ualle ſaburre
Ceſaream videre domū cui ſumma poteſtas
Debita cui rerum princeps hinc ualle relicta
Exquilias feſſi dictum a vimine colem
Inde quiriualem ſuperato uertice montem
Tranſierant: nudoſqꝫ duos aſtare gigantes
Corpore conſpiciunt en quot certamina fame
Praſitelis opus phidieqꝫ inſigne ſupremi
Scipiadum hic laus excelſa palatia muris
Atqꝫ arces tremuere feras ⁊ cognita bello
Signa nimis libie nomenqꝫ genuſqꝫ ſuperbum
Hinc leua flexere viam flaminea iam tunc
Porta uocabatur que tuſcum recipit orbem
Marcius ac reduces vicino flumine campus
Excipit hic longo traducens ordine rerum
Planities ſine fine patet quis faſcibus altis
Primus honos quonam pectus matrona pudicū
Uulnere traiecit cui ſic commiſſa virorum
Libertas ⁊ qua natos ferus ille ſecuri
Percutit ac pulſos violatu ex urbe tyrannos
Accipiunt ac cuncta notant leuaqꝫ minerue
Amplaqꝫ cūctorum monſtrantur templa deorum
Uenture ad meliora domus iam tibridis alti
Surgite tranſmiſſo dextre ſuper aggere ripe
Etruſcum tetigere latus ductorqꝫ viarum
Romuleam immenſa deſignat mole ſepulchrum
Progredit̄qꝫ laque͛ quo duct͛ ad aſtra quirinus
Turbine tranſierit qua tempeſtate ſenatum
Obruerit:trepiduz metuenſqꝫ ut palluerit ſol
Et proculi viſum memorat capreamqꝫ paludem
At crimen ſilet ille patrum iam flumina preter.
Deſcendunt collemqꝫ vident ubi regia iam

Priſca fuit iuxtaqꝫ domus ſaturnia quondam
Auſonie:hic regum ⁊ latie primordia gentis
Ultima conſcendunt:⁊ nomina clara virorum
Hic italus prior eterni rex nominis auctor
Italie picuſqꝫ comes ſtirpſqꝫ omnis auorum
Narratur:populiqꝫ noui monſtratur aſillum.
Inferius longi tenuit certaminis illos
Hiſtoria ⁊ cluſſo redeuntes robore reges
Caſtraqꝫ porſenne utqꝫ incumbēs ſceuola flāmis
Supplicia erranti infligat non debita dextre
Inde licaonia gemino breuis inſula ponte
Peruia tranſitur.poterat vix ulla relatis
Eſſe fides monſtris tantaſqꝫ in flumine molles
Regia preda olim populo ſpargente dediſſet.
Jam campana iterum leue confinia ripe
Calcabant:fabiaſqꝫ domos miſerandaqꝫ tanti
Funera diſcebant generis cremeramqꝫ nocentem
Ut capitolino redeuntes uertice tandem
Defeſſum tenuere gradum cum protinus ingens
Uiſa reuoluentes ſtupor arripit inde ſedentes
Attoniti ſiluere diu mox facta videndi
Copia captiuos ſtabant horrentia longo
Agmina meſta ſitu palentiaqꝫ ora tumebant
Nudaqꝫ perplexis onerabat terga capillis
Ceſaries incompta diu ſqualorqꝫ tegebat
Luridus effigiem triſtemqꝫ ferebat odorem
Ferrea vincla gradum lento ſuſpendere tractu
Cogebant:maniceqꝫ graues:complexibus illos
Carorum uetuere frui:tum uerba viciſſim
Dulcia permiſcent:ſed perſtrepit ere cathenis
Reditus excuſſis ſtridor lachrymeqꝫ per ora
Egregia pietate fluunt que fata quis urbis
Sic ſtatus inquirunt patrie que numina victos
Reſpiciant:uelut inferius ubi manibus olim
Umbra recens noſtroqꝫ ruens deſcendit ab orbe
Supplicijs onerata ſuis illā anxia circum
Agmina fundūtur noua quidnā annūciet hoſpes
Hec nati petit euentus:aſt illa relicta
Coniugis explorat vitam ſeniumqꝫ parentum
Hec deferre gemens aut dulci inquirit amico
Publica cura omnes ſupero quis vultus in orbe
Una tenet quis ſceptra regat:quiſ flectit habenas
Imperij:quid bellorum quantumqꝫ quietis
Oraqꝫ ſollicitis exanguia ritibus hiſcunt
Noſcendi ſtudio ſic carceris hiſpida turba
Hoſpitibus inſtare nouis ⁊ querere multa.
Poſtq̃ꝫ finis erat lachrymis petit ipſe ſuorum
Ut redimēda darent aliquot modo corpa blādus
Haſdrubal ac illi victores nulla negarunt
Munera qui noſcent ſcriptiſqꝫ nomina uellet
Edere:precipiunt lectos dedit ille ducentos
Quos poſito ſqualore pius faciliſqꝫ ſenatus
In libiā preferre iubet:ſi federa pacis
Firma forent nullis precijs pro munere ſolo
Reddendos patrie cunctis ſic rite peractis.
Haſdrubal inuiſe quondam nunc menia care
Urbis amica retro rediens hac uoce ſalutat.
Urbs accepta deis caput orbis ⁊ vnica mundi
Gloria terra ferax clarorum ſola virorum
O patria armipotens dumqꝫ domus optima rex
Roma uale:iam letus eam quocunqꝫ uocabunt
Fata ſenem vidi quantum viſurus in orbe
Hoc fueram dixit tum tibridis hoſtia linquens
Nauigat in patriam victor captiuaqꝫ ſecum
Agmina mittuntur liceat terreſtria celo
Equare eternis mortalia maxima paruis
Sic prope deſcendens celo ſua vincla reſoluit
Captiuis antiqua potens ⁊ tartara fregit
Uoce deus ſecum in patriam miſeranda reducēs
Agmina ⁊ exhauſtus longis cruciatibus vmbras
Scipio pacifico redeuntem ſuſcipit ore
Pax populis ducibuſqꝫ placet feduſqꝫ feritum
Ante aras teſteſqꝫ deos coſeqꝫ littantur
Terga ſuis:dextreqꝫ ducum iunguntur inermes
Rurſus in italiam reditum ⁊ firmante ſenatu
Acta ducis pax in libros relata uetuſto
More patrum legeſqꝫ date iurataqꝫ uerba.
Scipio longeuo gaudens poſuiſſe labori
Jam finem reditumqꝫ parans in premia totus
Uertitur:ac laudes ⁊ dona ingentia ſoluit
Militibus cartham ſyphaciſqꝫ omnia regi
Donat ⁊ emeritum regni confinibus ultro
Ampliat immenſis victor ex federe damnat
Reddere rex regi ſocio pactumqꝫ tributum
Soluere romanis hinc ad condigna reuerſus
Supplitia ⁊ iuſtas uario diſcrimine penas
Mitius in ſeruos egit ſeruile putauit
Eſſe fugam non noſce fidem quicunqꝫ repertus
Liber militie deſertor protinus ille eſt
Supplitio extremo affectus qui iura fidemqꝫ
Te pater tam dubio iurataqꝫ liquerit arma
Romanos crucibus rigidis dedit atqꝫ latinis.
Abſcidit merita trepitantia colla ſecuri
His actis claſſem ſoluit comitante ſenatu
Extremum in littus penorum ⁊ ſupplice turba
Uictorem mirante ſuum quos ille benigne
Digrediens dictis poſtremum affatur amicis.
Uiuite contenti proprio memoreſqꝫ deorum
Uiuite nec cecos iterum inuidus arma
Induat:imperium antiquis ſtat finibus amplum
Et leges patria cum libertate relicte
Gloria ſit q̃ꝫq̃ꝫ latum imperitare per orbem
Tutius eſt parere bonis mihi credite uobis
In longum queſita quies nos dura laboruʒ.
Sarcina ſollicitos ullo ſine fine tenebit
Hoſtis erit quicunqꝫ uſq̃ꝫ nudauerit enſem
Quis noua bella manu belloꝝ aut uerba mouebit
Cura laborqꝫ grauis ſcelerum cenſura per orbeʒ
At uobis tranquilla ſalus ſine litibus ullis
Preſidium in uobis niſi temnitis omne peractum
Semper erit penos inter noſtrumqꝫ ſenatum
Sponſor ego placidam tandem condiſcite vitam.
Sumite placatas mentes deponite ferrum
Ex animis:tales tanto niſi turbine fruſtra
Uis docuit fortuna viros dimittite tandem
Equoreas tentare vias diſcrimina quanta
Precidi:q̃ꝫtumqꝫ mali quantumqꝫ laborum
Exuerim claſſem:que uos per cuncta furentes
Littora raptabat:que uobis prima maloruʒ
Materiam dedit auſonijſqꝫ incumbere regnis
Compulit:ac tumidos docuit tranſcendere fluct⁹
Hūc noſtris fortaſſe oculis ſpectacula dura
Si fuerint cohibete animos mēbrumqꝫ putate
Abſcindi vite infeſtum ſatis ampla tenetis
Regnorum ſpacia ⁊ ſcepti confinia mundi.
Sat terris errare licet funeſta uoluptas
Curarum eſt omni ſtatui ſuccurrite noſtro
Conſulite ⁊ nobis curamqꝫ auferte metumqꝫ
Hannibalis rabiemqꝫ ſuam ſibi linquite ſoli
Siquid erit dubij quod pablica facta mouebunt

Hos audite ſenes dixit dextramqꝫ pꝛehendit
Illorum ambo autem deflexis genibus vna
Ante ducis cecidere pedes hinc maximus hāno
Haſdrubal hinc hedus tota iam claſſe ſoluta
Scio peruentus paulum ſubſiſtit ⁊ omnes
Imperat hoſtiles flammis aſſumere puppes
Non aliter tante pelago fluxere fauille
Aut tetis extimuit latre toꝛrentibus vndis
Defectum nondum currus optata paterni
Lora puer rapuit phebus ⁊ ethera flammis
Accendit mundumqꝫ magis ⁊ ſecula retro
Omnia percurris ſola hec incendia ſenſit
Neptunus metuenda ſibi non punica quondam
Romanis facibus bello conſumpta pꝛiore
Sparthaniſqꝫ pꝛius non attica littore claſſis
Uſta ſiracuſo tantas dedit equore flammas
Toꝛpuerant miſeri ciues ſua damna gementes
Aut aliter q̄ſi ſubito pꝛedulcia cunctis
Coniugia ⁊ nati atqꝫ artes ⁊ templa deorum
Ipſaqꝫ carthago flammis arderet in illis.

Argumentum noni libꝛi

Cipio pꝛouectus pelago tinnetia victoꝛ
Littora linquebat. victricē flamina claſſes
Leuiter ipellūt. crepitat per carbaſa uētus
Ennius ergo ducis iuſſum quid laurea ſignet
Edocet: ⁊ ſacris que ſit ſita meta poetis
Poſt hec nocturnos viſus ⁊ ſomnia narrat.
Inde ubi in italiam pelago rediere remenſo
Captiuos per vincla trahens: regemqꝫ duceſqꝫ
Scipius aurato ſubijt capitolia curru.

Incipit liber nonus.

Cipio pꝛuectꝰ pelago romanaqꝫ claſſis
Iā placidū ſulcabat itꝛ: nō rauca pcelliſ
Equora feruebāt uētiſqꝫ ſilētibꝰ vndas
Uictorē ſenſiſſe putes tranquillioꝛ illis
Uultus erat celo facies compoſta ſereno
Sic hoſtile fretum ſic cuncta elementa videres
Obſequio mulcere ducem iam littora longe
Africa linquebant alacres ⁊ bella canentes
Ibant ac ualido frangebant remige fluctus
Puppe ducis media tacitus meditanſqꝫ ſedebat
Ennius aſſiduus rerum triſtiſqꝫ comeſqꝫ
Scipio quem tādez aggreditur uerbiſqꝫ benignis
Excitat incipiens. nunq̄ ue ſilentia rumpēs
O mihi multorum ſolamen dulce laborum
Fore pꝛecoꝛ. nam perpetuis tabentia curis
Pectora noſtra vides. placido ſermone leuare
Illa ſoles: facieſqꝫ modo: tantum ora reſolue
Si tibi naſcenti quo polles ſummus apollo
Ingenium celeſte dedit. ſi turba dearum
Caſtalio infantem demerſum gurgite lauit
Elicone ſacro colleſqꝫ eduxit in altos
Et calamum ⁊ uocem tribuit: mentemqꝫ poete
Ennius auditis caput extulit. atqꝫ ita fatur
O flos italie iuuenis. ſtirpiſqꝫ deorum
Certa fides. quid nunc noſtro placet ore moueri
Quid ue iubes. equidem tacito mō pectore mecū
Uoluebam. ꝙ nulla ferent iam ſecula manus
Eximie virtutis opus q̄ noſtra quod etas
Leta videt. nulluſqꝫ vnq̄ ſub mente mouebit
Grande aliquid: cui nō magnas ſpes iter honeſtū
Nomen in ore ſonet. qui non uenturus ad actum
Scipiade meminiſſe uelit. pꝛo munere vultus
Non cupiat vidiſſe tuos. maioꝛqꝫ ſepulchꝛi
Poſt cineres te fama manet: moꝛtalia liuoꝛ
Carpit enim. ac moꝛs inuidiam conſumit ⁊ arcet
Ac pꝛocul a buſtis abigit. tua gloria pꝛidem
Uicerat hanc peſtem. iamqꝫ altas tuta per auras
Fugit humū moꝛboſqꝫ hoīum. moreſqꝫ malignos
Seqꝫ parem tulit alma deis. tamen ecce ſupꝛemū
Incrementa diem fame tibi multa datarum
Pꝛomiſi expertus quoqꝫ ipſe a moꝛte recedes
Longius. hoc maioꝛ meritum te fama ſequetur
Tempore creſcet honoſ perqꝫ ultima ſecula mūdi
Clarus eris virtus q̄ſi non altius ibit
Deſcenſum uereoꝛ. ſed noſtra peritia fandi
Nondum pꝛopoſitam ualuit contingere metam
Nuper ab exiguis radicibus oꝛta: nec ante
Cognita per latium: argolicis contenta colonis
Hoc igitur mecum indignans ſub mente mouebā
Pꝛecones meritos tua ꝙ notiſſima virtus
Non habitura foret. macedum rex magnꝰ amici
Foꝛte videns ſaxum eacide tituloſqꝫ ſepulchꝛi
Foꝛtunate inquit iuuenis cui nominis illum
Pꝛeconem reperire fuit. non parua pꝛofecto
Eſt claris foꝛtuna viris habuiſſe poetam
Altiſonis qui carminibus cumulare decorem
Uirtutis queat egregie monimentaqꝫ laudum.
At tibi ſumme ducū claro quo nullus homero eſt
Dignioꝛ: in reliquis blanda inqꝫ hoc durioꝛ vno
Me ſolum foꝛtuna dedit. currentibus annis
Naſcetur foꝛſan digno qui carmine celo
Efferat emeritas laudes ⁊ foꝛtia facta
Et cui melliflno melius reſonantia plectro
Calliope det fila lire. uocemqꝫ ſonoram
Parce pꝛecoꝛ uerbis. tibi non me iudice uates
Meonius. nec iure tibi pꝛeponitur altus
Euripedes. aut quos claro cognomine grai
Concelebꝛant. alio nolim me carmine dici
Si dicendus ero. quin quid te poſcimus inquit
Scipio pꝛoſequere. ⁊ que ſint permiſſa poetis
Famoſeqꝫ rei certos agnoſcere fines
Te liceat monſtrante mihi. quid laurea ſignet
Tam ducibus claris: q̄ uatibus addita ſacris
Neue tibi indignus videar cui talia foꝛte
Narrentur. nobis animum dulcedine quadam
Pulchꝛa mouent: ⁊ continuis hoc pectꝰ ab armis
Dulcia concuſſum placide capit ocia lingue
Ille autem: nulla eſt fateoꝛ tam dura feroxqꝫ
Mens ait. alme ducū cui nō ſit pulchꝛa uoluptas
Interdum curas inter viteqꝫ labores
Pierios audiſſe modos. dulceſqꝫ dearum
Irrepſiſſe choꝛos. ſed enim hec pꝛecoꝛdia nunq̄
A muſis auerſa reoꝛ: non talibus afris
Tam magnum genuiſſe virum natura videtur
Erraſſet. ſi cui dederat cupidiſſima fame
Pectora muſarum non ingeſſiſſet amorem
Quiſquis enim ſe magna videt geſſiſſe: neceſſe eſt
Diligat eternos uates. ⁊ carmina ſacra.
At nunc quod noſtro poſcis ſermone doceri
Accipe q̄ bꝛeuibus: non illa licentia uatum eſt.
Quam multis placuiſſe palam eſt
Scripturum ieciſſe pꝛius firmiſſima ueri
Fundamenta decet. quibus inde innixus amena
Et uaria ſub nube poteſt abſcondere ſeſe
Lectori longum cumulans placidumqꝫ laborem
Queſitu aſperioꝛ quo ſit ſententia uerum
Dulcioꝛ inuentu: quicquid laboꝛ hiſtoriarum eſt
Quicquid virtutum cultus documentaqꝫ vite

Nature ſtudium quicquid licuiſſe poetis
Crede.ſub ignoto tamen ut celentur amictu
Nuda alibi ⁊ tenui fruſtrentur lumina uelo
Interdumqꝫ palam ueniant.fugiantqꝫ viciſſim
Qui fingit quodcunqꝫ refert.non ille poete
Nomine cenſendus:nec uatis honore.ſed vno
Nomine mēdacis potes hinc perpendere qcquid
Scire petis:noſtriqꝫ ſit menſura laboris
Et latos fines.⁊ quanta licentia nobis
Laurea reſtat adhuc.cuius dignare parumper
Participes nos eſſe tibi.ſi gloria bello
Nec minus ingenio conſtat patiere virenti
Frōde duces uateſqꝫ ſimul ſacra tempora cingāt.
Immoꝛtale decus viroꝛ immoꝛtalis utriſqꝫ
Indicat.⁊ longa pꝛomittit tempora vite
Hinc deus ingenij lauros amat almus apollo
Pieridum ſolitus cithara modulante choreas
Incola cirreo totiens duxiſſe ſub antro.
Pꝛeterea hanc frondem rapido nō fulmine uexat
Juppiter ex cunctis talemqꝫ meretur honorem
Laurus ab ethereo tanta eſt clementia regi
Jam fame quod fulmen erit niſi ſola uetuſtas
Omnia pꝛoſternens.hunc gloria noſtra pauorem
Non habet.atqꝫ ideo ſpernentis fulmina frondis
Serta gerit.ſanctoſqꝫ legit de ſtipite ramos.
Dixerat.ac ſcipio ſubridens omnia mulcens
Sed ledis bꝛeuitate tua.⁊ dum dulcius inter
Iſta ſonant.medio ſitientes calle relinquis
Ergo age.nam nullum iam littus cernitur ⁊ ſol
Tranſiuit celi medium.tu dulcia pꝛome
Uerba quib9 mēs alma ſcatet.placidoqꝫ uolētes.
Et longo ſermone feras.partemqꝫ diei
Et partes pelagi minuens.tunc ille coactus
Incipit.hic omnes tenuerunt murmura naute
Et comites ſiluere ducis.ueſtigia fame
Rara ſequens:quantum licuit per ſecula retro
Omnia peruigili ſtudio uagus ipſe cucurri
Donec ad extremas animo rapiente tenebꝛas
Peruentum.pꝛimoſqꝫ viros quos fama perenni
Feſſa via.longe ignotos poſt terga reliquit
Hic quiſquis merito fulgens fuit obuius illum
Amplexu tenuiſſe animi.mihi gloria ſumma eſt
Inqꝫ locum chari ſemper coluiſſe parentis
Pꝛecipue illuſtres calamo florente poetas
Admiſi.atqꝫ vna coꝛdis ſub parte recondi
Milibus ex tantis vnus mihi ſummus homerus
Unus habet quod ſuſpiciaȝ quod mirer amemqꝫ
Ille mihi e celo ueniens tam ſepe videtur
Ut ſtupeam potuiſſe hominem ſic alta tenere
Aſtrorum ſic noſſe vias.ſic climata terre
Qui licet ante nouos reges ⁊ tempora rome
Floruerit.tamen hoc in tempus mente reduxi.
Pꝛeſentemqꝫ animo ficta ſub imagine feci.
Hoc ſine ulla dies abijt.nox nulla ſine illo.
Ille bꝛeues cenas in longum traxit.⁊ idem
Nunc longam bꝛeuiare viam:nunc tramite plano
Edocuit rigidi tranſire cacumina montis
Deniqꝫ quicquid agens:nullo diſcrimine ſecum
Sopitus.vigilanſqꝫ fui:noctemqꝫ diemqꝫ
Hic mihi nunc etiam dubij ſub tempore belli
Affuit in ſomnis.quis ſomnum dixerit illum.
Peruigil aſtabam.fracta nam pace ſub armis
Omnia feruebant.feroqꝫ in caſtra reuerſus
Contigeras animum iubeas ſi uera fateri
Non timui.tamen in dubio ſpes feſſa pependit.
Uſqꝫ ſub occaſum ſolis.tum maxima pernox
Cura animum tenuit.quid ſecum poſtera ferret
Tot motus clauſura dies.hic nocte ſub alta
Aſpicio aduentare ſenem:quem rara tegebant
Fruſta thoge ⁊ canis immixta.⁊ ſqualida barba
Sedibus exierant oculi.caua frontis imago
Hoꝛrorem inculta cum maieſtate ferebat
Dirigui.tunc ille manu.ſimiliſqꝫ videnti
Occupat ancipitem.graioqꝫ hec more pꝛofatur
Salue care mihi latie telluris amice
Unice.quodqꝫ diu uotis animoqꝫ petiſti
Aſpice qualis erat quondam dum vixit homerus
Huc ego vix tandem reſerato carcere ditis
Emerſi tacite perrumpens viſcera terre
Pꝛocubui:uoluiqꝫ pedes contingere pꝛonus
Umbꝛa fuit.nudeqꝫ heſerunt oſcula terre.
Surge inquit.mecuȝ exequo:naȝ dignus es ultro
Congredere ⁊ duȝ tempus habes taȝ ſepe negato
Colloquio ſatiare meo:tum pꝛotinus ardens
Exurgo.gentiſqꝫ ingens o gloria dixi
Argolice.ſummumqȝ decus quis talia tanto
Supplitia inflixit ſacre quis lumina frontis
Natureqꝫ duces rapuit:tantumqꝫ nocere
Suſtinuit mundo non hic mihi creditus olim
Lincea quin acies animo occurſabat amanti
Uiſqꝫ oculis immenſa tuis:quos grecia poꝛtus
Diues habet:gemino late circumflua ponto
Quos colles que rura colit:que uallibus imis
Antra tenet.quenam frondoſa cacumina ſiluis
Aut pelago ſcopulos:quos nō mihi lumine certo
Monſtraris cernenda alijs longinqua dediſti
Ipſe pꝛopinqua videns minime miracula menti
Quanta mee.egeo diffuſas ecce pꝛofundo
Cicladas.hinc numero.video quot littore flexus
Helleſpontiaco.tu me nequis ipſe tueri
Oſtendens tam multa mihi:tum ſuſcipit ille
Uera quidem memoras.ſed non mirāda qd ergo
Qui mihi coꝛporeos deus abſtulit ille nequibat
Reſtituiſſe alios quibus hec archana viderem
Deſine iuſſa dei ſolitis onerare querelis
Moꝛtalis.namqꝫ iſta hominuȝ ſtultiſſima lis eſt.
Juſta fecit quecunqꝫ facit.ſed noſcere cuncta
Ueſtra nequit grauitas ſub opaci carceris vmbꝛa
Q̄ȝ multis nocuere oculi viſuſqꝫ uagari
Compulit.⁊ cepto foꝛſan ſemouit honeſto
Hinc ea ſponte quidē.grauis ut nocituraqꝫ ml'tis
Sarcina depoſita eſt.qm̄ huc mō pgimus ultra
Tu ceptum ne ſperne ducem.foꝛtaſſe videbis
Multa animo placitura tuo:nec cura futuri
Sollicitet caſus quoniam lux craſtina campos
Sanguine penorum latio victore rigabit
Pꝛoſequoꝛ augurio letus.
Si iuuenem iuueni medijs auellere flammis
Contigit incolumē tumidaſqꝫ efferre per vndas
Per teipſam iam facta ſenex pꝛecoꝛ iſta cauere
Poſt mea facta uelis quotqꝫ omnia poterit vnum
Tempus edax rapidoſqꝫ dies ſolemqꝫ uorantem
Secula ⁊ inuidie triſtes contemnere moꝛſus
Hic ego nam longe clauſa ſub ualle ſedentem
Aſpexi iuuenem.dux o chariſſime quiſnam eſt
Quem video teneras inter conſiſtere lauros.
Et viridante comas meditantem incingere ramo
Neſcio quid niſi falloꝛ enim ſub pectore uerſat
Egregiumqȝ altumqȝ nimis.non falleris inquit
Agnoſco iuuenem ſera de gente nepotum

Quem regio italie.quem ue ultima proferet etas
Hunc tibi tuſca dabit latis florentia muris
Romulea radice oriẽs . urbs inclita quondam
Nunc nihil.ut nequeas ortus confinia noſſe
Diuitis exiguus muros interluet urbis
Armis.in auſonie deſcendens littora piſe
Ille diu profugas reuocabit carmine muſas
Tempus in extremum.ueтereſqꝫ elicone ſorores
Reſtituet.uario q̃uis agitante tumultu
Franciſco cui nomen erit qui grandia facta
Uidiſti que cuncta oculis ceu corpus in vnum
Stringet. ⁊ hyſpanas acies libieqꝫ labores
Scipiadamqꝫ tuum.tituluſqꝫ poematis illi
Africa quin etiam ingenij fiducia quanta
Quantus aget laudũ ſtimulus.feroqꝫ triumpho
Hic tandem aſcendet capitolia ueſtra.nec ipſum
Mundus iners.ſtudijſqꝫ alijs tunc ebria turba
Terrebit.quin inſigni frondentia lauro
Tempora deſcendens referat comitante ſenatu
Hic modo tantus amor.tanta eſt reuerentia lauri
Omnibus ex ſiluis iam nunc ſibi gratior vna eſt
Delphica.iamqꝫ nouas diſcit connectere frondes
Serta gerens iam uenturi preſagia mulcent
Iſte ſeneſcenti tantum illo in tempore rome
Carior annoſe quantum contingere matri
Filius iſte ſolet:quem poſt lachrymoſa ſepulchra
Natorum vidue ſterilis tandem attulit aluus
Illa quidem que iam luſtris nil tale ducentis
Uiderit.hunc magno ſpectabit leta fauore.
Laurea dum capiet.dũ templis ſerta relinquet
Primitiaſqꝫ ſuas ſanctas affiget ad aras.
Florentina omnis magis ut ſit grata propago
Idem vnus tibi roma dabit . nec protinus urbem
Peniteat tuſci fundaſſe ad gurgitis vndam
Hic quoqꝫ magnorum laudes ſtudioſus auorum
Digeret extrema relegens ab origine fortes
Romulidas.ueſtrumqꝫ genus.ſermone ſoluto
Hiſtoricos.tituloſqꝫ viris ⁊ nomina reddet
In medio effulgens nec corpore paruus eodẽ
Magnus erit ſcipio.ſeqꝫ ipſe fatebitur ultro
Plus nulli debere viro.at ſi vita manebit
Longior. ⁊ nullo preuertet turbine ceptum
Impetus alter iter tunc ampla uolumina cernes
Magnarum rerum uario diſtincta colore
In tempus producta ſuum.quis cũcta renarret
Que clauſa ſub mente gerit.pulſabar anhelo
Pectore.viſendi cupidus.cupiduſqꝫ loquendi
Interea. ⁊ magnum quis credere poſſet homerũ
Dulcibus optabam uerbis imponere metam.
Iam mihi carus erat.te propter ⁊ alta relatu
Cetera procedo ſenſim.propiorqꝫ parumper
Conſpicio curis grauidum ſub flore iuuente
Et calamo herentem.viridiqꝫ in gramine ſeptum
Arboribus uarijs nitidiſſima flumina iuxta
Ac gelidos inter fontes.rupeſqꝫ prealtas
Reſpice dux inquit:que ſint vmbracula ruris
Effigieſqꝫ ſui.namqꝫ hinc ad talia primum
Eriget ingenium uarijs mox partibus orbis
Et terra pelagoqꝫ uagus.concepta per annos
Deſperata ſinet.vix rerum turbine tandem
Explicitus.magno tranſibit plurima curſu
Singula mirabar.vix auditaqꝫ ſalute
Suſtulerat grauis ille oculos. ⁊ uerba parabat
Cum matutino litui clangore repente
Excutior viſis ſomnuſqꝫ receſſit inanis

Teqꝫ aciem video medijs educere campis
Sublimem.hortantemqꝫ duces ⁊ ſigna monentẽ
Ennius interea dum talibus ore diſertus
Equoreum permulcet iter.iam feſſus anhelos
Phebus athlanteo recreabat gurgite currus
Haud aliter q̄ꝫ qui placidis per plana quadrigis
Uectus. ⁊ irriguo perfuſus membra ſopore
Non ſentit tranſire diem:longamqꝫ repente
Decreuiſſe viam.ſtupet ⁊ vix credulus audit
Heſperio leuis ҫephirus ſurgebat ab axe
Uela leuat claſſis.tum dextro tramite prore
Uoluuntur.fratriſqꝫ in locum cinthia pernox
Inuigilat.laxiſqꝫ datum requieſcere nautis
Remigis ut ſtrepitus ſiluit ſtridorqꝫ rudentum
Scipio mitis ait.ſeu ſunt ſeu talia fingis
Dulcia ſunt fateor.ſenſuſqꝫ ⁊ pectora mulcent
Illum equidem iam nunc iuuenẽqꝫ nouũqꝫ poetã
Complector.tibi nunc viſum quondamqꝫ parenti
Promiſſumqꝫ mihi gemino ſponſore profecto
Diligo quiſquis erit.ſi nullus.diligo nullum
Dixerat. ⁊ facili prebebant corpora ſomno
Sol pelago rediens ubi primum emerſit eoo
Ingenteſqꝫ procul iactabat carbaſus vmbras
Littora proſpiciunt alacres lilibeia naute
Trinacriamqꝫ pari concordes uoce ſalutant.
Iam drepanum preteruecti iamqꝫ omne remenſi
Inde latus ſiculum.ſolide telluris in aruis
Ut primum poſuere pedes pulcherrima rura
Terreſtri ſecuere via.non carmine noſtro
Letitia italie.non occurſantia paſſim
Agmina victori.populi non urbibus hauſtis
Seruata grates pro libertate canentes
Stare queant.donec patrie ſub menia uentum eſt
Et luxit ſperata dies.tempuſqꝫ triumphi.
Hic quoqꝫ calliope.q̄ꝫ q̄ꝫ ſub fine uoceris
Dextra ueni:feroqꝫ fauens aſſiſte labori.
Pulchrior auſonio nunq̄ꝫ ſurrexerat orbi
Ulla dies.roſeo vultum ſuffuſa rubore
Phebeos frenabat agens aurora iugales.
Letior ipſe quidem ſolito ⁊ formoſior alte
Imperijs urgebat equos.iam lumine romam
Appenninigene ſpectans de uertice ſilue.
Conueniunt proceres portis ruit obuia turba
Sexus uterqꝫ frequens.etas ſe proripit omnis.
Omnis honos:omniſqꝫ gradus:ſubſternit auro
Omne ſolũ: ⁊ uarijs reſplendent pulpita gẽmis.
Purpura per vicos ſparſa eſt. ⁊ purpura tectis
Obtentu factura viris victoribus vmbras.
Inde ſenum miti deſcendunt agmina vultu.
Hinc iuuenum phalerata phalanx.in limine ꝑmo
Exceptura ducem.facie ſubit ille ſerena
Ardua purpureo reſidens ſua menia curru
Et niueis inuectus equis.generiſqꝫ ferebat
Etherei frons alma fidem.tum milia iunctis
Poſt tergum manibus captiui triſtia vulgi
Procedũt macedũ proceres.quo bella philippus
Fouerat auxilio.ſopater dux primus ⁊ ipm
Sanguine contingens regem meſtiſſimus ibat
Poſt omnis legio grauibus connexa cathenis
Inſequitur.tum parte alia ſpectacula magni
Syphacis miſeranda habitu nãqꝫ obruta vinclis
Maieſtas.lachrymis pectus terramqꝫ rigabat
Flenſqꝫ retro ad magnũ referebat lumina crebro
Humida:victorem.qualem ſpreuiſſet amicum.
Mente notans tacita preter tot dura ruine

Angebat miſerum pudor ingens.turba ſuorum
Regia conſequitur tremulo ueſtigia greſſu
Hinc meriti ciues.laqueis gens perfida iuſtis
Penorum perplexa uenit.pulcherrima rome
Menia ſuſpiciens dux frater hannibalis illis
Primus erat.maure ſubeunt poſt agmina gentis
Gallorumqꝫ manus.italus namqꝫ ordine in illo
Nemo fuit.digna meritos multauerat omnes
Morte ſimul.terreqꝫ hoſtes mandauerat afre
Indignos patrie aſpectu: ⁊ tellure ſepulchri
Ante ebur ⁊ radians aurum ⁊ precioſa ſupellex
Et ueſtes oſtro inſignes.penituſqꝫ potentum
Diuitie regum pompa celebrante uehuntur
Inde graues clipei prereptaqꝫ fortibus arma
Signaqꝫ ⁊ horrentes galee triſteqꝫ trementes
Poſt triſtes ducuntur equi.domitiqꝫ elephantes
Demiſſa ceruice graues.puerilia circum
Milia funduntur: turba obſtrepit inſcia rerum
Belua barbarico ꝙ tanta ueniret ab orbe
Hinc illinc romana acies erepta nephando
Seruitio:letumqꝫ canens ex more triumphum
Concelebrat:nequeunt oculos ſatiare videndo
Seruatore ſuo:prior it terrentius horum
Culeo.vir clarus latia tunc urbe ſenator
Libertus uelut hic carum coluiſſe patronum
Scipiadam fertur:vitam obſequioſus in omneʒ.
Ultimus it victor latijs exercitus armis
Atqꝫ equitum peditumqꝫ acies.uelut obuius eēt
Hannibal in primo uenturus limine contra
Tumqꝫ tube: ⁊ horriſonis victricia claſſica late
Perſtrepuere modis.tremuerunt tibridis vnde
Ac circū pauet omne nemꝰ.fragor horridus albaʒ
Argolicumqꝫ:quatit tibur gelidumqꝫ ſoracte
Et preneſtinis rigidas in collibus arces.
Sic tandem inſueto capitolia celſa triumpho
Ingreditur.grateſqꝫ deis perſoluit amicis
Immenſumqꝫ auri montem ingenteſqꝫ recōdit
Theſauros in templa iouis.tempuſqꝫ per omne
Ditauit patriam ſibi ſed cognomine ſolo
Contentus.nihil hic proprias inuexit in edes
Nec dubium quin ad reliquos per bella triūphos
Strauerit enſe viam.atqʒ orbis patefecerit urbi
Imperium.puduit neminem carthagine victa
Subdere colla iugo.dn̄oſqʒ agnoſcere mundi
Romanos:bello indomitos populumqʒ quirini
Ipſe coronatus lauro frondente per urbem
Letus ijt totam:tarpeia rupe reuerſus
Eminus ad dextram victoris.tempora fronde
Subſtringens parili ſtudiorum almeqʒ poeſis
Egit honoratum ſub tanto auctore triumphum
Poſt alij atqʒ alij.ſtudio certante ſecuti
Ipſe ego trecentum labentibus ordine luſtris
Dumoſam temptare viam ⁊ ueſtigia rara
Uiribus imparibus fidens utrunqʒ peregi
Frondibus atqꝫ loco.ſimul ⁊ cognomine claro
Heroum ueterum tantos imitatus honores
Irrita ne grai fierent preſagia uatis.
Nunc ego non auſim uos hinc ad triſtia diue
Materiamqꝫ trucem.poſt tot modo leta uocare
Quin potius longe fugite.atqꝫ auertite vultus
Certe ego uobiſcum fugiam.triſteſqꝫ querelas
Inuidie.procerum crimen.culpamqꝫ ſenatus
Non referam populiqꝫ nephas.ac ſponte receptū
Exilium:mortemqꝫ ducis.titulumqꝫ dolentis
Aſpera marmoreo ſubſcriptaqꝫ iurgia buſto.

Nec memorent alij.mihi nam certiſſima mēs eſt
Hic metam poſuiſſe operi:patiarqꝫ nec vnq̄ꝫ
Carmine tam meſto ſacras maculare ſorores
O mea non paruo mihi conſumata labore
Africa dum creſcis:dum te relegenſqꝫ:comēſqꝫ
Mulceo:magnanimum mors importuna robertū
Intempeſtiue mundo ſubtraxit egenti:
Et mihi prerepta penitus dulcedine vite
Speratum tibi clauſit iter:quo tramite perges
Infelix? monſtrabo viam.non atria luctu
Turbida funereo:non dulcia limina quondam
Parthenopea petes.tepidi noua ſaxa ſepulchri
Triſtis adi.lachrymiſqꝫ riga cum videris illic
Ingentem exigua regem tellure iacentem.
Te ſibi viuenti promiſſam redde ſepulto.
Ac cineri perſolue ſacro:nam ſpiritus aſtra
Iam repetens:terrenſqꝫ retro deſpectat inertes:
Sceptra caduca fugit:mortales negligit actus.
Ille tamen q̄ꝫq̄ꝫ regni diadema relicti
Rideat: ⁊ curas ueteres:nimioſqꝫ labores:
Erroreſqꝫ hominuʒ:ſolio miſeratus ab alto:
Nos niſi fallor amat:noſtri mitiſſimus olim
Arbiter ingenij.quo terris ſidere rapto
Heu heu q̄ꝫ uereor nequid tibi durior etas
Obſtrepat: ⁊ titulis inſultet ceca decoris.
Hoſpes pieridum noſtro iam ſolus in euo
Reddere promeritum ſtudijs qui noſſet honoreʒ.
Interijt.ſecumqꝫ ſimul ſpes noſtra receſſit.
Felices quos illa prius meliora tulerunt
Tempora.noſqꝫ utinaʒ ne quicq̄ꝫ uana precamur
Non licet ire retro:nos cuncta nouiſſima ſeros
Et ferus aduerſo proſperit iuppiter axe
Utendum ſorte eſt. ⁊ ſidera noſtra ſequenda.
Qua ducunt:ne forte trahant:mihi degere vitam
Impoſitum:uaria rerum turbante procella:
At tibi fortaſſis.ſiquid mens ſperat ⁊ optat
Es poſt me victura diu:meliora ſuperſunt
Secula.non omnes ueniet letheus in annos
Iſte ſopor.poterunt diſcuſſis forte tenebris
Ad purum priſcumqꝫ iubar remeare nepotes:
Tunc elicona noua reuirentem ſtirpe videbis.
Tunc lauros frondere ſacras . tunc alta reſurgent
Ingenia.atqꝫ animi dociles:quibꝰ ardor honeſti
Pieridum ſtudij.ueterem geminabit amorem
Tu nomen renouare meum ſtudioſa memento
Qua potes.hac redeat ſaltem ſua fama ſepulchro
Et cineri reddatur honos:mihi dulcior illo
Uita erit in populo. ⁊ contemptrix gloria buſti
Interea tamen:hoc iubeo:per inertia tranſi
Agmina ſollicito populorum incognita paſſu
Uir procul extremo conſpecta in limine linquens
Heu paucas habitura domos ⁊ rara per orbem
Hoſpitia.at ſiquem uere virtutis amicum
Obtulerint tua fata tibi:ſecura repoſtum
Anguſtumqꝫ precare locum ſub paupere tecto.
Atqꝫ ibi ſola quidem potius peregrinaqꝫ ſemper
Qꝫ comitata malis:annoſa fronte ſeneſces
Donec ad alterius primordia ueneris eui.
Tunc iuueneſce precor:cum iam lux alma poetis
Cōmodiorqꝫ bonis cum primum affluxerit etas?

¶ Explicit africa Franciſci Petrarche.

¶ Clariſſimi ⁊ inſignis viri Franciſci Petrarche Rome nuper laureati: Bucolicum carmē in duodecim eglogas diſtinctum: Quarū pꝛima cui titulus eſt, Parthenias: Feliciter Incipit.

¶ Collocutores ſūt Syluius ⁊ Monicus.

Syluiꝰ Onice trãquillo ſoluſ tibi ꝯdit⁹ antro
Et gregis ⁊ ruris potuiſti ſpnē curas.
m Aſt ego dumoſos colles ſiluaſqꝫ perro
Infelix: qs fata neget diuerſa gemelliſ?
Una fuit gēitrix: at ſpes ñ vna ſeplchꝛi.
Mōicꝰ. Silui quid quereris? cunctorum uera laborum
Ipſe tibi cauſa es: Quis te per deuia cogit?
Quis uel inacceſſum tanto ſudore cacumen
Montis adire iubet: uel per deſerta uagari:
Muſcoſoſqꝫ ſitu ſcopulos: fonteſqꝫ ſonantes?
Syl. Hei mihi ſolus amoꝛ: ſic me uenerata benigne
Aſpiciat ſpes noſtra pales. Dulciſſimus olim
Parthenias mihi iam puero cantare ſolebat
Hic ubi benachus vitrea pulcherrimus aluo
Perſimilem natum fundit ſibi. Uenerat etas
Foꝛtioꝛ: audebam nullo duce iam per opacum
Ire nemus: nec luſtra feris habitata timebam:
Mutatamqꝫ nouo fingebam carmine uocez.
Mutatemqꝫ nouo frangebam carmine uocem.
Emulus at fame dulcedine tactus inanis
Ecce peregrinis generoſus paſtoꝛ ab oris
Neſcio qua de ualle canens: nec murmure noſtro
Percuſſit flexitqꝫ animum: mox omnia cepi
Temnere: mox ſolis numeris ⁊ carmine paſci.
Paulatim creſcebat amoꝛ: quid multa? canendo
Quod pꝛius audieram didici: muſiſqꝫ coactis
Quo mihi parthenias biberet de fonte notaui.
Nec minus eſt ideo cultus mihi: magnus uterqꝫ:
Dignus uterqꝫ coli: pulchꝛa quoqꝫ dignus amica.
Hos ego cantantes ſequoꝛ: ⁊ diuellere memet
Nec ſcio: nec ualeo: miroꝛqꝫ ꝙ hoꝛrida nondum
Silua: nec aerij ceperunt currere montes:
Uerum ubi iam video: collectis viribus olim
Poſſe aliquid: ſoleo de uertice montis ad imas
Ferre gradum ualles: ubi fons mihi ſepe canenti
Plaudit: ⁊ arentes reſpondent vndiqꝫ cautes.
Uox mea non ideo eſt grata mihi: carmina q̃ꝫq̃ꝫ
Laudibus interdum tollant ad ſidera nymphe:
Duz memini qd noſter agat: qd ue aduena paſtoꝛ:
Uroꝛ ⁊ in montes flammata mente reuertoꝛ:
Sic eo: ſic redeo: nitar ſi foꝛte camene
Dulce aliquid dictare uelint: quod collibus altis
Et mihi cōplaceat: quod lucidus appꝛobet ether.
Non rauce leue murmur aque: nec cura: nec ardoꝛ
Defuerint: ſi fata viam: ⁊ mens tarda negarit:
Stat germane mori: noſtrorum hec ſūma laborū.
Mo. O ſi foꝛte queas durum tranſcendere limen:
Quid refugis? turpeſqꝫ caſas ⁊ tuta paueſcis
Ocia: quid frontem obducis? nemo antra coactꝰ
Noſtra petit: plures redeunt a limine fruſtra.
Syl. Non pauoꝛ hic animi fuerat: ſi foꝛſan aures
Dulcibus aſſuetas inamena ſilentia tangunt
Miraris: natura quidem fit longioꝛ uſus.
Mo. O iterum bꝛeue ſi mecuz traducere tempus
Contingat: ſileatqꝫ fragoꝛ rerumqꝫ tumultus.
Dulcius hic quanto media ſub nocte videbis
Pſallere paſtorem: reliquorum obliuia ſenſim
Ingeret ille tibi: non carmen inane negabis
Quod modo ſollicitat: qd te ſuſpendit biantem?
Quis queſo? aut quonam genitꝰ ſub ſidere paſtoꝛ Syl.
Hoc queat? audiui paſtorum carmina mille:
Mille modo: quenq̃ꝫ noſtris equare caueto.
Audiſti quo monte duo fons vnicus edit Mo.
Flumina? ſiue ubinam geminis ex fontibus vnuz
Flumen aquas ſacrumqꝫ caput cum noīe ſumit?
Audiui ut quondam puer hiſpidus ille nitentis Syl.
Lauit apollineos ad ripam gurgitis artus.
Felices nymphe que coꝛpus tangere tanti
Pꝛomeruere dei: fluuius ſi uera loquuntur
Per cinerum campos ultricibus incidit vndis.
Hunc igitur dulci mulcentem ſidera cantu
Illa tulit tellus: licet experiare: iuuabit. Mo.
O ego noui hominem: ciues ⁊ menia parue Syl.
Sepe hieroſolyme memorat: nec uertitur inde:
Semꝑ habet lachꝛymas: ⁊ pectore raucꝰ anhelat.
Hi romam troiamqꝫ canunt: ⁊ pꝛelia regum:
Quid doloꝛ ⁊ quid poſſit amoꝛ: quid ue īpetꝰ ire:
Qui fluctus uentoſqꝫ regat: qui ſpiritus aſtra:
Nec non ⁊ triplicis ſoꝛtitos numina regni
Expingunt: totidem uaria ſed imagine fratres.
Sceptiferum ſummum iouem facieqꝫ ſerena:
Inde tridentiferum moderatoremqꝫ pꝛofundi
Ceruliumqꝫ comas: medium fuſcumqꝫ minorem
Loꝛua latus ſeruat coniunx: aterqꝫ paludis
Nauita tartaree piceas redit itqꝫ per vndas:
Tergeminuſqꝫ canis latrat: tum dura ſeueris
Penſa trahunt manibus fixa ſub lege ſorores:
Quin etiam ſtygias eterna nocte tenebꝛas
Anguicomaſqꝫ ſimul furias: templumqꝫ forūqꝫ:
Tum ſiluas ⁊ rura canunt: atqꝫ arma viroſqꝫ.
Hic vnum canit ore deum: quem turba deorum Mo.
Uicta tremit: celum nutu qui temperat almum:
Ethera qui libꝛat liquidum: qui roris aceruos
Quiqꝫ niues ſpargit gelidas: ⁊ nube ſalubꝛi
Elicit optatos herbis ſitientibus imbꝛes:
Qui tonat: ⁊ trepidū rapidis quatit aera flāmis:
Tempora ſideribus qui dat: ſua ſemina terris:
Qui pelagus fluitare iubet: conſiſtere montes:
Qui coꝛpus mentemqꝫ dedit: quibꝰ addidit artes
Innumeras: geminū cumulans ab origine munꝰ:
Qui vite moꝛtiſqꝫ vices: queqꝫ optima feſſos
Fert ſuper aſtra: viam docuit: repetitqꝫ monendo.
Hunc meus ille canit: neu raucum dixeris oro.
Uox ſolida eſt penetrāſqꝫ animos dulcore latēti.
Iure igitur patrijs pꝛimum celebꝛatus in aruis
Attigit ⁊ ueſtros ſaltus: lateqꝫ ſonorum
Nomē hēt: que rura padus: que thybꝛis: ⁊ aruuſ:
Que rhenꝰ rhodanuſqꝫ ſecāt: queqꝫ abluit equoꝛ:
Omnia iam reſonant paſtoris carmine noſtri.
Experiar ſi fata uolent: nunc ire neceſſe eſt. Syl.
Quo ꝑcoꝛ? aut qs te ſtimulus: que cura purget? Mo.
Urget amoꝛ muſe: quoniaz modo littore in aphꝛo Syl.
Sidereum iuuenem gemitumqꝫ ex ſtirpe deoruz
Fama refert magnis implentem paſcua factis.
Te polypheme tuis iam conſtrauiſſe ſub antris
Dicitur: ⁊ libycos ſiluis pepuliſſe leones:
Luſtraqꝫ ſubmiſſis audax incendere flammis.
Hunc ſimul italideſqꝫ nurus: pueriqꝫ ſeneſqꝫ
Attoniti aduerſo certatim a littore laudant:
Carmine fama ſacro caret hactenus: ⁊ ſua virtus
Pꝛemia depoſcit: pauitans ego carmina cepi
Texere: temptabo ingenium: uox foꝛte ſequetur

Angebat miſerum pudoꝛ ingens.turba ſuorum
Regia conſequitur tremulo ueſtigia greſſu
Hinc meriti ciues.laqueis gens perfida iuſtis
Penorum perplexa uenit.pulcherrima rome
Menia ſuſpiciens dux frater hannibalis illis
Pꝛimus erat.maure ſubeunt poſt agmina gentis
Gallorumqꝫ manus.italus namqꝫ oꝛdine in illo
Nemo fuit.digna meritos multauerat omnes
Moꝛte ſimul.terreqꝫ hoſtes mandauerat afre
Indignos patrie aſpectu: ⁊ tellure ſepulchꝛi
Ante ebur ⁊ radians aurum ⁊ pꝛecioſa ſupellex
Et ueſtes oſtro inſignes.penituſqꝫ potentum
Diuitie regum pompa celebꝛante uehuntur
Inde graues clipei pꝛereptaqꝫ foꝛtibus arma
Signaqꝫ ⁊ hoꝛrentes galee triſteqꝫ trementes
Poſt triſtes ducuntur equi.domitiqꝫ elephantes
Demiſſa ceruice graues.puerilia circum
Milia funduntur: turba obſtrepit inſcia rerum
Belua barbarico ꝙ tanta ueniret ab oꝛbe
Hinc illinc romana acies erepta nephando
Seruitio:letumqꝫ canens ex more triumphum
Concelebꝛat:nequeunt oculos ſatiare videndo
Seruatore ſuo:pꝛioꝛ it terrentius horum
Culeo.vir clarus latia tunc urbe ſenatoꝛ
Libertus uelut hic carum coluiſſe patronum
Scipiadam fertur:vitam obſequioſus in omnez.
Ultimus it victoꝛ latijs exercitus armis
Atqꝫ equitum peditumqꝫ acies.uelut obuius ee͂t
Hannibal in pꝛimo uenturus limine contra
Tumqꝫ tube: ⁊ hoꝛriſonis victricia claſſica late
Perſtrepuere modis.tremuerunt tibꝛidis vnde
Ac circu͂ pauet omne nemꝰ.fragoꝛ hoꝛridus albaz
Argolicumqꝫ:quatit tibur gelidumqꝫ ſoracte
Et pꝛeneſtinis rigidas in collibus arces.
Sic tandem inſueto capitolia celſa triumpho
Ingreditur.grateſqꝫ deis perſoluit amicis
Immenſumqꝫ auri montem ingenteſqꝫ reco͂dit
Theſauros in templa iouis.tempuſqꝫ per omne
Ditauit patriam ſibi ſed cognomine ſolo
Contentus.nihil hic pꝛopꝛias inuexit in edes
Nec dubium quin ad reliquos per bella triu͂phos
Strauerit enſe viam.atqꝫ oꝛbis patefecerit urbi
Imperium.puduit neminem carthagine victa
Subdere colla iugo.dn͂oſqꝫ agnoſcere mundi
Romanos:bello indomitos populumqꝫ quirini
Ipſe coronatus lauro frondente per urbem
Letus ijt totam:tarpeia rupe reuerſus
Eminus ad dextram victoris.tempora fronde
Subſtringens parili ſtudiorum almeqꝫ poeſis
Egit honoratum ſub tanto auctore triumphum
Poſt alij atqꝫ alij.ſtudio certante ſecuti
Ipſe ego trecentum labentibus oꝛdine luſtris
Dumoſam temptare viam ⁊ ueſtigia rara
Uiribus imparibus fidens utrunqꝫ peregi
Frondibus atqꝫ loco.ſimul ⁊ cognomine claro
Heroum ueterum tantos imitatus honores
Irrita ne grai fierent pꝛeſagia uatis.
Nunc ego non auſim uos hinc ad triſtia diue
Materiamqꝫ trucem.poſt tot modo leta uocare
Quin potius longe fugite.atqꝫ auertite vultus
Certe ego uobiſcum fugiam.triſteſqꝫ querelas
Inuidie.pꝛocerum crimen.culpamqꝫ ſenatus
Non referam populiqꝫ nephas.ac ſponte receptu͂
Exilium:moꝛtemqꝫ ducis.titulumqꝫ dolentis
Aſpera marmoreo ſubſcriptaqꝫ iurgia buſto.
Nec memorent alij.mihi nam certiſſima me͂s eſt
Hic metam poſuiſſe operi:patiarqꝫ nec vnq̃ꝫ
Carmine tam meſto ſacras maculare ſorores
O mea non paruo mihi conſumata labore
Africa dum creſcis:dum te relegenſqꝫ:come͂ſqꝫ
Mulceo:magnanimum moꝛs impoꝛtuna robertu͂
Intempeſtiue mundo ſubtraxit egenti:
Et mihi pꝛerepta penitus dulcedine vite
Speratum tibi clauſit iter:quo tramite perges
Infelix?monſtrabo viam.non atria luctu
Turbida funereo:non dulcia limina quondam
Parthenopea petes.tepidi noua ſaxa ſepulchꝛi
Triſtis adi.lachꝛymiſqꝫ riga cum videris illic
Ingentem exigua regem tellure iacentem.
Te ſibi viuenti pꝛomiſſam redde ſepulto.
Ac cineri perſolue ſacro:nam ſpiritus aſtra
Iam repetens:terrenſqꝫ retro deſpectat inertes:
Sceptra caduca fugit:moꝛtales negligit actus.
Ille tamen q̃ꝫq̃ꝫ regni diadema relicti
Rideat: ⁊ curas ueteres:nimioſqꝫ labores:
Erroreſqꝫ hominuz:ſolio miſeratus ab alto:
Nos niſi falloꝛ amat:noſtri mitiſſimus olim
Arbiter ingenij.quo terris ſidere rapto
Heu heu q̃ꝫ uereoꝛ nequid tibi durioꝛ etas
Obſtrepat: ⁊ titulis inſultet ceca decoris.
Hoſpes pieridum noſtro iam ſolus in euo
Reddere pꝛomeritum ſtudijs qui noſſet honorez.
Interijt.ſecumqꝫ ſimul ſpes noſtra receſſit.
Felices quos illa pꝛius meliora tulerunt
Tempora.noſqꝫ utinaz ne quicq̃ꝫ uana pꝛecamur
Non licet ire retro:nos cuncta nouiſſima ſeros
Et ferus aduerſo pꝛoſperit iuppiter axe
Utendum ſoꝛte eſt.⁊ ſidera noſtra ſequenda.
Qua ducunt:ne foꝛte trahant:mihi degere vitam
Impoſitum:uaria rerum turbante pꝛocella:
At tibi foꝛtaſſis.ſiquid mens ſperat ⁊ optat
Es poſt me victura diu:meliora ſuperſunt
Secula.non omnes ueniet letheus in annos
Iſte ſopoꝛ.poterunt diſcuſſis foꝛte tenebꝛis
Ad purum pꝛiſcumqꝫ iubar remeare nepotes:
Tunc elicona noua reuirentem ſtirpe videbis.
Tunc lauros frondere ſacras . tunc alta reſurgent
Ingenia.atqꝫ animi dociles:quibꝰ ardoꝛ honeſti
Pieridum ſtudij.ueterem geminabit amorem
Tu nomen renouare meum ſtudioſa memento
Qua potes.hac redeat ſaltem ſua fama ſepulchꝛo
Et cineri reddatur honos:mihi dulcioꝛ illo
Uita erit in populo.⁊ contemptrix gloria buſti
Interea tamen:hoc iubeo:per inertia tranſi
Agmina ſollicito populorum incognita paſſu
Uix pꝛocul extremo conſpecta in limine linquens
Heu paucas habitura domos ⁊ rara per oꝛbem
Hoſpitia.at ſiquem uere virtutis amicum
Obtulerint tua fata tibi:ſecura repoſtum
Anguſtumqꝫ pꝛecare locum ſub paupere tecto.
Atqꝫ ibi ſola quidem potius peregrinaqꝫ ſemper
Q̃ꝫ comitata malis:annoſa fronte ſeneſces
Donec ad alterius pꝛimoꝛdia ueneris eui.
Tunc iuueneſce pꝛecoꝛ:cum iam lux alma poetis
Co͂modioꝛqꝫ bonis cum pꝛimum affluxerit etas?

¶ Explicit africa Franciſci Petrarche.

Clariſſimi ⁊ inſignis viri Franciſci Petrarche Rome nuper laureati: Bucolicum carmē in duodecim eglogas diſtinctum: Quarū prima cui titulus eſt Parthenias: Feliciter Incipit.

Collocutores ſūt Syluius ⁊ Monicus.

Syluiꝰ Monice trāquillo ſolus tibi cōditꝰ antro
Et gregis ⁊ ruris potuiſti ſpnē curas.
m Aſt ego dumoſos colles ſiluaſqꝫ perro
Infelix: ꝗs fata neget diuerſa gemellis?
Una fuit gēitrix: at ſpes ñ vna ſeplchri.
Mōicꝰ Silui quid quereris? cunctorum uera laborum
Ipſe tibi cauſa es: Quis te per deuia cogit?
Quis uel inacceſſum tanto ſudore cacumen
Montis adire iubet: uel per deſerta uagari:
Muſcoſoſqꝫ ſitu ſcopulos: fonteſqꝫ ſonantes?
Syl. Hei mihi ſolus amor: ſic me uenerata benigne
Aſpiciat ſpes noſtra pales. Dulciſſimus olim
Parthenias mihi iam puero cantare ſolebat
Hic ubi benachus vitrea pulcherrimus aluo
Perſimilem natum fundit ſibi. Uenerat etas
Fortior: audebam nullo duce iam per opacum
Ire nemus: nec luſtra feris habitata timebam:
Mutatamqꝫ nouo fingebam carmine uocez.
Mutatemqꝫ nouo frangebam carmine uocem.
Emulus at fame dulcedine tactus inanis
Ecce peregrinis generoſus paſtor ab oris
Neſcio qua de ualle canens: nec murmure noſtro
Percuſſit flexitqꝫ animum: mox omnia cepi
Temnere: mox ſolis numeris ⁊ carmine paſci.
Paulatim creſcebat amor: quid multa? canendo
Quod prius audieram didici: muſiſqꝫ coactis
Quo mihi parthenias biberet de fonte notaui.
Nec minus eſt ideo cultus mihi: magnus uterqꝫ:
Dignus uterqꝫ coli: pulchra quoqꝫ dignus amica.
Hos ego cantantes ſequor: ⁊ diuellere memet
Nec ſcio: nec ualeo: miror qꝫ ꝙ horrida nondum
Silua: nec aerij ceperunt currere montes:
Uerum ubi iam uideor collectis viribus olim
Poſſe aliquid: ſoleo de uertice montis ad imas
Ferre gradum ualles: ubi fons mihi ſepe canenti
Plaudit: ⁊ arentes reſpondent vndiqꝫ cautes.
Uox mea non ideo eſt grata mihi: carmina ꝙ̃ꝙ̃
Laudibus interdum tollant ad ſidera nymphe:
Duz memini ꝗd noſter agat: ꝗd ue aduena paſtor:
Uror ⁊ in montes flammata mente reuertor:
Sic eo: ſic redeo: nitar ſi forte camene
Dulce aliquid dictare uelint: quod collibus altis
Et mihi cōplaceat: quod lucidus approbet ether.
Non rauce leue murmur aque: nec cura: nec ardor
Defuerint: ſi fata viam: ⁊ mens tarda negarit:
Stat germane mori: noſtrorum hec ſūma laborū.
Mo. O ſi forte queas durum tranſcendere limen:
Quid refugis? turpeſqꝫ caſas ⁊ tuta paueſcis
Ocia: quid frontem obducis? nemo antra coactꝰ
Noſtra petit: plures redeunt a limine fruſtra.
Syl. Non pauor hic animi fuerat: ſi forſan aures
Dulcibus aſſuetas inamena ſilentia tangunt
Miraris: natura quidem fit longior uſus.
Mo. O iterum breue ſi mecuz traducere tempus
Contingat: ſileatqꝫ fragor rerumqꝫ tumultus.
Dulcius hic quanto media ſub nocte videbis
Pſallere paſtorem: reliquorum obliuia ſenſim
Ingeret ille tibi: non carmen inane negabis
Quod modo ſollicitat: ꝗd te ſuſpendit hiantem?
Quis queſo? aut quonam genitꝰ ſub ſidere paſtor Syl.
Hoc queat? audiui paſtorum carmina mille:
Mille modo: quenqꝫ noſtris equare caueto.
Audiſti quo monte duo fons vnicus edit Mo.
Flumina? ſiue ubinam geminis ex fontibus vnuz
Flumen aquas ſacrumqꝫ caput cum noīe ſumit?
Audiui ut quondam puer hiſpidus ille nitentis Syl.
Lauit apollineos ad ripam gurgitis artus.
Felices nymphe que corpus tangere tanti
Promeruere dei: fluuius ſi uera loquuntur
Per cinerum campos ultricibus incidit vndis.
Hunc igitur dulci mulcentem ſidera cantu
Illa tulit tellus: licet experiare: iuuabit. Mo.
O ego noui hominem: ciues ⁊ menia parue Syl.
Sepe hieroſolyme memorat: nec uertitur inde:
Semꝑ habet lachrymas: ⁊ pectore raucꝰ anhelat.
Hi romam troiamqꝫ canunt: ⁊ prelia regum:
Quid dolor ⁊ quid poſſit amor: quid ue īpetꝰ ire:
Qui fluctus uentoſqꝫ regat: qui ſpiritus aſtra:
Nec non ⁊ triplicis ſortitos numina regni
Expingunt: totidem uaria ſed imagine fratres.
Sceptiferum ſummum iouem facieqꝫ ſerena:
Inde tridentiferum moderatoremqꝫ profundi
Ceruliumqꝫ comas: medium fuſcumqꝫ minorem
Torua latus ſeruat coniunx: aterqꝫ paludis
Nauita tartaree piceas redit itqꝫ per vndas:
Tergeminuſqꝫ canis latrat: tum dura ſeueris
Penſa trahunt manibus fixa ſub lege ſorores:
Quin etiam ſtygias eterna nocte tenebras
Anguicomaſqꝫ ſimul furias: templumqꝫ forūqꝫ:
Tum ſiluas ⁊ rura canunt: atqꝫ arma viroſqꝫ.
Hic vnum canit ore deum: quem turba deorum Mo.
Uicta tremit: celum nutu qui temperat almum:
Ethera qui librat liquidum: qui roris aceruos
Quiqꝫ niues ſpargit gelidas: ⁊ nube ſalubri
Elicit optatos herbis ſitientibus imbres:
Qui tonat: ⁊ trepidū rapidis quatit aera flāmis:
Tempora ſideribus qui dat: ſua ſemina terris:
Qui pelagus fluitare iubet: conſiſtere montes:
Qui corpus mentemqꝫ dedit: quibꝰ addidit artes
Innumeras: geminū cumulans ab origine munꝰ:
Qui vite mortiſqꝫ vices: queqꝫ optima feſſos
Fert ſuper aſtra: viam docuit: repetitqꝫ monendo.
Hunc meus ille canit: neu raucum dixeris oro.
Uox ſolida eſt penetrāſqꝫ animos dulcore latēti.
Iure igitur patrijs primum celebratus in aruis
Attigit ⁊ ueſtros ſaltus: lateqꝫ ſonorum
Nomē hēt: que rura padus: que thybris: ⁊ aruus:
Que rhenꝰ rhodanuſqꝫ ſecāt: queqꝫ abluit equor:
Omnia iam reſonant paſtoris carmine noſtri.
Experiar ſi fata uolent: nunc ire neceſſe eſt. Syl.
Quo ꝑcor? aut ꝗs te ſtimulus: que cura purget? Mo.
Urget amor muſe: quoniaz modo littore in aphro Syl.
Sidereum iuuenem gemitumqꝫ ex ſtirpe deoruz
Fama refert magnis implentem paſcua factis.
Te polypheme tuis iam conſtrauiſſe ſub antris
Dicitur: ⁊ libycos ſiluis pepuliſſe leones:
Luſtraqꝫ ſubmiſſis audax incendere flammis.
Hunc ſimul italideſqꝫ nurus: pueriqꝫ ſeneſqꝫ
Attoniti aduerſo certatim a littore laudant:
Carmine fama ſacro caret hactenus: ⁊ ſua virtus
Premia depoſcit: pauitans ego carmina cepi
Texere: temptabo ingenium: uox forte ſequetur

Orphea:promeritum medulabor arũdine parua
Mo. I ſoſpes:varioſqꝫ vie circũſpice caſus.

¶ Explicit p̃ma egloga:que Parthenias intitulatur.

¶ Incipit ſcđa egloga:cui titulus ẽ Arg⁹.

¶ Collocutores:ide⁹:Phitias ⁊ Syluiꝰ.

Ide⁹ Ure⁹ occaſum iam ſol ſpectabat:equoſqꝫ
a Pronũ iter urgebat:facili trãſmittẽ curſu.
Nec nemoꝝ tãtam per ſecula mľta quietẽ
Uiderat ulla dies:paſſim ſaturata iacebant
Armenta:⁊ lenis paſtores ſomnus habebat.
Pars teretes baculos:pars nectere ſerta canẽdo
Frondea:pars agiles calamos:tunc fuſca nitentẽ
Obduxit phebum nubes:precepſqꝫ repente
Ante expectatum nox affuit:horruit ether
Grandine terribili:certatim uentus ⁊ imber
Seuire:⁊ fractis deſcendere fulmina nimbis:
Altior ethereo penitus conuulſa fragore
Corruit:⁊ colles concuſſit ⁊ arua cupreſſus:
Solis amor quondam:ſolis pia cura ſepulti:
Nec tamen eualuit fatalem auertere luctum
Solis amor:vicitqꝫ pium ſors dura fauorem:
Preſcius heu nimium uates tu phebe fuiſti:
Dũ ſibi:dũqꝫ alijs erit hec lachrymabilis arbor:
Dixiſti.ingenti ſtrepitu tremefacta ruine
Paſtorum mox turba fugit:quecunqꝫ ſub illa
Per longum ſecura diem conſederat vmbra:
Pars repetit montes:tuguri pars limina fidi
Pars ſpecubus:terreqꝫ caput ſubmittit hianti.
Syluius ⁊ phytias ſcopulum fortaſſis eundem
Precipiti petiere gradu:geminiſqꝫ cauernis
Occuluere animas ſtrepiti nec pauca gementes:
Poſt ubi laxatis tempeſtas fracta parumper
Nubibus:⁊ celi ſiluerunt murmura feſſi.
Incipit illachrymans phytias:o iuppiter alme
Si ſcelus hoc noſtrum meruit:ſi ruſtica ſordet
Paſtorum pietas:miſeris ignoſce precamur:
Innocui miſerere gregis:melioreqꝫ capellas
Collige diſperſas:teneris ſignata labellis
Ubera te moueant:niſi forte obliuia lactis
Illius aſtrigere nectar tibi ſugerit aule.
De grege nempe fuit nutrix tua.talia queſtus
Subticuit:pectuſqꝫ manu percuſſit ⁊ ora.
Syluius audita rupis de parte querela
(Nam neqꝫ ſe coram cernebant:obice paruo
Preterite ſilicis ramoqꝫ comanti diremptí)
Concuſſa ſic mente refert:gemitumqꝫ cohercens:
O phytia phytia fateor ſic aſtra minari
Iam pridem aduerti:poſtq̃ꝫ flammantia martis
Lumina:⁊ imbrifera ſaturnum parte morantem
Obſeſſumqꝫ iouem:⁊ venerẽ tranſuerſa tuentem:
Sibila uentorum poſtq̃ꝫ peregrina notaui:
Nonne procul nebulas limo exhalante paluſtri
Surgere:⁊ in noſtrum delatas vidimus axem?
Nõne grues ꝓfugias turpeſqꝫ ad littora mergos?
Num coruos fulicaſqꝫ uagas? num ſidera meſta
Uidimus ⁊ nimbo uelatam abſcedere pheben?
Tum que multa olim naſcentis ſigna procelle
Siluicole cecinere ſenes:ſed ferre neceſſe eſt.
Hec eſt vita hominum phytia:ſic leta dolendis
Alternat fortuna ferox:Eat ordine mundus
Antiquo:nobis rerum experientia proſit.
Quo grex cunqꝫ miſer ruerit conſiſtere certuꝫ eſt.
Chare mihi imprimis ⁊ ſemper maxime ſylui Phy.
Reſpondit phytias:oculos te conſule tergam.
Tu modo ſiquid habes damni ſolamen acerbi:
Tempeſtiua graues releuent obliuia caſus.
Immo ait ille:tuum eſt que ꝯdita carmina ſeruas Syl.
Mecum partiri:daphnis paſtoribus olim:
Et tibi nunc ingens merito cantabitur argus.
Quid tibi non nobis phytias?nũ tu quoqꝫ carmẽ
Argeum uocitare libet:nimis omnia celas:
Incipe:forte ſequar?niſi uox tua terreat inquit
Syluius:ille alta fregit ſuſpiria uoce.
Arge decus rerum:ſilue dolor arge relicte Phy.
Hac licuit rapide ſacre de corpore morti:
Hec auſa eſt tellus:te qui ſtellantis olimpi
Iam ſolus ſpectator eras:humus obruit atra:
Quo fauor ⁊ noſtri redijt quo gloria ſecli?
Quis tempeſtates prenoſcet ab ethere longe?
Quis mihi uoce feras:q̃rcuſqꝫ ⁊ ſaxa mouebit?
Aut longam dulci traducet carmine noctem?
Quis terrebit apros?quis tendet retia damis?
Quis viſco captabit aues?quis flumine mergẽs
Ab miſeras curabit oues?quis ſacra cybelles?
Atqꝫ humilẽ admeti ſumulãtẽ in gramina phebũ
Rite canet?quem nocturnus trepidabit abactor?
Quem noſcent dociles alta ſub rupe capelle?
Quem vigiles fidiqꝫ canes? quem dulcis amica
Quis mihi ſolẽnes ſtatuet per littora ludos:
Inſuetam patrio renouans ex more paleſtram?
A quo conſilium dubij:diuinaqꝫ late
Silueſtres reſpõſa ferent?quis tempore in arcto
Supplicibus preſtabit opeꝫ?pulcherrime quõdã
Arge amor ac luctus:driaduꝫ q̄d ſilua?q̄d antrũ?
Quid ſine te colles?⁊ poſt te viuere quiſq̃ꝫ
Aut uolet aut poterit?paſtores credite:mors eſt
Uiuere poſt argum:iam nunc areſcere circum
Stagna:lacus:fontes:ipſumqꝫ videbitis equor:
Spiritus alter erit uentis:color alter in herbis:
Floribus alter odor:ſolitos nec poma ſapores
Seruabũt:nec prata comas:nec flumina limphas:
Uellera nec pecudes:nec opimas cãpus ariſtas.
Omnia nãqꝫ oculis vnus:nec fallimur:ille
Letificare ſuis:⁊ fecundare ſolebat.
Illo ſilua fuit ſemper ſub principe tuta:
Pax inerat fronti:purgabat nubila uerbo.
Ille abijt:fortuna ſuos mutata fatigat.
Extorques lachrymas:nec iã mihi viuẽ dulce eſt Syl.
Poſt argum:ſed viuaci parebimus aſtro
Effugis agnoſco nuſq̃ꝫ ſine carmine ſylui: Phy.
Si libet ire cane:poſt I tua damna recen‹t›e.
Paſtorum rex argus erat:cui lumina centum Syl.
Lincea:cui centum vigiles cum ſenſibus aures:
Centum artes:centumqꝫ manus:centũqꝫ lacerti:
Lingua ſed vna fuit:cum qua rupeſqꝫ feraſqꝫ
Flecteret:⁊ fixas terre diuelleret ornos.
Ille diu clarus ſiluis:perqꝫ omnia notus
Paſcua:formoſis cantatus ubiqꝫ puellis
Mille greges niueos paſcens per mille receſſus.
Poſtq̃ꝫ perteſum eſt nemorum longiqꝫ laboris
Irrediturus abit:uolucriqꝫ per auia ſaltu
Euolat in montes:illinc:de uertice ſummo
Deſpicit:⁊ noſtras curas noſtroſqꝫ tumultus:
Regnateqꝫ videt quanta eſt anguitia ſylue:
Alloquiturqꝫ iouem:⁊ viduum cõmẽdat ouile.

Arge uale:nos te cuncti:mora parua: ſequemur.
His dictis abeunt:patrij ſulmonis ad arua
Contendit phytias:ſyluas petit alter hetruſcas.
Solus ego afflicto merens in littore manſi.

¶ Explicit ſecunda egloga:que Argus intitulatur.

¶ Incipit tertia egloga:cui titulus ē Amoꝛ paſtorius.

¶ Collocutores:Stupeus ⁊ Daphne.

Stupeus C qs erit pꝛecibus finis mea cura fugeqꝫ
e Fige pedē daphne pcoꝛ:⁊ miſerere tuorū.
Daphne Que phebū ſpꝛeuit: quē nō ſptura putēt?
Quere alias curas:ſis impoꝛtunus amando.
Stu. Hinc laboꝛ:hinc amoꝛ exagitāt:cogūtqꝫ tremētez
Interrupta loqui:ſit reſpirare parumper.
Uis:dolus:inſidie ceſſant:depone pauorem:
Et noſtros audire ſedens dignare labores.
Daph. Fare igitur:cupidaſqꝫ manus frenare memento.
Stu. Daphne ego te ſolam deſerto in littore pꝛimum
Aſpexi:dubius hominem ne deam ne viderem:
Aurea ſic rutilo fragrabat murice palla:
Sic celum late inſolito complebat odore:
Dulcia ſydereas iactabant ora fauillas:
Ardenteſqꝫ comas humeris diſperſerat aura.
Dirigui:ſol cum radijs certabat iniquo
Marte tuis:totum non noſtro lumine coꝛpus
Fulgebat:timuiqꝫ deos:ne foꝛte videndo
Arderent:raperentqꝫ pꝛius q̃ꝫ vulnera noſſes
Noſtra:uel occultos incenſi pectoris ignes:
Accedo cupienſqꝫ grauis pꝛimoꝛdia moꝛbi
Pandere:vix ſicco uocem pulmone reuulſi:
Acris inexpletum vultu indignante locuta:
Effugis:inceſſus docuit:nam uerba pꝛofundo
Inſedere animo:⁊ liquidis heſere medullis
Exilio lachꝛyme:⁊ miſerum ſuſpiria pectus
Flatibus aſſiduis tundunt:atqꝫ imbꝛe repenti.
Tu tandem(que ſola potes)miſerere:modumqꝫ
Pone malis:ſi iuſta peto:ſi cognita narro.
Daph. Quot placuit mea foꝛma viris: q̄t toꝛſit amātes:
Dinumerare piget:placuit ſuper omnia phebo.
Aureus ille comam nitido ſpectabilis arcu
Ingenio citharaqꝫ potens:ioue patre ſuperbus
Spꝛetus ⁊ indignans abijt:ſtat conſcia curui
Ripa ſenis:memorātqꝫ pꝛīs ſub gurgite nymphe.
Tu qd habes:quo poſſe putes:hoc frāgere ſaxuz.
Stu. Quiſquis amore uoles ſolido tranquillus ⁊ alta
Pace frui:maiora fuge ⁊ nimis alta caueto:
Illic contemptus:⁊ iurgia mixta querelis:
Atraqꝫ perpetuis bacchantur nubila uentis.
Quin etiam vitare pares(licet obſtrepat erroꝛ
Publicus)admoneo:fidum tibi iunge minoris
Pectus:ubi obſequiuz pernox:humileſqꝫ viciſſim
Blanditie:dulciſqꝫ timoꝛ:res cognita paucis.
Alta petunt omnes:utinam mihi tale dediſſem
Conſilium:ſed cogit amoꝛ:perqꝫ ardua victum
Luctantemqꝫ rapit:victoꝛ fuit ille deorum:
Molliaqꝫ herculeis aptauit penſa lacertis.
Tu cui libertas ſalua eſt:tibi conſule daphne.
Daph. Conſilium laudo:ſed enim que pꝛima petebam:
Pꝛima taces:ſpes ſūma tuos que nutrit amores?
Stu. Pꝛetereo quecunqꝫ tribus mea pectora luſtris
Ingenti ſiluere fide:gemituſqꝫ latentes:
Et vigiles noctes:⁊ que fert plurima ſecum:
Immitis dum ſeuit amoꝛ:que foꝛte benigno
Iudice ſint aliquid:tamen hec perijſſe ſinamus.
Sic erit:attulerit tales mihi vita labores.
Debitus incaute fuerit furoꝛ iſte iuuente.
Haud tacuiſſe uelim ꝙ cum mea pauca putarem
Poſſe placere tibi:ſtudui ſi muſica foꝛte
Ars mihi ferret opem:ꝙ te ſonus atqꝫ camene
Non auri fulgoꝛ caperet:fruſtraqꝫ timebam
Hanc etiam temptaſſe viam:raucumqꝫ videbar
Neſcio qd ſtrepere:⁊ donec mea carmina faunos
Non puduit dꝛyadeſqꝫ pari celebꝛare fauore.
Sepe quidem ramum vidi dulcedine tentas
Linquere ⁊ attonitas in me ſpectare capellas.
Spernere apes cytiſum:mutas eſtate cicadas:
Latebar:nec nata pꝛius fiducia noſtra eſt:
Quam ſacer ille mihi:cane fidēs:diceret argus.
Et merito nanqꝫ ille fuit qui talia poſſet Daph.
Iure iubere ſuo:noſſet qui talia ſolus.
At tu ſiqua recens ſtudium tibi contulit effer.
Daphne noſtra quies:noſter laboꝛ:atqꝫ uoluptaſ: Stu.
Unaz ego te dominā:teqꝫ hoſtem affuſus adoro:
Tu decus es nemorum:tu ſpes paſtoribꝰ ingens:
Te uates magniqꝫ duces:te iuppiter altus
Diligit:ac iaculo refugit violare triſulco:
Quo ferit omne nemuſ:te quā pharetratꝰ apollo:
Quam celebꝛes arſere dei:nunc ſtupeus ardet
Paſtoꝛ inops:lētuſqꝫ gregis comtemptoꝛ opimi:
Diues erit:ſi pulchꝛa uoces ſua carmina daphne. Daph.
Plus aliquid q̃ꝫ rebar eras:reuerentia noſtri
Impedit:adde aliud:poteris foꝛtaſſe placere.
Foꝛte die medio dum me meus urget amatoꝛ Stu.
Sylue amoꝛ:in ſyluas ſubito uox contigit aures
Dulcioꝛ humana:ſtupui:leuis vnda nitentes
Per pꝛonum herboſo uoluebat calle lapillos.
Pꝛominet ipſe locus:murmurqꝫ ſecutus aquarū:
Purpurea in ripa lauriqꝫ virentis ad vmbꝛam
Uirgineam aſpicio celo plaudente choream.
Flecto gradum pꝛopere:tunc vna ſonantioꝛ omni
Ex numero:ſi fata tuos hoc tramite greſſus
Rara mouent:aude diuinos cernere vultus.
Hec ait:⁊ dextram tenuit:tremoꝛ omnis abibat:
Poſſe loqui incipio:quin uos mihi parcite diue:
Erroꝛ amoꝛqꝫ trahunt:ſectoꝛ ueſtigia dure
Heu mihi ſparſa fere:fugit illa meoſqꝫ dolores
Neſcit:ad hec virgo ſubridens:nouimus inquit
Omnia:theſſalidē ſequeris per cōfraga daphnē.
Fabula iam pꝛidem aonijs notiſſima lucis:
I certus:lenteſcet enim:tamen accipe ramum
Hunc pꝛius:⁊ tenero frondoſum pollice ramum
Decerpſit:cupidoqꝫ mihi poꝛrexit:⁊ ibis
Ibis ait:diceſqꝫ nouem vidiſſe ſorores:
Quas vulgꝰ ſpectare nequit:quas nulla pphanis
Mens curis imbuta videt:Si plura rogaris:
Dic vidiſſe:quibus vi bella mouere:doliſqꝫ:
Quam tutum:pꝛeceps docuit de turre pyreneus:
Uoce uel ingenio pice docuere loquaces.
Dic ſacro de monte uagas:dic fontis ad vndam
Quem pedis impulſu genitus ceruice meduſe
Alatus perfodit equus:dic nexa canentes
Oꝛbibus imparibus uario modulamine uocum
Cuncta nouem:varioſqꝫ animoꝝ ex oꝛdine motꝰ.
Quid fame pꝛedulcis amoꝛ:uociſqꝫ leuamen.
Quid ſtudium ingenijqꝫ vigoꝛ:quid culta cerebꝛi
Ora tenacis agat:poſt hec quis nā impetus:⁊ qō

Judicium etheree: que naʒ diſcretio mentis:
Quid ue potens mulcere aures: in fine: fugaces
Huc daphne dic uerte oculos: regina canori
Hunc mihi prima chori ramũ dedit arbore vulſũ:
Queʒ tibi mõſtrarem: uolucrẽ iubet illa: monetq;
Hemonie poſt ſigna fuge conſiſtere tandem:
Ferrea ſit q̃ſquis: motam pietate videbis.
Daph. Motaq; ſum: ſequere: ⁊ collem properem⁹ in illũ.
Stu. Perge labor nullus tecum iuga prendere olympi.
Daph. Scis quo colle ſedes? maieſtas quãta locorũ eſt?
Stu. Imperioſus apex dare circum iura videtur
Collibus: ⁊ celo ſiluas deſpectat aperto.
Daph. Huc ego paſtores memini victricia ſertis
Tempora: ⁊ arboreis ſpolijs ornata referre:
Curribus inuectos niueis delubra deorum:
Intereram iam leta virens ſpectare iuuabat
Cum ductore greges captos: triſteſq; iuuencos:
Exuuiaſq; graues peregrinis montib⁹ actas:
Et longos rerum ſtrepitus: pompaſq; fremẽtes:
Huc ab hyperboreis per vim cuſtodibus aurum
Gryphibus ereptum: magnoſ peruenit in uſus:
Huc aſie predas: informi ſqualida tergo:
Huc quoq; nutantes tulit indica belua turres.
Quid te multa morer: quicq̃d nem⁹ vndiq; p̃ſſis
Extulit uberibus: hoc eſt in monte coactum.
Hic iuſti ſedere patres: hic viua iuuentuſ:
Hic caſte luſere nurus: hoc paſtor in antro
Maximus inſidijs perijt: nec pulcher adonis
Uulnificos euaſit apros: ſed triſtia linquo:
Hoc ipſos eſt fama deos habitare cacumen:
Hoc caput ẽ nemorũ: dom⁹ hec iouis ãpla tonãtis.
Hic natum complexa ſuum latona ſibylle
Agnita fatiloque paſtori oſtenſa ſuperbo eſt:
Hec iuga magnanimus ſcipionibus actus ibernis
(Sic creuit fortuna loci) tua cura: ſubactis
Saltibus ex libycis rediens puer ille reuiſit:
Et ſecum rudis ille ſenex: poſt tempore multo
Cantantes uenere alij: quos dicere longum eſt:
Partheniaſq; tuus triplicis modulator auene.
Omnibus his viridi frondebant tempora lauro.
Hic ego: diſſimili q̃q; ſubſidere ſertum
Fronde tamen ſimili faciam tibi: porrige ramum
Quem ſacra caſtalie regnatrix tradidit alme
Illius hic: noſtrumq; ſimul tibi munuſ habeto.
Linque alias curas: ⁊ noſter protinus eſto.
Stu. Nunc vigilaſſe iuuat: dulce eſt meminiſſe laborũ.

¶ Explicit tertia egloga: que Amor paſtorius intitulatur.

¶ Incipit quarta egloga: cui titulus eſt Dedalus.

¶ Collocutores: Gallus ⁊ Tyrrhenus

Gallus. Ale quis ingeniuʒ? tanti qs muneris uſuʒ
t Ut niueũ cõpegit ebur: neruoſq; loquẽtes
Addidit ac nũeros: dic o tyrrhene qs ille?
Dedalus an ne alius: dextre ſucceſſor ⁊ artis?
Tyrrhe. Dedalus ipſe fuit: nec falleris homine galle
Artificum ſtupor eternus: quem docta potenſq;
Miratur natura virum: mihi maximus ille
Argutam dedit hãc citharaʒ: plectrũq;: modoſq;.
Gal. Cuius amor meriti: cuius pulcherrima merces?
Tyrrhe. Nullius: nam ſponte meum queſiuit amorem:
Dignus quem ſilue: queʒ grex: quẽ paſtor adoret.
Gal. Qua tamen hec regione tibi ſors obuia uenit?
Tyrrh. Eſt nemus aerium trabibus quo frigida quernis
Summouet vmbra diem: nõ illic aura: nec eſtus?
Nõ gregis aut hoiuʒ uernos p̃mit vngula flores:
Fontibus aduerſis circum duo flumina ſurgunt:
Hoc ſecat hetruſcos: petit illo gurgite romam:
Hic quaſi uenturi preſagus: triſtia mecum
Plurima uoluebam: flebam quoq;: vidit ab alto
Dedalus annoſas inter conſidere fagos.
Acceſſit: citharamq; ferens: puer accipe dixit:
Hac caſus ſolare tuos: hac falle laborem.
Gal. Infelix ubi tunc aberam: fortaſſe fuiſſet
Hec fortuna alij: citharam mihi dedalus illam:
Nouit eni egregie: atq; interdũ viſus amare eſt.
Tyrrh. Hanc minime: ſed forte aliam: nã milia multa
Ille habet: ⁊ large partitur munera in omnes.
Galle ſed ante diu q̃ preſens ſilua vireret
Hec fuerat promiſſa mihi: nãq; anxia partu
Mater: anhelanti lucinam uoce rogabat:
Et meſtum ignarus lucis iam limen adibaʒ:
Attulit ecce pium fors dedalũ: haud mora: mixto
Uagitu gemituq; graui: concuſſus apertas
Subſtitit ante fores: deq; obſtitricibus vni
Si puer eſt citharam dabim⁹: ſi nata monile
Dixerat ac ſpeculum: ſubitoq; euanuit: inde
Polliciti redijtq; memor: fatoq; beauit.
Gal. Utilis inuidie ſpecies mutatio feruens
Incutienſq; animo ſtimulos: tyrrhene fatebor.
Ardeo nunc ſimilem citharã: niſi forſitan iſta
(Quod malim) caruiſſe uelis: ſunt uellera nobis
Mollia: ſunt hedi: precium uel grande licebit
Ipſe rei parue ſtatuas: parebitur ultro.
Tyrrh. Grande rei parue? cithare ſolatia neſcis:
Rem magnam (ſi nota) uoces: faſtidia mulcet:
Laxatos animoſ refouet: ſolatur amicos.
Grandia reſtituit: pellit de pectore luctum:
Exiccat lachrymas: compeſcit flebile murmur:
Spes reuehit: frãgitq; metus: vultumq; ſerenat.
Gal. Quid precio maiore uetat uel magna paciſci?
Tyrrh. Non mihi ſetigeri quantum vix paſcitur uſq;
Uilligeriq; gregis: ne dum leue uellus: ⁊ hedi:
Sit precium cithare: non ſi tibi gurgite latos
Ambiat hermus agros: rutilis oblimet arenis.
Quid mihi diuitie? quid rerum mutus aceruus?
Noſtras cernis opes: hic eſt qua crebra rebellis
Prelia fortune: mundiq; prementia vincla
Pauperiemq; leuo: rigidas hac ſepe per alpes:
Perq; nemus uacuum: perq; atra ſilentia noctis
Fiſus: eo plaudunt uolucres ⁊ concaua ſaxa:
Interea triſtes fugiunt per nubila cure.
Gal. Laude ſitim cumulas: fer opem: optatoq; potiri:
Te duce contingat: viuam memor: emoriarq;.
Tyrrh. Sera animum que cura ſubit? breuis ecce iuuẽte
Flos cecidit: tunc tempuſ erat: iã diſcere turpe eſt
Quod pulchrum didiciſſe foret: ſic uoluitur etas:
Omnia ſic uoluit fugiens ac neſcia freni.
Sorte tua contentus abi: citharamq; relinque:
Eſt quibus a teneris tractata ſuauiter annis.
Gal. Poſcitur auxilium: tu conſulis: incipe rebus
Mecuʒ: uerba alijs quos poſſunt uerba mouere:
Poſcimus hanc auide: toto nil pulchriuſ orbe eſt.
Tyrrh. Pulchra mouẽt oculos: ſed proſunt acta fruenti:
In parteſq; uenit pudor: atq; modeſtia uoti.
Gal. O felix o chare deis tyrrhene ſupernis.

¶ Explicit q̄rta egloga q̄ dedalus ītulat

¶ Incipit q̄nta egloga: cui titulus eſt Pietas paſtoralis.

¶ Collocutores: Martius Apitius ⁊ Feſtinus.

Martius Quid genitrix uenerāda dolet germāe? qd illi
Accidit hoc dignū gemitu? quorſūue recētes
Meſta pluet lachrymas: nec lumina nr̄a ma
Apiti⁹ Cūcta norāt āni uolucres: domat oīa tp̄s descūt?
Indomitum: cecidit matris fortuna decorqꝫ:
Arenti virens ſenio dat terga iuuentus.
Mar. Aſpice quot circum ſtabiles urgentibus annis:
Et virides cernuntur anus: aliunde profecto
Luctus: ⁊ offenſi ueniunt ſuſpiria cordis.
Querere nos cauſas: fatiſqꝫ obſtare repertis
Suadet amor: pietaſqꝫ iubet: meritumqꝫ repoſcit
Altricis: partuſqꝫ labor: faſtidia: cure.
Api. Uim neſcit natura pati: licet omnia certent
Pectore ab aduerſo: cunctas licet aduocet artes
Humanum genus: ⁊ ſtudio contendat inani
Inuictum caput illa ferens contemnit habenas.
Mar. Hec prope dijs natura pares iubet eſſe parentes.
Api. Hec eadem prohibet curſuꝫ preuertere vite.
Et rerum turbare vices. iuueneſcere mater
Noſtra nequit: uaria eſt pietas: de coniuge quiſqꝫ
Cogitet: ⁊ paruis ſtudeat ſuccurrere natis.
Mar. De genitrice nihil? ſed enim mihi maxima matris
Cura ſubeſt vidue: nil hac mihi charius uſqꝫ.
Api. Quis uetat eſſe pium? munus leue dulcia uerba:
Hos humeros: has illa manus: hec brachia nobis
Sola dedit: doniſqꝫ ſuis ea ſola fruatur.
Nō comes eſſe ſibi quaſcūqꝫ uocarit in horas
Abnuo: nec fragili baculo me ferre ſenecte.
Mar. Dij tibi conſilium celo tribuere ſereno:
Nunc pietas ſua regna dedit: ſua poſſidet arma.
Filius es: matri cui ſubueniamus egenti?
Api. Fare quid expectas? omnis mora torquet amātē.
Mar. Eſt domus ampla: ſibi nemoroſo condita colle
Dudū magnanimi quam quodam tēpore fratres
Obſequijs coluere pijs tam cognita late
Mater erat: ſaltus nimis inuidioſa per omnes:
Felix ⁊ partu ⁊ ſilueſtribus inclyta gazis:
Ac nemorum regina potens: mors inuida natos
Preripuit miſere: perierunt corpora fratrum:
Fama viget: nos ludibrio dilata iuuentus
Spiramus: ſed fama iacet: tenebriſqꝫ ſepulta eſt.
Sub nobis mutata domus: fortuna tot annis
Incolumis noſtros cecidit non paſſa furores.
Hec matri reparanda domus: nil gratius illi:
Ni quos fata premunt: fractis conſurgere buſtis
Api. Aſpiceret natos: ⁊ tempora priſca reuerti.
Uilia ſunt hominum curarum milia mille:
Quiſqꝫ ſibi ſapiēs. Unde hec tibi ſomnia frater?
Pellere pauperiem labor eſt mortalibus ingens:
Cui nunqꝫ ſperanda quies: nos ſorte maligna
Uiuere per ſiluas vix ulla poſſumus arte.
Et tecum germane loquor: nunc furta rapinis
Mixta iuuant: plenis nec prede ab ouilibus acte.
Tu noua tecta paras ruiture attollere matri?
Mar. Non noua: ſed ueterum turpes reparare ruinas
Da frater da chare manus: partemqꝫ virilem
Sponte ſubi: vincat pietas inuicta laborem.
Siccemus pariter lachrymas: ⁊ meſta parentis
Pectora (ne tales doleat genuiſſe) leuemus.
Cura ſuperuacui pectus quatit: ⁊ cadit illa Api.
Spes ſobolis talis: que cuncta repleuerat arua:
Nec muris contenta ſuis: nec ceſpite paruo.
Ad paucos reditum: paſcent nos auia baccis
Arboreis: dupliciſqꝫ capax teſtudinis antrum.
Dum tonat excipiet: uentoſqꝫ arcebit ⁊ imbres:
Mater ubi alternis conuiuia feſta diebus
Hic aget: atqꝫ illic: geminoqꝫ fruetur honore.
Coniugibus deſpecta quidem: ⁊ calcata ſup̄bis: Mar.
Ac dominas habitura nurus: quin flectere tandē
Et monitus meliora vide: genitricis uterqꝫ
Septa colat: limenqꝫ pius uenerator adoret.
Quod ſacri tetigere pedes: non aſpera mando:
Dulce eſt annoſe iuuenem ſeruire parenti:
Non in ueſtibulo pudeat me mane videri
Sollicitum: quid mandet anus: quin ſepta larēqꝫ
Molimur ſolitas ſedes: hinc iuſſa nepotes
Accipiant: hic vna domus: nec ſciſſa poteſtas:
Nec fratrum diuiſus honos: vicinia iunctos
Horrebit: virtus gladio plus uera timetur.
Aggrediamur opus: quedam leuiora videntur
Expertis: genitrix animos ſi cernat amicos:
Ipſa aderit: nam paſcit oues paſcitqꝫ iuuencos.
Unde iſtas cumulamus opes? ars fallere matreꝫ
Prima quideꝫ pueris: fortune fruſtra uetuſte:
Preterea ⁊ terre ſalis altum infodit aceruum:
Quem cupido quondam pecori blandita latenter
Miſcuit: ⁊ ſapidas aſpergine reddidit herbas.
Inſuper ad ueteres hortos: vmbroſaqꝫ tempe:
Saturniqꝫ domos: ⁊ que poſſedimus ultra
Lydius at nunc hoſpes habet violentus: ab alto
Monte cadit riuus: qui dum ſua rura reuiſit
Impedit inualidam tranſuerſo gurgite matrem.
Pons fuit hic manibus ſanctorum ſtruct⁹ auorū:
Tempus in hoc ſolidus: tacitos quo tramite fures
Qui gregibus peſtem: ſiluis ſuprema parabant
Repperit argutus nocturno tempore paſtor.
Colla que ſic meritis fregit tua dextera pontem.
Hūc (tibi nota loquor) timidas effudit in vndas:
Dumqꝫ nocere mihi properas matriqꝫ: tibiqꝫ
Et gregibus ſiluiſqꝫ noces: ſed iurgia mitto.
Hic noſtraꝫ modo poſcit opem: ſine crimine q̄uis
Non onerum partem tecum tolerare recuſo.
Compulit in facinus tua longa ſuperbia: uerum
Api. Cymba breuis fluuio eſt habilis tranſire uolenti:
Rus breue trans fluuiū ſupereſt: fortuna ſolutos
Anguſtat: fineſqꝫ locat quos fratribus olim
Tam bene pacatis q̄ꝫ nos ſumus: arcta priorum
Arcta extremorum confinia: at inter utrunqꝫ
Laxarunt ſua rura ſenes: audacia letos:
Non ſtabiles habet euentus: en omnia demum
Ad primas rediere vias: ſorſqꝫ improba gyro
Luſit in aſſiduo: quid quod ſine ponte manemus
Tutius in ripa? iam quantum ad cetera: ſerum eſt
Edificare domos: ſub tempus uelle ſepulchri.
Feſti. Quid uano ſermone leues conſumitis horas?
Tertius ille minor quem uos calcare ſoletis
Siluas frater habet: iam fundamenta domorum
Sede locat patria: genitrix ſibi rura: gregemqꝫ
Credidit: ⁊ nati gremio ſecura quieſcit:
Parent cuncta ſibi: curas agit ille ſeniles.
Enſe puer ſtricto: laqueiſqꝫ ſub arbore tenſis:
Quis auium: furumqꝫ pedes: ⁊ colla premantur:

Pinguibus arentes teneriſqꝫ ab ouilibꝰ arcent.
Foꝛtia clauſtra lupos: triſtis nō murmurat urſuſ:
Sanguineus non ſeuit aper: non ſibilat anguis:
Non rapidi pꝛedas agitant ex more leones:
Non aquile curuis circundant vnguibus agnos.
Excelſo pꝛedulce canens ſedet aggere cuſtos:
Paſcua tuta ſilent: audit iam littus utrunqꝫ
Carmen: ⁊ extremū calaber ligurūqꝫ receſſus:
Undifragi ſectiqꝫ tenens conuexa pelori.
Si uocem extulerit: mauros: turbabit ⁊ indos.
Arctoaſqꝫ niues: auſtriqꝫ calentis arenaſ.
Imperat is uobis linguam cohibere: capellas
Ite domuꝫ: tondere inopes: negat almaqꝫ mater.
Partem uteri uos eſſe ſui: ſuppoſtaqꝫ iurat
Pignora falſa ſibi: uallis te pꝛoxima miſit
Apēninigene qua pꝛata virentia ſilue
Spoletana metunt: armenta gregeſqꝫ pꝛoterui:
Te longinqua dedit tellus. ⁊ paſcua rheni.
Nunc memini audierā ueteres narrare bubulcoſ.

Explicit quinta egloga: que pietaſ paſtoralis intitulatur.

Incipit ſexta egloga: cui titulus eſt Paſtorum pathos.

Collocutores: Pamphilus ⁊ Mitio.

Pā, philꝰ — Uis nemꝰ oē uagis lacerādū pbuit hircis:
q — Quid ſilue meruē mee? q̄s rore ſuperno
Iuppit: ⁊ riuis ſpumātibꝰ hoꝛrida ꝯiunx
Impiger atqꝫ olim pyeros fanioſqꝫ rigarunt?
Que rabies: furtim ſegetes dū carpit acerbas
Spes ⁊ opes turbauit agri: cui pulcher hyberus
Delitie noſtrumqꝫ decus ſub tempus aratri
Non timuit pꝛunas crepitātibus addere lauris.
Quis pꝛope conſūptus dextrā niſi noſter apollo
Poꝛgeret afflicto: monteſqꝫ efferet in altos?
Mi. Paſtorum ſoꝛs dura nimis: date frena capellis:
Indomitos cohibete greges: ſimul ubera multo
Lacte fluāt ſemper: magicas non nouimus arteſ.
Et nunc iſte ferox: lites ⁊ iurgia ſecum.
Inſtruit: ac ſaxum ⁊ nodoſa repagula geſtans.
Quot maledicta parat: poterit maledicta mereri
Enſe perire ſuo: quod fert reperire uenenum
Blanditijs tñ aggrediar: quo pāphile ⁊ vnde?
Quos ue locos habitas? ſex tua clauſtra reuiſis.
Quid fremis? inqꝫ graui q feruet ſpiritus oꝛe?
Furcifer hic mitio? nec te duriſſima ſontem
Pā. Soꝛbet adhuc tellus? iam iam mirabile nullū eſt
Si nemus ⁊ meſſes atqꝫ omnia uerſa retroꝛſum
Spem luſere: meam: cui pꝛoh cuſtodia culti
Credita ruris erat? cui grex paſcēdus in herba?
Intempeſtiuis perierunt moꝛtibus agni:
Defeſſi periere boues: hirciqꝫ ſuperſunt:
Immundiqꝫ ſues: quos luxus ⁊ ocia tendunt.
Turba nociua ſatis: nullaqꝫ lege per agros
Spargitur inſultans: virgultaqꝫ dentibus urit:
Iam montes infecit odoꝛ: noſtrā ue quietem?
Haud inopina quidem patioꝛ conuitia: duduꝫ
Mi. Singula nam tacito tractans ſub pectore mecum
Uaticinatus eram: iam turbidus ille redibit
Ner ſerui tergo: nec amice parcere fame
Doctus: nec rigida pietatem admittere fronte.
Pamphile q̄ꝫ facile eſt alienam carpere vitam:
Qꝫ durum ſeruare ſuam? te foꝛte magiſtro
Segnioꝛ haud gregibꝰ moꝛs ac lupꝰ igruat albis.
Nequicq̄ꝫ baculoqꝫ minax vultuqꝫ uenires
Nil tibi triſtis hyems: q̄ꝫ q̄ꝫ ceſſura rigori
Illa tuo: nil uer dubium: nil moꝛbidus auſter:
Nil tibi de pꝛopꝛio violenta remitteret eſtas.
Non uolucres ſegeti: nō mitibus vmbꝛa racemiſ:
Non caper arboribus: non bucula pceret herbis.
Nonne ego paſtoꝛ eram dum trux turpiſſime rex Pā.
Nereus aduerſo paſcens in uertice tauros
Tranſuerſum deiecit humi? ⁊ pecꝰ omne parabat
Ui rapuere? obluctoꝛ donec violentioꝛ ille
Exuit hirſutam tunicam: nudumqꝫ reliquit?
Quid potius tractare uelim? quot tpe paruo Mi.
Tunc noſtri cecidere greges? eſt ſanguine uallis
Pinguis adhuc: cecis raptum congeſta cauernis
Oſſa iacent: hoꝛrore ferit locus ille tuentes.
Non tibi non alijs licuit mandare macello:
Membꝛa boum: ſparſere lupi: ſparſere leones.
Dij tibi ſint hoſtes: at non iacuere magiſtri: Pā.
Non rauci ſiluere canes: quod ſeua ſinebat
Extremum foꝛtuna fuit: ſpoliare cadentes:
Et niueas urbi dominoqꝫ remittere pelles.
Tu mihi qd ſeruas niſi coꝛnua dempta iuuēcis?
Seruo auruꝫ teneris quod compenſauimꝰ agnis. Mi.
Seruo: habiles cyathos ⁊ agreſti urgere labellū
Subere non dignoꝛ? rudium miſeretqꝫ parentū.
Adde ꝙ ars duce me multum paſtoria creuit:
Diſcoloꝛ en talos tyrrheno ex more cothurnus
Circumit: effulgens obnubit tempora iaſpis.
Candida ſidonio ter murice uellera tinxi:
Et magnos peperi pꝛo munere lactis amicos:
Sponſa nitet gemmis: collumqꝫ monilibꝰ ambit.
Et mecum fuſca ſecura recumbit in vmbꝛa.
Non glacie niuibuſqꝫ rigens: nec ſolibus uſta:
Qualis erat tua turpis anus: dum rura teneres.
Regia ſi ſpectes: non noſtra videbitur uxoꝛ.
Tum paſſim herboſis ludunt in uallibus hedi:
Inqꝫ uolutabꝛis ſegnes innata uoluptas
Conglomerat: uerſatqꝫ ſues: non humida paſtoꝛ
Foꝛtioꝛ antra ſubit: ſedeo iaceoqꝫ ſupinus:
Multa canēſ que dictat amoꝛ: nec craſtina curās.
Commiſſiqꝫ gregis ludos ⁊ pꝛelia cerno.
Tu querulus triſtiſqꝫ mane: tu dente canino
Qua rabies tulerit ſemper moꝛdere paratus.
Pā. Ergo impure tuum noſtris cum ſentibus antrum
Iūgis: ut indignos habitus tibi pꝛeferat uxoꝛ:
Rebus onuſta ſuis: ut tu meliore cubili
Membꝛa loces: ſomnumqꝫ aio vigilante fugaceꝫ
Excipias oculis: ⁊ turbida viſa fatigent?
Concilient ut uaſa ſitim: cauſaſqꝫ timendi
Inueniant: ⁊ foꝛma domus ⁊ chara ſupellex?
Heu laboꝛ inſanus pꝛecio cumulare periclum.
Heu furoꝛ extremus nupte parere furenti.
Turpis adulteria: ⁊ thalami tot pꝛobꝛa pudendi
Diſſimulare potes? nempe hi q̊s fingis amicos:
Coniugis inceſte facilem rapuere pudorem:
Inſidiaſqꝫ parant etiam tibi: lumina tolle
Immodico depꝛeſſa mero: lupus inſtat ouili
Antraqꝫ peruigiles circumſtant ditia fures.
Mi. Furibus eſt mecum contractum ſanguine poꝛci
Fedus: ⁊ inferni deſcriptum regis in ara.
Inuiſum ſuperis ſacrum foꝛtaſſe pꝛofundis
Acceptum ſed iure deis: quibus ere litatum eſt.
Non ego: ieiune confringant pinguia tigres

Septa licet:totoqꝫ fremens ruat ethere grando:
Armentiſqꝫ ſatiſqꝫ necem ferat acrior annus
Pauper ero:tantum ſcrobibus cõmiſimus atris.
Pam. Tolle ferum ſcelerate ſacrum quod iuppiter ⁊ ſol
Erubuit:potuitqꝫ iubar ſed acerba relatu
Preterea qui paſtor eras:per littora gaças
Conuehis:⁊ neutrum perages feliciter:aude
Linquere iam ſiluas:urbeſqꝫ videre remotas:
Pandere uela nothis:timidas temptare ꝓcellas:
Uxor enim ignotis iam pridem in collibus errat:
Et patrium limen thalamumqꝫ egreſſa pudicum
Illa ſequetur ouans:meretrix famoſa procoſqꝫ
Secum aget ardentes:⁊ olentes turpiter hircos:
Herba peregrine quibus eſt iam grata paludis.
Mi. Quid pater obſcuris animos ambagibus iples?
Longaqꝫ nunc feris:quid litibus ocia frangis?
Deſine iam meſtis alacres inceſſere uerbis.
Dic age:dic breuiter quicqd fert impetus ⁊ mẽs.
Pam. Es meritus poſt vincla crucẽ:poſt uerbera ferruꝫ
Supplicium breue:quin potius ſine fine dolores
Carceris eterni:uel ſi quid triſtius uſquam eſt.
Serue infide fugax dominoqꝫ ingrate benigno.
Mi. Surde ſenex geſtare crucem:tolerare catenas
Si neſcis ſors ipſa tua eſt:vulgata per omnes
Fabula iam ſaltus:nerei terrore ſuperbi
Deſtituiſſe gregem:medio niſi triſtis apollo
Siſtere calle gradum non uertere terga iuberet.
Cetera nam ſileo:domino qꝫ fidus in arctis
Caſibus:ut poſſint deſerte ignoſcere caule.
Pam. Et fugi ⁊ redeam:timui paſtoris iniqui
Uerbera nulla:metum facilem damnauerat etas.
Flumine mox laui maculas:palloꝛqꝫ receſſit.
Mi. Que tibi cauſa fuge? cur clauſtra geta relinquis?
Cur lõginqua ſequẽs quercus cõtemnis auitas?
Quo claues ueſane rapis?quin obice rerum
Tantarum ſi cura premit:per menia ſaltu
Errantes cogentur oues ſub tecta reuerti.
Iã mihi magna placent:inopis non ſemper ouilis
Seruus ero?dulcem cantando nactus amicam
Formoſus fieri ſtudeo:ſolemqꝫ peroſus
Antra vmbroſa colo:frontemqꝫ manuſqꝫ recenti
Fonte lauans:ſpeculum corydon byçantius iſtud
Quo mihi complaceo dono dedit:omnia nouit
Et patitur coniunx:quoniam ſua multa viciſſim
Dura fero:uos ignotas iactetis amicas
Ne mea perpetuus foueat complexibus epy.
Pam. Infamis mulier multiſqꝫ infauſta maritis
Te foueat demens:prior epycus ille prophanos
Lapſus in amplexus cecinit per rura per urbes:
Quam coniunx generoſa ſibi:prior ipſe puellam
Nactus ad irriguos ſecum traduxerat ortus:
Ludibrioqꝫ habitus:viuens morienſqꝫ iacentem
Excedere canes:⁊ perminxere ſepulchrum.
Letior aut alijs poſt hunc:ſed adultera forſan
Fida tibi fruere:⁊ ſpeculum corydonis habeto.
Eternum gemat ille miſer:paſtoribus aule
Qui primus mala dona dedit:formoſus haberi
Dum petis:⁊ capiti circũdas ſerta niuoſo
Ignotum tot pondus auis:dum floribus antrum
Dumqꝫ pedes debite roſis ſilueſtribus ornas:
Omnia depereant:quando impia ſydera celo
Impia fors terris ſuperant:intercidat vna
Cura gregis ruriſqꝫ labor ſtudiumqꝫ peculi.
Succedet mihi forte aliquis:nec longius hinc iã
Mi. (Augurio niſi fallor)abeſt:qui triſtis inerſqꝫ
Mitia preduris excuſat facta repulſis:
Aluernaſqꝫ ferat romana in paſcua ſordes.
Quem talem niſi te genitum fortaſſe minaris? Pam.
En tua tota fides:en laudum ſumma tuarum
Peiorem ſi terra parit:tunc optimus ipſe:
Inqꝫ nocens mitio:ſic crimen crimine purgas:
Uiue late:gaude vitij maioris ad vmbram.
Letus agam moriarqꝫ dolens:tu triſtis utrunqꝫ Mi.
Neſcio quid confuſa tibi tua ſomnia feruent.
Par fuerat meminiſſe quibus bonus ille periclis Pam.
Iſta parauit herus:laniatum uepribus aſpris
Uidimus:heu quanti miſerans armenta redemit
Perdita ſublimi ueniens mercator olimpo.
Quam tenuis victus:qꝫ nulla ſuperbia uerum
Ruris habet dominum:tu luxuriaris in aruis
Illius:ipſe ſuã ſitiens ac ſobrius aula eſt.
Immemor ille ſui:⁊ uerum fateamur auarus Mi.
Perdere pauca timet:cum poſſit perdere multa.
Impiger horrendis paſtores uocibus implet.
Hinc didiciſſe potes ſemperqꝫ in fontibus egras
Merſat oues:tondere iubens ne uellera lappe
Intricent:prohibens ipſis a ſepibus hircos:
Oſtentatqꝫ rubos itidem ſterileſqꝫ miricas
Paſcua dura feris:famulos macieqꝫ geluqꝫ
Conficit ac tolerare famem ſomnumqꝫ ſitimqꝫ
Edocet:adiungitqꝫ minas atqꝫ intonat ore.
Dulcia cuncta uetat:iubet aſpera:culta cauebis
Auia luſtrabis:montes ſuperabis iniquos:
Et pedibus nudis tribulos calcabis acutos.
Moribus his hominuꝫ quiſqꝫ de ſanguine natũ
Uixerit:aut raros illi miretur amicos?
Contra ego me memini domino ſeruire potenti:
Perdere magnificum multis placuiſſe decorum:
Uis ubi nulla premit:quis tot conſumet ariſtas
Quod pecus aſſiduo peraget tot gramina morſu.
Laſciuos errare greges hircoſqꝫ procaces
Coniugio gaudere ſinas:ſimul ipſe iocabor
Dum mea me coniunx:dum me mea ſuſcipit epy.
Uos ueſtros ſeruate:meos mihi linquite mores.
Infelix ſic noſcis herum:dum tutus in vmbra Pam.
Stare putas:aderit preuertens gaudia luctu.
En uerbis terrere paras:preſentia fortes Mi.
Deſpiciunt:timidos etiam diſtantia terrent?

¶ Explicit.vj.egloga que paſtorum pathos intitulatur.

¶ Incipit.vij.egloga cui titulus eſt Grex infectus ⁊ ſuffectus.

¶ Collocutores Mitio ⁊ Epy.

Ulcior his ſiluis ⁊ gramine dulcior arui:
d Gratior hiſ antriſ:⁊ gratior amne ſonoro:
Huc mõ dũ ſũ ſoluſ adeſ mea nobiliſ epy.
Nulla dies mitio noſtros abrumpat amores:
Nulla dies gremio caput hoc diſiungat amato:
Ultro aſſum:ſemperqꝫ adero:nec ſponte reuellar.
O mea(nam dulce eſt aiuꝫ exonerare loquendo) Mitio
Quid mihi nunc ſtomachi reris?ꝓcordia quantũ
Felix habet ſparſi?mordax modo pãphilus acri
Perculit incautuꝫ penitus pupugit ue querela
Multa minax abſentis heri:ſub fine fauorem
Obtulit intrepido:fortem fortiſſima contra
Frõs ſtetit hec:nũc chara comes tot dulcia mecũ
Tot letos partita dies:partire quod inſtat:

Ne pigeat numeremuſ oues:numeremꝰ ⁊ bircoſ:
Seu grauis iſte redit:ſeu forſitan ille tremēdus:
Uera licet fictis pretexere crimina uerbis:
Stet modo frons eadē ꝯteptaqꝫ formula fandi.
Epy. Lanigerum quodcunqꝫ pecus ſeruare ſolebas
Mors rapuit:uel morbꝰ habet:per gramina ripe
Paſcitur alterius quicquid ſupereſſe dedit ſors.
Febris iners : ſcabieſqꝫ tenax:violentaqꝫ tuſſis
Jam uacuos populāt agroſ:ꝑmit horrida ſudor
Mucidus: ⁊ rigidi configunt tergora dumi.
Tutius abfuerint ne furtim leta pererret
Meſta lues capita: ⁊ ſerpens per ouilia peſtis.
Cetera noſſe datur:refer huc tua lumina tantum.
My. Perge meū culmen:mea ſpes:mea tota uoluptaſ.
Epy. Jlle procul fuluo quem cernis ludere tergo
Uertice conſpicuum:ſetis cui diſcolor albis
Barba genas mentumqꝫ tegit:per paſcua late
Noſcitur immitis:frondiſqꝫ petulcus ⁊ herbe.
Hunc etiam cupide metuunt perferre capelle.
Sic duras teneraſqꝫ tegit:ſic pondere toto
Jrruit:incumbens miſeris : ueneremqꝫ nec ullam
Reſpuit:haud proprie fit ſegnior inde marite.
Que paribus ſignata notis: ⁊ concolor illi eſt.
Jpſe quidem luxu immodico laſſatus: ⁊ annis
Jam ſenuit:ſed dura fero recalenſqꝫ ſenectus.
Jlle procax parili totus licet ardeat eſtu:
Uiribus aut paribus fruitur:tamē omnia turbat
Septa furens:nullaſqꝫ ſinit dormire quietas:
Somnifera ſub nocte capras:ſed ouilia circū
Huc animus nou ſanguis agit:dūqꝫ aſpera prēſat
Colla:paruꝫ ſtabiles fregiſſe per oſcula dentes
Cernitur: ⁊ uocis paulatim perdidit uſum.
Quem quotiens video:ſubitus quatit ilia riſus
Ut fragilis dumeta petit:crebroſqꝫ hymeneos:
Et uenerem geminis ardentem naribus omni
Tempore ſuſpirans:inamenū ſpargit odorem.
Tertius ille autē diſtortis cornibus atra
Luxuria efferuens:teneris male temperat hedis.
His multum debere memor grex ipſe fatetur.
Horum nanqꝫ licet circum preſepia natos
Enumerare leues:atqꝫ agmina multa nepotum.
Jlle piger ſenio torpet:tamen integer olim
Ludere clam ſolitaſqꝫ vides nec ſpernere frōdeſ.
Nunc iacet ⁊ celum ſpectat:fremit arduus ille
Proceris gaudens per ſiluam inſiſtere ramis.
Permeat hic ualles:longinquaqꝫ rura peragrat.
Eſurit ille rubos:fulgentibus imminet vndis:
Nec tota ſatianda tago ſitis arida feruet.
Jlle ferox animi eſt: ⁊ torua fronte minatur.
Ecce duo obnixis qui ſeſe cornibus urgent:
Sepe graues ſiluis olim exciuere tumultuſ.
Nunc multo grauiora parant:atqꝫ omnia turbāt.
Ecce duo:morbo impliciti:niger iſte quieſcit:
Candidus ille ſilet:ſcabiem fricat ille uetuſtam.
Jlle quidem toto quem cernis ab agmine ſolum:
Natura generoſus erat:ſed non ſua tondenſ
Gramina:ſollicito tacitus terit auia greſſu.
Huic hoſtis generoſus item:ſed fractior euo
Contigerat:mors alterius certamen utrinqꝫ
Concluſit:non ille uadum torrentis aquoſi:
Nec iuga ſaxoſi timuiſſet carpere montis.
Dux gregis ille fuit:dum noſtra reliquimus ultro
Paſcua:primus iter rapidum per lubrica flexit:
Hortatus ſocios:mox cetera turba ſecuta eſt:
Unde diu letos uacui deduximus annos.

Quid non longa rapit ſeclis fugientibus etas? Mi.
Decreuit grex ecce ſitu:que culpa?quis error?
Jmmortale homini nihil eſt:moriemur ⁊ ipſi:
Ludere conſilium:nec cunctis temporis horam
Perdere ſegnitie:curaſqꝫ repellere inanes:
Ni forſan tibi nunc aliud dilecta videtur.
Prorſuſ idem:quid eni reſtet?que metha malorꝫ? Epy.
Ambiguum licet ille grauis promiſſa minaſqꝫ
Judicis inculcet:res pendet:ludere preſtat
Jnterea ⁊ primā morti ſubduere partem:
Quam ſapiens(ſileo ſemper tibi fida profecto)
Hortatrix:atqꝫ vna fui:preſentibus uti
Et gaudere bonis:fato mandare futura:
Blanditijs profugam aſſiduis reuocare iuuentaꝫ
Et retinere manu:properante obſtare ſenecte.
Sed ſi tangit amor pecoris muliebribus aurem
Conſilijs aduerte tuam:niſi forte pudori eſt.
Dic mea:dic requies thalami:dic gloria noſtri. Mi.
Hos tibi fecunde matres peperere:quid heres Epy.
Sanguine in externo?ueteri noua cornua ſerto
Floribus ex noſtris ornabimus:ipſe latentem
Pamphiluſ haud noſcat fraudē:nec degener iſtiſ
Sanguis ineſt:humiliſqꝫ gregis ueſtigia ſeruāt.
Liquitur hic luxu:non pingua pabula deſint.
Coniugiumqꝫ frequens:implebit ouilia ſolus:
Errantes ſtudet ille ſenes tranſcendere curſu.
Et facit ille gregem longe poſt terga reliquit.
Aſpicis hunc timiduꝫ:meditatur prendere trūcoſ
Mordicus: ⁊ uacuas cornu iam uerberat auras.
Mitior hunc vultu ſequitur:mihi crede ſed ille ē
Seuus ⁊ hirſuto multum truculentior apro.
Me ſpectante parem:ſpoliauit coniuge nuper.
Et potitur camuris nunc naribus:ac pede torto:
Jllum inopē pauidumqꝫ procul per ſaxa fugauit.
Hi turpes rerum indocti latitare videntur:
Sed ſine conſueſcant:diſcent tot mlta magiſtris.
Hi duo:quid reris?fatales dulcibus vuis:
Jam pingues muſtoqꝫ graues:hos pelle reuulſa
Perſolues:leſo uenient triaterica baccho.
En tibi par aliud ratio famuletur amori:
Dignum laude licet blandis prope lenius agnis.
En quoqꝫ par longe uarium:pratum ille modeſto
Dente metit:ramos patulo uorat alter hiatu:
Teqꝫ tuumqꝫ gregem rauca qui uoce fatiget:
Meqꝫ fugare locis informi murmure poſſit.
Spumens ac frendens:tunſoqꝫ ſimillimus urſo.
Hos tibi romulei miſerunt gramina ſaltus:
Cetera de noſtris ueniunt tibi gaudia lucis.
Hinc alij atqꝫ accreſcent:ſors bona fauebit.
O pecudum decus eximium reginaqꝫ ſilue Mi.
Perge age iunge greges: ⁊ cornua flore rubenti:
His quoqꝫ circunda:grex eſſe videbitur vnus.
Hunc tamen oblita es:numeris aſcribe merentē.
Jnuiſa regione ſatum quem florea uallis Epy.
Pauerit: ⁊ noſtri ſpretorem miſerit arui.
Pellicis imperio premimur:moribundus ⁊ vnus
Jntroeat:ſpaciumqꝫ breuis non explicat anni.
Jram frange precor:nil vnqꝫ tale iubebo. Mi.
Jam trāquilla redi:quoniaꝫ res magna pacta eſt:
Pamphilus ut redeat:iuſtas licet arte querelas
Abſtulimus:tacitam meſtus ſibi ſorbeat iram.
Multa quidē curis dedimus:iamqꝫ hora quiet Epy.
Nos uocat:accelera:glacies ꝑmat hiſpida colles.
Brachia nos nexi:molli iaceamus in ulna.

¶ Explicit.vij.egloga que Grex ifectus ⁊

ſuffectus intitulatur.

¶ Incipit. viij. egloga cui titulus ē Diuortium.

¶ Collocutores: Ganymedes ⁊ amyclas.

Gany. Uo fugis? expecta: liceat cōdiſcere cauſaſ
ꝗ Diſcidij: tu nr̄a puer (niſi fallor) amabas
Paſcua: ꝗ paſtos abigis cū mr̄ibꝰ agnos:
Ingrate atqꝫ oblite mei rerumqꝫ mearum?
Amy. Parce parens damnare tuum: puer ipſe: fateris
Hac paui regione gregem: tibi letior annis
Tunc animus fuerat: nunc intractabilis aſper:
Me quoqꝫ viuendo patientia prima reliquit.
Gany. Conſilium ſolet eſſe ſenuȝ: iuuenumqꝫ uoluptas:
Tu mihi deliras ſenior: tum uallis amator
Unius deſerta uagus nunc auia tentas.
Amy. Propoſitum mutat ſapiens: at ſtultus inheret:
Res: tempus: fortuna: locus: firmata ſequentur:
Conſilia alternant: macie turpiqꝫ ueterno
Terga pecus confecta gerit: ſqualentia ſentes
Uellera dilacerant: quid agam? nec pocula fōtis
Tuta: nec herbarum morſus: ſucciqꝫ ſalubres:
Ipſe aer ſuſpecta mihi ſuſpiria reddit.
Quin iuſtam permitte fugam: ⁊ miſerere coacti:
Nā potes: ecce eteniȝ ueni ad tua gramina paup:
Pauperiorqꝫ domum redeo: non lacte nec hedis
Auctior: inuidia ⁊ ſolis iam ditior annis.
Adde ſupercilij pondus: quod non grauis equet
Etna iugis: non oſſa rigens: non altus olimpus:
Id prius equanimis tuleraȝ: indignantior etas
Eſt ſenium: rugeqꝫ: animos in uerba miniſtrant
Triſte ſenex ſeruus: ſit libera noſtra ſenectus.
Serua iuuenta retro eſt: ſeruilem libera vitam
Morſ claudit: memor uſqꝫ mei ſubſiſte ualeqꝫ:
Me fatum tentare meum ſine paſcua circum.
En animi ſeruum memoria: ſic omnia uentus
Gany. Abſtulit: has mereor grates: hec premia reddis?
Ut nil preſtiterim: multum licet impar: amaui.
Amy. Uerba quideȝ uerbis: res rebus: purus amori
Sed ſolus debetur amor: gratuſqꝫ memorqꝫ
Sum: quia te ſemper poſtqꝫ mihi notus amaui:
Et dum vita comes ſi quid mihi credis amabo.
Gany. Quo properas igitur? que te magis allicit ora?
Unanimes que cauſa repens diſiungit amicos?
Perdit enim ſerui nomen cui libera mens eſt.
Aſpice fatigero tangentem uertice montem:
Nubila tum grauida fontes tellure crepantes:
Unde ruens pelagis confunditur vnda q̈ternis.
Amy. Aſpice preruptum ſcopulis extantibus alte
Ire ſub aſtra iugum: lapis ille imperuius olim:
Punicus aſperſo donec ſibi paſtor aceto
Fecit ⁊ igne viam: noſtris paſtoribus ingens
Diluuium ſtragemqꝫ ferens: hoc forte per eſtum
Solus ego ac ſitiens nuper ſub colle uagabar.
Gallias erranti ſeſe comitemqꝫ ducemqꝫ
Obtulit: ⁊ viuas digito direxit ad vndas.
Pregredior uallesqꝫ nouas ⁊ pinguia late
Rura noto: ſed ſepe oculos in terga reflectens:
Iam latus hoc ſordere mihi: iam turbidus ether
Cepit ad occaſum: iam ſydera meſta videri:
Agnoſco ualidum patrie reuocantis amorem:
Illic ⁊ viole melius per roſcida pallent:
Per dumeta roſe melius redolentqꝫ rubentqꝫ.
Purior ac patrius illic mihi prata pererrat
Riuus: ⁊ auſonie ſapor eſt iam dulcior herbe.
Spreta fides igitur comitum tam certa piorum:
Cum quibus ⁊ niueas laqueis: viſcoqꝫ columbas Gany.
Gaudebas dāmaſqꝫ plagis temptare fugaces.
Cum quibus ⁊ capree ſoles: vmbraſqꝫ leonis:
Et tauri flores: ⁊ adulte virginis vuas
Carpere: uel fando cunctantem impellere nocteȝ:
Uel longum breuiare diem ſermone iociſqꝫ:
Et requie molli durum condire laborem.
Nil ſpretum niſi ſilua ferox paſtorqꝫ proteruus: Amy.
Et gignens aconita ſolum: ⁊ meſtiſſimus auſter:
Et plumbo infecto latices: ⁊ turbine tortus
Puluis: ⁊ vmbra nocens: ⁊ grandinis ira ſonore.
An prius iſta tibi tam lōgum ignota per euum? Gany.
Nota prius fateor: tenuit me peſtifer uſus Amy.
Luctantem: me ueſter amor: me forma puelle
Blandior illecebris: ſed iam cum tempore ſenſim
Omnia mutantur: ſtudium iuuenile ſenecte
Diſplicet: ⁊ uariant cure uariante capillo.
Sic vulgo iam notus eras: nec charior alter
Uel mihi uel ſocijs: ſiluis errabis in illis Gany.
Et mecum manſiſſe uoles: cupienſqꝫ reuerti.
Nil penitus non eſſe poteſt: fortuna gubernat
Res hominum: ualet illa pijs obſiſtere ceptis. Amy.
Illa fauere malis: at ſi preſagia quicqꝫ
Noſtra ferunt certi: leuis eſt ad prima recurſus
Principia: huc genitor profugus me ruris auiti
Finibus infantem rapuit: ripaqꝫ paluſtri
Expoſuit miſerū: atqꝫ abijt: per quatuor inde
Sermo luſtra tibi: nulla eſt iniuria: iuſtus
Libertatis amor: patrij quoqꝫ cura ſepulchri eſt
Tempeſtiua ſeni: iam tandem abſiſte precari
Atqꝫ iterum pater alme uale: dextramqꝫ relaxa.
Ah miſer: ⁊ merita quis te cū laude canentem
Audiet? aut leui deſcribet carmina lauro? Gany.
Expectando quidem feſſus raucuſqꝫ canendo
Attuleram: uereor: uocis faſtidia noſtre. Amy.
Fors alijs placiturus eo: non vna per omnes
Eſt hominis fortuna dies: nunc mane quietuȝ:
Turbida lux ſequitur: nunc matutina ſerenus
Nubila ueſper agit: ſic tempeſtatibus atris
Tutus adeſt portus: ſic littora puppe tenentes
Tempeſtas inopina ferit: ſpes: terror ubiqꝫ
Iuxta habitant: fortuna uaga eſt: ⁊ protinus iter
Quāuis preſſa manꝰ: ceu lubricus effluit anguiſ.
Nil habet iſta magis tua nunc opulentia certi:
Quam mea paupertas: ubi pluris ſigna fauoris
Et minus eſt fidei: ſed iam me gallias audi.
Sollicitat damnatqꝫ moras: ⁊ phebus hyberum
Uergit ad oceanum: montem vix occupat altum.
Balatu moueor pecoris: nec candida dulci
Mugitu ingeminas ceſſat reuocare iuuenca.
Ire libet: liceat: nuſqꝫ ſunt carmina tanti.
Men iuuenem pauiſſe domi: ⁊ finxiſſe docendo
Ut doctū noua ſilua ſenē nouus hoſpes haberet? Gany.
Sit labor agricolis lōgus: breuis inde uoluptas.
Arua domant alijs: ſic feſſus nauta quietis
Inuehit ancipiti delatas equore merces.
Noſco meum ſydus: alijs utenda paraui.
Fatū agnoſco tuū: primis nam pauper ab annis
Pauper eris ſenior: pauper morieris amicla.
I: tamen: ipſe meis (quādo hoc imobile uotū eſt)
Te ſine (quod nollem) iam ſolus paſcar aceruis

Ipſe per eſtatem mediam uel colle virenti:
Ualle uel vmbroſa:nitidiqꝫ in margine fontis
Solus apollinea modulans ſub fronde ſedebo:
Lanigerumqꝫ gregem paſcam: ⁊ loca florea circũ
Mellificas imitabor apes:te diues habebit
Silua:ſed urentes turbabunt ocia cure.

¶ Explicit.viij.egloga que diuortium intitulatur.

¶ Incipi.ix.egloga cui titulus eſt q̄rulus.

¶ Collocutores:Philogeꝯ ⁊ theophilus

En lacē fragmēta domꝯ:heu ſydus agello
b Triſte meo:qd nociui nūc ſtirpibꝯ imbres:
Quid pecori ſtudiū : ſegeti qd leīor aura?
Aut ſoles ualuere pij?ſors aſpera ruris
Semper ⁊ immenſo tenuis fortuna paratu.
Agricola infelix:ubi primum cornua tollens
Floriger annus adeſt.circum ſua gaudia fertur
Raſtra manu uerſans rigida:ſcabroſqꝫ ligones.
Urget in arua boues:ſulcoqꝫ annixus inheret.
Inſerit hic ramos:herbas hinc vngue uocentes
Uellit ⁊ utilibus lolium ſecernit auenis.
Hic fodit: ⁊ ripam bellis brumalibus armat:
Inde leues prono diuertit tramite riuos.
Nil uel inexpertum linquens:uel ſegniter idem
Expertus:ſed cuncta nimis:tum nubila ab auſtro
Suſpicit: ⁊ ſecum pluuias incuſat inhertes:
Tranquilloſqꝫ dies operi:uentoſqꝫ fauentes
Inuocat:ac celum precibus uotiſqꝫ fatigat
Heu miſero:poſtq̄ꝫ ſudore exhauſtus anhelo
Spes cernit florere ſuas:iamqꝫ horrea laxat:
Ecce furens ſata culta truci uertigine nimbus
Obruit: ⁊ longos anni breuis hora labores
Una necat:pereuntqꝫ ſeni ſua ſomnia feſſo.
Adde repentinam rabiem torrentis iniqui.
Adde peregrinas uolucres:populantia campum
Agmina:tectorum lapſus:incendia:fures.
Adde grauē:morbos:nebulam:morteſqꝫ pluētē:
Innumeroſqꝫ gregis caſus:hominumqꝫ ruinas.
Qualia nūc flemus meſti: ⁊ vix flere relictum eſt.
Hora metus mortis quoniā trepidantia claudit.
Heu heu quo me cura tulit?quo cecuſ habendi
Traxit amor?poteram vulgo quot tutius artes?
Quot rerum temptare vias?cur ultima lecta eſt
Paupertate labor mixtus:ſemperqꝫ malignā
Scalpere tellurem querulaſqꝫ audire cicadas?
Thĕ. Quid gemis?aut q̄ nā uſqꝫ adeo fortūa moleſta ē
Phĭ. Qui gemis?heu mea rura vides?tōs ecce laborꝝ
Atqꝫ operum:ſpes ecce mee:quid viuere longum
Fert homini?nec deſinimus nocitura precari.
Que modo dumiuagis fuerant anguſta capellis
Antra uacant:rareqꝫ procul languentis oberrant
Reliquie armenti:quas mors violenta per orbē
Spargit: ⁊ inſequitur:non equoris obice uaſti:
Non celi terreqꝫ ſitu:non deniqꝫ totis
Caucaſeis arcenda iugis:ſic omnia victrix
Proterit: ⁊ latos depaſcitur ordine ſaltus:
Exemplis caritura quidem tenuere nepotum
Uix habitura fidem:ſuperant ſi forte nepotes:
Nec fidem modo fata parant imponere rebus.
Thĕ. Noſſe mali cauſas ingens ſolet eſſe leuamen
Diſcere:ſi noſti que tante peſtis origo?
Multa dei celant hominem:non omnia ſeruus Phil.
Clauſa videt domini:cum ſit mortalis uterqꝫ:
Que tamen in ſiluis crebreſcat fabula dicam.
Cerne ſinꝯ pelagi geminos:quos maxima frāgūt
Flumina ⁊ aduerſo dirimentia gurgite terras.
Hunc hirſuta premit glacies: ⁊ bruma perennis
Aſperat:horrificoqꝫ infeſtant murmure tigres.
Illum blanda roſis non areſcentibus eſtas
Temperat: ⁊ virides fantur per plana uolucres
Hos alio prius orta ſinus afflauerat orbe:
Hinc noſtris tranſlata lues:nunc regnat in aruis.
Quo mare tam facili tranſiuit ⁊ ethera ſaltu? Theo.
Illuc heu cupidi:ſtimulat ſua quēqꝫ libido: Phil.
Peruenit pars vna gregis:ſucoſqꝫ ueneni
Et diras guſtauit aquas:atqꝫ inde reuertens
Mox peritura cohors late contagia fudit.
Paſtorem paſtor:pecudem pecus inficit egra.
Spirat enim ſaniem incluſam pulmonis aduſti
Ad latus infauſtis aſpirant flatibus euri.
Intereunt iumenta boues duriqꝫ bubulci:
Graminaqꝫ ⁊ ſegetes:uacuis moribundus ariſtis
Imminet: ⁊ culmum componit meſſor inanem.
Nec morbi modus ullus adeſt:uelocibus alis
Mors uolat:externos fruſtra glomeramꝯ odoreſ.
His etiam ſua peſtis ineſt:quid demoror?omnes
Occidimus:niſi fata minas placata remittunt.
Quanq̄ꝫ qd reliqui eſt miſeris?iam falce recurua
Ultima rura metunt:graia qua uectus ab ora
Marmoreoqꝫ nouam deſignans limite ſiluam:
Inclita magnificus poſuit confinia paſtor.
Falleris ah demens:nam iuſta ⁊ ſera merentes Theo.
Paſtores ferit ira dei : populumqꝫ rebellem
Effugite o ceci:ſecuraqꝫ poſcite regna.
Nec mora tuta quidem:nec iam fuga tutior uſq̄ꝫ: Phil.
Obuia mors peruertit enim: ⁊ quocunqꝫ mouerē
Mille parat medio laqueos: ⁊ retia calle.
Accipe conſilium propere:cunctatio nanqꝫ Theo.
Lenta fuit ſemper ſubitis inimica periclis:
Huc huc uolue oculos:hec eſt via recta:ſine ullis
Inſidijs:predura quidem calcataqꝫ paucis
Sed ſuper aerios arctoqꝫ tramite colles
Perferat: ⁊ ſiſtat feſſum in regione quieta.
Illic vita habitat:leua ſed olentis auerni
Sulphureis ſtant ſtagna uadis:ibi lurida mortiſ.
Signa vides:atroqꝫ polum nigreſcere fumo.
Hos euade lacus:dextrum mihi prende cacumē.
Enitar:tu me ſequere: ⁊ miſerere iuuando: Phil.
Quin prior:i tardum attollens ⁊ porrige dextrā:
Ultimus ac primus adero:pellamqꝫ trahamqꝫ:
Tu modo:nec labor officiat:tibi ſolus adeſto.

¶ Explicit.ix.egloga que q̄rulus iticulaꝝ.

¶ Incipit.x.egloga:cui titulus eſt Laurea occidens.

¶ Collocutores:Socrates ⁊ Syluanus.

Uid ſiluane doles?tante que cauſa q̄rele? Socra.
q Heu ſocrateſ quē vix reliquū fortūa ruine Sylua.
Dura ſinit noſtre:neſcis dulciſſime neſcis
Quid querar? ⁊ q̄ꝫ iuſta mihi ſit cauſa querele.
Auguror:expecto ſed rem cumulatius ex te: Socra.
Fare miſer miſero:non aſpernabere luctus:
Participem comitemqꝫ ioci quē letus habebas. Syl.

ſyl. Neſcis preualidi rumpunt ut uerba dolores:
Quid me chare iubes fari? paſtoria nunquid
Materia eſt lugere deas? tamen accipe quantum
Singultus lachrymeqꝫ ſinunt: fuit alta remotis
Silua locis: qua ſe diuerſis montibus acti
Sorga nitenſ rhodano: pallenſqꝫ ruentia miſcent.
Hic mihi quo fueram tuſco tranſlatus ab arno:
Sic hominum res fata rotant: fuit aridulum rus
Dum colui indigni: atqꝫ operi ſucceſſit egeſtas.
Id reputans: auertor enim piguitqꝫ laborum
Perteſumqꝫ inopis ſtudij: tandemqꝫ relinquens
Arua inarata: uagus ſiluis ſpaciabar apricis.
Uerum inter ſcopulos nodoſaqꝫ robora quercus
Creuerat ad ripam fluuij pulcherrima laurus.
Huc rapior: dulciſqꝫ ſemel poſtq̃ attigit umbra
Omnis in hãc uertor: ceſſit mea prima uoluptas.
Ruſticus ardor erat: ſed erat gratiſſimus ardor.
Ille mihi inſueto: qui me mortalia prorſus
Oblitum immemoremqꝫ mei meminiſſe iubebat
Hanc unam: curaſqꝫ ⁊ totum huc uoluere tp̃s:
Sic ruris deſertus honos: ⁊ quicquid in enſes
Precipitat: pars parta animi: pulſiqꝫ tumultus:
Has ego delitias ⁊ opes: hec regna putaui.
ocra. Perge: quis interea neglecti vultus agelli?
yl. Nec noui: nec noſſe uelim: mihi laurea cure
Sola fuit: ſed iam ſocrates ignoſce: gemendũ eſt.
ocra. Immo age p̱ge p̃cor: pariter lachrymabim̃ ambo:
Et pietas: communis enim ⁊ iactura dolorqꝫ.
yl. Laurea culta mihi: nec me ſitus aſper ⁊ horrens
Arcuit incepto: proprijs nec viribus auſus
Externos uolui conſultor adire colonos.
Nec longe tenuere vie: nec tempus iniquum
Ac durum tardauit opus: vulgata tenebam
Aſerei conſulta ſenis: tamen altius ire
Mens erat: ac uarijs artem ſolidare magiſtris.
Dux mihi nullus erat: niſi amor feruorqꝫ vidẽdi.
Primum iter in latiũ qua pulcher mincius irda
Formoſo de patre oriens: interluit arua:
Hic uenetum celſis extantem manilibus unum
Paſtorem agricolam: bellatoremqꝫ viciſſim
Conſpiciens: dextre modulantem in uertice ripe:
Accedo: ⁊ breuibus percontor plurima uerbis.
Juſſus ab hoc aſiam: graiaſqꝫ inuiſere terras.
Uix atheſim attigeram patrij qua limina montis
Deſerit ⁊ letos fugiens amplectitur agros.
Ecce ueronei per prata virentia martis
Ire duos video: canit hic: legit ille ſalubre
Herbarum genus: ⁊ pecori bonus applicat egro:
Progredior: calidusqꝫ aponus: geliduſqꝫ timauꝰ
Jam ſpatijs equis aberant: dum peruigil alas
Intempeſtiuum quatiens dominoqꝫ moleſtum:
Perſtrepuit leuo ville de culmine gallus:
Mox baculo excuſſus meſtum cantoribus omen
Prebuit: hinc nullo reſonantia littora cantu
Procuruoſqꝫ ſinus tacitus ſequor: obuia tandem
Rura ſonora animum uocemqꝫ ⁊ uerba dedere
Letior illa lego: ſmyrnam ſub fine viarum
Peruentum: cecumqꝫ ſenem: ſed multa videntem
Conuenio: iſqꝫ italo miſſum ut cognouit ab orbe
Proſiluit: dextramqꝫ dedit: nemorũqꝫ profundo
Accubitu ⁊ fuſca feſſum ſtatione recepit.
Attonitumqꝫ manu penetralibus intulit umbris.
Figo oculos: ⁊ cuncta libens ⁊ ſingula circum
Uiſa noto: cupiduſqꝫ fruor ſermone ſenili
Inſolitus: dij qualem hominẽ: quid diuite celo
Subtrahitis: terre rarum breue munus egenti?
Hunc magni circum comites letiſſima turba
Stabant: iuxta autem cunctis ſublimior unus
Cui grege de toto ſupremus ceſſerat hircus
Fortunas caſuſqꝫ ducum regumqꝫ canebat.
Nec caſum tamen ille ſuum ſortemqꝫ repoſtam:
Nec triſtes in terga canes inſtare videbat
Regibus: attonſo flendus poſt fata capillo.
Juxta alter ſenio infractus: iuueniliter alta
Uoce canens: furere hinc dictus: ſed uoce furorꝫ
Diluit: ⁊ falſo queſiuit crimine laudem.
Sacra ſacerdotes canit hic: ille arma tubaſqꝫ:
Inde deum fauor: inde virum: per leſbia captũ
Rura lupum ſaluumqꝫ gregem: iaculoqꝫ lyraqꝫ
Fretus: ⁊ hinc clarus factis: hinc cantibus alter
Altera ſolliciti laqueos cantabat amoris.
Docta puella: choris doctorum immixta virorꝫ.
Cynnameus roſeo calamus cui ſemper ab ore
Pendulus: ⁊ dulces mulcebant aſtra querele.
Hanc choris late cantata bacchide notus:
Hanc clarius charam ſuſpirans carmine lydem:
Et quem cirenis genitum dedit africa nilo.
Hanc thenis ſamio paſtor ſtupet igne liqueſcẽs:
Nec minus hanc noſtriqꝫ procul miranꝭ amãtes:
Uoce omnes humili ⁊ querula ſimul ipare cãtu.
Pone ſenex pueri in gremio: vix mole ſoporis
Lumina preſſa mouens: lenibat cantibus auras.
Mox ſiluit victus: ceſſerunt carmina ſomno.
Argutum dircea palus amiſit holorem.
Uidi ſidonio paſtorem rure profectum:
Annua quem morbi vis extinctura diebus
Angeret alternum natalibus ultima donec
Una animaꝫ: doctoſqꝫ modos abrumperet hora.
Unum ibi cecropij contẽptum in gramine ſaltus
Ingenio rectum: clauduꝫ pede: uoce calenti:
Spartanos in bella canes accendere vidi.
Unum uoce parem: ſummis per littora longe
Solum: qui populo leges ⁊ iura dediſſet:
Jamqꝫ ſenex muſis operam daret urbe relicta.
Uidi aquilam calui circum uolitare ſedentis
Ore caput: pleno ſimul illum lumina campo
Defixum: immota meditantem carmina fronte.
Uidi expectatum ut caneret dulcedine multa:
Obriguiſſe ſenem: uocemqꝫ in faucibus imis
Arctatam: muſas animam rapuiſſe putares.
Sic cubito incumbens ſimiliſqꝫ erat ore canenti:
Fiſtula pallenti pendebat muta labello.
Hunc alius muſis qui paſtor amicior almis
Sed minus acceptus ſiluis: ⁊ victor ut arte
Judicio ſic victus erat: de more ſolebat
Uictorem ridere ſuum: ꝙ iudicis equi
Carmen inops: ꝙ fama uagis incertior auris.
Uidi qui fixas raperet ſpes adderet iras:
Cogeret ad certam flammanti carmine mortem.
Uidi alium ſiluis pulſum: mox carmine dulci
Extinxiſſe odium: quid eniꝫ vim carminis equet?
Temnere opes tanti cauſam preciumqꝫ laboris:
Uidi aliquoſ arteſqꝫ bonas celebrare: ſed inter
Hos fuit ampla ſacri lege hac qui iura parentis
Stringeret: hoc merito doctas laudaret athenaſ.
Uidi qui multe aſſiduus numeroqꝫ ſuperbus
Lacte premens fragilem fiſcellam rumperet acri:
Qui noua mactatis oneraret plauſtra iuuencis:
Qui ſole terga boum tereret laniata rigenti:
Et qui ſparſa ſedens paſtorum furta notaret

Biblida qui uetito cantaret amore furentem:
Qui caneret ſolem ac lunam:ſtellautiaqꝫ arua
Scinderet ⁊ uolucri celum ſignaret aratro.
Qui viuos plectro lapides aptaret ouili:
Colle ſub aonio funeſte ad pabula ripe:
Quiqꝫ paleſtrita ⁊ pictor:primoqꝫ ſub eu o
Cantor:ad extremuʒ curſorqꝫ aucepſqꝫ fuiſſet:
Quiqꝫ illi feſſo tandem ⁊ dormire paranti:
Ex leuibus calamis puluinar ſtrauit amenum:
Quiqꝫ truces cantu ſolitus mulcere leones:
Iuſtitia ⁊ cithara inſignis:uenerabilis annis.
Incola ſiluarum primus quem thracia vidit:
Aeream dulci rhodopen dum uoce moueret:
Precipitem fidibus blandis dum ſiſteret hebruʒ.
Huic duo per montes auritaqꝫ rura canenti
Perpetui comites:dextre germanus inheret:
Filius ac leue:tegit illum linea ueſtis:
Iſte ſacer muſis plenum de fonte repoſcit:
Atqꝫ pium cratera patri porgebat anhelo.
Deniqꝫ graiorum latebras:aſieqꝫ vireta:
Hebreoſqꝫ graues: ⁊ carmine trita minaci
Gramina iordanis : peregrinaqꝫ nomina luſtrās:
Mollia rura arabum:ſalis indiga:ditia mellis:
Affixuſqꝫ oculis animoqꝫ intentus ubiqꝫ:
Uidi alios:atqꝫ inde alios:non omnia paſſim
Uiſa ſequor:vidi ſicula regione creatum:
Ac ſocios quibus horridulum cantare uoluptas
Prima gregem latebriſqꝫ minas vitare leonum:
Quiqꝫ alios ſupra tenet ortum a carmine nomen:
Quiqꝫ gregeʒ calida gelidus male pauit in etna:
Qui docet epheſios:tyrios qui rūpere campos:
Docto ac altiſono diuulſus ab agmine tandem
Flector:ibi vnum oēs nemoꝝ quē turpis habebat
Angulus: ⁊ tenui ridebant paſcua nutu:
Nudus ut ille iugis macidum raucumqꝫ canēdo
Indignum magni predonis retulit aurum.
Sʒ qd ago?aut patrijs quorſū ꝑegrinor ab aruis?
Doctior inde domum feſſo dum remige portu
Brunduſij egreſſo iuuenis placidiſſimus alto
Occurrens:trepidam porrexit ab aggere dextrā:
Maternūqꝫ oſtendit auum:per rura iacentis
Apulie:calabrumqꝫ nemus ſub ualle galeſi.
Ingenio agricolam nulla tamen arte colentem.
Pana virum video:nec ſecum multa locutus
Eminus arunceqꝫ ducem populumqꝫ ſaluto
Moris aratores ueteris:quaqꝫ aufidus:equor
Fertur in hadriacum:patrio ſub ſole peruſtum
Libertum:dominoqꝫ lyra:gregibuſqꝫ placentem
Alloquor:inde alius gelidi ſulmonis alumnus
Multa iocans:longamqꝫ aciem per opaca latētū
Oſtendens digito:fuſcos aperire receſſus
Tentauit fruſtra:vultus denſiſſima nubes
Texerat ambiguos:dubiū vix murmur ad aures
Aura tulit:quantum in nobis obliuia poſſunt?
Unus in hoc numero gaudens ſe condere viuo
Fonte:deus numerum fluuiorum arſiſſe puellas:
Equoreoſqꝫ alius memorabat carmine noſtro
Inſuetum ceciniſſe deos:aliuſqꝫ viciſſim
Montanum imparibus carmen uariabat auenis.
Hinc procul ⁊ latio ⁊ muſis chariſſimus afris:
Fluctiuagoſqꝫ alius numerās ſub gurgite piſces:
Aurea plectra apio cinctus viridante monebat.
Hinc alius rutilūqꝫ crocum ⁊ candentia carpens
Lilia:tum uarios iungebat in ordine flores.
Multa libens ſileo:ſed iam mihi nota tenenti
Longa breui ſtringens aderat ſuſpiria cantu:
Paupertas quem tuta iuuet:quem delius ardor:
Caluus amans alius reſtinctam carmine flammā
Flens quaſi ſuppliciū : properataqꝫ tempora fati:
Accenſamqꝫ alius dubium romanus an vmber?
Umber erat:uarieqꝫ minax ⁊ blandus amice.
Notior inde alius fluuiali occurrit aquino
Turbidus aſpectu: ⁊ ruralibus horridus armis.
Arpinati alius ſilua cui pauper amictus:
Uictus inops ac difficilis:ſed leta canenti
Frons erat: ⁊ nullo vite turbata labore.
Protinus hinc gemine tangebāt ſydera quercus:
Unde ſalus pecori bis contigit:altera dextre:
Altera laus lingue:magnos breuis herba iuuēcos
Fecerat:vna duos contexerat vmbra gigantes.
Hinc quoqꝫ vidi alium campano carmina faſtu
Implentem: ⁊ multum gracili ſibi uoce placentē.
Sic uenerabundus dominantis limina rome
Ingredior:ſtupor hic tremulam ſupp̄ſſit auenam:
Pila inter triſteſqꝫ tubas:ſtrepitumqꝫ rotarum:
At ſtudio rerum latia duʒ demoror urbe:
Forte procul tenuem dubia vix aure ſuſurrum
Grandeui ſenis excipio:doceorqꝫ paternis
Hunc primum ceciniſſe modis:audentior alter
Poſteriorqꝫ humili q̄uis de ſtirpe parentum
Ortus: ⁊ adriacum iuſſus migrare piſarum
Poſthabuit:quem tunc horrebant vndiqꝫ colles
Agreſtem ſummo imperio preponere muſaʒ.
Non ueritus faciliqꝫ hedere ſummitterre lauros.
Hic alienigenam ſeruum quem carcer honeſtus
Fecerat ingenuum:multaqꝫ ornauerat arte:
Audiui cantare hominum moreſqꝫ doloſqꝫ:
Atqꝫ metus curaſqꝫ ſenum ⁊ iuuenilia furta:
Lenonumqꝫ artes:iam tempore murmuris afri
Oblitum:atqꝫ italo texentem pectine carmen.
Hic cui religio ſilueſtris ⁊ inclita rerum
Copia: ⁊ ignoti nihil uſqꝫ ut priſca ferebat
Fama:ſed eſonides carmen cum uellere fuluo:
Qui canit alciden:qui theſea:quiqꝫ cruentis
Fratribus in campum adductis ad mollia caſtra
Trāſfugit occultus:blandumqꝫ cupidinis agmē:
Reliquias qui troia tuas ⁊ fruſtra legebat
Meonio neglecta ſeni:qui prole decori
Coniugio memori ſtudioſum ornauerat uſum:
Qui menſas uerſuqꝫ gregem laceraret edacem:
Et qui laudate caneret conuitia gentis.
Patior hunc nono paſcebat caſeus anno.
Hunc videas dextre rigidam geſtare ſecurim
Ornantem officij generoſo gutture pompam.
Hunc grauitas:illum cenſura ſeuerior offert.
Hinc tenui vinclo profugos qui nexuit annos
Secula:pierio niſus cohibere furore:
Pennatas muſas qui martia traxit ad arma:
Punica dum latio ferueret in orbe procella:
Indixit qui bella feris:ſiluaſqꝫ tumultu
Miſcuit:apta uagis cudens uenatibus arma.
Tramite qui largo troianum anthenora colles
Duxit ad euganeos:necnon comitante marito
Bis raptam feſſis helenam qui reddidit argis:
Phyllida qui querula:pheacum qui uoce latina
Luxuriem moreſqꝫ canit:quiqꝫ hectora ſupra
Ilion euerſumqꝫ troiamqꝫ a ſtirpe reuulſam:
Quiqꝫ nuruʒ dotemqꝫ ioui conuexit opimam.
Linquo ſenem qui diſcipulum per prata ſonorum
Heſperiamqꝫ tubam docto conflauerat ore.

Linquo virum fortem poſita qui caſſide meſtus
Sed iuſſus plenuſq; ire ſaliebat honeſte.
Unde alium domini vidi meruiſſe fauorem.
Uidi qui quotiens libuiſſet ferrea blando
Pectora molliret cantu:lachrymaſq; moueret
Hic quoq;(nam memini)miſerū ſolabar amantē:
Amentemq; magis:cui vis erat ampla canore
Uocis:⁊ ingenij magnus ſub pectore torrens.
Eſt amor exitio paſtorum publica peſtis.
Blandus ubi immitem peperit furor ille furoreʒ:
Forte oculos auidumq; animū ſeptena per antra
Nobilibus famoſa iugis:⁊ opaca mouenti
Collis:ubi arcadie celeberrima carmina nympha
Arte patrum curas fugitiuaq; uerba ligarat:
Monſtratur:celſoq; virens in uertice laurus:
Admonuit noſtre:⁊ dulcem renouauit amorem.
Tum frondoſa ingens ramis altiſſima fagus
Optatamq; gregi gregis ac ductoribus vmbram
Fundebat:uolucrum ſedes aptiſſima nidis:
Aſſiduumq; ſonans narioq; exercita cantu:
Atq; hic multa iubens eſede uerendus acerua:
Formoſuſq; gigas lucum omnem fronte ſerena
Et paſtorali vis maieſtate regebat.
Ocia ni deſint nulli uſquam uoce ſecundus:
Dulciter ille quidem q̃ſq; q̃ raueſcere curis
Muſa ſolet:ſed rara canens:fronteſq; canentum
Exornans niueis vittis:⁊ fronde perenni.
Ille ubi paſtoris properatum funus amati
Fleuit:inexplicitum carmen mandaſſe duobus
Fertur:⁊ anguſta limam ſub lege dediſſe
Iuſſo alacres inſtare operi:rerumq; ſuarum
Immemores:aliena manu tractare magiſtra
Conſpiceres:laudemq; alij ſibi uelle laborem.
Tres nemorum dominos:⁊ eadem ceſpite muſis
Intentos:gregibuſq; ſimul ſpectare decorum
Dulce fuit:quorum vnus iter cantabat acuta
Uoce ſuum:niger ille oculos geſtuq; uenuſto
Paſtorum pauor at ſtimulus:contra ille ſecūdus
Totus amor placida doctus nil fronte negare:
Tertius imperis eſtus ⁊ frigora ⁊ imbres
Aſſuetus perferre comis:qui multa videndo
Omnes ambierat ſiluas:cygneaq; ſerum
Carmina iam properans vicina morte canebat.
Longe ibi tranſfluuiū regum inter buſta ſeorſum
Unus erat rutilus diuini ruris arator:
Qui pinguem ſcabro ſulcabat uomere campum:
Huic comes hinc prudēs hic ſedulus alter aranti
Certabant rigido glebas conuellere raſtro.
Terra ferax:feſſiq; boues:⁊ laurea nuſquam:
Nuſquaʒ hedere aut myrtus:viridis nā gl'ia ſerti
Non ſtudium muſe fragilis uox:area ſacro
Fonte recens:atq; alta domus : tum pinea late
Silua virens dulceſq; olee gremioq; decorum:
Clara fouens roſeo puerum ſtat limine virgo.
Hic matrona fuit hortis que lectā remotis
Uimineis calathis templo aurea poma ſacrauit.
Mira loquar ſupraq; fidem:ſed carmina vidi:
Hic hominis:pariterq; aquile : bouis atq; leonis
Hiſpanum noſtra modulantem uoce iuuencum:
Procedo iam ruris opes viſurus hetruſci.
His mihi tunc terris iuuenis fuit obuius altis
Cultor agri rigidus:patrieq; in menibus alter
Lenior ad ſterilem uerſando expertuſ arenam.
Cuncta dehinc inculta iacent:aduerſa ſed inter
Imus ad hiſpanos cultus:eſt corduba teſtis
Ciuis ⁊ alta canens ad ſolem uertice nudo
Nil patrij ſermonis habens:nil frontis hybere:
Teſtis ⁊ emerita eſt ⁊ bilbilis:atq; uadoſis
Gadibus ora tepens noctem que ſera diemq;
Ultima ſurgentem ſolem videt atq; cadentem.
Hinc ego burdegalam repetens:in littore cerno
Equor ubi ambiguum refluo ferit amne garūna
Multiloquum magnumq; ſenem:quē tēpla uaſati
Nominis auſonij dederant:urbanior inde
Unus aquis ubi feſſus atax languentibus exit
Occupat eloquio:notus procul ille lariſſe:
Notus apud thebas:ſed enim tyberina latine
Docti omnes per rura loqui:tuq; inclyta narbo
Carmina piſcoſo referens accepta benacho.
Sum nimius ſed viſa trahunt:ignoſce tenentq;
Dulcia poſtremo tuguri vix limina parui:
Orbe peragrato:⁊ laurum mea regna reuiſi.
Undiq; conuectis ornans reor artibus illaʒ. Soc.
Longus ero ſi cuncta ſequar:ſic illa parentis Syl.
Nature:⁊ noſtro fuerat ſufflata fauore:
Ut neq; dodonam:nec cretam iuppiter illi:
Nec uenus idaliā aut amathum:eurotāq; diana:
Nec delon cirrhamq; ſuam preferret apollo.
Ille quidem aſſiduo repeto uolucreſq; ſagittas
Atq; arcum pharetramq; agilē citharāq; ſolebat
Illuc ferre ſuaʒ:ramoq; aptare virenti.
Neſcio quid fateor:ſocrates tamen omnia noſti
Diuinum ramis inerat per gramina circum
Ludere amadryades paſſim:nymphaſq; videreſ:
Hanc ſuperū rapido dū fulmine rex quatit orbeʒ:
Liquerat intactam ſolio ueneratus ab alto.
Romuleam vidi ſobolem pubemq; ſuperbam
Imperio:⁊ trabeis ſacras hinc carpere frondes.
Uidi hominum genus argutū doctumq; canendi
Eſſe ſub hac cupide ⁊ rariſſima texere ſerta.
Ipſe ego(quid longus quid nō ualet iprob[9] uſuſ)
Edidici uariare modos:ac multa per herbam
Sed nō magna canēs:demū me frōdibus hiſdeʒ
Exorno:celſos poteram nec prendere ramos.
Ni ſublatum humeris tenuiſſet maximus argus.
Hinc mihi primus honor dulcis labor ocia leta
Paſtorumq; fauor multus:colleſq; per omnes
Illicet ignoſci incipio:digitoq; notari.
Laurea cognomen tribuit mihi:laurea famam:
Laurea diuitias:fueram qui pauper in aruis
Diues eram in ſiluis:nec me felicior alter:
Sed letum fortuna oculo conſpexit iniquo.
Forte aberam ſiluaſq; ieram ſpectare uetuſtas:
Peſtifer hinc eurus:hinc humidus irruit auſter:
Ac ſtratis late arboribus:mea gaudia laurum
Extirpant:franguntq; truces:terreq; cauernis
Brachia ramorum frondeſq; tulere comantes.
Hei mihi quo nūc feſſus eā?qbus anxius vmbris
Recreer?aut ubi iam ſenior noua carmina canteʒ?
Illic notus eram:quo nunc uagus orbe requirar?
Que me terra capit?potes ad tua damna reuerti
Infelix:ſparſaſq; ſolo conquirere frondes:
Et laceros ramos ⁊ iam ſine cortice truncum
Amplecti:lachrymiſq; arentia membra rigare.
Ibis:an ignotas fugies moriturus in oras?
Infauſtum viuaxq; caput dulciſſima rerum
Spes abijt:quid vita manens inuiſa fruenti?
Quid fragilis lentuſq; dolor precordia uerſas?
Pertimui longeq; aliud te flere putaui. Soc.
Heu heu parua igitur flendi tibi cauſa videtur? Syl.

Soc. Nulla quidē potius:lachrymoſis parce querelis:
Eſt dolor uſqꝫ loquar:laurum non eurus ⁊ auſter:
Sed ſuperi rapuere ſacram: ⁊ felicibus aruis
Inſeruere dei:pars corticis illa caduci
Oppetijt:pars radices viuacior egit.
Elyſioſqꝫ nouo fecundat germine campos:
Uidimus bis oculis ſuperos ſyluane uerendos
Leniter auulſam meliori in parte locātes.
Syl. Uidiſti?an meſto ſolamen fingis amico?
Soc. Uidi eqdem ⁊ comperta loquor:ueſtigia ſupplex
Conſequere ac precare aditum:uerbiſqꝫ caueto
Inuidiam conflare deis:quod honeſtius:opta
Tranſire in terras ubi nunc tua gloria viuit.
Syl. Dij faciant precor ecce humilis ſemperqꝫ p̄cabor.

ℭ Explicit.x.egloga que Laurea occidens intitulatur.

ℭ Incipit.xj.egloga:cui titulus ē Galatea

ℭ Collocutores:niobe:Fuſca:⁊ Fulgida

Nio. Uc ſoror ad tumulū gelidiqꝫ ad ſaxa ſeplchri.
Fuſ. Q̄d lachrymis alimīta peꝰ germana?q̄d optas
Nio. Eſt gemitus magni ſolamen grāde doloris:
Afflictamqꝫ animā releuant ſuſpiria queſtus:
Enecat artatus mentem dolor:optima meſti
Pectoris eſt medicina:palam lugere fuiſſet
Idem animus ſemper : nunq̄ꝫ hec p̄cordia torpor
Uerteret in ſilicem:nocuit tacuiſſe dolenti
Mitto autem:cupidā modo duc ubi copia flēdi.
Fuſ. Carpe iter hac qua nodoſis impera capiſtris
Colla boum:crebraſqꝫ canum ſub limine paruo
Uideris excubias:giluoſqꝫ ad clauſtra moloſſos.
Ille locus tua damna tegit:iamqꝫ aſpice contra
Hic galatea ſita eſt:qua nil natura creauit
Pulchrius in terris:niſi nos amor uſqꝫ fefellit.
Depone hic quodcunqꝫ premit:cōplectere buſtū:
Oſcula fer faxis:vmbre dic uerba ſilenti.
Nio. Heu nimis arcta domus:tanto domꝰ arcta doloris
Hec ſedes galatea tibi eſt:quam fulgere cernēs
Sol ſtupuit?faſſuſqꝫ parem:faſſuſqꝫ ſubinde
Maiorem:attonitus ſerum ſeſe abdidit vndis.
Hec ſedes galatea tibi?uos ſydera celo
Statis in occiduo ludis themone boete:
Iuppiter ore poli luſtras conuexa ſereno.
Is gelidus cum falce ſenex:armatus orion.
Luna vices peragis ſolitas:uolucerqꝫ deorū
Interpres:nomenqꝫ uenus poſitura viciſſim.
Hic pallens galatea iaces iam terraciniſqꝫ:
Iam nihil etherea niſi forſan ſpiritus arce
Uiuit: ⁊ inde videt flentes tranquillus amicas.
Nil mihi reſpondes anime pars altera noſtre?
Optima pars eadem:dextras adhibito precanti
Si qua fides mundo eſt:pietas ſeu priſca ſupſtes.
Heu lapidem infeſtū qua nunc ſoror arte reuoluā
Irruam in amplexus:figā oſcula dulce cadauer.
Hoc referam moribunda ſinu:fotumqꝫ ſacellis
Inferam: ⁊ arcanis:durum penetralibus addam.
Addā perpetuos celebret quos mūdus honores:
Uirgineos addam cetus:rituſqꝫ uerendos:
Et ſua ſacra dee:nec fax nec carmina deerunt:
Femineas longe lateqꝫ ſonantia laudes.
Heu mihi predurum lapidē graue pōdus iberſqꝫ:
Deficio ſub faſce ſoror:nitenſqꝫ fathiſco.
Surge ſoror ſurge:ſacrumqꝫ cadauere corpus Fuſ.
Commaculare caue:placeant preſentia fruſtra:
Preteritum expectes:tuta eſt obliuio amāti.
Nempe heſterna dies ulla nequit arte reuerti:
Mors adimit curas:mors omnia vincla reſoluit.
Iam ſatis eſt fletum:noſtros mors fregit amores.
Fregiſſetqꝫ utinam noſtros mors equa labores: Nio.
Speraui:prope nam ſteterat : miſeramqꝫ fefellit:
Uiuo ſed infelix: ⁊ luctus ſeruor in omnes.
Parcius en leuo triſtis tibi fulgida calle Fuſ.
Aduenit: ⁊ tacita caſtigat fronte querelas.
Quid miſere ceceqꝫ animi mortalia fletis Ful.
Tam grauiter?quid fles niobe?quin incipe vitam
Scire pati:quācunqꝫ dedit ſors dura:dabitqꝫ:
Et me torquet amor:deſiderioqꝫ meorum
Permoueor:ſed quid facias?arma irrita calces
Aduerſus ſtimulum:melior patientia preſſis:
Multa ſibi facit ipſe animus leuiora ferendo
Quid gemitus?moritura fuit galatea : deinceps
Immortalis erit:proprio tabeſcere damno
Non amor:alterius ſortem lugere ſecundā
Inuidia eſt:quantum nobis deceſſerit omnes
Scimus: ⁊ ingrato quantum deceſſerit orbi.
Sed ferimus:uos definite:ac meliora tenentem
Suſpicite: ⁊ celum terris optate relictis.
Fabula:quis alis celū terreſtria prendent? Fuſ.
Ethereis:ſic terra ſuum:ſic aſtra repoſcunt. Ful.
Credulitas vulgata quidem:nos certa probamꝰ. Fuſ.
Fuſca locis imis habitas:non ſumma tenemus: Ful.
Et celi terreqꝫ ſitum ſpeculamur ab alto.
Ambages ueteres ⁊ inenodabile uerum Nio.
Mittite: ⁊ integram uenturis tradite litem.
Fulgida quin potius(muſas nā noſcis agreſtes:)
Dic titulum buſto:relegat quem ſerior etas.
Sic liquit galatea ſuum pulcherrima corpus Ful.
Libera iamqꝫ polos ⁊ regia tecta tonantis:
Ipſa quidē ſuperūqꝫ choros menſaſqꝫ frequētat.
Mors roſeos artus:mors cādida colla:genaſqꝫ:
Sydereoſqꝫ oculos tetigit:vultuſqꝫ ſerenos
Obſcura dimerſit humo:mortalia quiſquam
Diligat:aut ſperet ſtabiles hic figere plantas?
Quid genꝰ aut p̄bitas?q̄d opes?q̄d forā?q̄d etas?
Quidue decens cultus?quid gloria nois ingens?
Omnia contigerant:manus abſtulit oia mortis:
Nuda domum repetens e carcere fugit amato.
Nuda quidem minime quam gloria ueſtit amictꝰ: Nio.
Clarior aſſidue longiſqꝫ recentior annis.
Hanc quecunqꝫ ſibi vultuqꝫ animoqꝫ per euum:
Aut cantu aut ſermone placens:cupienſqꝫ placare
Deferet ante oculos:hanc nos dum ſpiritus iſte
Artubus herebit miſeris: ⁊ viuere coget:
Hāc uel apud manes nebuloſaqꝫ flumina lethes:
Exemplarqꝫ pudicitie formamqꝫ decoris
Corde ſub hoc ſemper memori pietate feremus
Tum noſtro galatea tuum de pectore nomen
Exibit:fugient proprijs dum ſedibus aſtra:
Mellis apes ſtudium linquent:nidoſqꝫ columbe:
Coniugium turtur:predam lupus:arbuta capre:
Cuſtodita dolos mulier:mendacia ſeruus.

ℭ Explicit.xj.egloga q̄ Galatea intitulat̄.

ℭ Incipit.xij.egloga:cui titulus eſt Conflictatio.

ℭ Collocutores:Multiuolus ⁊ Uolucer.

Ue noua ferſ uolucer?q̃ſ nã ſtupoꝛ?vñ uehiſ
Ardu⁹ i tenero pigues p̱ g̃mie tauros ⌊te?
Et molles paſcebat oues pan maxim⁹ olim
Paſtorum ⁊ ſilua late celeberrimus omni:
Fauſtula quem complexa ſimul mulcẽte fouebat.
Uiderat hunc craſſa gelidaqꝫ ſub ilicis vmbꝛa
Atticus armipotens:ſecumqꝫ hec turbidus ira.
Hunccine perpetua gaudentem pace videbo?
Securoqꝫ ſinam reſupinum ſtertere ſomno?
Si ſatis hanc noui:dextramqꝫ erexit in altum:
Excutiam madida cerebꝛi de ſede ſoporem.
Dixit:⁊ omne fretum refugaſqꝫ exterruit vndas:
Hoꝛridaqꝫ extremis uox eſt audita bꝛitannis.
At ſonitu ingenti penitus toꝛpore fugato:
Pan caput abſtulerat:gremioqꝫ innixus amice
Multa pꝛius ſecum frendens:ac multa uolutãs.
Unde ait iſta tibi tam inſulſa ſuperbia demens?
Unde furoꝛ?neſcis vires ſtolidiſſime noſtras:
Spernis opũ cumulos:ſpectatos ſp̱nis amicos?
Experiere quidem:ferum tentaſſe dolebis
Fidus auaritie nunq̃ꝫ cõntinget amicus
Ille refert:at diuitie ſunt pꝛemia belli:
His ne putes tardare minis?incendis ⁊ urges:
Deſine:nec uentos nec turgida uerba timemus.
Eſt animus:ſunt arma mihi:dubijſqꝫ pꝛobatum
Pectus amicorum:ſunt qui tibi terga iubente
Me feriant:dextrũqꝫ pꝛemãt latus atqꝫ ſiniſtrū.
Ipſe genas frontemqꝫ manu baculoqꝫ retundaꝫ.
Non tibi par animus:non eſt manus apta duello.
Pan timuit:fleteſqꝫ oculos:hinc aſpicis atqꝫ hic
Intonſis inſtare ferox paſtoribus agmen.
Suſtulit hoꝛrificam uocem:qua flumina ⁊ agri
Et mare vicinum infremuit:colleſqꝫ remoti.
Ac pꝛocul aeriam clamoꝛ peruenit ad alpem.
Undiqꝫ conueniunt:⁊ qui per frigida tempe
Herbiuagos aluere greges:armentaqꝫ belli
Gꝛata deo:⁊ qui lanifice dilecta minerue:
Et qui frondipetas nemoroſo monte capellas:
Glandilegoſqꝫ ſues:⁊ amantes pꝛata iuuencos:
Turba ingens:vnoqꝫ omnes in gurgite tandem
Soꝛdidulum lauere pecus:qua rura ſecanti
Dux italus fluuio dedit aurea cingere templa.
Tot deerant alimenta viris:niſi pana virili
Fauſtula ſollicitum curarum parte leuaſſet.
Nam grege de magno:decimuꝫ largiſſima queqꝫ
Obtulit:atqꝫ famem ſedauit pinguibus hedis.
Ah meretrix obliqua tuens ait arthicus illi:
Immemorẽ ſponſi cupidus quã mũgis adulter:
Hec tua tota fides:ſic ſic aliena miniſtras?
Erubuit:nihil auſa palam niſi mollia pacis
Uerba:ſed aſſuetis noctem complexibus egit:
Et tacitam ſubmiſit opem mulieribus:ardens
Atqꝫ imbuta odijs occultans ruminat iras:
At gelido ſtat flamma metu:iam bꝛachia uterqꝫ
Paſtoꝛ ad ambigui certaminis oꝛſa parabat.
Iam ſtudijſ aduerſe acies:iamqꝫ arma fremebãt.
Queqꝫ ſuos uocat ore deus:hec menia troie
Arcturumqꝫ canit:pugillum canit illa labores:
Monſtriferumqꝫ refert charolum:tũ iurgia labe
Iactantur:toto uolitant conuitia celo.
Pan fraudes penſiqꝫ nihil:fandiqꝫ pijqꝫ:
Nota ꝙ infamis teſtetur fabula caude
Obijcit:exilijqꝫ locos:⁊ inhoſpita teſqua:
Hoſtibus humani generis linguequꝫ tremẽtis
Barbariem:⁊ rauco crepitantia uerba palato.

Ille autem tibi uerba placent:mihi facta relinque:
Et tamen expediam nodoſa uolumina lingue:
Et loquar ecce aliquid:faciet res ipſa diſertum.
Te ne tegis digito?periuria:furta rapinas
Nouimus oppꝛeſſos homines:eluſa deorum
Numina:que dignas tandem me vindice penas
Expoſcunt:orantqꝫ pꝛeces:lachꝛymeqꝫ perorant.
Quas anus infelix:mulier miſerabilis expes
Pollicitis decepta tuis noctiſqꝫ dieſqꝫ
Fundit ⁊ ingratum queritur deſerta nepotem.
Serua canum:tu pꝛima quidem:tu ſũma malorũ
Cauſa:negas?ſceleruꝫ ſemper tu perfidus auctoꝛ
Induis arma fremens:eadem mox abijcis arma.
Illa gemit:ſurdumqꝫ uocat:non irrita iuſto
Spes ubi nulla tui eſt tui eſt mittẽs ſuſpiria celo.
Mater ⁊ ipſa dolens rogitat miſereqꝫ ſorori
Increpitans te poſcit opem:fratreſqꝫ ſuperbo
Affuſi meſtiqꝫ greges:ſilueqꝫ pꝛecantur.
Quem non mouiſſent?ſed inexorabilis vnus
Durus:ihumanus:ferus:hoꝛrens:deſpicis oẽs.
Quid tamen officio retrahit niſi pectoris ardoꝛ
Impius:⁊ fului ſitis impoꝛtuna metalli?
Scilicet attonitus fulgenti incumbit aceruo.
Hinc ſtupoꝛ ille oculis:hinc illa obliuio menti:
Sceleſtum atqꝫ anime:ſed quem tibi crimina finẽ
Pꝛomittunt?audi:nam ſepe illuſtria multum:
Multũ animos exempla mouẽt:in flumine tuſco
Paſtoꝛ auarus erat:quem par ſitis impulit:equi
Federis oblitum patrios tranſcendere ſaltus:
Occidit is merito:grauis at contagia culpe
Immeritum parili traxerunt turbine natum.
Infauſtumqꝫ gregem innumeris texere ſagittis
Nunquid ſi fidei uel ſi memoꝛ ille decoris:
Parthus aut ſitiens tanta cum ſtrage ſuorum
Aſſirias guſtaſſet opes:auriqꝫ ſaporem.
Arthicus hec toꝛrens:motus pantalia contra:
Si uacat exemplis tempus dare:ſeuus eorum
Paſtoꝛ ad euphꝛaten fuerat:cui ſanguine fuſo
Eſſet inhumanum ſitienti hoꝛrenda uoluptas.
Ille ferox ſimiliſqꝫ tui confinia raris
Seuitia ſtimulante pari:dum deſpicit ampli
Incuſtoditos vidue tranſcendit in agros:
Incautumqꝫ neci natum dedit anxia mater
Omnem continuit fixa ſub mente dolorem:
Euomitqꝫ ſimul paſtoꝛ temerarius ictu
Feminei mucronis obit:truncuſqꝫ gelato.
Non aurum bibit ore nitens ſed pocula martis.
Concretam ſaniem ⁊ tepidum de cede cruorem
Ergo age:quando pares exemplis arthicus inſit:
Bꝛachia tentemus:ſuccedant uerbera uerbis.
Quid modo colchorũ uolucres oriẽtis odores?
Quid ue gule:⁊ uentris irritamenta capacis
Omnia:quod pelago uehemẽs echinus:inherſqꝫ
Rumbus:⁊ oꝛnati ſquamis rutilantibus olim
Ferreus aurata quos fixerat hamus arena:
Sub uenetis clã merſuſ aquis:qꝺ vulnere crebꝛo
Si qua uel hiſpano natat ingens belua ponto:
Uel libycis iactata uadis:peregrinaqꝫ noſtra
Pꝛofuerint?qꝺ palmitibus ſeu dẽpta phalernis:
Seu ligurum decerpta iugis ardentia vina?
Queqꝫ ferat gemino tranſmiſit colle ueſeuus
Dolia pꝛecipiti rapidum ſpumantia muſto?
Queqꝫ dedit meroe ſoli ſubiecta pꝛopinquo:
Pꝛeterea qꝺ lenta quies:quod mollis in vmbꝛa:
Et ſapoꝛ ⁊ rauci per florea gramina fontes?

Omnia in exitium uertent: ⁊ blanda uoluptas
Conficiet bellum:mulier tua ſola iuuare
Te uolet ⁊ poterit:ualidum pꝛius egra leonem
Sternet ouis:pꝛius armigeꝝ philomena tonātis
Uicerat:ille autem quoꝛſum per iurgia tandem?
Quid mecum commune tibi?nil arthicus inquit:
Nil tecum commune mihi:nam iudice fato
Deſtituunt victum:victoreꝫ cuncta ſequuntur.
Huius in arbitrium non noſtra ſponte uenimus.
Tu cogis:tu inſtitie contemptoꝛ ⁊ equi.
Quem cecum foꝛtuna facit:pariterqꝫ ſuperbum.
Quid tua nūc nūas?tumidos qd uoluis ocellos?
Undiqꝫ uenturos iam iam tibi fingis amicos:
Obſtruxit tua fama vias:in tempore iuſſi
Tum mihi crede aderunt:lentus dū uoce ſub vna
Gꝛamine caucaſeo paſtus bibet agnus hyberum.
Hec dicens medie pedibus iam ſtagna paludis
Frangebat:pan contra:aditus ⁊ ouilia ſepſit
Uepꝛibus:⁊ fluuio circūdedit antra ſequaci.
Tranſierat:ſubitoqꝫ ingens per rura tumultus
Exoritur:tutuꝫ fateoꝛ:meqꝫ inde recepi:
Panaqꝫ turbatum penituſqꝫ per auia liqui
Soliuagum:mox ambigua dum mente reflectoꝛ:
Heu victum vinctumqꝫ graui ſine mora catena
Pꝛoſpicio:trans ſtagna rapi:non libera celo
Bꝛachia:ſed meſte rorantia lumina frontis
Tollentem:ac tales iactantem in nubila queſtus
Cernitis hec ſuperi:ſeu quid nā interuenit vmbꝛe:
Ceca rotat foꝛtuna fidem:regit omnia fatum.
I nunc:in rebus ſpem certam pone ſecundis.

¶ Franciſci Petrarche poete oratoriſqꝫ Clariſſimi:Bucolicuꝫ carmen: per duo decim Eglogas diſtinctum:Explicit.

Franciſci Petrarche Poete Laureati Epiſtolarū Liber Pꝛimus incipit ad Barbatū Sulmonēſem

I mihi ſeua pium ſeruaſſent ſydera regē
Pars animi Barbate mei:nō lr̄a coꝛdis
Nūcia p̱ uaſtos tractus telluris ⁊ vnde
Ambiguū tentaret iter.tua lumia p̄ſens
Aſpicerē.uox viua tuas ꝯtigeret aures:
Moꝛs uetat.heu uarij q̄s quōdā largus honores
Cōtulit ille mihi:vultus heu blanda ſereni
Maieſtas placideqꝫ decus ponduſqꝫ ſenecte.
Heu pꝛerepta mihi frons auguſtiſſima celo
Reddita iam patrio.vox heu doctiſſima melle
Dulcioꝛ hibleo:que pꝛehenſa tenacibus hamis
Coꝛda virum rapiebat humo.que laudibꝰ amplis
Ingenium celebꝛare meum:calamumqꝫ ſolebat
Calcar agens animo ualidum.Non omnia terre
Obruta:viuit amoꝛ:viuit doloꝛ:ora negatur
Regia cōſpicere at flere ⁊ meminiſſe relictum eſt
Hec duo leteis nunq̄ꝫ de pectore noſtro
Eripiet moꝛs atra uadis.uerum oꝛdine vite
Pꝛopoſito excutimur.Mundi pars vna placebat
Spargimur hac illac pelagoqꝫ abrūpimur alto
Alpibus ac medijs.quotieſqꝫ fauentibus aſtris
Reddimur auſonie.buſtum tibi ſoꝛte maronis
Obtigit in partem uatis:mihi ceſſit origo
Amnibus ac toto diſiungimur apennino
Hinc mea uox mittenda tibi eſt:⁊ credere curas
Cogimur archanas calamo.nec pauca ſilenti
Cauſa laboꝛ:ſed plura metus ne noſtra ꝓphani
Abdita perſpiciant oculi.vulgata videri
Nō metuūt.Memoꝛ ergo p̄cum dilecte tuarum
Inſtitui exiguam ſparſi tibi mittere partem
Carminis exacte percurrens ocia vite
Perlege cognoſces animum ſine viribus alas
Ingenij explicuiſſe leues.nam uera fateboꝛ
Implumem tepido pꝛeceps me gloria nido
Expulit.⁊ celo iuſſit uolitare remoto
Penitet incepti curſum reuocare iuuente
Si liceat:manſiſſe domi cum tempore neruos
Conſolidaſſe uelim late tam noſcoꝛ ⁊ audax
Fama pꝛeit meritum:laxiſqꝫ effertur habenis
Affectus animi uarios bellumqꝫ ſequacis
Perlegis inuidie curaſqꝫ reuoluis inanes
Quas humilis tenero ſtilus olim effudit in euo
Perlegis ⁊ lachꝛymas ⁊ quod pharetratus acuta
Ille puer puero fecit mihi cuſpide vulnus
Omnia paulatim conſumit longioꝛ etas
Uiuendoqꝫ ſimul morimur:rapimurqꝫ manendo
Ipſe mihi collatus enim non ille videboꝛ
Frons alia eſt:moreſqꝫ alij noua mentis imago
Uoxqꝫ aliud mutata ſonat:nec peſtibus iſdem
Urgeoꝛ:erubuit liuoꝛ ceſſitqꝫ labori
Ceſſit an incaluit longiſqꝫ recruduit annis
Laude tumens aucta:⁊ mecū cum tempore creuit
Indubio eſt.certe hunc didici contemnere ab alto
Iamqꝫ equidem uel nulla lues:uel ſpꝛeta quietem
Dat calamo:atqꝫ animo.Iamqꝫ obſeruatio vite
Multa dedit lugere nihil:ferre omnia.Iamqꝫ
Paulatim lachꝛymas rerum experientia terſit
Iam quod non potuit ratio natura dieſqꝫ
Longa poteſt:vicere due cui ceſſerat vna
Tēpus edax minuit quem moꝛs extinxit amorem
Flāma furens annuis tumulo ceſſere fauille
Nūc breue marmoꝛ habet lōgū qbꝰ arſimꝰ ignes
Pectore nunc gelido calidos miſeramur amātes
Iamqꝫ arſiſſe pudet.Ueteres tranqlla tumultus
Mens hoꝛret:relegēſqꝫ aliuꝫ putat iſta locutum
Sed iam ne quicq̄ꝫ latebꝛas circumſpicit ardens
Turba pꝛemit comitum quos par inſania iactat
Dulce quibus conferre ſuis aliena nec illos
Submouiſſe ſat eſt.acies nam maioꝛ apertam
Pꝛotrahit in lucem:durum:ſed ⁊ ipſe per urbes
Iam populo plaudente legoꝛ:nec muſa regreſſum
Secreti iam callis habet.uetitumqꝫ latere eſt
Pꝛodeat impexis ad te feſtina capillis
Ac fluxo deſincta ſinu:ueniamqꝫ pꝛecetur
Non laudem:ueniet tempus dum foꝛte ſuperbis
Paſſibus atqꝫ alio redeat ſpectanda paratu
Nunc tibi qualis erat ſub pꝛima etate pꝛius q̄ꝫ
Figeret in thalamo ſpeculum:vultumqꝫ comaſqꝫ
Inciperet cohibere uagas occurrit amice
Cui ſemper.rex quantus amoꝛ.non ſeria tm̄
Sed nuge placuere mee.tu conſule queſo,
Parua licet magni.nam dum maiora parantur
Hunc tibi deuoueo ſtudij iuuenilis honorem.

Ad Benedictum Duodecimum Romanum Pontificem ſub nomine urbis Rome.

E cui telluris pariter pelagiqꝫ ſupꝛemum
t Cōtulit imperiū virtus:meritūqꝫ:pudoꝛqꝫ
Et deus omnipotens ⁊ ineuitabile fati
Arbitrium mundiqꝫ dedit quas uoluis habenas
En ego te ſupplex ſparſis miſeranda capillis
Et ſacros complexa pedes:⁊ dulcia figens
Oſcula ſic dominum ⁊ ſponſum cōfeſſa ducemqꝫ
Alloquoꝛ alme parens ſolus qui cuncta gubernas
Quem ſtupet:⁊ flexis genubus gens oīs adorat
Si mihi que viguit iuuenili in coꝛpore quondam
Foꝛma foret:roſeuſqꝫ coloꝛ:ſi pectore ſanguis
Feruidus:aut ſponſis irem comitata duobus
Ipſe habitus notam faceret ſūmuſqꝫ uerendam
Pꝛincipibus:nomenqꝫ meum tacitura fuiſſem.
Squalida ſed quoniam facies neglectaqꝫ cultu
Ceſaries multiſqꝫ malis laſſata ſenectus
Eripuit ſolitam effigiem uetus accipe nomen:
Quo nullum toto memorat̄ notius oꝛbe
Roma uocoꝛ.vultum ne pater cognoſcis annilem
Gutturis ac tremuli ſonitum:⁊ defoꝛmia ſegni
Membꝛa mora inualidis vix conſiſtentia plantis
Sic anni nocuere mihi qui foꝛtia vincunt
Et ſenium clara decuſſit fronte decorem.
Quid queroꝛ?o nimiū ſimplex licet irrita tempus
Cuncta ferat:celiqꝫ laboꝛ requieſqꝫ negata
Syderibus:foꝛti nondum ſuperantur ab euo
Multa tamen longe quibus altioꝛ extat origo
Urbibus argolicis latijſqꝫ ingentia perſtant
Menia:⁊ indomito cernuntur uertice turres
Quas decuit rapido pꝛimum ſuccumbere ſeclo
Si ſeries ſeruata foret longinqua dierum
Nam pꝛius in ſane q̄ꝫ lamberet ubera matris
Egregius fama uenturus ad aſtra quirinus
Mantua iam ſteterat uarijs habitata colonis
Iam patauum antenoꝛ flāmas emēſus ⁊ vndas
Ediderat piſana pꝛocul ſubmota ſicano
Urbs erat alpheo:tibur:pꝛeneſte latinis
Flos erat in populis.quid ſingula perſequoꝛ:ergo
Non uenit e cutis vitio ꝙ ruga ſenilis
Canitieſqꝫ pꝛemat.ſed enim te nulla remoto
Illuxit mihi pulchꝛa dies nullaqꝫ rebelles

Deuinxit fraternus amoꝛ dulcedine natos
Haud ſatis annoſam ueritos contemnere matrē
Decoloꝛ hinc facies:hinc pꝛecipitata ſenectus
Hinc mihi continuuſqꝫ doloꝛ lachꝛymeqꝫ recētes
Semper ⁊ ad ſuperos ne quicq̄ mixta querelis
Murmura cum pꝛecibus uel inania uota ferūtur
Poſtq̄ a complexu ſum chari abiecta mariti
Et patris ⁊ domini.ſolus nanqꝫ ⁊ omnia nobis
Solus eras per quem poteram foꝛmoſa manere
Heu terrenorum decus ⁊ ſpes falſa bonorum
Illa ego ſum infelix totiqꝫ cognita mundo
Nuper honorato pulſabam uertice celum
Cetera calcabam currentia flumina fontes
Et mare littoribus flexum terraſqꝫ patentes
Arma:urbes:armenta:viros quecunqꝫ ſub uſus
Humanos natura dedit romana fuere
Me dominam late regnantem vidit eoi
Conſurgens aurora pꝛocul de gurgite ponti
Me quoqꝫ victricem çephyri ſenſere tepentes
Flatus ⁊ algentes boree pluuialis ⁊ auſtri
Et quecunqꝫ uago tellus obſeſſa pꝛofundo
Deſpicit aut fluctus:nitidas aut ſuſpicit auras
Me dacus immitis timuit:me durus in armis
Germanus:grauiſqꝫ loquax.atqꝫ aſper hiberus
Non fuga pꝛeripuit parthum mihi fulta ſagittis
Nec laboꝛ ipſe vie ſubduxit cladibus indum
Ethiopēqꝫ iugo non toꝛridus abſtulit ether
Frigora nec tanaym:nec ſenioꝛ vnda bꝛitanum
Me mala carthago tribus eſt experta ruinis
Bellaqꝫ ſunt macedum totidem:totidēqꝫ labores
Pꝛelia quis neſcit multos agitata per annos
Et regem ponti domitum in pꝛecoꝛdia tandem
Uix uetitas reſeraſſe vias per membꝛa ueneno
Anthiocum.pyrrhumqꝫ grauem:uariūqꝫ iugurtā
Pꝛetereo:regeſqꝫ alios:nec cognita pꝛidem
Ac vulgata ſatis timido ſermone reuoluam
Sed poſtq̄ foꝛtuna ferox que uertere ad imum
Summa ſolet gaudēs ualidiſſima frāgere regna
Inſtabiles turbata pedes a flumine tuſco
Auertit ſeroqꝫ domum reditura receſſit
Extemplo uarijs hinc illinc acta pꝛocellis
Per ſcopulos ⁊ ſaxa feroꝛ.namqꝫ omnis auite
Maieſtatis honos viduatam coniuge ſancto
Deſerit.ac tantum inuidie mea gloria viuit
Et meminiſſe pꝛemit.⁊ deſperatio toꝛquet
Unde etenim aut quo nam miſere ſperare relictū
Te pꝛecoꝛ qui cuncta potes pꝛeſtante ſalutem
Ciuili hinc ſemper ſcelus o lachꝛymabile dextra
Dilanioꝛ cupidas illinc ſum pꝛeda tyrannis
Infames uenere pꝛoci:qui noſtra petentes
Coniugia inuitam violarunt.coꝛpus inerme
Nempe erat indignum auditu:nec coꝛpore robur
Femineo:aut uſq̄ pauide fuga tuta patebat
His fiſus:quanq̄ pudeat pigeatqꝫ capiſtro
Succinctus rigido tenuiqꝫ indutus amictu
Coꝛnarie obſcenus quid non eſt auſus alumnus
O furoꝛ ⁊ rationis inops ac ceca libido
Quo pergis:que monſtra paras:ieiunꝰ ab vngue
Nudus aduſqꝫ genu.ſolitus ſilueſtribus herbis
Longeuam recreare famem:⁊ radicis amare
Coꝛtice non timuit ſenioꝛ:iam turpis adulter
Luce nec erubuit ſacrum inceſtare cubile
Circumfuſa equidem ſtetit impia turba ꝓphanis
Uocibus exclamans.nimios iam deſpicit annos
Uir tuus ⁊ fugiens alias ſibi iungit amicas

At neqꝫ blanditijs:nec me terrore minîſqꝫ
Flectere cum poſſet:rapidam compulſus in iram
Ui rapuit:tenuitqꝫ diu.dum foꝛte cruento
Theutonicum lateri ſibi cingere contigit enſem
Si potes iſta pati.poterunt ſimul ignis ⁊ vnda
Inſolitis herere modis:poterit ue ferocem
Agna fugare lupum:fuluumqꝫ capella leonem
An ne ſenem refugis meliori tempore amatam?
An ceſſas pꝛebere manum?lapſamqꝫ iuuando
Erigere:⁊ fidus fragili comes eſſe ſenecte?
Te ſine nulla manent dulcis ſolatia vite.
Nam qualis matrona viri ſpoliata fauore
Quem triſte exilium longinquas traxit in oras
Meſta domi feſtiſqꝫ ſedens lachꝛymoſa diebus
Expectat:cupidoſqꝫ oculos trans equoꝛa iactat
Talis ego.⁊ noſtris thalamis te erūpere cernēs
Indolui:uates utinam non certa futuri
Poſt autem aſſidue te pꝛeclariſſime coniunx
Nocte dieqꝫ uocans rauci vix feſſa pꝛecando
Faucibus iſta loquoꝛ.vix v̄ba nouiſſima foꝛmo
Sedibus auulſos poſſem ſi oſtendere colles
Et pectus nudare meum:per mille videndo
Uulnera me laceram fleres niſi ſaxeus eſſes
Nunc tamen ut licitum eſt abſentia mente tueri
Aſpice templa dei multo fundata labore
Ut ruitura tremunt:nulliſqꝫ altaria gaçis
Accumulata ſilent modico fumantia thure
Aſpice q̄ rarus ſubeat penetralibus hoſpes
Quanqꝫ inopi ſub ueſte petat delubꝛa ſacerdos
Et miſerere pater.meritam nec foꝛte negabis
Nam mihi ſi fandi ueniam das:abſit ut iſta
Impꝛoperare uelim.ſed pꝛiſca recurrere dulce eſt
Quum ſummo foꝛtuna loco me leta locaſſet
Regnaqꝫ ſub pedibus noſtris pꝛoſtrata iacerent
Nullum paſſa parem dominum te ſponte petiui
Si dubitas non paruus adeſt mons ille ſoractis
Teſtis ⁊ vnanimi pꝛoclamant murmure ſilue
Si dices non ſolus ego:fuit alter in arce
Regnatoꝛ ſponſuſqꝫ tuus.ſtat uera fateri
Mēs mihi:nā foribus figmētū hec ſbmouet etas
Ille uagus pꝛofuguſqꝫ ſinu diſcedere noſtro
Suſtinuit.noſtriqꝫ illum germania ſecum
Abſtulit immemorem.vulnus iam longa cicatrix
Aſtrinxit:lachꝛymaſqꝫ ualens ſiccare uetuſtas
Intulit antiqui paulatim obliuia damni
Tu vite ſpes vna mihi baculuſqꝫ cadenti
Quo ſteteram ſubnixa diu.tu grata laborum
Et tranquilla quies.clipeus tu ſeua tonantis
Flumina foꝛtune excutiens poꝛtuſqꝫ ſalutis
Que quaſſam ⁊ tanto iactatam aduertere pꝛorā
Naufragio contenta fui:ſolabar ut vno
Lumine dum poteram:ſic nunc oꝛbata duobus,
Non poſſum tacitas ultra perferre tenebꝛas
Uerbaqꝫ ſi libeat curarum audire mearum
Spero animum motura tuum.nā fama locuta eſt
Neſcio quid gratum miſere te ſemper in ore
Nomen habere meum.necnon de coniuge triſti
Multa ſolere loqui:viduam quoqꝫ ſepe uocare
Hec eadem nunc fama meas perduxit ad aures
Pellere te ut pꝛopꝛias ſedes ac tecta reuiſant
Pꝛelatos ex urbe tua:nec uelle putandum eſt
Externis pꝛebere tuis:ſua iura negare
Quid ꝙ egeſtatem noſtram miſeratus opemqꝫ
Non expectatam iam nunc dilecte dediſti
Qua tegerem latus ipſa meum:ne ſcilicet eſſem

Nuda reuertenti ſic occurſura marito
Adde ꝙ ⁊ fletum renouans interuenit omen
Eſt breue tempus adhuc quuꝫ te duriſſima morbi
Uis tenuit:timuitqꝫ putans te vita carere:
Terribilem ſi uera ferunt in limine mortem
Uidiſti intrepidus:nobis tūc oſſa referri
Juſſiſſe:ac patrio pallentia membra ſepulchro
Diceris. ⁊ clauſtro uaticani corpus humandum
Si moriens uenturus eras:precordia quando
Uita regit:calidoqꝫ agitātur ſanguine fibre
Cur dubitem ſecura diem promittere fauſtum
Gentibus auſonijs:⁊rutilos iam cernere currus
Jam niuei candoris equos phaleriſqꝫ ſuperbos
Jam ſtrepitum videor comitum ſentire tuorum.
Auribus arrectis ſtans ſemper: ⁊ quis e truſca
Parte ſonans:tuus ille redit mhi nuncius adſit
Ergo rubere genas fluxos ⁊ in ordine crines
Colligere incipio:meſto manantia planctu
Uda ſupercilia abſtergens nec ſola placere
Artibus his ſtudeo:ſed ⁊ ipſa ſororibus orno
Permulcens ſtudioſa comas:ac talibus hortor:
Accipite o mundi dominuꝫ:qui longa reuertens
Certa ſalus patrie latio ſuſpiria pellet
Jlle autem herboſos colles ⁊ littora paſſim
Complerunt ualleſqꝫ cauas:pars rupibus altis
Prominet ac vultus auide ſpectare ſerenos
Obſedere vias intentaqꝫ lumina ſeruant
Quum primum ducente deo tranſcenderis alpes
Jtalieqꝫ tue pulcherrima:culta tenebris
Occurrent miranda animis:ſpecieſqꝫ locorum
Effigies hominum.tepidi clementia ueris.
Blandaqꝫ temperies:nec frigore pulſa nec eſtu
Teqꝫ nouum aſpiciens intraſſe fatebere mundum
Urbibus exhauſtis omnes diffuſa per agros
Agmina deuotas tollent ad ſidera uoces
Certatim nomenqꝫ ſacrum celebrare iuuabit
Tunc uere benedictus eris benedictaqꝫ talem
Que peperit genitrix tantum ut videare profecto
Letior ⁊ tantum tete felicior ipſo
Quantum pura oculis oriēs poſt nubila lux eſt
Sed quia perpetuus mentem timor angit amātis
Admoneo metuenſqꝫ precor ne noſtra per urbes
Gaudia diſtuleris rebus diſtractis amenis
Janua nam q̄ꝫuis primis in finibus aſtans
Limine te excipiat placeatqꝫ placentia forſan
Alliciatqꝫ bonis redimita bononia tantis
Filia uel q̄ꝫuis moueat mea pulchrior illis
Floribus ⁊ uario renitens florentia cultu
Jnnumereqꝫ alie nulla hinc obliuia ſurgant
Coniugis antique:qua non formoſior ulla
Aut erit aut viſa eſt modo ſinu te leta recepto
Jamqꝫ age pelle moras:tibi ſūma cacumia mōtes
Jnclinant:nulluſqꝫ vie labor obſtat eunti.
Ac bene pacatas ſubſternat claſſibus vndas
Equor ⁊ impellant placidi tua carbaſa uenti.

¶ Ad Eneam ſenenſem cōqueſtio ſtatus Jtalici.

p Er iuga parnaſi ſcādentē ſumma videbis
Eneam:miſſamqꝫ feres ſibi iuſſa ſalutem
Poſt grauidū gēitu narrabis ep̄la carmē
Nam dabit is facilem noſtris ſermonibus aures
Heu mihi quo feſſe traxerunt ſtamina vite
Jnſignes feritate dee:quod flebile ſidus
Ut mala conſpiceret viuaces protulit annos:
Quo lachrymas de fonte traham:⁊ſuſpiria dignis
Nectere quis ualeat numeris:patrieqꝫ ruentis
Jnfandum excidium meritis equaſſe querelis
O utinam mihi cuncta forent reſonantia membra
Uocibus humanis:aut ferrea lingua dolores
Ut mundus ſentire meos:ac triſtia poſſet
Murmura.uerū aiam uox deſerit ipa:nec vnde
Jncipiam noui fateor proh fata pudendis
Angimur imperijs patimurqꝫ in viſcera paſſim
Noſtra triumphatos fractoſqꝫ accingier enſes.
Ha pudeat mundi dominam fortuna maligni
Seruitij damnare iugo:manibuſqꝫ reuinctas
Quas totiens poſt terga dedit:tentare potentem
Auſoniam.ducibus penis flendamqꝫ ſeuero
Hannibali:ſicciſqꝫ oculis quam nulla videret
Barbaries gallis ſubiectum ferre tributum.
Quorum ſi qua fides tumuerunt ſepe cruore
Flumina.cerulee rubuerunt ſepe puelle:
Feruidus infeſtam dum frangit iulius iram
Effera dum ualidis rabies contunditur armis
Nec ſatis eſt nymphas faunoſqꝫ agreſtia priſcis
Numina quin ipſum facimus quoqꝫ nerea teſtem
Namqꝫ per errate ut uentum eſt ad limina terre:
Jngredimur pelagus patrieqꝫ ī gurgite magnus
Horruit oceanus romani uerbera remi
Atqꝫ ſepulchra dedit fuluis miſeranda britannis
Quid referam hoſtili poſitas in littore terras
Oppidaqꝫ ⁊ victis minitantes ciuibus urbes
Jtalie virtutis opus:monimentaqꝫ noſtri
Ceſaris eternnm imperij teſtantia nomen.
Torquatum tranſire libet ne ſanguinis iſta
Sit laus ⁊ partem:cedat victoria fame
Maiorum cineri.iuuat hinc tacuiſſe camillum
Et quem nigra virum uolucris contexerat: ⁊ te
Tertia qui reuehis ſpoliato ex hoſte trophea
Suffigens ad templa iouis marcelle ſilebo.
Ruſticus arpini marius qui uomere collem
Scindere: ⁊ inculto tellurem uertere raſtro
Doctus erat:ſeuum ut tetigit manus aſpera ferrū
Quas ſtrages:notum ut faceret nēpe itala bello
Ruſticitas:quantum externa preſtantior omni
Nobilitate foret.ſed nunc heu cuncta retrorſum
Jre parant pulchrum ueluti ſurgentibus oſtris
Eripiet nox ceca diem:nec cognita nautis
Uiſa nec aſtrigeri ſplendeſcant lumina celi.
O pudor o plus q̄ꝫ pudor:en hoc tempore ſurgit
Jn dominum ſeruus:patroni in colla cruentus
Libertus.vulgare odium poſt uerbera ſemper
Acrior ardeſcit famulus.quis carcere lapſum
Cuſtodem rectis cernentem vidit ocellis.
Taurus ab inuiſo furtim diſtractus aratro
Optat aratorem toruus dum cornibus ornos
Uerberat: ⁊ magnis implet mugitibus auras.
Ante petet libicas ſirtes denſiſſimus atlas
Caucaſeumqꝫ caput fluctus perfundat hiberus.
Ante aquilam blande vincent feritate columbe
Et cornix pluma niueos tranſcendet olores:
Quam dum ſeruiles meditatur ſepe cathenas
Flagraqꝫ dum ſubeunt mētem:virgaſqꝫ tremiſcit
Furcifer:in frontem metuat niſi triſtis herilem
Liuenteſqꝫ humeros laxataqꝫ brachia vinclis
Non moueat:ſeu iuſta trucem reuerentia tangat.
Et nocet interdum felicia tempora poſtq̄ꝫ
Ceſſerunt rebus nimium affluxiſſe ſecundis
Namqꝫ abeat fortuna licet:menſura ſuperſtes
Jnuidia exercet lapſos:fragmentaqꝫ fati
Atterit exhauſti repetens tormenta fauoris

Nos quoqꝫ ſentimus ueteris diſpendia palme
Undiqꝫ conſurgunt populi penamqꝫ repoſcunt.
Et niſi fors obſtet celſoqꝫ ſerenus olimpo
Juppiter aſpiciat peragent cur gentibus eſſe
Ludibrium domitis miſeri properamus ⁊ orbis
Fabula felicem:populum quem libera dudum
Et victrix condebat humus:nos vilia buſta
Barbaricis pedibus iamiam calcanda ſuperbas
Expectant:olim regnorum iniuſta cupido
Urbibus heſperie.ciuilia bella nephaſqꝫ
Quorſum abijt?que nam quaſſis concordia rebꝰ?
Omnia diſparibus rumpuntur federa uotis
Et vite turbata quies:ueſana magiſtros
Sic quondā inuadit rabies.quum feſſa procellis
Uoluitur ifelix abies:dumqꝫ alter in eurum
Nititur in çephyros alter:neglecta tremendos
Incidit in ſcopulos.nobis nunc iſta caribdis
Imminet.hos ſcopulos metuo:diſcordia noſtra
Hoſtibus hoc animi tribuit:tutela periclis
Linquitur in medijs rimiſqꝫ admittimus vndam
Aduerſis ferimur uentis.iam naufraga puppis
Huc illuc preceps agitur.nec dextera tantum
Leuaqꝫ concutitur penetrat:ſed prorſus in aluum
Jam nimium vicina lues:mediumqꝫ moleſta
Corripuit corpus latij fibraſqꝫ per omnes
Ibit peſtifero mox infectura ueneno
Tirrenum ſuperumqꝫ fretum ſolemqꝫ ſerenum
Mox tenebris clauſura nouis.ſublimis ab alpe
Ille minax:animo iam premetitur auaro
Ditia rura procul:qua ſe pulcherrima rerum
Porrigit heſperia armipotēs:circumſpicit urbes
Inſtar regnorum.quarum vix nomina quiſqꝫ
Scire queat caſtella manu tot ſtructa magiſtra
Sidera quot celo:pelagoqꝫ feruntur harene
Marmoris hunc uarij congeſta palatia tangunt
Meniaqꝫ in nubes ſolidis ſubuecta columnis
Obſtupet omnigenum uenis fulgere metallum
Aſpiciens portuſqꝫ maris per utrunqꝫ cauatos
Anfractum:cererem campis ⁊ rupe lieum
Pendentem aerea:grauidis ſub vitibus ulmos
Inflexa ceruice premi.videt ille bonumqꝫ
Cornipedumqꝫ greges pratis errare uolantum
Etheris ⁊ placidi ſpatium:montanaqꝫ tempe:
Atqꝫ lacus ſtagnantis aque:fonteſqꝫ ſalubres
Inualidis nitidos ⁊ opacis uallibus amnes
Dulcia poma legens diuine frondis odorem
Omnibus in locis miratur neſcius:Alma
Sed nihil in patria magis admirabile cernit
Quam ſtudium mores hoium uerbitataqꝫ multo
Corda deo.ignauos egre paſſura tyrannos
Hec facies rerumqꝫ decor dulcedine captum
Impellunt glomerantqꝫ auido ſub pectore flāmā
Incenduntqꝫ ſitim.nihil illum ſacra videndi
Corpora nil patrum tumulos nil ſanguine tincta
Innocuo loca mouit amor:terrena ſupernis
Scepta etenim potiora putanſ extendere fines
Tegmine ſub pacis rapidus lupus incohat:alte
Creſcere ab exiguis radicibus orta cupreſſus
Pernitieſqꝫ ſolet:non hic mihi crede quieſcet:
Longius aſpirat funeſta iniuria que nunc
Inuaſit uere deſerte menia luce
Quid loquor ab demēs: forſan patet vna ſalutis
Hec via:que mores referat iā ſera uetuſtas
Certe animo ſpes vna ſedet:fors impia bella
Ceſſabunt.ſubitum pigeat dum cernere regem

Nam gladios ac pila tenet quis terruit orbem
Itala poſteritas exemplis diues auorum
Non tulit in bellis numeroſum grecia xerxem
Aut darium:thamaris perſarum colla ſecare
Imperioſa ducis nati non funere fracta
Subſtitit:aut ſexu:facinus pergreſſa virile
Nos ubi:quo virtus:ſeu quo mauortius ardor
Quis uetat aut armare manꝰ:aut uoluere cāpis
Quadrupedes:celo quiſ tela:quis equore claſſes
Qui uelut oblitus generis ſolumqꝫ beatum
Et regem ⁊ dominum toto ſe iactat in orbe
Mille illic reges:virtus diadema perenne
Fert equidem:inueniet:diſcetqꝫ haud falſa locutū
Cyneam:forti quāuis male credita pyrrho.
Cautius ut fuerat ſiluis captare fugaces
More patrum ceruos:belloqꝫ laceſſere dammas
Quam pede vulnificos excire ac dente leones
Nam ſi longeuo diſponit retia ſomno
Sopitoſqꝫ parat circundare fallitur ⁊ nos
Peruigiles fecit ſollicitam ue aliquando remouit
Segnitiem vulnuſqꝫ recens:ſenſuſqꝫ doloris
Erratum ſatis eſt.ueniet modo letius euum
Ut cogar lentis tum demum ignoſcere parcis
Uiſuruſqꝫ iterum romanos ire triumphos
Trans rhenum:⁊ latio poſſeſſas milite ripas
Secana quas ſtringit:quas abluit vnda garūne
Expoſcam tremule longiſſima fila ſenecte
Sed metus in terra ſtimulat:qui ſemper amori
Eſt comes:atqꝫ procul rhodani ſemotus ad arua
Palleo longinqꝫ proſpectans fata parentis.
Haud aliter qꝫ ſi caram ſtans littore matrem
Aſpiciam medijs iactatam meſtus in vndis
Spes igitur mixtuſqꝫ pudor:quia triſtia letis
Alternant.mixtis claudatur littera uerbis.
Incertum eſt letar:doleam:ſperam:metuam:ne
Tam uaria excrutiant trepidum preſagia pectus
Jamqꝫ uale:⁊ ſi quid monſtrant tibi fata reſolue
Solamen dubio gratum laturus amico.

¶ Ad Dionyſium de Burgo ſepulchro magiſtrū ſacrarū ſcripturarū:Euocatio in ptem ocij ſolitarij.

I nihil aut gelidi facies nitiſſima fontis
s Aut nemorū ꝯuexa cauis archana latebris
Ac placidis bñ nota feris:driadūqꝫ catuiſ
Et faunis accepta domus:nihil iſta poetis
Opportuna ſacris ſub apicis rupibus antra
Permulcent animum:nec clementiſſimus aer
Allicit:ac montis preruptus in ethera uertex
Liberiore ſitu liquidas extentus ad aures
Collibus aut bromius frondēs aut ſilua mineruc
Gratior aut ueneri.nec utranqꝫ tegentia ripam
Herculeis vmbroſa comis:diſtinctaqꝫ ſubter
Floribus innumeris ⁊ dulce virentibus herbis
Prata trahunt oculos:aut hic qui ſeparat arua
Atqꝫ ſoporifero clauſam qui murmure uallem
Implet in exhauſto deſcendens alueus amne
Et videt hinc illinc nympharum mille choreas
Muſarumqꝫ audit totidem per littora cantus
Nil mouet aut turtur metientem raucus amicam
Dū gemit:has carā i feriaſ quaſi mittat ad vmbrā
Aut fatum philomena ferū:linguamqꝫ reuulſam
Ereptamqꝫ pudicitiam:thereumqꝫ ſuperbum
Dum canit: atqꝫ alte frondoſa pendet ab ulmo
Ingeminās lachrymoſa piam dulcem ue querelā
Et noctes agit inſomnes:refugitqꝫ quietem
Aut qu e ſub lucē uolitans rabiemqꝫ mariti

Et facinus miſeranda ſuum:caſumqꝫ ſororis
Funus ⁊ in meritũ nati:ſimul omnia plangit
Maternum memori pectus maculata cruore:
Et medias operoſa domos:atqꝫ atria ſemper
Circumit accelerans uelut hoſtem cernat hirũdo.
Si nihil iſta mouent:nec te narciſus hianti
Plurimus ore puer:faciem qui fonte decorem
Miratur ſpeculoqꝫ amens incumbit aquoſo.
Nec iuuat actheon per deuia confraga ſilue
Cornibus arrectis fugiens ſocioſqꝫ caneſqꝫ.
Nec que purpureum patris ſecuiſſe capillum
Dicitur aſſurgens tremulo ſub nebula cantu
Ut procul ultorem ſpeculeꝛ ab ethere niſum.
Nec raptã heſperiez memorãs qui littore ab alto
Mergitur aſſidue.mortemqꝫ optare videtur
Nec iouis ethereus ſcopulis ſtans armiger iſtis
Annua uenturis reparanſqꝫ cubilia natis.
Preterea ſi noſter amor:pietaſqꝫ rogando
Non potuere patris rigidumqꝫ flexiſſe parũper
Propoſitum.fixamqꝫ adeo conuellere mentem
Ocia romanis opibus ꝙ noſtra relictis
Aſpiceres:paucis ꝙ limina fida diebus
Ingreſſu dignata boni pedibuſqꝫ magiſtri
Cernere ſoliuagum uelles miſeratus amicum
Tot noſtri periere preces:en ultima tandem
Iniectura manus:hec duro vincula cordi
Afferet:ac ualido cunctantem huc ꝓtrahet vnco.
Populus eſt ingens niueo cõtermina fonti
Que ſimul ⁊ fluuium ⁊ ripas ⁊ prima campi
Iugera ramorum denſa teſtudine opacat.
Hic olim multaqꝫ loci dulcedine captum
Et rerum nouitate oculos animumqꝫ monente
Aggere florigero magnum poſuiſſe robertum
Membra diu laſſata ferunt : curiſqꝫ grauatum
Pectus:⁊ exigui laudaſſe ſilentia ruris
Tum conſors regina thori cui nulla dearum
Seu forme certamen erit:ſeu ſanguinis almi
Auferet emeritum iuſto ſub iudice palmam.
Coniuge quin etiam ſpoliata clementia magno
Tũc aderat:procerumqꝫ chorus:magnũqꝫ viroꝝ
Agmen:⁊ egregijs acies conferta puellis
Dumqꝫ alij per prata uagis leuibuſqꝫ recurſant
Paſſibus ⁊ ludos ineunt manibus ue recentes
Contractare iuuat latices comitumqꝫ per ora
Spargere pars denſos properat inuiſere ſaltus
Et canibus turbare feras:pars piſcibus hamos
Implicat.aut longo diſtendit retia iactu
Pars bibit ⁊ leui propellit tedia bacho
Aſt alijs placidum nunc ſternere feſſa per herbam
Corpora:nunc oculos tenui componere ſomno
Solus agens curas alias ſub mente profunda
Rex erat ⁊ frontem defixaqꝫ lumina terre
Seruabat:ſiue ille rei iam uoluere cauſas
Ceperat ⁊ ſecum tacitus quo ſidere tantus
Surgeret.vnde iteruz ſubſiſteret impetus amnis
Ueſtigabat ⁊ immenſe telluris in aluum
Ingenio monſtrante adituz penetrabat anhelus
Noſcendiqꝫ auidus.ſeu tunc altiſſima uerba
Fortune dabat ille ſue:quid dulcia falſo
Suggeris:⁊ facili blandiris perfida vultu?
Mortalem memini fore me.licet oīs ad vnum
Deferat vnanimi mundus diadema fauore.
Et tibi rara fides maneat:quantũqꝫ metello
Sis nobis blandita diu:tñ omnia mors hec
Auferet:atqꝫ vno franget tua dona ſub ictu
Flumina nulla quidem curſu leuiore fluunt q̃ꝫ
Tempuſ abit vite:ſuperant tamẽ illa per euum
De ſcatebris renouata ſuis:nos vita relinquens
Quo fugit vnde vnq̃ꝫ poſthac reditura fuiſſet
Ni domitor mortis qui quondam tartara victor
Ingreſſus rediit clauſo ſua membra ſepulchro.
Ui repetens:ſecũqꝫ trahens felicia patrum
Agmina:⁊ exhauſtas longis cruciatibꝰ vmbras
Abſtulit ad ſuperos:minuiſſet corde pauorem.
Spemqꝫ reſurgendi poſt funera noſtra dediſſet
Hic ſapiens rex cuncta animo fortaſſe monebat.
Uel memor indigne fraudis ſillam atqꝫ caribdim
Littore qua calabro ſiculas diſterminat oras
Pontus ⁊ horriſona refluens interſecat vnda.
Magnanimus paruo pingebat flumine dignum
Supplicium eolio minitans ac triſte tyranno.
Deniqꝫ quicqd erat nihil id niſi grãde putãdũ eſt
Et ſuper humanuz ingenium:quod tantꝰ agit vir.
Cuius adhuc memores viridi ueſtigia ripa
Ruricole oſtentant:⁊ agreſtum vulgus adorat
Si potes ergo mane:ſi non potes o mihi luce
Carior:atqꝫ ideo multum pater optime fruſtra
Exoptate ueni:non me ſed amena uerendi
Nondum fracta annis ſpectare ſedilia regis
Que digito monſtrabat ouans gens illa nepotuz
Et mundus mihi crede alio celebrabit honore
Poſtq̃ꝫ pulſa retro preſens hec ceſſerit etas.

¶ Ad benedictum duodecimuz ex propria perſona

Xul inops horrenſqꝫ habita deſpectaqꝫ nuꝑ
e Femina ſũme patꝝ tua ſcã ad lumia ſupplex
Procubuit:tũ forte aderã comes ulla viarũ
Nõ erat:heu nihil auſa fides ⁊ triſtis amicos
Abſtulerat fortuna ſuos.iam iuſta precari
Ceperat:⁊ uacuam dederas iam queſtibus aurẽ
Admirans preſaga homini natura:videbar
Matronam mihi noſſe ſacram:nãqꝫ horrida ꝑmo
Congreſſu licet:⁊ canos incompta uagantes.
Alma tamen facies multoqꝫ uenerabilis euo.
Plurima ſeruabat fortis monimenta uetuſte
Nil quoqꝫ plebeium:nil vile:ſonantia uerba.
Argumentum animi:⁊ generoſo ſpiritus ore
Sintillans.que ſumma vie:que cauſa gemendi
Unde ageret ſeſe:nomen:patriamqꝫ genuſqꝫ
Querere:mens fuerat.ꝙ quum ſermone latino
Iunctus erat latius ſenio iam tritus amictus
Ter fuit in foribus.ſed ter reuerentia uocem
Continuit:meſto interea ſub murmure nomen
Roma erat inſonuit:ſtupui quorſum ue ſecundis
Fidendum.exemplo didici:quo clarius uſq̃ꝫ
Nulla dies habuit:nam q̃ꝫuis cuncta rotare
Regna potens uario ſoleat fortuna fauore
Et ſeruos ad ſceptra leuet:ſolioqꝫ tyrannos
Precipitet:nihil illa tamen manifeſtius vnq̃ꝫ
Edidit:ut rerum dominam cognoſcere poſſis
Quam dum tot partas bellis:tantoqꝫ labore
Romuleas euertit opes:caput abſtulit orbi
Grecia uerborum genitrix laudumqꝫ magiſtra
Attollat uentoſa duces:uatumqꝫ fatiget
Ingenia:Eacides ꝑcone ſuperbus homero
Meonio:ex calamo facilem ſibi fecerit haſtam
Amphitrioniadem ſacris ⁊ thure ſalutent
Ad celumqꝫ ferant thebe:lacedemone fratres
Ledeos nitidis populi fauor ingerat aſtris
Impia regna iouem:pulſum fuga ſola parentem
Nobilitat:ſenſu neſtor ſenioqꝫ uerendus

Codrus amans patrie fuerit.gnaruſqꝫ futuri
Tireſias:hauſto famoſus ſanguine diue
Titides:rapto ſit uellere clarus iaſon
Tigribus inuectus rapidis:tirſumqꝫ coruſcans
Liber ad extremos victor peruenerit indos
Atrides ſua fama canat:notoſqꝫ furore
Aiaces:ithacumqꝫ dolis pelagiqꝫ biluſtri
Circũitu:nomẽqꝫ uagis erroribus addat
Cinigerum morſu illuſtrem:clarumqꝫ loquantur
Milciadem marathone ſua:natumqꝫ catheruis
Conſpicuum ⁊ tanto redimentem buſta parenti.
Sint quoqꝫ magnanimi iuuenis laudata ſub arcꝫ
Prandia termophilis:torrẽſqꝫ themiſtoclis aura
E ſalaminiaco ſurgat ſale:blanda ſub armis
Lingua piſiſtratum:commendet vnda periclem:
Tydea prompta manus:doctum expientia belli
Longa philopemenẽ celebret:ducibuſqꝫ ſupmis
Miſceat.eliſeos cenſores clara coronet
Juſtitia:extincti ſerpentis fabula cathmum.
Forma decens alcibiadem:ſiluiſqꝫ diſerte
Theſea tartareis reducem uenerentur athene.
Adde duces frigios:accedant dardanus ⁊ tros
Et priami cantata domus:placeat addere reges
Aſſirios:perſaſqꝫ ſimul:cyprumqꝫ cruore
Undantẽ:fluxamqꝫ pharon placet addere ſiccam
Barbariem:terraſqꝫ ſequi qua pendet ad auſtruꝫ.
Orbis:⁊ ignotas latebris cõuellere gentes
Hannibalem maleſida ſuum fratreſqꝫ patremqꝫ
Inſignem bello atqꝫ alium cognomine martem.
Carthago ter victa iterum tranſmittat in arma?
Quid libie populoſqꝫ loquar:turmaſqꝫ fugaces
Occiduũqꝫ diem:calpem totamqꝫ reuolue
Heſperiam.furtoqꝫ diu:raptoqꝫ probatus
Dux placeat bello:vir de tot milibus vnus
Hinc feror oceano:qua nobilis inſula viuum
Predicat arturũ.⁊ quicquid ſibi fabula mendax
Perſuadet ſiluas:fontes mirandaqꝫ vulgo
Prelia:⁊ inſanos equitum decantat amores
Gallia qua magnum karolum:duodena virorum
Preſidia ⁊ regnum tot opimis dotibus auctum
Oſtentat longaqꝫ iacet iam feſſa quiete
Hinc te germanos populos omnẽqꝫ ſub arcto
Mortis amatorem liceat perquirere:quicquid
Inuenies ubicũqꝫ iacet:macedumqꝫ per ora
Finibus:⁊ iuuenem horrendũ p̃remqꝫ philippuꝫ
Elice cunctorum poſt acta recollige:certe
Romanos citra laudes te iudice multum
Subſiſtent.niſi fallat amor.ſpectanda triumphis
Hec olim in numeris mulier:nunc orba uerendis
Coniugibus gemine exemplũ memorabile mũdo
Fortune:portus miſeris ſcopuluſqꝫ ſuperbis.
Ludibriumqꝫ eadem cunctis modo meſta pegit
Ante pedes ſua uerba tuos memor oĩa ſeruas.
Te tamen illa grauis tũ queſtio forte tenebit
Carcere corporeo ⁊ mortalibus eruta vinclis
Quid videat bene nata cohors ceſſante ſerenum
Nube iubar faciemqꝫ dei:ſeu cernere pure
Corpora dũ fractis ſurgent rediuiua ſepulchris
Hec prius incipient.ſed dum vigil omnia librans
Singula duꝫ relegens per mille uolumina curris
Reſponſi dilata dies accendit amorem
Suſpenditqꝫ hominũ mẽtes:dubiaſqꝫ reliquit.
En modo tempus adeſt.iam queſtio longa qeuit.
Conſilio ſopita tuo.iam roma futuri
Anxia te ſponſum repetit.te cuncta parentem

Italia expectat.ſuccurre precantibus ultro
Sic videas totum chriſtum celebrarier orbe
Te magnum paſcente gregem:ſic ſacra deorum
Et ſimulachra ruant:ſic te duce victa fatiſcat
Falſa ſuperſtitio:⁊ nullas caligine mentes
Occupet:alma fides ⁊ amor tranquillaqꝫ terris
Pax vigeat:toto cedat pirata profundo,
Cedat peſtis aquis cedant coniugia celo
Sit felix ſucceſſus agris:ſint leta per urbes
Ocia:ſic vulgo virtus formoſior auro.
Paupertate magis ſcelus omne ⁊ morte timẽdũ
Uideris iſta ſenex poſtq̃ꝫ: laudandaqꝫ retro
Tempora reſpiciens:tunc ſit tibi lenis ad aſtra
Tranſitus.hic eternus honos.ibi viſio ſummi
Plena boni.cui ſuſpirat plebs illa fidelis
Hieruſalem:peregrina exul noctemqꝫ diemqꝫ.
Que requies laſſis:merceſqꝫ erit ampla laboruꝫ.

¶ Ad Jacobum de columna lomberienſem ep̃m de ſeip̃o ⁊ ſuarum iuuenilium rerum ⁊ ſtatu.

Uid faciã:que vita mihi : rerũqꝫ mearum
q Qui ſtatꝰ eſt:audire petis:nec uera ſilebo
Nec tibi ficta loq̃r.mihi nã loq̃r:abſit ianiſ
Gloria.nil cupio:contenta eſt vita paratis
Hoc primum placitis mecum concordat egeſtas
Aurea federibus:non ſordida:nec grauis hoſpes
Si libet exigui fines mihi ſeruet agelli
Anguſtamqꝫ domum:⁊ dulces fortuna libellos
Cetera ſecum habeat:uel ſi libet omnia nullo
Auferat hinc ſtrepitu:ſua ſunt non rura requiro
Diuitiaſqꝫ patris.pondus graue celſa petenti.
Uinclaqꝫ dura animi ⁊ cunctorũ alimenta maloꝝ.
Cirreas non tangat opes:neu noſtra laceſſat
Ocia ſollicito non ambitioſa paratu.
Nil uſq̃ꝫ inuideo:nullum feruentius odi
Nullum deſpicio niſi me licet hactenus ideꝫ
Deſpicerem cunctos:⁊ me ſuper aſtra leuarem
Sic res humane uoluuntur:plurima quid ſim
Jam documẽta habeo:niſi me mea ſomnia fallũt
Nam mihi quid confert muſaruꝫ in fõte parũper
Leniuiſſe ſitim:ſi me ſitis altera maior
Urit ⁊ eternum ſubter precordia ſeuit.
Quid ue elicone iuuat recubãteꝫ ſepe pfundo
Eminus inſanos vulgi riſiſſe labores
Si labor alter habet:cui merces nulla:quies ue
Quid facies preclara iuuat:ſi turbida mens eſt
Multa quidem meritaſqꝫ ſibi pro munẽ laudes
Pendere:nõ noſtre fateor fiducia lingue eſt.
Sunt que felicem facerent:niſi forte maligna
Roderet infauſtum pectus ſua cura perennis
Jamqꝫ genas ſpectare tuas pietate madentes
Hinc video: longo bene ſi mihi cognitus uſu es.
Sed quia more patris noſtra oĩa noſſe uolebas
Urget amor calamum:nec fas obſtare iubenti
Eloquar:⁊ tu conſilio fortaſſe iuuabis.
Et mihi duce graui mẽtem exonerare querela.
Eſt mihi poſt animi mulier clariſſima tergum
Et virtute ſuis:⁊ ſanguine nota uetuſto
Carminibuſqꝫ ornata meis auditaqꝫ longe
Sed redit in frontem:⁊ uarijs terroribus implet
Inſultans:nec adhuc ſolio ceſſura videtur
Artibus hec ullis:ſed ſimplicitate placendi
Ceperat olim animum ⁊ rare dulcedine forme
Jam duo luſtra grauem feſſa ceruice cathenam
Pertuleram indignans tm̃ in mea colla tot annis
Femineo licuiſſe iugo iam tabe latenti

Confectus iamqꝫ alter eram:iam fomite molli
Ignis ad extremas penetrauerat uſqꝫ medullas:
Optabamqꝫ mori vixqꝫ arida mēbra ferebam.
Libertatis amor miſer i dum pectus amātis
Cepit. ⁊ auerſas cordi ſuffigere curas
Erigor: ⁊ multa iuga vi auellere nitor
Durum opus euentu:dominam pepuliſſe decēni
Hoſpitio: ⁊ fractis hoſtem tentaſſe potentem
Uiribus aggredior tamen: ⁊ deus ipſe labori
Affuit: ⁊ collum ueteri diſſoluere nodo
Prebuit ac tanto victorem euadere bello
Inijcit illa manum profugo : dum ſaucia feruo
Incurſatqꝫ dolens:oculos dum dulce micantes
Inſtruit: ⁊ facibus tectis ⁊ cuſpide blanda.
Heu quotiens cepto dubium procumbere calle
Compulit:ergo iteruꝫ:quid agā qbus artibus illi
Occurram.vincla illa iterum aſperiora parabat
Diffugio:totoqꝫ uagus circumferor orbe.
Adriacas:tuſcaſqꝫ auſus ſulcare procellas
Ereptumqꝫ iugo caput hoc committere cimbe
Non ueritus tremule.quid eni properata noceret
Mors mihi ſupplicijs victo:vitamqꝫ peroſo
Uertor ad occaſus: ⁊ me piraneus ab alto
Uidit in aprico latitantem gramine uertex:
Uidit ⁊ oceanus:qua ſol defeſſus eundo
Abluit heſperio fumantes gurgite currus.
Quaqꝫ meduſeo duratum lumine montem
Proſpiciens longam celſis de rupibus vmbram
Proijcit: ⁊ mauros feſtina nocte recondit.
Hin arthon boreamqꝫ petens: ⁊ diſſona lingue
Murmura:ſolus eo:dubias qua turbida terras
Eſtibus ambiguis pelagi terit vnda britanni.
Quaqꝫ ſolum glatiale iacēs non ſentit amici
Uomeris obſequium:bromiūqꝫ a collibus arcet
Et cererem:ſterili vix hoſpita terra mirice.
Quid mihi reſtabat:niſi ſolis aduſta ſequentem
Serpentum ſubijſſe domos immania rura
Et procul ethiopes medio vidiſſe ſub axe
Nigra per ardentem nudantes terga leonem
Aut ignoratum per tot iam ſecula nili
Queſitum ue caput:quo nam telluris opace
Abdiderit natura ſinu:lenteſcere fluctus
Abſentis cepere animi:dolor:ira:metuſqꝫ.
Humida trangllus mox lumina claudere ſomnꝰ
Rarus ⁊ inſolita riſus ſplendeſcere fronte.
Iam minor occurſu minus imperioſa relicte
Senſibus in noſtris obuerſabatur imago.
Heu heu quid referam:ſed cogis:acerba videbar
Uulnera ⁊ inſani ſtimulos iam tutus amoris
Temnere.fallebat leuiter ſuperaucta circatrix
Et requies inſueta mali:tentoria uelo.
Ac certam ad mortem redeo:ſic fata p̄mebāt
Impia:ſic animum:ſic me meus error agebat.
Uix bene conſtiteram dilecte finibus urbis
Dum ſubijt uacuum curarum ſarcina pectus.
Illa prior rediere trucis contagia morbi.
Quid loquar:vn̄ miſer:lachrymas narrare ſcd̄as
Incipiam?quis credat enim?qua carminis arte
Expediam?quotiens precibus depoſcere morteꝫ
Me dolor impulerit.quotiens grauiora parare.
Quos mihi libertas iterum querenda labores
Attulerit.ſubſiſtam igitur.uerum ultima tandem
Poſtq̄ꝫ ceruici ceciderunt vincula noſtre
Omnis ad arma fuge:ſpes eſt mihi vſa : nec vnq̄ꝫ
Nauta nocturnū ſcopuluꝫ ſic horruit : ut nunc
Illius ⁊ vultus: ⁊ uerba mouentia mentem
Et caput auricomū:niueiqꝫ monilia colli
Atqꝫ agiles humeros oculoſqꝫ in morte placētes
Horreo nunquid ego admittaꝫ quo tertia demū?
Irato facienda deo ſint irrita uota?
Dimidium ut ſacro ſuſpendam limine remum
Seu tunice fragmenta ude.tum cerea noſtri
Corporis effigies tabulis ſubſidat eburnis.
Supplicis in morem accliuis.comitantibus ergo
His animum curis.dum ſingula mēte reuoluo
Hoc procul aſperi ſecreto in littore ſaxum.
Naufragijs tutumqꝫ meis aptumqꝫ putaui:
Huc modo uela dedi:nūc montibus abditꝰ iſtis
Flens mecuꝫ e numero tranſacti temporis annos
Inſequitur tamen illa iterum ⁊ ſua iura retētās
Nunc vigilantis adeſt oculis:nūc fronte minaci
Inſtabilem uano ludit terrore ſoporem.
Sepe etiam mirum dictu ter lumine clauſo
Irrumpit thalamos media ſub nocte repoſcēs
Mancipium ſecura ſuum:mihi mēbra gelari
Et circūfuſus ſubito ꝯcurrere ſanguis.
Omnibus ex uenis tutandam cordis ad arcem.
Nec dubium ſiquis radiantem forte lucernam
Ingerat:horrendus quin pallor in ore iacentis
Emineat multumqꝫ anime noua ſigna pauentis
Expergiſcor agens lachrymarum territus imbrē
Excutiorqꝫ thoro:nec dum titonia ſenſim
Candida lucifero coniunx proſpectat ab axe
Operiens ſuſpecta domos penetralia linquo:
Et montem ſiluaſqꝫ peto:circumqꝫ retroqꝫ
Colluſtrans oculis:ſi que turbare quietum
Uenerat incumbens eadem preuertat euntem.
Inuenient vix uerba fidem : ſic ſaluus ab iſtis
Eruar inſidijs:ut ſepe per auia ſilue
Dum ſolus reor eſſe magis : virgulta tremenda
Ipſa repreſentant faciem:truncuſqꝫ repoſte
Ilicis ⁊ liquido viſa eſt emergere fonte
Obuiaqꝫ effulſit ſub nubibus aut per inane
Aeris:aut duro ſpirans erumpere ſaxo
Credita ſuſpenſum tenuit formidine greſſum
Hos mihi nectit amor laqueos:ſpes nulla ſupꝑſtes
Ni deus omnipotens tanto me turbine feſſum
Eripiat:manibuſqꝫ ſuis:de faucibus hoſtis
Auulſum:hac ſaltem tutum uelit eſſe latebra
Hactenus hec.ſed plura capis:nūc cetera vite
Accipe cunctorum breuiter diſtincta dierum.
Eſt mihi cara leuis.cui condimenta fameſqꝫ,
Et labor ⁊ lōgi preſtant ieiunia ſolis
Uillicus eſt ſeruus:mihi ſuꝫ comes ipſe caniſqꝫ
Fidum animal.reliquos locus hic exterruit oēs.
Unde cupidineis telis armata uoluntas
Exulat.atqꝫ frequens opulentas incolit urbes
Hic mecum exilio reduces ſtatione repoſta
Pierides habitant:rarus ſuperaduenit hoſpes.
Nec niſi rara nocent noti miracula fontis
Uix mora noſtra qdeꝫ licet annua bis ue ſemel ue
Congregat optatos clauſi ſub ualle ſodales.
Sic pietas eſt victa locis.at crebra reuiſit
Littera me:longa ſoluꝫ ſub nocte loquuntur
Ante ignem gelidas me ſolum eſtate per vmbras
Sermo diurnus eis:idem ſum fabula pernox
Nil coram conferre datum. dumeta niueſqꝫ
Exhorrent noſtraſqꝫ dapes.iamqꝫ urbe magiſtra
Mollitiem didicere pati:me dura profeſſum
Deſtituere pij comites:ſeruiqꝫ fideles.

Et ſiquos attraxit amor:ſeu carcere vinctum
Solantur fugiuntqꝫ citi:mirantur agreſtes
Spernere delitias auſum:quā pectore metam
Supremi ſtatuere boni:nec gaudia norunt
Noſtra:uoluptatemqꝫ aliam:comiteſqꝫ latētes
Quos mihi de cunctis ſimul omnia ſecula terris
Tranſmittunt:lingua:ingenio:belloqꝫ:togaqꝫ
Illuſtres:nec difficiles quibus angulus vnus
Edibus in modicis ſatis eſt qui nulla recuſant
Imperia:aſſidueqꝫ adſint: ⁊ tedia nunqꝫ
Ulla ferant:abeant iuſſi.redeantqꝫ uocati.
Nunc hos:nunc illos percūctor:multa viciſſim
Reſpondent ⁊ multa canunt ⁊ multa loquuntur.
Nature ſecreta alij:pars optima vite
Conſilia: ⁊ mortis:pars inclita geſta priorum:
Pars ſua:preteritos renouant ſermonibus actus.
Sunt qui feſtiuis pellant faſtidia uerbis.
Quiqꝫ iocis riſum reuehant.ſunt omnia fere
Qui doceant.optare nihil.cognoſcere ſeſe
Sunt pacis:ſunt militie:ſunt arua colendi
Artifices:ſtrepituſqꝫ fori.pelagiqꝫ viarum
Deiectum aduerſis releuant:tumidumqꝫ ſecūdis
Compeſcunt:rerumqꝫ iubent aduertere finem.
Ueloces meminiſſe dies:vitamqꝫ fugacem
Proqꝫ tot obſequijs precium leue.limen apertuꝫ
Coniunctumqꝫ petunt quibus hoſtis rara p orbē
Hoſpitia: ⁊ ſegnes fortuna relinquit amicos.
Uix uſqꝫ admiſſi trepidant atqꝫ atria ducunt
Quaſlibet interea latebras dum frigida cedant
Nubila.pieria:ſtudiorum eſtate reuerſa
Non lapides calcemqꝫ tegant aulea neceſſe eſt
Serica:ſeu calido fument nidore popine
Non caua multifido famulum tonet aula fragore
Splendida dum crebris celerant conuiuia mēſis
Sobria turba coit propria contenta:ſuaſqꝫ
Que mecum partitur opes:feſſum ue cubilli
Solatur roſeo: ⁊ menſa dignatur egenum
Atqꝫ cibis reficit ſacris ⁊ nectare dulci
Hic ſolum comes eſſe domi:ſed prompta per oēs
Ire ſimul ſaltus ac prata domeſtica nymphis
Et vulgus querulum atqꝫ urbes odiſſe ſonoras.
Sepe dies totos agimus per deuia ſoli.
Inqꝫ manu calamus dextra eſt at carta ſiniſtram
Occupet ⁊ uarie complent precordia cure
Imus: ⁊ ab quotiens ignari in luſtra ferarum
Incidimus:quotiens animum dimouit ab alta
Cura.auis exigua : ⁊ poſt ſe importuna retorſit.
Tum grauis eſt ſiquis medio ſe callis opaci
Offerat:aut ſiquis ſubmiſſa uoce ſalutet
Intentumqꝫ alijs maioraqꝫ multa parantem
Et iuuat ingentis haurire ſilentia ſilue
Murmur ⁊ omne nocet niſi uel dū riuus harene
Lucidus inſultat:uel leuis aura papirum
Uerberat: ⁊ faciles dant carmina pulſa ſuſurros
Sepe mora increpuit : ſerumqꝫ in tecta reuerti
Longior admonuit proprij nos corporis vmbra.
Interdumqꝫ referre pedem nox ipſa coegit:
Monſtrauitqꝫ viam: ⁊ uepres ſignauit acutos
Heſperus aut oriens phebo pereunte diana
Sic ſumus.hec agimus:grauior ſi cura quieſcat
Felices:letoqꝫ nimis ſub ſidere nati
Breue pangericum defuncte matri
Suſcipe funereū genitrix ſanctiſſima cantuꝫ
Atqꝫ auras auerte pias.ſi premia celo
Digna ferens virtus : alios non ſpernit honores.
Quid tibi pollicear:niſi qꝫ uelut alta tonantis
Regna tenes:electa dei tam nomine qꝫ re.
Sic quoqꝫ ꝑpetuū dabit hic tibi nomē honeſtas.
Muſarum celebranda choris.pietaſqꝫ ſuprema.
Maieſtaſqꝫ animi:primiſqꝫ incepta ſub annis
Corpore in eximio nullam intermiſſa per horam
Tempus ad extremum vite notiſſima clare:
Cura pudicitie:facie miranda ſub illa
Iam breuis innocue preſens tibi vita peracta.
Efficit in populo maneas narranda futuro.
Eternum ueneranda bonis:mihi flendaqꝫ ſemp.
Nec quia contigerit quicqꝫ tibi triſte dolemus
Sed qr me:fratremqꝫ:parens dulciſſima feſſos
Pythagore in biuio: ⁊ rerum ſub turbine linquis
Tu tamen inſtabilem felix o tranſfuga mundum
Non ſine me fugies:nec ſtabis ſola ſepulchro.
Egregiam matrem ſequitur fortuna relicte
Speſqꝫ domus: ⁊ cuncta animi ſolatia noſtri
Ipſe ego iam ſaxo videor mihi preſſus eodem
Hec modo pauca:quidem pectus teſtantia meſtū
Dicta uelim:ſed plura alias tempuſqꝫ per omne
Hac tua fida parens reſonabit gloria lingua.
Has longum exequias tribuā tibi poſtqꝫ caduci
Corporis interitū.qđ adhuc urget optima ſꝫ quo
Uiuis adhuc genitrix:cū iam cōpreſſerit urna
Hos etiam cineres.niſi me premat imemor etas
Uincimus pariter:pariter memorabimur ambo
Sin aliter fors dura parat morſqꝫ iuida noſtram
Extinctura uenit fragili cum corpore famaꝫ.
Tu ſaltem:tu ſola precor poſt buſta ſuperſtes
Uiue nec imerite noceant olliuia lethes.
Uerſiculos tibi nunc totidem:quot prebuit
Annos vita damus.gemitꝰ ⁊ cetera digna tuliſti.
Dum ſentit ante oculos feretrum miſerabile nr̄os
Ac licuit gelidis lachrymas infundere mēbris.

¶ Ad Leliuꝫ ſuum de reliquis iuuenilium curaruꝫ.

c Ontigit extinctū qui ſuſcitat ortulus ignē
Dulcia ꝓterite renouans ſuſpiria vite.
Siue tibi uerni q pingūt gramina flores
Siue per eſtatem mediā dū ſumma tenet ſol
Umbra frequens.ſiue autūno tibi dulcia poma.
Siue tibi aprici placeant ſub frigore ſoles.
Siue magis uolucrum dulces per opaca querele
Pictaqꝫ terga iuuāt.illic regina canentum
Plebeium philomena canit.ſic parua uolucris
Gutture mellifluo ſupra quam ſepe per vmbram
Dum ſequor aerea latitantem fronde notaui
Neſcio:tu lecta fortaſſis imagine reddes
Nigra caput:ſed glauca latꝰ.ſub palmite gaudēs
Ludere pampineo:non maior corporis uſqꝫ
Spiritus exigui: ⁊ mulcere potentior aures
Hec mihi dum tepidam:aſſidue ſub corde fauillā
Singula concutiunt:incendia nota paueſco
Deſieram iam tempus erat:tamen omnia rurſum
Contrahit arma dolens:aurataqꝫ tela cupido.
Uidi ego letiferos tendentem molliter arcus
Innixumqꝫ genu modo cornua curua prementem
Et modo vulnificos agitantem police neruos
Quo fugiā?quid agā?ſi nec maria alta nec alpes
Nec longe ualuere more.iam leuior etas.
Incipit ⁊ pacem pharetratum poſcimus hoſtem
Abnegat.ingeminans bellum:mirumqꝫ relatu
Omnibus ecce locis:atqꝫ omnibꝰ improbꝰ horis
Hoſtis adeſt uolucer:nec me trepidare negabo.
Ne uetus illa noua reſcindat harundine vulnus

Tam ſibi multa fauent partes uel ſola locorum
Ipſa facit facies. animuȝ ſic cantibus obſtat
Aura loquax: gratoqȝ coloꝛ ſic blandus odori
Frondibus ⁊ floꝛum ſpecies: ⁊ floribus herbe
Lilia narciſſo: violiſqȝ roſaria certant
Quid loquar: aut viride ripaꝝ in gramine molles
Accubitus: teneroſqȝ leues in gramine ſomnoſ.
Quid ſtrepitum fugientis aque. flexuſqȝ ſonoroſ.
Carmina quid dulceſqȝ modos q̈s nocte ſerena
Quos oriente die: uel quos moriente decora
Concinit angelico trans riuuȝ murmure nympha
Ethereos motura deos. iaculumqȝ tonanti
Excuſſura ioui: rigidumqȝ adamanta modeſtis
Effractura oculis leſi quibus ampla poteſtas
Coꝛdis ineſt: taciteqȝ faces: ⁊ conſcius ardoꝛ:
Unde iacit flammas ⁊ tinctas igne ſagittas
Ille puer noſtroqȝ alacer circumuolat oꝛto
Hec memini ⁊ meminiſſe iuuat ſcit cetera nutrix.

¶ Ad ignotum quēdā ⁊ ſine nomine deplorantē artis poetice ruinam.

Uiſqs es idignā uatū cui flere ruinam
q Exiliūqȝ uacat ꝓfugas qui carmine ſiſtis
Pierideſ: equaſqȝ graueȝ ſermone doloꝛē
Gratus es haud dubie: meſſem naȝ diues opimā
Cirrea de ualle refers. ſterilemqȝ dolendi
Cernere cauſa tibi eſt: ſacrūqȝ areſcere fontem
Qui puerum dulci ſitientem pꝛoluit hauſtu
At me quid meſtis iuuat exagitare querelis
Auxilij ſpes nulla mei: vis ſiqua fuiſſet
Ingenij cecidat vulgo calcata furenti
Si petis hunc gemitus comitē: foꝛtuna qꝺ optas
Obtulit: afflictis ſi me ſuccurrere muſis.
Abſtulit arma doloꝛ: murmurqȝ reliquit inane
Iamqȝ ignote uale res pꝛoꝛſus mira relatu
Diligo neſcio quem: ſed honeſta ſilentia ſignant
Quantus is eſt almum qui dat ſine noīe carmen.

¶ Ad Ioannem de columna cardinalem eccleſie romane deſcriptio pꝛocelloſe noctis.

Eu qd agā dom⁹ āpla iouis ꝯcuſſa tremiſcit
h Cardine mota ſuo ruit alti ianua celi
Terribili clamore ſonās ſub nube ꝓpinqua
Fulmina: fulminibus concurrere dura triſulcis
Uiſa leuē media fregerunt nocte quietem.
Ignibus alternis polus exarſit uterqȝ
Nubila rupta tonant: luxqȝ impia territat oꝛbem
Examinatqȝ hominum mētes: ⁊ coꝛda ferarum.
Iuppiter auſtrali vibꝛat metuendus ab arce
Spicula dira manu: flāmas uomit ore minaſqȝ
Omnia nimboſo fugientia ſidera uelo
Obduxere oculos: ne publica fata viderent.
Confuſum chaos ante diem referentia mundo
Iam uenus ante alias toto pulcherrima cetu
Effugit: indignans contraria tanta benignis
Moribus ire ſatis: ſtimulus nō actus amoris
Ut ſolet inſequitur pꝛofugam moꝛs triſtis amicaȝ
Arma ſuis grauiora timens. talaria nunq̄ȝ
Ocius implicuit cillenius aurea plantis
Imperio chari totiens repetenda parentis
Athlantis domus omnis abeſt: nec cernit̄ uſq̄ȝ
Turba puellarum: quarum latet ultima ſemper.
Nunc omnes fugere ſimul: perit obꝛutus umbꝛa
Lacteus innumeris redimitus circulus aſtris
Pꝛeſcius at cladis. lugenſqȝ ſub equora titan
Ante abijt: q̄ȝ ſeua diem coꝛrumperet almum
Tempeſtas: iuuenem linquens poſt terga ſororeȝ
Pꝛecipiti tamen illa gradu conterrita ceſſit
Nec lōgas ſine fratre moras dedit innuba nocti.
Gnoſia deſerte pꝛoꝛſus laniata puelle
Serta iacent: gemināqȝ ingens diſtent⁹ ad archō
Condit in oceano ſquamoſa uolumina ſerpenſ.
Occidit arthophilax. inuitus plauſtra reliquit
Et fugit in latebꝛis poſt ſidera cuncta bootes
Solus ab imbꝛifera pallens regione per vmbꝛas
Deſpicit obliquo ſaturnus lumine terras:
Nempe grauis ſenio madido diſiectus amictu:
Canaqȝ ceruleo ſubſtringens tempora nimbo
Tardus ad omne bonum: diros feſtinat ad actus
Et ſtupoꝛ vnus habet quibus is circūdatus alis
Heſterno cum foꝛte die longinqua teneret
Immenſos celi tractus enauerit vnde
Tam ſubito damnoſus ei ſit aquarius hoſpes:
Ipſe reluctanti ſimilis: nec cedere uento
Certus adhuc cuiq̄ȝ nec vim petis incitus aer
Tantam ferre tremit: quoniam rex ille ſicano
Laxat in arma ferox reſerato carcere fratres
Incutit ⁊ calcar rabidis: ⁊ frena remittit.
Nunc iubet ut terras quatiant: celumqȝ ruins
Inuoluant: plumaſqȝ ferant ut floribus arua
Depopulēt: agitantqȝ uagos ad littora piſces
Et ſcopulis miſeros pꝛoperent impingere nautas
His etiam adiungens ut in ethere pꝛotinus alto
Confligant inter ſeſe: fraternaqȝ bella
Adijciant uario laſſatis turbine rebus
Irritatqȝ animos monitis: atqȝ aſpirat iras:
Uectes deinde manu lacerat: limenqȝ ſonorum
Pandit: ⁊ igeminat ſtimulos: mora nulla furētes
Inde cateruatiȝ pꝛorumpūt: iuſſaqȝ complent.
Hos hoꝛret natura parens ⁊ triſtis habenas
Deſerit. archanos repetens lachꝛymoſa receſſus
Terra pauet: ſpectatqȝ graues peritura tumultus
De ioue queſta ſuo: iamiam ceſſata pꝛocellis
Nutat ⁊ aereos humero deponere montes
Cogitat ac medio victum caput abdere centro.
Dum loquoꝛ in modicis per inania fluctib⁹ imbꝛes
Pꝛecipitant: nunc tecta ſonant: ⁊ grandine crebꝛa
Circum pampinee bꝛomio cecidere corone
Siluarum cadit omne decus: toꝛrentibus atris
Antra gemunt ſaxiſqȝ immixta regurgitat vnda:
Fluminis inſolita turpans caligine vultus
Uirgineus nymphis abijt decoꝛ ille repente
Quem laudare ſoles miratoꝛ maxime pulchꝛī
Diluuium redit antiquum: ſtupefactus aratoꝛ
Quem mō ſulcabat pedibus contingere campum
Non ualet: ac pelago trepidantia bꝛachia iactat
Iamqȝ boues ⁊ aratra videt culmenqȝ reuulſum
Speſqȝ ſuas omnes parili ſub ſoꝛte natantes
Et queritur falſum ueteres ceciniſſe pꝛophetas
Aduentare diem que flāmis ꝑderet oꝛbem
Supꝛemam impoſitura manū: luſūqȝ putat ſe
Flent paſſim attonite matres: ⁊ ad ubera paruos
Stringunt: infelix oritur per menia luctus
Pauperis hic vulgi ſtrepitus ſua dāna gemētis
Auditur: picta tremulum canit inde ſacerdos
Multa nouēs tunica: ceu nubibus imperet illa
Eraqȝ nodoſo certatim rauca fatigat
Fune trabēs: nec plura metu: nanqȝ iſima feſſe
Fundamenta domus tremuerunt. atqȝ ſuperne
Irrūpunt memores q̄rulo quū murmure nymphe
Ulciſciqȝ parent quam nuper fecimus illis
Offenſam ⁊ noſtro iam nos pepulere cubili

Jam digitis calamũ tremor excutit atqꝫ tabellas
Aut ego fallor enim ⁊ falſa formidine turbor:
Aut modo nãqꝫ oculis inimici fulguris ignes
Dant adituꝫ:nemora inuertens atqꝫ obuia queqꝫ
Parua reuulſurum lapidoſum menia flumen
Uertice contigui montis deſcendit ab omni
Interea fragilis nunc nunc in culmina tecti
Aut totum ſimul:aut cedit pars maxima celi
E trabibus iaꝫ nulla fides:manifeſtaqꝫ mortis
Undiqꝫ terrificant.propriaqꝫ ſigna pateſcunt
Ipſa quoqꝫ in tanto mens conſternata periclo
Exigit ut ſileam:ſed tu modo ſi qua ſalutis
Eſt via pande tuo:dubijſqꝫ in tempore fatis
Preſidiuꝫ mihi ſemper ades.ſi carmine forſan
Flectitur ira iouis:ſcriptum mihi dirige carmen
Si ualet eoo lectos habuiſſe lapillos
Littore ⁊ hos adhibe digito miſeratus inermi.
Sin magis herba iuuat notas pia ꝑgat ad herbaꝫ
Dextra precor gelido quacunqꝫ occurro pauori
Et fer opem miſero:qua ſim ſecurior olim
Si non iſta mihi mũdoqꝫ nouiſſima nox eſt
Quod ſi conſilij noua nunc ſententia non ſtat
Antiqua experti cur non redeamus ad arma.
Tu mihi faſciculum iubeas pater optime ferri
Frondas apolinee:nãqꝫ iſtos pulchra per agros
Tam lõginquus amãs hũc nõ terit ethera curru.
Laurea nulla viret cuius iacuiſſe ſub vmbra
Dulce ſit:aut gremio caras abſcõdere frondes
Aut ramum tenuiſſe manu:dum fulminat ingens
Juppiter: ⁊ celo clipeum monſtraſſe furenti.

¶ Ad ignotum quendam amici moras increpanteꝫ.

Unc tibi quẽ toto repetis pro munẽ coruũ
b Pulſa remittet hiẽs:cupidis accingiꝰ alis
Uere nouo moturus eas ſubitqꝫ uolatu
Dulcia deſerti reuidebit pignora nidi.
Nix alpes licet alta premat.licet ethera nimbi
Tunc teneant ſuperabit amor:tu parce querelis
Et meſtam ſolare domum.ſpes iſta pudice
Coniugis extenuet lachrymas:minuatqꝫ dolorẽ.

¶ Maſtino ſcaligero de rumoribus ⁊ tranſalpinis.

I libet occidui rumores noſcere mundi
s Accipe ꝙ̃ breuibꝰ:qui nũc ſũt:cetera nãqꝫ
Fatoꝝ ſub nube latent.cum uenerit hora
Collatura duces:tantoſqꝫ in bella paratus:
Quem fortuna premat cui ſtet victoria parti:
Cuncta libens calamo ꝑſtringã:nũc cepta ſeq̃mur
Conuocat innumeras germania dura catheruas
Diues in exhauſtũ:reſeratqꝫ britannia cenſum.
Aſperat indomitam bello barbantia gentem
Flandria perpetuo ſequitur ſubiecta duello
Et que prima petit cepti libamina belli
Proxima puluereo ſtrepit omnis aonia campo
Gallia multifido quatitur percuſſa tumultu
Regnaqꝫ ſanguineo trepidant contermina marti
Et coeunt omni contracto robore gentes.
Fluctuat ut uario vibratus turbine pontus
Quẽ gelidus boreas hic atqꝫ illic hũidus auſter
Uerberat inſultans:hinc claſſibus horrifer eurus
Jam ſcopuli iam ſaxa fremunt.naualia naute
Tuta petunt:glomerantqꝫ fugã delphinos ab alto
Nec dum ſumma mali eſt: ſed iam reſonãtia late
Littora ſurgentes feriunt longinqua procelle.
Haud aliter placidũ turbantibus ethera uentis
Nunc furit occaſus.longe plebs dedita paci
Et facie reruꝫ inſolita; ⁊ terrore laborat.
Conſurgunt urbes:iuuenes uocat ira ſeneſqꝫ.
Cuncta procul rapido feruescunt littora motu.
Ne ue morer nimium:conſpirat in arma fugacem
Quicunqꝫ oceanum latiaſqꝫ interiacet alpes.
Finis erit quem fata dabunt: ſed magna parãtur
Hec utinam noſtre ueniant momẽta ſalutis
Italia infelix domus irrequieta laborum
Sicut pacifico ſemper pugnauit in orbe
Sic modo fortuna mundum iactante quieſcat.

¶ Ad Robertum regẽ ſiculum de obitu dionyſij.

Lere libet:ſꝫ flere uetor:lachrymaſqꝫ parãtẽ
f Hic pudor:hinc pietas ſbeũt:hic ira doloꝛqꝫ
Hincqꝫ catheruatim ueniũt exẽpla dolorũ
Talia multa animo:quoniam non gloria:nõ vis
Nec potis eſt virtus uenienti obſiſtere morti
Hec mihi nota prius:modo ſed notiſſima tandem
Judicio patuere nouo:mors improba quantuꝫ eſt
Auſa italis rapuiſſe virum:ſibi fortior illum
Fama ſed eternum rapuit longumqꝫ per euum
Uiuere iuſſit eum: ⁊ totum uolitare per orbeꝫ.
Ille olim felix modo feliciſſimus idem
Carcere membrorum fugiens tenebroſa reliquit
Clauſtra libens:nulla ſiquidem dulcedine vite
Tangitur inſtabiles:quiſquis bñ cõputat annos.
Quod ſi quem feciſſe rear:fuit ille profunda
Mente ſacer.curſus nature conſcius omnis
Et procul humanos ſolitus prenoſcere caſus
Quo minus ergo rei mentem applicuiſſe fugaci
Crediꝰ hoc facile magis aſcẽdiſſe uolatu
Ad ſuperos celiqꝫ domos: ⁊ regna piorum
Crediderim.nihil ergo viro:nihil impia tanto
Mors nocuit.mihi ſeua dolos mihi flebile dãnũ
Intulit:ac mundo ueri tulit inuida fontem
Qui ſibi tot nitidos potuiſſet ſpargere riuos.
Abſtulit: ⁊ muſis fulgur radiantis alũni.
Qualem poſteritas:alium vix longa videbit
Nobilis hunc igitur fato ſpoliata decore
Auſonia:hunc burgus ſancti gemit ipſe ſepulchri
Ciue diu tali peregrinus notus in oris
Tu quoqꝫ ſi fas eſt tam cleri principis ora
Sꝫ maduiſſe oclos: lachrymas dabis iclita regũ
Progenies roberte pias:quem iure coronant
Europeqꝫ aſieqꝫ ſimul duo maxima regna.
Solamen vite quoniam rex optime perdis
Non mediocre tue.quis tecum conſulet aſtra
Fatorũ ſecreta mouens:aut ante notabit
Succeſſus belli dubios:mundiqꝫ tumultus
Fortunaſqꝫ ducum uarias:quis lenibus aures
Mulſerit eloquijs:aut te mulcente quis uſqꝫ
Sufficiens aderit teſtis: quum gaudia uerbis
Expones archana poli triplicemqꝫ ſub vna
Maieſtate deum:quam partum virginis alme
Quũ domitam mortem:reſerataqꝫ tartara iuſſu.
Et que multa ſoles vni tibi cognita regum.
At mihi precipue ⁊ muſis:quia flere neceſſe eſt.
Flete ſimul mecum viduato elicone ſorores.
Flete ſacri nemoris lauri:fle grandis apollo
Altiſſono precone carens:nunc collis,uterqꝫ
Parnaſi ⁊ rauco ſtrepat arens murmure uallis
Caſtalijqꝫ gemant latices.deſertaqꝫ cyrra
Hoſpite tam magno.reſonant ululatibus antra
Pyeridum:que dum vixit mulcere ſolebat
Dulcibus ille modis.quis nunc poſt fata ſupſtes
Stabit honoꝫ meritoqꝫ:que premia grata ſepulto
Quid tibi pro tanto reddemus munere digni

Nempe ego nil habeo:uos carmen reddite uati
Pyerides titulumqꝫ bꝛeuem conſcribite ſaxo
Qui fuit heſperie decus ⁊ noua gloria gentis
Cultoꝛ amicitie fidus:chariſqꝫ benignus
Conuictu placidus:vultuqꝫ animoqꝫ ſerenus
Religione pius:factis habituqꝫ modeſtus
Altus ⁊ ingenio facundoqꝫ ſplendidus ore
Flos uatum:celi ſcrutatoꝛ cognitus aſtris
Rarus apud ueteres:noſtro rariſſimus euo
Unicus ex mille iacet hic dionyſius ille.

¶ Ad ſeipſum de fluctibus ac periculis vite ſue.

Eu mihi qd patioꝛ:q̄ me violēta retoꝛquēt
b Fata retro:video pereuntis tpa mundi
Pꝛecipiti tranſire fuga mouentia circum
Agmina conſpicio:iuuenumqꝫ ſenūqꝫ:nec uſq̄ꝫ
Tuta patet ſtatio:non toto poꝛtus in oꝛbe
Panditur:optate non ſpes patet ulla ſalutis.
Funera crebꝛa quidem quocunqꝫ pauentia flecto
Lumina:conturbant aciem:perplexa feretris
Templa gemūt:paſſimqꝫ ſit ſine honore cadauer
Nobile:plebeiumqꝫ iacet:ſubit ultima vite
Hora animum caſuſqꝫ mei meminiſſe coactus
Heu charos abijſſe greges:⁊ amica retracto
Colloquia ⁊ dulces ſubito uaneſcere vultus
Telluremqꝫ ſacram aſſiduis nō deeſſe ſepulchꝛis
Hoc gemit italie populus tot moꝛtibus impar
Hoc exhauſta viris defectaqꝫ gallia plorat
Hoc alie quocūqꝫ iacent ſub ſydere gentes
Siue eſt ira dei.quod crimina noſtra mereri
Certe ego crediderim:ſeu ſola iniuria celi,
Natura uariante vices:hic peſtifer annus
Humano generi incubuit:flendumqꝫ minatur
Excidium moꝛtiqꝫ fauet dēſiſſimus aer
Seuus ab infecto pꝛoſpectat iuppiter axe.
Inde pluit moꝛbos ⁊ triſtia funera terris
Staminaqꝫ immites pꝛoperant abrūpere parce.
Omnia ſi poſſent pariter:uereoꝛqꝫ ſuperne
Quod cupiunt ne poſſe datum:tot palida vulgi
Ora videns miſeri:tot tartara nigra petentes.
Hec meditans fateoꝛ trepido:moꝛtiſqꝫ ꝓpinque
Auguroꝛ inſidias:ubi nam caput abdere poſſim
Nec mare nec tellus nec opacis ſaxa cauernis
Oſtendunt pꝛofugo:quoniam moꝛs oia vincit
Inqꝫ parum tutas uenit impetuoſa latebꝛas.
Sic uelut in dubijs depħenſus nauta pꝛocellis
Quum ferus ante oculos ſocias abſoꝛbuit alnos
Neptunus:fragilem qui utero crepuiſſe carinam
Sentit ⁊ illiſos ſcopulis confligere remos.
At pꝛocul hoꝛribiles clauum videt ire per vndas
Hereo conſilij incertus:certuſqꝫ pericli.
Nec ſecus annoſas ubi ſeua incendia furtim
Coꝛrupuere trabes tabulataqꝫ pinguia lambit
Flāma uorax:ſurgit ſubito exanimata tumultu
Turba domus:pater ante alios ad culmina tecti
Euolat aſpiciēs circum:natumqꝫ trementem
Complexus:pꝛimum ancipiti ſubducere peſti
Cogitat.obiectoſqꝫ oneratus abire per ignes.
Sepe ego permetuēs:aīamqꝫ amplexus inhertē
Cogito ſi qua via eſt medios auferre per eſtus
Coꝛporeaſqꝫ vnda lachꝛymaruꝫ extinguē flāmas
Sed retinet mūdus:trahit imperioſa uoluptas
Funeſtiſqꝫ ligat nodis violentioꝛ uſus.
Ecce ubi ſum:gelida ſic me foꝛmidine denſe
Texerunt tenebꝛe:nam qui meminiſſe putat ſe
Moꝛtis ⁊ impauido ſpectaſſe nouiſſima vultu
Fallitur:aut furit:aut multū ſibi cōſcius audet.
Sepius ambiguā grauis indignatio mentem
Digna ſubit:iuſtuſqꝫ doloꝛ:mecū intus ⁊ extra
Colluctans:clara vincoꝛ ratione:ſed illam
Impetus exuperat:ceptoqꝫ reſiſtit honeſto
Sic teneoꝛ:multumqꝫ fleo:meqꝫ ipſe frequenter
Percontoꝛ quid uane paras:quo pergere tendis:
Ah miſer:aut quo nam tantis anfractibus ire
Poſſe putas:moriere quidem:ſemper ue quietis
Spe laboꝛ iſte iuuat:ſterili quid ſemina arene
Committis:quid littus aras:ſpes blanda ſequētē
Ludit.⁊ in girum uoluit.iam tempora retro
Candidiora vides:iam ſenſim tempora cani
Inuadunt.quid lentus agis:puer inſcie ſemper
Craſtina pertractans animo pꝛeſentia perdes
Semper ab incerta pendebis ſoꝛte futuri
Teqꝫ tuumqꝫ bonum fugiens aliena ſequeris
Siſte age:ſiſte fugam cur non inniteris iſti
Quā dat aſperiſſe diem:nā poſtera foꝛſan
Non tibi clara uenit:facili nigreſcere caſu
Si noſcis moꝛs cuncta facit:ſolet illa uenire
Impꝛouiſa equidem cur non modo ſi qua tibi ſtat
Cura tui:quodcunqꝫ animus per ſecula differt
Aggrederis longos foꝛtaſſis cautus in annos
Conſilia extendis:poſt buſtum magna paramus
O ceci;potes etatis rapidiſſima noſtre
Curricula expertus.ſpes hic intexere longas
Ventureqꝫ aliquid pꝛoꝛſus confidere luci
Vultur ⁊ obſceni laniabunt viſcera uermes
Nūc potius:nunc tempus erat dū mēbꝛa mouere
Dūqꝫ animum frenare potes:quādo optima rerū
Libertas:⁊ vita manet ceſſura repente
Nonne vides uolucri labentia ſecula curſu
Impellunt momēta leuem ſucceſſibus horam.
Illa diem noctemqꝫ fugat:fugientibus illis
Luna per errato tenuata reuertitur oꝛbe.
Illa rapit ſoles ⁊ magnos conficit annos
Hi ſenium moꝛtemqꝫ ferunt:ſic omnia miſcens
Tempus ⁊ inſtabili tranſcurrit vita meatu
Nec reditura ruit:non pꝛopellentibus vndis
Otius ex alto cliuoſi gurgitis amnes
In mare pꝛecipitant:neruoqꝫ tremente ſagitta
Pulſa per oppoſitas penetrāt uelocioꝛ auras
Si meminiſſe uelis poſtq̄ꝫ genitricis ab aluo
Nudus inops:querulus:miſer ⁊ miſerabilis infās
Emergens tremulo uagitus ore dediſti
Et laboꝛ ⁊ lachꝛyme ⁊ gemitꝰ ⁊ triſtia cure
Pectora toꝛquentes:habitarunt coꝛde ſub iſto
Nulla fuit tibi leta dies qua poſſet anhelus
Spiritus innumeris finem poſuiſſe querelis
Reſpirare cupis ſed ſoꝛs aduerſa repugnat
Quam uereoꝛ ne tota tibi ſit agenda dieta
Ante ſalutari accubitu q̄ꝫ poſſe parūper
Defeſſum recreare latus contingat eunti
Pꝛetereijtqꝫ tue tibi iam pars magna diei
Iamqꝫ ruit eterne pꝛenuncia ueſpera moꝛtis.
Tu longum ſenioꝛ curas extendis in euum.
Tu doꝛmis moriture grauis ſub molle ſoporis
Securuſqꝫ iaces:pꝛoperantem reſpice ſolem
Littus ad occiduum:⁊ male perdita tēpora defle
Dum licet:ac patriam uerſus ueſtigia uolue
Lumen adhuc celo bꝛeue dum tibi fulget olimpo
Vixiſti in pelago nimis irrequietus iniquo
In poꝛtu morere ⁊ languentia compꝛime uela
Collige diſiectos iam tempeſtate rudentes

Talia dū mecum perago:ſepe ira laboꝛqꝫ
Exclamare iubent: Quis me de faucibus hoſtis
Eripiat? Quis me moꝛtali carcere raptum
Reſtituat celo? Quis rectum monſtret ad aſtra
Inter tot laqueos:tam multa per inuia callem?
Heu mihi q̄ꝫ lōge patriam videoꝛ ne videre
An video pacis:ceu monte remotus ab alto
Omnia ſed circuꝫ ſtant uepꝛibus obſita duris.
Pꝛedones rapidi infeſtant:qui ſigna ſuperni
De ſe ruere ducis:quondam:fruſtraqꝫ recoꝛdoꝛ
Heu quotiens tentaſſe viam:ſemperqꝫ repulſus
Hereo ſuſpirans quo non licet ire.quis ergo
Succurret miſero:tuto quis tramite ducet
Felices ubi ſunt anime populuſqꝫ beatus
Et ſi carne pꝛemoꝛ mea me ſi crimina tardant
Quis dabit ut pennas poſita grauitate columbe
Induar alta petens ⁊ poſt tot dura quieſcam.
Nūc ſtatus hic rerum mihi:ſed quem pꝛeſcia finē
Fata parant nondum video:ſpes longa tremoꝛqꝫ
Hactenus aſſidue noſtro de pectore certant.
At bꝛeue tempus erit quando exitus ipſe docebit
Quis fuerim uere q̄ꝫ fauſto ſubditus aſtro.
Quam celer aut tardus monſtrato calle viatoꝛ
Qualis ad extremuꝫ moribundi tempis hoſpeſ.

Eplarū liber pmꝰ Explicit. Incipit ſcōs de laurea ſua ad Joannē barrilē militeꝫ neapolitanum.

q Uid mea fata mihi toto ſpecioſius euo
Dulciꝰ aut aio poterāt melius ue tuliſſe
Quā ſi foꝛte tuis capiti noua laurea nr̄o
Pꝛeſſa foret manibus fateoꝛ tunc alma ſororum
Ex elicone ſacram ueniens huc turba ſororum
Duxiſſet.citharam melius ſonuiſſet apollo
Serta gerens adamata ſibi peneia pꝛimum
Poſt longum dilecta mihi:ſpectaſſet ab aſtris
Letus honoratam placato numine frondem
Juppiter:⁊ rapidi poſuiſſet fulminis iras
Deniqꝫ nulla dies fulſiſſet lumine tanto
His oculis cunctos nec fulſerat ulla per annos
Obſtitit heu uotis ſemper mihi dura paratum
Imminuēs foꝛtuna decus:tantoqꝫ fauori
Inuidit:ubi me pꝛopter tam multa viarum
Aſpera:tot laquei ſoli mihi nempe tetendit
Inſidias.deſiſte queri:mea tota querela eſt:
Agnoſco expertus fraudem:moreſqꝫ malignos.
Moꝛtales quibus illa ferox intercipit actus
Omnia permiſcēs.pꝛoh ſacra licentia monſtri
Quin aliam mihi tunc eadem foꝛtuna parabat
Me quicq̄ꝫ pꝛeuenta dolum:ne nobilis urſus
Scilicet ipſe meo pꝛeſens foret auctoꝛ honori
Uix tridui ſpatium reſtabat ut omne ſenatuſ
Tempore ius hauſto flueret:bꝛeuioꝛqꝫ poteſtas
Que quōdam ſine fine fuit:deus ipſe nocenti
Occurrens direxit iter:vix fine ſub ipſo
Temporis in menſe peruentum ad limina rome
Obuius intranti fueras comitemqꝫ ducemqꝫ
Pollicitus:uetuit quoniam ſoꝛs:eſſe nequiſti
Toꝛqueoꝛ:⁊ cunctas qui luſtrat nuncius oras
Mittitur:ille autem cāpanis feſſus in aruis
Se ꝙ nec inuento rediens:ſpem ſuſtulit omnem
Ultima iamqꝫ dies aderat:nec poſtera tempus
Lux dabat.urgebat conſumpti terminus anni
Me quoqꝫ magnanimꝰ comes accelerare mōebat
Jam grauidus curis peperit quas foꝛtibus actis
Poſt modo:noſti hoieꝫ:expedioꝛ ſubitūqꝫ uocāti
Romulei pꝛoceres coeunt:capitolia leto
Murmure complentur:muros tectūqꝫ uetuſtum
Congaudere putes:cecinerunt claſſica:vulgus
Agmina certatim glomerat cupidumqꝫ videndi
Obſtupuit:ipſe etiam lachꝛymas ni falloꝛ amicis
Compꝛeſſis pietate animis in pectora vidi
Aſcendo:ſiluere tube:murmurqꝫ reſedit
Una quidem noſtri uox pꝛimum oblata maronis
Pꝛincipium dedit oranti:nec multa pꝛofatus
Nam neqꝫ mos uatum patitur:nec iura ſacrarum
Pyeridum violaſſe leue eſt.de uertice cirre
Auulſas paulum medijs habitare coegi
Urbibus ac populis:poſt facundiſſimus urſus
Subſequitur fando:tādē hic mihi delphica ſerta
Impoſuit:populo circūplaudente quiritum
Hinc ſtephanus:quo fata virum iam tpe noſtro
Maiorē non roma tulit:me laudibus amplis
Accumulat:ruboꝛ ora mihi mentemqꝫ p̄mebat
Indignuꝫ tales onerabant pectus honores:
Mulcebantqꝫ ſimul:ſiculo nempe omnia regi.
Nil mihi nam quis ego:uerūtamen illius alto
Judicio dignatus eram:tum regia feſto
Ueſtis honeſta die me circūfuſa tegebat
Et dominum referens:⁊ tanti teſtis amoris
Quam lateri exemptā ꝓpꝛio regum ille ſup̄mus
Rex dederat geſtare ſuo ſoluſqꝫ loquentis
Iſte animo ingenium labijs mulcentia uerba
Sufficiebat honos:coram mihi nāqꝫ videbar
Eloquij ſpectare ducem:regemqꝫ ſerenuꝫ
Uellere qui pꝛimum ſe continuiſſet in illo
Impetꝰ hinc:ſpeſqꝫ alta nimis fiduciaqꝫ ingēs.
Seu pꝛeſens is ferret opem.deſcendimus vna
Omnibus explicitis:atqꝫ hinc ad limina petri
Pergimus ⁊ ſacras mea laurea pendet ad aras
Pꝛimitijs gaudente deo:ſua lumina teſtoꝛ
Hec inter tot leta:oculis tu ſolus amice
Tu deeras:uotis quotiens pꝛecibuſqꝫ petitus:
Mente tamē memoriqꝫ animo:tua dulcis imago
Certe aderat:ſemperqꝫ aderit:nec tempore ſedes
Deſeret acceptas.ſic illam pectore in alto
Una quidem noſtri uox pꝛimum oblata maronis
Pꝛincipium dedit oranti:nec multa pꝛofatus
Hunc uerbis (q:iam uereoꝛ ne longius equo
Carmen eat) finem ſtatuo:tuqꝫ optime regi
Dum uacuum inuenies curarum:meqꝫ fidemqꝫ
Commendare meam placido ſermone memento
Sum ſuus ex merito:ſibi me meaqꝫ omnia ſoli
Deuoui:ingenium calamum linguamqꝫ manūqꝫ
Mens mea:nunc aūt quoniā ſibi reddere maius
Nil ualeo pꝛo tot magnis:ſub nomine creſcit
Africa noſtra ſuo:tenuis niſi gloria ſoꝛdet
Parua quidem:at grandi ſtudio longoqꝫ labore
Inuigilanda mihi: iamqꝫ ipſa ſuperbioꝛ ardet
Ad ſacros pꝛoperare pedes:noctemqꝫ diemqꝫ
Orat iter comitemqꝫ vie uocat eminus ambos
Inclita parthenope:ſed adhuc nos gallia vinclis
Noſtra tenet blandis:tandem tn̄ ibimus ⁊ nos
Limine ſuſcipies pariter pariterqꝫ videbis
Uiue uale:noſtriqꝫ memoꝛ lege dulcis amice
Hec calamo pꝛoperante:bꝛeuiqꝫ ſcripſimꝰ hora.

Ad Bernardū Ruthenenſem romane eccleſie cardinalem poeticis ſtudijs licet ſero deditum.

a Udio qd̄ ſtudiū ſacros tibi noſſe poetas
Ceperit alme pr̄:dulcis laboꝛ:ardua cura
Gratuloꝛ: ⁊ laudo qd enim ſolatia vite
Plura fatigate:quid ue ocia tanta dediſſet

Aut equidē me fallit amor:ſcio quanta ſub antris
Aonijs inuenta quies mundiqꝫ procellis
Jactato quotiēs rupes elyconia portum
Obtulerit latebroſa mihi:nec nomine uatis
Glorior:archanis tremulum miſcere choreis
Pyeridum plebiqꝫ gradum:ſed amena videndi
Me tulit huc pregrandis amor:tu quantꝰ in altis
Parnaſi potes eſſe iugis niſi cepta relinquis.
Jam tibi ſerta nouem ſtudio certāte ſorores
Laurea texentes video:Jam uertice rubro
Frondis honorate viridem pendere coronam.
Cardine romano graiaqꝫ ornante poeſi.
Jam nemus omne tibi roboat:tibi concinit vnda
Cirreo de fonte cadens:tibi pulcher apollo
Corripit auratam cytharā pedibuſqꝫ manuqꝫ
Tellurem neruoſqꝫ ferit:cantare viciſſim
Ne pudeat comitemqꝫ nouum plaudētibus offer
Neu te vulgus inhers neu per vulgata retrorſuꝫ
Mendaces mentita ferat te fama poetas
Ludimus : ⁊ uario tegimus ſpecioſa colore
Quo vulgus penetrare nequit:viuat alta ꝓfūdis
Occuluiſſe locis:ne forte iacentia paſſim
Uileſcant:magno queſitum quippe labore
Carius inuentum eſt:imis quod terra cauernis
Addiderat:uenit in lucem precioſius aurum
Dulcius ignoto iacuit que littore iaſpis
In digitos tranſlata micat:ſic blandius ether
Poſt nebulas pluuiamqꝫ nitet:ſic nocte fugata
Expectatus adeſt ⁊ gratior aſpicitur ſol
Ergo age propoſitum qua fert nouus impetꝰ urge
Et ſtudijs incumbe ſacris:ubi lucida ueri
Effigies alti latitat:quam ſpiritus acris
Eruet ingenij ſemſim:ſciſſa qꝫ parumper
Nube per obſtantes cernet radiare tenebras.
Hoc iter ingreſſo:magnum tibi munere paruo
Auxilium conferre uelim:Tranſmittitur ergo
Seruius altiloqui retegens archana maronis
Suſcipe tranquillus : nec iam uariante ſenecta
Lurida permoueat facies:uel turpis amictus.
Frons decet iſta ſenem:dabit hic tibi ſemina rerū
Pauca:ſed immenſam ſegetem:ſi rite colantur
Temporibus latura ſuis:ſi parua lucerne
Flamma ualet monſtrare viam ſub tp̄e noctis.
Unda uel exigui rapidam compeſcere fontis
Eſtiuo feruore ſitim:non vilia forte
Non in amena pater munuſcula noſtra putabis

¶ Ad eundem importunas queſtiunculas aceruātē.

Terrificas tam magna moues:teqꝫ oīa noſſe
Teſte ꝓbas calamo ſapienter querere ꝑs eſt
Maxima notitie:dubitans agnoſcere certe
Multa prius dubitata facis:lux quanta tonantis
Eloqui tenebras alieno in corde ſerenat
De tenebris conqueſta ſuis:ſed uera fatebor
Ingenue.non aſtrigerum me turbida callem
Permittunt mea fata ſequi:non tantus ab alto
Contigit ingenij vigor:nec hoc gratia lingue
Adde ꝙ eſtatis nocet inclementia:⁊ ingens
Menibus anguſte fremitus circūtonat urbis
Non turbas capiente ſolo:non murmura:celo
Tam diuerſa ſonant:gelidis hūc montibꝰ arthos
Angulus orbis habeat ditiſſimus anglica miſit
Hunc procul oceanus:dedit hunc hiſpania ciuem
Sic populis confuſa nouis:urbs parua redūdat.
Quos ſimul exigui tulit huc ſpes improba lucri
Partibus ex uarijs:⁊ carcere clauſit in vno
Hic ego nāqꝫ horum vir impatientior alter
Indignans ſtomachanſqꝫ ferox:piget illa referre
Que patior per cuncta uaguſ:ſtrepit obuia turba
Hic gemit:ille canit:ruit hic:leuat ille ruentem
Hic uerbis:hic uerberibus furit:ille quadrigas
Temperat:⁊ fedo contriſtat compita ceno.
Hac peregrina phalanx:hac pleno calle viator
Puluerulētus adeſt:rapidum regit alter habenis
Cornipedem:quem calce ferit:manet ille cruētus.
Immeritiqꝫ bonis premit in precordia cultrum
Externas terit hic ſpecies:atqꝫ ere ſonanti
Uerberat ille forum:⁊ pretoria litibus implet
Ille ſolociſmum ingeminans:⁊ barbara uerba
Examen ſubit:⁊ trepidat:titubatqꝫ legendo.
Et tremulos ciet ore ſonos:hic funus amici
Coniugis hic tedas ſequitur:ſonat vndiqꝫ creber
Malleuſ artificum ſolidaqꝫ in cude laborat
Hic ſtupet in triuijs atqꝫ importunus oberrat
Ille cibum triſti poſcit ſine fine querela
Singula quid memorē ſpes hic mihi nulla quies
Curia tot curis lacerat : quecunqꝫ reuoluor
Omnia terribili feruent roboantqꝫ tumultu
Hic rerum ſtatus:egregium mihi quādo poema
Sufficiet:quando illuſtres contexere uerſus.
Silua placet muſis urbs eſt minica poetis .
Hec inter tam multa petis:quid querere reſtat
Ni terre pelagiqꝫ modum:quot in equore uerſo
Tritones:quot mōſtra natāt:quot littus harenas
Quot freta piſciculos immenſi gurgitis vnda
Abſcondant:quot ſilua tegat uolucreſqꝫ feraſqꝫ
Quot fumi uomat ethna glomos:q̄ꝫtaſqꝫ fauillaſ
Hec mihi nota parum:fateor:nec notius illud
Qui ſtatus eſt celo:qua ſidera lege mouentur
Quando ego per cunctos agilis circūferor axes
Quis dabit ethereas moriturus ut iduar alas
Et mundi ſecreta notem:centrūqꝫ poloſqꝫ
Metiar id paucis prorſus nāqꝫ ardua res eſt
Milibus ⁊ multis hominū:vix contigit vni
Inuenies aliquos aſtrorum archana profeſſos
Metiriqꝫ auſos celum:terraſqꝫ fretumqꝫ
Ignaros quo noſtra tamen corpuſcula limo
Subſiſtant ſeu quis clauſus ſit ſpiritus vmbris
Heu furor:heu funeſta lues.heu flebilis error
Omnia malle hominum q̄ꝫ ſe diſcernere:ſic ne
Ultima cura ſui eſt:quam par fuit eſſe priorem
Non peregrina quidem:ſed me mihi noſcere tātū
Juſſit apolinei celebris ſententia templi
Me ne ptholomeos ſiculiqꝫ ignota magiſtri
Signa parum fauſto deſcripta in puluere forſan
Sollicitum tractare putas:non iſta relinquit
Otia mors feſtina mihi:cui tempora furtim
Et rapidos auferre dies mea cura ſup̄ma eſt
Sed cogis ſi forte loqui:ſcio ſidera ſeptem
Ire retro:eternos celi frenantia curſus
Cur totidem potius pulcherrima querere non eſt
Lumina pre rapidos anime moderantia motus
Principe ſole ſuo:radijs temperat orbem
Atqꝫ orientis iter repetit:quo ſidere merſo
Pallida nox terras ⁊ frigida poſſidet vmbra
Fixa quoqꝫ in tergum ſenſim licet aſtra moueri
Nouimus:ac magnum compleri curſibus orbem
Nec pudet vnius tam paruis finibus anni
Concluſos agitare animis eterna ſuperbis
Immemores q̄ꝫ vita breuis : q̄ꝫ labile tempus.
An medium ſol ipſe locum teneat ue ſecundum

Ambigitur:medium virtutis temnimus alme
Illic egyptus caldeaqꝫ diſcrepat omnis
Iſta ſyracuſij ductu ſenis:illa platonis
Nititur auxilio:pudeat diſquirere quantum eſt
Sol maior tellure uacat:Mens corpore quātum
Nobilior:meminiſſe labor:iam fabula vulgi eſt
Quid iouis ⁊ nate proſpectibus aſtra benignis
Quid ue rubēs martis ſenis aut glatiale ꝓterui
Sidus agat.ſatius fuerat condiſcere quid nos
Quid deus in nobis ageret:q̄ꝫ pigra noceret
Sarcina membrorum:ſeu quos violentus auerni
Tenderet in biuio laqueos:que retia raptor.
Cynthia fraternis radijs ſuccenſa refulget:
Alternatqꝫ vices nec ſurgit ⁊ occidit vna
Sepe etiam ſine luce latet:renouataqꝫ rurſus
Cornibus emergit tremulis:iterumqꝫ ſeneſcit.
Mercuriuſqꝫ deum interpres uariabile ſidus
Letus ut eſt letis:ſic triſtia triſtibus affert
Nouimus hec omnes:anime illuſtrator opace
Qualis ⁊ inſtabiles motus:crebraſqꝫ ruinas
Negligimus:cui res proſint:noceant ue ſecunde
Cui mors leta viro:cui ſit meſtiſſima rerum
Hic mihi nunc ſeptem cognata ſtirpe ſorores
Obicis has longum proprijs ſermonibus omnes
Stringere:tu ſenecam ualeat qd quēlibet acrem
Conſule ſed noſti:niſi ꝙ me carmine temptas
Illa nouem me virginibus conſerta chorea
Sic curas inter uarias ⁊ prelia mulcet
Fortune ut fatear placidis me plurima muſis
Debere:aſt immenſa vni que tramite dextro
Subuehit ad ſuperos:utinamqꝫ in tempore ſiſtat
Nunc alio uenerande pater mea carmina flecto
Da ueniam fandi:licuit ſermone ſoluto
Quid libet amplecti:poteras ibi nempe uagari
Et labor vnus erat:ſed ſi iuga prendere dulce eſt
Parnaſi ⁊ viridi ſubſtringere tempora lauro
Incipe carminibus leges adhibere:modumqꝫ
Sillaba liberior diſcat pede carcere certo
Neu pudeat tenui tempus conſumere cura
Maximus auguſtus domito tribꝰ orbe triūphis
Pyerios cantus: ⁊ amenas miſcuit artes
Nobilis ille animus:qui mundi frena ſubacti
Quiqꝫ duces populoſqꝫ manu regeſqꝫ tenebat
Fortune dominus gemine : viteqꝫ neciſqꝫ
Subdidit imperium muſis : capuloqꝫ regentes
Tranſtulit ad numeruꝫ digitos : inhiāſqꝫ notauit
Quem correpta locum:queꝫ ſillaba lōga teneret.
Carmen adhuc ſupeſt quo ceſaris atqꝫ poete
Maieſtas ſtudiumqꝫ vigent:ſemperqꝫ vigebunt.

¶ Ad eundem ſup metrorum lege neglecta irriſio.

Bruor imēſa rex ſub mole tuarum
Et fragiles humeros onꝰ iportabile frāgit
Querere pes aios alibi:mihi paruꝰ ab aſtris
Spiritus:atqꝫ inopis piger impetꝰ obtigit oris.
Dij tecū uberius:quoniā tibi cōſcia celi
Uox adamantina eſt:calamus quoqꝫ ferreꝰ oēs
Promptus ad inſultus : pleno tibi carmina cornu
Copia ſuppeditat:uerſus breuis hora trecētos
Et ſeptē decies excudit:longa quid ergo
Quot daret vna dies:qd mēſis ⁊ integer annus
Multiplicare labor mihi paucula carmina phebi
Solſtitiale iubar ſub tarda crepuſcula ſepe
Traducant:ſic tota dies conſumitur:at qui
Poſteritatis honos aium ⁊ uentura nepotum
Iudicia exagitent.liberrima uerba tremiſco
Ac uereor iaculis multorum occurrere inermis
Non precio : non blandijs : nec amore nec ulla
Arte ſatis tutus:niſi me ſpectata futuris
Scripta tegāt:quū iā ſparſus cinis iſte ſepulchro
Officio ſpoliata ſuo cum lingua iacebit
Et calami ſpes omnis erit ſic inſita menti
Segnitieſqꝫ metuſqꝫ:more ſunt cauſa:me vnq̄ꝫ
Scribere concipio:quin ſecula cuncta paranti
Occurrant:tibi forte oculis impleſſe legentis
Eſt ſatis atqꝫ alio famam tibi calle paraſti
O felix maiore animo ſtudijſqꝫ ſecutus
Ipſe obſcurus ero,proprio niſi carmine noſcar
Hinc timor hinc ſtudium decies dū ſcripta relegi
Hereo:contineoqꝫ domi:prohibēſqꝫ uagari
Arceo:tū licet ingeminans ad limina pulſet
Nuncius:ac properet uacuum dimittere malim
Dedecus ille meum q̄ꝫ ſi ferat: hunc modo moreꝫ
Poſthabui certus uenie:properata parumper
Iſta mihi:tibi ſed nimium dilata videntur.
Scilicet hoc vnum diſconuenit inter amicos.
At paucis ne multa meis tua carmina forſan
Inſultent:tua ne ue meū lux rideat annum
Pace bona ſubſiſte precor meminiſſe decebit
Eloquium euripidis quondaꝫ atqꝫ alceſtidis vnū
Sed ſileo:ſubitum vidi ſtupuiqꝫ poema
Protinus hic muſis tacito cum murmure dixi
Imperat: ⁊ totum feruens elycone gubernat
Metra dehinc numerans bis ter quaterqꝫ quieui
Calle fatigatus medio:mox ſingula mecum
Sedulus excutiens ſocijſqꝫ ex more coactis
Oſtentans:vnum cunctis mirabile ſenſi
Quot uario tot metra gradu nec paſſibus ijſdem
Sic coeunt:tempuſqꝫ petunt mea tecta ſub vnum
Et tamen incedunt pariter ueloxqꝫ morantem
Expectat : uolucremqꝫ grauis contingere certat
O utinam noſtro quondam tam larga maroni
Copia dicendi:nunq̄ꝫ mihi crede laborem
Lentus inexpletum ſeros traxiſſet in annos.
Nunc letar doleam ne prius natura poetaꝫ
Pertulerat ſed iura nocent ciuilia muſis
Diſtrahiturqꝫ animus:ſed eni fragmenta benigni
Sufficit ingenij ſtudijs conferre latinis
Arripe tu calamum:dextramqꝫ armare potentem
Iliados famam ⁊ preclaram eneada victor
Nec longus viciſſe labor:poſt terga relinques
Hactenus hec:queſita tibi tua diues habeto
Neſcio quid perplexa uelint ſphyngoſaqꝫ nulli
Edipode ſoluenda reor:tibi peruia ſoli
Hinc ſeu milenos uerſus:ſeu milia mille
Fundat in exhauſto ueniens e pectore flumen
Quāuis pulchra quidem:q̄ꝫuis ſint ampla relatu
Ni placeant paritate pedum:ſerieqꝫ modeſta
Dulcia ni fuerint animoſqꝫ auctura:ſilebo.
Nec numerare uelim:numerus tua cura decuſqꝫ
Sit licet: ⁊ celeri placeas tibi nempe camena.

¶ Roma Clementem ſextum romanū pōtificem alloquens inducitur.

Pes mihi lōga nimis pr̄ o ſctiſſime patrū
Obfuit:expectās ſenui:ſpōſūqꝫ moranteꝫ
Increpitās:reuocāſqꝫ domū:nō lr̄a ſupplex
Eualuit mouiſſe loco:non ora relicte
Cōiugis:aut lachryme quotiēs ſibi triſtis ⁊ amēs
Occurri:gemituqꝫ genas madefacta recenti
Heu parthis miſeranda prius q̄ꝫ cara marito
Qui mihi labenti in cineres ⁊ ſepe roganti

Auxilium aut fere ſaltem ſolatia mortis
Nil niſi blanditias tempuſq; trahentia uerba
Reddidit: ac miſeram tenui ſpe pauit amicam
Nunc reditũ morbus: nunc queſtio lẽta retardat
Quid videant anime felices: corpora poſtq̃
Exierunt nunc perplexas componere leges
Aut mores formare nouos: nunc deſtruat arces
Aerias celoq; pares attollere turres
Interea dum multa parat dũq; ultima ſemper
Cura mei: externis nimium: dum torpet in oris
Tempus abit: fugiũtq; dies morſq; ipia tandem
Abſtulit eterna prefixum lege tributum
Sic vidue viduata domus: tenebriſq; tenebre
Acceſſere meis: ſed enim miſerata ſuperne
Te pietas diuina mihi ſeruabat egenti
Sepe dolet mẽs ceca hoium: trepidatq; gemitq;
Eſt ubi gaudendũ: rumor modo mortis acerbe
Intulit haud merita ſubitum pietate dolorem.
Mox ſupaduenię̃s miſere mihi nuncius alter
Deterſit: lachrymas atram deponere ueſtem
Iuſſit ⁊ eximio felicem coniuge dixit
Obſtupui auditis: ⁊ vix bene credula ueri.
Multa ſub ambiguo uerſabã pectore mecũ
Gaudia non capiente animo: certiſſima poſtq̃
Nũcia magnanimi nomẽ clemẽtis ad aures
Fama tulit noſtras: timui ne leta repente
Opprimerent fragilem nimia dulcedine mentem
Letior haud caro genitrix fuit obuia nato
Quem periiſſe truci: quondã ſub marte putabat
Ergo iter arripiens glatialem trãſuehor alpem
Letitia minuẽte viam: ⁊ mulcente laborem
Ante pedes uentura tuos: dulciſſime coniunx
Alme parens miſerere precor: noſtrã ue querelam
Suſcipe: neu viduam ſponſe patiare ſenectam.
Non ignara quidem nec rerum neſcia ueni.
Eſt mihi longinque fateor telluris origo
Et patrie predulce ſolum: ſerieſq; iuuente
Eſt aliis traducta locis: ſunt agmina regum
Cara nec exiguos tibi gallia iungit amicos
Hec nocitura mihi poterunt fortaſſe videri
Sed ſponſe ſuperabit amor: pietaſq; decuſq;
Sedis honorate. quanq̃ tibi protinus vni
Dia ſubiaceãt dominũ licet ultima norint
Regna ſuum: herculeis qua conſignata colũnis
Helleſpontiaco tellus diſtinguitur eſtu
Hec tñ eſt tua prima domus tua maxima ſedes
Quam ſacri tenuere patres: quã corpore petrus
Innocuo parili quam clemens nomine preſſit
Tu clemens qui petrus eras hanc cernere ſedem
Nonne uoles: cupieſq; caput contingere mundi?
Nonne pedis iuuat in ſolido ueſtigia ſaxo
Fixa ſalutiferi: faciemq; agnoſcere chriſti
Uel que femineo ſeruatur condita panno
Uel populo que viſa olim ſub uertice templi
Emicuit perſtatq; minax horrore uerendo
Quid referam noſtre cunabula parua ſalutis.
Et ſacros poſtes ubi rerum conditor ingens
Conticuit ſomnos blande ſuadente maria.
Lac quoq; uel puero optatũ: uel virginis alme
Leue puerperium: puraq; ex carne reciſam
Particulam infanti: precioſaq; fragmina ueſtis
Et cuſtoditos in ſecula noſtra capillos
Quid digitũ agnetis: ⁊ nũc quoq; fulgidus ornet
Annulus impoſuit cupida quem mente miniſter
Prorſus inardeſcens: ſacroq; aſſenſerit illa
Coniugio: ac tali placarit federe flammas
Quid petri trepidantis iter dominiq; monentis
Occurſu poſuiſſe fugam: ⁊ rediiſſe uolentem
Compreſſo terrore ſenem: cunctiſq; paratum
Exequar: ipſe oculis ſpectacula pulchra videbis
Extat opus: lateriſq; tremit domus arcta caduci
Et teſtis pictura rei cui maxima q̃uis
Cauſa nocet celerans impendet ſepe viator
Nec ſe ficta quidem ſed viuos cernere vultus
Colloquiumq; audire putans ⁊ terrenis heret
Triſtis imago dei romana palatia uerſus
Cẽdit enim cõtra ille humilis ſimiliſq; precanti
Flectitur: ⁊ pauido gradientem ſuſpicit ore
Si mortis ſe cura igitur ueſtigia flexit
Ille retro nec pertimuit tormenta crucemq;
Me repetens: tu quid dubitas: cui dulcia mecũ
Omnia: cui placide patet auguſtiſſima vite
Conditio ⁊ ſũmi tranquillum culmen honoris
Quid capita heroum memorem: clarãq; ioannis
Ore cicatricem rigido: duramq; leuite,
Craticulam: ⁊ gemino fecundum martyre buſtũ
College ceſſiſſe locũ: quo maximus hoſpes
Traditur: immotis ubi nunc amplexibus ambo
Felices ſine fine iacent: quis cuncta caliſti
Funera dinumeret: cumulis ſurgentia miris
Oſſeus eſt paries: illic ubi terra cruentis
Imbribus ⁊ ſacra diſtillant tabe cauerne
Quis ue uaticano latitantia corpora clauſtro
Expediat: que ſume parẽs agnoſcere coram
Quid niſi celeſtis fuerit regionis imago?
Condita quin etiam ſupremo menia monte
Eſtiue niuis indicio: delubraq; partu
Obruta virgineo: ⁊ fontes torrentis oliui
Ac tibridos cõmixta uadis noua flumina cernes
Quaſq; dedit ſcatebras pauli ſãctiſſima ceruix
Dulcis aque: quo ſilueſter latitarit in antro
Que conſtantino ſpecies oblata deorum
Inſomnis: niueo quas idẽ marmore cruſtras
Liquerit infamem monſtrato gurgite morbũ
Propellens ut cepta deo lis teſte quierit
Quod magus in fando macularit corpore ſaxum
Fluxerit offenſo quiſnã de numine ſanguis
Quaq; ſacer tellure cruor: quis vindice celo
Sanctorum capitum per maxima menia fures
Nexibus implicuit foribuſq; auertit apertis
Ac trepidos meritam ad mortem circũtulit error.
Non ego nunc aron virgam: nec federis arcam
Nec teſtamenti ueteris mea pignora: quot ſint
Quotq; noui monimẽta ſequar: p̃us aſtra ſerene
Noctis: ⁊ oceani numero ſtringẽtur harene
Illa libens ſileo que ſponſo magna minori
Que ul' prima florent: tã multis clara triumphis
Limina: tot celebres domitis regionibus arcus
Inſculptoſq; duces: inſcriptaq; marmore bella
Iſta nihil motura animum ⁊ vulgata relinquo
Hos quidem ex multis reor admiraberis actus
Ceſareos ut tarpeio ueſtigia colle
Fatidice quondam ductu monitiſq; ſibille
Preſſerit auguſtus ceſar: viſoq; feratur
Obſtupuiſſe deo: qd tum niſi talia uoluens
Alme puer: decus ethereum: ſtirps certa tonãtis
Iſta tibi ſimul atq; tuis urbs inclita ſemper
Preſtabit ſedem. celiq; uocabitur ara
Iſte locus: ſurgens matris ſub nomine templum
Tu dominum rerum caroſq; habitare nepotes

Omnipotens hac arce iube populoſqꝫ ſubeſſe
Atqꝫ duces:ualidaſqꝫ urbes:regeſqꝫ ſuperbos
In manibus deus ecce tuis: ⁊ fata locarunt
Pꝛofuerint ue pꝛeces.an ſparſerit irrita uentus
Tam pia uerba ducis:quē tu de pectore noſtro
Percinctos.age celicolas auerte pauorem
Nobilis etherei ſupereſt natiqꝫ patriſqꝫ
Ultio terrigenis nato cōmiſſa patriqꝫ
Cuius nō animum moueant tam grandia rerum
Nomina ſub noſtras hieroſolyma ducta ſecures
Uilis ⁊ auſonia uenalis turba ſub haſta
Nec minus admirans romani frena tenentem
Pꝛincipis accipies viduā natiqꝫ perempti
Poſcere vindictam.ſimul illum frōte benigna
Impendere pium miſere:dare uerba gementi
Pollicitis captare moras:nempe ipſe reuertar
Lege caput ſontis feriam.Contra acrius illam
Obnite: ⁊ cohibere manu:Spes iſta futuri.
Quid niſi foꝛte redis .meus hec ſucceſſoꝛ:honori
Quid virtus aliena tuo.Qua uoce coactum
Siſtere pꝛerapidas acies ⁊ figere ſigna.
Nec pꝛius auerti q̄ꝫ iuſto colla nocentis
Supplicio afficeret:lenito pectore tandem
Femineo tenuiſſe viam:victricibus aſtris
Quo merito ifernis ualida pꝛece raptꝰ ab vmbꝛis
Nūc felix celo fruit̄:nec foꝛtius ullo
Exemplo flectendus eris:pꝛo coniuge ſupplex
Aduenio ne temne pꝛeces:neu debita differ
Tempus in alterius.Quid ꝙ pꝛius ipſa placebā
Quam tibi vincta forē:pigeat niſi uera fateri
Et niſi foꝛdet inops:uetus eſt niſi nupta pudori
Congreſſus optare meos faciemqꝫ ſolebas
An uerear ne cara minus tibi ſim tua:q̄ꝫ dum
Alterius fueram:vulgi mos iſte pꝛophani
Inſperata petit cupide:poſſeſſa relinquit
Et pꝛobat: ⁊ damnat temere ⁊ faſtidit ⁊ ardet
At tibi mēs alia eſt:nunq̄ꝫ vulgaria tanto
Coꝛda dedit natura viro:cur publica differs
Gaudia?cur ceſſas tibi me:mihi redde quietem:
Italie mundoqꝫ decus:finemqꝫ malorum
Quem ſi fata uetant:abſentem pꝛoſpice ſaltem
Et memoꝛ eſto mei:nutant ingentia longo
Templa ſitu:laſſiſqꝫ tremūt iam menibus arces
Pꝛetenduntqꝫ grauem nullo reparante ruinam
Rara mihi ueteres ſuperant inſignia foꝛme
Effigieſqꝫ antiqua perit:vix illa putatur
Si pꝛope conſpiciar:ſic me fregere labores
Aſſidui:longuſqꝫ doloꝛ:viduumqꝫ cubile:
Coniugibuſqꝫ oꝛbata domus:tot triſtibus vna
Maieſtas inuicta viget:ſintqꝫ omnia poſtq̄ꝫ
Obruta:ſupꝛemis inerit per ſecula ſaxis
Eſt mihi ſacra domus gemino fundata ioanni
Heu doloꝛ:heu pietas: heu ꝟſus ad arma uetuſte
Religionis honoꝛ:flammis abſumpta nephandis
Tecta diu neglecta iacēt:Succurre:nec ultra
Nix ſacrum pꝛemit alta ſolū parieſqꝫ nec imbꝛi
Nec uento aſſidue circuꝫ quatiente fatiſcat
Impleat hic factis meritum clementia nomen
Et tua tangantur noſtro pꝛecoꝛdia damno
Quod quondam caput exanimis miranda relatu
Uera tamen memoro: ⁊ pallentia contigit ora
Quo furibunda die ſanctis incendia muris
Heſerūt tremefacta nouo pia turba tumultu
Et circum ſua damna frequens afferre parabat
Auxilium fruſtra:nāqꝫ hinc violēta fauillas
Hinc fumi per inane globos ſimul aura ferebat
Arcebatqꝫ aditu.Jam tum penetralia raptim
Dum uacuat trepidus pereāt ne cuncta ſacerdos
Pancratij caput extulerat:medioſqꝫ per ignes
Geſtabat uoti compos:generoſa ſupellex
Splendidioꝛ gemmis : rutilo pꝛecioſioꝛ auro
Sanguineo ſudore palam lachꝛymiſqꝫ viciſſim
Largiter interea monſtrum : memorabile ſemper
Manabat:pꝛoceres ⁊ turbam exterruit omnem
Teſtis adeſt ppl'ſ:Quid ſpeꝫ mihi p̄ripit ergo
Lumina viua negēt lachꝛymas q̄s ꝓtulit hoꝛrēs
Sinciput: ⁊ ſicci ſtilarunt uerticis oſſa
Quin ⁊ achillei ⁊ ſocij domus inclita nerei
In titulos erecta tuos ſupꝛema minatur
Arcus effigies:ſed adhuc ſpecimēqꝫ ſuperni
Quatuoꝛ alterno radiant ſplendore columne
Ille etiaꝫ ſupꝛema tremunt.cuſtode ſine ullo
Auxiliumqꝫ tuum expectant:miſerere:nec illaꝫ
Celſioꝛ arx memori tulerit de pectore ſedeꝫ.
Non etenim noſtro q̄ꝫuis celum omne tonanti
Pareat aſtrorum q̄ꝫuis regat ille meatus
Neglexit terras ideo:rerum ue minorum
Cura fugit meminit ſibi que cunabula mundus
Obtulit infanti:quidnaꝫ uaga pꝛebuit vnda
Obſequij:Quid terra manēs:qd flāma:qd ether
Nec tibi iam celiqꝫ gradus ⁊ ſumma tenenti
Excidat affatus ueteris cognominis vnde
Uectus es ad ſuperos:Solio ſaluatoꝛ ab alto
Spectat auentini diſiectum uertice templum
Teqꝫ parum fauſtis ſuccurrere menibus orat
Infinita ſequoꝛ.Quot ſūt mihi tēpla.Quot arces
Uulnera ſunt totidem : Crebꝛis confuſa ruinis
Menia reliquias immenſe ⁊ flebilis urbis
Oſtentant:lachꝛymaſqꝫ mouent ſpectātibꝰ:his tu
Affer opem:qui cuncta potes:cui debita ſoli
Noſtra ſalus.vidue caſus miſerare malignos
Hoc vnum poſt multa pꝛecoꝛ:bꝛeuiore recurſu
Annuus eat redeatqꝫ ſacer : mūdoqꝫ ſalubꝛis
Stat moꝛbis medicina patens:ſit ꝓxima culpe
Spes uenie pelaguſqꝫ graui iactante pꝛocella
Sit pꝛope naufragium poꝛtus:ne littora longe
Dum petimus miſeri medijs moriamur in vndis
Nam quis ad extreme longiſſima tempora vite
Peruenit aut eui centenos conficit annos?
Non modo tantorum coꝛpuſcula nempe dierum
Pꝛeſtat iners natura homini:pꝛeteruolat etas
Uiuimus ⁊ morimur oculi trepidātis in ictu
Ergo retro metam ſtatuas:que crimina mundi
Diluat:abſoluatqꝫ reos: ⁊ vincula ſoluat
Nec noua res petitur:nec ſcriptis diſſona ſacris
Que tibi nota vni:niſi me tua fama fefellit
Certe ego cōmemini:dū quinquageſimus annus
Sanctus in oꝛbe fuit:dominiqꝫ hec iuſſa notaui
Sanctificabis eum:qui noxia cuncta remittet
Et iubileus erit:ſis quid loquoꝛ:annue tandem
Quod tua roma gemenſ genubuſqꝫ affuſa p̄catur
Nam mihi deuotas quando oia regna cateruas
Tranſmittent:Italiſqꝫ pluent a finibus urbes
Lumina ſanctoꝝ cupidamqꝫ inuiſere matrem
Tunc dominum licet abſenteꝫ complexa videboꝛ
Ipſa meum:dulces genitrix uelut anxia natos
Coniuge longinquo circum ſua pectora cernens
Seqꝫ virum ſpectare putans complectitur illos
Quos videt ⁊ pꝛeſſo ſuſpirat conſcia uoto
Sic ego conſpiciēs quoꝝ ſumus ambo parentes

Meq; laresq; meos ſolabor prole frequenti
Perdita poſſeſſis mulcens ⁊ triſtia letis.

¶ Ad Nicolaum aliſineſem rationalem magiſtrum regni ſicilie de morte regis.

p Arthenopea mihi quōdā dulciſſima ſedeſ
Nūc aio:ſ; amara eadē nimiūq; moleſta ē
Atq; oculiſ inimica meis:hic nēpe ſolebāt
Cernere magnanimi fulgētia lumina regis
Quē modo nequicq; mors abſtulit atra requirūt
Seu feror in thalamos:ſolio meditorq; ſedētem
Seu dum templa peto ſacras accliuis ad aras
In mentē ſacer ille redit:ſeu uertice ab alto
Qualis erat dum multa loquens mulcentia celū
Doctorumq; animas hoīum ſpectabat in vndas
Seu grauiter viridi ludentem in gramine cerno
Ambiguoſq; ſimul populoꝝ abſoluere nexus
Et corpus recreare ſuum:ſeu ſobria feſta
Letaq; largiflue memini ſolēnia menſe
Seu dum bella parans victritia feruidus arma
Corripit etatem ſupra ſenioq; reſiſtens
Seu dum forte uagus magne per menia fertur
Urbis:equo reſidens niueo procerumq; ſuorum
Larga acie cingente latus:populoq; fauēte
Deniq; quicqd erat recolens quocunq; reuoluor
Horrorē locus omnis habet:vix alma relicte
Coniugis ora ruēs gemitū rōne repreſſi
Heu quanto ſpoliata bono:quo fulgure rapto
Quas tenebras heu iuſſa pati:vicinia planctu
Sola parit miſero domini ſolamen adempti
Hic affuſus enim ⁊ uario ſermone iacentem
Compellens ex more queror nihil ille viciſſim
At mihi libertas ſupereſt ſpatioſa gemēdi
Iam fletu ſaxum omne madet.ſi longa manendi
Fit mora conſumet:lachrymis ut byblida turpis
Sic me iuſſus amor ſed tu miſerere fugeq;
Auctor ades:meq; his tandem erue penis.

¶ Ad barbatum ſulmonenſem ut viſendis locis prope neapolim comes ſit.

i Am mihi parthenopē:ſic rex iubet alt⁹ olipi
Inuiſā mors ſeua facit:mea gloria quondaʒ
Nūc dom⁹ exilij eſt:miſer hic repire videbar
Poſſe mihi requiemq; mali gemituſq; leuamen
Addidit heu lachrymis ſtimulos alimēta dolori
Ipſe letus crucior:mecum quoq; feſſa laborum
Flet regio:quoniam cupidis euanuit ingens
Sol oculis fuſcaq; diem ſub nube reliquit
Nūc mihi ſidereū dolor eſt nouiſſe robertum
Aut vultum ſpectaſſe polo terriſq; uerendum
Quo ſubito cariturus eram:nam dulcis amanti
Frons memori ſub corde nitet:nec regia deſunt
Munera que luctum renouant facientq; pennem
Linquere dilectas terras ⁊ littus amatum
Conſilij mihi ſumma fuit.regina benigno
Alligat imperio:ſibi me parere ſepultus
Ille iubet:fuerat noſtri cui ſumma poteſtas
Sed dum iuſſa ſequor noctes cunctādo dieſq;
Preterеit mihi tempus iners:non carminis ulla
Cura ſacri:nullo ſparſas modulamine muſas
In girum reuocare iuuat:libet uſq; uagari
Menia dum fugiam:dominiq; palatia rapti
Te comitem mens egra cupit : nō dulcior alter
Colloquioq; graues mulcere potentior aures
Et mihi pyeridum ſtudium:tibi celitus oris
Spiritus altiſſoni:titulus ne deſpice uatis
Te manet:extremo uertis niſi terga labori
Nō uereor minime:calamū pcor ergo parūper
Pone fatigatum: ⁊ propera:neu forſan amicus
Pes iter ignotum trepidet:dilecta lieo
Littora:queq; biceps aperit iuga celſa ueſeuus
Sit ſatis aſpexiſſe procul:cui flamiger olim
Fumabat uertex:ſicule uelut emulus ethne
Obruit infauſta plijdum membra fauilla
Inſula nec capree placeat:nam preripit auſter
Equora permiſcens aditum:nec longius ire
Hinc habitus promiſſa dies:tempuſq; ꝓpinquuʒ
Hinc domine mandata fiunt : vicina maronis
Buſta tui:ac tanti cinerem mens certa poete
Siquis adhuc ſupereſt longis inuictus ab annis
Uiſere: ⁊ horrifico pertuſum tramite montem
Barbato monſtrante meo:baiaſq; tepentes
Lucriniq; ſitum:faciemq; informis auerni
Unde iter ad ſtigias ſedes inamenaq; torui
Sceptra ducis:ſi uera canunt:mihi ſeua videre
Hoſtia ſufficiat:neu triſtia limina tangam
Eminus oſtendens digito:quo calle profundas
Eneas tranſnauit aquas:comitante ſibilla
Cui ſocium commiſit humo nomenq; ſepulti
Quis mō collis habet ueteri mihi cognita fama
Pars etenim:iuſſu quondam pars altera regis
Uiſa quidem propere:quoniaʒ dum dulcia ſemꝑ
Flumina uerborum ſitiens ſequor ipſe ſuorum
Defuit incepto ſpatiū:perijſſe putabam
Tempus ab illius facie quodcūq; fluebat
Longius:inuidit noſtre fortuna quieti
Preciditq; moras:nec dum ſatiatus ab illo
Diſtrahor:hinc felix paruo ꝙ tempore q̄q;
Haud alio permixta fuit mea ſacra uoluptas
Preterea partem in pelago cupidiſſimus hauſi
Multa mihi rauco puppis memorāte magiſtro
Nil niſi miſenum toto cum littore noſſet
Pars ſcriptis credenda fuit.tu cernere coram
Cuncta dabis:rariq; diē mihi numeris inſtar
Solis ad occaſum tribues peregrinus ad ortum.

¶ Ad Nicolaum alifienenſem cuʒ petito epytaphio regij ſepulchri.

i Mmemor haud urī q̄uis me lōga viarū
Tedia ꝑ dubios caſus nimioſq; labores
Mente fatigatum poti⁹ q̄ corꝑe tandem
Reddiderint patrie:pes ut ſua preſſerat arua
Dextra labans calamuʒ rapuit:ſed magna parātē
Uiribus exiguis:oneri ſuccumbere par eſt
Qui ſolem lippis oculis tentare putabam
Lumine confuſus ſtupui:tua iuſſa preceſq;
Tangebant:urgebat honos meritumq; perempti
Regis ⁊ aſſurgens ſignareʒ carmine buſtum
Ingenium tardabat iners.res maxima regem
Eſt ſiculum laudare ſatis:ſtupor ora ligarat
Cuntantem:pongebat amor:quid multa coactus
Grāde op⁹ aggredior:paucis perſtringere uerbis
Sed dum celeſtem mortali carmine famam
Proſequor eloquium medio me liquit in actu
Si breue:da ueniam ꝙ ſi te iudice forſan
Auguſtuʒ uerboſa prement epygrāmata marmor
Deme ſuperuacuum me permittente : tuoq;
Temperet arbitrio titulum manſura ſepulchri
Deniq; uerſiculos quos mēs lachrymoſa peregit
Qualeſcunq; putas placido pcor aſpice vultu
Si tibi carus erat queʒ mors modo triſtis abegit
Hic ſacra magnanimi requieſcunt oſſa roberti
Mens celum generoſa petit:nunc gloria reguʒ

Interijt:noſtriqꝫ ruit decoꝛ vnicus eui
Militie flos ſūmus erat:ſpecimenqꝫ uetuſte
Indolis:egregius bello:ſed pacis amicus
Hoc duce barbaricum poteras hieroſolyma collo
Excuſſiſſe iugum : poteras hoc arma mouente
Pellere peſtiferos trinacria ſerua tyrannos
Rex erat ambabus:moꝛs impia clauſit utriqꝫ
Libertatis iter:merito gemis utraqꝫ tellus
Seruitio damnata fero.hec gratia lingue
Nec minoꝛ ingenij laus hunc q̃ꝫ gloria dextre
Extulerat:ſiluit ſacre tuba maxima legis
Quis ſupeſt altus nature conſcius uſqꝫ
Herbarumqꝫ potens:nitidi ſpectatoꝛ olimpi
Moꝛte ſua vidue ſeptem concoꝛditer arces
Et muſe fleuere nouem:dulcedine moruꝫ
Angelicus factiſqꝫ fuit:patientia templum
Pectoris huius habens illo pereunte peribat
Omnis in hoc virtus ſecum iacet oꝛba ſepulchꝛo
Acceptus fuit ille deo:uenerabilis oꝛbi
Tranſcenditqꝫ hoiem:gemitu pꝛohibēte maligno
Digna nequit calamus tanto pꝛeconia regi
Reddere:ſed terras canit hunc ſua fama per oēs
Eternumqꝫ canet nullum tacitura per euum.

¶ Ad Gabꝛielem ꝫamoreū parmēſem cauſidicum.

Olus erā:dulciſqꝫ aberāt mea cura ſorores
ſ Caſtalie q̄s moꝛbus ibers a limine longe
Expulerat noſtro:patriūqꝫ elicona tenebāt
Cura animum:ſcabies dextram ipoꝛtuna uagātē
Huc illuc uerſabat agens.lux alma quietem
Nulla diu dederat:tacite nec tempora noctis
Abſqꝫ dolore truci:nec ſomnuſ amitioꝛ vmbꝛis
Tranſierat:calamuſqꝫ piger:ſqualenſqꝫ papirus
Puluereoqꝫ obducta ſitu ⁊ manus egra iacebat
At rari ſtratis aderant uetereſqꝫ libelli
Inuiſi medicina mali:titulumqꝫ ſecutus
Illuſtrem:ciceronis opus:fineſqꝫ bonorum
Attigeram:tanta implicitos caligine rerum
Ut niſi diuini qua lux intermicat oris
Hanc patriam errorum uarijs ambagibus illo
Tempore poſſeſſam fatear:ſed latius iſta
Sunt alio tractanda loco:nunc uertitur vnde
Sermo abijt:ſic ergo inhians auiduſqꝫ notandi
Quid ſilua in tanta pugnantia multa loquentum
Uerius herebam cartis tacituſqꝫ manebam
Meqꝫ ipſuꝫ:curaſqꝫ alias oblitus inanes
Cū mihi viſus enim uolucres audire camenas
Et redij ſpectare chorum:dulcedine mira
Impleoꝛ:ecce autē tua diues epiſtola blande
In gremium delapſa meum niſi fallimur inq̃ꝫ
Hec fert grande aliquid:reditus ſic ille ſororum
Impꝛouiſus enim ſic nominis ampla meretur
Fama tui:nunq̃ꝫqꝫ alias:uox conſona vulgi
Nam facies mihi nota parum:nec aperta fefellit
Nec decies perlecta quidem : tamen ora legentis
Inuaſit pudibunda ruboꝛ:teſteſqꝫ uocaui
Pierides:mihi tam magne pꝛeconia fame
Non optata quidem:nec debita ſufficit vnuꝫ
Parnaſi tetigiſſe latus.colliſqꝫ ſupꝛemo
Uertice pꝛeclaros pꝛocul aſpexiſſe poetas
Si tamen aſperioꝛ ferias foꝛtuna dediſſet
Nec mundus ſtrepuiſſet inhers foꝛtaſſe parūper
Aſcenſurus eram:nunc me ſuper aſtra locantem
Irridere putem:niſi te tua cognita virtus
Suſpitione leuet:ſed in his non immoroꝛ ultra
Nam laudes damnare ſuas peruerſa uoluptas
Eſſe ſolet multis:dum qꝺ fugiuntqꝫ negantqꝫ
Calle petunt alio:quoniamqꝫ hic pondere paruo
Pꝛegrauat inualidū calamus : creſcenſqꝫ fatigat
Iāqꝫ tremulā ſcriptura manū ſtat claudē carmen
Pꝛora fretum:facilem pupis iam ſpectat harenaꝫ
Fedus amicitie:uotis mihi nempe petendam
Expoſcis.uereoꝛ nequid modo fama uetuſto
More loquax mentita tibi:pꝛeſentia uero
Neu faueat noceatqꝫ mihi:tamen ecce pꝛecanti
Occurro:cumuloqꝫ pꝛeces:tu videris ante
Que cuperes q̃ꝫ parua forent:cōtra ipſe ſecunda
Soꝛte fruar:cui mille dolos:cui mille rapinas
Uulnera mille uolens tanto pꝛo munere dono
Utqꝫ animi tibi ſigna mei manifeſta pateſcant
Mittitur errorē que purget epiſtola certi
Nuncia:q̃ꝫ fragili conſcēdimus alta uolatu
Remqꝫ ſupergrediens quantū ſpes pectus amici
Luſerit hec autem intrepidus iā factus amoris
Iudicij iam tutus ago:nam ſera pꝛofecto
Quos ſemel elegit damnat ſententia mores
Parcius haud ſolito:ſed dilige certioꝛ ergo
Ut ſumus abſimili q̃ꝫq̃ꝫ ſecernimur aſtro
Nec factis nec uoce pares diuerſa ſub vnum
Mittit enim duo colla iuguꝫ qui maxima paruis
Equat amoꝛ:regem ſeruis:inopemqꝫ potentis
Hic catulum magno commendat ſepe leoni
Hic olim auguſto flaccum dedit:atqꝫ maronem
Euripidē archelao:nec barbarus obſtitit hoꝛroꝛ
Iuſſit ⁊ ut noſtro rudis ennius ille placeret
Scipiade:in partem lauri uenturus opime
Et vite moꝛtiſqꝫ comes.cuſtoſqꝫ ſepulchꝛi
Hoc duce ſi tantis ſim connumerandus:ameuit
Me quoqꝫ rex regum fuerat dum vita robertus
Et modo magnanimus humilem non deſpicit iſte
Deniqꝫ federibus ligat hic elemēta poloſqꝫ
Herbis conciliat pluuias atqꝫ aſtra lapillis
Uallibus hic montes ſociat terraſqꝫ pꝛofundo
Hic hominemqꝫ deo ⁊ celum connectit auerno.

¶ Ad conuitiatorem quendam innominatum ⁊ ſub clipeo nominis alieni multifoꝛmiter inſultantem.

Iſtrahis atqꝫ aiuꝫ curis meliorib⁹ aufers
d Et calami peruertis iter:fueratqꝫ tacere
Cauti⁹:at ſtimulis re fidē pūgētib⁹ urges.
Da ueniam:ſi uera loquoꝛ:licet aſpera dictu
Cogoꝛ enim ſtudijs emitur:ſequiturqꝫ laborem
Laurea per rarum decus:atqꝫ hoc tempore ſoli
Speratum optatumqꝫ mihi.quis neſcit agreſtuꝫ
Pꝛemia poſt merituꝫ:pudet hoc dubitata diſerto
Si dubitas uere:ꝙ ſi temptare libebit
Certe alio tentandus eram:tibi foꝛtius ictu
Ut quaterer.quid enim lux ergo nouiſſima foꝛte
Expectanda fuit iungendaqꝫ pompa ſepulchꝛi
Ac pꝛecium ſtudij.ſi debita fine laborum
Laurea non aliter:non hanc eneide ſacra
Uirgilius meruit non qui pharſalia tempe
Sanguine compleuit latio:licet ille negato
Calle petens:alia tulerit ratione repulſam
Cognita commemoro quid ꝙ ceu ſponſa,decorā
Arguoꝛ hemonia lauro geſtaſſe coronam
Florea virginibus ſunt laurea certa poetis
Ceſaribuſqꝫ ſimul parqꝫ eſt ea gloria utriſqꝫ
Arguoꝛ impꝛopꝛie.ſed quid vir pꝛouidus addit
Uidimus oꝛnatum lauro:quem pꝛotinus inquit
Non pꝛius audieram uelut omnia pulchꝛa relatu
Audieris:q̃ꝫ multa mihi licet ampla tibiqꝫ

Non audita putas:nam quantula portio rerum
Unius ingenij laus eſt:decet alta modeſte
Cernere:ſeqꝫ prius : ſed enim mea carmina nunq̃
Sunt audita tibi uerum:legit illa robertus
Conciuis meus egregius:quem iulia noſtro
Tempore pariſeos ſtudiorum tertia nutrix
Suſpicit: ⁊ toto uenerantur ab orbe magiſtri
Luſcus ⁊ eneas legit ⁊ raiualdus in antris
Altus apollineis:ingens legit illa ioannes
Barbatus legit illa meus:ſocijqꝫ fideles
Auribus excipiunt cupidis ⁊ pectore ſeruant
Ut cunctas liuor:ſeu ſors obſtruxerit aures
Ipſe mihi muſiſqꝫ canam plauſorqꝫ pudendus
Ingenij nec frena mei:nec calcar habebit
Cur redit in dubium totiens mea laurea? nũquid
Nõ ſatis eſt meminiſſe ſemel?decuit ne per urbes
Circũferre noua viridantia tempora fronde?
Teſtariqꝫ greges hominum:populiqꝫ fauorem
Infami captare via?laudarier olim
A paucis mihi propoſitum:quid inertia vulgi
Milia contulerint:quid murmura uana theatri
Ergo ne trinacrio minor eſt mihi carmine regi
Gloria q̃ turbe paſſim placuiſſe furenti?
Reginecꝫ minus capitolia profuit urbis
Scandere quaꝫ uacuas ſtudio luſtraſſe paludes
Auia q̃ nemorum rudibus q̃ rura colonis
Atqꝫ inopes ſparſaſqꝫ caſas:incognita noſtro
Carmina noſtra foro.quid ruſtica menia uobis
Obiciunt:quo iure fremunt:ſatis eſſe putaui
Terrarum petijſſe caput:qui victor in arcem
Signa tulit ſumma ſecurus ſede quieſcat
Extremas niſi forte iubes ambire cloacas
Figentem obſcenis victritia poſtibus arma
Noſcor ubi placitum . laudat mea carmina tibris
Parthenope ſtudioſa probat:nec terra naſonis
Reſpuit aut flacci:nec qui cicerone ſuperbit
Liue ſimul marioqꝫ locus:nec gallia noſtri
Inſcia:nec rhodanus:quid inepta colonia tantis
Una nocet titulis:fului cui gratia nummi
Uentris amor ſtudiumqꝫ gule ſomnuſqꝫ quieſqꝫ
Eſſe ſolet potior ſacre q̃ cura poeſis
Mantua virgilium genuit:uerona catullum
Et plinios noſtroſqꝫ aliquot ſeruauit in annos
Urbs antenoridum quantos celebrauit alumnos
Nunc:quõdã numerare labor : quot cimbria nũp
Secula pergameum viderunt noſtra poetam
Cui rigidos ſtrinxit laurus paduana capillos
Nomine reqꝫ bonum latijqꝫ in finibus orbis
Pierios animos alpis tulit ora niuoſe
Parma euo collapſa ſui monumenta macrobi
Oſtentat:uetus uſqꝫ nouo me carmine ſaxum
Nobilitare iubẽs.nec eadem degener urbe eſt
Caſſius has inter docta urbs tua ſola carebat
Uate diu proprio niſi te ſibi fata tuliſſent
Purgantem patrias calami ſplendore tenebras
Longaqꝫ paruificis abolentem oliuia terris
Caucaſeũ romana iugum trãſcendere fama
Diſtulit:europe iam tunc aſieqꝫ tremenda
At mea ꝙ ueſtre nondum ſit cognita plebi
Ceu tenebris damnata iacet ſi reddita pridem
Eſt ratio reddenda iterum:noua gloria regum
Rex ſiculus celo pro me reſpondet ab alto
Qui mõ duꝫ terris habitat mihi numeris auctor
Maximus inſoliti famam inuidiamqꝫ reliquit
Adiciens cauſam ꝙ opuſcula iudice tanto
Noſtra forent tanti:melius ſibi cognita forte
Q̃ tibi:nocturnas ſtudijs grauioribus horas
Surripiebat eum:vigiliqꝫ ingeſta lucerne
Immemor interdum:cene ſomniqꝫ legebat
Neqꝫ tibi ignotum tanto dignatus honore eſt
Ut procerum primis ſub regia tecta uocatis
Plurima noſtrarum caneret preconia laudum
Uera utinam:q̃ uera tamen rex viderit ipſe
Quin etiam magno pro munere parua petita eſt
Africa noſtra ſibi:memini ſuprema benignus
Oſcula ⁊ heu nunq̃ fatis iteranda parabat
Quum duo dona pio placidiſſimus ore popoſcit
Obſtupui.quid enim immenſo donare puſillus
Poſſe videbatur:ſed quid niſi carmina uellet
Largus opum:diueſqꝫ animi ⁊ virtutis amator?
Carmina menſure ſedem tribuentia fame
Hoc petijt primum:pectus calamumqꝫ pudenter
Excuſo:fragileſqꝫ humeros ſub pondere tanto
Inſtat ab aduerſo:dubio lis fine reſedit.
Conceſſiſſe ſibi ut videar mihi prima negaſſe
Proxima dona libens tribuo : cui dignius aule
Scipiade mittendus eras:at perfida ⁊ altis
Inuida principijs illum fortuna repente
Suſtulit interea:nunc tanq̃ lumine rapto
Neſcius in tenebris liber eſt:quo flectere curſum
Cogitet ⁊ toto nullum videt equore portum
Heu cineres buſtumqꝫ petet:qui turbine q̃q̃
Dilatus uario : multos abſumpſerit annos :
Si foret hic ueſtram tantum mittendus ad urbeꝫ
Iam ſatis exornatus erat mihi crede ſuperqꝫ
Sed dum multa timet uenturaqꝫ ſecula terrent
Heret adhuc tacitus:cuius ſi laurea ſerum
Expectaſſet iter quod mens preſaga timebat
Mortis ab inſidijs iam circumuenta fuiſſet
Hinc prior:ille abijt.cuius poſt funera nullum
Examen ſubiturus eram:nam maxime nondum
Tu mihi notus eras:fateor mea crimina tempus
Anticipaſſe iuuat : q̃uis nec pauca viderem
Scripta mihi iam tum laudati carmina uari
Nulla meos feriunt oculos:tamen inclita pectus
Fama ferit:ſcriptis ego ſum tollendus in altum
His ſine nullus ero:nunquid tamen illa probari
Eſt opus ⁊ vulgo:titulo caruiſſe poete
Abieciſſe graues ſpoliato uertice remos
Maluerim ⁊ longis latuiſſe inglorius annis
Hactenus hec noua lis oritur quo tramite uertar
Conquerar an taceam:riſumqꝫ refellere riſu
Sufficiat:riſum moueo.ſic vita meretur
Noſtra quidem fateor:ſed nunquid carmina riſũ
Promeruere etiam lachrymas que ſepe ſeueris
Extorſere oculis:ſic triſtia forte uolutant
Nunc mea fata vices:ut qui rorantia vidi
Inclita romulei dum proloquor ora ſenatus
Regis ⁊ indomiti frontem pietate remiſſam
Ridear ignauo:proh ſors malefida popello
Altera legitime ſupereſt mihi cauſa querele
Quis modus audendi:que ue iſta licentia fandi
Tela fremens elicone rapis:quibus agmina uatũ
Impetis ⁊ noſtros in nos accingeris enſes
Ante alios flacci:cuius te ſcripta mouere
Occiput ut ſcapitur:tenero nec parcitur vngui
Uate ſacrum decies clam caſtigante poema
Debuerant:rigidamqꝫ notis adiungere limam
Mendaces uocitare quidem inſanoſqꝫ poetas
In primis furor eſt:mendaxqꝫ inſania.uere

Uera canunt:aufes q̃ꝫ q̃ꝫ fallentia ſurdas
Has etenim ſpꝛeuiſſe licet puerilia uatum
Hinc ſtudia appellas puerilis ineptia quoꝛſum
Impulit errantem calamum:puerilia ceſar
Julius ⁊ toto regnans auguſtus in oꝛbe
Tractarunt igitur:quedam diuina poetis
Uis animi eſt:ueloqꝫ tegūt pulcherrima rerum
Ambiguo:quod non acies niſi licea rumpat
Mulceat exterius tantum : alliciatqꝫ tuētes
Atqꝫ ideo puerisqꝫ placet:ſenibuſqꝫ uerendis
Inſanire licet:fateoꝛ mēs concita clarum
Seqꝫ ſuper pꝛouecta canet:vulgaria opoꝛtet
Linquere ſub pedibꝰ:magnū hinc ſubſiſtere nullū
Cenſuit ingenium:niſi ſit demētia mixta
Judice qui populo:dicti cognomen habere
Cepit ⁊ altiſſonum liquit poſt terga platonem
Dixit idem cunctis:que tanta infamia uatum
Quo ruis ulterius:media nos pellis ab urbe
Sed paulum expecta:iam ſponte recedimus oēs
Et nemorum ſecreta placent:turbamqꝫ nocentem
Odimus:ac leti campis ſpatiamur amenis
Hinc quia pꝛoſpexit cui pꝛimum publica cure
Res fuit :aduerſos populi uos moribus illum
Moribus infeſtum ueſtris ſtudioqꝫ futurum
Diſcreuit populo ſtrepitum:rus uatibus almum
Soliuagis:uacueqꝫ bonus redit ocia ſilue
Liberiuſqꝫ ſolum:nam que mixtura perennis
Hos ſtupoꝛ attonitos alti caligine ueri
Hos autem meſtos ſemperqꝫ quietis egentes
Turbida ſolliciti tenuiſſent tedia vulgi
Conſultum hinc illinc.igitur non urbibus acri
Pellimur exilio ſequimur meliora uolētes.
Nonne deum pꝛimos olim queſiſſe poetas
Inquit ariſtoteles:num ſanctos celitus aura
Diuina afflatos ⁊ munera rara deorum
Marcus ait cicero:fautoꝛqꝫ domeſticus omnis
Exulet.externi cauſam tueantur honeſtam
At noſtros niſi foꝛte uetas ad roſtra uenire
Uicimus haud dubie:quis pꝛeclariſſima bella
Herorum:moreſqꝫ graues ⁊ nomina noſſet?
Quis ſtimulis animos ageret per mille labores
Perqꝫ altum virtutis iter:quis triſtia vite
Demeret implicite dulci faſtidia cantu
Ora forent quaſi muta hominum ſi ſpiritus oꝛbi
Deforet aonius:virtus ignota lateret
In ſe clara licet:ſtudioqꝫ impetus omnis
Toꝛperet lingue nam fundamenta latine
Nulla forent:quibus egregie ſtant ſedibus artes
In quibus omne pꝛocul uobis oſtenditur euum
Noſtraqꝫ uenturis longum ſeruabitur etas
Hic tamē occurret cherilus : uel aquinius ait qui
Tempus in infami multum poſuere libello
Scriptorum plebeia cohoꝛs:ſed dic mihi queſo
Que nā turba hominū multos nō paſcit ibertes?
Rara quidem ingenij bona ſunt ſemperqꝫ fuerunt
Semper erunt:paucos altum tenuiſſe videmus
Aſpice virgilium:nunquid pueriliter illum.
Terrarum celiqꝫ plagas ⁊ ſidera luſtrat
Iſta palam:q̃ꝫ multa latent:quid fratribus atris
Eolus imperitas aut quid ſuperaddita moles
Montis ⁊ ipſe ſedens ſublimi uertice rectoꝛ
Quid pius eneas:ſocius quid ſignet achates
Quid uenus ambobus medie uelit obuia ſilue
Quo peregrina virum circundet coꝛpora nimbo
Qua nubem ſub nube tegat:quid cantat iopas
Quid bithias magno patere bibat īpiger hauſtu
Quid uehat aſper equus:miſereqꝫ incēdia noctis
Inſultaſqꝫ ſinon.genitrixqꝫ affixa furenti
Inter tela duci:mox ut digreſſa per vmbꝛas
Apparere deos infeſtaqꝫ numina troie
Quo feroꝛ? hic nullum inuenies ſine tegmine ꝯſuz
Pꝛetereo reliquos.quid flaccus horatius ardens
An leuam dextram ueniaz monſtrare videtur?
Et magnum foꝛmare virum:ſed noſtra relinquo
Oꝛpheus:amphion:uel natus apolline linus
Atqꝫ parens muſeus ⁊ quos mirata deorum
Gꝛecia ſubſcribit:ſtatius pueriliter euum
Tam longum peperere ſibi:quid pꝛotinus alto eſt
Altius euripide:magno quid maius homero
Que loca:quos poꝛtus:gemino que littora ponti
Que freta:quas claſſes que p̄lia quos ue ferarum
Quos hoīum motus:oculis quibus ipſe carebat
Non ſubiecit enim:mores populiqꝫ ducumqꝫ
Pinxit ⁊ enumero plebis ſecreuit ulixem
Quem mihi non uana circūtulit arte caribdim
Sirenumqꝫ modos ⁊ amantis pocula circes
Quid moroꝛ in uerbis ſacri nec dogma platonis
Nec ſocrates aliud:titulum nec nacta ſophie
Cetera turba docet:q̃ꝫ quod cantare ſolemus
Dicet ad hec aliquis:cur per iuga celſa fatiger
Huc via fert humilis:mens delectata laborem
Spernit ad hec bꝛeuitas memorē ſuccicta reliq̄t
Et dulces iterare ſonos iuuat uſqꝫ legendo
Certus abhinc uenie:pueros uocitare memento
O famoſe ſenex atqꝫ inclinare caueto
Celeſte ingenium: ⁊ uatum ueſtigia vita
Inſanum hoc genus hominum:piget illa deiceps.
Uana ſequi.vilis nobis ut paſcitur hircus
Neſcio cui merces ea ſufficit.eſt mihi fame
Immoꝛtalis honos: ⁊ gloria meta laborum
Coꝛniger at quantū tegat hic ſub pellibꝰ hircus
Quod neſcire putas : ſoccos bonꝰ atqꝫ coturnos
Pꝛemia muſarum:tandem ſtatuiſſe videris
Falleris.eſt habitus quem ſecula noſtra licēter
Poſtpoſuiſſe vides:poſtq̃ꝫ deferbuit ardoꝛ
Pierius ceſſitqꝫ retro.quo nomine ſigner
Reſpondere iubes : an ne ad p̄toria uentum eſt
Jure agitur mecum:conſignatiſqꝫ tabellis
Qui ſim.quem ue ſequar callem ſtilus ipſe tacēte
Me loquitur:num plura iubes:ſed epiſtola finem
Longa petit : dabitur quam ſi ſonuiſſe putabis
Altius excuſer parcant aures oculiqꝫ
Gloria nulla etenim uerbis optata ſuperbis
Nulla petita mihi:tua me violentia adegit
Nec loquoꝛ ut leſi vindex eliconis:an ille
Hoc eget auxilio tantis armatus alumnis?
Pꝛecipue quia quo ſecuz pugnare paraſti
Plumbeus eſt gladius faciliqꝫ retunditur ictu
Nec uelut aſſertoꝛ pꝛopꝛij cognominis arma
Muſarum pꝛo parte tuli.ſed turpiter illas
Maieſtate ſua ſacro ſpoliarier auſu
Quis tacitus perferre queat.que perlegis autem
Non tibi dicta putes ſed qui te bella mouere
Compulit:agnoſco ingenium muſiſqꝫ ſacratuz
Inſcriptis dilecte tuis:illumqꝫ pꝛofecto
Quiſquis erat moꝛdax nunq̃ꝫ tibi cognita peſtis
Inuidia urebat ſic nobilis africa ſurgat
Sic mihi virgineus clauſe penetralia cirre
Rite choꝛus referet faueatqꝫ ſupnus apollo
Tu tamen hoc illi noſtris chariſſime uerbis

Hic precor:ut quotiens alieno inuidit honori
Inuideat ſtudijs pulchro inuideatqꝫ labori

¶ Ad luchinum vicecomitem mediolani dominū cū pira trāſmitteret incidēter egit de laudibus italie

a Rgolicas ſi fama uolāſ vulgata per urbeſ
Arboris auſonie quōdā dū ſplenduit etas
Aurea ſaturno terris regnante fuiſſet
Ut reor euriſteus nunqꝫ tot ferre laborem
Cogeret alcidem:ſua ditia poma draconi
Hortulus heſperidū male cuſtoditus haberet
Hoc potius mandaret opus:nec vinceret aurum
Natiui dulcoris opes:felicius omni
Es latium tellure quidem prefertilis ora
Italie:quam fulua ceres viridiſqꝫ minerua
Purpureus quam bachus amat:tu frōdea capris
Florea mellificis apibus:pecoriqꝫ viciſſim
Paſcua: ⁊ irriguis late pulcherrima pratis
Tu redolens hortis.uarijs ſcatebroſa metallis
Arboribuſqꝫ virens:ſiluis vmbroſa uetuſtis
Alitibuſqꝫ feriſqꝫ frequens:uenatibus apta
Aucupioqꝫ placens:lacubus piſcoſa profundis
Fluminibus diſtincta uagis ⁊ portubus omne
Tuta latus dupliciqꝫ ſedens circūflua ponto
Mirificis inſignis aquis ⁊ aprica recuruis
Uallibus:aſſurgens iugis eſtate niuoſis
Perqꝫ hiemes medias ad littora uere benigno
Temperieqꝫ fruens:celo tranquilla ſereno
Semper:odoriferis nebulas purgantibus euris
Urbibus ampla tuis.atqꝫ arcibus alta tremēdis
Conſilioqꝫ vigens:populiſqꝫ inuicta ſuperbis
Et terra pelagoqꝫ potens ac rite ſupremum
Imperium teſtata ſitu:ceu calcibus orbem
Cōcutias:ſtimuliqꝫ loco pretendis idruntem
Brondusiumqꝫ biceps arthois obicis vndis
At matutini qua proſpicis hoſtia phebi
Flexa crotona tegit:graiūqꝫ a ſtirpe tarentum
Planta pedis : regium çephiros a pollice frāgit
Neapolis ſure medium:femur occupat altum
Ianua: ⁊ extantes tyreno in flumine piſe:
Urbs uenetum diuerſa tenet:ueteriſqꝫ rauene
Menia: ⁊ ariminū terrarum terminus olim
Ac ſalis adriaci rabies quaꝫ deſpicit archon
Quid mediolanuꝫ medias quid grāde medullas
Robur alit:patauumqꝫ potēs:fortēqꝫ ueronaꝫ
Quid modo te memoreꝫ ſtudioſa bononia:ul' qd
Te genitrix mea chara loquar florentia quondaꝫ
Squalida nunc:populiqꝫ manu lacerata furentis
Ac nunqꝫ iam ſtare ualens:quid carmine longo
Littus utrunqꝫ maris:medij quid proſequar imū
Montis utrunqꝫ latus ſeries immenſa:reate
Centron habet ualidoqꝫ ingens ſtat poplite roma
Cūcta mouēs:rerūqꝫ caput domus alma tonātis
Ac ſedes terrena dei:terrorqꝫ ſubacti
Orbis: ⁊ innumeris celo exequata triumphis
Salue belli potens regio.paciſqꝫ magiſtra
Ingenijs ornata ſacris conditaqꝫ dulci
Eloquio excellēs cunctas quas maximus ambit
Oceanus:nulliqꝫ ſatis laudata virorum
Et legum generoſa parens:mihi latius ipſi
Forte alio cantanda loco:nunc obtulit arbor
Materiam fecunda breuem:qꝫ dulcia tellus
Itala de ramis legeret non aurea poma
Iudice certa loquor guſtu:pars ultima lauduꝫ
En glatiale pirum ſeſe commendat abunde.

¶ Ad paulum hannibalenſem vnum ex primatibus populi romani.

Um memini moreſqꝫ tuos faciēqꝫ benignā
o Uerbaqꝫ magnanimuꝫ liqdo teſtātia pect⁹
Tedia longarum ⁊ diſcrimina mille viarū
Commeminiſſe iuuat:terris optādus ⁊ vndis
Tantus amicus erat nimio conſtare labore
Nec poterat penetramus eni peregrina furentes
Littora:nec ſcopulos:pelagi nec monſtra timem⁹
Urget auaritie ſtimulus:proh quantula mortis
Premia barbaricis aurum rapuiſſe cauernis
Maternoqꝫ ſinu nitidos pepuliſſe lapillos
Uel piper exiguum ramo legiſſe migranti
Sordet amicitie ſtudium:contraria longe
Mens mihi:nam fido nullus par cenſus amico
Nullo auro penſanda fides:tua cognita late
Fama quidem tibi me:mihi te:nec fama profecto
Nec virtus:ſed fata dabant:traxiſſet ad indos
Spes tanti longinqua boni:natura pepercit
Hos mihi circuitus:terraſqꝫ habitare ꝓpinquas
Nos uoluit : tempuſqꝫ dedit concurrere in vnum
Obfuit at reruꝫ cumulus:nec longa videndi
Libertas ⁊ ſera fuit:raptimqꝫ reuellor
Ex oculis optate tuis:hoc preſtitit autem
Preſentem vidiſſe ſemel:quantūlibet abſens
Ut preſens videare mihi: ⁊ que plurima mecum
Dulcia melliſluo:gradiens ſimul ore ferebas
Menia dum lacere ſpecimen miſerabile rome
Monſtrares digito:meqꝫ inter ſingula uerba
Aſpiceres oculis rorantibus:ultima dicens
Hec mihi labentis patrie fragmenta reſeruat
Sors mea:ſuſcipioqꝫ libens : nec ſoſpite paulo
Funditus ita ruent manibus conuulſa nephādis
Letabar:memoriqꝫ nihil ſub pectore ſedit
Altius:agnoſco romani principis ingens
Propoſitum mentemqꝫ piam:nūc pacta repoſcēs
Roma ſenex iuuenem rogitat:miſerere cadentis
Pollicitiſqꝫ mane:celſum decet ardua rerum
Cura animum:decet euentus ex corde ſecundos
Urbis amare ſue.caſus prohibere malignos
Suſtentare manu feſſam releuare iacentem
Non tibi ſed patrie ſatus es:cui iuſtius armos
Subicies oneri:que ſarcina pulchrior uſqꝫ?
Nec te parua manet ſeruatis fama ruinis
Quanta qꝫ integre fuit olim gloria rome
Reliquie teſtantur adhuc:quas longior etas
Frangere non ualuit:non vis:aut ira cruenti
Hoſtis:ab egregijs franguntur ciuibus heu heu
Que rabies:occurre malis:hoc ſcilicet vnum
Eſt ubi te prorſus maiorum a ſtirpe tuorum
Degenerare uelim:vigeat mauortia virtus
Militieqꝫ decus:nitidi ſit larga metalli
Sit ferri ſecura manus:perduret equorum
Iugis amor:ſtudiumqꝫ canum culturaqꝫ ſilue
Artes nobilium liceant:proſternere turres
Immeritas patrieqꝫ in viſcera mergere dextras
Si neſcis hoſtile opus eſt.ſed forſitan error
Huc patres tulit ille tuos:ut menia ſacre
Eruerent urbis:qꝫ ſe de ſanguine natos
Hānibalis iactare ſolent:mirabile non eſt
Heredum ſi iura tenent:quodqꝫ ille nequiuit
Perficit hic aries:tua fortia pectora mēdax
Gloria non moueat:qꝫqꝫ clariſſimus ille eſt
Artibus armorum:magnum tamen impia nomen
Equant acta ducis parqꝫ eſt infamia laudi
Nota loquor:fuerit potius tibi ſanguinis auctrix

Scipiadum diuina domus:noua nomina ſumēs
Hoſtibus a domitis:afroqꝫ ex more ſubactus
Hannibal hec domui dederit cognomina ueſtre
Ergo age tantorum ueſtigia fortis auorum
Ingredere ⁊ patriam ſupremo in tempore ſerua
Ac pius annoſe baculus precor eſto parenti.

¶ Ad Lancelottū placentinuꝫ excuſantē ꝙ ſe inſcio nomine eius eſſet abuſus inuidus ille quē quarta retro notat epiſtola.

Irabar quo te ſubitus preceps ue tuliſſet
m Impetus:ut cultos diuū tibi more poetaſ
Sēper:ob vnius odium fortaſſe procaci
Uulnere tentares:potuiſſem parcere ſi me
Non elicona ſimul totum furor ille notaſſet:
Ceperat indignans calamū manus: ira iuuabat
Aſpera mordaci componere carmina uerſu
Sed trabe nodoſa grauior:paſſuſqꝫ per omnes
Subſiſtens hec uerba dabat:violenter amicum
Armor in immeritum:ſcelus at patiemur inultuꝫ
Duc age duc quo iure licet dum talia mecum
Ille ageret ſonuit querulo ſub cardine limen
Nūcius ante foras aderet tuus:omine ſenſi
Quid ueheret:tete purgas: ⁊ crimina certum
Uertis in auctorem:frons eſt nitidiſſima uero
Illicet agnoſcoqꝫ dolū:calamumqꝫ morantem
Abſoluo:moxqꝫ hunc alacrem cupideqꝫ ſequēteꝫ
Quo ſe cūqꝫ traham:detectum leſus in hoſtem
Dirigo nec paucis purgata calumnia uatum eſt
Ille tamen fruſtra tacitus mihi ſemper abibit
Speratumqꝫ meo nec habebit carmine nomen
Nunc ad te redeo:ꝙ nondum tranſfuga colles
Aonios:fontemqꝫ colis turbāqꝫ prophanaꝫ
Effugis ingennas calcantem ac deſpicis artes
Gratulor:hac via te ſuperas attollet ad arces
Seruabitqꝫ diu populo pereunte caduco
Concepti ueniamqꝫ ꝑcor ſermonis:at ille
Obſtrepitor ſi liuor eum tam feruidus urit
Supplicium ut tacuiſſe putet:ſi tanta uoluptas
Otia noſtra ſuis ſtudiumqꝫ laceſſere uerbis
Quid ſtruit inſidias campo ſe credat aperto
Subſcribat nomenqꝫ ſuū:nec ſe tegat vmbra
Nominis externi:proprijſqꝫ occurrat in armis
Namqꝫ meneciades galea mētitus achillem
Cuſpidis hectoree cecidit male genitus ictu.

¶ Ad Ioannem de columna cardinaleꝫ ſuper fratrū morte conſolatoria.

Mpia mors q̃ticēs oculos calamūqꝫ fatigas
i Carmē ⁊ i lachrymis:lachrymas i carmie mi
O genꝰ hūanū ⁊ lōge ſors peſſima vite ſces
Cernere charorum pallentia corpora ſaxis
Obruta fundendos totiens auellere canos
Et viduam longa traducere morte ſenectam
Lumina quis moriētis erit qui condat humetqꝫ
Si pergis ſeuire ferox:hoc ſeua parabant
Aſtra nephas:cogar ne igitur ſine fine ſuperſtes
Omnibus eſſe meis:nec me dolor ipſe necabit
Heu domus illuſtris ſolitum ſtilus impleat actuꝫ
Nunc domus infelix exuſta funere crebro
Heu germana fides predulcia pectora fratrum
Heu miſerande parens:deſertaqꝫ turba ſororum
Unde tot accipies gemitus quis ſufficit humor
Cladibus aſſiduis:que par querimonia damnis
Bellica marmoree domus imperioſa columne
Nec celi concuſſa nimis nec fulmine torui
Uicta iouis quondam:nec turbine feſſa biluſtri
Urbis honos:ſummumqꝫ decus:belliqꝫ domiqꝫ
Perfugiumqꝫ bonis fueras:terrorqꝫ ſuperbis
Nunc in fruſtra ruis:tacitis iuuenilia triſtes
Mortibus: ⁊ rapido natorum ſtamina fuſo
Precipitant parce:virtus hec nota per orbem
Hunc ue tot egregij finem meruere labores?
Talia funereis iterans ſuſpiria uerbis
Fundebam:lachrymiſqꝫ gene pectuſqꝫ madebant
Ecce autem celi uox e regione ſerena
Incertum quibus acta vijs:ſic impulit aures
Ecce quid aduerſus ſuperos ⁊ ſidera fruſtra
Inſanire iuuat.iuuenes mors equa ſeneſqꝫ
Demetit: ⁊ nullus mortalia temperet ordo
Eternis ueſane paras vim legibus:an tu
Hactenus indomite neſcis ut ferrea parce
Arbitrio nent penſa ſuo:ſcinduntqꝫ trahūtqꝫ
Nec modus aut requies? viles cui gl'ia cordi eſt
Fida ſub extremo non deſerit arma periclo
Nauta gubernaculum ſtringit rapiente procella
Intrepidoſqꝫ videt ſparſos ſuper equora remos
Et prius hunc pelagi q̃ꝫ terreat:opprimat vnda
Sunt qui conſpecto tergum dent turpiter hoſti
Sunt quos ſurgētis murmur leue ſubruat auſtri
Et noua tempeſtas ⁊ ſibila prima rudentum
Hi propriuꝫ diſcrimen habent ignaua pauentem
Mors fortem generoſa manet:tu pauca tremiſcis
Spicula fortune:viteqꝫ in fluctibus alnum
Deſeris:exiguo pauefactus turbine ponti?
Et gemitis facis arma miſer?quid profuit ergo
Lectio:quid ſtudium : nunq̃ꝫ tranquilla magiſtrū
Unda probat:nec militie pax lenta peritum
In dubijs ars certa patet:turpiſſimus error
Ille hominum peritura uelut manſura tenetis
Hinc dolor amiſſis inconſolabilis imo
Corde oritur:laceratqꝫ animum:ſtat gratia nulla
Preteriti:ſubeunt cunctarum obliuia rerum
Illicet: ⁊ magna eſt iniuria finis habendi
Quod ſatis eſt habuiſſe ſemel : condiſcite eodem
Reddere depoſitum cupidi:quo ſumere vultu
Et quoniam non certa dies eſtote parati
Semper ad imperium domine ſua iura petentis
Intranti monſtrata via eſt.hoc triſtia calle
Multa quidē inuenies:hoc dulcia pauca videbis
Incertus placida laturus fronte viator
Quidqd erit qđ fata parent.hec uerba parentem
Naſcenti dixiſſe puta.natura profecto
Omnibus hec loquit̃:quicquid dulceſcit amaro
Fine perit:fugit omne bonuꝫ quo ueſtra furit mēſ
Proqꝫ breui longus ſequitur dulcedine meror
Paupertas concludit opes:natoſqꝫ ſenectus
Orba gemit:fidos mors diuidit inuida fratres
Nec minus vnanimes ſubito diſiungit amicos
Dum latus illa placens acies cingebat utrunqꝫ
Fortunate diu : dum mutua uerba benignis
Frontibus hinc illinc ⁊ pura mente ſonabant
Nonne tibi interdum proprie fuit obuia fortis
Conditio: ⁊ tecum comitatus ut iſte ſupremo
Mox gemitu ſoluendus erit:cur proxima queſo
Cui breuis hec promiſſa dies:queꝫ ueſpera pallēs
Spirantem:preſens quem tandem protinus hora
Integra. ⁊ inſidijs mortis caritura videbit?
Sumite letitiam ſemper fugientis amici
Et fratres natiqꝫ alio ſpectentur ituri
Dumqꝫ licet celerate frui:neu perdite tempus
Quod uolat: ⁊ rapitur uobis preſentia ſordent

Amiſſas lugetis opes: ⁊ ſors ſua nulli
Ante placet q̃ ſubtrahitur: mors ueſtra repente
Judicia alternat. quem faſtiditis ab urna
Suſpicitis: quia nulla regit conſtantia mentes
Haud vnq̃ preſente ſatis gaudetis amico
Perſtrepit aſſidue meſtis ululatibus aer
Ante oculos ueſtros tremulo tot pallida cantu
Funera pretereũt: nec diſſimulare poteſtis
Namqꝫ hoc prima dies: qua lucis limina nudi
Cum gemitu intraſtis: ſi mens tunc firma fuiſſet
Uenturiqꝫ capax monuit. primamqꝫ ſequentes
Haud dubiam fecere fidem: ſed uaſta uoluptas
Alligat: ⁊ vite nunq̃ ſatiata cupido
Atqꝫ ideo in finem heretis: lachrymaſqꝫ pudẽdas
Spargitis amplexi medicorum colla manuſqꝫ
Quodqꝫ diu feciſtis iter complere timetis
Ut ueſtros ſic alterius muliebriter autem
Fletis ad euentus: q: nulla exempla profundis
Inſedere locis: animum ſpes blanda fefellit
Neſcio quid ſegnes agitis dum tempora currũt
Nec ueterum meminiſtis enim ⁊ preſentia lenti
Spernitis: ⁊ nunq̃ uenientia cernitis ante
Uſqꝫ ſub extremuꝫ pueri. ſed publica mitto:
Quid quereris? calcata via eſt: aut ṽtere retro
Si licet atqꝫ hominis: ſed non licet exue formam:
Aut bonus equanimi fer quelibet obuia fronte:
Quiſqs iter longũ ingreditur feret aſpera multa
Nunc cenum nunc puluis erit: nũc uent⁹ ⁊ vnda
Nunc calor imodicus: glaties nũc horrida: nixqꝫ
Nunc limoſa palus: montis nunc ſaxa prealti
Omnia ſunt patienda viro: quia vita laborum
Nec patria eſt: feſſos ue quies mãet ultima buſto
Quocunqꝫ in toto tua lumina flexeris orbe
Aſpicies parium ueſtigia crebra maloruꝫ
Tu gemis in proprijs: potius communia defle
Et totuꝫ mortale genus neu multa graueris
Uilia neu ſpernas: paucis generoſa ſequamur
Nunc redit in menteꝫ: quas gens cornelia ſũmis
Clara viris: quas emilij ſenſere ruinas
Ut geminos fratres poſt tot modo proſpera bella
Hunc ferro: hunc facib⁹ mors circũuenit, ⁊ almũ
Scipiadem exilio rapuit: ſed fraude nepotem
Coniugis in fide: finxitqꝫ crimina remo
Menia cognato iam tum ſparſura cruore
Abdidit ut rapidi corpuſqꝫ animamqꝫ quirini
Utqꝫ ferum ſubito percuſſit fulmine tullum
Ut brutum ſontemqꝫ ſimul colliſit arunteꝫ
Obtulit ut decios gladijs hoſtilibus ultro
Sabinum chereamqꝫ ſuo: rigidumqꝫ catonem
Marcellumqꝫ dolis regulum vigilando peremit
Eripuitqꝫ animam mixtam cum ſanguine ſille
Diſcerpſit marium ferro bebiumqꝫ cruentis
Unguibus: antoni menſas ceruice nephandas
Fedauit trunci ciceronis ſanguine roſtra
Extinguens italie duo maxima lumina lingue
Tranſfixit craſſum medicatis mille ſagittis
Et ſerum optato impleuit rutilante metallo
Calce ſub ardenti catulum: tellure profunda
Curcion: albinum lapidoſo immerſit aceruo
Sparſit pompeios: fabios contraxit in vnum
Inſidioſa locum. quo fulmine contigit aras
Ceſareas: ſtrauitqꝫ domum que ſtrauerat omnes
Ac ne ſola putes exempla domeſtica mortis
Hec eadem reges ſolio furioſa ſuperbo
Depulit hec populos momento temporis hauſit
Ilion hec ingens hec ipſa fidele ſaguntum
Funditus atqꝫ tuas numantia diruit arces
Et te birſa potens: ⁊ te ſpecioſa corinthus
Hec ⁊ inhumano demerſit ſanguine cirrum
In flãmis alcibiadem: xantippum in vndis
Pirrum feminei contriuit pondere ſaxi
Carcere milcidem ⁊ longo ſqualore peredit
Hannibalem: põtiqꝫ ducem: macedumqꝫ: ueneno
Uicit alexandrum: ſocrati nec cruda pepercit
Euripidem canibus lacerandum prebuit illa
Eſcylon ex alto miſſe teſtudinis ictu
Illa animi merore ſacrum confecit homerum
Contra letitia ſophoclem conſumpſit inani
Si modo ſuſpicio eſt de tantis digna poetis
Pindaricam ſomno: riſu philomenis inepto
Expulit hinc animam: fragili ſtatione ſedentem
Nomina deficient: laqueis innexuit atris
Hunc cruce ſuffixit hunc liquit in axe rotarum
Obruit hunc niuis immodica ſub mole rigentem
Hunc rupis tectiqꝫ graui ſub ſtrage uetuſti
Illum precipitem ſcopulo deiecit ab alto
Hunc herbe tactu: fungiqꝫ hunc abſtulit eſu
Hunc capite alliſo ⁊ ſparſo violenta cerebro
Hunc anime ſolitos p̄cludens ore meatus
Hunc quoqꝫ ṽmiculi facili ſine ſanguine morſu
Hunc auium roſtris: cupidis hunc piſcibus eſcam
Miſit ⁊ hunc ſeuo laniauit dente ferarum
Hunc eſtu triſtiqꝫ fame duroqꝫ labore
Hunc requie nimioqꝫ cibo diſtendit anelo
Hunc uenere exhauſtum fedo liquefecit in actu:
Hunc ſenio cariequꝫ diu laſſauit inherti
Febribus hunc rapidis morboqꝫ ſubegit acuto
Sed quid ego mortes hoĩum: uel regna: uľ urbes
Perſequer ⁊ lato proſtratas turbine gentes
Cum mundi peritura ſuo ſit tempore moles
Terra ſimul pelaguſqꝫ ruent: celumqꝫ chaoſqꝫ
Singula flere uacat: ſolatia magna perire
Cum toto: pariterqꝫ rapi: properare videntes
Omnia ad occaſum corpuſcula ueſtra putatis
Hic ſtabiles habitura domos: ſi iura reuoluas
Mortis ⁊ imperium quod dura exercet in oẽs
Equius hanc patiare tuam tetigiſſe columnam:
Que ſi perpetua firmam ſe mole teneret
Inuidioſa nimis poterat fortaſſe videri
Creuerat uſqꝫ adeo: deuſ hanc moderatur ab alto
In latera extenuat: ſed enim ſolidiſſima perſtant
Fundamenta ſolo: ⁊ rutilans micat ethere uertex
Quid miruꝫ ſi celſa petunt ex more procelle
Uentus agit nimbos: ferit alta cacumina fulmen
Ima ſilent: habitatqꝫ quies in ualle repoſta
Mitius haud paruis tamen eſt mors: notius alta
Uerberat ⁊ longe ſpectantia lumina turbat
Tu ſibi da ueniam ſi poſt celeſtia terris
Poſtqꝫ deum ſtat dura homini flectiqꝫ recuſat
Quãq̃ o ſi tandem incipiat ſine nubibus alma
Lux caligantes oculos: uel ſera ferire
Morte nihil melius vita nil peius iniqua.
Optima mors hominum requies eterna bonoruꝫ
Tu ſeruile iugum domino nolente relaxas
Uictorumqꝫ graues adimis ceruice catenas
Exiliumqꝫ leuas ⁊ carceris oſtia frangis
Eripis indignis: iuſtis bona partibus equas
Nil agis imperio: prece nil: precio ue: minis ue
Atqꝫ immota manes: nulla exorabilis arte
A primo prefixa die: tu cuncta quieto

Ferre iubes animo:promiſſo fine laborum
Te ſine ſupplicium vita eſt carcerqꝫ perennis
Sic meritam ingrate lacerant ſine fine querele
Uel miſeris inuiſa uenis:factura beatos
Auribus hec audita meis lenire dolorem
Uox aliquantiſper viſa eſt . tamen lumina tollens
Uirgineos audire choros ⁊ cernere cepi
Nomina nota nouem vultuſqꝫ ⁊ uerba notaui
Uiſa loquens eratho reuerenter in ora puelle
Uerſus ut hos monitus illa dictante liceret
Membranis mandare precor:nil egimus inquit
Calliope niſi noſtra ſonet.cantuqꝫ decorat
Inuentum de more meum:tum blanda ſororem
Arripuit dextra:poſt hec concorditer ambe
Exactum carmenqꝫ ſequens cecinere : moraſqꝫ
Inter uerba breueſ calamo cuntante dedere
Dumqꝫ canunt ſcripſi:ſed que cōmunia nobis
Hactenus audiſti:nunc quod te reſpicit audi
In primis vitanda tibi eſt ſpectantis ab aſtris
Ira dei:ne forte ſuum damnaſſe puteris
Judicium cui vita hoium:morſqꝫ optima cure eſt
Te quoqꝫ qcquid ages romani proxima cernent
Lumina pontificis:cuius mihi crede caueto
Uultus nube tui frontem turbare ſerenam
Nulli maior ineſt clementia :nomen ab ipſis
Dignum rebus habet:qualem tibi viderit oris
Induet ipſe habitum:teqꝫ illachrymāte tenere
Non poterit lachrymas:igitur moderare dolorē
Humentes abſterge oculos:mitiſſimus ille
Ne qua tui ſentire queat ueſtigia luctus
Conſilio illius:quis enim conſultior alter
Affectus committe tuos ⁊ uerba tenaci
Corde loca:monituſqꝫ ſacros:namqꝫ ille docebit
Ut miſer hic:quem iure regit : cui preſidet orbis
Eſt gemitus mortiſqꝫ domus:ne mortis ad ictum
Flere virum deceat:nemorem quo ꝑgit: ⁊ vnde
Quin ⁊ grandeuum forti pietate parentem
Surgentemqꝫ noua carum probitate nepotem
Concuſſamqꝫ domum: ⁊ meſtos ſolabere fratres
Unus es exemplum multis:quo vulnere triſti
Ter pupugit fortuna nocēs.tria damna tuorum
Ter ſparſi cineres:atqꝫ oſſa tepētibus urnis
Alter ⁊ alterius ueſtigia nuncius urgens
Peſtifer ex nutu pendebunt omnia vultus
Iſta tui:ſi flere uetas non flebitur uſqꝫ
Si fles cunctorum laxabis frena dolori
Extorquenda etiam mala gaudia fortiter hoſti
Inuidie calcanda lues:te ſoſpite nondum
Sentiat indomitam mundus cecidiſſe columnaꝫ
Adde ꝙ in toto late iam noſceris orbe
Nec genus egregium:nec te tua clara latere
Uita ſinit:munduſqꝫ tuo qui cardine pendet.
Et que non alio iam roma ſuperbit alumno
Nunc mores animumqꝫ notant:ſtatus altior oēs
In te nempe oculos atqꝫ ora loquatia uertit
Multorum dominis:multorum ſeruus:iniquo
Subditus imperio lingue popularis in altum
Dum tonat aſſurge ⁊ nomen ſeruare labora
Magnus enim labor eſt magne cuſtodia fame
Ergo tue fratrumqꝫ ſimul ſuccurre ſaluti
Ingreſſoſqꝫ viam vite celumqꝫ petentes
Ne gemitu impedias:nā ſi mala plurima circum
Et dubios caſus inter quos degimus omnes
Mortales:quocunqꝫ gradu fortuna locarit
Si tumidos fluctus:varioqꝫ agitata tumultu
Equora peruideas:fortaſſe fatebere portum
In ſola iam morte ſitum.uel fratribus ergo
Inuidus es:tuta tandem ſtatione receptis
Uel tua damna gemis:primum pietate:ſecunduꝫ
Ingentis virtute animi ⁊ ratione uetaris
Reſtat ut areſcant lachryme neu flebilis ordo
Fatorum occurrat : quoniam prius ultima dona
Mors rapuit:tulit illa ſuum:naſcentibus vna eſt
Conditio:non vna dies adiecta tributi.
Computat hec annos celeres nec preterit horas
Non differt:non anticipat.ſtat terminus eui
Quem fixit natura parens:hic ultimus ille
Primus obit:ſed uterqꝫ ſuum tenet ordine tempꝰ
Nec tamen a puero multum diſtare ſenectus
Sera poteſt:ſpatioqꝫ breui diſtinguitur etas
Quantalibet.iuuenes abierunt:ſilicet illis
Expediebat enim forſan tibi neſcia rerum
Mens hominis:ſemperqꝫ metu ſuſpenſa futuri
Quid iuuet aut noceat caligine cernit opaca
Quid modo ſolicito multum ſermone fatiger
Ut ſimiles caſus referam tibi:uel quid acerbo
Commemorem fratres diuulſos funere:pauci
Ad ſenium uenere ſimul.memor ergo decori
Parce precor lachrymis oculoſqꝫ animūqꝫ ſerena
Stultum flere diu breue ⁊ irreparabile damnum
Irreditura cupis:nil proſunt uerba preceſqꝫ
Nil ſurdis ingeſta iuuant conuitia fatis
Interea trepidi dum circumuoluimur:ecce
Finis erit flendi.deſiderium ue quieſcat
Quo modo torquemur:uolucri nāqꝫ ocior vmbra
Fauſta dies properat quo commigrare coacti
Premiſſos fratres: ⁊ pignora cara ſequemur.
¶ Ad Rainaldū de pago libero ueronenſem poetā.
n Uper ab etherei qui tempat aſtra tonātis
Miſſus habēte vices:dulcē clarāqꝫ reuiſi
Parthenopē:celerāte gradu:res ide ēhebat
Ardua nec dubij fortuna incerta laboris
Hinc reditus urgebat amor.vix limine noto
Conſtiteram tepuere animi:fractuſqꝫ videndi
Impetus : erepto celum ſpectare videbar
Sole gemens:ſicule modo pulcherrimus aule
Exciderat ſolio quo cum lux clauſa ſepulchro
Et ſine quo viduo nox eſt quaſi publica regno
Nobilium lachryme:populi miſeranda dolentis
Murmura: ⁊ effigies lacere meſtiſſima terre
Singula torquebant:ꝙ adhuc ſtant menia:ueruꝫ
Non ea neapolis:quam quartus uoluitur annus
Auſonias inter florentem vidimus urbes
Trunca caput:ſpoliata latus:belloqꝫ uolentes
Exarmata manus:quot ſubruit hora paratus
Quid ualet vnus hō:quid mors uehit vna maloꝝ
His ego concuſſus:ſingultibus omnia crebris
Ut mihi conſpicue patuerunt coniugis aures
Interrupta loquens breuiter cōmiſſa peregi
Queſta parum magni mecum de morte mariti
Cetera conſilio procerum dum credita differt
Expectare iubet:ſed ne mihi tempus inane
Difflueret:ſegniſqꝫ ſopor conſumeret horas
Dum libros mens laſſa fugit:calamūqꝫ recuſat
Per loca nobilibus multum celebrata poetis
Ire uagus ſtatuo:comitum choris oīa circum
Norat ⁊ ardebat ſtudio mihi quiſqꝫ placendi
Proxima fatiloque domus eſt habitata ſibille
Sulfureoqꝫ grauis moles impendet auerno
Feſſa euo:metuenda ſitu:centum hoſtia uocum

Vatis appollinee partim ſub ſtrage ruine
Sparſa iacent partim ſolido ſe limine ſeruant
Muta tamen:ſiluere dei:ſiluitqꝫ ſacerdos
Vnus enim celo ⁊ terre deus omnia fatur
Tecta colunt uolucres uarie:lacus ipſe nigranti
Feruet aqua:cernas piceo ſub gurgite fuſcos
Ludere piſciculos:vicinaqꝫ tartara ſignat
Triſtis odor:facieſqꝫ loci:mõs peruius imos
Inde petit manes:⁊ nomine barbarus ⁊ re
Si comperta ferunt:ego procul atria ditis
Contentus vidiſſe fui irremeabile lumen
Preter enim ꝙ fama uetus:ꝙ carmina terrent
Huc rudis agricola:timet huc accedere paſtor
Nauta nec equorea ſitiens telluris ab vnda
Hoc audet calcare ſolum:vicinia narrat
Neſcio quos auri ſtimulante cupidine nuper
Quod curuis ſine fine putãt latitare cauernis
Irreducem tentaſſe aditum:uotoqꝫ potitos
Forſitan atqꝫ atre tentos dulcedine uallis
Erraſſe ſeu forte vijs:ſeu compede mortis
Infernum coluiſſe larem.ciueſqꝫ manere
Tartareos:ſed viſa ſequor:ſtant ordine colles
Vndiqꝫ contiguo:fonteſqꝫ tepentibus vndis
Antra rigant:rorantqꝫ ſalubri aſpergine campi
Circũfuſa quatit tyrrenus littora pontus
Qui quotiens tumuit ſalſo tenet omnia fluctu
Rura lacumqꝫ ſimul reuomit quas ſorbuit ultro
Germano neptunus aquas:pars altera montis
Deſpiciens acharonta videt:pedibuſqꝫ ſub ipſis
Ipſe ego ſupremo de uertice triſtia vidi
Stagna:nec horrifici deerat niſi cimba carontis
Vt uerum legiſſe rear:nam cetera prorſus
Conueniunt:ſtix alta latet:rexqꝫ impius orci
Portitor annoſo feſſus temone quieſcit
Interiore loco:ſiquidem iam nouimus omnes
Illud iter tranſire uado:nec flectere cũtum
Eſt opus:aut tenui ſuſpendere garbaſa malo
It ſibi quiſqꝫ pedes:ſed ne ſermone fatigem
Lumina cara mihi quicquid ſpectare licebat
Aſperi:vixqꝫ ulla dies tranſiuerat euo
Letior:aut tam leta meo:vix ulla redibit
Tam niueo ſignanda mihi ⁊ memoranda lapillo
Nam preter que multa libens auiduſqꝫ notaui
Paucaqꝫ iam uacue mediocria nomina cirre
Hoc primum mihi blanda die contraxerat vna
Illuſtres fortuna duos.par nobile uatum
Quo dextrum leuumqꝫ latus ualente maronis
Egregios hac aure ſonos.hac nempe videbar
Meonios captare ſonos.iam nomina queris
Et genus ⁊ patriam.barilidos ille ioannes
Quem primum capuana viruꝫ tulit indita geſtis
Pieridum armatus latio iam ſolus amicus
Solus honor patrie:poſtꝙ̃ mors inuida regem
Abſtulit hinc ſiculum:celoqꝫ inuexit egenti
Hic aũt barbatus erat:cui pectus ⁊ ora
Nectare caſtalio redolent lauramqꝫ meretur
Sed decus emeritum uoto trahit ille modeſto
Muſarum interea mihi ꝙ̃ gratiſſimus hoſpes
Atqꝫ meus quotiens capuam:terraſqꝫ laboris
Imperioſa iubet mea me fortuna videre
Sulmo ſibi p̄ria eſt:atqꝫ his mihi crede pelignis
Naſo ſecundus adeſt.igitur ſic multa ferentes
Tres uario ſermone diem tranſegimus vnum
At minime mirum:ſi dum phebea loquendo
Tempora ſubim⁹ades quartũqꝫ loquẽtib⁹ offers
Blanditijs precibuſqꝫ meum conuellere pectus
Tentarant multiſqꝫ vijs:ut ſiſtere tandem
Erres uellem ipſe meos:ſecũqꝫ manerem
Sed quoniam inſtabilis proprio circũferor aſtro
Et requiem mihi fata negant:tu poſceris vnus
Forte tuum memini meritis ſup ethera nomen
Laudibus extuleram:ſtupuit percuſſus uterqꝫ
Vate nouo:nomenqꝫ iubent iterare:quid ultra?
Vt ſibi te ſocium tribuam perdulce uetuſte
Nomen amicitie perqꝫ omnia cara requirãt
Pollicitiqꝫ:ſummus honos ⁊ premia larga
Te maneant:tenuiſqꝫ labor:nec cura perennis
Paupertas nec dura ſenem:nec uox puerorum
Garrula:ſollicite frangent nec tedia vite
Ocia leta trahes illis comitantibus:ac te,
Reſtituiſſe tibi ſaltem ſub fine licebit
Sunt quorum promiſſa fidem mereantur opimaꝫ
Magna uolunt maiora ualent ⁊ nomine tecum
Conueniunt:ſtudioqꝫ pari:qui pectora nexus
Alligat.ignotoſqꝫ procul connectit amicos
Aude age:nam ſi fama iuuat tibi clarior illa
Eſt nuſqꝫ:ſi grata quies tranquilior orbe
Nulla patet noſtro.ſi libertatis amore
Tangeris aut cenſus:illic tua ſera reſeruant
Fata tibi quodcũqꝫ cupis:non ardua buſti
Cura animum ſi forte mouet cui gratius ore
Mẽbra dabis ꝙ̃ que uatis tegit oſſa ſupremi
Conciuiſqꝫ tui:ſolamen dulceqꝫ ingens
Heciuga virgilius:plinius tenet illa ſecundus
Tu mediuſ iacuiſſe times:hoc mantua colle:
Hoc uerona ſedet:patria eſt non horror hiberum
Non indum viſurus eas peregrinus ydaſpem
Italico ne tẽne ſolo:celoqꝫ frueris
Italicas potabis aquas:non aſtrifer athlas
Ethereo ue calle tumens ſuperandus olimpus
Non erimanthee nemeeqꝫ pericula ſilue
Lernee nec monſtra tibi tentanda paludis
Nec mare carpatium:nec littora ſirtis inique
Sed padus eſtiuis ſolito nunc mitior vndis
Frondifer inde iugis ſacer appenninus apricis
Tranſuehet ⁊ campo incolumeꝫ te reddet etruſco
Sexta dies:poſtꝙ̃ patrio diſceſſeris aruo
Hinc humiles colles ⁊ amenas collib⁹ urbes
Tranſiliens.romam ſpatio vix quinqꝫ dierum
Intrabis:tibrimqꝫ inhians ⁊ ſancta videbis
Limina que tali ingenio vidiſſe decebat
Iam pridem:mundiqꝫ caput ſpectaſſe propinquũ
Inde breuis tractus campana per arua diebus
Quatuor optatum expectantibus ardet amicis
Heu propera:victure tibi ⁊ moriture:meoqꝫ
Vtere conſilio:uerſus relegens alienos
Nãqꝫ fatebor enim dum te galathea tenebit
Nec ſpes libertatis erit nec cura peculi.

¶Ad barbatum ſulmonenſem

Vlcis amice uale:tua ſi mihi ſemp imago
d It pñs:mecum ue ſedet:mecũ ue quieſcit
Redde vices:nõ atra paluſ acherontꝭ opaci
Turbida ſomnifero dirimat nec gurgite lethe
Omnipotens quos iunxit amor:nũc corpe paulũ
Diſtrahimur:ſic fata iubent:ſic uelle neceſſe eſt
Tu capuam tergo:capreaſqꝫ a pectore ſemper
Puteolos dextra:⁊ frigij tibicinis oſſa
At leua ſilerimqꝫ procul:biſidũqꝫ ue ſeuum
Aſpicis.equoreo reſonantia littora fluctu
Meniaqꝫ ampla tenens:quib⁹ eſt a virgine nomẽ

Urbibus atqꝫ ubi iam fuerat gens vna duabus
Nūc gentes vna urbe due.populuſqꝫ biformis
Hic ſine me remanes:imo mecum omnibus horis
Omnibus atqꝫ locis ſed enim me dextera regis
Ripa padi.leuumqꝫ patris latus apennini
Aruaqꝫ pontifrago circum contermina parme
Nunc reducē expectant:planeqꝫ vmbracula ſilue
Nāqꝫ ibi pierius gelidum me contigit ardor
Africa noſtra mihi longum intermiſſa iacebat
Exciuit locus ingenium:lapſumqꝫ repente
Reſtituit calamū:memini me nulla profecto
Ingratum factura dies ſtat colle virenti
Silua ingens planeqꝫ tenet licet ardua nomen
Hic ſolem procul aerias auertere fagos
Ac teneras uariare ſolum concorditer herbas
Menſibus eſtiuis videas.hic brachia cancri
Temperat vnda recens : atqꝫ ora iubamqꝫ leonis
Dulces vicinis feriunt ex montibus aure
Impendent iuga celſa ſuper.celumqꝫ laceſſunt
Gallia ſub pedibus iacet italia tota ſedenti
Contra autem heſperie cernuntur terminꝰ alpes
Mille nemus uolucrum ſpecies ac mille ferarum
Circūeunt habitant ſacrum:gelidusqꝫ per vmbrā
Fons ruit:irriguo pubeſcūt gramina flexu
Florens in medio chorus eſt:quem ceſpite nullo
Erexit manus artificis:ſed amica poetis
Ipſa ſuis natura locum meditata creauit.
Hic auium cantus fontis cum murmure blandos
Conciliant ſomnos.gratum parat herba cubile
Frōde tegunt rami:mōs flamina ſubmouet auſtri
Horridus hunc metuit pedibus violare ſubulcus
Ruſticus hunc raſtris:digitoqꝫ hūc ſignat:⁊ alto
Siluarum trepidus ueneratur ab aggere cuſtos
Intus odor mirus ſtatioqꝫ ſimilima campis
Eliſijs:profugiſqꝫ domus placidiſſima muſis
Deferor huc ſolus furtim:ſocioſqꝫ fefelli
Tunc quum prima mihi que ſtrinxit tēpora lauro
Aruerat nondum : flexuꝫ vix cinthia callem
Poſtqꝫ roma nouum tulit ad capitolia uatem
Tranſierat:pompaqꝫ tumens fortaſſe recenti
Neſcio quid tacita inſolitum ſub mente mouebaꝫ
Obſtupui:redijtqꝫ uage uetus africa menti
Cetera reijcies operi mea dextra relicto
Redditur:inde loco locus hic mihi carior omni
Hunc reuidere uelim cepti mihi conſcius alti
Extremāqꝫ manum longo impoſuiſſe labori
Quem traxit fortuna diu:ſi dextra fauebunt
Sidera:tum tandem incipiet ſecura uagari
Africa:per latium ſtudio redimita ſupremo
Scipiadeſqꝫ meus:ꝙ ſi viuatior annos
Partha trahit quid mens agitet fortaſſe requires
Hoc vnum tibi ſubtrahimus:ſed amare laborem
Propoſitum:⁊ ſegnes a limine pellere ſomnos.

¶ Ad inuidum rurſus innominatum.

I tua per longam ſaltē ſemel inuide vitam
Limina ꝟgineis eēnt calcata choreis
Cirreas ſi quando dapes:fontiſqꝫ ſonori
Pocula guſtaſſes poterant mea carmina limam
Equo animo tolerare tuam:nunc cenſor inepte
Quid tibi cum muſis:quid mecum claudicet oīs
Uerſus eniꝫ q̄ꝫq̄ꝫ te iudice tutus abibo
Ethera conſcendam nunq̄ꝫ tibi cece videbor
Quid tibi cum muſis:quid mecū:cēſus honeſtus
Eſt mihi muſarum ſtudium:mens ſemper in actu
Has melior largitur opes cillenius ardens
Quid tibi cū muſis?quid mecuꝫ publica fama eſt
E dictis te virgilium comiteſqꝫ pudendis
Excluſiſſe domo:metuunt ea nomina ſerui
Quoſqꝫ ais urbe plato pepulit:noſ pellimus aula
Quid tibi cum muſis?quid mecum?pellere porro
Non opus abfuerunt ſemper limenqꝫ ſuperbum
Horruerant:fruſtra precibus mihi crede uocares
Tendentes alio:melioraqꝫ clauſtra ſequentes
Quid tibi cum muſis?quid mecum?parce poetis
Exulibus iam parce tuis:ſacriſqꝫ prophanum
Pierijs auerte caput:linguamqꝫ coherce
Ignotis ne ceca vijs calcaribus acta
Corruat inuidie.ſi fercula pinguia uentri
Dulce merum:moliſqꝫ thorus contingat inherti
Si tibi turgentes auro rannuſia fiſcos
Aggeret:argenti montes ſuperaddat:⁊ eris
India ſi thalamos cruſtis circundet eburnis
Et premat oceanus ſpolijs te nobilis alge
Imbelleſqꝫ manus illuſtret iaſpide crebra
Nulla tuos hedere conſtringant brachia trūcos
Non ſegetē mirtus:non delphica laurus obūbret
At ficus:oleaſqꝫ tibi vinetaqꝫ tellus
Sufficiat:largoqꝫ fluat vindemia bacho
Uinitor que ipſe nihil feſſus nil poſcat arator
Sic cumulent omnes tua gaudia:nullus egenti
Sit locus:atqꝫ fores inopi claudantur amico
Solus hians:felixqꝫ tibi:nulliſqꝫ grauatus
Hoſpitibus:numeres gaças obſeſſus ab illis
Semper creſcentis ſitiens ſpeculator acerui
Pone modū uerbis craſſe te redde quieti
Uel noſtros damnare ferox iam deſine uerſus
Uel dictum ratione proba:ſi diſplicet auctor
Illa placebit enim ſed quid rationis ad hoſtem
De ratione loquor?quin deſine cenſor inepte
Et duo ſub memori prouerbia pectore uerſa
Artem quiſqꝫ ſuam:doceat ſus nulla mineruam.

¶ Ad Gulielmum Ueronenſem.

I q̲d agā queris:quod gēs humana:laboro.
Quid mediter:reqem:q ſpes mihi:nll'a geſſ:
Qua uager hac illac:quo ꝑgā tramite recto
Ad mortem feſtinus eo:qua mente profecto
Intrepida:promptaqꝫ graui de carcere ſolui
Qui comiteſ:mortale genus:que meta:ſepulchrū
Proxima que:celuꝫ:uel ſi prohibemur abiſſus:
Hunc tamen hūc ſuperi caſum prohibete ꝓcamur
Nunc ubi ſim:parme:que ſit mea tota dieta
Hortulus:aut templū:niſi me nemꝰ extrahat urbe
Quis victus : ſolitus licet indulgentior ambas
Det fortuna manus:gremioqꝫ inuitet aperto
Que frōs:clara minꝰ:que premia in pectore:cura
Africa:quod ſtudiū uehemens:quis fructꝰ:ianis
Gloria:nam ſolidam virtus uel ſola meretur
Cura ſecunda domꝰ mihi par:quā marmore raro
Sepe tuos operi queſtus procul abfore montes
Aut atheſim rectis non hic deſcendere ripis
Exorno:coleremqꝫ magis:ſed carmine flacci
Terreor ac buſti admoneor:cogorqꝫ ſuperne
Interduꝫ meminiſſe domus:⁊ parcere ſaxis
Inqꝫ uſus ſeruare alios:tunc impetus ille
Et cepti lenteſcit amor:tunc tecta peroſus
In ſiluis habitare uelim:tenuiſſima forte
Effugienſqꝫ oculos emerſit rimula muro
Hanc animaduertens:operū culpare magiſtros
Aggredior:multiſqꝫ rudem ſermonibus artem
Reſpondent non arte hominum conſiſtere terram

Quam tantũ curuaret onus:modo iacta parũper
Fundamenta nouis ſubſiſtere molibus:atqui
Nil penitus firmum:nil immoꝛtale per euum
Moꝛtales feciſſe manus:ea menia vite
In longum ſatis eſſe mee:viteqꝫ nepotum
Dirigui:mox ipſe mihi:ni ruſticus auctoꝛ
Temnitur:hi uerum memorant quin caſſa caduci
Fundamenta tui circũſpice coꝛporis amens
Eripe te in tutum nunc dum licet:omnia nec ſint
Te ſemper potiora tibi:domus iſta manebit
Coꝛruet hoc coꝛpus:ſedem uacuabis utrãqꝫ
Talibus increpitus ſilui:pudoꝛ obſtitit vnus
Deſeret ne cepta metus:nã machina pendens
Pꝛetereuntis erat digito monſtranda popelli
Ergo opus inſiſtens celero:tamen omnia diſcoꝛs
Mens uariat:nunc recta placent anguſta catenis
Quantus ⁊ ingenti curio fuit hoꝛtulus olim
Quantus epicuro:coeunt exempla:ſenexqꝫ
Uirgilianus adeſt:quem ſe ſub turribus altis
Ebalie vidiſſe refertꝰ: nunc emula celo
Menia romulidum tacturaqꝫ culmina nimbos
Urbe ſemiramia meditoꝛ modus omnis agelli
Soꝛdet:⁊ immẽſis uaga mens anfractibus errat
Aruaqꝫ fluminibus diſtinguit montibus amnes
Ruraqꝫ circundant pelago:redit inde modeſti
Miratrix:luxuſqꝫ odio flammata ſuperbi
Jugiter iſta mihi dẽ me certamina ſurgunt
Hac me multiuolum pectus ſub nube uolutat
Hos inter fluctus mens eſt ſed vulgus ineptum
Abſqꝫ gubernaculo maioribus errat in vndis
Id ſibi ſolamen:pꝛopꝛias amat ipſa pꝛocellas
Naufragium populare videns:tandem oia libꝛãs
Rideo meqꝫ ſimul moꝛtali quicquid in oꝛbe eſt

¶ Explicit liber ſecũdus. Incipit tertius:ad Joãnẽ de columna cardinalem ad habitationem ruſticaʒ inuitat: loci deſcriptione pꝛemiſſa.

e Et mihi cuʒ nimphis bellũ de finibꝰ igẽs
Auditũ foꝛtaſſe tibi:mõs hoꝛridus auras
Excipit ac nimbos ⁊ in ethera coꝛnibꝰ exit
Jma tenent fontes:nimpharuʒ nobile regnum
Soꝛgia ſurgit ibi:querulis placidiſſimus vndis
Et gelida pꝛedulcis aqua ſpectabile monſtrum
Alueus ut virides vitreo tegit amne ſmaragdos
Hic mihi ſaxoſe rigidus telluris agellus
Contigit:hinc lites hinc ſemina pꝛima duelli
Namqꝫ ego ꝙ ꝓfugis ſedes erat apta chamenis
Conciues hic eſſe meas:mecumqꝫ tumultus
Inſulſiqꝫ dedi conuitia temnere vulgi
Contra ille:indignum facinus grauiterqꝫ ferẽduʒ
Exulibus ſua iura dari:nouus aduena toto
Oꝛbe ꝙ expulſas aliene intruderet arci
Atqꝫ nouem pꝛeferret auus ꝙ mille puellis
Jam mihi facta manu nitido bꝛeuis area fundo
Stabat ⁊ aduecto ridebat gramine pꝛatum
Nimpharum interea rapidum de rupibus agmẽ
Pꝛoſilit ac fragilis ualido molimine cepti
Fundamenta ruit.fugimus ſcopulumqꝫ ꝓpinquũ
Pꝛendimus: ⁊ ſaxo trepidi ſpeculamur ab alto
Pꝛeſidioqꝫ loci fruimur:nec tempore lõgo
Congredimur patuliſqꝫ iterum nos credimꝰ aruis
Sic puduit fugiſſe ſemel:tranſiuerat oꝛbem
Delius obliquum:iamqꝫ altera uenerat eſtas
Humida pierio paſſim inſultare labori
Agmina conſpicio noſtriſqꝫ habitare ſub antris
Quid facerẽ? indignoꝛ:ſed qua nã fata gubernãt

Conſiliuʒ curaſqꝫ fide?quo uana retoꝛquent
Oꝛſa hominum?dummulta paro:diũ bella retẽto
Foꝛte peregrinas longum uagus ire per oras
Cogoꝛ ⁊ inceptum cauſa cum ualle relinquẽs
Attonitas comites poſt ſecula multa reduxi
In latium celſeqꝫ ſuper capitolia rome
Sextus ab his annus agitur quid mlᷓta:redimus
Per mare iam totiens menſum:totienſqꝫ remẽſuʒ
Perqꝫ nimis notas alpes.rapit omnia mundo
Pꝛoꝛſus auara dies ⁊ ſenſim labilis etas
Dum rus nempe ſilens ⁊ opaca reuiſimus antra
Mira loci facies:operis ueſtigia nuſqꝫ
Omnia calcabant hoſtes ſparſuſqꝫ iacebat
Agger ⁊ vndiuagis pꝛeſtabat piſcibus aulaʒ
Rurſus in ambigui redeo diſcrimina belli
Et dabat arma doloꝛ:vires cumulauerat ira
Conueniunt duri agricole:paſtoria nec non
Exiguo conducta cohoꝛs ſuccinctus ⁊ alte
Piſcatoꝛ madidus poſito mihi militat hamo
Uoluimus ingentes ſcopulos:ac viſcera matris
Carpimus omnigene ⁊ ſqualentia uellimus oſſa
Paulatim ⁊ ferro montem tenuamus adunco
Pellimus his tota nimphas regione ſubactas
Erigimuſqꝫ ſacris menſura palatia muſis
Fluminis in ripa:pꝛeterlabendo viciſſim
Hinc ſua damna gemẽt hinc gaudia nr̃a videbũt
Nil aliud niſi foꝛte minas ⁊ murmur inane
Exitus hic tantorum operum:ne ue omnia nobis
Attribuam:manifeſta canis:manifeſta leonis
Senſimus auxilia phebi peperere fauorem
Jlle palem noſtris mouit pꝛo partibus arua
Atqꝫ arcum pharetramqꝫ leuẽ eſtiferaſqꝫ ſagittas
Pugnauitqꝫ die medio iuuitqꝫ ſuperne
Per noctem obſequioſa ſoroꝛ uelut emula fratris
Addidit ac lucri ſpatium tenebꝛaſqꝫ repꝛeſſit
Sentio pꝛopoſituʒ tamen hinc fraudemqꝫ latentẽ
Dum glatiem nimboſa ferat uentoqꝫ niueſqꝫ
Sidera ⁊ vndanteʒ dum uerſat aquarius urnam
Expectant:tunc incauto mihi multa minantur
Tum ſpecus hec uaſto rapidum uomet ore fluẽtũ
Gurgitibus mixtis pꝛoperans ſuccurrere victis
Omnia ſunt pꝛouiſa mihi:iam parte reuulſa
Rupis ⁊ aggeſtis vicino e littore ſaxis
Hibernuʒ pꝛeſtruxit iter mea lecta iuuentus
Nec nos aut fracto ueniens padus aggere multũ
Terreat:aut rupti contemptoꝛ pontis arares
Jam victoꝛ:iam pace fruens tutuſqꝫ futuri
Pannoſas comites vix ſerum in flumine puro
Expoſui:lauiqꝫ uadis hic ſepe pꝛecanti:
Antiquos renouare modos:contingere lauros
Nectare ſerta manu:ſacraſ ſpectare choreas
Permiſſum ſileat ꝗꝗ indignatus apollo
Cirraqꝫ muta iugo iam pꝛidem ſubſit hiberno
His ego nõ plauſum uentoſaqꝫ feſta theatri
Nec murmur turbe uarium ſed rara bonorũ
Pectora pollicitus merentia coꝛda leuaui
Hoſpitio menſaqꝫ fauens:caſtoqꝫ cubili
Jamqꝫ elicon:collis biceps:iamqꝫ vngue caballi
Fons oriens:natumqꝫ virens iam ſilua videri
Incipit: ⁊ miſeris melioꝛ foꝛtuna reuerti
Hec age viſurus pꝛopera:par ſiqua quietis
Cura tibi:cernes bellis hec otia quantum
Urbanis pꝛeferre uelis:neu dura timeto
Fercula: ⁊ hoꝛridulis incultu cubilia culmis
Regibus alternare vices:gratiſſima res eſt

Faſtiditur idem ſemper:uariata uoluptas
Blandior eſt aliumq; refert dilata ſaporem
Adde q̄ ⁊ lautas epulas ⁊ vina rubenti
Monte uel ardenti dudum tranſuecta ueſeuo
Argentumq; nitēs:gregis ac precioſa britannis
Uellera odorato demerſas murice ueſtes
Ferre breui potes ipſe via:da cetera nobis
Herba thorum ramis tectum viridantibus arbor
At citharam philomena feret:quam nulla libido
Flexit adhuc:tremulo permulcēs gutture ſiluas
Innuba virgineo canit ⁊ non ſibilat anno
Nos tibi multiloquos ſi fert ea cura libellos
Muſarumq; choros:domitiſq; inſiſtere nimphis
Nos tibi pampineos colles:grauidoſq; racemos
Deniq; melliſluas ficus:vndamq; recentem
Surgite de medio offerimus:cantuſq; uolucrum
Innumeros:montiſq; ſinus:curuoſq; receſſus
Et nemorum gelidas udis in uallibus vmbras.

¶ Ad raynaldum de libero pago veronenſem poetā

e St puer hic nobis letis dimiſſus ab aſtris
Atq; moſe ad ripā genit⁹:teneriſq; ſb ānis
Alt⁹ aqs ſecāe.rodāi nūc hoſpes ad vndā
Acceptus muſis:digito doctiſſimus omnes
Organicos miſcere modos:curaſq; nocentes
Pellere pectoribus:ſiluaſq; impellere cantu
Siſtere precipites pluuias:compeſcere uentos.
Hunc ego poſt patrios amnes ut amena viciſſim
Flumina noſtra bibat:atheſimq; padūq; parentē
Hortor:⁊ auſonia duce me reſpiret in ora
Pollicitis precibuſq; animum flexiſſe videbar.
Spes titubat maiore minor:poſtq̄ attigit aulas
Pontificum celebrat quos cardine roma coruſco
Conſilij ſubſedit inops:quo tramite uergat
Hereat has inter gaças:auriq; nitorem
Nos ne fidemq; ſequi noſtram uelit:inde niualez
Horret ⁊ aeriam ſaxoſi uerticis alpem
Ac putat italiam toto diſtare profundo
Hinc requies promiſſa trahit:terraſq; videndi
Famoſas impellit amor:iuuenilia quorſum
Conſilia euadant dubium:tibi funditus ipſe
Perſuade nil hoc animi modulāte tumultus
Iuris habere ſui:pax eſt ubi iuſſerit ille
Gaudia ſub digitis habitant:dulcedine mira
Uincuntur triſtes ⁊ uertunt terga querele:
Si ſequitur mulcebit agros ⁊ paſcua late
Eridani ueſtroſq; lacus:fonteſq; decores
Quos parit ⁊ vitreo mittit mons aureus amni
Te tamen ante alios curis abſoluet amaris
Solamenq; feret ſtudijs calamumq; iuuabit
Iudice te philomena ſibi iam luce propinqua
Cedet:inexpletos iuuenis dum cantat amores
Cedet olor cantu ſenior iam morte ſub ipſa
Nubila diffugient celo pelagoq; procelle
Partius electrum flentes ſtillare ſorores
Incipient:fratriſq; minus meminiſſe ruinam.

¶ Ad Guilielmum ueronenſem oratorem.

t Urbida nos urbis ſpēs ⁊ dulcis ameni
Ruris amor tulerat nitidos inuiſere fōtes
Mirādumq; caput ſorge:qd̄ uatib⁹ ingēs
Calcar:⁊ ingenio geneoſas admonet alas
Hic ubi te mecum ꝯuulſa reuoluere ſaxa
Non puduit:campumq; ſatis laxare malignuz
Uenantem uarijs videas nunc floribus ortum
Natura cedente operi:pars amne profundo
Cingitur ad partem preruptis rupibus ambit
Mōs gelidus calidūq; iugis obuerſus ad auſtꝝ
Hinc medio ruit vmbra die pars nuda tepenti
Porta foret çephiro:ſed ⁊ hinc ꝓcul arcet agreſtis
Murus:ab acceſſu prohibens pecudeſq; viroſq;
Aerias ſed enim ramis viridantibus alte
Littoreas uolucres ſcopulis intexere nidos
Has muſco uelare domos ſed frondibus illas
Progeniemq; inopem fidis trepidare ſub alis
Aſpicias:atq; ore cibos captare trementi
Concaua tum querulis complentur uocib⁹ antra
Et color hinc oculos illinc ſonus aduocat aures
Certatim:dulci ſpectacula plena tumultu
Suſpeudunt.grato ue quies condita labore
Hic vnus cum pace dies exactus auenti
Uix totus:tot me laqueis:tot curia curis
Implicat id meritum quin vincula nota libenter
Infelix:tritaq; iugum ceruice recepi
Nunc tamen illius iuuat hic meminiſſe diei
Dum latices dum prata uagos dūq; inſita miror
Arbuta:dum lauros alia regione petitas
Obuia gulielmi facies trunciſq; uadiſq;
Inq; oculis tu ſolus eras.hoc aggere feſſi
Sedimus has tacito accubitu compſſim⁹ herbas
Luſimus hic puris ſubterlabentibus vndis:
Hic longo exilio ſparſas reuocare camenas
Hic graios latioſq; ſimul conferre poetas
Dulce fuit:ueterumq; ſacros memorare labores
Noſtrorum immemores:hic cenā in tp̄a noctis
Traximus alterno pariter ſermone refecti
Singula duz repeto:lux illa breuiſſima furtim
Labitur ⁊ clauſa vix ſerum ualle reuoluor
Faucibus egreſſus quū iam ſilueſtria tempe
Umbroſoſq; ſinus ſpectans poſt terga viderem
Lucidus ac mecum ad leuam deſcenderet amnis
Surgit ab aduerſo vulgus muliebre viriſq;
Intermixta acies:forme diſcrimina longe
Nulla putes:habitum confudit gallicus olim
Luxus:⁊ ambigui texit ueſtigia ſexus
Cōgredimur magis atq; magis vultuſq; pateſcūt
Et vitte tenues:⁊ texta monilia gemmis
Et crinalis honos:diſtinctaq; purpura limbo
Stellāteſq; nitent digiti:propiuſq; per agmen
Intuitus:ſolite poſt mutua uerba ſalutis
Obſtupui:tuus ignis erat:tua cura:iocuſq;
O qualis facies:oculis habitare ſub illis
Uiſus eras.ſaluere iubens:⁊ prendere dextra
Et mecum de more loqui:quo pergeret ultro
Percūctor comites:fontis quo fama uocaret
Reſponſum:ſed forte alio de fonte latenter
Cauſa petita vie:quas non ſe uertit in artes
Ingenioſus amor? quid non didiciſtis amantes?
Forſan in his pridem tua nouerat otia terris
Et quia te nuſq̄ ueſtigia nota legebat
Te recolens:fingenſq; tuos in imagine vultus
Talis erat:ſic viſa mihi eſt ⁊ quiſquis amaſſet
Diceret hec ardet:reduciq; occurrit amico
Ibat enim cupide:ſtudioq; accenſa videndi
Letior ac ſolito ⁊ dulcedine capta locorum
Tentaui reditum quaſi te viſurus in illa
Et iam uerſus eram tecum remeare putabam
Et uoces audire tuas ⁊ cernere geſtus
Uirginis hemonie phebo mirante videbar
Aut indignantem acteoni ſpectare dianam
Si foret arcus ei:pendenſq; in terga pharetra
Arma ferunt oculi:dulces iacit inde ſagittas

Spicula nota tibi:nec amantum incognita turbe
Digredimur tandem:ueniens nox uerba diremit

C Ad dominum ioannem de columna cardinalē de ruralibus curis ſuis.

Uliꝰ alter adeſt adeat ſimul altera limen
i Littera noſtra tuū.curaſqꝫ narret agreſtes
Quo tādez lis longa bꝛeuis ꝑuenerit oꝛti
Que mihi cuz nimphis bellorum ex oꝛdine cauſe
Cunctos noſſe reoꝛ:qua ſe mea carmine fama
Extendit:nomenqꝫ noui tulit aura poete
Aſpera iam luſtris certamina nempe duobus
Crebꝛaqꝫ cōſerimus:non plures troia per annos
Obſtitit aut graium ceptis:aut gallia noſtris
Omnia tentaui:ſpem quam mihi pꝛebuit eſtas
Pꝛoxima fregit hiems:auctiqꝫ potentia fontis
Uiceruntqꝫ operum faſtidia:ceſſimus ultro
Reddidimuſqꝫ viam ſcopuloſa repagula nuſq̄ꝫ
Nuſq̄ꝫ indignanti tranſuerſe in flumine moles
Ac conuulſa ſonant rupis fragmēta uetuſte
Unda tulit partem:partemqꝫ tulere coloni
Et nouus antiqui laboꝛ impulit acta laboris
Pꝛopoſitum ceu nauigium moderatoꝛ ut ipſa
Tempeſtas rerum hoꝛtatur:nūc urget in auſtrum
Nunc boream:ſeptemqꝫ iubet ſpectare triones
Quo uocat illa ſequar.ne vi trahar omnia fruſtra
Niſſus in aduerſum:pꝛoram diuerſa mouebo
Littora reſpicere:⁊ uentis parere cherucas
Atqꝫ gubernaculum partes uerſatile in omnes
Intenta frenabo manu:gratiſſimus olim
Ludus erat:querulas niphas cū murmure mlto
Sedibus e pꝛopꝛijs ⁊ auito expellere regno
Annuus hinc laboꝛ ⁊ bellum immoꝛtale fauente
Bꝛuma illis:eſtate mihi:cui mixta uoluptas
Plurima moliri:captum dulcedine quadam
Compulit uſqꝫ adeo:ꝙ ſi licet infima ſummis
Et pelago anguſti componere gurgitis vndam
Ac regum uatumqꝫ inopes conferre paratus
Perfida ſic quondam nauali ponte ſuperbus
Helleſpontiaco Xerſes traiecerat eſtu
Sic etiam armipotens longo poſt tempore ceſar
Coꝛnua bꝛonduſij ualidis vincire catenis
Auſus:⁊ edomito generum pꝛohibere pꝛofundo
Sic quoqꝫ baiano temerarius equore gaius
Tertia conſtruxit tumidi ſpectacula faſtus
Que nūc ſparſa vidēt naute:numerantqꝫ ſub alto
Hic helleſpontus baie mihi bꝛonduſiumqꝫ
Hic ferro fodiendus athos:nunc altera pectus
Cura ſubit:video naturam vincere quantus
Sit laboꝛ:ergo ſuum ſeruant elementa tenorem
Amnis iter ſolitum:ſed eni bꝛeuis angulus heret
Rupibus. ille quidē nimphaꝝ ab origine ſedes
Nūc mea pieridūqꝫ domꝰ ſatis ampla:ꝙ hoſpes
Adueniet rarus:ſoꝛdent quia carmina vulgo
Uitaqꝫ noſtra furoꝛ:ſub iudice facta furenti
Hāc modo uallamus quā nulla reuellet aque vis
Ni montem oppoſitum a radicibus eruat imis
Si tibi cura animum dederit:ſi curia tempus
Omnia mutato noſtrum decus oꝛdine rerum
Me nimphis nimphaſqꝫ mihi ceſſiſſe viciſſim
Et cecidiſſe minas:compꝛeſſaqꝫ bella videbis
Retia nunc ſunt arma mihi ⁊ laberinthius erroꝛ
Uiminea contextus acu:qui peruius vndis
Piſcibus eſt carcer:nulla remeabilis arte
Pꝛo gladijs curuos hamos:falacibus eſcis
Implicitos:tremulaſqꝫ ſudes:paruūqꝫ tridentez
Piſcatoꝛ modo factus ago:quo terga natantum
Siſtere iam didici:duroqꝫ affigere ſaxo
Pꝛimitias en fluminee tranſmittimus artis
Et uerſus quot clauſa domos hēt artaqꝫ uallos
Que tibi piſciculos ⁊ ruſtica carmina paſcit.

C Ad eūdē:laudes generoſi canis ab eo ſibi donati.

Uncta dies minuit:tua mūera tꝑe creſcūt:
c Atqꝫ uſus meliora facit tibi regius aule
Aſſuetus menſeqꝫ canis:ſomnoſqꝫ ſuꝑbos
Purpureis captare thoris:tranſmiſſus ab ora
Occidua:patrios mores:hiſpanaqꝫ raptim
Limina romuleis opibus:ſomnumqꝫ cibumqꝫ
Poſt habuit ſoꝛtemqꝫ nouam:melioraqꝫ cernens
Omnia tranquilla letus ſtatione quieuit
Hunc mihi digreſſus ſupꝛemaqꝫ uerba paranti
Solamen comitemqꝫ vie largiris:at ille
Sublimi de ſede licet uēturus ad imaz
Paret ⁊ iniectis meſtus dat colla catenis
Et ſequit̄ nec ſpernit heri mandata minoris
Paulatim minus atqꝫ minus meminiſſe relictas
Delitias iam pꝛata iuuant:iam lucida tranans
Flumina:moꝛdet aquas:luditqꝫ in gurgite puroꝛ
Fercula iam ſibi noſtra placent ⁊ libera curis
Otia.deſerti non ampla palatia regis
Anteferat:uariaſqꝫ dapes.iam panis ⁊ vnda
Sufficiūt ac parua domus:iā mēbꝛa refulgēt
Lota feri cecidit ſcabies in fronte ſalubꝛi
Toꝛpenti contracta ſitu:iam uertice toto
Altioꝛ it ſolito:ceruixqꝫ thoroſioꝛ extat
Jamqꝫ tumet phaleris:iam viſa monilia mulcent
Amplaqꝫ ʒona rubens niueiſqꝫ intexta columnis
Seqꝫ tuum recolens quondam ſecū ipſe ſuperbit
Multa minax fugit noſtro de gramine paſtoꝛ
Seqꝫ ſuumqꝫ gregem pꝛocul addidit:atria cuſtos
Foꝛmidatus habet:plebs impoꝛtuna pꝛocaxqꝫ
Hactenus obſeſſum metuit contingere limen
Liber ago:meus aſſertoꝛ:mihi ſcilicet vnus
Eſt comes aſſiduus:quotiens laſſata diurnis
Sub noctem curis thalamo mea membꝛa ſilenti
Compoſui facilemqꝫ oculis dedit ora quietem
Excubat ante fores:quotiens me longioꝛ equo
Somnus habet feſſum queritur:ſoliſqꝫ reuerſi
Admonet increpitans:⁊ concutit oſtia plantis
Illicet egreſſum vultu plaudente ſalutat
Neqꝫ pꝛeit:loca nota petens:⁊ lumina uoluens
Sepe retro leui poſtq̄ꝫ in margine ripe
Pꝛocubui ⁊ ſolitis curis inſiſtere cepi
Uertitur huc illuc:aditus circūſpicit omnes
Candida tum viridi pꝛoiectus pectora terre
Tandem terga mihi obuertit uenientibus ora
Eſt inter fontes gelidos locus:vndiqꝫ ſolis
Peruius alitibus:ſcopulis ⁊ flumine cinctus
Hac greſſu trepidante feroꝛ:malet ille:viamqꝫ
Occupat ⁊ magno tegit artum coꝛpore ſaxum
Latratu exiguo conſpectos nunciat ante
Inde ruit niſi foꝛte uetes:nam plurima ſeruat
Siquis cuncta notet ſenſus ueſtigia noſtri
Juſſus inardeſcit ſtrictis lenteſcit habenis
Toꝛuus ut aduerſus reliquos:ſic blādus amicis
Auribus abiectis tremulaqꝫ occurrere cauda
Pꝛoſpicit hunc medio tranſuerſuz calle tremiſcēs
Ruſticus ⁊ legum nodos perplexaqꝫ iura
Conſiliumqꝫ domus inopis connubia nate
Me percontari ſolitus:uelut appius alter
Acilius ue forem:⁊ muſas turbare quietas

Nunc ſecū ſua ſolus agit mihi maxima vite
Commoditas mecū eſſe licet que cuncta fateboꝛ
Muneribus debere tuis:ſolatia mille
Pꝛeterea:ſaltu colles amnemqꝫ fatigat
Arguta pueros imitatur uoce canentes
Et riſus motura facit:penituſqꝫ uadoſis
Anſeribus grauis hoſtis adeſt:per littora ⁊ altos
Inſequitur ſcopulos fundo nec tutioꝛ imo eſt
Aliger infelix:medio nā flumine pꝛenſum
Extrahit ⁊ pingues cenas uolentibus offert
Sepius : atqꝫ epulas uenatibꝰ oꝛnat agreſtes
Sed iocus eſt:aut ira leuis ſeu grata natanti
Pꝛeda eſt ſeu ſtrepitu offendunt:naꝫ mitioꝛ agno
Eſſe ſolet paruis nunq̄ꝫ mihi crede uel edum
Uel fragilē tentabit ouem pꝛofugamqꝫ capellam:
Occurſu trepidi leporis quaſi territus heret
At fetas laniare ſues:ualidoſqꝫ iuuencos
Audet: ⁊ arreptas conuellere moꝛſibus aures
Moribus his quōdam diuerſi a finibus oꝛbis
Miſſus alexandro canis eſt ⁊ regius idem
Et contemptoꝛ erat : quem non plebeia moueret
Belua:non damas non apꝛos ille nec urſos
Tangeret:alta ſuos ſceuens in vulnera dentes
Que male cum pꝛeceps nouiſſet dona tyrannus
Mox generoſum animal meritū meliora pemit
Mittitur hinc alius ſeuos mactare leones
Doctus: ⁊ euerſo tellurem elephante ſubactam
Concutere:hunc iuuenis tandeꝫ miratꝰ amauit
Erroremqꝫ ſuum nouit ſerumqꝫ perempti
Penituit:quem non digno pꝛius hoſte pꝛobaſſet
At mihi nota mei virtus:impune catellus
Moꝛdeat hunc lactens:quē non grauis ira leene
Terreat:oꝛbate nec feruens tigridis ardoꝛ
Tu pꝛeſens niſi falloꝛ eras quando alta ſupꝛemi
Atria pontificis ſubito completa tumultu
Mouit:ubi intonuit villiſqꝫ rigentibus hoꝛrēs
Ibat ut oſtenſi laceraret clauſtra leonis
Uix inde abductus merens magnumqꝫ dolorem
Teſtatus gemitu rauco longis ue querelis
Sed multum res parua tenet ſit finis ut vnum
Non ſileam ſi foꝛte aliquem videt ille tuorū
Seu caſus ſeu iuſſa ferāt:ꝙ ſcilicet abſens
Semper adeſſe tuis non deſinis : incipit aulam
Suſpirare tuā:ualleſqꝫ: ⁊ rura peroſus
Foꝛtuneqꝫ memoꝛ ueteris:ſoꝛs libera detur
Mallet ad excelſam merito remeare columnam.

¶ Ad arbores ſuas .

ſ Ilua ꝓcoꝛ generoſa ferax per ſecula tanti
Uiue memoꝛ dn̄i:felices ſurgite plante
Tēdite pomiferos ſb nubila tēdite ramos
Herboſumqꝫ ſolum frondoſi palmitis vmbꝛa
Dum fremit ore leo:dum ſicca reuertitur eſtas
Pꝛotegite: ⁊ ſolis nimios arcete furores
Iam ȥephiro fluxere niues:iam bꝛuma receſſit
Floriger ecce aries:iam piſcibus inſtat aquoſiſ
Uere habitum mutare nouo viridiqꝫ colore
Ueſtiri ⁊ letos pꝛo tempore ſumere vultus
Ille iubet qui iam ueſtri ſibi poſcere partem
Dignatur fetuſqꝫ graues dignabitur olim
Creſcite magnifica foꝛſan contingere dextra
Maximus ille virū quos ſuſpicit itala tellus
Ille inq̄ꝫ aerie parent cui pꝛotinus alpes
Cui pater apenninus erat:cui ditia rura
Rex padus ingenti ſpumans interſecat amne
Atqꝫ coronatos altis in turribus angues
Obſtupet ⁊ dominum hinc illinc ueneratᷣ eundeꝫ
Adriaci quem ſtagna maris tirenaqꝫ late
Equora permetuunt:quem tranſalpina uerentur
Seu cupiunt ſibi regna ducem qui crimina duris
Nexibus illaqueat:legumqꝫ cohercet habenis
Iuſtitiaqꝫ regit populos:quiqꝫ aurea feſſe
Tertius heſperie melioris ſecla metalli
Et mediolano romanas contulit artes
Parcere ſubiectis ⁊ debellare ſuperbos.

¶ Ad Petrum dantis florentinum cauſidicum.

ſ I ſapientis habēt aliquid fantaſmata certi
Speſ mihi magna boī:lōgos deꝰ ille laboreſ
Foꝛſitan etherea ſpectās miſeratᷣ ab arce
Et lachꝛymis iam finis adeſt.o ſera quietis
Tempora:grata tamen:ſed ꝙ pꝛioꝛ iſta videres
Fecit amoꝛ patrie:quam quo melioribus aſtris
Naſcimur:hoc animo colimus meliore parentem
Et tua nunc igitur vigilantia pectora cure
Sollicitant:memoremqꝫ ſopoꝛ ſuſpendit amātem
Tu mihi da ueniam bꝛeuioꝛ ſum dextra dolore
Segnis hebet calamūqꝫ mouens ſibi feſſa videtᷣ
Nodoſam uerſare trabem:tibi cognita cauſa eſt.

¶ Ad ȥenobium florentinuꝫ grammaticum.

o Felix cui uel viduam ſpectare parentem
Contigit atqꝫ uagas defto i mōte ſorores
Uidiſti qđ mūdus hers qđ vulgus auaꝛ
Poſteritas quod ceca nequit ſpectacula raro
Ingenijs permiſſa ſacris:tot milia rerum
Tot curas foꝛmaſqꝫ hominum ſpecieſqꝫ laborum
Cernere ſub pedibus poteras tranquillus ab alto
Me pꝛocul in tenebꝛis per deuia longa viaruꝫ
Errantem vidiſſe fuit:ſed traxit amate
Frondis honos:libuitqꝫ ſequi q̄ꝫ iure licebat
Spernere pierias auſum decerpere lauros
Foꝛtioꝛ ignauum miles ſic ſigna ferentem
Doctus inexpertos obſeruat nauta magiſtros
Pꝛopoſiti tamen egregij uotiqꝫ modeſti
Quiſquis es in noſtrūqꝫ adeo pꝛopenſus amoreꝫ
Te lete cupidiſqꝫ animi complectimur ulnis.

¶ Ad eundem.

d Ulce iter i pꝛ̄iaꝫ dulcis fuga rarioꝛ hoſpes
Attrahit.at note retrahūt faſtidia turbe
Quid facias aie . locus is quo ꝑgimꝰ inq̄ꝫ
Fert mala iuncta bonis ⁊ dulcia miſcet amaris
Cuncta quidem ſubeūda ſimul fugiendaqꝫ nobis
Cuncta ſimul.neqꝫ enim facilis diſcretio reruꝫ
Eligit ille fugam quid ꝙ nec aperta uolenti
Ianua:in exilium ciues egere ſuperbi
Claudit inq̄ꝫ urbem qui ius ibi ſuppꝛimit equum
Eſt genus exilij tacitum:ſunt vulnera ceca
Miraris?cui non paucorum iniuria nota eſt
Quam fouet immemoris populi patientia noſtri
Uel vi rapta domus:uel paſcua ruris auiti
Amiſſeqꝫ pꝛeces: ⁊ tot per inane querelas
Indignoꝛ ne uera negem tecum ne licebit
Glorier?amplexa eſt gremio nos aurea roma
Et ciuem dignata ſuum:dulciſqꝫ maroni
Parthenope ſacro fedus feriente roberto
Quid referenda mihi:ſeu docta bononia legum
Seu ſalis inferni decorantes littora piſe
Atqꝫ adrie imperitans:alterqꝫ uenetia mundus
Hiſtorieqꝫ parens patauium:ſeu ſmirna latinis
Mantua ſideree nutrix longeua poeſis
Parma uel imperij clipeus ſi credimus olim
Romuleos dum dura duces foꝛtuna pꝛemebat

Quid loquar heſperias urbes atqꝫ opida noſtruʒ
Inter honoratos numerantia nomen alumnos
Ueſtra quod vna ſuis abolet florentia faſtis
Longius impellor:calamum rapit ira calentem
Gallia me noluit:proles generoſa philippi
Non neget:extremi proprium uoluere britāni
Immeritum fateor:ſed in hoc mihi ſidera ſaltem
Dextra fauent.leui mulcentia lumnis aſtrum
Quo tulit ecce dolor.leſo tu parce loquaci
Non fugimus patriaʒ:ſed nos fugat illa profecto
Mox uetus exemplis illuſtribus:aſpice buſta
Sparſa virum:patria uetitum tellure iacere
Quos ciues quem nam pegrino in puluere ſaxa
Quos cineres:que mēbra pmūt:ſolabimur ergo
Et moniti leuiora animo tolerabimus equo.

¶ Ad brunū florētinum.

Ierias comites ⁊ plectra ſonantia phebi
p Hemoniamqꝫ alio lauruʒ pcul ore relictā
Noueris antiqui preciū predulce laboris
Triſtia pro muſis habitant precordia cure
Equibus infauſtas mors imperioſa choreas
Fortuna modulante ciet:non aridus agnos
Dente lupus rapido teneros non feta iuuencos
Tigris ⁊ imbelles iouis armiger vngue colūbas
Acrius inſequitur:q̄ʒ me trux illa meoſqꝫ
Me linquens rapienſqꝫ illos.quo muſa dolore
Ceptum liquit opus elegos ⁊ flebile carmen
Feſſus erat calamus ſiccis ſitit africa glebis
Noſtra:fatigato longum deſerta colono:
Caſtalij nec fontis opem:nec frondis odorem
Sentit apollinee:ſed robora dira cupreſſos
Funereoſqꝫ rogos lachrymarum proruit imbri
Quem nimbi triſteſqꝫ animi peperere procelle
Heroas canorem inſtiteras conatibus obſtant
Sidera magnificis.alio leuis orbita calle
Ingenij tranſuerſa mei male ſanus ad egros
Ducor:⁊ heu merens aliorum lumina tergo
Cogis enim fortuna nocens:en tempore quanto
Quinqꝫ ſepulchra virum q̄les ſi pſca dediſſent
Secula:meonio vigilatum carmen homero
Clara uel auſonijs celebraſſet mantua muſis
Ergo deas alibi:ſed quid loquor omnia tecum
Et phebum ⁊ comites totumqꝫ elicona require
Ars mihi iam gemere eſt ⁊ caſtigare gemētes.

¶ Ad Gulielmum Ueronenſem oratorem egritudinis ⁊ ſtatus ſui nūcia.

Ebrib⁹ obſideor ualidis mortēqꝫ ppinquā
f Suſpicor:hec iter turri vigil iprobus alta
Excubat:⁊ rauco pnox obmurmurat ore
Claſſica dira fremunt.belli circūuolat horror
Ditia barbaricis uacuant rura rapinis
Innocuuſqꝫ cruor per dulcia funditur arua
Uulgus inane gemit.taciti ſtant limine patres
Femineeqꝫ ſonant per compita meſta querele
Singula dum premerent celſam rationis in arceʒ
Euaſi:fateorqꝫ libens hec tempora linquo
Hactenus hic animi ſtatus eſt mihi cetera morbo
Si nequeam victus pro me uaga fama loquetur.

¶ Ad eundem nūcia ſalutis.

Ctū erat extremā vict⁹ rapiebar ad horaʒ
a Potio ni triſtis bilē domuiſſet amaraʒ
Artifici pretēta manu:mox limine ab atro
Mortis ad aſtrigerum videor mihi v́ſus olimpuʒ
Nunc terraʒ titubanſqꝫ premo noxqꝫ ipſa fatetur
Semianimē pallorqꝫ grauis:ſpes redita vite
Cetera cōueniunt morti:tu viue diuqꝫ
Quicquid erit letuʒ noſtri memor exige tempus.

¶ Ad Joannem barrilem neapolitanum militeʒ arelatenſis prouincie ſeneſcallum.

Oct⁹ ad horrificā delect⁹ nauta pcellam
o Grāde on⁹ ⁊ rari mixtā tibi ſentꝫ honoris
Materiā imponi.famā niſi fallor amabat
Qui iuſſit tam magna tuam:uerum otia contra
Oderat ac requiem:ſpectati dextra magiſtri
Poſcitur ad clauum quotiens violentior hauſter
Incubuitqꝫ uadis ſcopuloqꝫ illiſa maligno
Ingemuit raucum tam puia fluctibus alnus
At quotiens celo mitis iacet vnda ſereno
Blandus ⁊ heſperio çephirus ſuſpirat ab axe
Cura gubernandi minor eſt:minus indiget artis
Atqꝫ opere:fragili q̄ʒuis credenda lacerto
Tu ſirtim ambiguam uentis frangentibus equor
Littoreos ue canuʒ ſtrepitus:refluā ue caribdim
Euſinūqꝫ fretum rapidi ſub faucibus hiſtri
Ingreſſum te care puta:tamen omnia virtus
Uincet ⁊ ancipiti tua carbaſa certa profundo
Uis animi generoſa reget:mirabere forſan
Spes ea:ueſter amor:deſideriūqꝫ metuſqꝫ
Sollicitant:quo calle queam de littore tuto
In pupim tranſire tuam viſurus ab alto
Monſtra maris tumidi:⁊ portū ſubiturus eūdē.

Ad nicolaū florētinū magnū regni ſicilie ſeneſcallū.

I iuuat agricolam ruris ſpectata ſubacti
s Gl'ia dū fuluas oculo metitur ariſtas
Diuitiaſqꝫ ſuas tamē idē in colle benigno
Dulcius aeriā quercum fagumqꝫ comantem
Pampineiſqꝫ notat ueſtitaʒ vitibus ulmum
Paſtorem ſi fama gregis vulgata ſuperbuʒ
Efficit:ac toto ſecernit ab agmine magnum
Letior herboſa ludentem in uallo iuuencum
Hunc colit ante alios mulcens hunc noīe crebro
Signat odoratis intexens cornua ſertis
Quanta mihi gentiqꝫ putas tu gloria noſtre
Quātaqꝫ lux patrie:quem tot tolerare laborum
Aſpera tot laqueos cauto tranſcendere greſſu
Hoſtibus horrendum:carumqꝫ videmus amicis
Quem nec torua minis claro nec perfida cepto
Blanditijs fortuna mouet:tam triſtibus amuʒ
Quam letis mirata virum:tibi carbaſa cimbe
Et clauum laſſata ſue trinacria tandem
Credidit extrema ſic tempeſtate magiſter
Eligitur dubio miles ſic ſepe duello
Sorte ſub ancipiti generoſis lecte periclis
Uiue tui noſtriqꝫ memor:quas inſita virtus
Qua animo ſpes noſtra faces tibi prima placēdi
Proxima cura bonis:turbeqꝫ accendent amanti
Quos inter numerare tuum dignabere uateʒ.

¶ Ad florianum ariminenſem muſicum.

Rphe⁹ euxinios ſolitꝰ uel carmine fluct⁹
o Uel thracū mulcē feras:trūcoſqꝫ ſeq̄ntes
Clarus auis proauiſqꝫ fuit ſecloqꝫ loq̄ci
Inter ſemideos habitus:ſed tempore noſtro
Orpheus alter adeſt:ſiquid mihi credere tutū eſt
Non minor antiquo niſi modo q̄ ſurda canenti
Monſtra parit tellus:redeat licet ille nec iram
Nex luxum frenare queat victuſqꝫ tenaci
Cedet auaritie:tanto fecundior etas
Sera mali tantum hac acie vicere nepotes
Ut longo poſtliminio conſumpta repoſcant
Membra ſenes:ſtigiaqꝫ datum ſit ualle reuerti

Tangere iam dubias menſas dextraſqꝫ cruentas
Permetuant:tectoqꝫ negent habitare ſub vno
Aut ſimul inualide retinacula ſoluere pupis
Adde ꝙ ignauo calcar locus incutit euo
Et mundi ſentina grauis ſic peſtibus vna
Muſica cum geminis bello concurrit iniquo
Cellipus his rodope multum me iudice multum
Impar erit feritate ſua:nec thracius hebrus
Certet aquis rhodani ſunt hic predura metallum
Pectora ſunt ſilices animi:ſunt viſcera flãme
Semiuiros per prata boues perqꝫ atria cernas
Semiboues errare viros:non vnus opacam
Minotaurus habet perplexi tramitis aulam
Plurima permixte ceceqꝫ libidinis extãt
Signa per infames partus ſobolemqꝫ nefandam
Et natos furor agitat rabieſqꝫ fameſqꝫ
Dira nec immites ceſſant a ſanguine fauces
Nec ſeptena virum ſed iam millena uorantur
Corpora iuſtoruꝫ:nec ſole urgentur athene
Sed cupidus totus laceratur dentibus orbis
Hortor abire locis:itala tellure daturum
Ingenij documenta ſui:tum currere quercus
Saxaqꝫ mota ſono blandoſqꝫ videbimus urſos.

¶ Ad eundem.

Efferat aſſidua vict⁹ ꝓce plectriger orpheus
c Orpheus hic ꝑſens euo non arte ſecũdus
Auſus opes ſꝑuiſſe iopes:ignobile põdus
Iamqꝫ animo carpebat iter:ſed uaſa legenti
Occurrit violentus amor dextramqꝫ ſuperbam
Inijcit inualido:mirum meretricula tanto
Imperat ingenio : ceſſit reuerentia:ceſſit
Alma fides:ceſſere preces:ſic vincimur omnes
Unius illecebris: ⁊ muſica ſeruit amori
Cui mare:cui tellus:cui ſeruit iuppiter ipſe.

¶ Ad Ioannem bocacij florentinum poetam.

Ego ſi qualem tu me tibi fingis amando
o Sors daret ut vigiles ſopirẽ carmie curas
Qualia nubifere ſcopuloſa per aura cirre
Qualia caſtalij modularer ab aggere fontis
Solamen latura tibi ſed crede fatenti
Fallit amor:qui ſepe deos hom ineſqꝫ fefellit
Iudicijs aduerſa lues:ſi carmina vulgus
Noſtra legit:que cauſa tibi nũc ſumma querele ẽ
Quod paſſim vulgata auido celentur amico
Nil mihi nil noſtris poterat contingere muſis
Triſtius:id primum moturos nempe libellos
Admoneo ut vulgus fugiant:pauciſqꝫ placere
Contenti hoſpitibus:penitus fallentibus auris
Abſtineant : plauſuſqꝫ lenes : ⁊ murmura tẽnent
Ingenio ſin fata fauent ut forte per ora
Docta virum viuus uolitẽ licet ardua ſemꝑ
Hec via ſit tentata mihi tamen ipſe mearum
Conſcius obſtupeam rerum:dum ſcribimus ecce
Horrendum violenta tonat:miſcetqꝫ dolores
Et uarios fortuna metus tot vulnera rerum
Totqꝫ minas ꝑferre graue eſt:hinc nũci⁹ atqꝫ hic
Triſtis adeſt:illum mors abſtulit atra ſodalem
Hunc gladij rapuere truces hunc carcer at illum
Morbus habet:uolucres alius rabiemqꝫ feraruꝫ
Equoreoſqꝫ alius paſcit ſub gurgite piſces
Cor mihi non adamante rigẽs nec ferrea mẽs eſt
Permoneor:taceo propriã que longa malorum
Hiſtoria eſt:quibus hoc ſignum petat illa ſagittis
Pectus ⁊ hoc quanto pertentans ariete pulſet
Obniti contra ſtamus tum pondere noſtro
Tum ſimul exemplis quis noſtrum fortiter illud
Uicerit interdum trepidi titubamus ita omnem
Corpoream requiem mentis labor atqꝫ viciſſim
Pacem animi internam fortune prelia turbant
Uincemus tamen ut ſpero clarumqꝫ tropheum
Uicta ferox inimica dabit ſed ſtante duello
Turbidus ingenij ſtatus eſt:vix temporis huius
Acta probare rear doctos uerum omnia poſtqꝫ
Noſtra placent:uoti cõpos breue ſuſcipe carmen
Et feſſe lege ſigna manus ac mitte querelas.

¶ Ad barbatũ ſulmonenſem de tranquillo ſtatu ſuo

Us mihi trãquillũ media cõtingit in urbe
r Rure uľ urbs medio:ſic ꝓmpta freqntia ſoli
Prõpt⁹ ⁊ in latebras reditus dũ tedia turbe
Offendunt:hos alternos urbs vna regreſſus
Hos dedit vna domus ſenium que pellit in iram
Nam deſiderium ualuas tranſgreſſus abunde
Lenio:ſemper adeſt oculis animoqꝫ viciſſim
Quod placeat poſcitqꝫ graues auertere curas
Rurſus ⁊ ut ſtrepitus perteſum limen amicum
Tranſeo multa vno fugiens faſtidia paſſu
Et querulum obuerſo ſecludens cardine vulgus
Hic mihi tanta quies quantam nec ualle ſonora
Parnaſi nec cecropie per menia ville
Inuenit ſtudioſa cohors heremoqꝫ ſilenti
Uix egyptiace ciues niſi fallor arene
Angelici ſenſere patres:fortuna latenti
Parce precor:paruoqꝫ uolens a limine tranſi
Et regum metuenda fores in uade ſuperbas.

¶ Ad eundem de mutatione quietis in laborẽ.

Ors ſua quẽqꝫ uocat:rigidã trãſire ꝑ alpẽ
s Sole niuem radio nõdũ frãgẽte iubemur
Obſcenoſqꝫ locos:iformia clauſtra maloꝝ
Atqꝫ feram rhodani totiens contingere ripam
Heu quis agit mea fata deus:quis ſidera uoluit
Noxia:ſi patrium feſſo fortuna ſepulchrum
Inuidet:extrema liceat iacuiſſe ſub artho
Aut ubi ſerpentes habitant:ubi naſcitur hauſter
Caucaſea ſub ualle libens athlante ſub alto
Et viuam ⁊ moriar:nodo ſit dum viuitur almus
Cuius ab alternis reſpirem tractibus aer
Barbara dum morior ſaltem cui reddere corpus
Terra queam:nihil e toto plus poſceris orbe
Hoc etiam fortuna negas huc uoluis ⁊ illuc
Nullaqꝫ iam tellus nullus mihi permanet aer
Incola ceu nuſqꝫ ſic ſuꝫ peregrinus ubiqꝫ
Siſte precor quacunqꝫ libet regione:meoqꝫ
Ludibrio laxare ferox non munera regni
Multa tui non ampla peto:permitte quieta
Paupertate frui patere hanc in rure repoſto
Etatem trãſire breuem:iam proxima mors eſt
Libertaſqꝫ ſimul:medium ſine turbine tanto
Tempus eat nõ ambitio nec auara trahit mens
Tu longos ſine fine adigis perferre labores
Qui quoniã aſſidue rapido cuꝫ tempore creſcũt
Quis mihi portus erit?qualem ſperare ſenectam
Linquitur:o miſeris perplexum ambagibus orbẽ
Celſa tremunt:pendet medium : calcamur in imo
Ima placent : tamẽ aerio ceu uertice ſemper
Mens tremit: ⁊ medio pendet uelut anxia calle
Id queror in primis:que nam hec diſcordia reruꝫ
Si nimbos ſeuumqꝫ iugis ſeuiſſe tonantem
Si pelago fluctus tempeſtateſqꝫ profundo
Naufragiumqꝫ gemam:deſit patientia ⁊ equi
Iudicium:arentis ſed enim modo gurgitis vnda

Obruor indignas: humiliqꝫ in puluere uentis
Fulminibus premor: ſic nil mihi profuit altum
Sollicite vitaſſe locum: uerum iſta profecto
Juſta ſed ⁊ ſera eſt ⁊ longa ⁊ uana querela
Sors igitur mea me repetit tutumqꝫ viator
Prendere iuſſus iter charoſqꝫ relinquere amicos
Urgeor alpinum raptim penetrare tridentum
Danubiūqꝫ nouiuꝫ: iuuenemqꝫ ab origine rhenū
Germanoſqꝫ lacus: claudit nanqꝫ hoſtis apertas
Enſe vias: quid agam? rebus parere coactum
Durius eſt ⁊ ferre iugum ſine murmure preſtat
Pareo tranquillum dulcis mihi fluxerat annus
Sed breuis heu nimiumqꝫ fugax oblitaqꝫ forte
Tantiſper fortuna mei dum cetera gaudet
Precipiti uerſare rota mihi grata relinquit
Otia nunc eadem ſpyngoſa negocia reddit
Et labor inuiſus placitam fugat ecce quietem
Tu felix barbate tuum ne deſere nidum.

¶ Ad Gulielmum Ueronenſem oratorem.

a Uſonias ſpectare domos adamāte ſupbo
Nō ſilice extructaꝫ niſi te ſine dulce fuiſſet
Uidi eteni limēqꝫ rigēs ⁊ clauſtra ſupmi
Artificis firmata manu nymphaſqꝫ ſonoras
Ceruleumqꝫ atheſim ſubeuntem gurgite blando
Flectitur ille uolens alpini conſcius ortus
Et ſupplex melioris adit confinia mundi
Natareqꝫ humiles grates agit alta Uerone
Menia frondoſos colles pulcherrima martis
Paſcua ⁊ adriaci famoſas equoris urbes
Non iſtrum peucemqꝫ feram glatialia rura
Littora nec ſcitici viſurus turbida ponti
Non modo res noſtras igitur pecudūqꝫ ferarūqꝫ
At terras fluuioſqꝫ uagos inuicta regit ſors
Uidi ⁊ terrificam ſolido de monte ruinam
Atqꝫ indignantes precluſo tramite nymphas
Uertere iter dextramqꝫ uadis impellere ripam
Et didici inſano prouiſa pericula uati
Oppreſſum ſubita populum ſub ſtrage miſellum
Mors inopina hominum ⁊ ꝓprij mens iſcia fati.

¶ Ad Joannem barilem neapolitanum equitem.

r Es igēs tēpuſqꝫ breue ē: hec ſūma maloꝝ
Inſci⁹ in laqueos recidi quid ſingl'a vbis
Expediam cecūqꝫ chaos laberinthia clau
Erroreſqꝫ nouos ⁊ iextricabile ſeptū (ſtra
Sollicito ꝙ turba gradu miſerabilis ambit
Amiſſumqꝫ ſemel nequit vnqꝫ attingere limen
Hic me decluſum totiens: nunc ſidere meſto
Carcer habet miſeriqꝫ uagor pars vna popelli
Ipſe mihi indignans: inamenaqꝫ compita luſtro
Rex tonat horrendus: ſtat ſortibus urna maligniꝫ
Quis iuſſus prior ire mori: quem fata ſecūdam
Seua uocent: nec fila ferunt nec uerba puelle
Regine miſerantis opem: nec dedalus uſqꝫ eſt.

¶ Ad Franciſcū ꝓorē ſcōrū apoſtoloꝝ de Florētia.

m Iraris que cā more laberithus in aruis
Niliacis gnoſoqꝫ fuit: mox tertius error
Lemnius: extremus claſini gloria regni
Omnia ſuccumbunt ſenio: ruit ecce quaternus
Carcer: ⁊ auroram cece videre cauerne
Sed toto dictea domus famoſior orbe
Jam nomen uel ſola tenet: ſoluſqꝫ repertor
Conſilij vulgo clarus cautiſſimus idem
Et genitricis enim ⁊ nate ſolator amantis
Armenti regina ducem miſerabilis arſit
Et ſubiecta fero mendacis tegmine uace
Optauit uerum eſſe pecus: ſed honeſtior ignis
Corripuit ſobolem ſalua pietate furenti
Ignoſcendus amor: ruit horrens machina poſtqꝫ
Dextra viri fortis monitis armata puelle
Perculit in formis ſquallentia pectora monſtri
Ipſe faber fraudum penna trepidante per auras
Fugit ⁊ amiſſo meſtus ſuper equora nato
Feſſus ⁊ euboica demum requieuit in ora
Qua ſecat argolico campanas uomere baias
Aduena calcidicus: fruiturqꝫ ſalubribus vndis
Sed quorſum tibi nota trahens ignota profari
Demoror? utqꝫ uolās alium delatus in orbem
Dedalus ad rhodani leuā: noua monſtra nouaſqꝫ
Ambagum formas ⁊ plena doloribus antra
Struxerit ut nullus reduci ueſtigia filo
Dux incerta regat laqueos ut nuper in iſtos
Inciderim: nequeam ue pedem cum laude referre
Non hinc egides non hinc minoia proles
Dedaleo ingenio freti: non ipſe magiſter
Exeat: ira viam faciet: dolor induet alas
Hinc ego uel nudus fugiam niſi barbara buſti
Sors mihi ſeruatur: fugiam ſimiliſqꝫ uolanti
Jam ligurum colles: facilemqꝫ remetior alpem
Limina pontificum totiens damnata relinquens.

¶ Ad eundem.

f Cilicet immenſe qꝺ Flaccus dixerat urbi
Belua multorū es capitū: ſibi uēdicat oīs
Uillula: fumoſis ſūt oppida menib⁹ vnde
Paſtor ⁊ hirſutus quondam ueniebat arator
Nunc uagus ipoſtor quiqꝫ omnia littora luſtret
In ſomnis mercator adeſt: quiqꝫ omnia ſulcet
Equora ⁊ exciſum patrio de ſtipite remum
Ignotis qui uerſet aquis qui ſidere in atro
Peruigil in ſtantes mundo notet ante tumultus
Publica preſagis aut funera cernat in aſtris
Aut ſimulet qui uel triſti radice pauentem
Egrotum uel morte leuet qui puluere ⁊ herbis
Improbus ex uarijs medicatum ſpondeat auruꝫ
Uulnera qui curet uerbis ⁊ credula fallat
Artibus innumeris in ſani pectora vulgi
Soluere qui legum laqueos ⁊ vincla profeſſus
Ludat ⁊ attonitum teneat ſub roſtra clientem
Quid loqr: artifices ſceleruꝫ: quos ſurgere paſſiꝫ
Cernimus immites humili de ſtirpe tyrannos
Jam quecūqꝫ palus ſillas alit atqꝫ Nerones
Portentum regale prius ſic flumine longo
Aſſirium noſtras defluxit virus in oras
Nos miſeri uenale pecus viliſqꝫ lupine
Preda famis ſequimur dominos dominarier orbi
Quos magni docuere patres nec tuta dolendi
Libertas iuſteqꝫ ſonant impune querele
Supplicium dolor ipſe timet: nec parua gemendi
Materia eſt non flere palam: maria horrida uelo
O mea calliope ⁊ remis fugiamus adactis
Securum carpamus iter: ſpecieſqꝫ laborum
Et curſus vite uarios populumqꝫ canamus
Leditur hic gratis: cuius diſcrimina mille
Mille artes ⁊ mille vie parqꝫ omnibus error
Quilibet ancipitem pariet ſibi ſilua ſophiſtam
Uepribus eliciet doctum nemus omne platona
Quolibet argutus procedet Tullius antro
Aliger ex omni ueniet tibi dedalus alpe
Si ſtatus hic ruris que nam confuſio uaſto
In populo qualis magna laberinthus in urbe
Que ſi viſa premunt animum: ſi dulcia turbant

Ocia contamur triſtes abrumpere nodos
Ac letam tentare fugam: ueſtigia vulgus
Nota ſequatur iners at nos elicone ſub alto
Secretos longe nitamur carpere calles.

¶ Ad Italiam ex gallijs remeans.

Alue cara deo tellus ſanctiſſima ſalue
ſ Tellus tuta bonis: tellus metuēda ſupbis
Tellus nobilibus multū generoſior oris
Fertilior cunctis: terra formoſior omni
Cincta mari gemino: famoſo ſplendida monte
Armorum legumq; eadem ueneranda ſacrarum
Pieridumq; domus: auroq; opulenta viriſq;
Cuius ad eximios ars ⁊ natura fauores
Incubuere ſimul: mundoq; dedere magiſtram
Ad te nunc cupide poſt tempora longa reuertor
Incola perpetuus: tu diuerſoria vite
Grata dabis feſſe: tu quantam pallida tandem
Membra tegant preſtabis humum: te let⁹ ab alto
Italiam video frondentis colle gebenne
Nubila poſt tergū remanent ferit ora ſerenus
Spiritus ⁊ blandis aſſurgens motibus aer
Excipit: agnoſco patriam gaudenſq; ſaluto
Salue pulchra parens terrarum gloria ſalue.

¶ Ad Ildebrandinum paduanum epiſcopum de italie laudibus in comparationem aliarum.

Uper ab occeano multa cū laude reuerſū
n Occiduo: nunc ⁊ ſiluas ⁊ rura ſequentem
Aſpera: que fluctu glacialis proluit hiſter
Conſcius ingenij iam te ſatis arbitror omnem
Europe ſpectaſſe ſitum: te iudice pauca
Diſſeruiſſe uelim: quantum ſeu gallica tempe
Seu fera theutonie tellus: orbiſq; britatus
Diſtet ab auſonio: quantum ſimul inter utranq;
Heſperiam interſit nāq; ⁊ mihi multa videndi
Cura fuit: terraſq; labor penetrare remotas
Nec nouus hic mentē ſubit impetus: acta poetis
Iam pridem: rerumq; alijs memorata magiſtris
Precipue noſtro res decantata maroni eſt
Et mihi poſt alios: rauco ſed murmure dicta
Nunc iterum aggredior: non inſcius hāc mihi cāz
Multorum fortaſſe odij: ſi uera profecto
Sunt tanti ut pariant hoſtem: mihi nullus amic⁹
Eſſe poteſt: nullam querendi contulit artem
Ingenium ſtudiumq; mihi: nec conferat oro
Ergo ego uera loqui fierem ne publicus hoſtis
Haud uentus moneo ac teſtor qui forſitan egre
Hec legerent: oculos auertant: perlege ſolus
Nāq; tibi muſiſq; cano vulgumq; relego
Iam primum quacūq; animis regione uagemur
Siue per has noſtris habitatas gentibus urbes
Siue per aſſirie populos: nam longius ardor
Euehit: egyptumq; magnam quos ſubdolus ille
Mentitus mandata dei mulcendo fefellit
Siue per ignotos ritus ubi ceca prophanis
Templa deis cultroq; ferox ubi dira ſacerdos
Exta ſecans: fedis miſeros inhiare ſacellis
Gaudet ⁊ attonitos cura ſuſpendit inani
Quo te cūq; moues quocūq; ſub ethere ſiſtis
Multa tibi occurrent proprijs metuenda colonis
Multa tibi uariciarum aderit penuria rerum
Muſa gradum cohibe quorſum temeraria pgis?
Conſpuet inſanum iam iam tua carmina vulgus
Turba ſuos teneat mores: nos noſtra loquamur
Gallia nec vitem nec munera paladis ante
Nouerat. hos ſerum meruit guſtare liquores
Poſtq; Roma fuit ſed adhuc ibi rarus oliue
Frondet honos: nam poma quidem fragrātia nr̄i
Orbis ⁊ aurato nuſq; virgulta colore
Hec quoq; diuerſis uterum fecunda metallis
Non ſoluit: ſcatebriſq; caret quibus egra leuētur
Corpora: nec gregibus tondetur leta ſuperbis
Muſa gradum cohibe quorſum temeraria pgis?
Germanas tranſire niues atq; horrida uaſti
Frigora danubij placitum ⁊ quos dextera rheni
Ripa procul fixo ſubiectos reſpicit arxi
Dulcius e rapto victuros pane ſuenos
Ceruleos albis quos irrigat amne boemos
Quos ypanis parue gignens animantia vite
Aut uagus algenti tanais diſterminat vnda
Hec loca nil bacho debentia nilq; mineruе
Atq; parum cereri ſileant: pars magna britanni
Littoris aut meſſem bibit aut liquefacta lyei
Poma loco: ſeuo rarum niſi cara uehantur
Uina mari precio miſere mage dulcia vite
Flandria quid ſitiens haurit niſi pocula mellis
Aut aliunde graui uenientia vina labore
Quid niſi telluris cumulos iam ſole recoctos
Quos operoſa eſt⁊ brume tranſmittit inerti
Terrarum pars illa cremat: nimis ordine lōgū eſt
Enumerare plagas quas frigida contigit urſa
Fertilis at çephiro ſitus eſt: ⁊ fertilis euro
Et ſua fertilitas nimboſo contigit auſtro
Quis tamen ignorat quantum eſt qđ deſit ubiq;
Natura retrahente manum: quantum ue qđ obſit
Hic decor omnis abeſt nemorū: illic dulcis agrū
Copia damnoſe uaſtant hec arua paludes
Illa necant ſentes: uel putris aceruus harene
Ille locus tigres ſiluis errare profundis
Ille videt gelido uolitantes ethere gryphes
Ille truces pardos rapidos habet ille leones
Ille uenenoſos ſtirpes: herbaſq; malignas
Germinat hic morbos: hic pullulat aſpide multa
Contra aūt. bona uera animi impiumq; ſupmum
Aoniamq; lyram quam grecia victa latinis
Tradidit innumeraſq; libens: preteruehor artes
Italie quid obeſt niſi mars violentus obeſſet?
Quid ue deeſt italis: niſi pax nō deforet vna?
Noſtra patent noſtris: aliena reuoluere mens eſt
Muſa gradum cohibe: quorſum temeraria q̊rſuz
Ulterius tranſire ueto: ter iuſſa quieſce.

¶ Ad Andream mantuanum poetam.

Duce uecta pado: leuis eſt deſcēſus amici
i Gurgitis auxilio. donec deflectere curſuz
Obuius admoneat benaci filius alti
Inde ſiniſtrorſum perges: eque amne ſecundo
Ibis in aduerſum qua clara maronis origo
Mantua pieridum quondā domus alma ſacrarū
Nunc ſedes inuicta ducum. que claſſica plectris
Miſcuit ⁊ vincto ueneratur apolline martem
Unum ibi noſtrarum preconem littera rerum
Inuenies: hunc tu noſtris ſolabere uerbis
Nam noſtram dolet ipſe vicem: facileſq; ſuſurros
Ruminat inſulſe permotus murmure turbe
Leta ſibi in primis vultuq; occurre ſereno
Hiſq; indignantem loquere ⁊ ſi nulla ſine hoſte
Gloria parua tamen nobis oblata duelli
Materia eſt quos iam luſtris oblata duobus
Torſerit inuidia: non inueniſſe quid hiſcant
Conceptum qua parte uomant e pectore virus
Una uenenatis vix tandem ſillaba uerbis

Oſtendit fecitqꝫ viam:pro crimine ſummo
Produxiſſe breuem arguimur:ſed ceca profecto
Inuidia eſt cumulant noſtre preconia laudis
Eximie iudicium forme vir pauca:nec equo
Iudice que damnant inter tam multa notari
Neuus in inſigni qꝫqꝫ leuis eminet ore
Deformis facies mendam tegit:omnia quando
Offendunt oculos vitium non cernitur vnum
Nos igitur que ſumma rei eſt an carmine longaꝫ
Fecimus imo breuem:quod carmine cõſtat eodẽ
An ne autem geminũ dedit addita conſona tẽpus
Sic animis ſic ingenio torpere videmur
Hec nobis ignota putant id muſa mereri
Noſtra poteſt teneriſqꝫ elycon dilectus ab annis
Eſto ignota putent duo nam pugnantia:capta
Mente ſimul loquimur?iuxta an lõgãqꝫ breuẽqꝫ
Ponimus haud equidẽ cenſorẽ id credere noſtrũ
Crediderim:qꝫuis ſoleat ſibi fingere multa
Spumea precipiti:torrenſqꝫ inſania bacho
Somnia mira vident vigiles ⁊ febre ſine ulla
Occupat inualidum cerebrum:violenta freneſis.
Falſum autem ſi ſepe videt mens egra quid ille
Quid videt ille furẽs bromij ueneriſqꝫ ſacerdos
Frix uerus ſemperqꝫ cibo ſomnoqꝫ ſepultus
Extremamqꝫ trahens vina inter dulcia noctem
Nota canis rabies:ſtant argumenta:videbis
Horrentem ſetis:oculos ardere uagantes
Latrat in abſentes:metuit contingere limphas
An breis eſt?quid ais?qđ monſtrũ fata minantur
Que ſchola grammaticum:uatẽqꝫ remittit aſellũ
Uina dedere animos fecerunt vina poetam
Sentio:pica merum tetigit roſtroqꝫ madenti
Decertare audet muſis:iam ſimia tigres
Audebit tentare feras:⁊ aranea telas
Terere palladias:cignoſqꝫ laceſſere coruus
Uis vini omnipotens tenerum fugat ille pudorẽ
Excitat ingenium:mutos facit eſſe diſertos
Qui modo vix calamo commiſſa negocia ruris
Clamoſi ſeu bella fori trepidante notabat
Conductus precio tenui:nunc ſidere meſto
Carmina noſtra notat nunc conſultore cratino
Humida uerboſis eructat metra tabernis
Uenit in aonios ſubito rudis incola montes
Infecitqꝫ locos:illo ſpectante choream
Uirginei ſoluere chori:peneia laurus
Aruit ⁊ faciem mutauit caſtalius fons
Alliſit ſaxo citharam turbatus apollo
Collega regnante ſuo:nixeia victrix
Arx ⁊ uterqꝫ deo collis ſummittitur vni
Ruſticus en cenſor nouus en proiectus ab aſtris
Uenit ariſtarchus:obelis armatus acutis
Nil atramentis vnqꝫ quod carpere poſſis
Sepe ſed ad menſam reges ⁊ prelia troie
Uictaqꝫ non modico deſcribens pergama muſto
Nec pudet inſultare alijs:ea gloria fuſco
Uiſa animo:fumum celo nebulamqꝫ ſereno
Obliquis captare oculis:⁊ digna triumpho
Sillaba nec cernit primum ſe falſa videre
